REVEREND. ET ILLVSTR. M. D.

D. IOSEPH
DE
LA ZERDA
BENEDICTINI,

OLIM IN SALMANTICENSI ACADEMIA;
PRIMVM CATHEDRÆ S. THOMÆ,
DEINDE PRIMARIÆ THEOLOGIÆ
Moderatoris, poſtea Almerienſis Epiſcopi, nunc Pacenſis,

IN SACRAM IVDITH HISTORIAM
Commentarius Litteralis & Moralis.

TOMVS SECVNDVS.

OPVS STVDIOSIS SACRÆ SCRIPTVRÆ
Elucubratoribus & Proclamatoribus diuini Verbi nimium amabile.

EDITIO NOVISSIMA.

LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISSIMO
REVERENDISSIMOQVE DOMINO,
D. ANTONIO DE NEVFVILLE,
REGI A CONSILIIS, ET ELEEMOSYNIS,
S. Iusti Bellouacensis Abbati, &c.

PRODIT in publicum Iudith ex foro Lugdunensi, vt ex Primate Galliarum Ecclesiâ quasi ex Orbis Christiani vmbilico in vniuersam Ecclesiam diuinarum suarum virtutum radios instar Solis longè latéque diffundat. At vidua est: marito pridem orbata arcano quidem tunc Dei Consilio, vt præsidiis humanis destituta solo superni Numinis ductu ingentem exercitum fudisse, Deíque manum inuisibilem non tam occultasse, quàm manifestam fecisse iudicaretur; nunc verò humanæ viduarum imbecillitati relicta potentis alicuius Patroni præsidio atque commeatu indiget, cuius authoritate in tam longinqua peregrinatione dignitatem suam illæsam integrámque conseruet. Tu dignissimus es (ABBAS ILLVSTRISSIME) qui tantæ Heroïnæ in publicum prodeunti lucem præferas, huic scilicet commentario, quo eius virtutum elogia continentur tui Nominis claritate præfulgeas; quâ enim arte illa se omni nobilitate clariorem, omni authoritate potentiorem, omni bellica virtute fortiorem olim reddidit, ab eâdem nunc in Christianum Orbem nouo ornatu ingredienti præsidium sibi comparare constituit; scilicet à pietate, cuius sapientissimi consilij ego con-

ſcius, Volumen iſtud ſub tutela Nominis tui emittendum non tam arbitrio meo, quàm Diuæ inſtinctu iudicaui. Tu enim ipſe te ad talem pietatis cæterarúmque virtutum formam effinxiſti, vt non aliunde emendicatis ornamentis, ſed ex animo tuo, quaſi ex proprio ſolo, & innata Induſtria erumpentibus, non tantùm huic ciuitati Lugdunenſi (quamuis & ipſa inſtar integræ prouinciæ eſſe poſſit) verùm etiam vicinis regionibus circumfulgeas. Indoles tua perturbationum tempeſtatibus vacans, & ad animi quietem compoſita, omnis literaturæ & ſcientiarum ornamenta placidiſſimè excepit, vnde tibi ampliſsimam ſupellectilem ad piiſsimas Conciones depromis, ſed ampliorem ex diuini Numinis conſortio, ex quo etiam ſublimiorem ſcientiam regendarum animarum, & ad quamcunque pietatis partem inflectendarum edoctus es. Ab officio linguæ facilis tibi deſcenſus ad manuum miniſteria, ad eleemoſynas ex ſacris redditibus pauperibus erogandas; indéque etiam ad pedum officium te charitas paratum & diligentem reddit, vt quocunque Dei cultus, & pauperum egeſtates vocant, eò te amantiſsimè conferas. Talem ſibi, Diua vidua Iudith, Abbas Illvstrissime, Patronum ſeligit, cui encomiorum ſuorum librum optat eſſe conſecratum. Illam cole, & me tuis virtutibus amandis mancipatum beneuolentiâ tuâ foue,

Tibi quippe addictiſsimum

Lavrentivm Anisson

INDEX

INDEX SECTIONVM TOMI SECVNDI,

Quæ ad rem moralem spectant.

CAPVT IX.

Sect.1 ORationis sors latibulum est; solum graditur, cùm ingreditur. pag.48
2 Velocior sit pœnitentia peccato: Cautione virtutis absterge futuram criminis opinionem. p.49
3 Ne carneus per libidines fias; sic hæreat carni cilicium, vt vel cilicium carneum euadas, vel cilicina caro. p.50
4 Cinis mortis cogitatus oleum est ad flammam pulchritudinis accendendam. p.52
5 Non distat cœlum à terra, cùm oratione per pulueris mortalis gradiente compendium in cœlum itur. p.53
6 Nulla nobilior vulua, quàm virtutis est. Opera honesta sobolem gloriosam progignunt. p.55
7 Ex censu diuinorum bonorum virginitas est, Dei gladium ad eius violationem vlciscendam lacessit. p.57
8 Nobilior in defensione, quàm in percussione vindicta: clypeus non gladius sit ad iniuriam vlciscendam minister. ibid.
9 Etiam absque thalamo scortatur fœmina nuditas; cùm pudor reuelatur, reuellitur. p.69
10 Verecundia sanguinem expiat in vultu, quem inquinat sub ventre libido. p.60
11 Sanguinea mors libidinosi sanguinis fructus est. p.62
12 Appetentem iram compesce: Flamma more, dum magis graditur, magis ardet. p.64
13 Metus impendentis mali magis concutit, quam dolor inflicti. p.66
15 Sanctitas incolit solitudinem. Vitium alitur in frequentia. p.67
16 Deus mali osor, bonique amans, quamlibet bonitatis portionem, si forsan in opere prauo delitescat, sibi satagit adrogari. p.69
17 Deus stylo Dei parcit, hominis stylo irascitur & vlciscitur. ibid.
18 In iudicij tribunali Prouidentia decernat, nec præsentia pro seueritate castiget, quin futura pro pietate prouideat. p.71
19 Iudicia ne acerba sint calore pietatis, & induciis temporis maturescant. p.72
20 Oculi in iudice sint pro lingua, interroget palpebris; non nisi intenti visus scrutatione condemnet. p.74
21 Nouissimum iudicium ante oculos iugiter obuersetur. p.75
22 Via iustorum quà laborum obsita spinis floridæ sunt & planæ; via iniquorum, quà voluptatum lenocinio constrata, præcipia sunt & petrosa. p.77
23 Iniquus præcipitium de plana, & directa semita facit; iustus de salebris viam, de naufragij discrimine portum. p.78
24 Dei benigni & munifici oculi improbis sunt pro gehenna. p.79
25 Dei seruitus Principatum tenet in orbe. p.81
26 Mundialia bona, tenebrarum more, dum captantur, labuntur: cælestia, dum desiderantur, habentur. p.82
27 In organis, quibus peccat, punitur homo. p.84
28 Adeo pietas Deo insidet pro natura, vt semper ad iracundiam videatur tyro. p.86
29 Quodque peccatum stultitia est. p.87
30 Brachium Dei, dum erigitur ad vindictam, velut si lassaretur, deprimitur. p.88
31 Iustus cum Deo quasi in vnam corporis compagem euadit, vt ad opera peragenda virtutis, diuino brachio vtatur vt proprio. p.90
32 Omnipotentia Dei à superba voluntatis arbitrio ad miraculum patrandum tentata, vertitur in iustitiam vltricem. p.91
33 Non similibus delectatur inuidia; vritur quo alius lucet, paruique ducit socia claritate clarere. p.93
34 Superbus & elatus sola amputata gloria honorúmque parte totus occumbit. p.94
35 Desiderium habendi à Deo beneficia, beneficiorum præoccupat possessionem. Vt præsentibus fruitur, quæ vt futura peroptat. p.95
36 Improbo peccata pro membris fiunt; constat de vitiorum compage. p.97
37 Vt possibilis sit victoria de vitio, fac impossibile, quòd vincaris. Castitas triumphat, cùm periculum facit criminis impotentiam. p.98
38 Dona diuina, quem imbuunt ab omni terrena contagione emaculatum exoptant. p.100
39 Crudeliùs punit, qui blanditur ad culpam, quàm qui torquet ad pœnam. p.101
40 Vegetatur in periculis fortitudo. Qui in fortuna otio iacet eneruis, animosus præualet in ærumnam. p.103
41 Diuina victoria non nisi brachiis infirmioribus agitur; humana de superbia fortitudine delectatur. p.104

CAPVT X.

Sect.1 ORationis potentia beneficij tarditatem absumit, donúmque cum prece coniungit. p.143
2 Mundialis ambitio nonnisi famulorum, & apparatus pompa procedit, ad Deum piè ambiendum solitudo & egestas meritum est. p.145
3 Domus Dei artifice oratione construitur. p.146

4 *Vestitu innocentiæ calliditatem operiri peccati, extrema improbitas est.* p.148
5 *Vitia suimet pugionibus iugulant peccatorem, quibus ad victoriam virtus armatur.* p.150
6 *Industriâ meritorum adiuuetur iustitia: quâ ingeniosior est solicitudo merendi, non vereatur doli incurrere suspicionem.* p.151
7 *Nisi pulchritudo vulgata terreat videntes, irritat ad flagitium, quos ad reuerentiam prouocat occultata.* p.153
8 *Silentio antequam manu victoria decernitur: amat fortitudo secretum.* p.155
9 *Vbi voluntas consulit, & non mens, amens illecebrosa voluntatis consilium fit. Fœmina vtpote absque capite, à consulis arcetur officio.* p.156
10 *Calamitosi infortunium, vt Aquilo dispergit amicos, quos fortuna blandus Zephirus congregauit.* p.158
11 *Beneficentia in omnes nobiliori, augustiorique prosapia Filium vniuersitati progignit.* p.160
12 *Nimia de mundialibus bonis voluptas suffocat immodestè fruentem.* p.162
13 *Bona cælestia, quæ primò territant inexperta, gustata, ruminatáque consuetudine fruendi delectant.* p.164
14 *Liberalis & elegans aduocata fœminæ facies, Magistratum subornat, corrumpit iura, iudicémque prostituit; secum fert in candore suffragium.* p.166
15 *Luxuriosus libertatem reputat vincula deliciarum, voluptatum durationem nuncupat vitam, per vitia succedentia computat annos.* p.167
16 *Iniquitas celerrimè, & absque oratore; virtus non nisi cum mora & repetito consule hominem mundialem allectat.* p.169
17 *Reprobus & flagitiosus contrahit sordes de limpiditate virtutum, facit sibi de propitiatione supplicium.* p.171
18 *Imbellis fœmina, & nonnisi de Veneris armis instructa bella progignit.* p.173
19 *Rex aulicis assentatoribus stipatus, à quibus ad iniusta placita prouocatur, propellitur ad ruinam. Nunquam solus peccat, qui in alto est.* p.174
20 *Improbus minister, quæ ex propria libidine, Regalia iussa complenit, computare nititur incalculum meritorum.* p.176

CAPVT XI.

Sect.1 C*Vrtè amat, qui vel breuem mœroris, siue metus spinulam non prauiè gestit ab amato depellere.* p.193
2 *Superbus Dynasta pro apparatu & pompa despicabilis gloriæ spargere procurat timorem; iustus amorem.* p.194
3 *Flagitiosus de virtutum nitore se adornare contendit, vt simulatæ pretio honestatis vitia mercetur.* p.196
4 *Sæpè superbus in humillima & abiecta se proiicit. à nemine magis despicitur, quàm à se.* p.197
5 *Iniquus iudex, vt impia sententia, quam intendit, causas reorum adaquet, errata lenia rarefacit, & exaggerat in flagitia lethalia.* p.198
6 *Nullus veracior consiliarius habetur, quàm qui placita consulit, & de voluptatis senatu monita, documentáque inspirat.* p.200
7 *Errorem geminat & perniciem, qui abscedens à Deo, secedit in sæculum. Non sic elongatur à Numine, qui in medio itinere fessus pendet.* p.201
8 *In quæ quis libitò se dat vitia, excusat de necessitatis impulsu.* p.203
9 *Castitas, etsi illibata sit, si semel subeat turpitudinem suspicionis, à sui floris pulchritudine cadit.* p.204
10 *Speciosa sæculi bona, etsi fallunt visa, diuisa & emedullata non fallunt: admonitore falsitatis non egent, gustu se produnt.* p.206
11 *Diuina offert sacrificium iustitiæ, qui sacramentum pietatis pro puniendis delictis in vindictæ sacramentum conuertit.* p.207
12 *Vbi in deligendis ad officia ministris, Reipublicæ peruertitur ordo, certissima regni clades impendet.* p.209
13 *Principum vita de officiosa viuidáque ministrorum animositate probatur.* p.211
14 *Suprema Regiæ gubernationis est ars in qua diuina imago resplendet, ferina bruta, humana lenitate coercere.* p.212
15 *Contendit iniquus etiam iustorum dotibus honorari, vt virtutis & vitij compar sit sors.* p.213
16 *Strenuis meritis fœlicior esse solet opinio. Numinis celebritas apud sæculum illustriora facinora patrat, quàm manus.* p.214
17 *Iniquus index, vt innocentes plectat, præuenit supplicio peccata.* p.216
18 *Quæcumque opinio inhabitantis, adiuuantisque Dei ad insignia facinora vires præsentissimas indit.* p.217
19 *Dicta veritas à mendaci, elumbis & cadauerica est, quæ à veraci viuida & efficax.* p.218
20 *Veris falli extrema stoliditas est; fallere si legitimè, felicius ingenium.* p.219
21 *Praui & flagitiosi Christiani magis efficit, quàm Barbari, & Pagani societas.* p.221
22 *Iustus, qui suam coloniam in cœlestia transmisit siue in frequentia, siue in solitudine, vbilibet erat, de publico facit secretum.* p.223
23 *Extrema calamitas est, sine calamitatibus vitam agere. Nihil magis aduersum, quàm sine aduersario vincere, qui probet & approbet ad coronam.* p.225
24 *Ecclesiastes sacer, qui solùm gestit de floribus, & ingenio laudari, tot perdit animos, quot prendit elogia.* p.226

CAPVT XII.

Sect.1 L*Vxuriosus & superbus se numerum cogitat, cùm sit vnus, plures esse cupit, qui, vt plures capit.* p.251
2 *A vitio, quod saginat, deuoratur peccator, ab igne, quem inuidus accendit, incenditur, à suamet lenonia libidine proditur. Scelestus manu sui sceleris sagittatur.* p.253
3 *Vitij medela vitium non est. Licèt confligat cum vitio vitium, vtroque victore laceratur vitiosus.* p.254
4 *Improbus precum pretio Deum sibi ad improba desideria satellitem conducere gestit. Irreligiosa religiosa libido est.* p.256
5 *Corporis futurum periculum præsenti animi vulnere præcauendum non est. Egestas opinabilis, furti certitudine eluitur. Ventura fames accessu turpitudinis præoccupatur.* p.257
6 *Iustus, cui pabulum fides, etiam dum egenus, abundat:*

abundat: diues sæculi eget in voto, dum redundat in censu. 158

7 Forma viuendi, forma moriendi est. Iuxta facta fata vestiuntur. p.260

8 Cælestia bona prodigalitatem sapiunt, cùm liberaliter effunduntur; semper veniunt cum fœnore sui plurimum ad pompam largitatis superfluit. p.261

9 Sacra metamorphosis oratio est, alterum transfundit in alterum, reum in iustum, hominem transformat in Deum. p.262

10 Ratio status regnorum nequiter ambitiosis pro Deo est. Politica imperandi libido. Numinis artifex quod iuuat, & libet, hoc colit. p.164

11 Princeps, qui passionis appetitum Palatinis reuelat, denudat pectus, in quod sagittarij adulatores telis venenatis colliment. p.265

12 Clauum non meretur imperij, qui se clauo districtionis, & censura non figit. Qui non se; nec suos vtique gubernabit. p.266

13 Qualiter charitas in Principatu se gerit; sic gula in administratione vitiorum. Charitas scelerum, est ingluuies. p.267

14 Vitium petentibus pro honore & claritate inolevit: Authores fiunt sceleris, vt authoritate præfulgeant, quibus voluptatis iniquitas est Maiestas. p.269

15 Principis ingeniosa petitio vrbanum est artificium violentiæ quod rogat extorquet; torquet, quem rogat. p.170

16 Improba consuetudo delinquendi impunitas est, delictorum legifer mos: quæ increbuit iniustitia, inoleuit pro iure. p.172

17 Graditur pedetentim tentatio ad culpam, non ingruit tota subitò, sed sublabitur, vt sub honestatis specie perdat incautum. 273

18 Obsoletus in vitiis nomen & figuram bonitatis ignorat, de alieno ei climate virtus est. p.274

19 Per honesta opera censetur ætas; per strenuè facta computantur anni, non iam labiles, sed constantes, sæcula per facinora. 276

CAPVT XIII.

Sect. 1. Infælix diligentia est obserare cubile, intra serus hoste latente, obturatis sensibus, ne medela pateat, animam cum criminibus claudere. p.304

2 Voluptatum cumulus helluonem suffocat voluptatum; qui plures simul appetit, nullam prendit, sed ab omnibus prenditur in excidium. p 306

3 Solidior & nobilior pulchra & pudica fœmina manet si sola absque pedisequis, & ancillis, quæ lenonio famulatu grauidas reddunt dominas de seruitio. p.307

4 Virtutis facinora non amant spectaculum, ne turbentur à turba, secum in solitudine tubam præferunt ad præconium. p.309

5 Pluries nocet tumultuariò, & sine discretione virtus clamata. Non semel lucraberis peccatorem, si ostenderis ei aliquid suum: ne ostensa sanctitatis figura, quam odit, territus aut resistat, aut cadat. p.311

6 Iudex pietate moduletur supplicia, seu castiget ore, seu manu, fleat oculis, vt misericordia vnda lauet sanguinem, quem effundit. p.313

7 Criminis & vitæ periculum quasi crimen sapit & mortē, eisdem lachrymis deplorandum. p.314

8 Pluries oculorum cæcitas ad periculi fauet victoriam. Inoculata aliquando præualet virtus; & quæ videt in tenebris, caligat in luce. p.315

9 Fortior & animosior est, qui post consilium facinus adoritur, quàm qui subitario impetu in periculum robur committit. p.317

10 De cœlestibus plura sunt expetenda, quàm opus eget. Opus est largiori munere, vt gratia abundet & cœlestium indoles noceat. Nunquam satis. Esto auidus iugiter de supernis. p.319

11 Qui se in publica commoda totum erogat, Filius vniuersitatis fit, & mancipium. p.321

12 Gladius peccatum est, carnifex pariter & iudex conscientia, Tribunal & patibulum mens peccatoris. p.323

13 Quidquid gloria mundialis est, pendulum est; quà furtiuum, suspendio damnatur & furca, quà aëreum ab aëre ventilatur ad casum. p.326

15 Qui ad amicas luxuriosus discingitur, agrè aduersus patriæ accigitur inimicos. Non ex tentorio Veneris Mars erumpit. p.328

15 Ira Dei non abruptè, sed sensim percutit sontes, vt productior sit pœna puniti, & largior punitoris clementia. p.330

16 Iustitiæ rigor ictum duplicat, vtitúrque gemina manu, vt rebellem peccatorem confodiat. Pietas in compendio est. p.332

17 Nisi vniuersa vitia non solùm resecaueris, sed reuulseris, abscissum repullulabit illicò de residuo. p.334

18 Spes dilatata magis torquet, quàm ditata sperato bono delectat. Ideò spes cœlestium possessio est. p.336

19 In re virtutis, qui benè cœpit, non solùm dimidium habet operis, sed & totum. p.338

20 Suauior & delectabilior ex pœnitentiæ lixiuio, sacrísque iustificationis pigmentis facies redditur peccatoris, quàm ex innocentiæ lilio facies insontis. p.340

21 Laudis merces operis Auctori debetur, non furi, quia merita deprædatur aliena, vt propriam gloriam de sola furti industria venetur. p.342

22 Non à patrocinio eloquentiæ, sed ab exhibitione operis egregium meritum est probandum. Exprobrat opus, qui aliud ad præmium testimonium quærit, quam opus. p.344

23 Nullum est sine voce delictum, ab eisdemmet latibulis, quibus obumbratur, retegitur. Ne fidas vmbræ sceleris, te accusabit. p.346

24 Non victorem reddit victoria, sed vincendi modus honestus. Per accidentia turpia, substantia fortis à nobilitate degenerat. p.348

25 Vt conserues amicos, quidquid est tibi fortunarum ostende inimicis, ne inuideant, fœlicitatis bona reconde; infortunia retege, vt compatiantur. p.349

36 Galis est humanorum affectuum tumultuarius congressus, vt alter pro altero soleat erumpere, fletus pro lætitia, metus pro gaudio. 351

27 Cogitata mors oculis præproperis hausta feracior est ad æternitatis sobolem, quàm vita fœcunditas. p.353

CAPVT XIV.

Sect. 1. Finiat opus virtutis ipse, qui incepit, nec in medio itinere præ desidia lassatus alteri, quod compleat remittat. p.374

2 Commissi criminis extrema figura per oculos peccatoris ebibita salubrius pharmacum est ad vitam. p.376

3 Princeps nonnisi suffragijs ipsiusmet exercitij. probatos

probatos eligat Magistratus. Consilij expers est expers experientiæ Senator. p.378
4 Qui doles communem sæculi iniquitatem, ad mali publici sanitatem proficies, si tibi singulariter consulas de virtute. Ars lucrandi cæteros, te lucrari. p.380
5 Tantumdem ac sors de victoria est, ad sortem & victoriã optima præparatio. Industrius apparatus ad opus præ opere solet esse fœlicior. p.382
6 Fides, quæ ex auditu est, per aures quidem concipitur, sed per manus illustrium operum adolescit. Exhibe ad alienos oculos fidem, quam tuis auribus ebibisti. p.384
7 Qui cecidit è fortunæ fastigio, quasi faciem mutauerit, nõ agnoscitur etsi à suis. Ignotus ad obsequium, iacet notissimus ad opprobrium. p.386
8 Voluptatis nefariæ somnus inquietus est, trepidus semisopor, & vagus, ad leuem sonitum excitatur, vt ad præsens periculũ contremiscit. p.389
9 Aulici adulationis dente sciunt Principi infligere plagam, medicinam reddere ignorant. Quid? Scorpiaci sunt, Scorpiani mille sunt ingenia nocendi, proficiendi nec vnum. p.390
10 Nullus nisi de suo patitur excitari ad salutem, nec nisi de proprio ingenio à morbo criminis conualescere. p.392
11 Prodest & virtutibus ars. Ingeniosa nimis est, quæ scit fortiter & suauiter peccatorem domare. p.394
12 Nequissimum est vnum malum altero tollere, vitioque per vitium mederi. Bis est peccator, qui peccatum abradere gestit peccato. p.396
13 Peccator, quæ peccatis constat pro membris, in membro quolibet portat faciem, qualibet parte videatur, agnoscitur. p.397
14 Erubescimus ad corporis & honoris ictturam animi per peccatum infamia nemini, nisi iusto pudor est. p.399

Capvt XV.

Sect. 1. Fortunati gloria moritur intestato. Nulla est fortuna posthuma post fortunam, nec fœlicitate suppletur cassa fœlicitas. p.413
2 Vitia, quæ sine ordinis & amoris annulo sunt, non solum virtutibus, sed & vitijs sunt inimica; alternis se dilacerant odijs. p.415
3 Expeditio fuga celeris à sæculi periculis est paupertas; detriumphat sine gladio inimicos, emit sine pretio libertatis fortunam. p.418
4 Fortuna, quæ in exordio insanit, exaltans iniquum, illum deprimens in exitu prudentissima est. Quæ iniustè in impium congesserat bona, iustè tandem diuidit in vsum piorum. p.421
5 Deus ab improbis diuitibus bona, si per calamitates aufert nonnisi inter pauperes & iustos distribuit. Dæmon eripit fortunas à iustis vt inter sceleratos dispergat. p.423
6 Non semper per fortunatam semitam pergitur in fortunam: ducit & in sortem calamitas. Sequere quò te ventus tuus fert, etsi per spinas & vada in fœlicitatem incurres. p.424
7 Non res, sed vsus rerum nocet, aut prodest. Est qui malo vtitur ad salutem: est qui bono abutitur ad perniciem. p.426
8 Etsi nimis distans periculum, præsentissima præueni diligentia. p.428
9 Auarus aut sedet aut incubat, gradi nescit; aureis vinculis præpeditur manibus, non pedibus constat. p.429
10 Sacerdotis, quà Angeli, pec ulium, castitas est; vbicumque inueniatur, iuri Sacerdotis debetur p.431
11 Animus publicatur in facie. Qualis mentis indoles, talis vultus, aut virtutis aut vitij testimonium est os. p.433
12 Laus nisi à laudabili dicta vituperium est, & conuicium. Vt iusta sit laus, nec subeat suspicionem mendacij; eadem laude debet esse dignus laudator, qua à laudante laudatus. p.435
13 Qui diuitias spernit, quas peccatum sub peccati conditione promittit, & innocens manet, & diues. p.437

Capvt XVI.

Sect. 1. Indistans debet esse sacrificium à triumpho inimicos Dei occidisse, Deóque pro gratitudinis reuerentia occidere Religionis victimam in altari. p.472
2 Fides aduersus fidei inimicos, vniuersa militia sit; cur non triumphi gloria donabitur à victore catholico, qui Deo cultum gratitudinis reddat? p.474
3 Nonnisi pacis officina sit bellum. Non ad pugnam sed ad tranquillitatem pugnetur. Vitæ sit minister Miles, non mortis, arma sint agricolæ studiosi instrumenta, qui vitalibus frugibus per ferrum incumbit. p.476
4 Angelus, qui, quà beatitudine fruens & in recto immobilis, incapax est merendi, in hominum se insinuat officia, vt quasi meritorius euadat. p.478
5 Non pudet Angelum ignobile, viléque ministerium, dum vsibus proficiat humanis. p.479
6 Excellens & supra communem iniquitas homines in feras regenerat, & de vitiorum scopulis parturit, tanquam de latibulis montium. p.481
7 Heroica virtus quasi ingenito rerum dominatu potitur. Qui per facinora virtutum egregia supra vniuersos fit Heros, vniuersitatis fit Herus p.483
8 Superbus, qui ad supremum de infimo sine medij transilit temperantia, nonnisi à supremo vel infimo caditur in supplicium. p.485
9 Lasciuæ fœminæ pulchritudo, quem lasciuum inspectorem illaqueat, non ad libertatem, sed ad mortem exoluit: quà cæcus nodus est, & immissus per oculos, nequit enodari sed rumpi, & cum portione cordis reuelli. p.487
10 Ornata de pigmentis & sericis vidua, quasi scortationis titulus est; quæ cinereas viduitatis vestes cum mariti cineribus sepeliuit, cinis fit ex libidinis flamma. p.488
11 Pedes fœminæ seminudi, sandaliorum corrigijs & carcerant, & verberant intuentem. Nonnisi extrema pulchritudinis planta videnda est, vt memor sit luti, quod erit. p.490
12 Deus, vt agat, illæsa misericordia, iudicium, vsque ad iniquitatis extremum, peccatorem expectat. Sed extremè est iniquus, qui in misericordiam delinquit. p.491
13 Quo eleuatur iustus, deprimitur reprobus, eodem instrumento alter perimitur, surgit alter. p.493
14 Qui imaginaria superbia in fœlicitatis dubio certitudinem credit, nec casum cogitat in fortuna certissimè cadet. Victum se præsagit, qui ex iactantia oraculo se vaticinatur fore victorem. p.494

INDEX
AD SACRAS CONCIONES DE TEMPORE.

Prior numerus paginam notat, posterior est marginalis.

Dominica I. Aduentus.

Lvcæ XXI.

ERVNT signa in Sole & Luna & stellis. Quid est *erunt!* Imò quòd olim fuissent signa dixeris. Hoc à primordio luminatium orbis fuit institutũ. Priùs ab opifice in signa, quàm in tempora & annos hi lucidi erupere præcones. Sed *erunt* dicitur ob stylum rebellionis humanæ, quæ in luce primigenij iubaris sibi blandita ardentes voces imminentis supplicij despexit. Ergo agnoscat, cælestibus astris idem esse & fauorem lucis spargere, & signum damnationis ingratis. pag.76.num.119

Erunt signa in Sole & Luna. Cur tam distans admonitio præscribitur, signáque terrena antecedit signum cæleste? Serò addiscet sæcularis attendere, cui in arduis, difficilísque lampadibus scribitur figura minarum. Imò ô aptè? Nihil nobis propinquius est, quàm lux, cuius in officio oculi negotiantur. Vt in quolibet radio iudicij syllabas perlegamus, & de lucis fontibus bibamus iugiter sensim labentes iudicij nouissimi guttas, eademmet luminaria, quæ cum luce vitam ministrant, de æternæ nobis mortis sententia publicam ingerunt disciplinam, vt nouissimum iudicium continuò ante oculos obuertatur. p.75.n.117

Erunt signa in Sole, &c. *arescentibus hominibus præ timore,* &c. Quam sigillatim vnaquæque commemorat infortunia! Cur non compendio agit, sed suppliciorum prælúdia singula numerat? Vel iustitiæ causa agitur vel pietatis illa numerando exaggerat pœnas, hæc numerum repeti non detrectat, ne tumultuariè, & abrupto furore Deus credatur procedere, cùm castigat p.331.n.111

Erunt signa. Tam citò iudicialem strepitum, tam recentia signa componunt? Erit post sæcula nouissima dies, cur à principio disponitur ad tribunal? O sapiens iudex! Iudicia, ne acerba fint, calore pietatis & induciis temporis maturescant. p.51.n.15

Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione. Esto sit timor, si superest expectatio, vt quid arescunt homines, nec spei alacritate leuantur? Antequam succedat euentus, supplicium præoccupant in timore, pauéntque ad signum, nondum percussi, cùm possit fortuna libertatis contingere, nondúmque de infortunio superest nisi casus. Et bene. Metus enim impendentis mali magis concutit, quàm dolor inflicti. p.66.n.86

Arescentibus hominibus præ timore. Parum est, quod arescant. Imò quia homo arbor est, si spei viror deficit, truncus fit. Scit, timor, quem inuadit, hominem relinquere, vt sentiat, sed efficere truncum, vt ardeat. Quos inuenit homines truncos reddit. p.401.n.2. Vide plura de timore. p.159 n.34. & p.330.n.106

Præ timore, & expectatione. Ergóne arescet vterque, alter ab expectatione, alter à metu? Ex sortis dissimilis contingentia similis qualitas præparatur? Spes & metus consortibus effectibus angant? Verum est Spes dilatata magis torquet, quam ditata sperato bono delectat. p.137 n.132

Præ timore, & expectatione. An alter sperabit, alter timebit? Imò eadem qualitas alternis sibi in vtroque functionibus variabitur. Spes in reprobis metus erit. p.192. n.64. metus in iustis erit spes. p.456 n.88

Tunc videbunt filium hominis. Cur vt hominem, non vt Deum; quà à Matre genitum, non quà à Patre, iudicandi videbunt? Quoniam iudicium sonat rigorem, signum filij hominis in iudicio seueritas erit & rigor. p.71.n.110

Tunc videbunt filium hominis. Ergone filius hominis condemnabit? Pientissimæ Deitatis agitur causa, cùm ad causas hominum euoluendas Deus hominis formam ostendit; quippe nonnisi homini in hominem rigor est. & Deus nonnisi hominis stylo irascitur & vlciscitur, p.69.n.104. tot. sect. & p.89.n.183

Ex aliis Euangelistis.

Stellæ cadent de cælo. Matth.24. vers.29. Ergóne & pulcherrima sydera cadent, quorum venustas lenocinium est oculis inspicientium? Si cadet pulchritudo cælestis, quid de pulchritudine terrena confidas? Ideò statim venustatis exitus nobis proponitur in salutis subsidium, vt pallorem occasus attendant homines, non fulgorem: nec enim nisi extrema pulchritudinis planta videnda est, vt quia cadet illa, tu assurgas. p.490.n.66

Stellæ cadent de cælo. Si sydereus chorus & dicitur & est militia cælestis, cur illa cadet, cùm pro nobis

nobis opus erat dimicare pariter & micare? Quoniam abusi sumus stellarum lucido satellitio, quæ, dum in vita sumus, sciũt armatæ radiis pro nobis dimicare ad victoriã. p.383. n.35

Stellæ cadent de cælo. Imò si laudant opificem sydera matutina, cur officium laudis in terreno casu sepelient? Quoniam diuina laus meliorabitur, cùm in stellarum locum iusti supra sydera fulgentes assurgant. p.435. n.85

Stellæ cadent de cælo. Quis cultus remanebit idololatris syderũ, & in dispendium Creatoris, amatoribus creaturæ? Ipsamet lucida prauæ libidinis simulacra cadẽt in terrã, ne pedes vltrà possint per occupatas semitas pergere, quos cõcupita pulchritudo illaqueauit nam pulchra facies à salacibus cõcupita fit nodus. p.487. n.57

Ite maledicti in ignem æternum. Venite benedicti. Cur idem iudicium absoluit, & damnat, éstque beneuolum & seuerum? Quia Deus iudex est, qui nunquam erigit brachium iustitiæ, otiante pietatis beneficæ brachio. p.89. n.183

Ite maledicti in ignem æternum. Cur æternus perseuerat, si vrit, & inter vitia vegetus durat; cùm vitia inter sese ingenitis odiis cõfligant? Quoniam quod infernus vitia conseruet, séque lacerantia non perimant, diuini est constantia furoris, & vitiosæ indolis infœlicitas. p.418. n.16. tot. sect.

In ignem æternum. Non sat ignis, sed præscribitur & æternus? Extrema pœna est, cùm supplicium ad supplicium succedit. p.330. n.106

Esuriui enim & non dedistis mihi manducare. Cur non furta, sacrilegia, libidines eruuntur, vt publicentur orbe auditore? Totus apparatus iudicij, in quem cælestia, terrena, inferáque diuulsis cardinibus glomerantur, de pauperum commemoratione firmatur. p.76. n.128.

Esuriui enim. Cur non accumulat grauiora peccata? Maluit in spectaculo orbis detenuare flagitia, quàm in publica sententia producere scelera, quæ commiserant. p.199. n.29

Ite in ignem æternum: Esuriui enim, &c. Cur præcincto sermone reprobos ad gehennam impellit, cùm & alia verba eroget in sententia iustorum? Vt citiùs plecterentur in igne, qui deliquerant citiùs; quippe iniquitas celerrimè peragit crimina. p.169. n.105. & p.171. n.112

Venite Benedicti, &c. *Ite maledicti,* &c. Cur in beatitudinis sententia iudicium non finit, sed tandem in torquendos reprobos fulmine damnationis procedit? Ordo quidem ob iustitiæ reuerentiam mutatus, vt in sacrificio rigoris cõsummatio fieret. Quippe nobile sacramentum est supplicium inferre delictis. p.207. n.66

Quando vidimus te esurientem, & non pauimus, &c. Cur audacter improbi replicant, cùm iam audierant in vno paupere Dominum latuisse? Audierant quidem, sed arrogantiæ vitio, iustorum libertatem loquendi coram iudice æmulantur, pariáque verba proferre contendunt. Quippe contendit iniquus iustorum dotibus honorari. p.213. n.93. tot. sect.

Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Cur tandem inuertitur ordo primò seruatus, iudiciúmque exhibita beatitudinis possessione finitur, de cuius meritis erga iustos incepit? Vtrobique honor agitur vindicanti iustitiæ, vt & vltima consummaret iudicium, & prima iudicatum à seuero iudice exequeretur. p.207. n.66

Dominica II. Aduentus.

MATTÆI II.

Cvm audisset Ioannes in vinculis opera Christi. Ergóne & in vinculis audit, & inter scelestorum cateruam, ferreósque nodos, catenarúmque crepitum mirabilia percipit Christi? Quóne referente, opera audiuit? Semet opera retulerunt quippe quæ illustria sunt, linguam suam habent, qua munerent præconia merentem. p.436. n.88

In vinculis. De laborũ ærumnarúmque vtilitate sorte ac præstantia abundè. p.415. n.41. & seqq.

Misit duos ex discipulis suis, &c. *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Ergo adhuc tu expectas Ioannes, qui in latebris vteri in vtero clausum vidisti? Digitum tuum consule, qui indicabit. sciscitare Iordanem; adhuc labiles vndæ durant ad soliditatem præconij. Scis quòd venit, qui venit ad te, vt & te abluisset in vtero, & à te rigaretur in fluuio. Satius erit si discipulos mittas, vt venisse prædicent, quem abstergenda crimina expectant. Adeò oportet ad medicamentum aliorum, de propria quemque negotiari salute, vt vel ipse Baptista optimè iudicauerit cæteris opportunius proficere, si redemptionis propriæ curam egisset. Ars lucrandi cæteros, te lucrari. p.380. n.27

Cùm audisset opera. Tu es qui venturus? Et cognoscit, & quærit. Dubiúsne? Minimè. At in publicitatis theatro, oréque vulgi Christi mirabilia auscultauit; adeóque virtutis facinora à vulgi oculis communíque pompa fascinum subeũt, vt quæ veluti diuina colebat, quà publica potuit non agnoscere de propria veritatis figura, Nam virtutum facinora non amant spectaculum, ne turbentur à turba. p.309. n.19. tot. sect.

Tu es qui venturus es? Sanè in Iordane Christum ad se venire ob pondera virtutum contremuit: *Tu venis ad me,* &c. Cur nunc qui iam venit, adhuc multiplicari gestit aduentum, & qui venientem præ lucis granditate inter vndas fluminis non sustinuit, iam solicitus quærit, vt veniat. Est hæc indoles bonorum cælestium, quæ primò territant inexperta, gustata ruminatáque consuetudine fruendi delectant. p.164. n.85. tot. sect.

Ite & dicite Ioanni, quæ vidistis. Cæci vident, &c. Ergo per pietatis opera exhibita satisfit quæstioni venturi. Præsentiam prodidit, qui opera largitatis ostendit. Christus beneficentia in homines se totum vndique manifestat. p.160. num.73

Dicite quæ audistis, & vidistis. Si iam opera carceratus audierat, quid proderit quòd iterum audiat? Audiuerat quidem sed ex organo vulgi, qui veritatem commaculat, adhuc cùm loquitur veritatem. Suspicionem, quam opera à præcone contraxerant, dilui fuit opus, cùm ab ipso, qui fecerat, dicerentur. Dicta veritas à mendaci, elumbis & cadauerica est, quæ à veraci viuida & efficax. p.218. n.115. tota sect.

Quæ audistis, & vidistis. Vt quid vtrumque sexum coniungit? An quia coram discipulis Ioannis, vt alter Euangelista commemorat, noua miracula perpetrauit. Imò etiam quia ea est diuinæ veritatis efficacia, vt auscultantium aures in nobilia oculorum transeant officia, quasi à certitudine

certitudine relatorum in visionem fides perueniat.p.219.n.110

Quæ audistis & vidistis. Non sat erit, quod Ioanni referant, quæ viderunt, cur ad nuntium auditorum impellit? Quoniam fœlicior solet esse opinio, & in fortunæ sorte fama præponderat euidentiæ.p.214.n.98.tot.sect.

Cæci vident, claudi ambulant, &c. Cur exhibitis operibus ad quæstionem Redemptoris respondit, & otiante lingua ad responsum manibus negotiatur? Quoniam non à patrocinio eloquentiæ sed ab exhibitione operis egregium operis meritum est probandum. Exprobrat opus, qui aliud ad præmium testimonium quærit, quàm opus.p.344.n.159.tot.sect.

Cæci vident, claudi ambulant. De Redemptoris veritate vertitur quæstio, & de artifice miraculorum concluditur? Argumentúmne est, quòd saluabit in cruce; quòd nunc sic medeatur & sanet? Et efficax, nam operis exhibitio præteriti præsentissimum est vaticinium futuri. p.180.n.24.

Cœpit dicere ad turbas de Ioanne. O nobilius Ioannis elogium, quòd Christus de Ioanne dicere cœpisset ad turbas! Euangelista impleuit elogium, qui vt laudati celebrarat virtutem, personam laudatoris exposuit. Quis de Ioanne iustum panegyricum, nisi melior Ioanne, componeret, nec de voce veritatis præconium, nisi veritatis edidisset? Laudabilis Christus laudes conserit præcursoris: quippe vt iusta sit laus eadem, seu maiori laude debet esse dignus laudator, quã à laudante laudatus p.435.n.81.tot. sect.

Quid existis in desertum videre, hominem mollibus vestitum? Non vestitur mollibus Ioannes, qui sub rupe rigida viuit, quem ariditas locustarum innutrit, & è roscida ilice non venalis, sed de foro cæli succus ad conuiuium integrum cibat. Non vestitur mollibus, cui sicca pellis ossa vestit pariter & denudat, nec mollis caro membra perfundit, cui cameli setæ, pelliceáque zona in vestientis carnis transierunt officium. Quippe hoc horrido assuetus cilicio, & cilicium carneum egerat, vel cilicinam carnem.p.48.n.3.per tot.sect.

Hominem mollibus vestitum. Energiam interrogationis aduerte, quasi in molles vestes conuitium sit, notáque contumptus de vestiũ sciscitari mollitie. Sed si serica & Tyria, velleraque, quæ ambitionis nentur de pretio, filáque bombycina, quæ ad luxum & libidinem carnem retegunt, quamdiu tegunt, de palatinorum veniunt vestiario: *ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Cur sic sæculariũ Procerum despicit Dominus indumenta, quæ Ioannem, vtpote aulicum cælestem dedeceant. Nullo carius corpus hominis infamatur, quàm cùm verecunda membra, & de arbitrio putredinis tota verecundioribus velaminibus inumbraret, quæ in naturæ cõtumeliã progenuit artificij libido. Vestis, quæ à natura intexitur, floridior est despicabilis, quæ pretiosa.p.51.n.15.

Hominem mollibus vestitum, &c. Prophetam? Imò & plusquam Prophetam. Tandem finit in Angeli titulo laudatoriam, postquam nuncupauit Eliã. Cur ergo vestium remouet suspicionem, quas pompa sæcularis, vt turgida vela ambitionis puppi disposuit? Opportunè. A sæculariũ mercíũ diuitiarúmque iactu constrauit semitam ad hominis præconium Angelicum. Vt nuntium diuini verbi spiritali flamine imbutum exponeret, iure præmisit, nec ei vestem adhæsisse de sæculo. Nam dona diuina quem imbuunt, ab omni terrena contagione emaculatum exoptant.p.100.n.230.tot.sect.

Dominica III. Aduentus.

IOANNIS.

Miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Scribas. Vt quid ex Proceribus multitudinis apparatus, & cùm vna interrogatio sit, tam splendidus numerus cogitur, vt interroget? Iam ambitionis vitium in ipsomet fastu præparationis innotuit: Sacerdotes & Scribæ, sæculariáque lumina in eremi colonum, vt de officio Deitatis sciscitentur, mittuntur. Etsi enim quæstio vertitur de Deitate, quia mundus offerebat & homini, lucis sæcularis habitum vesti: quippe mundialis ambitio nonnisi famulorum & apparatus pompa procedit. Ad Deum piè ambiendum solitudo & egestas meritum est.p.145.n.8.tot.sect.

Vt interrogarent. Anne & vt crederent? Opportunè silnit Euangelista. Deitatem per scioli ingenij diligentiam inquirere, & superbia & curiositas est. Sat est, quòd vt interrogarent, procederent, vt Indolem noscas: quippe superbia garrula & curiosa est.p.126.n.86.

Vt interrogarent. Nunc de statu interrogant, de virtute, quem diuino experimento cognoscũt, cuius voces in eremo sonantes diuini præcones met ta repetunt & præconia. Vt quid multiplicant ad virtutem agnoscendam suffragia, qui vitia deuorant sine examine? Quippe virtus nonnisi cum mora & repetito Consule hominem mundialem allectat.p.69.n.105.tot.sect.

Tu quis es? Vt quid ad hominem, quem ignorant, tanta Maiestatis pompâ procedunt? legatos non mittit ciuitas nisi ad Regem. Meritum fuit virtutis in Ioanne, plusquam homo creditur, in quo supra humanam creuerat virtus. Etiam dum ignorant, Israëlitidum Dominum suspicantur. Quippe heroica virtus quasi ingenito rerum dominatu potitur, qui per facinora virtutum egregia supra vniuersos sit Heros, vniuersitatis sit herus.p.474.n.45.tot.sect.

Tu quis es? Ad quid quæritis de natura Baptistæ. Vt ei diuinitas ad nutum voluntatis inesset. Error quidem vester est, sed & diuinæ liberalitatis ingenium, & meritorũ Ioannis prodigium, Quasi Deus homini tam illustri obtulisset, quod homo erat incapax obtinẽdi, vt hoc saltem superflueret in excellẽtia Baptistæ, scilicet opinio Deitatis, quæ licèt non ad rem, tamen ad apparatum cælestis largitatis superabundaret in Ioanne. Cælestia enim dona prodigalitatem sapiunt, cùm liberaliter effunduntur, semper veniunt cum fœnore sui, plurimùm ad põpã largitatis superfluit.p.261.n.41. tot.sect.

Tu quis es? Deitatem offerunt artifices isti Deitatis. Quid si donum accipiat, fabrefactámque Numinis coniecturam? vertetis genu coram Numine nouo? Adorabunt equidem, etsi fictile. Ille his primatibus ambitionis Deus & optimus esset, qui ob rationem status id pro Deo colerent, quod iuuaret, Politica enim imperandi libido, ratióque,

quam vocant status, Numinis architecta est: quod libeat & iuuet, hoc colit. p.264.n.54.tot. sect.

Tu qui es. O noui Numinis inuentores! Quale vobis pretium pro merito? Quòd primi vestigauerint & inuenerint hominem, quem populo largiantur pro Deo. Quá primates erant populi Iudæorum vitium de culmine didicerunt. cupiunt Deum, qui vitio sit Deus, & de superbia acceptationis adlegetur in Numen, quasi hic sit præcipuus potentibus honor, quibus vitium inoleuit pro honore, quibus iniquitas est Maiestas. p.269.n.78.tot.sect.

Et confessus est, & non negauit, & confessus est, quia non sum ego Christus. Cur negationem repetit de synonimis, & quod semel nō est, non semel repetit se non esse. Quem semel superbum expetebant, bis humilem in contumeliam superborū inueniunt. Negationem primam protulit fides, adiecit & prudentia secundā. Quoniā humilitas pariter est fidelis & prudēs. p.475.n.12

Quid ergo? Elias es tu? Propheta es tu, &c. Cur tot personas meditantur in vna, tótque rerum numerum in simplicitate componunt? Similem sibi, quem hominem initiabantur in Deum, percupiebant isti superbi. Superbus enim & luxuriosus sæculi, numerum se cogitat, cùm sit vnus. p.251.n.1.tot.sect.

Elias es tu? Propheta es tu? Et tot vnus? Tot equidem, ne humilitas à superbiæ indole, quæ vnum multiplicat, præcellatur. Humilis enim duplicata alitur vita. p.52.n.52

Quis es vt responsum demus. Si vides purum hominem, cur illico non agnoscis Deum non esse quem vides? Cur toties interrogas, prodísque libitus ignorantiam? Nihil est sciolo superbo stultius. p.87.n.176

Quis es, vt responsum demus. Iam de virtute dedit responsum, qui adeò se in humilitatis vallem proiecit, vt nec esse dixerit, amans solùm esse negationem essendi. Agnoscite igitur & personam & nomen virtutis. Vestris hoc referte vocabulum. Imò ideò iterum sciscitantur: quippe absoletus in vitiis, nomen & figuram bonitatis ignorat, de alieno ei climate virtus est. p.274.n.105.tot.sect.

Ego vox clamantis. Quid est, quòd qui negauerat esse Eliam, tantúmque fatebatur non esse, vt longius à Dei præsumptione distaret; iam Dei esse partem pronuntiat, diuiníque Verbi ingenita sui maiestate clamantis voce se nuncupat in deserto? O iusti nobilitas! iustus cùm Deo quasi in vnam corporis compagem euadit ad opera peragenda virtutis. p.90.n.187.

Ego vox clamantis. Ergo iam ille clamat, si iam vocis sonitus auscultatur. Habetis, ô vos, iam viuentem Messiam: inuenistis in voce, quæ cùm verber aëris sit, superbiæ vestræ aërem euanidum verberat. Hæc Ioannis humilitas satis est, vt Deus hoc halitu ad agnitionis gloriam per ministri spiritum vobis viuat. Principum enim vita Deo officiosa viuidáque ministrorum animositate probatur. p.211.n.80. tot.sect.

Quid ergo baptizas, si non es Christus? Quid ergo? Nónne satis quòd, vt prædicet pœnitentiam, & in doloris signum abluat dolentes, iustus homo sit, & licèt non vt Deus, in mediocritate intellectiuæ naturæ inter hominem & Angelum homo Angelicus? Nec tantus est, vt de diuinitate præsumat, nec tam modicus, vt vestris ô fures, pusillitatibus conniueat assensu. Habet quod suppetat, vt sit Baptista, non habet, quod suppetat vt sit Deus. Sat illi in medio, Præcursoris officium. Sed superbi sunt mediocritatis osores, qui media non amant, & quibus pro tessera est: aut totum, aut nihil. p.67.n.96.& seqq.

Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Christus adhuc inter oculos latet obscurus, & cùm in medio sit, ignoratur, quem miracula publicabāt: procul abest Ioannes eremi incola, solitudinis ciuis, & de nullo signo conspicuus. & tamen hic quæritur, ille despicitur? Præponderat opinio virtutem. Ioannis fama, superborum prouocanit suffragia, Deitatis meritum in fortunæ plausu collocauit Hebræus, tempsit corpus, vt apprehenderet vmbram, non metitur opera, sed celebritatis fortunam. Strenuis enim meritis fœlicior esse solet opinio. Nobilis celebritas apud sæculum illustriora patrat facinora. ibid.tot.sect.

Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem. Cur describitur locus? Vt superbus error excusationis inueniret suffragium. Quidni Deitatis suspicionem ingereret, qui de solitudinis voto aliqualem potuit Numinis opinionem probare. Cui eremus est integra suppellex & domus, de hominis veritate in diuinitatis suspicionem transfigitur. Probatur solitudine Deitas. ibid.

Dominica IV. Aduentus.

LVCÆ 3.

ANno quinto decimo. Cur ætas gratiæ per Reges & consules numeratur, chronicúmque cælestis virtutis de imperij sæcularis labilibus annis censetur? cùm tamen gratia & vitam & dies per meritorum numerat quantitatem. Nulla est ætas Principibus, quam numerus flagitiorum componit, qui continuò finiunt causam viuendi. Si ergo temporis successio, quod viuunt, nec adhuc in mortali cubiculo computatur, qui poterit annos computare diuinos? Sanè per honesta opera censetur ætas, anni & sæcula per strenua facinora numerantur. p.276.n.111.tot.sect.

Imperij Tiberij Cæsaris procurante Pontio Pilato, &c. Tetrarcha autem Galilææ Herode. Gentilis alter, alter tyrannus, alter adulter. Qualis hæc temporis opportunitas, vt voces insonent pœnitentiæ? Sat fuit Principum nomine præscripsisse, vt prædicationis necessitas sentiretur. Iniquitati fontes ab altis culminibus promanabant flagitiorúmque impetus subtus tacentem populum influebat. Tempestiua satis pœnitentiæ prædicatio ad abstergendum populum indicatur. Nunquam solus peccat, qui in alto est. p.174.n.125.tot.sect.

Sub Principibus sacerdotum. Nulla syllaba sine Principe currit, ardet purpuris tota periodus. Infelix populus, cui quot nomina, tot Domini in cladem præsentissimam nunc antistant. Hæc est indoles superbi imperandi. Superbit in vocabulo, vt antequam manu, nomine terreat. Superbus Dynasta pro apparatu & pompa despicabilis gloriæ spargere procurat timorem, iustus amorem. p.194.n.7.tot.sect.

Factum est verbum Domini super Ioannem. Cur inter

ter sæcularis purpuræ fastum Verbum Domini in vna periodo cum sæculi Dynastis componitur, quasi timeat, ne vlla beneficentiæ vox etiam inter mundialem crepitum iacta, non sibi vt beneficio largitori adrogetur. Vbi pœnitentiæ vox est, etsi crimina supponat quæ dolet, nonnisi de verbo Domini sonare permittitur. Deus mali osor, boníque amans, quamlibet bonitatis portionem, si forsan, etsi in opere prauo deliteat, sibi satagit adrogare. p.67.n.93

Factum est verbum Domini super Ioannem. Vt quid Domine hominis solicitas ministerium, vocísque functionem humanæ, spirantísque flatum labilem creaturæ ad prodigium redemptionis solicitas; cùm integra efficacitas de te sit. Id quia, quà omnipotens, sibi satis suppetit; sed quà pius, suæ gloriæ vult humanum habere consortem. p.51.n.20

Super Ioannem. Vt quid Ioannes eligitur ad nouæ pœnitentiæ præconem? Ne nisi pœnitens prædicet pœnitentiam. Euanet in vocibus prædicatio virtutis, nisi in prædicantis manibus solidetur. Quotquot verborum afflat spiracula prædicator, tot admonitionibus fodit sepulchra, nisi inuoluat opera cum sermonibus vespillo virtutum est, quàs loquela sepelit pro ligone, nisi operationis spiritu vitam persuasioni perfundat. Mendax est, qui manu negat, quod asserit lingua. Dicta veritas à mendaci, elumbis, & cadauerica est, quæ à veraci, viuida & efficax. p.218.n.115. tot. sect.

Filium Zachariæ. Quid interest nobilis generis arrogantia? Despicit humilis natalitium, qui se de virtutis vulua producit. Sed virtus genitoris in causa fuit, vt ad Filij profunderet elogium. A nobili parente traxit exemplum, qui adeò per religiosa opera in Domini verbum transiuit, vt quà gigneret vocem, proprium amisit, cùm oraret in templo. Ergo qui olim à natura Patris fuit genitus, nunc Ioannes, dũ Domini verbo informatur, quasi à virtute Patris gigni profertur. Quippe parentũ exẽpla velut & de nouo generant filios. p.56.n.43

Verbum Domini super Ioannem in deserto. Ergo iã non solus habitat in eremo, cui Dei verbum adiungitur in sodalem. Imò nunc cum cælesti numero & solus. nam qui solus degit, contubernalem promeretur Deũ. p.67.n.93.tot.sect.

In deserto. Quàm opportunè! Effluunt ciuitates ad Ioannem, vt incognitam virtutem agnoscant. Quidni Ioannes sub deserti climate degeret, siquidem Sanctitas incolit solitudinem, vitium alitur in frequentia. ibid.

Super Ioannem in deserto. Cur sic in compendio cæleste Dei verbum illigatur cum homine, nec hominis præmittuntur elogia? Abundauit laus vno vocabulo solitudinis. p.202.n.42. & p.218.n.114

In deserto. Quot nomina Principum, tot flagitiorum nomina præcesserunt. Etsi non quà sanctus, in desertum fugeret Ioannes, fugeret quà prudens & doctus, vt sibi consuleret de ruina. Augurium cladis regnorum est, vbi pro Dynastis crimina principantur. Fuge à domo, cuius Dominus per vitia labitur in ruinam. p.166 n.66

Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ. Cur pœnitentiæ vocibus pulsat eremum? An vt de rebelli indole, rigidos scopulos accusaret, mollitérque duritiem dolerent? cur non ad vitiorum colonias prædicationis tubam transmittit? O benè Exoleuerat mundus in brutum, degeneríque perfidia euaserant in feras iniqui. Ergo inter nemora & syluas spargit incitamenta doloris, vt ad proprium situm vel humanæ feræ conueniant, vel vt quærat inter inhumanas feras quos cicuret homines & emolliat. Sanè excellens & supra communem iniquitas homines in feras regenerat, & de vitiorum scopulis parturit tamquam de latibulis montium. p.481.n.35 tot. sect.

Prædicans baptismum pœnitentiæ. Mirus nexus! verbum Domini, quod vt ros fluit, & aquæ facilitas in baptismate; sed difficilis & seuerus ferientis pœnitentiæ cultellus. O ingeniosum artificium, ad frugem hominem reducendi! lymphæ suauitas consortè officio cum rigore iungitur pœnitẽtiæ. Prodest & virtutibus ars, ingeniosa nimis est, quæ scit fortiter & suauiter peccatorem domare. p.394.n.79.tot.sect.

Prædicans baptismum pœnitentiæ. Quid est quòd vnius oratoris lingua nonnisi de pœnitentiæ laticibus vniuersos auditores infũdat, nec alia virtus sonet in sermone monentis? cùm plures iusti essent, quos innocentia exemerat attributo doloris. Sed & facies, quæ limpida est purpurisso indiget ad formositatem coloris. Suauior & delectabilior ex pœnitẽtiæ lixiuio facies redditur peccatoris, quam ex innocentiæ lilio facies insontis. p.341.n.150. tot.sect.

Baptismum pœnitentiæ. Cur sacramentorũ nomina promiscuis vocabulis transiguntur, institutióque duplex coagmentatur in vnum? Nescit pœnitentia sine dotibus venustatis procedere. Aqua vitrea est, maritatur cum luce, vel auget pulchritudinem, quam humectat, vel etsi non tingit, aut tingat, integram de speculo reddit. Ergo paribus syllabis currat pœnitentia cum aqua, quippe quæ venustas, ornatus, & elegantia peccatoris est. p.49.n 9.tot.sect.

Baptismum pœnitentiæ. Considera in quem finem verbum Domini super Ioannem incedit, vt pœnitentiæ sordes ablueret, vocéque & manu spurcitias peccatorum, dum abstergeret, limpidè contraxisset ad veniam. Ergo si verbum in Ioanne est, in verbum, vt deleat, crimina transiguntur, quippe peccatum per pœnitentiam affigitur Deo, vt mutetur in veniam. p.188.n.52

Prædicans baptismum pœnitentiæ. Quid inter tot peccatores vnus proderit ad medelam? Sat est vnus, si totus pœnitentiam spiret, vestitu, corpore, victu, situ. pœnitentis, etsi vnius tantùm, mira efficacitas est, vt plures ad meliorem frugem conuertat. p.381.n.31

Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Si eius semitæ sunt, anne flexuosis erroribus, cuíusque voraginibus ægrotabunt? Quid non rectum & directum in Domini via, quam regit, dum sternit, aperit, dum gubernat, dirigit, dum expandit? Eheu! Quæ à Domino incepit vt semita, vitio hominis in homine desinit vt ruina. planities oritur, assuetudinéque cursorum sensim in præcipitiũ curuatur. Quot crimina viator ingeminat, tot sinus excauat, tot accumulat cliuos, vt offendat pedibus, cùm artificẽ semitæ offendit. Iniquus præcipitiũ de plana & directa semita facit. p.78.n.158.tot.sect.

Rectas facite semitas eius. Ergóne exæquat semitas, quas Dominica manus librauit, qui ligone pœnitentiæ eruit lapidum offendicula? Ne accedat Deus per errores itinerum peccatorũ, vt supplicio plectat semitarum suarum reos, nouum iter ab industria pœnitentia solicitat, quasi indignationis via pientissimi Domini pedib. aspera & inextricabilis videatur, nec Dei vsibus apta, sed hominis, velut nisi vt subueniat, non veniat. aliena enim fila sunt Deo lineamenta furoris. p.89.n.170

In Natiuitate Domini.

IOANNIS I.

In principio erat Verbum. Verbum caro factũ est. Quæ spatiosior distantia extremorum, tempus, & æternitas, caro & verbum? Quale ingenium compingeret vtraque in vnum volucris amor, qui momento ales est, cui nulla intercapedo resistit. spatiosam vincit absentiam, nec volando itineris partem dimittit, sed in somno & imo totus est semel, & quasi immobilis, cùm mouetur, persistat, de pupillis oculorum, qua intrat, indolem trahit, quæ in suggestu capitis resident, totámque sphæram peragrant, inquietæ vtique, sed à situ non motæ. Sed quod à principio erat verbum, & factum est caro in extremo, nó de amoris impetu, sed de officio intellectus ducit originem, vt origine præcessisset amorem. Sed qui sibi erat verbum, fauori hominum iam indolem æmulabatur amoris, vt vtrumque esset & Patri verbum, & hominibus amor, vt qui quà verbum, Deitatis imagine cudebatur; quà amor se in humana cuderet carne, & similitudinem, quã à supero genitore bibebat, vt imprimeret in hominibus, eructaret. Quasi & Pater amaret, si à se potuisset verbum diuellere, illico diuulsisse à principio, vt inuisceraretur in homine. p 90.n.189

Et verbum erat apud Deum. Verbum caro factum est. Sic sinum genitoris reciprocat, molléque gremium pro præsepij rigore & angustiis? Sic pro paleis brutorum, Sanctorum in quibus gignitur, splendores? O amoris ingenium! Natiuitas apud Patrem, vitæ imperditæ priuilegium præstabat; qui continuò nascitur nescit mori. Ortus & interitus ab vnius societate momenti se dispungunt & pellunt. Ergo artificiosæ natiuitatis formam inuenit, quæ morti pependisset tributum. Quasi signum genitoris dilatat, ne quod Deus erat, amitteret, sed egerens se in sinum humanum Deum mortali natiuitati dimitteret. p.74.n.120

Et verbum erat apud Deum. Verbum caro factum est. Erat quidem apud Patrem qua natus. Et quid natiuitatem meditatur extraneam, vt natus esse inciperet, quod non erat & natus permaneret, quod erat? Et qui nascebatur Filius, nasceretur & seruus, Filius supero genitori, seruus mancipatus hominibus. Qua infinitus Filius erat Parenti, natiuitate noua non poterat apud Patrem in titulo & stemmate Filij succrescere. Ergo natiuitatem nouam iuxta æternæ natiuitatis lineamenta diducit, vt qui semel & totus de Patre supero noscebatur ad vitam, absque Patre è Virgine nasceretur ad mortem, ne sub humani Patris censu possessus, Filij humani Patris, sed publicus seruus hominum censeretur. Quippe cum & nascebatur iterum & hominibus mancipatus, quà natus respiceret Patrem vt Filius, quà hominibus, homines respiceret vt mancipium. p.321.n.67

Et Deus erat verbum. Verbum caro factum est. Nónne & Verbum est Deus, cum factum est caro? cur cùm in exordio dicitur, quòd Deus erat, quasi Diuinitatem caro expunxisset. suspicio præteriti, præsentisque adumbratur silentium. Imò carnis humilitas otium putauit, permanentis Deitatis erogari dictionem, cùm maiestatis testimonium pariter & elogium officiosa humilitas sit, & Diuinitas transfusa in hominem in fama altitudinis solidatur. p.101. n.236

Omnia per ipsum facta sunt Et verbum caro factum est. O series accurata verborum! O qualis nexus! si per ipsum facta sunt omnia, quia Verbum erat. Ergo fieri inter omnia non poterat: nec enim fieret nisi verbo, nec verbum verbo poterat fieri. Sed nonne per verbum dicta sunt omnia; & tamen ab ipso genitore dicente & verbum ipsum dicitur & est dictum? Ergo Incarnationis artificium accessit. Ne distaret minus à verbo, verbum, per quod facta sunt omnia, ab ipsomet verbo factum est caro; siquidẽ tota Trinitas ad pangendam carnem, quam solum verbum assumeret, intercessit. Habes exemplum, ô quisquis minùs operaris, quàm loqueris. Ne verbum vlterius processisset, quàm opus, in quo dicta & facta sunt omnia, ipsummet & quà Filius Dei, dicitur, & quà Filius hominis, fit. Ne iam mireris quòd verbum Dei manus insuper nuncupatur. p.93 n 201

In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Si nondum homines erant, cùm æternitatem verbi in viuebat: cur vita verbi iam ad hominum lucem radiabat, & quasi splẽdoribus reuibratis primigeniæ lucis fons futuris riuulis refulgente iubare coruscabat? Profectò Filius Dei ex proprietatis & imaginis indole ad Principatum creaturarum pro generationis purpura & dote & prætexta luminis in origine insigniobatur. Inde igitur in splendoribus Sanctorum genitus dicitur, cùm & ipse splendores sanctis impertiat, vt intelligas vitam Principis de subditorum luce censeri, siquidem ipsamet vita, quæ verbum est, à reuibratis Sanctorũ hominum splendoribus lucidam maiestatem vitæ in exemplum Principum ostendere non detrectet. p.211.n.84. tot. sect.

Lux in tenebris lucet. Et tenebræ eam non comprehenderunt. Lucis pelagus quale tenebrarũ littus admittet, nisi pro satellitio Solis nox sit, & candoris superficies fuligo? Appetente aurora caligo resoluitur, de absentia lucis tenebræ constant, nec meridiana lampas quà solidiorem flammam emittit, tenebrarum fumo opacatur. Sed imò fuit Gedeonis ingenium lampades sub lagenis abscondere, & sub figulina cute ad fœlicitatem triumphi medullam luminosam includere. Sub laterna carnis splendidissimum verbum desumit, vt & tenebras assueret nitori, & impetum luminis temperaret, ne magis à lumine quam à nocte cæcutiẽtes homines caligarent. Ingenium sapientiæ est non totam lucem sine tenebrarum prologo

logo semel effundere, sed liberare. p. 395. num. 84

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem. In breui periodo & sententia scribitur & commentum. Ideò lux vera erat, quia neminem à luce sequestrat. Quæ meridiana est, non proceres montes à vallium plebe in luminis beneficio discernit, & myrricis & cedris se propriam exhibet & communem. Lux vera erat, quæ vt veritatem lucis ostenderet carni se dedit, & oppansas noctis tenebras, dum in humili se deposuit tugurio, missilibus publicæ largitionis luminibus illustrauit. Sic filius hominis, quà filius Virginis sine singularitate humani genitoris exoritur; vt quà in omnes beneficus, se vniuersitatis proderet filium. p. 161. n. 74. tota sect.

In propria venit, & sui eum non recêperunt. Imò & proprius hominum venit, qui nascitur hominis filius. En reciprocata proprietas, & in proprios homines venit, & hominum proprios, quem suum dicunt homines, eius sunt. & tamen nec sui, nec quotum est, Verbum incarnatum recipiunt. An forma carnis in causa fuit? Sed caro lenocinium carnei hominis est. An forma serui? Sed quos æquale inurit stigma, & inscriptus vultus conformat, calamitatis communio amicitiæ glutine ligat. O ambitiosus homo splendidi apparatus & gloriæ! Quia formam Verbi, licèt non mutauit, abscondit, obscurámque figuram præmisit, ignoratur à suis, qui etsi alienus esset, si fœlicitatis pompam ostenderet, oscularentur officiosi pro voto, religiosique de cultu superbiæ vel purpuræ fimbriam ambirent. Quasi Deitatis cecidisset à forma, cùm obscuram assumpsit, qui natus fuit in rubo quà splendidus, spinis iam pungitur vt deiectus. Sic sæculi discipulus sentit. Qui putatur è fortunæ cecidisse fastigio, quasi faciem mutauerit, non agnoscitur, etsi à suis p. 286. n. 49. & seqq.

Et Verbum caro factum est. Et vidimus gloriam eius. Et carne regitur & publicatur per operculum gloria. An pellucida caro dedit splendori commercium, & velut species de speculo resiliuit. Sed si in facie hominis animus publicatur. quid quod in facie Dei hominis publicetur & Deus? p. 443. n. 74. & seqq.

Et Verbum caro factu est, & vidimus gloriam eius. Et cùm caro factus nascitur inter bruta. Dei imago genita sui nitida lineamenta producit? Quid? Principis vnigeniti maiestas innotuit, quæ imago, & splendor gloriæ Dei est, cùm ad humanitatis spectaculum & commercium in præsepio sub disciplina lenitatis bruta coërcuit. p. 212. n. 86. & seqq.

In Circumcisione Domini.

LVCÆ 2.

Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer. Sic ætas pueri computatur ad vulnus, & ad cruorem de puerperio incruento, dierum numerantur spatia? Qui strenuis operibus nascebatur, nonnisi de operum vita censetur, quasi nec diebus octo vixisset, nisi dies octo in egregij facinoris sanguinem tetendissent. En liber generationis Iesu Christi opera & dies. nominis per opera durat, qui ad opus extraneum nascitur apud Matrem, & opus ad intra natiuitatem nuncupat apud Patrem. Ergo age vt viuas, nec viuas nisi vt agas, durabis sæculum in momento, si dignum sæculo opus in momento peregeris. p. 276. n. 111. & seqq.

Postquam consummati sunt dies octo, &c. Parum temporis octonaria lux est, vt per circumcisionis vulnus de peccati figura maturetur victoria. Solidentur membra puelli, vegetentur ad pondus, vt neruosa caro cultellati lapidis ictum admittat, & ignominiam vulneris iniuriosi retundat. Imò pompa vincendi teneritudo fuit infantilis victoris. p. 349. n. 178

Postquam consummati sunt dies octo, &c. Iam consummationis vocem amabat recens puellus, quam in plenitudine ætatis ad vestibulum mortis prolaturus erat in cruce. *Consummatum est*, dicet, postquam acetum de peccatorum spuria, & acerba vite libabit. Ergo cùm peccati figuram in recenti sanguine illico post puerperium præparat suffocare quasi iam omnem cursum peregisset amoris, omnisque consummationis finem appeteret, studioso nixu numerat dies, vt illico pignus redemptionis appendat, & per sanguinis pelagus auiditate patiendi se in extremum littus transmittat. Et sat erit tenelli agni sanguineus riuulus vt amoris ingens transfretet nauis? sat quidem est, quoniam in tenero corpore breues guttulas in pelagus amor adauxit. Quoniam amor, si veri amantis est, non ætatis moras expectat, vt pedetentim adolescat per gradus, in omni flammatum impetu incipit. p. 137 n. 131

Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer. In vtroque patientia, & legalium dierum expectare curriculum, & legalis vulneris subire dolorem. An legislator subiaceat? Ne iaceat lex, & quasi cadauerica fit, de obedientia Principis vitam sortitur, etsi per iniuriam gladij, & inflictæ plagæ tenorem. Clauum non meretur imperij, qui se clauo districtionis & censuræ non figit. p. 266. n. 65. & seqq.

Vt circumcideretur puer. Et bene ad circumcisionem Domini dies consummantur, quippe in eius vulnere consummata & consumpta fuit circumcisio, ne iam sancietur homo, seminariúmque generis vulneretur, postquam qui seminis non nouerat contagionem, vt cælestem sobolem limpidè generaret, sibi sanguinis iniuriam assumpsit, aquámque abluendis primigeniis sordibus, postquam totum sanguinem effudisset, effudit. Ergo vlcera & ærumnas, spinas & dolores hydropisi ambitiosa patiendi Deus sibi propero conatu præsumit, ne suppetat de Adami tribulis quid pungat electos. p. 77. n. 134

Vt circumcideretur puer. Vt quid tenelli pusionis præcox sanguis erogatur in calamitatis augmentum, siquidem donec in prœlo crucis botrus iste contusus saturet redemptionis torcular, fortuna redemptionis non erit? Sed prodigus amor nescit necessitati nisi per excursum, redundantiámque muneris subuenire. Salutem hominis oportebit sanguinaria crux Redemptoris, sed Redemptoris magnificentiam circumcisionis vulnus oportet. Liberalitatis

beralitatis hic sanguis est, libertatis hominum ille. In cælestibus donis quà prodigaliter effunduntur, plurimum ad pompam largitatis superfluit. p. 261. n. 41. & seqq.

Vt circumcideretur puer. Cur peccati impos, peccati charactere notetur? An vt Deitatem celet, se stigmate cælat & cædit? An vt ab hominibus adametur, postquam habitu viuentis vt homo, non solùm communis cum hominibus habitus qualitatem, sed & rugas maculosúmque de aspergine peccatorum colorem, licèt per figuram assumit, vt è similitudine carnis peccati peccatores alliciat, nec virtutis maiestate deterreat. Profectò pluries nocet virtus clamata. non semel lucraberis peccatorem si ostenderis ei aliquid suum. p. 311. num. 27. tot. sect.

Vt circumcideretur puer. O innocui Patris, ô Virgineæ soboles Matris! cur vtriúsque natalitij candorem & nobilitatem sanguineo peccati atramento conturbas? Hæc tibi origo gemina satis est. in Sanctorum gigneris splendoribus, & de rosea Virginis aluo albus exoriris & ruber: cur de sanguinis redundantia, quasi nouam Genesim simules de peccati figura, contendas intendisse ruborem. Se voluit quasi de patientia progigni, & velut iterum nasci de fœcunditate virtutis. Omnium fertilissima, nobilissimaque ad originis claritatem vulua virtutis est. p. 55. n. 39 tot. sect.

Vocatum est nomen eius Iesus. Cur non adijcitur: Et circumcisus est puer? Ne otiaretur calamus, si litteras in dolore erogaret: quasi nonnisi à serui stigmate, sanguinéque vulneris exercitio venire posset, vniuersæ ministerium salutis. Qui se in publica commoda totum erogat, non vacuum à ministerio sanguinis nomen fert, vt sit pariter vniuersitatis filius & seruus. p. 321. n. 64. & seqq.

Vocatum est nomen eius Iesus. Cur circumcisionis vulnus tacetur, solúmque aduenisse horam sanguinis memoratur? Imò meliùs explicuit notam vulneris in vocabulo. Periculi nomen saluator est, nec siccum & immune à cruore. p. 301. n. 106

Vocatum est nomen eius Iesus. Si nondum redimit, cur Redemptoris nomine nuncupatur? Quoniam impetu accelerato venarum incipit appendere pretium, sedula auiditas redimendi transiuit in nomen. p. 349. n. 178

Vocatum est nomen eius Iesus. Expende illud: *Nomen eius*, vt aboleretur suspicio, an extraneum nomen impositum. Sed si nondum redimit vsque ad crucem censebitur vtique præsumptio nominis non proprietas. Imò qui qua salutis amans sanguinem in cunabulis fudit, fundet vtique postquam vir. Auspicium operis opus est. Operis exhibitio præteriti præsentissimum est vaticinium futuri. pag. 380. num. 24

Quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur. Cur Angelus indidit nomen, antequam in vtero conciperetur? Ne priùs ei accideret seruilis conditionis natura, quàm publici ministri vocabulum. p. 323. n. 71

In Epiphania Domini.

MATTHÆI 2.

Cvm natus esset. ecce Magi. Absentes ethnici properant ad præsentiam, præsentes Hebræi properant ad absentiam, distantes vident, caligine propinqui cæcutiunt. Sed inuidus idem est, quod non videns. Ad visum luminis caligat ambitio: apertis oculis cæcutit inuidia, etiam præsentissima ignorat. p. 416. num. 48

Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Nonne vox defectionis ista est? Tot Maiestatis perduelles, quot nouitatis auditores præconio noui Regis concitabitis in perniciem. Cauete ô vos, ne si in Herodis Regiam fama peruenerit, gladij lingua in capitum sectionem respondeat. O strenua fides, quantum de viribus præsumpsisti. Ardor syderis & Spiritus sancti vigor, quem per oculos biberant, vt, igneis linguis eructarent fecit impunes: quippe qui iam quem quærebant Regis luc. m in cordibus inuenerunt, & quæcumque opinio inhabitantis adiuuantisque Dei ad insignia facinora vires præstantissimas indit. p. 217. n. 110. tota sect.

Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Inter Ierosolymitanum tumultum, vulgique tonitrua, vbi tot ventorum flabra, quot linguæ superbórumque buccinæ reboant, vbi mendaciorum emporium, & ad fraudis nundinatur commercia, quæritur Deus? Sed qui cor cum oculis transtulerant in cælestia, vbi nitens sydus vocabat; ad quærendum Deum vbilibet templum inueniunt, solitudinem de foro constituunt, & de garrula curia silentij pacem. Qui suam coloniam in cælestia transmisit, orat in sæculo quasi in eremo, de publico facit secretum. p. 223. n. 136. tot. sect.

Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Sic periclitantur salutem, qui quærunt sedulò saluatorem? Nonne in quocumque compito impingent, quæstionísque syllabæ reuibratæ in capita quærentium resilient, & in rebellionis reos se cum Rege regnum armabit? Imò quærenti Deum nonnisi crimen discrimen est. Si fidei & amoris quærat impulsu, etsi per syrtes, etsi per scopulos cultellatos, etsi per hostilia sæculi arma, strepitúmque mundialis frequentiæ, securus graditur, facitque de naufragio serenum. p. 78. n. 138. tot. sect.

Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? Consulite ô vos lucidum itineris præcursorem. de sydereis stationibus sapientiæ Magistratum tenetis: quilibet cæli radius vocalis syllaba vobis est, qui astrorum didicistis dialectum. Cur ab homuncionibus, qui sæculi caligant in tenebris, quibus lux suppetit & syderea non erubescitis edoceri? Sed parumper latebat ignis cælestis. ne in profectione perfectionéque inceptæ virtutis deside tepescerent otio, vel à sæcularibus impelli adigíque contendunt: Quippe iustus, qui gradi fugiter satagit ad virtutis fastigium, non veretur excitari de alieno. p. 393. n. 73

Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum. Quorum lumen vsque ad æthera redundabat, quasi cæci ductum

ducatum experunt, oculósque alienos exquirunt, qui ad cunabula nati Regis præuio lucis magisterio diducant. Anne Magos Syderei nitoris pelagus obcæcauit, vt in Regis curiam offenderent, & maiestatam pueri, vt de Scripturarum reseratis arcanis coram ipsius hostibus inclareret, quasi electa cæcorum voce clamarent. Equidem strenuæ fortitudinis opus fuit, quòd Chaldæi pauci Herodis iras populique concitati vindictam, etiam in alieno non timerent imperio. Ergo opportunè stella delituit, ne argumenta pauoris ratiocinante luce componerent, sicque pueri derogarent præconio non ausi inimicorum tempestatem inuadere. Pluries oculorum cæcitas ad periculi fauet victoriam, inoculata aliquando præualet virtus. p. 315. n. 42. tot. sect.

Vidimus enim stellam eius. Cur stella Magos salutis manuducit ad sortem, & nitoris lingua serit sermonem cum hominibus os cæleste. Diuinæ fuit stylus sapientiæ; cum sydereis choris agebat consuetudinem Magus, oculis loquebatur cum astris, & quasi suum peculium in thesauros luminis transmisisset, ibi cor habebat & pondus. Igitur proprio idiomate ad vestigandum Deum prouocatur; quippe nullus nisi de suo patitur excitari ad salutem. p. 392. n. 71. & seqq.

Et venimus. Et vna stella sat est Ethnicis & Chaldæis, qui in errorum tenebris caligabant, vt docili obedientia ad lucis magisterium procedant? Certè Hebræi, quos veri Numinis imbuebat religio, etiam postquam signa poposcerant, Solis in meridie deliquium despexerunt incredulitatis superbiâ, & in scopulo rebellionis hærentes nec vnum gradum præpararunt ad frugem. O! Aliquando, quo sanatur Gentilis, fidelis & Christianus ægrotat. p. 172. num. 117

Et venimus. Quia ad ortum Domini oriens obediuit stella, ad ortum stellæ studiosi obediunt Chaldæi. Promptitudinem luminis in vestigiorum promptitudinem rescripserunt. Homo à rationis expertibus creaturis de obedientia docili instruitur. p. 480. n. 32

Et venimus adorare eum. O mutatio rerum inuersa! adorare Regem properant Reges, nec reputant iacturam honoris curuare genu, quod oscula subditorum lingebant. Sed fuit fœlicitas ambitionis; nunquam magis adoleuit ambitio, quàm cùm se ad Deum adorandum deposuit: nam ambitioso nihil est auspicatius, quàm in Dei seruitutem acciri. p. 82. n. 153

Et venimus adorare eum. Et adorationis pompa mundialis ad Deum inueniendum proficiet? sæcularis stylus, indolésque ambitionis Deo pauperi & humili seruiet. Sed Magus non adorationem præparat pro adorandi Regis superbia, non vt priùs curuetur, vt ambiat, adulatoriísque gesticulationum ingeniis, vt à diuite extorqueant, quod cupiunt, se demittere Regi nato contendunt. Adorat equidem sæcularis vt prendat, potentium manus ad munera non ad adorationis osculum osculatur. Adorat Magus non tam verso poplite quam & manu, vtpote qui præstat munera, cùm adorat. p. 158. num. 64

Et venimus adorare eum. Quomodo tam breui temporis lapsu tam spatiosum mensi sunt iter, & de dissitis Orientis regionibus Ierosolymam appulerunt. An in syderis ferculo vecti sunt; & super lumen volucre ad velocitatis equitarunt fortunam, cùm Herodes hæsit in aula, nec ad propinquum nati Regis tugurium potuit accedere. Auaritia & liberalitas fuit in causa. Thesauris ille Regalibus incubabat: timuit, ne vel portionem maiestatis amitteret, si nuper nato Regi per gratulationis se dedisset obsequium. Magi de liberalitatis officiis ab stella fuerunt admoniti, quæ ideò expedita lucet & graditur: quoniam quidquid lucet, non sibi, sed beneficiis & fauoribus lucet. Ergo quà grauati muneribus ad præstãdum infanti Magi procedunt, expediti & volucres currunt & Herodis tarditatem accusant; quippe auarus aut sedet aut incubat, gradi nescit, manibus non pedibus constat. p. 429. n. 59. tot. sect.

Turbatus est. Quàm timori facilis aula Regem. Absque ianitoris censura, & cubiculariorum excubiis in cubile potentum pauor se immittit. Quippe voluptas, ambitio, superbia & sæculum vel ad leuem sonitum, nisi euanidæ gloriæ aura sit, vel ad præsens periculum contremiscit. p. 189. n. 56. tot. sect.

Herodes Rex turbatus est. Quia Rex nascitur, Rex turbatur, Herodesque turbatur quia Rex. An ei protenditur regni, quo superbit, dispendium? Quid quod Rex natus sit? Imperium non amittet Herodes. Certè non turbatus est Sol, cùm stellam vidit luminis Præsulatu radiantem: Vterque enituit non iniuria proprij nitoris, nec calamitatem iubaris reputauit, quod pariter clareret stella. Sed alia est indoles astris cælestibus, quàm humanis. Non similibus delectatur inuidia: renuit socia claritate clarere. p. 93. n. 199. tot. sect.

Et omnis Ierosolyma cum illo. Turbatio Herodis superbia fuit, turbatio populi turbationis Principis adulatio. Vt tenacius Rex fluctuantem animum ad noui nominis proritaret vindictam, Palatini & ciues turbantur, qui sunt Principum ad scelera nutritores, & assentationis spongia protuberantia Regum vulnera fouent, vt in furoris saniem insaniant. p. 139. n. 140. & p. 157. n. 60

Et omnis Ierosolyma cum illo. Non omnium turbatio de pauoris ægritudine venit. Erant Ierosolymitani, quos fœlix nuntium reddidit alacres & tranquillos: sed turbatio publica fuit, & gaudij impetus in turbationis signa prosilit. Talis est humanorum affectuum tumultuarius congressus, vt alter pro altero soleat erumpere, fletus pro lætitia, metus pro gaudio. p. 351. n. 184. tot. sect.

Et congregans omnes Principes. Nonnisi Sacerdotum Principes & Scribas congregat ad Senatum, vt ferant de Scripturis suffragium. Bonus delectus, cùm quæstio religionis agitur, consulere antistites; cùm Scripturarum, eruditos in lege; cùm belli, quos classicum nouit, laborque militaris durauit, vmbonibus, & machæris assuetos. O quoties quia in delectu error, erratur in causa, senatúsque ex consulibus peregrinis accitus peregrinatur in securitate suffragij. p. 378 n. 18. tot. sect.

Ite & interrogate. O quot interrogationibus eges, versipellis & stolidè Rex. Iam interrogauere Chaldæi; iam & tu interrogasti Sacerdotum Principes & Scribas, vtrobique responsum est Magis de stella, tibi de vocibus Prophetarum;

tum, & tamen quasi adhuc in incertum iactetis, quod indidem Magi interrogent, vrges. Hoc est infortunium virtutis. Sine interrogatione, & responso, sine consule & monitore vitium rapit hominem ad negata: virtus nonnisi cum mora & repetito Consule mundialem allectat. p.169.n.105. tot. sect.

Ite & interrogate, vt & ego veniens. Sat fuit Magis vnius syderis mussitatio, vt iter spatiosum & suspectum arriperent, sequacibúsque obedirent vestigiis insinuatæ veritati per lucem, quam non auribus, sed oculis auscultauerant. Herodes vaticinio audito non credit. Scripturarum clamoribus non impellitur. Et vos Scribæ in causa fuistis, qui semel vnam veritatem de lingua protulistis mendaci. Vaticinij vigor per semitam neruos amisit. Sepulchrum patens erat guttur eorum, quasi veritati spiritum abstulissent, veritatem cadauericam produxerunt: quid quod immobilis iaceret Herodes, cùm spiritu concitato Magi currebant, qui viam simul veritatem & vitam à vicaria Domini stella animosi acceperant & fideles. Dicta veritas à mendaci elumbis & mortua est, quæ à veraci viuida & efficax. p.218.n.155.& seqq.

Vt & ego veniens adorem eum. Esto simulet religionem, saltem religiosum se præbet, qui fingit votum, vt & se deuotum finxisset, quasi ratio status impulisset Regem Herodem, ne coram Regibus alienigenis, quos ab idololatris plagis veri Numinis religio trahebat, se irreligiosum, & incultum ostenderet. Vnde signatè illud: *Vt & ego veniens*, ne soli Reges de impendendæ adorationis præsumptissent impulsu. Arrogantiæ vitio, non virtutis studio rebellis peccator beatitudinem ambit. p.214.n.95

Vt & ego veniens adorem eum. O deuota nimis astutia! Quid tibi cum artis calliditas versipellis, vbi non lupus, sed ouis syncera victima est, mactatur simplicitas non versutia. Vt ad dilacerandum agnum lupus veniret, se religionis vellere tegit, cultúmque virtutis in leonem sacrilegi furoris accuit. Flagitiosus de virtutum nitore se adornare contendit, vt simulatæ pretio honestatis vitia mercetur. p.196.n.12. tota sect.

Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera. Ergo orientales thesauri de pretiosis montium scrupis cum Magis ad Dominum currentibus cucurrerunt. O ad durationem diuitiarum ingenium! ne rubigo & tinea corrumpat, diuitias moueri liberalitate donorum, manibúsque pro pedibus currere. Ecce Magi dicuntur Domino obtulisse thesauros, & licèt verè dederint, tamen non dicuntur dedisse: quoniam quod Deo præstatur, non perditur; quod pauperibus erogatur, magis ad æternandos cælestes sacculos retinetur. p.427.n.52.

Dominica in Septuagesima.

MATTHÆI 20.

Simile est regnum cœlorũ homini Patrisfamilias, qui exijt primo mane conducere operarios. Primo mane exiuit, vt paradisi viridarium in coloniam & culturam ad innocentiæ fructum præstitisset Adamo, qui vt præuaricatorem accusaret pariter & damnaret nonnisi ad auram post meridiem, vt seueritas tepuisset, accessit p.71.n.108. & p.421.n.26

Exijt primo mane. O quantus homo est, ad cuius opem solers Deus quasi antelucano studio procedit. Quid quòd ad hominis ministerium studiosi cœtites lucubrentur. pag. 479. num.29

Qui exijt primo mane conducere operarios. Si opus humanum est, cur sic Deus sedulus operatur, vt & mane primum obseruet, ne post hominem secundus accedat. Quid erit in proprio, si & in humano opere primus est. Conatur Deus, ne in opere, quod hominis interest, vllum cedat prioritatis homini gradum p.11. num. 37

Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno. Cur contractus initur, si totum quod agitur, fauor est. Non contrahit liberalitas, nisi vt gratitudinis sine conditionis violentia libitam obligationem inducat, non patiuntur calculum beneficia, debitum se expungere, qui donauit, insinuat. Si vinea est homo, & colonus vineæ homo est, cultura meritum, dedit meritum, qui culturam. Ergo bis donauit denarium, qui ad denarium dedit & pretium. Tandem in parabola præmium beatitudinis agitur, cui sic legitima conuentio intercedit. Si vtrobique beneficus est, qui conuenit, dum conducit ad opus, influit in opus, & vineæ fructum nonnisi colono rependit. O noua indoles beneficij, vbi qui præstat, se debere putat, quod donat. p.160.n.71

Conuentione autem facta ex denario diurno. Antequam colonus laboret, ne prestoletur donum, promissione doni donatur. Nulla liberalitas est profusior, quam quæ lingua, antequam manu, ne beneficium amputet, donat. p.93. num. 201

Misit eos in vineam suam. Vt alacres redderet ad culturam de pretij subornauit mercede. Si gloria est donum, vt quid pro merito fatigatio coloni. Cur indicitur sudor fronti, cur manus asperetur in sarculo & meridianum æstum vinitor sub diuo sustineat. Vt gloriosior & amabilior beatitudo foret beato. Quippe lenocinium virtutis est, non habere, sed consequi, non hæreditare, sed vincere. p.479. num.17

Quid hîc statis, &c. Non sat quòd stent: cur non quos iniquitatis turbo depulit, obiurgabit? Conuitietur in vitiorum volutabris iacentes, nec prætereat, quos libido deiecit, auaritia in pecuniæ deturbauit idolum, quos ad obsequium pro mercede sæcularis fauoris curuauit ambitio. Imò stantes, sed ad otium, redarguit, cum ad opus, stare sit. Sunt quorum opus otium est, & hoc agunt iugiter quod non agunt. Virtutem simulant in stando, cùm statio de laboribus militaribus veniat, sed quasi cadauer stet, vt emortuam virtutem Dominus increpat. Otij luxus virtutem mollit, & in vitia discingit. p.331. num.111. tota sect.

Tota die otiosi. Cur paterfamilias curam erogat in otiosis. Nonne satius est nihil agere quàm agere malum, inertem esse in opere, quàm iniquum, non torpere in crimine, quàm sine criminis

criminis officio torpere? Sanè etsi omnis iniquitas sit laboriosa, nulla est iniquitas officiosa. Otiatur equidem qui agit malè, vtpotè quia peccatum est nihil, & sine ipso factum est nihil, à quo cùm omnia sint facta, iugiter in opere est. Ergo, qui desidiosus & segnis manibus complicatis otiatur; etsi prauum opus non agat, in peccati compito stat, & quà nihil agit, vicimus ad nihil, opus habet á peccato defendi. Sic otio quidem regna marcescunt, dum otiosa pace, quæ ad hostiles impetus est vicina, reside virtute, fruuntur. Otij tempore Duce bellicoso opus est, qui ab otio & à pace defendat. ibid.

Quid hic statis tota die otiosi. Si à lasciuiæ inquietudine, ab auaritiæ negotiosis ærumnis, ab ambitionis vertigine excusat otium, cur otiosi singulariter obiurgantur, & in probrum vertitur quod non agunt? Oportuné quidem & ad ethicam salutarem. Vitium non vitio, sed virtute pellendum. Si otiositas vitium est, etsi sine tumultu, sine strepitu manuum, quid prodest, quòd ab operoso liberet vitio, at mundumque quasi in reside palude detineat, ne per aliena prædia grassetur. Aqua, quæ in stagno seu in lacuna deses & ignaua decumbit, quòd innoces ex otio non sit, fœtor ostendit; etsi male non agat, quia malè olet, publicat quod non agere est malum; ergo iugiter fluat, vt vitam sibi vindicet latex, mobilísque per latebras in bonitatis spiritum animetur. Iure igitur otiosos Dominus increpauit, qui inertis desidiæ malo, ne in malum incurrerent stolidè affigebantur. Non vitij medela vitium est, nec eluitur peccatum peccato. p.254.num.15. tot. sect.

Dicunt ei: quia nemo nos conduxit. In hora vndecima senectus designatur naturæ, cùm effœta iam vigoris animositas in scapulatum curuitatem declinat, exaratáque rugis frons nullum de aratro segetum prouentum promittit. Ergo nemo nos conducit, inueterati senes quæruntur: quoniam & sæculum & libido, quos ætas macerauit, contemnit, & quibus in vitiorum seruitute vel dentes ceciderunt, vel nerui remiserunt vigorem, & à laboribus iniquitatis atritos inutiles suspicatur iniquitas, ipsamet nequitia præterit & spernit, nec iam ludo sunt, nec illusoriis nugis, nec furtiuo thalamo, nec amori. Ergo obsoletum vitium, & emeritus in longæua criminum consuetudine, vel ipso fastiditur à vitio; quoniam vel vitium horret extremè deformem turpitudinem vitij. p.416. num.11

Quia nemo nos cõduxcit. Ite & vos in vineam meã. Cùm sæculo sunt inutiles, educandæ vineæ vtiles erunt? Quos vitium deseruit, Deus admittet, & mundialibus officiis ignauos virtus ad culturam conducit? O extrema pietas! nullum tempus ab exercitio bonitatis sequestrat, vel ineptos criminibus ad officium beatitudinis trahit, vbi consummata est iniquitas diuini largitoris incipit venia, & vitiorum emeritum, vt sub vexillo militet pœnitentiæ, in reparationis albo conscribit. p.188.n.50. & p.204. n.53. & p.275.n.109

Ite & vos in vineam meam. Otiosos cœperat obiurgare, & quasi in prima periodo iam seueritas lassaretur, pietas citissima præcucurrit, & protinus in vineam remittit, vt otium eluerent inoperandæ vineæ fauore. Sic tandem ira Dei in lenitatis beneficio deferuet. p.194. num.6.

Quia nemo nos conduxit. Et in sero sunt, & in senectutis ætate, & tamen cum sapientia clamitet in plateis, & in frequentia vocem emittat, nunquam eos tetigerat vox, nec pro pretio virtutis iuerunt ad merita laboriosa conducti. Quid? Vitiorum ætas excusauit ignauiam. Obsoletus in vitiis nomen & figuram bonitatis ignorat. De alieno ei climate virtus est. p.174 n.105. tot. sect.

Cùm sero autem factum esset. Vix dubia lux, recedentis Solis dispendebat reliquias, vix vesper deciderat, & quasi adulta nox processisset, serò nimis Domino largitori videtur, ne solutionem meritis præstoletur. Optima beneficij pars fuit, non incurrere moram, sed currere. Sæculum Deo est quæcumque stilla temporis ad fauorem p 415.n.5

Voca operarios, & redde illis. Garrula nimis creditoris est lingua Vix cedit dies, cùm momento non cedit; debitorem precibus torquet, vt debitum, ne moram subeat, ipse prius morosus extorqueat. Cur non expectet Dominus quòd expetat mercenarij mercedem. Vt nouum beneficium impenderet, si excusaret verecundiam petendi. Vt integra liberalitas esset, quæ egenum liberaret à prece, & duplicem denarium præstaret, alterum qua ex condicto, alterum quà sine merito petitionis. Dimidiat pretium, qui pretium integrum dat rogatus: duplicat, qui interrogatus. p.194 n.4. Bona quæ ex expectationis momentis tamquam in reside palude stagnantur, fœtent à mora, & à pigritia sortis ægrotant. p.338.n.138.

Cùm venissent ergo, qui circa vndecimam horam venerant acceperunt singulos denarios. Qui post effœtas in vitiis vires, in senio, virtutis incipit cursum, totius pretio muneratur ætatis. Sed virtus non tempore mensuratur, sed animo, pondere, non spatio, qualitate vtique non durationis labilis quantitate, voto non censu. Qui benè cœpit, non solùm dimidium habet operis, sed & totum. ibid.n.141. tot. sect.

Venientes autem primi arbitrati sunt, quòd plus essent accepturi. Si de denario diurno condictum fuit, cur mercenarius vnus numerum in denario pro debito vnius laboris solicitet. Qui à diei æstu & pondere superbiebat; quasi se multiplicauisset in gloria, multiplicem denarium ad alendum vanitatis sumptum procurat. Quippe superbus se numerum cogitat, cùm sit vnus, plures esse cupit, qui vt plures capit. p.251.n.1. & seq.

Et pares illos nobis fecisti. Ergo non fœnoris appetitus torquebat, non cruciabat pretij libido, quibus denarius vnus de nobilitate numismatis, præmiíque fauore suppetebat ad censum sed quòd qui minus laborauerant in cultura, æquarentur in sorte. Magis cruciat inuidum aliena fœlicitas, quàm calamitas propria, nec fauorem sibi reputat, si communem. Non similibus delectatur inuidia, paríque ducit socia claritate clarere. p 93.n.199. tot. sect.

Dominica in Sexagesima.

LVCÆ 8.

EXijt, qui seminat, seminare. O qualis lepiditas in stylo! Quis nisi agricola agrum coleret? Quis nisi sator feret, seminabitque seminator? An superuacuitas in dictione. Imò oportuit quòd officium præcederet exercitium. Sæculi peruersitas fuit in causa. Non agit vnusquisque quod suum, tripudiandi pruritus, vt extra chorum saliat, etiam claudum vellicat, etiam senem. Qui legalibus assuetus codicibus se ingerit in Martis consilia, qui in sicco & immobilis mansit, de triremibus tractat, & quem non nouit pelagus, quasi pelagus nouerit, de ventorum disserit seu fauore seu odio miles tribunalia pacis quasi castra frequentat, & Respublica solet peregrinari à salute, quia peregrinis Magistratibus gubernatur. Ergo qui seminat, seminet, tractentque fabrilia fabri. p.378 n.19. & seqq.

Exijt, qui seminat, seminare. Si antequam exeat, iam in domo seminat quasi in rure, cur ad agrum exit, vt seminet? Quoniam hæc industriosa fœlicitas est virtutis. Si semen est verbum Dei ad virtutem, vt manipulis fiat agricola & opimis prouentibus in iugeribus alienis lætetur se iugiter seminet ad virtutem. Malè peccatores lucrabitur, si se perdat. Ad mali publici sanitatem proficies, nisi tibi singulariter consulas ad salutem. p 380.n.27.tot. sect.

Exijt, qui seminat, seminare. Vt industriam æstimares serentis, sedulò præmonetur ex officio fuisse satorem, ne granorum sine arte dispendium ager doleret, quæsterúque granum. Ille benè serit, qui seuit. Ars amat probatos in arte. Sic & de conflagoso miles, ne de litterario puluere qui insigniendus magisterij pileo procedat. Opus sit operis testimonium, qui semel benè docuit, benè docebit. Qui nunquam docuit, etsi forsitan benè doceat, vel casus, vel miraculum erit. p.379 n.22

Exijt, qui seminat, seminare. Verbum Dei est qui seminat Verbum, cuius manus à muneribus nesciunt cessare. p.160.n.73. Qui & Filius Sabbathi non incongruè videtur, vtpotè quia & in quietis indaciis inquieta beneficentia operatur. p.161.n.75

Seminare semen suum. Si semen est verbum, & seminat lingua: quid oportuit præmonere serere suum. In fertilitatis auspicium vberumque segetum vaticinium, quòd suum iaceret, perhibetur. Fœcunditate pollet verbum quod proprium, quod genuit, parturiuit, & obstetrice industria prædicator veritatis suscepit. Qui aliena grana, vt ad luxuriam superbæ messis, & euanidæ gloriæ culmen furatur, & vt pascat ventum, in laudatoriâ consistit gleba, quia non ingenito fouit calore, sed ex alienis sudoribus legit producta, frigida iactat, & solùm vt se iactet, non vt manipulos colligat animarum. Vide p.344 n.159

Seminare semen suum. Adhuc est æquiuocum, latet adhuc, quo iure suum erat, an quia sator ipse produxit, an quia de nundinis venalis sermonis accepit. Ergo etiam ingenium emitur & sapientia? O quot doctos reddidit pretium, quot fora ad scientiarum commercia? Ibid.

Et dum seminat. O toties sator! *Qui seminat seminare, & dum seminat*: quasi antequam sereret, iam serebat. Quòd Dei beneficia vel exercitiũ ipsum præcedunt, celeritatis æmula sunt, faciunt præteritum de futuro. p.318.n.138

Aliud cecidit secus viam. Ergo qui seminat, granũ non iecit, sed granum casu cecidit à satore. Et vbi satoris industria? Cur non cauit sedulus, ne per articulorum rimas granum calculum laberetur. Imò fuit agricolæ diligentia, quasi desidiam, vt caderet, simularet, vt malignitatem loci, in quo caderet, ostendisset, qui cœlestis grani secretum cursitantium pedibus publicaret. Ergo licèt industrij satoris, & bonæ indolis erat granum, de publicitatis sorduit contagio, & intra minutum puluerem quà contritum, minus illico fuit, & quò magis ad famæ lucem erumpere satagebat, dum ad gloriam luxuriabat, curtatur. Virtus in publico minor fit. p.309.n.18

Aliud cecidit secus viam & conculcatum est. Tam citò in calcantes pedes incurrit, latuitque sub vestigiis, quod vt publicitatem amaret, casum non doluit? Appetebat oculos, & inuenit pedes. & sub vestigio minus euasit, quod vanitatis incrementum ambiuit. Quid? Grano minor fit, qui videri sollicitat, theatrumque procurat ad opus. ibid n.19

Et dum seminat, aliud cecidit secus viam. Quis sic de seminis credat ilet fortuna? In satoris optimi manu erat, ad pompam segetum parabatur, suo bono sydere manuducebatur ad gloriam. Si iactaretur, honoris non subiret iacturam; & tamen cecidit, pessumdatur, & sine fructu postliminio sepelitur. Quoniam sors agebatur humana, etsi tot pignora fœlicitatem prædicerent, in ipsomet apparatu fauoris, sortisque aspectu periculum fecit de sorte. Spes humana fallax est, non benè de faustis euentibus fidendum est. p 494.n.81

Conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Priùs pessumdatur, dein comeditur. Non sat fuit tegumentum pulueris pro clausura: patuit volucribus, quod sub contumelia pedum delituit. Imò fœlicitas fuit volucrum casus grani: quod sibi non profuit, auibus profuit. Quod abiectum erat manu satoris, in bene viuentium vsum præstatur. Cœli volucres in pennarum animantur virtutem, & vt viuant per serenum, grano nutriuntur, quod sui prodigum, se in publico cursitantium dedit vestigia, vt nec sibi consuleret, nec hominibus. Sic iniquorum bona prudentissimo sapientiæ delectu recidunt in vsum piorum. p.421.n.28. tot. sect.

Cecidit secus viam & conculcatum est. Si non in via cecidit, cur à viatoribus è vestigio calcatur? Sat fuit quod caderet secus viam. Periculum est propinquitas ad periculum. Lata sunt vestigia occasionis iniquæ, etsi viæ gradiatur per medium, vestibula domuum attingit, vel halitu parietes infestat. Ergo etsi nimis distans periculum, præsentissima præueni diligentia. p.426.n.45 & seqq.

Aliud cecidit supra petram. Si semen est verbum Dei quale commercium verbo cum petra? Verbum Dei eructatur à corde. In cor quidem non in lapidem migrat. Sed in cor cecidit, etsi in lapidem. Rigor iniquitatis cor in scopulum obdurauerat, & quod de natura, qua molle palpitabat

palpitabat & carneum, iam vt lapideum de vitio rigebat. Improbo peccata pro membris fiunt, constat de vitiorum compage. p.97. n.216. tot sect.

Aliud cecidit supra petram. Et cur priùs industrius sator iugera à lapidibus non purgauit, ne maceraretur seminis beneficio, & in petrosis tumulis absque nouæ vitæ fœnore tanquam sub lapide sepulchri iacuisset. Imò officiosus agricola, vt semen iaceret, non solum ad iugera, & habiles agros se contulit, sed ad scopulosos montes, rigentes cautibus, & excisis saxis horrentes: quoniam si semen est verbum Dei, quod in peccatoribus seminatur ad frugem inter scopulorum latebras cecidisse oportebat, vt iniquorum originem vestigaret. Sat è protervia iniquitas homines in feras regenerat, & de vitiorum scopulis parturit, tanquam de latibulis montium p.481.n.35 tot.sect.

Et natum aruit. O quam breui compendio natiuitatem copulauit cum morte. Breuis ortus & interitus indiuisa societas, vt vel aridum nasceretur, vel aresceret nascens. Si semen hoc quia verbum erat, tetendit ad cor, & cor fons vitæ est, ex quo ad vitales scatebras animosus spiritus scaturit, cur illicò quam orditur, vita defungitur, & ex tecto aresceit, vbi succus vitæ dispenditur. Quid? Erat quidem cor, sed lapideum: nascitur quà de corde; quà de lapide, arescit, cor peccatoris compendiosa mors est. p.167.n.97

Et natum aruit, quia non habebat humorem. O in ipso natiuitatis beneficio iactura! Quia defecit nucleus humoris, arida natiuitate defungitur, vt igneo supplicio se quà siccum & aridum disposuisset per natiuitatis fauorem. Et hæc diuini seminis messis erit, stipula ad comburendum, palea ad fumum pariter & ardorem? Lapidei cordis malignitas fuit, quæ vigorem herbæ consumpsit, virtutisque obdurauit meatus, ne vllus humor ad radicem hæsisset. Ergo fecit de propitiatione supplicium. Obduratus & improbus medicamina in excidium conuertit, & salutis semina in cibum ignis. p.302.n.129

Et natum aruit, quia non habebat humorem. Si humorem habuisset, nulla foret grani calamitas. O quanta humoris efficacitas est! malignitas lapidis humori cessisset, siquidem & cauat lapidem gutta, & quod in spicam lapis assurgeret nec ariditas culmum impeteret, mador lachrymosus efficeret. Cordis humor lachrymæ sunt; lapidei cordis redemisset duritiem, si semel lachrymis cor maderet: non ad vsum gehennæ aresceret spica, sed & gehennam extingueret humor; nec cœli imbribus indigeret semen ad culmum, cùm & ipsum cœlum lachrymæ rigent. p.314.n.38

Aliud cecidit inter spinas. O constans sator! non sat est tot semina perdidisse, sed & duras in iactu? Cur non domum redis, vt quiescas, qui sic granorum sine fide sortis inaniter fecisti dispendium? Sed sedula manus cessare nescit si forsan iacturam redimat de constantia. p.374.n.1.

Aliud cecidit inter spinas. Ergo casus seminis vulnus fuit; cùm cecidit, cæditur, & dum à satoris manu discessit, quia non dolebat cadere, doluit pungi. Qui à Deo abiit, mitiùs sibi aget, nisi in medio itinere se contineat, nec perseuerante recessu ad sæculum fugitiuus accedat, ne qui venit debilis, vulneretur. p.203.n.47. tot. sect.

Et simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Quia simul & in fasciculo exoriuntur spinæ, & tumultuarium compegere dumetum, granum præ pondere suffocatur, & quod vnam spinulam suffocaret, plures non potuit. O terræ malignitas! Sic in cumulum in aceruum voluptatum erumpit, & mauis inhorrete spineto, quàm sub vno grano egestatem alimenti fateri. Granum hoc tibi superesset ad frugem, voluptatumque sæcularium pruritum nobili medicamento sanaret, nisi, ne tibi defecisset vna voluptas, tot tibi pariter deliciarum peperisset vrticas. Voluptatum cumulus helluonem suffocat voluptatum. p.306.n.6 tot. sect.

Cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ. &c. Estne cor hominis spinetum? Est quidem, quia voluptatibus circumfunditur. Ergo luxuriosi thalamus dumetum est ambitiosi diuitis stromata, & sudantia nectare strata, floribúsque deliciarum picturata vbilibet pauimenta, quia voluptatibus, aunt vepribus obsiti. Sat è, Nam vix tultorum, quà laborum obsitæ spinis, floridæ sunt & plantæ, vix tot notum, quà illecebrarum Libocinio constratæ, sed præcipitia sunt, seu vtrica. p.78.n.138. tot sect.

Et simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Maius terræ excidium, quam grani: imò granum intrinsecus suffocatum terræ suffocauit virtutem, & cor hominis interemit. Carnifex est peccatoris conscientia, seu pudor seu scintilla virtutis sine externa pyra & lictore suomet stimulo figit, enecat, & comburit. p.323.n.73. & seqq

Et exortæ spinæ suffocauerunt. O qualis spinarum industria! congesto satellitio granum, quod vigore sui iam adolescebat in culmum, illico suffocarunt, ne infœlici cordi, si granum in manipulum excreuisset, ab armatis vrticis superesset defensio. Sic vitia sustinet pugionibus iugulant peccatorem, quibus si semel robusta est, ad victoriam virtus armatur. p.150.n.17

Et simul exortæ spinæ suffocauerunt. En cumulus diuitiarum & pondus non nisi suffocatio seminis fuit: ac hæc diuitiarum seges cadauer. Et cùm nascuntur, in celerem mortem impellunt. Si è terreno puluere spinosis diuitiis est ortus; quidquid in puluerem mortis, dum magis fortunatè luxuriant, ingenito appetitu propendeant. p.419.n.59

Aliud cecidit in terram bonam, & fecit fructum centuplum. O vnius grani fortuna diuersa. Si verbum Dei erat, dissimilis sors O cor hominis! idem est sator, idem & granum, & tu tibi siue opimitas siue egestas. Idem est Christi sanguis, sed iuxta se intingentis arbitrium vel dealbatur pœnitens, vel impœnitens denigratur. p.173.n.119

Aliud cecidit in terram bonam, &c. Bonitas & imbonitas terræ fortunam vnius boni discreuit: fuit seminis ariditas in petrosa, sanguinea suffocatio in spinea, in publica, seu à pedibus contumelia, seu ab auibus cæli furtum, in bona, & ad aratrum docili & molli, pristina calamitas ad incrementum segetum vsuraria horrea satoris optimo frumento complevit. Quid? Quo eleuatur iustus, deprimitur reprobus, eodem instrumento alter interit, surgit alter. p.493.n.76. tot. sect.

Dominica in Quinquagesima.

LVCÆ 18.

Vide infrà Feriam IV. post Dom. II. Quadragesimæ.

Feria IV. Cinerum.

MATTHÆI 6.

M*Emento homo quia puluis es. Vnge caput tuum, & faciem tuam laua.* Cinis pallidus,& oleum lætum? Iam pugna est. Imò mysterium. Et cinis & oleum,& in capite vtrumque. An vt cineris squalorem oleum abstergat? An vt mortalis pulueris frigidæque mortis memoriam aureus olei calor absorbeat? Imò vnguentarius Euangelij liquor,& ritus Ecclesiastici cinis in eandem animæ venustatem conantur. Quippe cinis mortis cogitatus, oleum est, ad flammam pulchritudinis accendendam p.52. n.22. tot. sect. Vbi plura & pulchra de salubri mortis memoria.

Memento homo quia puluis es. Nolite fieri tristes. Quàm aduersa sibi indoles disciplinæ. Ergóne lætus ab oleo, tristis à puluere? Si tumuli puluis exundat ad caput, & adhuc stantem artificio memoriæ redigit, in cadauer, cur alacritas in ornatu, & pro mortis funere vnguentata mundities? Olim iustorum capita feralis cineris sparsæ reliquiæ, olei modo flammam vitæ vegetar,& innutrit. Vitam iustus recolligit de ruina; figura mortis enecat peccatorem. Vel ipsa mors vitam posthumam reddit iusto, vel ipsa vita in viuo peccatore cadauer est. p.493. n.77. Non in vita & morte discrimen est, sed in indole peccatoris & iusti. pag. 399. n.97.& seqq.

Puluis es. Cùm, ieiunatis, nolite fieri tristes. Quis stet impauidus & hilaris ad excidium, & ad expallidam mortis figuram animi constantiam detineat? Friget gaudij subsilientis ardor ad funeris gelidi suspicionẽ. Quis in vno annulo nectet genialis pompæ alacritatem & gustum cum miseris institis mortis? Dirimit quæstionem ieiunium, ænigma pœnitentia dissoluit. Si veniam sibi præripit, qui sic dolet, cur indicia luctus, contritíque pectoris squalorem, & alacritatis signum de columitate salutis, vnguenti glutine non miscebit? mœret quà pœnitens; quà ob mœrorem incolumis, hilarescit. Pœnitentiæ vestis celerrimè afficit diuinam pietatem. p.51.n.17.& p.170.n.108.

Puluis es. Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Qualis hic nexus mœroris turbidi,& limpidi gaudij? Hilaris est Diuinitas ad pietatem, scenámque tristitiæ de hypocrisis fuco respuit & odit. Non de ambitione gloriæ decipi, & decipere potest, qui suæ ignobilitatis puluere libenter spargitur. Ergo hypocrisis exuat figuram, qui iam non fallitur de caducæ vitæ ludibrio. Sanè hypocrita priùs seipsum fallit, quàm fallat. p.148.n.22.

Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Nonne per tristitiæ faciem agnoscit suos, quos eximat beatitudo à mœrore? *Tristitia vestra conuertetur in gaudium.* Ne fiant, imperat; non, ne sint, mœroris vmbram respuit,& fucum, nec de hypocritarum colore amat iustorum facies perfundi, ne in virtutis ementitæ telonio arrosum sit & adulterum numisma mœroris, & in libræ tempore nulla sit quantitas, quæ præponderet in lance iustitiæ. Sanè hypocrita de virtutum nitore se adornare contẽdit, vt simulatæ pretio honestatis vitia mercetur. p.196.n.12.tot.sect.

Exterminant enim facies suas, vt appareant, &c. O vnum vitium sine proprietate faciei! Alienum vultum arripit, vt appareat, & in terminos vagatur extraneos, nisi quod proprium huius criminis sit non ostendere proprium, vel qua perfrictæ frontis est, sine propria fronte se prodere. Nec tamen damnatur hypocrita, quòd solidam abstinentiam non subeat, nec syncerè ieiunet, dum rarefacit, & corrumpit, exterminato ad faciem ieiunio sed quòd ieiunij faciem assumat. Cur si putas? Quoniam vestitu virtutis calliditatem operiri peccati, extrema improbitas est. p.148 n.20.tot.sect.

Tu autem, cùm ieiunas, vnge caput tuum. &c. Si hypocrita fictor est, & hypocrisim damnat magister, æqualiter fingit, qui virtutis ornamento vitium inuestit, quàm qui vitij personam & libidinis laruam pudori virtutis imponit. Vnguentata & lota in oculorum nundinas luxuriæ venalis facies procedit. Vt quid redundabit vnguento aridi ieiunij arida species? Ingenium est, quo virtus latitans, suo proprio visco peccatorem piscetur. Lætitiæ, quam luxuriosus appetit, pœnitentis peruagetur in vultu, vt inueniat virtus sodales. Nam pluries nocet tumultuariò & sine discretione virtus clamata. Non semel lucraberis peccatorem, si ostenderis ei aliquid suum; ne ostensa sanctitatis figura, quam odit, territus aut resistat aut cadat. p.311.n.27.tot.sect.

Et Pater tuus qui videt in abscondito. Nonne qui vbilibet est, vbilibet videt, cum totus sit oculus quidquid est? Sed qui latebras silentij sollicitat, ne virtutis opus fascinetur à luce, Dei oculos sibi allectat, quasi visum accumulet,& in Deo. Numinis est theatrum latibulum rectè operantis p.48.n.3.& p.310.n.23

Ne videaris ab hominibus ieiunans. Et parum proficiet ad exempli prouentum, videre in altero figuram expatiatam ieiunij, vt æquale meritum vnusquisque sibi conetur.? Proficeret vtique ad virtutis numerum, in extraneis, nisi minuisset quantitatem in proprio. Amat Deus integrum virtutis pondus in vno quæ non semel, qua visa, per oculos alienos curtatur. Nam virtus in publico minor est ad opera grandia, detrahit spectaculum quantitatem. p.309.n.19

Ne videaris ab hominibus ieiunans. Quid quod pro visu laudem rependant? Sed non eget rethore, ieiunij elogium prolixa laus sibimet est. p.98.n.224

Nolite thesaurizare vobis in terra. Cur non in terra? in inopiæ subsidium gazas accumules? Quoniam qua terrenæ sunt, imum adamant, in decline feruntur. Quid quod sæculi pecuniarum abundent? Diuitiarum ruina vno impetu tota venit. p.415.n.5

Nolite thesaurizare vobis in terra. Cur si putas? Ne de cœlesti numero, qua terrenum, te diuina manus expungat. Nam diuitiæ sceleratum aut inueniunt, aut faciunt. p.424.n.38

Nolite

Nolite thesaurizare vobis in terra. Cur cum terra diuitiæ nectuntur, & qui incepit diues ad primum periodi gressum claudicauit in terram? Quoniam diuitiæ baiulum onerant, gerulum subiugant, pondus sunt. p.418.n.18.& p.419. n.19.& p.429.n.59

Nolite thesaurizare vobis. Cur vobis additum? Ne de securitate possessionis fallamini, quasi inopiam non timeat, cui pretiosum superest sub fossa depositum: vmbras enim reseruauit & somnia. nihil & inanitatis custodia inanis est. Et diuitiæ vtique vel vmbræ sunt. ibid.

Feria VI. post Cineres.

MATTHÆI I.

AVdiistis quod dictum est antiquis: odio habebis inimicum tuum. Vindicta cœperat in doctrina, adoleuit in morem, consenuit in legem. Ergo vitio lex? Sæculi, dæmonis, peius, hominis improbè sæcularis. Principiis obsta. Improba consuetudo improbè transigitur in præceptum. Delinquendi impunitas est delictorum legifer mos. quæ increbuit iniustitia, inoleuit pro iure. p.272.n.92. tot. sect.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros. Quàm signate dixit. Ego autem. quasi proprium Filij Dei fuisset, inimicorum dilectionem indicere; quippe in quem primus inimicus exarsit. p.226.n.148

Diligite inimicos vestros. Quale bonum in hac intenditur dilectione, in inimicúmne diligentis, an verò inimici dilecti? Dixeris inimici, cuius amor indicitur. Imò splédida merces dilectori promittitur, generis cælestis origo. p.225.n.147

Diligite inimicos vestros. Ergo inultus manebit, & sine defensione, qui læditur? Imò defendit amor, iniuriámque vlciscitur nobilius clypeo, qui impetitum obarmat, quàm gladio, qui impetentem percutiat. p.57.n 49.& seqq.

Diligite inimicos vestros. Et Deus præcipit & oportet. Sed læsi fama nonne periclitabitur sine vltione? Imò nulla solidior, securiórque aduersarij vindicta est, quàm inimicum pascere dilectione: Limpidè in necem inimicum innutrit, qui in amoris ergastulo seruat. Portat secum inimicus in latere gladium, quo se transfigat. p.324.n.76.& 77

Diligite inimicos vestros. Nonne resiliet amor, si in scopulum rebellem immittas? Resiliet quidem, si mutuus erit, odiique caussam iacto amore in aduersarium amoris litteris abolebis, nec supererit, quem odio habeas, siquidem amans amatorem fecisti. Quippe nulla est voluntatum ansula, nisi amoris. p.415.n.8

Benefacite his, qui oderunt vos. Si iam indixerat, quòd amarent, quid erogat syllabas beneficij periodo? An ob signum? An ob exercitium amoris? Bis amorem petit, qui post amorem doni largitionem adiecit. Imò semel imperauit amorem, qui in beneficio naturam definiuit amoris. Quippe amor sine manibus non est. p.254.n.15

Benefacite his, qui oderunt vos. O forum, ô nundinæ amoris amor! Timor emitur pretio amoris. nullum est pro amoris mercede pretiosius pignus, quàm merces amoris. Ergo si semel amat, quid vltra poterit benefacere? Sed explicuit amoris prouentum. Velle bonum amate est. Est quid vlterà, & benefacere, id est, bonum facere, quod diligat in amato. Quiléne bonum in dilecto prouenit inimico? Quile in amante. odium eripere ab aduersario. Vt commune sit lucrum in ambobus odio, quò inimicus efferet in amorem conuersio. Artificium lucrandi inimicum amor est p.225.n.147

Vt sitis filij Patris vestri. Curne filius Dei inimici dilector efficitur per amorem? Quoniam in ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Nobilis lucis ætatem gloriæque pondus fert iugis conseruatio inimici, cui quot iniuriis agitet, tot spatia durationis producat. p.225.n.143. tot. sect.

Vt sitis filij Patris vestri. Obserua numerum. Vt sitis, inquit, An solùm qui diligit, an & inimicus dilectus? Vterque. Respice, vt hominem, quem communis hominum Pater de limo publico figulauit, integrámque cum Patre & fratre numerabis familiam. Cùm Deus spiraculo vitæ imaginem in homine sculpsit, rem & vocabulum filij dedit. Ergo peccatum abole in inimico, quod ei imaginis lineas absumit, fratrem lucraberis, téque filium. p.476 n.17

Qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Ergo promiscua iustis & iniustis beneficia? Dei liberalitas in causa est, quæ iniurias improborum auertit, vt in tumultu pietatis, quasi solùm aduertat munera non personas. p.188.n 51

Qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Imò & sole castigat, qui solem suum repressit in cursu, donec aduersarios sui nominis armata confodisset vindicta. ibid.

Qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Ergóne non vlciscitur Deus, nunquámque inimicos transfigit? Sanè ob iustitiæ reuerentiam vlciscitur. Sed cui natura est, misereri semper & parcere, non qua Solis conditor & quà Deus; sed sub stylo hominis in furorem exardet. Quippe Deus stylo Dei parcit, hominis stylo irascitur & vlciscitur. p 69. n.104 & p.71.n.108

Qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Cur vtrosque coniungit? Satius esset ad dilectionis inimicorum prodigium illustrasse bonos, malos referre, licèt vtrisque sit publicus lucis fauor. An vt improbis consulat, commune orbis lucidi bonum, mundiales prouentus communi largitate dispensat; nec possunt boni à publico dirimi beneficio, ne partitum lumen descendat? Vt quid iustis ambitiosis cælestium terrena munera, quibus improbi student: Ergo & hoc debent improbis boni, qui è publica pietate participant. Quippe nec Dei etiam vlciscentis brachium erigitur ad supplicium, nisi simul pietati proficiat. Ergo siue parcat inimicis, siue castiget, plus vtrobique est. p.84 n.163

Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Plurimam Domine. sat est pro mercede dilectio. Si amor amici charitas est, quis pretiosior charitate prouentus? Adeò amoris Magister liberalem cupit amorem, vt curet, ne solùm vt debitum creditori impendatur, sed vt & debitum prodigatur. Qui diligitur ab amico, iustè iam amicum diliget, non gratuitè, poteritque accusari de mora, etsi odio non habeat, si percendinet dilectionem. Imò poterit damnari de iniuria: quippe non redamare amantem, contemnere est. p.36.n.129

Quam mercedem habebitis? Nónne meritum est, quolibet iactetur dilectio, quæ secum gestat negotiandi merita forum? Est equidem, sed suprema merces inimici peccatoris est lucrum, & lucratur peccatorem ad veniam, qui pro eo meritum dilectionis appendit. Pectus eius, qui inimico placidè parcit, fit propitiationis altare. p.59.n.54

Dominica I. Quadragesimæ.

MATTHÆI 4.

D*uctus est Iesus in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.* Cur ducatu Spiritus egeat, qui Deus ibat? Non sat illi semel Diuinitas pro arr a nemo. In certamen cum dæmone Spiritu sodali proficitur, Quasi opus esset duplicata maiestas, si non in Deitatis numero, in personarum. Impeccabilis est, quà homo, impeccabilis est quà Deus: vt quid exaggerat impossibilitatem ruinæ? O ethica salutaris! Triplicat impotentiam, vt adhuc cùm procedit, victor euadat, nec cedat diabolo, qui non potest. Vt possibilis sit victoria de vitio, fac impossibile, quod vincaris. Virtus triumphat, cùm fugiens periculum facit criminis impotentiam p.98 n.225.tot.sect.

In desertum à Spiritu, vt tentaretur. Si post quadraginta dies in ista hú tentamenta prodibent, cur præpropera industria à Spiritu ducitur, nec timet ab otio protelati tēporis ad certamē. Prouidit hominis periculis homo Deus, vt edoceat, quod etsi nimis distās periculū, præsētissima diligentia præueniat. p.418.n.54.& seqq.

In desertum. Si secura victoria est, cum ex altero cornu Deus, ex altero dæmon confligit, cur deserit Iordanis theatrum, vbi circes spectabilis ad duellum? Et Deus timeat ab hominum oculis, qui dæmonis arma non timet? Sanè virtutum facinora non amant spectaculum, ne turbentur à turba. p.309.n.19 tot.sect.

In desertum. Strenuos pugiles spectare, animos spectatoribus ingerit, artes edocet militandi, & de præconio victoris rependit fortitudinis disciplinam. Bellare & debellare homo disceret, si Aristarchum Dominum conspexisset. Quo præcone & monitore certaminis, & fortem certaminis auscultabunt? Sed virtutes secum in solitudine tubam præferunt ad præconium ibid.

In desertum. Cur desertum, & copiis militibus desertus exambiit, cui militia cælestis obsequia obtulit in præsepio? O eremi nobilitas & elogium? Pro multo milite sola est. Nam etiam qui in Angelorum frequentia timeat dæmonis incursus, in solitudine roboratur. p.218 n.114

In desertum. Deus, cui Trinitas personarum pro integra & sola societate est, nullius creaturæ sodalitio excrescit in numerum contubernij; & tamen solus consortio solitudinis associatur. Ibat equidem in experimenta sanctitatis præstanda, & sanctitatis ciuitas & colonia desertum est. p.67.n.93.tot.sect.

In desertum. Tenera salus strenuorum facinorum est, ab aura vocis popularis ægrotat, silentium adamat ad ætatem. Muta victoria, quam lingua publica non corrumpat, antequam irrumpat in hostem, fiduciam secum baiulat fortis. Nec opera publicet litus operis, nec lingua diuertat. Silentio antequam manu victoria decernitur, amat fortitudo secretum. p.155.n.49. tot. sect.

Vt tentaretur à diabolo. Cur ob Domini reuerentiam saltèm non dicitur, vt vinceret diabolum, sic permisit tentamenta vt semitam ad victoriam, & finis certaminis prouocati triumphus fuerat? Quid calamitosius homini, quàm sub dæmone antagonista, etsi retundat ictus, ictibus peti? Ergo & hæc calamitas & homini Deo amore negotiante ad incursum? Imò maior calamitas est amanti non vndique pati pro amato, qui nec vincere sibi eget, cuius est natura victoria. At victoria pallida est si sine sanguine periculi venit. Aduersarium igitur Christus inquirit, non vt periclitetur victoriam, sed vt de victoria periculi instruat hominem, de fœliciori vita à calamitatibus componi suffragium. Nil magis aduersum quam sine aduersario vincere, qui probet, & approbet ad coronam, p.105.n.241 tot sect.

Vt tentaretur à diabolo. A tentationis voce desperat impossibilitas contingentiæ. Qui tentari poterit, qui periclitari non potest? Sed certamen fuit in doctrinam, non in variabilem fortunam triumphi. Nec sors opinabilis fuit, cui & ante bellum stabilis debebatur sententia victoriæ. Sed voluit Dominus humanam fortitudinem erudire de proprio, quasi à periculi specie validiores sumeret vires. Vegetatur enim in periculis fortitudo. Qui in fortunæ otio iacet eneruis, animosus præualet in ærumna. ib.

Vt tentaretur à diabolo. Ergóne & sub diabolo Deus? Non quidem ad imperium, sed ad exemplum. Tentari patitur sub dæmonis nutum, quia intererat hominis, cuius seruum se effecerat per obsequium. Hominum commodis formam commodauit humanam, qui filius hominis dici voluit, non tam ob titulum natalitij quàm ob obligationem seruitij. Ergo & seruit homini, cùm diabolo, vt tentet, se subijcit, non vt seruus fiat dæmonis, sed vt hominem seruet. Quippe qui se in publica commoda totum erogat, filius vniuersitatis fit & mancipium. p.321.n.64.tot.sect.

In desertum vt tentaretur à diabolo. Tam immunis à frequentia diaboli curia popularis otiatur, vt qui quærit dæmonem, solitudinem petat? Tam eremita diabolus est, qui potius in quoque compito vel illecebrarum vendit obsonia, vel vtrumque callem illaqueat. O opportunè! Tot tentationes architecta vitia in frequentia populorum subornato à cupidine sæcularium ingenio fabricant & irretiunt, vt otiosas dæmonis artes præ nouorum artificum reddiderint abundantia, & opus sit dæmoni vt suum tentamentum fortunet, in eremum secederet. Quippe in frequentia aulicorum tentationes ebulliunt. p.54.n.36

Et cùm ieiunasset quadraginta diebus. O quàm præmaturus apparatus ad fortem? Tingitur in Iordane, dúmque à fluuio lauatur, cœlum deponitur. Genitoris maiestas cum suo luminis satellitio probat in Filium, in alite verticem coronat Spiritus, qui à capite descendit ad manus vt à pædagogo sacrò in solitudinem manuducat. Denique plus mense ieiunat, nondúmque certaminis pul-

uis de pugilum descensu monetur. Vt quid hæc? Vt victoria præcessisset victoriam. Nam tantumdem ac sors & victoria est, ad sortem & victoriam optima præparatio. Industrius apparatus ad opus præ opere solet esse fœlicior. p.381.n.32.tot.sect.

Vt tentaretur à diabolo. Et cùm ieiunasset quadraginta diebus. Cur sic expectat, & maturat certaminis impetum, in quod venit, & quasi præluforiis armis se exercet, antequam dæmoni permittat puluerem ad duellum? Nónne plausibilior erit victoria imparatis viribus parta? Quadraginta luces & noctes, vt fortunet sortem præsumit, cui tota suppetit fortitudo in momento? Detrahet meditatio gloriæ triumphi. Imò fortior & animosior est, qui post consilium facinus adoritur, quam qui subitario impetu in periculum robur committit. p.317. n.50.tot.sect.

Et cùm ieiunasset. Non fiducia vincendi, sed vinci impossibilitas erat, & tamen nonnisi ieiunio comite in incomitatum dæmonem fortissimus Christus procedit. Quid est, quod imbelles homines quibus tot sunt aduersarij, quot membra, se saginent ad luctam, fastidiantque ieiunia pro securitate victoriæ? p.190.n.54

Et cùm ieiunasset. Tot diebus? Qui vincens exiuit, vt vinceret; vt ieiunaret vtique, ieiunauit. Vis præripere sortem triumphi, dum minus de cibaria sarcina gestaueris tecum, præripies. Huc apta dicta. p.121.n.66.& seqq.

Posteà esuriit, & accedens tentator. Quam lento gradu, quà semitam dedit esuries, accessit dæmon. Iam tentatis, nomen in tarditate prodidit progressus. Graditur pedetentim tentatio ad culpam: non ingruit tota subitò, sed sublabitur, vt sub honestatis specie prendat incautum. p.273.n.99 & seqq.

Et accedens tentator. En indoles & figura periculi. Non accedimus, sed accedit. Ipsa nos pericula quærunt. p.78.n.139

Postea esuriit. Dic vt lapides isti panes fiãt. Vox famelicum sensit, cum ad cibi prodigium, seruitij adulatione inuitauit. O dæmon iam tui esse Dominum prodidisti, fateris Principem, cuius aulicus esse contendis. Cur nunc esurire cognouit? Quia famis appetitum figuramque Dominus ei monstrauit. Ergo illac quà patet ictui, collineauit diabolus telum. Quippe Princeps qui passionis appetitum palatinis reuelat, denudat pectus, in quod sagittarij adulatores iacula venenata collineent. pag.265.n.59. tot. sect.

Et accedens tentator. Dic vt lapides isti panes fiant Quàm subitò tentat, qui non subitò, sed post temporis tarditatem accessit. Accessus priani comitis, & tentatio non in natura dissident, sed in voce. Vix se dedit socium de accessu, cùm Dominum suis conatibus accessisse præsumpsit. Adeò inter humana commercia periclitatur homo saluté, vt vel in eremo vix duo inciperent esse simul, & iam incepisset tentatio, etsi ex duobus alter, Dominus esset. Accessit igitur sub humana quidem figura, vt tentationum sortem sibi auspicaretur fœlicem, per dualitatem vnitate diuulsa p.67.n.96

Dic vt lapides isti panes fiant. Stolide de lapidibus vita frangitur, non nutritur, non fames irritatur, sed furor. Sed ingenium dæmoni obtunditur in eremo. p.68 n.100

Dic vt lapides isti panes fiant. Nonne sat vni homini libra panis, vt promptè depellat esuriem? quia opus miraculi redundantia? Christum de potentium indole iudicauit, quibus quæ vitæ satis, appetitui non sunt, adhuc censuit duraturum in fame, nisi mons panibus scateret. p.258.n.30.tot.sect.

Dic vt lapides isti panes fiant. Qui multum secum in ingenio tentationis prælusit, tótque diebus meditatus est telum, modicè tandem suggerit & ignarè. Dæmon est, qui tentat, Deus, qui tentatur; & tamen stadium integrum panis est. Imò qui diu tentationem didicerat, benè in exercitio profecit. Vno impetu vniuersi agminis vigorem, vtpote quia in gula, iactauit. Dedit tesseram, & fermentum vniuersitatis vitiorum, vt in prima tentatione pignora reliquarum deponeret. Primum & totum, quod Deus imperat, ama est, Primum & totum, quod dæmon suggerit, comede est. Qualiter charitas in virtutum Principatu se gerit, sic gula in administratione vitiorum. Charitas scelerum est ingluuies. p.267.n.70.tot.sect.

Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo. Quis est, qui pascitur verbo? qui fide Considera iusti opulentiam. Nunquam potest paupertatem causari, cui semper superest in lingua quid comedat, subadministrante fide in verbo alimenta. p.258.n.32.& seqq.

Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Qualis hæc consequentia? Si Filius; & hæres. Si Dei hæres & Princeps es. Ergo vix se Principi dedit Consulem, cùm assentationem obtulit præcipitij. Quippe Rex aulicis assentatoribus stipatus, à quibus ad inhonesta placita prouocatur, propellitur ad ruinam. p.174.n.125.tot.sect.

Mitte te deorsum. Dæmon, si curiositas est, nimium fert periculi in ludo; si temeritas, nimium claret. Cur gradus struxit templi artifex ad descensum, si aer semitam construxisset? Cur ad pauimentum venit cadendo, qui potuit peruenire ambulando? nisi qui ascendit totus, elisis cruribus redeat dimidius. Sed consilium dæmonis est, qui præcipitia de plana & directa semita facit. p.78.n.138.tot.sect.

Mitte te deorsum: Quia Angelis suis mandauit de te. Dæmon, & à Scripturarum salute præparas venena nocendi? Te, qua quondam lucis Angelum, prodidisti, qui abusus es ad tenebras luce. Non res, sed vsus rerum nocet, aut prodest. Est, qui malo vtitur ad salutem. Est qui bono abutitur ad perniciem. pag.426. n.45. tot. sect.

Si Filius Dei es, mitte te deorsum. Quia Angelis, &c. Astus dæmoniaci considera ingenij. ac si diceret: Filius Dei ac famelicus? Filius Dei, & sine Angelorum pompa & seruitio? Prouoca tuorum Angelorum frequentiam, te iacta in periculum, vt celeri famulitio succurrant. Pudeat de genere cælesti conspicuum, sine cibo & aulico in eremi vastitate iacere. Arduus iam es in vertice templi, permitte altitudini subditorum obsequium. Erras, diabole. Nonne magis à desperationis erubescat flagitio, cui tota nobilitas sanctitas est? Sed probare satagebat vt hominem, qui Filij Dei vocabulo ambitionem gloriæ suggesserat. Sane erubescimus ad corporis & honoris iacturam animi; et peccatum in fama minus tali nostro pudor est. p.399.n.97

Rursum scriptum est. Non tentabis Dominum Deum tuum. O athleta sapiens! Supplicij iaculo iaculum superbiæ retundit. Expirari Diuinitatis virtutem de ambitiosa libertate fauoris, extrema est hominis tentantis pernicies. Miraculum si solicitat homo ad superbiam, obtinebit miraculum ad ruinam. Nónne miraculum esset, quòd si Christus per inane se iactaret in imũ, periclitaretur in casu, cui Diuinitatis pondus, pódus corporis baiularet securum, famulantéque aëre ad mensuram descensus carnea quantitas libraretur, eśétque per campum ætheris gressus mobilis, non ruina. Sed qui vt superbum hominem Deum humilem tractauisse curauit: vt certum efficeret præcipitium, quod Dominum tentaret, suggessit. Quippe omnipotentia Dei à superbæ voluntatis arbitrio ad miraculum patrandum tentata vertitur in iustitiam vltricem. p. 91. n. 193. tot. sect.

Ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eius. O curta gloria latitudinis mundialis, quæ sub ictu oculi tota es! Ostendit subitò regnorum munera subitanea, & in labili spectro vniuersum splendorem congessit; & tamen non subitò dedit, qui ostenderat subitò, vt minus esset de fidelitate sponsionis. Et cur glomeratam gloriam sub vnius spectaculi cortice circumuoluit, nec ad exercitium obtulit, sed ad visum. Quippe speciosa sæculi bona, etsi fallunt visa, diuisa & medullata non fallunt. admonitore falsitatis non egent, gustu se produnt. p. 206. n. 59. tot. sect.

Hæc omnia tibi dabo. Omnia & semel? Non sat erit successiua fortuna, vt sensim fruatur sæculi bonis, ne fatigent præ pondere onustum. Voluit, quòd licet pretiosè sub sarcina diuitiarum occumberet, quæ de nimietate pondus voluptatis amittunt. Quippe nimia de mundialibus bonis voluptas suffocat immodestè fruentem. p. 162. n. 79. tot. sect.

Hæc omnia tibi dabo. Sic in Deum officiosus, ô dæmon? A sæcularibus bona eripias, vt Numini subito pendas? Sed & plurimi iusti sunt quibus bonorum vsus ad meritum. Ergo deprecaberis iustos, vt iustiori largiaris. Imò diaboli meditare conscientiam. Conditionem adiecit: *Si cadens adoraueris me.* Ergo nec Deo tribuit, quod furetur ab iniquis & iustis, nisi & ipse Deus per idololatriæ meritum euadat iniquior. Quippe dæmon à iustis & iniquis eripit bona, vt iniquioribus impartiatur. p. 423. n. 34. tot. sect.

Si cadens adoraueris me. Tam citò cadet, qui erigitur in regnorum suggestum? Imò suggerit quòd prius cadat, ne tardet casus sub bonorũ apparatu mundialium. Nam quidquid gloria mundialis est, pendulum est; quà furtiuum suspendio damnatur & furcæ; quà aëreum, ab aëre euentilatur ad casum. p. 267. n. 79. tot. sect.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. O quàm dispar poplitis versio! A sæculari dæmone ad Deum transfigitur adoratio. Mitiùs ageret, qui dum Deum adorat, sæculum non adoret, & in medio itinere se contineat; siquidem errorem geminat, qui abscedens à Deo, secedit in sæculum. p. 201. n. 38. tot. sect.

Et illi soli seruies. Cui fastus spondetur regnorum, sacræ seruitutis compendio, melioráuit regnũ, non perdidit. Quippe Dei seruitus principatum tenet in orbe. p. 81. num. 149. tot. sect.

Reliquit eum diabolus. Et ecce Angeli ministrabant ei. Cur tam promptus satellitis Angelici famulatus? Qui diuitias tempserat pretio criminis comparandas: qui Angelorum seruitia despexerat in fiduciam ruinæ, illicò & diuitias cælestes, & Angelica officia sortitur. Ergo qui diuitias spernit, quas peccatum sub peccati conditione promittit, & innocens manet, & diues, cum mercede noxæ & innoxius. p. 437. n. 89. tot. sect.

Et ecce Angeli ministrabant ei. In hospitali monte, vbi annonæ egestas, nec nisi scopuli pro conuiuio, Angeli pincernæ ministrant? Sanè. Nam solitudo triclinium est, vbi Deus suis alimenta dispensat. p. 218. n. 114

Feria IV. post Dominicam I.

MATTHÆI 12.

TUnc accesserunt Scribæ & Pharisæi. Magister volumus à te signum videre. Et hæc integra sapientium Schola, quos scientiæ Magistratus flauerat de eloquiis Scripturarum emeriti, & de religionis studiositate laureati, ambitiosam superbiam curant obsequio, & dum sibi in sapientiæ gloria redundant, conantur ediscere quod ignorant. Sed vanitas, ô nouiter discipuli prodit vos, argumentum petitis de miraculo. Ergo non nisi miraculosè; quippe nimium stulti & ignari discere veritatem poteritis. Sic est, ô scioli. Quippe inflata sapientia cæcutit, nec nisi de miraculo visum recipere capax est. p. 480. n. 32

Scribæ & Pharisæi. Magister volumus. Considera nexum verborum. Scribæ & Pharisæi sunt extrema improbæ religionis colluuies; sanctitatis perduelles, venenúmque virtutis auratum; & tamen sanctitatis auctorem sacræque antesignanum doctrinæ non verentur nuncupare Magistrum, & inter discipulorum familiam in diuinæ scholæ calculo recenseri? Quid? Contendit iniquus etiam iustorum dotibus honorari, vt virtutis & vitij compar sit sors. p. 213. n. 93. tot. sect.

Magister volumus à te signum videre. Ergo doctrina Domini vulneratur, cui calamitosum esset, hos ei discipulos nuncupari. Gloriam deuenustat Magistri discipulus nequam, qui puram adulterio taminat disciplinam. Ergo qui Magistri vocabulo docilitatem subiectionis prætendunt de humilitate infamiam subornant, & iaculo fucatæ virtutis vitium in doctrinam infingunt. Quid? Flagitiosus de virtutum nitore se adornare contendit, vt simulatæ pretio honestatis vitia mercetur. pag. 196. n. 12 tot. sect.

Magister volumus. Et Pharisæi sunt & Scribæ, & Magistrum suffragio laudationis appellant. Ergo doctrinæ veritas solidatur, quæ & ab improbo & hæretico meruit elogium. Imò obiurgat Dominus suæ virgineæ laudis adulteros, quasi à præconio audiuisset conuitium. Quippe laus, nisi à laudabili dicta, vituperium est. p. 435. n. 82. tot. sect.

Volumus à te signum videre. Seu oculus seu mens vidit: quale ad visum voluntatis commercium? In oculorum sphæram protendere satagebant arbitrium;

arbitrium, & tamen stolidè executierunt. O stulti & tardi fide ad credendum. Fides sentitur vtique, non videtur. Sed si Magistratum dederant voluntati, quid nisi stoliditas ab stolido senatu prodiret. Caue à voluntate consiliatrice, vbi voluntas consulit, & non meus, illecebrosæ voluptatis consilium fit. p. 156. n. 56. tot. sect.

Volumus à te signum videre. Quid videre proderit, si vidisse non profuit? Vidistis iam miracula ô Pharisæi. Respicite in vos, miraculum nouum videbitis, ad tot signorum pondera, tot rebelles. Sed quisque nonnisi de suo ad frugem se conuertere cupit, nisi suis propriis sensibus negotietur; flocci æstimat resipiscere, si de alieno. Nisi debeat electioni, quod videt, signo inuidet, quod non voluit, vt salutem propriam debeat arbitrio. Nullus nisi de suo patitur excitari ad salutem, nec nisi de proprio ingenio à morbo criminis conualescit. p. 392. n. 71. tot. sect.

Volumus à te signum videre. Miracula viderant. Quid ergo appetunt, quæ viderunt, videre? O quam parum fidei, amabilis de suo virtus debet homini, quem solicitat. Virtus in præterito visa, non iam fidei proficit in præsenti, iugiter & continuò signa videre appetunt, quibus credant. p. 385. n. 44.

Generatio praua & adultera. Cur generationem adulteram, & de furto thalami nuncupauit. Quoniam dixerant: Volumus à te signum videre. Thalamum adulterat fidei, qui ei oculos, vt succumbat, supponit, auribúsque furatur conceptum, sponsa fides nonnisi cum auribus nectit dexteram. ibid.

Generatio praua & adultera. Ecce, ô vos, quod signum concupiscitis, adest, irascitur mitis, obiurgat vrbanus, beneuolus Dominus conuitiatur. Accipite in supplicium hoc signum, qui noluistis miraculum à pietate, habetis à iustitia prodigium. Quippe omnipotentia Dei ad miraculum patrandum tentata vertitur in iustitiam vltricem. p. 91. n. 192. tot. sect.

Signum quærit, & signum non dabitur ei. Cur qui quærit, non inuenit, si quærit à Domino, quod cupiuit. Et tu Domine non quærentibus te dedisti, cur te negaueris & quærentibus? Sed lucem aliquando occultare, ingenium sapientiæ est. p. 395. n. 84.

Et signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ. Et tamen signum Ionæ signum non est. O pius Dominus & cùm negat. Se & post syllabam pietatis velocitas recollegit. p. 385. n. 44.

Nisi signum Ionæ. Cur ad Ionam sub vasto gurgite natantem remittit? Quoniam artifice pœnitentia, & de natali sepulchro surrexit, & emortuos Niniuitas oris flatu reuocauit ad vitam. Ergo vnum signum petentibus signum tradidit & vnius. Quippe pœnitentis, etsi vnius mira efficacitas est, vt ad meliorem frugem plurimi redeant. p. 381. n. 31.

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti, sic erit filius hominis. Domine, non expectabant signa, sed signum. Qui vnum negaueras, præstas duo. Imò non numerus creuit in signo. Vnum est vtique, sed est mortis, vt de simplici disciplina salubre duplicetur exemplum. Ne peccator in sponsione vitæ præsumat, nec in mortis periculo timeat iustus. Quippe Christus ruinæ & resurrectionis est signum; ruinæ, dum moritur erga impios; resurrectionis erga pios, dum triumphator mortis resurgit. p. 92. n. 197.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio. Regina Saba surget in iudicio. Quid contra impios proderit marinus in iudicio Propheta? Quid Reginæ purpura ad Niniuitarum saccũ intexta. Nonne vterque proprietatis infulis aduocabit, siquidem alter vt proprios de salute erudiret, in alienum clima discipulam transtulit maiestatem; alter vt extraneos doceret, mare transfretauit sub ceto. Sed quo eleuatur iustus, deprimitur reprobus: eodem instrumento alter perimitur, surgit alter. p. 493. n. 76. tot. sect.

Feria VI. post Dominicam I.

IOANNIS 5.

Est autem Ierosolymis probatica piscina, &c. Iacebat multitudo magna languentium. In duplici vocabulo numerus exhibetur. Multitudo languentium de piscium indole non absono profertur stylo. Aquarum vulua fertilis est, quæ in sinu gurgitis generat, parit, pariter & innutrit: an in feracitate veterum iniquitatis præcellit? Numera inualetudines, quæ lacum vnicum circumstabant. Nesciuit stylus curtis processisse dictionibus, qui vt notaret languentes, multitudini magnitudinem associauit. Languores erant animi plusquam corporis: quid quòd quantitas excreuisset? Malignitas feracissima est. p. 61. n. 73.

Iacebat multitudo languentium. Nunquam est solus, qui febricitat à peccato. Animi morbus nonnisi de contagio censetur. Hoc est vnum in animo ægroti solatium, habere secum non quem ob similem ægritudinem doleat, sed cũ quo doloris causam accumulet, & ignoret. Qui incipit in vitia dilabi, sodalitium multitudinis amat. p. 68. n. 98.

Iacebat multitudo magna languentium. Considera dilectionis stylum. Significare dixeris quòd plurimi languentes iacebant. Benè. Sed & iacente vno, in quolibet multitudo iacebat. Quot membra peccatori sunt, sunt totidem vitiorum personæ, nisi non per capità censeas numerum. Improbi compago constat ex vitiis, quæ cùm capitalia sint, in vno numera multitudinem. ibid.

Iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum. Cæcitas, claudicatio, & ariditas cur ad xenodochium ob valetudinem non aufugiat, vt corporis membra de pharmaco redeant ad pondus? Cur nullus medicus his mendicis, sed integra salus ab Angelo desuper, subtus ab vnda mobili est? Nonnisi de miraculo gratiæ peccati abstergitur ægritudo: Et languores & ærumnæ de peccato germina sunt. p. 53. n. 42.

Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam. Quid est, quòd Angelus se in aqua intingere non veretur, quam languorum contaminant spurcitiæ, vitiantque sordes, quas in squalidam crustam ab imo pectore crimina produxerunt? Totus est salutis minister, monet pharmacum, miscétque de prodigio potionem. Quid? Non pudet Angelum

 ignobilis

ignobile viléque ministerium, dum vsibus proficiat humanis. p. 479. n. 29. tot. sect.

Qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat. Si descendit Angelus, si vnda superest, salúsque de miraculo venit, vtquid proficiet promptitudinis diligentia? Super naturam graditur gratia, velocius currit, natura tardigrada est; & tamen præcedi patitur ab infirmo? Bona paralytico medicina, quæ neruos desides ad velocitatis vrget officium! Ita est, ô vos; qui totum desuper expectat, nec aliquid vestrum pendistis ad salutem. Et supernæ fœlicitatis mater diligentia est, nouerca desidia. p. 418. n. 54. tot. sect.

Erat autem quidem homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Ergo homo inceperat ægrotare, lectulúsque ferme senilis eum in senectam ægritudinis traxerat? Et tamen infirmitas animo deputatur. Sed in vita nondum adultera plura possunt esse sæcula peccatoris. Quippe peccator voluptatum durationem nuncupat vitam, per vitia succedentia computat annos. p. 167. n. 96. tot. sect.

Triginta & octo annos habens in infirmitate sua. O quàm durus peccator! ô quantum durat! quid quòd in infirmitate sua iacere dicatur, qui, etsi aliena esset, suam de præscriptione fecisset. Morbum excusauit ab vsu, qui morbo vtebatur vt proprio. In criminis emeritus ægritudine criminis ferebat solacium. A delinquendi pœna se putabat incolumem, qui iam culpam assuetudine traduxit in pœnam. Improba enim consuetudo delinquendi impunitas est delictorum. p. 272. n. 92. tot. sect.

Hunc cùm vidisset Iesus iacentem. Non eges inquietudine aquæ, ô paralyticorum emerite. Iesus mouit oculos, siccus & sanatus exurge. Nam Dei oculi imbres beneficiorum pluunt. p. 79. n. 143.

Hunc cùm vidisset Iesus. Nonne & alios vidit quos infirmitatis ergastula, grabati compedibus detinerent? Sed oculos iactauit in reum, quem infirmitatis ægritudo accusabat, vt integrum oculis peregisset tribunal. Inualetudinis reatum examini oculorum subiecit, vt officio palpebrarum iudicem ageret, oculisque morbum probaret. Oculi in iudice sint pro lingua interroget palpebris nonnisi intenti visus scrutatione condemnet. p. 74. n. 120. tot. sect.

Et cognouisset quia multum tempus haberet. Quis admonuit de diuturnitate laboris? An senectus lectuli, attritúsque accubitus, quem irrequieto ægrotus versabat errore? Anne culcitra, quæ à morbi lustris seu lanam perdiderat, seu colorem, morbi illicò probauit ætatem? Imò multum hydropisis, per corpus integrum peruagantis, amictoria lecti tegebant. Quid de relatore curamus? Nullum est sine voce delictum. ab eisdemmet, quibus obumbratur, retegitur. p. 346. n. 165. tot. sect.

Dicit ei: Vis sanus fieri? Ergo transiit in arbitriū infirmitas, siquidem arbitrio salus committitur? O arbitra nocumenti voluntas, damno facilis, difficilis sanitati! Vel ipse Deus, cui cordis intima patent arcana, assensum interrogat, quia salutis. Et intererit paralyticum voluisse? Vult equidem, qui scelerum vulneribus infirmatur, parum debuisse medico, multum sibi in propriæ sanitatis fortuna. Etsi autem non dederit, saltèm satagit præstitisse consensum, vt hoc sibi adroget, quod surrexit. Nullus nisi de suo patitur excitari ad salutem, nec nisi de proprio ingenio à morbo criminis conualescere. p. 392. n. 71. tot. sect.

Respondit ei languidus. Domine, hominē non habeo. Imò & Dominus homo est; iam habes hominem, cuius salubres oculos incurristi. En totus ubi homo ad columitatis fortunam, qui dedit oculos, dat & linguam, manum pariter tibi dabit. Agnouit illicò Dominum plusquam hominem, futuræque pietatis præludium Deum paralytico retexit ad veniam. Quippe Deus stylo Dei parcit, hominis stylo irascitur & vlciscitur. p. 69. n. 104. & p. 71. n. 108.

Hominem non habeo. Ergo tam diutina ætas in lectuli carcere & sine amico? Et tamen infirmitas fuit hydropisis, quæ admittit absque contagionis metu tangentem. Sed quælibet inualetudo fortunæ pestilens reputatur, quæ & ad accedentes transferat nocumenta. Quot momenta in vetusto morbo consumpsit, tot amicos perdidit per momenta. Imò non habuit, quos perderet, postquam cecidit: sat fuit primus ægritudinis odor, vt à consortijs bus hominem diremisset. Calamitas infortunium, vt Aquilo dispergit amicos, quos fortunæ blandus Zephyrus congregauit. p. 158. n. 63. tot. sect.

Vis sanus fieri? Hominem non habeo. Si te tibi hominem habes, sat est, ô homo, sorti salutis. Adhuc hominem non habuisti, qui & te tibi hominem non præstabas. Dic si habes hominem, scilicet si tibi vis sanitatem inspergi, surges tibi constans, si quà homo es, manu voluntatis te leues. Adhuc truncus fuisti, qui iacuisti vsque & sine arbitrio. Deum tibi sanatorem habebis, si te hominem volentem ostenderis. Quippe Deus quà reuelant sui cordis affectum in creaturas suam transtulit voluntatem. p. 265. n. 82.

Hominem non habeo. Ecce tibi, ô homo valetudinis secura fiducia. Deum tibi beneficum iam sortitis, qui à præsidiis euacuaris humanis. Quo quis magis vacuus redditur à terrenis, diuinis donis abundantiùs imbuitur, p. 200. n. 230.

Hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Si opus ad salutis fortem fuisset aquæ quies, & placiditas sine motu, haberet hominem, qui aquam turbaret, & de limpida turbidam reddidisset. Sed quia turbata proficit sanitati, & pietatis est ægritudinem ab homine deturbare, non habebat hominem ad fauorem. Nescit homo officiis inseruire pietatis. p 89. n. 183.

Hominem non habeo. Dum venio enim ego, alius ante me descendit. Et venire poterat, peruenire non poterat; quem remittebat hydropisis vsque ad marginem salutaris piscinæ, detinebat in margine, vt laborem duplicaret, dum rediret ad lectum. Sic irrequieta vertigine mundialis cupiditas versat suos, vires alacres præstat, vt vicinium tangant fortunæ; sed dum in dono possessionis eludit ad desiderij vanitatem reducit. Ne spes decidat, impellit desiderantium pedes ad vota; sed vt expectatio euanida perseueret, in propinquitate termini, inanes derelinquit & nudos. In mundo nulla nisi votorum possessio est. p. 83. n. 160.

Dicit

Dicit ei Iesus: Surge. Si interrogauerat, si voluisset, cur beneficio celeri præoccupauit Dominus voluntatis officium. Ne qui à diutinæ expectationis tormento tot annis sub mendaci spe torquebatur, antequam sanitatem acciperet, iterum expectationis pateretur ærumnam; prius quàm à Domino sperauit salutem præpropera sorte iam tenuit, vt æstimaret plurimi valetudinem, in quam per spei ambages non iuit. Beneficium, quo sine moræ pretio venit, illustrius est præ alio dubia expectatione acquisito. p. 339. n. 143.

Tolle grabatum tuum, & ambula. Vt quid onerat, cùm exonerat, & stadium ægritudinis iactat in scapulas iam sanati? Hoc vnum ei de mundiali bono supererat, grabatum, quo iacebat ad morbum. Ergo discat: quòd mundialia bona pondus sunt & sarcina grauis. p. 194. n. 4.

Tolle grabatum tuum, & ambula. Nonne opportunius esset spolia inualetudinis reliquisse, ne forsan morbus recrudesceret ad contactum? Agebatur animæ salus, & si cinis iniquitatis lectulus erat. Ergo criminis extrema meditatione iugi conspiciat, & quot gressus fornauerit, sentiat quid reliquerit culpa. Quippe commissi criminis extrema figura per oculos peccatoris ebibita salubrius pharmacum est ad vitam. p. 376. n. 8. tot. sect.

Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Nonne Dominum appellauerat qui dixerat: *Domine hominem non habeo?* Cur post virtutem sanitatis, ignorat? Probauit inscitia inueteratam ægritudinis diuturnæ nequitiam. Obsoletus in vitiis nomen & figuram bonitatis ignorat. De alieno ei climate virtus est. p. 274. n. 105. tot. sect.

Iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Quid deterius, quàm triginta & octo annos inter ægrotantium cateruâ sine homine, & ægrotum iacuisse. Imò deterius omnino, quod ad vomitum redeat fœtidum, quem egessit, iterúmque deglutiat peccatum; quippe qui non habuerat extraneum hominem ad fauorem, nec semet hominem ad fauorem habebit. Siquidem gladius peccatum est; carnifex parites & iudex conscientia tribunal & patibulū mens peccatoris. p. 523. n. 73. tot. sect.

Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Nonne iterum Dominū medicum promerebitur? Qui diuturnitatem criminis aboleuerat, & ferme quadragenariam ætatem iniquæ infirmitatis reuocauit ad frugem, breuem non poterit, si incurrerit, depellere morbum? Ideò præmisit: *Ecce sanus factus es.* Deus, vt agat illæsâ misericordia iudicium, vsque ad iniquitatis extremum, peccatorem expectat: Sed extremè iniquus est, qui in misericordiam delinquit. p. 491. n. 17. tot. sect.

Dominica II. Quadragesimæ.

MATTHÆI 17.

ASsumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, & ducit illos in montem excelsum seorsum. Cur sic exaggeratur verticis eminentia? Sat montis, sat celsitudinis vocabulum erat; sed addit seorsum? Virtutis indolem explicuit stylo. Præmium in culmine meritorij operis parabatur ostendi. Vt qui ad beatitudinis spectaculum ibant, virtutis iter arripuisse cognoscerent: de culmine loci protulit naturam virtutis. ardua quippe est, scopulos habitat, & ascensus. p. 137. n. 132.

Assumpsit Iesus. Cur assumere opus, quos volucres ad lucrum potuit reddidisse cupiditas? Nec ad virtutis prouentum gressus libitos concitamus. Non imus in virtutem, sed trahimur: nec cupimus currere, sed non cadere, p. 319. n. 58.

Petrum & Iacobum & Ioannem. Cur hos signatè à collegio cæterorum diremit, vt Deitatis pandisset arcanum? Quid? Hos ad familiarius eloquij sacri contubernium elegerat, quid quòd ad luminis segregauerit spectaculum? Qui sermonis Dei fit consors, pariter & luminis consors fit. p. 93. n. 200.

Et transfiguratus est ante eos. Ergo Domine si stagnatam gloriam recludere paras in culmine, duc ad montem tui nominis inimicos. non egent argumentis amici quos amoris securitas solidauit. Tange lumine Pharisæos, tempestatísque lucidæ subeant pondera; vt vel pro fortuna te ambiant. O ethica salutaris! Vt conserues amicos, quidquid est tibi fortunatum ostende: inimicis ne inuideant, fœlicitatis bona reconde. p. 311. n. 25.

In montem excelsum seorsum & transfiguratus est. Cur mons eligitur ad Diuinitatis figuram? Quia in montibus Dominus assuescebat orare. edocuit à situ, feruidæ orationis virtutem, quæ in lumen exuberat diuinum, humanámque transcendit figuram. Quod Diuinitas erat, orationi voluit affigere. Sacra metamorphosis est oratio; alterum transfundit in alterum, hominem transformat in Deum. p. 262. n. 48. tot. sect.

Et transfiguratus est ante eos. Cur signatè dicitur *ante eos?* Quoniam qui intra se iugiter diuinæ substantiæ splendor erat, superique Genitoris figuram gestabat, quà Deus; coram discipulis reumbrata figuræ lumina iaceret, quæ de abundantia fontis diuini pati inuidiam ab hominibus non potuisset. En splendor gloriæ, etsi ante homines fulgeat, constat securus: quippe pariter & Dei est. Sanè homo adeò splendoribus alterius hominis inuidet, vt propriam claritatem detrectet, ne colere cogatur alienam. p. 93. n. 203.

Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Cur nonnisi loquentes cum Domino in gloriæ spectaculo apparent, nec nisi Elias & Moyses ad tam nobile signum lucis accersiuntur? Erat vterque luminibus cælestibus assuetus, dum alter in monte, alter in curru ignem didicit experiri. Vterque de sanctione legum optimè nouerat, quorum alter populo, alter cœlo, nempe nubibus, ne pluissent dederat leges. Ergo ad legis gratiæ Senatum, montémque luminibus obsitum accitur alteruter. ne Princeps sine suffragijs ipsiusmet exercitij probatos eligat Magistratus. p. 378. n. 18. tot. sect.

Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias. Cur illis apparuisse dicuntur, cum reuerentius esset, vt seruos ad Domini conspectum se dedisse proferri. Imò apposite numerum cum glorioso Domino faciunt discipuli, vt pote quos de

gloriæ

gloriæ redundantia fecit consortes. Ideò ante eos beatitudinis sinum distinxit, & transfiguratus est: nam gloria Dei alatum, manuúmque iustorum promiscuis functionibus vehitur. p. 224 n. 139.

Respondens autem Petrus dixit: Domine, bonum est nos hic esse. Moyses & Elias loquebantur de excessu, quem Dominus subiturus erat in cruce, ne expectabilis gloria, quam pro pignore beatitatis futuræ hominibus in semet Dominus ostendebat, à merito sanguinis effusi distaret; quid est, quòd Petrus negotiari sollicitat, ne è monte lucido ad obscurum patibulum Dominus descendisset? cùm sine redemptionis pretio non poterat ad propriam beatitudinem peruenire, qui sat sibi videbatur in situ immobilis prospicere alienam. Quid Homo solis præsentibus inhiat, solùm æstimat, quod spectat, non quid expectat. p. 160. n. 69

Bonum est, nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula. Appetit suis cómodis stagnare Redemptoris integram largitatem, &, vt de gustu meritum faceret, rogat Domini voluntatem, vt iubeat, quòd tria tabernacula construant, qui de discipulatus officio debebant ei subjicere ministeria. Sanè minister quæ ex propria voluntate iussa compleuit computare nititur in calculum meritorum. p. 176. n. 131.

Nesciens quid diceret (sic Lucæ cap 9. n. 33. Et stultitia fuit quod lubet & delectat appetere? O quot stultos studium có modi produxisset! Ab hominibus sequestrari, ageréque cum Numine contubernium, vbi spirat aura cœlestis, & pro tota ætate lux est, sic illicò accusatur inscitiæ? Sed qui Deum integrè beneficum omnibus intra tabernaculi angustias nisus est premere, vel inter paucos abundantiam gloriæ diuidere, cum stoliditate paciscitur. Quippe Deus nisi singulis fuerit totus, singulis nullus est. p. 320 n. 63.

Nesciens quid diceret. Quà magis officiosus, minus intelligit. De terrenis habitaculis curat, qui cœlestis domus solidam in Dominica facie iam habebat figuram. Parce, Petre; dum te artificé cupis, artem defuncti sæculo ignorauisti. Qui à sæculo ad Deum se transfert, non vltrà rebus sæculi indiget p. 145. n. 9.

Faciamus hic tria tabernacula; tibi vnum. Petit à Domino, quòd admittat constructionis obsequium, ne sub dio habitet, cui lucis hæreditas erat domus. Vbinè instrumenta dolandi? Vbi lignea compago, quæ ascenderet in cubicula. Sed oranti facilè fuit etiam inter rudes scopulos, vt Numini domum componat. Quippe domus Dei oratione construitur. p. 146. n. 13. tot. sect.

Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbrauit eos, &c. Ceciderunt in faciem suam. Cur nubes terruit qui adhuc gloriæ iubare cóstabant solidi, nec nutantes? Ex reuibratis lucibus creuit fortunatò tempestas. Vix homo potest suammet sustentare fortunam, & à propria sorte laxatur. p. 89. n. 183.

Ceciderunt in faciem suam. In maiorem adoleuit felicitas prima: habuit iam de imagine pondus. Sic homini capaci modici beneficij incussit de abundantia timorem. Sanè beneficij magnitudo periculi suspicionem solet inferre. p. 194. n. 4.

Ceciderunt in faciem suam. Qualisne affectus spectatores gloriæ deiecit; lætitia, an timore Vterque imò promiscuis functionibus & lætitiæ timor, & lætitia timoris, habet lætitia pauorem. p. 338. n. 141.

Et accessit Iesus & tetigit eos. Surgite, & nolite timere. Si à pondere gloriæ timebant, cur, ne timeant, tetigit gloria, accedítque gloriosa maiestas, quæ terrebat & distans? Vt gloriæ indolem contrectarent, nec putarent humanam, quà labilem, timidam; timoris originem, quà superbam. Accedit vt ament, vt diuinam gloriam probarent. Quippe superbus dynasta pro apparatu & pompa despicabilis gloriæ spargere procurat timorem, iustus amorem. p. 194. n. 7. tot. sect.

Accessit Iesus, & tetigit eos: Surgite, & nolite timere. Surgentne habiles sub gloriosæ pondere manus, quos in faciem pepulit facies? Qui visus ictum non potuerunt sustinere leuati. Sanè. Bona cœlestia, quæ primò terrirant inexperta, gustata, continuatáque consuetudine fruendi delectant. p. 164. n. 85. tot. sect.

Nemini dixeritis vision.em. Cur silentium subeat operis clarissimi signum, & inter mutuos scopulos sepelietur? Qualis tuba in aures transferet claritatem, si secretum, nobile sacramentum abscondat? Ideò secretiorem opera sacratiora sunt, de ipso secreto organum sibi ad celebritatem efformant. p. 311. n. 26.

Nemini dixeritis visionem. Obserua quod visionem spectatorum mandat silentio, non gloriam: ne se vidisse dicerent, quod virtutis fuit & fauoris. Quid interest retulisse quod viderant? Obsaturnitum linguas acuerent; & virtus intempestiuè micet, si detractores prouocat ad flagitium. p. 311. n. 27.

Feria IV. post Dominicam II.

MATTHÆI 20.

E*Cce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum.* Ascensu & lingua stadium patibuli iam prætentat, qui è cœlo descendit, vt crucis arborem ascendisset. An timoris est, amicis infortunia propendentia referre? Imò memorat non solicitus de pauore, sed de spei motibus alacris & prosiliens. In futuris tormentis vt præsentibus deliciatur. Lætissimos gressus in monte quasi in crucem erudiens, vt quem cruciabat absentia, vocalis meditatio leuaret. Auiditas fuit moriendi, mortem in lingua celeri præoccupare. Iam faciebat casum ex voto, crucíque figebat sermonem antequam Verbum figeretur in cruce. Ea fuit in Christo auiditas mortis! p. 145. n. 11.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi adorans & petens. Obserua ly *tunc*. Sonant verbera, & echo in fœmina fuit ambitio? Inhiat regno, cùm crucis ignominiam auscultat? Passio Domini mortis est, fœminæ throni? Satiùs tibi erit, ô Euæ hæres, ad lignum respicere; non ad pomum, quæ Deos per superbiæ cibum filios esse desideras, quos lignum patibuli reddet Deos. A consiliatrice fœmina quid expeteres? Incurrit mortem, dum ad vitam sæcularia regna pretendit. Nescit quà fœminea, voluntas, quod iuuabit appetere. Resipisce

spisce, qui consulatum fœminæ præstitisti. p.204.n.54.tot.sect.

Mater filiorum Zebedæi. Singularis stylus in recensenda genealogia filiorum. De mariti nomine constat vxor, cuius domus, quà de latere, fuit. Syncerius esset, & clarius, si vxor Zebedæi diceretur, ne mater à filiis ordine inuerso mutauisset vocabulum. Stirpis ignobilitas est, à surculis mendicauisse nominis claritatem. Sed virtutis generosa propaguo ascendit pariter & descendit, quæ & germina paterna nobilitat, euocatque ad supera gentium. Quia filij iam de virtute nobili censebantur, dedere nomina genitoribus, pro naturæ genere splendidius genus rependerunt virtutis. Facit de ma oribus sobolem vulua virtutis, quæ familiam integram in gloriosam prolem progignit. p. 55.n.39.tot.sect.

Adorans & petens. Quæ merita prætendit hæc fœmina, cùm vtrique filio nobile regnum prætendit? An quod adorat? adorauit & Petrus plusquam genibus, qui adorauit & lingua, dum cæteris discipulis ignorantibus, Filium Dei de columbæ spiramine Dominum publicauit. Sed quæ adorat, fœmina est. Ab his adoratricibus fuge, Senator. Hæc Deum, qui falli non potest, ob adorationis munus prætentat, falli poteris his gesticulationibus subornatus. Aduocata fœmina Magistratum subornat, corrumpit iura, iudicémque humanum prostituit. p. 166.n.92.tot. sect.

Petens aliquid ab eo. Dic vt sedeant hi duo filij mei, &c. Et vtrúque Domini brachiū vtraq; sobole satagit occupare, & non nisi aliquid petitura præmittit? Errauit in voto, etsi in verbis totum ambiebat. Sat illi visum fuit aliquid obtinere. Quia putauit humanum, p areo ambitioni, quæ pectus auidū satiauit in aliquo. Sed quia ambiebat cœlestia sibimet cupiditatem publicauit auaram, nec matrem filiis, sed nouercam agebat. Nunquam fit tibi de cœlestibus satis. Esto auidus iugiter de supernis. p. 319.n.56.tot.sect.

Petens aliquid. Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Et duplicatus thronus *aliquid est?* Imò totū dixeris fœmina, quæ à dextris & sinistris expetis maiestatē. Imò opportunè aliquid petitura profatur, quæ deniq; petit & nihil. Purū hominē cogitauit, cuius munera & brachia diuisit. Deus vtique semel est totus, quē nulla cōpaguo distēdit, nec curtant corporis lineamenta. Pete totum fœmina, promerebis. ambidexter est Deus, ambo filij si dexterè petis, nihil obtinebunt sinistrum. Deus nisi singulis fuerit totus, singulis nullus est. p. 310 n.63.

Dic vt sedeant hi duo filij mei Mater erat, licèt supra vota cucurrit. Quantumuis eam accuset ambitio, laudat genitricis industria. O pia superbia in te cœlesti pro virtutis merito præmium affectare supremum, quod non efferat de iactantia, sed vrgeat animum ad meliora. Quòd Christus hunc geminum thronum decerneret, sollicita mater implorat, nec putauit potuisse fallere iudicem sine merito, quem iustum agnouerat & sapientem. Ergo quę cœlestes postulabat mansiones, mansionum pretia nempe virtutum opera procliui consequentia cogitaret à Domino filiis præstandam, ne ignominiosum esset immeritos in superno solio sedere. Qualis futura parentum cura de filiorum virtutibus & innocentia habes. p.50. n.11

Dic vt sedeant. Nescitis quid petatis. Quam meritum de stulti ia responsum, in te virtutis petitioni requies! lugere virtutem cum requie placiditatemque sedis cū itineris inquietudine, probata stoliditas est. Virtus, quæ sedet à virtute degenerat traxitque vitium de loci desidia. Marcescit in thalamo virtus, quæ amat pers octare sub dio. p.103.n.141.

Nescitis quid petatis. Quos sapientia stultitiæ cōdemnat, quis à numero eximet stultorum? Vt quid stulti, qui in superna conantur? Quoniam ambitionis tramite tendunt. Ergo iustè supplicium inueniunt in itinere, quod prætentant. Qui propinquas sedes cum Christo, qui diuina sapientia est, per cæcæ voluntatis app tum me. unt, meritò de inscitia damnantur. Ambitiosis per ambitionis medium in supplicium ambitionis incurrit. p.330.n.105.

Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem. Ergo si calicem bibant, impetrabunt, quod petunt? Si semel inter sedes duodecim, quas discipulis prædestinatio decreuit, hi duo filij pariter iudicaturi sedebunt, vt quid sanguinis diligentia paratos thronos officiosè merebunt? O optimè! Ne iustitia in socordiam deflectat, etiam quod tuum est, pretio diligentiæ mercare. p.151.n.33

Potestis bibere calicem? Ambitiosos & industrios ad laborum exercitia remisit, vt citiùs peruenirent ad fœlicitatis sedile, cuius sortem non nisi sedendo cupiebant. Fœlicitatis vterus labor est. p.425.n.43

Dicunt ei, possumus. O animosa alacritas ad patiēdum? Si sanguinis est poculum, cor subitò se præparant ad bibendum, & fermè iam labia rubebant, antequam à calice, à voce calicis? Dixerat Dominus: Quem ego bibiturus sum. Ergo ob libentem sodalem absynthium reputarunt dulciorem. Ipsummet calicē, quem bibet Dominus vsque ad fæcem, poterunt & discipuli bibere, quibus Dominica patiendi cupiditas, nec ad propinationem guttam relinquet? Sed iam Dominus in discipulis erat vt & illi biberent, quando ille. Quid quod vires habeant homines vt bibant calicem, etsi Dei? Quæcumque opimo inhabitantis, adiuuantisque Dei ad insignia facinora vires præstantissimas indit. p.217.n.110.tot.sect.

Calicem quidem meum bibetis; sedere autem, &c. non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Cur non & tuum Domine, si Patris est. Nihil magis tuum quàm tu, qui Patris es, quidquid es. Non est meum, inquit, id est, non meis, quos sanguinis vinculum ex humanitate coniunxit, ne sit affectionis meritum, sed virtutis, nec succumbat gratia naturæ. Ordo diuini regni sine sanguine constat quod stabilitas meritorum æternat, aliter à fluxu periret, vt humanæ respublicæ, quas componunt consanguinitatis officia. Vbi in deligendis ad officia ministris Reipublicæ peruertitur ordo, certissima regni clades impendet. p.209.n.72.tot.sect.

Feria VI. post Dominicam II.

MATTHÆI 21.

Homo erat paterfamilias. Si Deus est, qui in parabola latet, cur præmittit vocabulum hominis ? Quippe tandem finiet in rigore iustitiæ. Abscondit nomen, ne pietatis subiret iniuriam. Numinis est misereri semper & parcere ; dedit homo stylum ad iram. Deus vt in hominem irascatur, prætendit priùs hominis formam. p.219 n.118

Qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, &c. O tot in vnam vineam officia ! & tamen non vt illam coleret, prouentúque palmitum frueretur, plantauit, sed vt homini locauisset Non tot subsidia forsitan parauisset si vni sibi sereret vineam. Quid ? Cùm de bono cogitat hominis, plura simul cogitat, & adunat. p 70. n.106

Et sepem circumdedit ei. Quo vinea circũdatur? Spinetis, implexisque dumorum erroribus, qui manum furis, ne immittat in botros, priùs sanguine, quàm liquore acinorum cruentet. O ignobile officium ? horret vepribus spinetum de proprio, vt horreat prædo victitare de alieno. Et tamen sepem, qua circumdat Dominus vineam, Angelorum est satellitium Et non verecũdatur Angelus ignobilis ministerij ? Non. Quippe hominis agitur fauor. Angelus est paradiso pro sepe, ne homo nisi innocens redeat. Ergo vineam sub functionẽ sepis custodit, ne vinea, quæ homo est, ab innocentia pristina exeat. Angeli in omnes formas se vertunt, vt informe genus humanum ad splendorem primigenium reforment. p.479.n.29

Et fodit in ea torcular. Vt quid tam præpropera torcularis industria, antequam palmites adolescant, promittántque prouentum liquoris ? Sanguine abundabat plantator, cui excauat altitudinem fossæ, vt supeat capacitas ad profluuium. Non de vinea mustum sollicitat, vt torcularis cauitatem adimpleat. Imò vt liquore vineam imbueret, torcular præuenit, quod redundet. Ergo spatiosè fodit, vt superabundet redemptio. Quippe vt solluat à vinculis peccatorem, ipse soluitur in immensum. p.261.n.44. & p.262.n.45

Cùm autem tempus fructuum appropinquaret, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius. Quid ôpus est tibi humanis fructibus bone Deus, qui te totum in culturam vineæ vouisti ? Homo plantat, cœlum rigat, sed incrementum dat Deus. Creuit hîc fœlicitas vineæ, quàm Deus plantauit, & vt redundantiam imbrium capacitate sinus ebiberet, siquidem erant de pretioso sanguine Redemptoris, fodit torcular : quale de diuino semine nisi diuinum erumperet incrementum ? Ergo si dedisti incrementum, desine agricolis, quod dedisti. Sed fructus expetit, non quos dedit ; sed quia dedit, gratitudinis petit fructum ; vt laudetur de beneficii indole, fiátque à laude capacitas beneficij. Deus, qui ingenito elogio laudabilis est, amat non semel laudibus humanis extolli. p.436.n.86

Et agricolæ, apprehensis seruis eius ; alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Vix serui retulerant Domini nuntium, nondùmque ad solutionem debiti vrgent, & agricolæ manibus furentibus dant responsum ? Securius erat, induciarum prætextu debitum protelare, solutionémque mitti perendinare sermone. Habent artes debitores industrij, vt quod debitum ore fatentur, seu manu negent, seu procrastinatione in posterum luant. Hi nec fatentur, nec negant ; sed soluunt lapidibus, cæde, vulnere, & hoc subitò. Explicuerunt vitium, qui de vitibus contraxerunt. Vitium non solum totum, sed & citò se dat p.169.n.105

Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Quo Dominus iterum pius, iterum fuit agricola impius. Qui malus incipit, adolescit in peius, si duret cursus, pessimus est. Initium criminis sibi parturit incrementum. p.312.n.29

Nouissime misit ad eos filium suum dicens : Verebuntur filium meum. Et sat erit pro delictis atrocibus verecundia: Qui rubeum liquorem expectabat à vinea, nec nisi sanguinis in seruis ruborem inuenit, placabitur à rubore faciei. Hic est prouentus, quem Dominus à vitibus optat, verecundiæ purpuram pro vindemia. Verecundiæ rubor impetum imminentis gladij in vltionem peccatoris, propulsat. p.61.n.65

Hic est hæres, venite, occidamus eum. Imò qui ob seruorum iniuriam in agricolas non exarsit, occisi hæredis vlciscetur piaculum. An qui sine seruis & filio maneat, impotens vindictæ vacabit ? Sed Deus est, qui ex maceriæ lapidibus filios Abrahæ poterit suscitare ad vindictam. Sed qui atroces inceperant, adolescente crimine finiunt de ambitione superbi. Et superbus reputat Deum inermem. p. 460. n.101

Hic est hæres ; venite occidamus eum. Non se ad seruorum necem malignitatis classico conuocarunt : Cur se prouocant ad hæredes? At animos sortiretur audacia ab iniquitatis fasciculo. Qua nobilitas filij virtutem defensionis explicauit, iniquitas ad agmen confugit. malignitatis impetus est societas. de improborum cumulo sumit vires. p.198.n.26. Qui incipit in vitia dilabi, amat sodalitium multorum. p.57.n.48

Hic est hæres : venite occidamus eum. Facilius esset, si anteà debitum negauissent, vt curam plantationis eluderent, nec erogaret exactores ad debitum. Sed vitia non se tota publicant, sed per gradus. p.214.n. 98.

Et habebimus hæreditatem eius Quomodò tam citò hæreditas superstite patre ? Esto filium occidatis, nec alter sit genitori suus hæres. poterit hæredem extraneum testamento condito nuncupare. Qualis fiducia imbuit manus vestras ad cædem filij, vt in iura patris succedant ? Poterit genitor & iniuriam præsentem vlcisci, & animos futuræ confodere Quid ? De hæreditate cogitant, supra fures & atroces auari. Auaritia neç tarda est, nec periculis tardatur. p 409.n.34

Et habebimus hæreditatem eius. O fiducia stolida sortis, quæ incertitudine nutat ! Sat esset opinionem concipere ; sed sententiam, vel extrema iniquitas est, vel temeritas prima.

De

De fecura fibi poffeffione blandiuntur, nec iactant in incertum fpem. Qualis fructus infolentis fiduciæ? Non folùm perdere, quod veloci arrogantiæ manu tenebant, fed malè perdi. Malos malè perdet. Certa fuit clades, quos improba fortis certitudo fefellit. Nam qui imaginariâ fuperbiâ in fœlicitatis dubio certitudinem credit, nec cafum cogitat in fortuna, certiffimè cadet. pag. 494. num. 81. tot. fect.

Et apprehenfum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cur extra vineam pellunt vt enecent. Anne & in morte vineam cadauere poffideret, & palmitibus teftibus, furti & cædis teftimonium certiffimum publicaret? Imò fub vmbra pampinorum latuiffet, vitéfque contegerent vitium. Nunquam eft in fpoliis muta tyrannis. Furtiua vinea publicaret prædones, & refperfa fanguine gleba fures proderet & laniftas. Ergo procul à nouali repellunt: námque furti materia accufatrix furis euadit. pag. 345. num. 163

Eiecerunt eum extra vineam, & occiderunt. O infœlices Hebræi cur eiicitis, quem occiditis? Huius fanguine fi redundet torcular, prodeunt ad falutis cellaria: turgebunt botri, palmites crudientur ad acinos. Saltèm fruimini mortuo qui abutimini viuo. Hic folis hominibus prodeft enectus. poffidete defunctum, vt flagitium cædis abftergat. Si gentilibus poft patibulum prodeft, & occifus nobiliori pretio redundat: cur facræ redemptionis diuitias, quas manu, etfi execrabili, ad valorem fanguinis adaptaftis, pellitis extra vineam? O! Eft qui malo vtitur ad falutem; eft, qui bono vtitur ad perniciem. p. 426. n. tot. fect.

Malè perdet, & vineam fuam locabit aliis agricolis. Cur fupplici geminat, nempe dirimens locati contractum, & poft vites vitam ab agricolis adimens? Et opportunè. Fructus vineæ legitimi contractus iure præftiterat, at illi non folùm fundi vfum & fructum, fed & hæredis iura à Domino tentauerunt eripere, & in vitam filij irruperunt. Ergo qui cupidine auara in aliena iura irruebant, & propriam vitam, & locatæ vineæ perdunt culturam. Qui immoderate extendit ad vetita defiderium, amittet & propria. p. 306. n. 9. & p. 307. num. 10

Malos male perdet. Supplicij meditare energiam. Sicut potentes potenter torquebuntur fupplicio, sic & mali male perdentur. Per fuperbiam in hæredem irruerant, nec veriti funt ad herilis filij confpectum (quæ vna fpes fuperat Domini) ad totum fcelus fui pœnam [illegible]. Nam fuperbus trucidatur fuperbè. p. 23. n. 81

Malos malè perdet, & vineam fuam locabit aliis agricolis. Qui mitis pi[illegible] in cæde geminata feruorum, nec vt a pufculo, tam diu fupplicij minas prædixerat, cur repente in extremam damnationem exardet, & in vna fententia duplicatum iaculum torquet? Mitis adhuc Dominus erat: fed qui diuitias vineæ per nefas primogeniti cædis fibi eripere tentauerunt, thefaurizarunt fibi furorem: Quippe cur impœnitens iram fibi in defoffo pectore thefaurizat. p. 314. n. 37. tot. fect.

Malos malè perdet. Cur iam non perdat, & qui occiderunt fubitò, cadant fubitò? Sed à Domino interrogati, etfi inftabat pœna delicti, opportunè de futurò refpondent. Quippe pientiffimam Domini indolem agnouerunt, qui in clariffimo cædis iure vocauit ad confilium fenatum: Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Qui quærit, & eft Dominus & offenfus. fed in caufa iuftitiæ, vt habeat reuerentiam pietati, dubius fcifcitatur de pœna, non vt iuris ignarus, fed vt protelato tempore mitius agat. Iudicia, ne acerba fint, calore pietatis, & induciis temporis maturefcant. pag. 72. n. 115. tota fect.

Malos malè perdet, & vineam fuam locabit aliis agricolis. Vt quid adiicitur in agricolarum fupplicium, quod agricolis aliis vinea locabitur, fiquidem occifis illis, inanis erit pœna fauoris, qui continget probis colonis? Et tamen fupplicium exaggerent, poft mortis damnationem, nouam iuftis locationem adiiciunt. quafi & cadauerum cineribus fit aliena fœlicitas. O hæredis inuidis adfona condemnatio! Inuidus plus de vitæ lumine alienæ dolet, quàm de occubitu proprio. Creuit rigor poft fententiam mortis cremento extraneæ fortunæ. Adhuc inuidorum cineres inuidentiæ feruant fœtorem, & vltra mortis terminos ad fœlicitatis extraneæ mifere fubfiliunt liuorem. Placide iacerent in tenebris nifi lumen alteris illuxiffet. ibid.

Malos malè perdet, & vineam fuam locabit aliis agricolis. Cur vltio duplicata, & adhuc perditis, infligitur pœna? Qui perduelles fuerat pietatis, & vt rebelles fcopuli rore fauorabili tacti amarunt in fauorem duritiem, meritò puniuntur vt faxa, quæ femel & iterum ferrum fubeunt, quod à terræ vifcere dirimat. Iuftitiæ rigor ictum duplicat, vtitúrque gemina manu, vt rebellem peccatorem confodiat. p. 353. n. 116 tot. fect.

Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et in vna periodo, rigor & fauor? & Quod aufertur improbis, datur iuftis? Iuftitia & pietas alterutrim æmulantur in opus. Nec actio fuit duplex, vt priùs auferat, deinde det; non abftulit, nifi vt daret. Etfi brachium diffimile, vna eft manus. Iuftitia & pietas vna fibi copulantur compage, nec mouetur altera; quin & altera: Si vni officit, alteri proficit. Brachium Dei non erigitur ad fupplicium, nifi fimul pietati proficiat. p. 89. num. 183

Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Flagitiofi agricolæ fuftulerunt hæredem, vt fibi nequiffimus hæreditatis fortem afcifcerent. Malignitas non à iuftis bona prædatur, nifi vt improbis præftet. Deus ab improbis diuitibus fi per calamitates auferat bona, non nifi inter pauperes diftribuit & iuftos. pag. 423. num. 34. tota fect.

Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius. Ergo faciet ethnicus, quod nefciuit Hebræus? Proficiet barbarus ad virtutem, quam deferuit fidelis? Se conferet Deus ad paganos de lapidum cultu lapideos, lignéofque de lignorum latria? Sanè praui & flagitiofi fidelis, magis officit, quàm barbari & pagani focietas. p. 221. n. 118. tot fect.

Auferetur à vobis regnum Dei. Adhuc parabola, cùm agebatur pietas; iam claritas sine ænigmate, cùm insilit rigor? Latè peruagatus in tropo, breuiter commentum reddidit in supplicio. Cur non rigoris stylo latebit, si sub figuris pietas deliteat? sed superbi auscultabant, qui Pharisaico supercilio nec notissimas minas intelligunt. Opus est superbo, si de supplicio agitur pellucida claritas in dictione, nunquam percipit suam ruinam. p.213.n.91.& p.398.n.95.& p.431.n.66

Dominica III. Quadragesimæ.

LVCÆ 2.

Erat Iesus eiiciens dæmonium. Si Iesus erat, cur erat eiiciens, & tarditatis stylo laboriosum facinus exhibetur? Resisteret dæmon Domini iussis, qui etiam in inferno credit & tremit. Nónne sat erat verbo superi Genitoris, vt verbo contunderet aduersarium, ab humanáque pelleret possessione, quam timidus, quà prædo, occuparet? Difficultatem in stylo amor elegit, vt, licèt in dispendium potentiæ, videretur Deus ad fauorem hominis laborare. Et à virtutis negotiatione defendit suos, vt velit apparere reluctantiam in conatu subire, quà probet dilectionis excessum. Quippe mauult Deus fortitudinem in defendendo suos demonstrare, quàm requiem in pacifica eorum possessione retinere. p.89.n.186

Et illud erat mutum. Energumenus mutus erat, & linguæ infirmitas dæmoni deputatur. Si dæmonis etymon de calumniatore censetur, agitúrque calumnia sub lingua, quis organa vocis huic hospiti dæmoni obtudit? Erat quidem dæmon loquax de suo, qui de suo loquitur mendacium, cùm loquitur: sed traxit ægritudinem ab hospitio. Sic & dæmoni nocet peccatum: quod si dæmoni, cui non nocet. Quippe peccatoris membra dæmonis sunt. pag. 97. num.219

Et illud erat mutum. Quale quod mutum esset indicium? Non loqui. Quid si potuisset? Quod sileat aliquis, à voluntaris venit arbitrio, quod mutus sit, stupor est naturæ sub organo. O dæmon, ô vitium! Sciunt & vitia naturam infamare de errore, eiúsque vires ingenitas, mutilare, vt qui præ proteruia ad salutis vsum ora non soluit, de origine obmutescere censeatur. Transit in naturæ ægritudinem morbus animi, crimina naturam inuertunt. p.209.n.74

Et illud erat mutum. Et mutescit homo, & surdescit, postquam dæmon in corporis vagina recondit, obturátque sensus, ne pateat aditus ad salutem. Cum hoste & solus repagulis obstructis in limine? O secretum infœlix, cum aspide in latibulo, & sine patentis ostij suffragio. Sic obstinatus carnificem sui culpam tota diligentia custodit, ne columitatis subeat spem. Claudit portas lumini, quas tenebris dedit apertas, vt thesaurum tegat à fure extraneo, qui furem intimum gestat secum. Nisi Deus vectes infringat, fures reserat, domesticè occumbes. infœlix diligentia est obserare cubile, intra seras hoste latente: obturatis sensibus, ne medelæ pateat, animam cum criminibus claudere. p.321.n.64. tot. sect.

Et illud erat mutum. O quàm parum hominis remanebat qui aurem & linguam pro pretio criminis commutauerat! Degeneri mutatione transiuit in truncum, vt dum culpam in ætatem miseram vegetabat, ignominiæ sensum amitteret. Sic hominem deuorauit peccatum vitiíque calore decoxit, vt in criminis substantiam transiret. Quippe qui peccato ad illecebram saginatur à peccato comeditur, ne sit homo. p.253.n.7.tot.sect.

Et cùm eiecisset dæmonium, loquutus est mutus. Nonne præcesserat quòd dæmon, qui torquebat hominem, mutus erat: cur iam homo possessus à dæmone mutus dicitur? Peccatum & dæmon vocabulo dissident, non natura. & qui peccato dat corpus, nomen recipit à peccato. p.97.p.216

Loquutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Ad officium linguæ admirantur, qui non sunt admirati ad prodigium. Mireris, ô inuide, quòd Dominus dæmonem exuflauerit. hoc maius fuit, quàm rediisse linguam ad vsum. Si abscedit dæmon, quid mirum, quòd secum tulerit ergastuli vinculum, expeditaque lingua prosiliat. Sed quia virtus erat dæmonem pepulisse, linguæque volubilitas, pauperis liberari fortuna, in hoc transfigunt miraculi elogium, vt & illud inuido silentio sepeliant, præsénsque prodigium prætereunt, qui carent sensibus ad virtutis præconium. Inuidia cæca est, etiam præsentissima ignorat. p.416.n.45

Loquutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Cùm obmutescebat energumenus, mirabantur? Imò, illicò admirantur, cùm loquitur. Parco stupori, si proficiat in bonum. Hæc est efficax pœnitentiæ fœlicitas. Cum in dies in peius agitur humana natura, vitiorúmque numerus per capita personarum censetur, cùm nullum est compitum sine peccatoris incursu, nullus est, qui ad vitiosorum abundantiam miretur. prodest vel vnius pœnitentis figura, vt turbas admiratio corripiat. Sat est à vitio veteri discedentem hominem conspexisse, vt integra ciuitas commoueatur. p.312.n.29

In Beelzebub Principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Miraculum, quod negare non poterant, virtuti Superiori satagunt adrogare; sed negant magis, cùm fatentur ministerium, diffitentur imperium. Conuitiantur vt furem, quasi de alieno sumptu mercedis præconium ambiret, & qui dæmonis erant toti, quod acceperant oculis, dæmoni vt proprio Principi iam tribuebant. Ac si diceret: Laudis merces operis auctori debetur, non furi. Qui merita deprædatur aliena, vt propria gloria de sola furti industria venetur. p.342.n.153.tot.sect.

In Beelzebub Principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Ergo dæmon dæmonis hostis est? Putabant quòd inter eiusdem naturæ consortes, solùm homini homo ad prodigium sceleris hostis fiat. Sed hi de vitiorum indole, quam inter se experiebantur infestam, dæmonum indolem iudicabant, & quod dæmon pelleret, & de propria arenarium circum inflictis ad inuicem ictibus cruentarent? siquidem vitia non solùm virtutibus, sed & vitiis sunt inimica. alternis se dilacerant odiis. p.415.n.8

Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. Si diuisio interneciom regnum committit, quomodo

modò Satanæ regnum, vbi tot aduersum semet satellites, quot populi sunt, tot lanistæ, quot flammarum inquilini, desperato fine perdurat? An quia tenebrarum regnum est, & qui in tenebris pugnat, interficit voto, non manu, nec fortunat ictum, vtpote quia quem verberat, lateat. p.417.n.15

Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. Quomodò ergo Satanæ regnum in suo casu stat, nec sæculorum sustinet morsum? Opus fuit iustitiæ vitiorum manipulos æternari, odiisque sanguineis depasci & in mortis studio residuum sibi permanere ad pugilatum, quo cadit. p.418.n.16

Porrò si in digito Dei eiicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Ab vno digito totus Deus. Quod ab homine dæmonem pellat, diuinæ maiestatis coronat opus. Vt iam adsit regnum, siquidem peccator à carcere vitiorum absoluitur. Sanè. Libertas seu occisio peccatoris effrænis perfectio diuinorum operum est. p.207.n.67

Cùm immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa. Cur sic abstinens & frugalis dæmon hibita pietate spolium rationale dimittit, & humani corporis aulam, in eremum deserit fugitiuus? An vt homini donet hominem, & Dei imagini membra, quæ furatus, restituat? p.424.n.39

Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam & ornatam. Ergo & dæmoni politior & nitidior videtur domus, si absque dæmone sit. O qui cultum & nitorem de mũdiali pompa adamatis, munditiémque colitis, quæ delectat? O vnguentati, compti, olentésque aromata, nec rugam sustinentes in veste, nisi ruga proderit artificio decoris, ambite virtutem, saltem pro nitella & ornatu. En in domo, quam fœtor dæmonis incolebat, quia crimen pepulit, amœni vaporantur odores, aulæa & stromata pro spurcitiis sordidis succellere, pro fuligine candor, pro reside sentina crystallus. ibid.

Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Quis sic crederet de limpida domo, quam post dæmonis vomitum gratiarum salubritas amœnabat, nec scopa supererat in næuum nitoris. Sed qui post animi sanitatem iterum labitur in negata, de simplici dæmone in septenarij numeri vniuersitatem transfigitur, nec nisi in cumulo infœlix est. Minus infortunij subibit, si adhuc semel sisteret in ruina, quàm postquam se reduxit in culmen, cadens iterum ab ipsomet pondere casus per scopulos montis continua multiplicat præcipitia. Nam iniquitatis largitas exercitio adolescit, serpendo proficit, crescit eundo. ibid.

Feria IV. post Dominicam III.

MATTHÆI 15.

QVare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? O quantis transgressionibus abundabit libellus, cuius exordium multitudinis est. Apparatus numero constat, euoluitque accusationis schedulam. Qui in tumultuario compendio præludium componitis, non de transgressionis simplici voce, sed de multitudine transgressionum, qualem denique præcedente tribunali obiicitis ad supplicium? Non enim lauant manus suas, cum panem manducant. Esto sit manuum limpiditas ad conuiuium traditio legalis, vna est: cur traditionum petitis transgressores? Se amabant iudices, cùm actores. & iniquus iudex vt impiæ sententiæ, quam intendit, causas reorum adæquet, erratum leue rarefacit & exaggerat in flagitia. p.198.n.26.tot.sect.

Quare discipuli tui? O & in proprio verbo sagax aduersus Magistrum innocentissimum accusatio! Si error discipulorum est, cur non in discipulos telum dirigat accusator. Dicite, ô vos, discipulis, non Magistro, siquidem annuentibus vobis, ille non incurrit sordis indicium, qui de suo limpidus & manducat panem, & panis est. Sed procerum culpa in Principem resilit & dynastam, sursum ascendit fœtor sordis, qui de spurcis subditis vaporatur. Vbi proceres sani non sunt, de ægritudine aliena Princeps laborat. p.211.n.80.tot.sect.

Quare discipuli tui? Non semper zelus venit de cælo. est qui de infectis, quà ardentior est, & flammis inuoluit liuorem, erupisse putetur. Si nimius impetus ignis est, cur non dixeris cum de gehenna? Nisi ignem hunc prudentiæ resperseris imbre, comburet irâ, nec illuminabit pietate. Considera primum verbum zelantium: *Quare discipuli tui?* ly *quare* non interrogatio est, sed irati conuitium. Zelus nisi temperetur, facilè declinat in iram. p.64.n.78

Quare discipuli tui? Zelus, vt proficiat secretus est, publicus, vt officiat. Cur sic in spectaculum sordes, ô vos limpidi, in honoris ignominiam producitis? Publicitas pandit liuorem: Esto sitis probi, cùm zelatis traditiones seniorum, estis improbi, cùm sordis probrum iacitis in insontes. Probus zelus improbè aliquando castigat. p.7.n.21.& 25

Quare discipuli tui? Dum ignorare satagunt, Dominum honorarunt. Quasi in schola limpidi & nitentis Magistri, nec debeat pilus à censura districtionis deflectere nec suspicio maculæ primam venustatis cutem inficere. Nisi liuidi accederent, Euangelicæ perfectionis tradidissent exemplum. Quos imbuit eruditio diuina, næuus non quidem in fronte, sed & in manu, frontis informositas. Dona diuina, quem imbuunt, ab omni terrena contagione emaculatum exoptant. p.100.n.230 tot.sect.

Non enim lauant manus, cùm panem mãducant. Non solum leprosis, sed de leprosis manibus manducare grauis est ministrorum infirmitas. Hæret in manibus, artificio muneris diuitiarum prædatio; & quia, vt manducent in opipara mensa, pauperem deuorant & pro officio, sordent manus, cùm ad mensam accedunt. Quid intererit, quòd purus & limpidus Princeps sit? Regem maculát functiones sordidæ ministrorum licet non ferat de rapina prouentum, spurcitiæ notam pro prouentu participat. Ergo Pharisæi limpidum Magistrum accusant, quòd ministris parum limpidis circumdetur, nec iudicant lucis candorem esse immunem sordidæ suspicionis, si ei assistãt sordidorum obsequia. Nõ sic stolidè processissent si nõ de nudæ cęremoniæ trãsgressione sic superstitiosè accusarẽt discipulos, in quibus nullã auaritię sordẽ poterãt inuenire. Sed in comminationis stylo saltem

humanis iudicibus dent exemplum. Quippe nonnumquam purus iudex habet in domo leprosos manibus lucri cupidos, & auaritiæ scabia notatos. p. 172. n. 117

Non enim lauant manus, cùm panem manducant. Si panis tantummodo à ministris abstinentibus manducatur, etsi manus impolitæ nec in lympha tinctæ manducant, limpiditas in manibus est. Non à digitorum cute munditiam examines in ministro, sed à qualitate pretióque cibi. Si paruo victitat, si aridè sustentatur, etsi redundes sordent ad manus, impollutus erit corpore, mente purus, nec eget manibus tribunal, sed mente. Ergo accusationis materia puritatem Apostolicam publicauit. Limpiditas animi est, squalorem temnere, pro toto obsonio pane cibari. Examina locum delicti. Triclinium pro innocentia aduocabit. Quippe innocentiæ incorruptior testis locus est, in quo commisisse piaculum innocens accusatur. p. 345. n. 163

Non enim lauant manus, cùm panem manducant. Si manus Dominus non lauisset, vtique Dominum accusassent. Pro nitella dedere suffragium, qui inquirentes sedulò næuum nonnisi in discipulorum manibus inuenerunt. Non sic egissent stolidè, si non inuidè. Discipulus Domini in Magistri indolem iuisse dignoscitur. Qui se sub Dei manu integra oblatione deuouit, Deum in se transfigit, totúsque de Deitate censetur. Ergo iustus totus sit Deus, qui totus est Dei. p. 74. n. 120

Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Cur sic Domine ignem inuidorum illico retundis in inuidos; tuiq; re serenitatem styli in iacula rigoris traducis? Dixerant, *Quare*, eadémque vox meritò resiliuit, quasi non fuisset Domini, sed eorum, qui eam in Dominum proiecerunt. Quippe inuidus ab igne, quem accendit, incenditur. p. 253. n. 7

Quare discipuli tui. Quare & vos Si irascentis hominis inuidentia peccauit in *quare*, puniatur, in *quare*. Dei conuitij syllabis plectit Dominus conuitiantes. O miseri vos, arma dedistis, quæ à manu Dei, quà fortissimi, sic versata, incremento acuminis diriùs figant. Ira hominis plectitur ira Dei. p. 64. n. 79

Quare & vos transgredimini mandatum Dei, &c. Cur sic Dominus verbo vlciscitur, & qui adeò patiens est, vt & contumeliosus sit sibi in patientia, sic exardet in inimicorum iactantiam? Nonne memoria panis sat fuisset vt ad sacramentum pietatis oblatum auribus pepercisset. Illi dixerunt: Non lauant manus cùm panem manducant, propria est sacramenti panis limpiditas. Sed qui sacramentum amoris transgrediuntur per inuidiam, sacramento iustitiæ merito castigantur. Diuinæ offert sacrificium iustitiæ, qui sacramentum pietatis pro puniendis delictis in vindictæ sacramentum conuertit. p. 207. n. 66. tot. sect.

Quare & vos transgredimini mandatum Dei? Christus iratus? Qualis erit causa prodigij? Qui proprias iniurias reputat ludum, cur nunc conuitium illico reddit? Quia iecerant iaculum in discipulos. Deus non vlciscitur inimicos nisi opus sit, vt defendat amicos. p. 58. n. 49

Hypocritæ, benè prophetauit de vobis Isaias, &c. In vno verbo meritum furorem explicuit. Compendio prodidit religionis sacrilegos perduelles. Pharisæorum titulum publicauit, ne ingenitæ pietati lis moueretur. Qui vitium de virtute componunt, virtutem sibi transferunt in supplicíu. Quid quod sic Dominus irascatur, qui fastidit hypocritas, vtpote qui per propitiationis semitam pergunt in diuinam iniustitiam. Deus vt hypocrisis osor sit. p. 196. n. 14

Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. Si saltèm colunt, Domine, etsi hominum institutis instruant, non sic irascaris in reos: dimidiatam exhibe veniam criminis dimidiati. Si malè docet homo, sed benè adorat, culpa sit doctrina, sed & meritú adoratio. Castigetur ob scholam, muneretur ob cultum. Ideò addidit *sine causa*. Sine causa colitur Deus si nō colitur vt Dominus & Magister. Signum adorat idololatria sine causa, vtpote cui maiestas deficit & doctrina. Ergo qui ob mundialem politicam & rationem status vsum religionis, vt semitam ad vetita facit, & mundialia iura, adorationis titulo inuestit, cultumque hominum cum diuino obsequio confundit; adorat Dominum sine causa, in vtroque fit reus. Sæcularis homo qualiter materiam virtutum cum vitiositate confundat. p. 254. n. 20

Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore. Vitia latentia in antina vt diriùs feriant, quam mala extrinsecus aduenientia. p. 304. n. 1.

Sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Sed postea Dominus commentatur. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, &c. Quid hæc responsio ad corporeæ limpiditatis quæstionem? Pharisæi non quod discipuli comedunt, conuitiantur, sed obiurgant quomodo comedunt, nec de inquinamento sollicitant, quòd illotis manibus subeant in escam, sed quòd transgressione pungitur traditio Seniorum. Imò opportunè hypocritarum vitium retexit, qui intus de vitiorum sordidatæ colluuie manus lauant, vt publicent obedientiæ virtutem, non nitoris studiosi, sed gloriæ tenebrescunt in corde, limpidantur in manu, innocentiæque signo animi spurcitias inuestiunt. Inde irascitur Dominus. Quippe vestitu innocentiæ calliditatem operire peccati, extrema improbitas est. p. 148. n. 20. tot. sect.

Feria VI. post Dominicam III.

IOANNIS 4.

V*Enit ergo in ciuitatem Samariæ.* Præcesserat: *Reliquit Iudæam.* Cur homo Deus priùs ad oues Israëliticas missus, proprios deserit, vt se conferat in extraneos, & à religiosis abscedit, vt in expertes religionis procedat. O fidei calamitas, si semel incurrerit in fideles iniquos! Gratius Deo est inter idololatras degere, quàm inter Christianos iniquos, qui Christiani nominis pudicitiam libidine vitiorum adulterant. p. 223. n. 124

Iesus ergo fatigatus ex itinere. Et Deus infatigabilis fatigatur? Qui graditur super pennas ventorum? si in semita gressum deponat, sudabit ab æstu, lassabitur à labore? Esto homo sit, si libitò pergit, pedibúsque amatoriis metitur iter, cur sustinet fatigationis stylum? Quærit

Quærit fœminam, quam nec gerulæ officium, nec libidinis fatigauerat. Sed si ad salutem quærit, vt redimat, & quia amat, quærit, amatori inuritur nota quòd in officiis fatigetur amoris. Imò studiosè aduerte dictionem : *Fatigatus ex itinere.* Non quòd per spatiosum iter alacre vestigium moueret, Iesus dicitur fatigatus, sed quod tarditatem spatij iter protenderet, ex itinere fatigatur. Eum fatigauit iter, quà iter, nempe quà distabat à fonte, non quà in itineris gressibus laboraret. Itineris tempore fatigatur, qui amat in momento succurrere. Deo benefico quæuis mora ad pietatem sæculum est. p.194. n.5. Distantia fatigauit amantem, nescit amor nisi à tarditate muneris fatigari. p.171. n.111

Sedebat sic supra fontem. An sessionis figuram indoléque requiei hac dictione stylus Euangelicus protulit? Qui supra fontem sedit, *sic sedit.* Sed quomodo modum agnoscam? si quod sic sederet, oculus tunc perciperet, nunc auris addiscere nequit. Imò satis fuit expositus modus charactere ingenioso. Si ex itinere fatigatus accessit, & sic sedebat, quomodo ex itinere accessit, quà fatigatus vtique sic sedebat. Qui expectaturus fœminam sedit misericordémque Dominum tarditas beneficij fatigat, sicut ex itinere, quà per spatij dilationem moroso, fatigatus peruenit, sic ex sede, qua largitatem muneris dilatabat, iterum fatigatus remansit. Protelata spes auidum desiderium excruciat. p.292. n.61

Fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Anhelus sudor, quem concitus cursus egessit, sedis quiete abstergi non potuit. Sicut fatigatus accessit, sic & fatigatus sedebat. Quid? Habet & frons lachrymas suas, habet & corpus sine officio oculorum. Sicut ad defunctum Lazarum teneris luminibus lachrymatur, sic ad periculum fœminæ Samaritidis vniuerso corpore sudat pro fletu. In vtroque peccatoris agebatur figura, nisi quod Lazaro peccatum occubuit, in Samaritide adhuc viuebat. Ideò nouo lachrimarum ingenio sudor nunc in corpore fuit pro fletu, vt pientissimi succi artificio fleret vniuersitate membrorum. Quia magis lachrymabilis est animi mors quàm corporis, largiores imbres, ardentioréſque vndas pro remedio Samaritidis fundit, quàm pro Lazari defuncti dolore. Criminis & vitæ periculum quasi crimen sapit & mortem, eisdem lachrymis deplorandum. p.314. n.37. tot. sect.

Venit mulier de Samaria haurire aquam. Et vnius gerulæ fœminæ salus sic Deum vsque ad sudorem frontis fatigat. Et quæ fœminæ conditio? quis status? Vrcei vernula, amphoræque mancipium, quæ aquam libitam & communem pretio pôderis & itineris mercabatur de fonte, nec erat tota sub domus operculo propriæque ciuitatis hospitio, sed dimidiam vitam in lymphis haurienda è solitudine consumebat. Confide fœmina, lucraberis Deum. Ad Deum piè ambiendum solitudo & egestas meritum est. p.145. n.8. tot. sect.

Venit mulier haurire aquam. Et mulier, & venit; quid succederet nisi haurire? Venit, vt hauriat; haurit, vt veniat. Sic auida fœmina in cupiditatis circulo errore vertitur irrequieto. Si vltra non poterit, hauriet aquam, vt & de bono communi, libidinis titulo proprietatem sibi conetur. Quidquid est in fœmina, rapax est. p.490. n.66

Da mihi bibere. Si aquæ cupida accedebat fœmina ad fontem, vt labilitas laticis esset in recipulis pondus, cur à fœmina, quā desiderat aquam, expetit Dominus & desiderat? Et tandē quòd à fœmina poscit, fœminam vt ab eo posceret inuitauit. Similē ostendit fœminæ desiderium, quale fœmina negotiosa trahebat, vt quæ inciperet velle quod illa, illa inciperet velle quod ille. Fœminei desiderij figuram, tanquam viscū fœminæ obiecit, vt cum illa aliquid suum in Dominico desiderio vidisset, hamo prenderetur amoris. Non semel lucraberis peccatorem, si aliquid suum ôstenderis ei, ne illicò ostensa sanctitatis figura, quam odit, territus aut resistat, aut cadat. p.311. n.27 tot sect.

Da mihi bibere. Creator aquarum petit & aquam. Mundi opifex guttulas emendicat. Esto non aquarum pondera librauisset, irriguósque fontes, scatebrásque liquentes tetendisset de officina virtutis, quà Princeps erat sine pretio rogationis poterat extorquere. Sanè potentes sæculi armatis precibus euellunt à subditis munera, dum precantur. Et tamen petit potentissimus Deus, & tamen sine dono laticis mansit. Discite, ô vos magis exactores violēti, cùm exposcitis, quàm cùm tollitis. Sæcularis Principis ingeniosa petitio vrbanum est artificium violentiæ. quod rogat, extorquet, torquet; quem rogat. p.170. n.85. tot. sect.

Mulier da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant, vt cibos emerent. Cur sic aquam [illegible] ab extranea sortiri, cui de discipulorum officiis suppetebat annona? Erat Iudas œconomus; salutis fructum expectare poterat ab aliena, quē nō inueniebat in proprio. Nocuit cæteris nequissimi discipuli contuberniū p.222 p.153

Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi. Da mihi bibere: tu forsan petijsses ab eo. Quia petit à fœmina Dominus, à Domino fœmina peteret Peteret quidem, si in petente Domino, & donum Dei nouerit, & agnouerit Deum. Artificium est liberalitatis diuinæ, s. Deum pandere supplicanti, vt orator habeat quid petat, quid oret, & habere incipiat, quem orat. Adeò rogari auidus est Deus, vt se medullitus in orantem insinuet in orationémque transfigatur quasi ipsemet oret, cum oratur ab homine. p.196. n.13. & sqq.

Si scires donum Dei. Ergo nescit de dono, quæ & fœmina est, & assueta ad donum, licet aquæ, venire? Sanè nescit de dono, quod est donum non labile sicut aqua; siquidem post aquæ donum, in qua Creatoris & limpiditas, & largitas admonente natura describitur peccatrix fœmina labitur in negata, diuinúmque datorem iniuriis remunerat, quia non nouit. Sanè Deus, si sciretur, nunquam iniuriam acciperet à peccante. p.87. n.175

Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? Iam proficis fœmina, quæ in fortuna, quam sæculi cogitasti, dubitas in incerto. Est fœlicitas principium dubitare de fine, nec auiditate fruendi fœcunditatem facere de fortuitis. Illi secunda venit fortuna, qui de sortis euentu dubius trepidat & incertus. p.495. n.87

Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterū. Si quia sitit, bibit, cur bibat, vt sitiat, generetq; hydropisim

de remedio: O indoles mundialium bonorum! sitim bibit qui cùm biberit, sitit. Non desiderium pellitur possessione: desiderium pellitur desiderio. Anxietas possidetur in sorte, se amicat cum infœlicitate fortuna. In mundo nulla nisi votorum possessio est. p.74.n.120

Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Si aquam labilem prendere cures, premes digitos, sed non aquam; manus stringetur in pugnum, non stringitur lympha, quæ & refuga fluit, humectátque sine pondere cutem. Possedisse laticem credidisti, dum manum, vt prenderes, proiecisti, Sed mansit & possessio mendica, nec nisi sitis de officiosa manu remansit. Sæculi bona, aquæ more dum captantur labuntur. p.82.n.154

Forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Iam plurimum aquæ dedit, qui, quod peteret, petiit à fœmina. Antequam de munere instruat, in præteritum fluxit munus: nec daturum fœminæ se spopondit, sed quod fœminæ dedisset, nondum fœmina petente præmonuit. Nónne opportunius erit, quòd fœmina in futurum speret? Sed vera liberalitas anteuertit spem, vota præcurrit. p.194.n.5

Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. O multiplicitas redundantiæ! Aqua semel bibita redundat in aquam, scaturit in fontem, in vitam præsilit & æternat. Ergo quælibet gutta vulua fertilis vndæ est, nec poterit timeri defectu, quæ secum gestat scaturiginis venam. Mundi bona de promissionis gurgite ariditatem denique reddunt; & aqua, quæ in voto incepit vt fons, vt siccitas finit in sorte, nec potest sperari abundantia, quæ secum gestat egestatis originem. Sic sæculum est auarum, sic largus Deus. Bona cælestia prodigalitatem sapiunt, cùm liberaliter effunduntur, semper veniunt cum fœnore sui. p. 261. n. 42. tota sect.

Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam: neque veniam huc haurire. Si aqua, quam Dominus spopondit, æternitatis præbet saporem, nec de annis labilibus computatur, graditúrque super vsus humanos, quid aquam postulas stolida fœmina, vt vltra de cauitate putei non haurias, nec oneres humeros vestigiáque iterata fatiges. Imò morere sæculo, qui per huius aquæ profundum æternitatem poteris transfretare. Vt non sitiam, inquit, vt commodi cupiditas impleatur. Nemo nisi in propria commoda quærit Deum. p.196.n.15

Quinque viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir. Ambis, ô Domine, fœminam ad salutem, & retegis procacem libidinem, quam abscondit? Eritne lenocinium prendendi, quòd verecundetur fœmina de prostibulo? O sacra sagacitas artificij! Vt redeat ad frugem, vitij reuelatur figura, meritoriíque criminis forma in innocentiæ Dominicæ limpida exhibetur crystallo, vt visa fœditate recedat. Nullos sibi vitium conduceret amatores, si faciem ostenderet, non personam. p.376.n.9

Quinque viros habuisti. Si habuit, non habet. Quæ liberalis fuit in meritorij corporis largitate, vt & quinque totũ dedisset, iam in auaritiam deflexit, qui quod viris quinque sat erat, nonnisi vni viro permittit. Imò quos habuit viros sapienter Dominus repræsentat, vt videat, quid in libidinis extremo nunc habeat, nisi quod habuisse erubescat. Nam commissi criminis extrema figura per oculos peccatoris ebibita salubrius pharmacum est ad vitam. p.376.n.8. tot.sect.

Quinque viros habuisti, & quem modò habes, non est tuus. Si è libidinis cœno fœminam in gemmæ fortunam Dominus conatur eruere, cur memoriam concitat vbi obscœnas spurcitias euoluat, & lutet oculos in sentina dum pristinum & præsens memoret lutum? Ingeniosa fuit Domini ars, lucem abscondisse sub luto, vt squalore corticis posteà eiulso, lumen appareret nitidius, & iuxta vitæ pristinæ sordes lux salutis nouæ composita clariùs rutilans fœminam allexisset. Quæque ars vitio profligando proficua, secum fert lucem, quæ scintillas excutit ad virtutis victoriam, etsi lateat sub limo. p.395.n.84

Domine, vt video, Propheta es tu. Imò plusquam propheta est, ô fœmina: sed vnde percipis esse prophetam? Quod virorum numerum protulit, quibus procacitas tuæ libidinis sine numero scortabatur? Imò lumine non indiget prophetiæ, qui in fronte peccatoris crimina legit, Publicis non est opus vaticinio, sed sensu. Reliquerunt tot stigmata in facie, quot viris non tam vt dominis procubuisti, sed vt sibi adinuicem adulteris succubuisti. Delicti præco vultus est delinquentis, animus publicatur in fronte. p.433.n.74 tot.sect.

Vos adoratis, quod nescitis: nos adoramus, quod scimus. Vnde conuincuntur colere, quem ignorant? Quod partialem Deum reputarent, nec communem omnibus, sed vnius populi fauori priuatum. Deus, nisi singulis fuerit totus, singulis nihil est. p.320.n.63

Scio quia Messias venit, &c. Ego sum qui loquor tecum. O quam subito totum pelagus transfretasti fœmina fœlix. Vota anteuolauit fortuna. Tecum inuenisti Messiam: imò quem non quærebas hactenus, reperisti. Cur tam citò te dedisti, Domine, non petenti, & antequam vela expanderet desiderium, nauem, quæ vix è littore solueret ad salutem, coronas in portu? Quoniam licet parum, benè cœperat nauigare, quæ sub Messiæ auspicio æquori committit carinam. Priuilegium virtutis est, auspicatò, dum ire incipit, peruenire. Habet & suam celerem volubilitatem ascensus, non tota rapida concitatio adscribitur præcipitio. Qui bene agere cœpit, saxi cadentis morem secum fert in exordio; nisi quod illud ruinam integram promittit in parte, hic altitudinem integram, cùm orditur ascensum. p.339.n.145

Scio quia Messias venit Cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia Ego sum, qui loquor tecum. En nouum prodigium spei, videt fœmina, cùm speret, & expectationis materiam oculis possidentibus tractat. Quid spem in futura fatiges? En sors antevolat desiderium. sudat in fonte fatigatus Iesus, vt spem fœminæ præcucurrerit. Hæc spei diuinorum indoles est, venientia vota præuenit ad fauorem, sperata transigit in possessa. p.259.n.33. Prodigium est beneficij diuini, quòd euaneat expectatio, non desperatione sed sorte. p.338.n.138

Reliquit ergo hydriam suam mulier. Ergo Dei iam cogniti illatio hydriæ contemptus est; inuenisse & reliquisse magis distant in Euangelistæ periodo, quàm in fœminæ motu. Onerabit amphora,

amphora, quam non onerat pondus Dei. Vide fœmina in vna hydria non solum potum, sed & cibum habebas; de cuius victitabas officio, conuiuium integrum tibi erat. Sed meliorem reputauit annonam, super aquam à Domino sibi promissam, Deum insuper, solo pretio quod reciperet recepisse. Quid quod mandialia deseruisset subsidia? Qui à sæculo ad Deum se transfert, non vltra rebus sæculi indiget. p.145.n.9

Reliquit mulier hydriam suam. Et hydriam fœmina temnit, vbi vita & victus, integérque prouentus fœminæ fuit? Et vacuam reliquit. Quippe Deo cognito, qui totus cum pondere est, quidquid mundiale reputauit inane, nec nisi extrema cum onere, quæ lassent & grauent, intus follis more sine nucle & cum vento. Quid quòd quidquid extra Deum est, post primum impetum tædium moueant. p. 201. num.38

Reliquit ergo mulier hydriam suam Post Deum cognitum ponderosius grauaret humeros hydria vacua, quam ante cognitum hydria plena. Meritò destitit laborare, quæ obsequium sæculi in diuina imperia transegit. Alter illam labor leuauit, cui iam anima sub Dei pondere leuior est. Ergo quæ mutauerat animam, laborem pristinum demutauit. p.381.n.29

Venite, & videte, &c. Exierunt ergo de ciuitate & veniebant ad eum. Et hydriæ vernulla concionatur, nec solùm ciuitatem conuertit, sed ciues in eremum inpellit, vt in eremitas vertat & ciues? Quis dedit latera oratrici elumbi ad sermonem? Quis in eloquentiæ lumina rudem erudiuit balbutiem? Dei verbum ex verbis, quæ vibrauit in fœminam vestigia in fœmina dereliquit. Ecclesiasten sacram de prophana reddidit & inculta. p.164.n.88

Exierunt ergo de ciuitate Multi crediderunt in eum propter verbum mulieris. Cur tam leuiter intelligiosa ciuitas ab vnius mulierculæ voce mouetur? Qui calamitatem publicam doles, & communem sæculi iniquitatem, communi sanitati proficies, si tibi singulariter consulas de virtute. Quia se sanatam vna fœmina ostendit, integra ciuitatis ægritudo conualuit. Ars lucrandi cæteros, te lucrari. p.380. n.27. tota sect.

Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audiuimus & scimus, &c. Imò iam propter loquelam fœminæ credidistis. Quasi nutauisset iam fides, nisi ab oculis accepisset subsidium. operantis testimonium est opus. p.344. n.159. & seqq.

Illustria exempla, etsi aurium suffragium accedat, nisi per oculos influant de crimine falsi damnantur. p.385.n.45

Dominica IV. Quadragesimæ.

IOANNIS 6.

Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa. Cur & frequentia Christum sequitur in eremo? Non distat ratio. Vel periodi series cognouit. Adnectit causam, quippe indolem multitudinis non ignorat. Quia videbant signa. Spectaculum à sedibus ciues euellit, tubáque, quæ prouocat turbam, impletur lenocinio oculorum: Non pergit post Dominum multitudo, vt virtutum donum appetat pro sequela, sed ad miraculorum theatrum vel montem integrum concupiunt. Illectat homines nouitas & delectat. Signum multitudinis est, cùm signa & miracula perpetrantur. p.443. num.18

Cùm subleuasset ergo oculos Iesus. Cur leuat oculos, qui etsi demisso capite, totus vndique oculus est? Vt medullitus videret egentes. Sed & sine oculorum officio, etiam post scapulas, vbi oculos in asseclarum habet subsidium, poterat inopes numerare. Sed qui fauoris miraculum præparabat, è manu manum ad oculos eleuauit, vt inciperet conuiuare famelicos, cùm videre famelicos incepisset Nubes eleuauit è terra, cùm oculos eleuauit in nubes. iam pluebat segetes, cùm videbat. p.79.n.143

Cùm subleuasset ergo oculos Iesus. Non subleuasset oculos, vt aspiceret inopes, nisi vt inopes subleuasset. Sed adhuc nullus indicabat egentiam, nec fames ab vllius ore famelici prosiliebat. Esto turba famesceret, non explicuit. Necessitas publica intra secretam stomachi sublatebat. etsi ab indigentibus sentiretur, nullus sensus nouerat, quòd sentirent. Sed vocibus amor non eget, qui & audit ad fauoris benefici sumptum sine sumptu vocis, petentem. Amantium aures patulæ sunt, quemcumque susurrum in amato percipiunt. p.281.n.16

Cùm subleuasset ergo oculos Iesus. Celerior manu oculus est. quot sunt oculis palpebræ, tot sunt alæ, nec sunt eis articuli digitorum, vt semel totum, non per articulos subeant opus. Ergo Dominus, qui manssum tactu parabat multitudinem pascere, visu præuenit fauoris officium, vt succurrendi impetum organo velociori monstraret. p.338.n.139

Dixit ad Philippum: Vnde ememus panes? Cur Magister à discipulo inquirit, seruúmque, Dominus, consilij solicitat ad industriam? cum Magistro & Domino sapientia superaret & potestas. Sed sciscitatur à famulo non vt inueniat vtique, sed vt quærat. Nisi inquietus sit amor, nec potens nuncupetur, nec sapiens. mobilitate viget non tam vt famam, quàm vt rem conetur amoris. Appetit ostendere diligentiam amator Dominus egenorum, nec discipulum ad consilium interrogat, sed vt ostenderet se solicitum. Qui odit, omnem mouet lapidem, vt exerceat momenta rigoris. Cur & qui amat non explicet industriam pietatis? Sicut odium sic amor inquisitionis multiplicat diligentiam, satagens mederi dolori. p.371.n.69

Dixit ad Philippum: Vnde ememus panes? Vt quid ministrum interrogat, cui, si responderet, daret vtique consilij responsum? Liberalitas & potentia in prouidentia Domini integrum iam senatum effecerant, erátque pro miraculo pietatis decretum quid interesset consulis extranei suffragium? Sed omnipotens secum Dominus voluit perscrutari quid poterat iuxta industriam & virtutem ministri. O sapiens Princeps! Quasi de se nesciret quid posset, donec à ministri spiritu alacríque feruore innotesceret, consulit speculum in Phi-

lippo, vt in eo animosa sui Principis facies virtutis expressa virtutem viuidam resiliens ad Dominum demonstraret. Sanè de officiosa, viuidàque ministrorum animositate Principum potentia probatur. p. 211. n. 80. tot. sect.

Vnde ememus panes? Non inquit: vnde panes ab habentibus eripiemus? & tamen potens est, superusque Dynasta. Sed non potens de sæculo, qui vt impleat sacculum, non substantiam solicitat ad contractum, sed cum potestate paciscitur, vt violentiæ pretio contrahat & euellat subditorum substantiam. Quod prædante manu amouetur, potenti manu dicitur contrectari. Impetitur in aliena, nec emptio agitur, sed exemptio. Quasi priuilegium sit potestatis non solùm posse appetere, sed impetere. Honor reputatur impunitas innocentiæ. p. 269. n. 80.

Vnde ememus panes? Non quærit, si panes suppetant ad emptionem, sed si ad pretium suppetat nūmus. Si semel in aliquo è multitudine, quod sibi ad viaticum subueniret, inuenin poterit alimentū, petat Dominus sine pretio, extorquebit à subdito, quod petierit. Imò religiosus Princeps emere nititur, non rogare quippe arata violentia est precum manibus Principē euellere, quod desiderat p. 211. n. 84.

Vnde ememus panes? Sic in deserto de commercio panum inquirit, qui in deserto lapides in panes contempsit. Ibi à diabolo, vt scopulos conuertisset in fruges, sub imagine pietatis tentatur, hic Philippum tentat, an pretium poterat ad annonā suppetere in tam numerosæ pabulum multitudinis. Discipulum de panibus tentat in monte, à dæmone de panibus in monte tentatur. Et tamen quod ibi noluit potestatis imperio miraculum perpetrare, ne impotentiæ suspicionem subiret, hîc perpetrandum paratus tentat officiosè discipulum Vtrobique necessitas erat, illic Domini famescentis, famelicæ multitudinis hîc. Nonne responderet discipulus de Magistri schola: *Non in solo pane viuit homo.* Cur ibi panis miraculum est tentatio, & hîc pietas? Quoniam ibi lapideus dæmon lapide abuti satagebat ad panem, non vt Dominum alleret, sed vt frangeret; hîc vt fractos à fame in virium fortitudinem solidaret, de amoris officina segetes in fauorem panis educere tentat. Non res, sed vsus rerum, nocet, aut prodest. p. 416. n. 45. tot. sect.

Vnde ememus panes, vt manducent hi. Cur discōtinuauit stylum, nec inquit: Vnde ememus, vt manducemus? vnde vestigabitur quod ærarium oneret de ære alieno? In quo sunt thesauri cælestes, senatum congregat, prouocat ad consilium, non vt de substantia populorum fiscum vsque ad pondus infarciat, sed vt substantiam populis de munerum recremento ministret. Hoc vnum amat Princeps hic cœlestis arbitrium, quod de multitudinis ope minister consulat, Rex decernat. Sæculi Primates optimè nouit, qui arbitria quæque sint, si fœnori fisci proficiant, placido consensu recipiunt. p. 258. n. 29.

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Et spirituū Dominus de subsidiis corporis tractat? Quòd manducēt, solicitat de corporei cibi suffragio qui amabat hominem non de solo pane viuere, sed de verbo. O Christianorum Principum paradigma! Qui cupit milites describi sub vexillo censuræ, & intactis pauperum opibus non depopulari populos, quos defendunt, in primis quid manducet, expediat, annonam paret, famem auertat. Animas extenditur ad negata, si corpori negantur & propria. Corporis futurum periculum præsenti animi vulnere præcauetur, egestas, opinabilis fatri certitudine eluitur, ventura fames accessu turpitudinis præoccupatur. p. 257 n. 24. tot. sect.

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Domine si panibus abundares, officiosam curam non sic ad subsidium multitudinis demitare, sed vt quæras panes, quære pretium, quasi debeas alere tot myriadas, hoc est, etsi de te inopinum, mirabile. Genitor, vt substantiam sobolis vigeret, quam produxit, non donum reputat; sed iustitiam filius emere, quod nutriat. Tot te filij nunc circumdant, quot homines? tot equidem, quot amantes. Quia amabant Dominum sequebantur, quid quòd parentem in Domino quilibet inueniret? Tot filios amor suscipit, quot amicos. p. 193. n. 1.

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Si illi sibi de alimonia non curant, quos signorum spectaculum pascit: cur ciborum satagit Dominus, præcurritque, vt succurrat egenis? Expectet, vt petant, qui non inuidebunt sibi, quo egent. Sed homo sui poterit obliuisci, hominis non poterit Deus, Deus magis est noster, quàm nos. p. 85. 127.

Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum accipiat. O angustæ mentis homo, qui sic Dominum redigis in angustias. Licet supra numerum turba sit mutauit de sequela Domini qualitatem: De iustorum numero reputa, quod ad quantitatis pondus recenses. Annonæ iusti sat mica est, quæ de spe cibatur & fide. De ducentorum denariorum panibus panes ducentorum denariorum, quos non sufficere putas, superfluent, postquam plurimum vnusquisque manducet. Quinque panes hordeacei, qui ob vtilitatem pretium non subeant, ob fermentum fidei in cophinorum pondera redundabunt. Quippe conuiuantur vt iusti, quos sic Dominus diligit ad conuiuium. Paruo satisfacit stomacho iusti, non nisi magno gulæ improbæ peccatoris. p. 258. n. 30.

Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Quia quinque tantùm sunt, parum esse inter tantos, discipulus profitetur. Imò panum numerum non metiaris, sed considera qualitatem. Mundiale est hordeum, antequam manus Domini tangat. Quod mundiale est, & si crescat in numerum, inanescit in pondere: si diuisionem subeat à sæculi Magistratu, quid pluribus poterit contingere sortis, qui exactores sustinent, non datores? Curta nimis temporalium natura est, sterilis vulua, si diuidantur, euanent. p. 261. n. 42. & p. 262. n. 47.

Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces? Sed hæc quid sunt inter tantos? Non à defectu timeas, ô Andrea, nec cæteris sodalibus tibique sic consulas de alimento, qui fiduciam habes in pueri pera, & qui tibi & discipulis aliquale prouidisti conuiuium. Hæc quæ vobis sunt necessaria

necessitu lo

necessitudo amoris cum turba facit esse communia. Si semel diuidas inter tantos, breuitas in latitudinem redundabit. Quod subditis vtile, hoc minister cogitet necessarium. Christus etiam nouerat quali expeditione puer onerauerat peram; & tamen nondum sibi putat habere quod ad propriā escam est opus donec quid comedat, multitudini paret. Bonus pastor necessariis sibi nondum debet esse contentus, donec bona in suorum vniuersitatem redundent. p. 320. n. 62.

Dicit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Obserua illationem. E discipulorum Senatu soluitur quæstio: an posset inueniri pretium & panis, inueniendi spe dissoluta, & tamen proeliuis fuit consequentia. Ergo facite homines discumbere. Qualis ciborum ad conuiualem discubitum præparatio. Nihil præparatum fuit, nisi nihil. Dederat responsum Philippus, non esse de quo Dominus eum quæsiuit. Andreas quòd solùm de hordeo tantillus numerus, & de pisciculis adhuc minor, & quasi ad miraculum satis esset, sibi satisfacit Dominus de indigentia. Et opportunè. Quippe vicinior est ad miraculum abundantiæ, qui minus habet. p. 259. n. 35.

Facite homines discumbere. Ecce naturale triclinium, campi planities, ecce pro tapetis & fœnum, ecce discubitus pro appetitu. Quid denique ministrabitur mensis? Sat fuit quod Andreas paucos panes, quos & minorauerat diffidentia, & de piscibus solùm quod sufficit ad numerum, obtulisset de suo, vt conuiuij lautissimi non solùm auspicium, sed vt esset integer apparatus. Vbi quod suum est, præuenit homo, Deus præuenit & quod suum. p. 385. n. 39.

Accepit ergo Iesus panes, & cùm gratias egisset. Intempestiuam dixeris gratitudinem, nondum nube beneficij deposita. Vt quid gratias agit, si adhuc panis de mensura pristina constat, nondúmque hordeum adoleuit in hordeum, nec de prodigiosæ furno pietatis segetes eruperunt satæ pariter, demessæ, trituratæ, molitæ, & ad panis formam decoctæ. O iunior gratitudo fauoris! Artificium fuit orationis præproperis gratiis anteuertere donum, & quasi præteriti beneficij memoria promereri futurum. Sanè Deus à nobis memoria sui pro pretio muneris subornatur. p. 37. n. 133.

Et cùm gratias egisset. Ore gratias agere post manum sequitur possidentis; ne inuersus sit ordo in beneficiorum stylo, vt qui nondum dederit, præuiæ gratitudinis pretio grauetur, nec tandem sit donum, sed pro gratitudinis merito iam iustitia. Sed en artificium ingeniosæ orationis. Adeò doni securitas est oranti, vt se iam post donum proiectet, quasi acceperit, quod nunc petit, ideóque de munere, quod in confidentia præcedit, gratitudine soluit debitum. Tam certus redditur doni, vt priùs sentiat, quæ sequuntur ad donum, quàm acceperit donum. p. 144. n. 3.

Et cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus. Orat pro miraculo ad Deū, & quia Deus erat, miraculū pariter operatur. Et rogat, & distribuit discumbentibus, quod rogabat. Rogare, & distribuere, non tempus, sed vocabulum disgregauit, adeoque fuit in actione duplici nexus, vt nisi quà petitio respiceret Deum, homines egentes quà donū, de vnico vocabulo conseretur. Quid orationis potentia beneficij tarditatem abstulit, donumque prece contingit. p. 145. n. tot. sect.

Distribuit discumbentibus. Qualem sibi partem resumit muneris spatiosi largitori? nisi quòd post triduum non sentiret esuriem, qui in eremo esuriuit sub dæmone. Cur victum non participat, qui sic donat, vt qui dat vt viuant, & viuat. Quid? Viuit quia dat, nempe quà beneficus viuit; aliter vita sine vita duraret. 161. n. 75.

Distribuit discumbentibus, similiter & ex piscibus quantum volebant. An & quantum volebat? Sed ad conuiuatoris officium, tantum vellet dare, quod vellent. Cur sub manibus incrementum suscipit hordeum, súntque digiti pro agris, pro imbribus, pro granis ad manipulos segetum & ad fœturam piscium pro gurgite. Ne cessaret manus à dono, non cessauit donum à manu. Auspicium incrementi fuit manus, quæ ne frustra essent quà Dei, frusta singula ad vbertatem erudiebant conuiuij. Manus & munus nec in vna littera dissident, si sint Christi. ibid. tot. sect.

Distribuit discumbentibus, similiter & de piscibus quantum volebant. Nónne sat erat ad necessitatis officium quòd panis ad numerum excresceret? cur & appetitui paratur de miraculo obsequium? Saginetur & gula, & enecta fame sit quod & in gustum redundet. Ea est paupertatis fœlicitas, inuenit à Deo, quod exuberet, & in voluptatis prouentum. Domos reliquerant, & auiditate sequendi Dominum in deserto, etiam reliquerunt & victū. Quid quòd Deum sibi de egestatis merito fœnerentur. Fœneratrix inopia est, quot diuitias exponit, tot sibi progignit vsuras. p. 419. n. 21.

Distribuit discumbentibus. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia. Incrementi panis celebratur prodigium. Cur non & prodigij subeat elogium, quòd Christi manus breuissimā mora inter tot myriadas distribueret? Gemina manus in tot se potuit fercula propagare, & per quinque millia capita, portiones quinque millia sufferre. Quid? Si respicias hominem, nonnisi manu gemina constat; si Deum, si beneficum & amantem, totus manus est, qui dare sollicitat, quidquid est. p. 95. n. 201.

Colligite, quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Si cura est, ne frumentaria frusta perdantur: cur sic prodiga manus de quinque panibus tot effecit, qui post saginatam carnem de duodecim cophinis exundarent? Voluit docere, multitudinem de horreis cælestibus nutriuisse, quæ magnanima largitate præstandi non metiuntur beneficia, sed prodigunt. p. 262. n. 45.

Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Ad discipulorum numerum taxauit miraculum redundantiæ, ne vel vnius esset vacuus humerus de prodigio, & ad conuiuij honorem onus tot antistites sic leuarent. Sed cur non onerat de spoliorum sarcina scapulas

scapulas eorum, quorum famem conuiualis largitas onerauit; sed deponit in discipulis pondus, sub quorum ministerio agebatur conuiuium? Qui fructum manducauit, ferat & frondes, & qui nucleum absorbuit, baiulet corticem post fauorem. In Principes erudiebat discipulos: hoc oneris titulo iam in Præsides initiauit. Præesse prodesse sit, imperare, seruire. Meliùs Hispanè. *Sea lo mesmo cargo que carga.* p. 306. n. 7.

Collegerunt ergo duodecim cophinos fragmentorum. O qualis in reliquiis excessus! Quàm abundans quantitas in vsuris quæ supra sortem miraculo fœnerante creuerunt! Ex quinque panibus, si ad participium non accederet turba, paruum fragmentum vnicuique Apostolo contigisset, iam postquam inopes fuerunt in communionem vocati, & ad pietatis munus admissi, duodecim cophini Apostolici humeris superfuerunt. Quid? Stipis donum egeno præstitum, crescit in ærarij prouentum. p. 429. n. 61.

Hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum. Et cùm semel homo ad alterius laudem accingitur, sic præsentem negat, dum vaticinatur futuram. Homo, qui præsentibus inhiat, semper cogitat virtutis absentiam, vt & cùm laudare mittitur iustum, merita protelet in posterum. Imò qui in mundum venit, cur saturata multitudo non dicat, siquidem iam sensit in miraculo largitatis aduentum? Sola spes in sæculo agitur, quòd nec tutò nomen possidere se iudicat possessionis. Neque Christus proclamatur Redemptor, nisi postquam redemisse cognoscitur. p. 379. n. 22.

Cùm cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit. Si Rex erat, oleo delibutus ab vtero, & ingenito diademate coronatus, cur sibi Regis titulum non permittit? Et qui substantiam gestat, pompam maiestatis recusat? Obserua stylum; Vt facerent eum Regem. Qui syderis testimonio spectatoribus Magis natus Rex probabatur in ortu, non quidem & de cæli suffragio, non de populorum comitiis, sed de naturæ proprietate & officio. Regem non vocaret turba, sed faceret. Imò nec Regem facerent, nisi post mensam. Saturati & epoti suffragium, nimium liberale est ad nouas dignitates præstandas, nimium fert de voto periculum substantiámque infortunat in modo. Non de rebellione, & defectu se amat regni Principem nuncupari, qui habet Maiestatem de proprio. Expecta Iudæe, regnabit à ligno, & de crucis calamitate profundum titulum in capite intimis vepribus coronato in patibulo ostendet, quem nunc nonnisi de fauore conuiuij cupis in purpuram, quasi subornatus attollere. Sanè per accidentia turpia substantia fortis à nobilitate degenerat. p. 348. n. 18. tot. sect.

Vt facerent eum Regem, fugit. Quantumuis fugias Domine, fugis Rex. Quid interesit populi nuncupatio, quid solij pompa, quam de absentia curas eludere? Quippe calamitatis esset auspicium sic ab adulatoribus insigniri. Ab ipsismet, qui in suggestum eleuant maiestatis, impellitur in ruinam, & in tumultu populi sublatus in Principem tumulatur, qui de defectione ciuium propriæque libidinis placito in honorem Regis accitur. Periclitatur quod erat, qui quod non erat de assentatorum liberalitate suscepit: Quippe qui non possunt illum in culmine sustinere, qui potuerunt leuare. Officiosi aulici regnorum rebellionem progignere improbitate consule norunt, sedare non nouerunt. p. 391. n. 67.

Feria IV. post Dominicam IV.

Ioannis 9.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum. Et præteriens dicitur & vidisse, sed quia vidit miserum, non præteriit. Quod gressibus transiliebat spatium, retardauit oculis, ne transiret. ibat corpore, sed amore stabilis persistebat. Ideò proiecit oculos in egenum vt pariter iret visu, permaneret fauore. Vni oculi sunt, qui cùm sub fronte immobiliter sedeant, pergunt irrequiete in obiecta. Ergo hæc sunt organa beneficij diuini, vt immotus in indole succurrendi, currat mobiliter in auxilia. Sic cæli oculus cælo suffixus in agros interos peruagatur, vt certum habeant segetes beneficium, quæ à stabili fonte fluentem bibant abundantiæ fauorem. Quò Christus conuertit lumina segetes gratiarum producit. p. 79. n. 143.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum. Si semel viderit cæcum hominem, non præteribit hominem cæcum. Imò ideò per callis semitam præteribat, vt insilet in hominem, quem quærebat. Nec gressum, nec linguam mouerat cæcus, Christus in eum gressibus, oculis, lingua pergit. Cur non quærat cæcitas lumen, sed quæratur à lumine? Quia cæcitas est, quippe supra cæcitatem in oculis, in iniquitatis fert supercilio medico ad medelam non subijci. Non imus in virtutem, sed trahimur. p. 419. n. 58.

Vidit hominem cæcum à natiuitate. Quid in obscuratis oculis publicabat, venisse ab origine vitium? In quo apparebat antiquitas tenebrarum? Nisi naturæ error scribebatur in fronte. Si naturæ humanæ in homine prima cæcitas agebatur, & peccatum primigenij, quod perpetrauit oculis, dum fœmina vidit, sub huius inopis figura latebat, quid quòd criminis antiquitas panderetur. Peccator quà peccatis constat pro membris, in membro quolibet portat faciem; qualibet parte videatur, agnoscitur. p. 397. n. 91. tot. sect.

Vidit hominem cæcum à natiuitate. Ergo admonuit illicò cæcitas officium vuluæ in pangendis errauisse pupillis, & pro crystallo luminis humorem infecisse fuligine. Sed supra dicebamus, quòd naturæ cæcitas signabatur, qua primus genitor degeneri piaculo se infamauit. Quid quòd à frontis vestibulo intima malignitas se dedisset, vt antiquitatem scelesis euulgaret. Qui in criminis penetralia se dedit, ad fores illicò emittit peccatum, demonstratque integram domum criminis esse. p. 273. n. 101.

Vidit hominem cæcum à natiuitate. Quòd cæcus à natiuitate esset, Dominus, qui vidit, agnouit.

uit. Non in oculis cæci antiquæ ægritudinis erat signum, sed in oculis Domini prophetia. Et cur natiuitatis considerat circunstantiam? Vt benè iudicet de ægritudine qui ægritudinem sanaturus accedit. Non solùm peccatum, sed & quæ circumstant peccatum, oculis debet perscrutari, qui regit. p. 74. n. 124.

Quis peccauit hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Quàm proni Apostoli de calamitate, quam videbant in cæco se conferunt ad originem criminis, quasi sit peccati echo calamitas, labor, ærumna, & vox quæ inceperit in delicto, responsum à miseria recipiat. Et benè processere discipuli. Peccati germina sunt labores. p. 53. n. 32.

Quis peccauit hic, aut parentes eius? Quia natiuitatis fuit vitium, libellus euoluitur in parentes. Quia afflictio damnauerat hominem, peccati originem satagunt vestigare. An nullus labor sine fonte crimine est? Adeò addita est voluptati criminis pœna doloris, vt & in parentum thalamo, qui sub tenebris, & illecebra est, ærumnam filij de cæcitatis ægritudine tenebrosi fructum tanquam de semine putauissent. Hos hæredes instituunt genitorum improbi mores, qui semel ad naturam, semel ad vitium, vnicam progenerant sobolem. p. 56. n. 43.

Nec hic peccauit, nec parentes eius. Domine iam dedisti pro hominis innocẽtia suffragiũ, cùm oculos in hominẽ iniecisti. Quàm secus homines, qui illicò ac hominem cæcum viderunt, etiam suspicionis incerti totum hominem accusarunt. Siue filium vtique, siue patrem, ne forsitan aberrarent in causa, familiam integram ad iudicium criminis petunt. Dominus, quà vidit, visus linguâ aduocauit pro viso. Quippe Dei vidisse, laudauisse est, cuius oculi commendant, quem vident. p. 435. n. 84.

Quis peccauit hic, aut parentes eius? Neque hic peccauit, neque parentes eius. Ne fidas, ô homo, in opprobrium hominis, suspicioni. Etsi admoneat certitudinis euidentia, reputa & quod videtur, incertum. Etiam veris fallitur mendax, qui mendacium nuncupat veritatem. En Apostoli criminis claritatem supponunt, quasi delicti lux cæcitas esset, & de delinquente solùm inquirunt. Et tamen cæcus erat homo, vt diuina virtus notesceret. Incertior est suspicio, quæ hominibus videtur, vt certior. p. 205. n. 57.

Quis peccauit, &c. Neque hic peccauit. Ab infœlicitate visa in argumentum culpæ prosiliunt, quasi calamitas non nisi à calamitate proueniat. Infringit Dominus argumentum. Imò fuit fœlicitatis auspicium, quod hic homo incurreret in ærumnam. Scit de infortunio fortuna progigni, sicut de fortuna infortunium. Imò plures ægros fecit fœlicitas, quàm aduersitas. p. 162. n. 79.

Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. O quàm multus est Dominus in aduocatoris officio! Quot syllabas erogat, vt commendet hominis innocentiam! Nondum accusatio clarebat, sola se iactauit suspicio: & tamen Dominus, vt hominis consuluisset honori, suum honorem in inspectum hominem deriuauit, virtutisque diuinæ theatrum fecit de cæco, quem discipulorum imperebat suspicio. Vel vmbra criminis famam notat. Vt onus contabeat, sat est in incertum opinionis iactari. pag. 205. n. 58.

Sed vt manifestentur opera Dei in illo. Eritne cæcitas certissimus trames ad lumen? Dei opera elucidabit, quem natura à luce proiecit extorrem? Sit hoc solatium miseris non semper sortem prouenire de sorte. primigenia lux de tenebris primis erupit. Non semper per fortunatam semitam pergitur in fortunam, ducit & in sortem calamitas, sequere quo te ventus tuus fert, etsi per spinas & vada, in fœlicitatem incurres. p. 424. n. 40. tot. sect.

Sed vt manifestentur opera Dei in illo. Si nec ille peccauerat, genúsque suum, quod virtutis nobilitas deriuauerat, in genitoribus constitit de virtute; & tamen totam ætatem sub nocte tenebrosa transegerat, & natiuitas, quem dedit in lucem, lucem negauit, quid poteras expectare pro causa, nisi illustrem gloriam, quæ & exuberaret in Deum? Calamitas iusti fœneratio est, dolor vsura. p. 424. n. 40.

Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Donec dies est, id est, dum viuit sub hominis vita, operabitur Dominus eius opera, qui Dominum misit. Imò si per opera computas vitam, & vita tua est, cur non opera vocas tua? Maiestatem Dei à Supero Genitore deriuas, sed & proficit humanitas ad miracula. Ergo Dei hominis erunt opera, siquidem Dei hominis est & vita. Sed qui vt missus à Patre, operatur & viuit, iam non tam vt propria, quàm vt Patris, se perhibet opera negotiari. Quippe strenua facinora, quæ ad salutis ministerium humanæ patrabat vt missus, argumentum esse cogitauit vitæ Paternæ. Quippe Principum vita de officiosa, viuidáque ministrorum animositate probatur. p. 164. n. 85. tot. sect.

Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo. O qualis apparatus ad sacri facinoris spectaculum! puluis humectatus in lutum, diluet ægritudinem pupillarum? Vt quid præparat materiam ignobilem, qui verbo poterat & crystallum oculis infundere, & crystallo infundere lumen, extendere palpebras, rotare pupillas, congestúmque humorem in officium erudire visionis. Vt maior appareret potestas, quæ de luto & tenebris facit splendescere lumen. p. 58. n. 138.

Fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius. Cur non de luce lucem impendit, sed vt luceant oculi, illiuit luto, & qui negotiatur ad visum lutat semitam qua pertranseat. O sacer figulus! Qui materiam fluidam atque terrenam ad primigenij oculos solidauit ex limo, se ad figmam pristinam comparat, vt facilius natura, ad quod in principio hauserat, se reduceret. Nam & naturæ prodest ad vlterius opus probata operis assuetudo. p. 380 n. 26.

Et liniuit lutum super oculos eius. Quid est, ô Domine! Lutas, vt elucides hominem? Nonne sic cæci hominis geminabitur nox, cui supra noctem tenebrosam lutum impingitur. Non subsidium oculorum erit, sed pondus; & clara habilisque pupilla, si à luto vapulet,

vapulet, reddet lachrymas, & non visum. Sed se demonstrauit diuinum. quippe prodigium Deitatis est, eodem instrumento fortunam & infortunium parare. Tobia de luto hirundinum obcæcatur, cæcus hic de luto dirimit cæcitatem. p. 391. n. 66.

Et liniuit lutum super oculos eius. O sub quali ambitu cæci animus iactaretur, qui se priùs sensit illitum, quam videntem. Spera homo, humus te detornabit in hominem, humus te reparabit ad lucem. Sunt, quos tangit fœlicitas ex aduerso. p. 425. n. 43.

Liniuit lutum super oculos eius. An difficultatem exaggerat, vt vires potestatis ostendat, & innitatur fortiùs ex reluctantis ponderis incremento? Si viuerent oculi, ab iniecto luto interirent. Cur vt viuant, lutum infigitur? Hæc est elegantia, & ingenium diuinæ virtutis, hominem vel exitio lucratur. p. 385. n. 45.

Liniuit lutum super oculos eius. Ergo sepelit oculos, vt resurgant? Imò vt viuant, dixeris, vt pote qui nullam adhuc lucis agnouerunt ætatem. Vt nascantur oculi de puerperio cælesti, non solùm pro cunabulis, sed & pro vtero lutum est, & materia mortis cum natiuitate paciscitur. O optima meditatio! Solidior erit vita oculorum, si adeò ad funeris spolia respexerint, vt ne distet nouissimus puluis à visu, visus componatur de puluere. Quæcumque inspectabunt oculi, impingent in morte, vitámque de morte resument. p. 52. n. 23.

Vade & laua in natatoria Siloe. Si quòd abstergat lutum, iubetur, cur linitur luto, quod donec aqua lauet, deuenustet, & oneret? Otia diligentia est, te, vt laueris, inficere, & vt deponas squalorem, apponere. Sed opus fuit Dei forte, pariter & suaue. Subeat luti pondus, vt sustineat aliquid pro luminis diligentia; sed mollis aqua, leuísque facilitas laticis tandem peragat oculorum fauorem. Hæc vrbana omnipotentia nobilitas est. Non vtcumque fortitudinis apparatu ingressum ob crimina hominem reducere ad visum, sed & facilitate lymphæ leuare. Ingeniosa nimis est virtus, quæ scit fortiter & suauiter peccatorem domare. p. 394. n. 79. tot. sect.

Vade & laua in natatoria Siloe. Deus illinit lutum, cur homo abstergat? Quid cæci proderit diligentia, si miraculi sumptus de Numinis procedunt ærario? O hominibus disciplina salubris! Deus lutum iniecit, vt homo adimeret obstaculum luti, non vt luci lutum proficeret, sed vt cæcus proficeret ad salutem. Etsi parum de suo sub facilitate labilis aquæ cæcus adhibeat, tunc Deus iam palpebras à sordibus dilutas ad lucem celerem maturabit. Non detrectat prouidentia diuina ab operibus humanis subsidium. p. 151. n. 35.

Abiit ergo & lauit, & venit videns. Videns venit ad compitum, in quo cæcus implorabat stipem. Antequam veniret ad Christum, ad hominem Christus venit in lumine. Singularis celeritas, etiam in Euangelistæ periodo. *Abiit & venit.* Quasi vestigij terminus abeuntis, redeuntis mobilitas esset. *Et venit videns.* Quasi non vidisset & venit, sed pedes oculus præcucurrerit, qui de aqua, & ad lumen, & ad gressum semitam fecit. Meritum dixeris obedientis cæci ad salutem, qui ad victoriam lucis cum oculorum vitio pugnauit. Qui vitiorum agmina impetit, antequam veniret, vidit, & vicit. p. 339. n. 145.

Lauit & venit videns. Nonne hæc celeritas ad honoris Domini fuit dispendium? Cur priusquam videat non limpidus se reducat ad Christum, vt qui liniuerat lutum, diluat oculos ad nitorem. Sed diuinus fauor semet æmulatur ad cursum. iam est præstitum beneficium, cùm incipit præstitum apparere, iam lucis munus cæcus habebat, antequam ad eum, qui præstiterat, adueniret. O celeritatis æmula beneficia! Faciunt præteritum de futuro. p. 338. n. 138.

Lauit & venit videns. Quis sic crederet de cæco primitus sordidato? Cur sic extemporalis habilitas oculorum? Vt de subitaneo fauore quantitas accederet beneficio. Ea est cumulatior spectati boni lætitia, cuius minus prolixitas tarditatis momorderit. p. 337. n. 133.

Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, &c. Qualis in cæco tanti muneris gratitudo? Cur non strepitu linguam soluit, vt voce pro pretio solueret beneficium. Imò spatiosè satis remunerauit lucidi fauoris auctorem, qui fauorem per articulos numerauit. Nec vnam syllabam beneficij prætermisit, qui à luto ad lucem omnes syllabas periodi prodigiosæ cucurrit. Potior beneficij retributio est vsque ad apicem vniuersi beneficij memoria. p. 77. n. 135.

Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat. Ergo accersitur ad tribunal vt reus quia videns, quem nullus de cæcitatis vitio accusauerat. Esto miraculum culpa sit, ille non fecerat, sed acceperat. Sed sat est fœlicitas ad periculum. Iurgia mouit in mundis fortunatus, qui qua cæcus erat nullum sibi habebat inuisum. Non semel fuit immodica fortuna naufragium. p. 553. n. 188. Fœlicitas sæculi iurgia gignit. p. 478. n. 25.

Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Tu quid dicis de illo? Quid vocatus ad Senatum dicat plebeius, cui cum Magistratus prætexta iam qui consuleret, præmonuistis? O Pharisæi, si semel in iniquo decreuistis concilio quòd qui confitebitur Christum è comitijs sequestrabitur synagogæ, vt quid quæritis, qualem opinionem conceperit de qualitate artificis oculorum. Si iam sententia datorem lucis protulistis iniquum, cur præpostero ordine accusatorium componitis nunc libellū? Sed iniquus iudex, vt innocentes plectat præuenit supplicio peccata. p. 216. n. 105. tot. sect.

Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos scimus, quia hic homo peccator est. Si vos scitis, de superbiæ voto laureati, de ambitionis stylo Magistri, & in elationis suggestu Magistratum geritis & doctrinam, vt quid homuncionem consulitis ad suffragium, cui integra domus compitum erat, & stipis meritum, luminis ægritudo? Ergo & sapientium primores ediscere conentur a stulto? Sanè sæpe superbus in humillima & abiecta se proijcit, à nemine magis despicitur, quàm à se. p. 197. n. 18.

Hoc

Hoc vnum scio quia cæcus cùm essem, modò video. O illustris ars approbandi personam exhibere de operibus testimonium, manibúsque subdere fidem. Ab exhibitione operis egregium operis meritum est probandum. Exprobrat opus, qui aliud ad præmium testimonium quærit, quam opus. pag. 344. num. 159. tot. sect.

Vocauerunt parentes eius, qui viderat, & interrogauerunt eos, &c. Vocauerunt ergo rursum hominem, &c. O qualis strepitus ad tribunal! It redítque vias iterum litigatura perfidia. An in veritatis obsequium, parentum aduocant testimonium, vt de cæci feminis vitio & ad pangendum lumina inhabili quasi naturæ culpam producant. An vt lucidiùs constet miraculū, de tenebris thalami conantur eruere. Imò excusationes quærunt prodigio, fauorémque conuerterunt in litem, vt si quà euidens diffiteri non valeant, saltem tumultu iurgij confundant. En quibus artibus hominum astuta calliditas moueat fidei litem, vt à fide excusentur. p. 386. n. 46.

In hoc mirabile est, quia vos nescitis, vnde sit, & aperuit oculos meos. Quis huic nuper cæco animosos spiritus sic infundit, vt coram sapientiæ proceribus; qui pugnauit & vicit, sic & triūphet. Fides fuit, quæ postquam vacuos oculos & inanes abstersit in aqua solidauit in lumen. Fides fuit, quæ argumenta Pharisaica, ingenito profligauit scuto. Ergo fides est, quæ triumphum agit, & vitæ cæcitatis spolia deuictis hostibus in pietatis curru ad laudem gratitudinis gestat. Fides aduersus fidei inimicos vniuersa militia sit, pugnet, vincat, triumphet. p. 474. n. 9. tot. sect.

Nisi esset hic à Deo, non posset facere quidquam. Si à tot Pharisæorum retibus, quot iurgiis & accusationibus te absoluere gestis, cur sic absolutè pronuntias, sententiámque pedaneus coram Magistratibus sedentibus, tota sic libertate proclamas? Vt periculum fugiat, facit de styli claritate compendium. Cur religio periculum est, securitas est claritas confessionis p. 217. n. 113

In peccatis natus est totus, & tu doces nos? Pauper & infœlix sic in superbiæ Magistratus insultas, & eruditionis Proceres, qui stolidus, satagis erudire. nuper eras cæcus, iam luminis scholam gubernas? Et quæ vobis contumelia, ô vos, quod homo sic æstimet Deum, vt eum fateatur nimis à peccato distantem? sed nunquam alium opprobrium in superbum subintrat, quàm cum ab inferioribus viribus debellatur. p. 372. n. 72

In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Imò quia humilis, & denatalitio cæcitatis obscurus, etsi peccator sit, docere poterit stultiores. Hic sit vnus, ô vos, quos superbia reddidit amentes, Magister. in maiorem sanè vestri dedecoris contumeliam, si fuerit, quà peccator stultus, quippe superbi cæteris sunt peccatoribus stultiores. p. 88. n. 178

Et tu doces nos? De cuius ætate lis agebatur an in annos sufficeret testimonium, opúsque fuit consuluisse parentes; de diuinis arcanis dóces seniores populíque Magistros, ad veritatis lumen impellis? Et opportunè. Nam ad domādos superborum animo puerorum crepitacula satis sunt. p. 494. n. 82. & 83

Et eiecerunt eum foras. Sic sic inopem pellendo vinceris, quem non poteratis ingenio. Téhite, temnite argumentatorem industrium, manúsque potentis impetu detriumphate, quorum fuit lingua impotens ad victoriam. O quoties potens argumento conclusus, argumentationem auctoritatis ope concludit, vt de impietate consertæ coronam victor. Sed qui vincitur, si pius; ouat in casu. qui vincit, si impius, cadit in triumpho. pag. 472. n. 1.

Et eiecerunt eum foras. Accipe laurum, iuuenis perditi. Arenam non desereres nisi pulsus: Virtutum laurus constantia est. ibidem.

Audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras: & cùm inuenisset eum, dixit ei, &c. Non inuenit, nisi qui quærit; cur quærit Dominus, quem inuenit? Vt qui partem hominis lucidauerat, lucidaret & totum. Non remittit Apostolis, vt instruant in fide, ne dimidium operis ministrorum reliquisset officiis. Finiat opus virtutis ipse, qui incepit. pag 574. num. 1. tot. sect.

Tu credis in Filium Dei &c. Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Quàm citò qui se artificem dederat dedit socium! Et vidisti eum. Non sat: & vides? Imò cùm incepit videre, qui nunquam viderat, vidit Christum. cor illuminationem in initio promeruit. Qui bene cœpit, non solùm dimidium habet operis, sed & totum. p. 539. n. 143. tot. sect.

Feria VI. post Dominicam IV.

IOANNIS II.

E*Rat quidam languens Lazarus.* Inuersus videtur nominis ordo. Videbatur dicendum: Erat quidam Lazarus nomine, qui languebat. Nonne priùs à nuncupatione, quàm ab ægritudine nosceretur? Anne transiit infirmitas in vocabulum, vt languor esset nomen, Lazarus cognomen? Adeò adhærent infirmis peccatoribus vitia, vt clariùs per vitiorum titulos cognoscantur, quàm per propria nomina vitiosorum. Si ille supercilium gestat pro fronte, collum erigit, terit pede, non nisi superbi vocabulo, quasi nota certiore signatur. Si alter prostibula studiosè frequentat, cincinnorúmque retibus, & fœmineo fuco vnguentatus, cùm de viro minus habeat, cum fœminis negotiatur ad luxum, oriari facit quod à lustrali fronte traxit vocabulum; totum nuncupat, qui lasciuum. Qui peccato dát corpus, nomen recipit à peccato. pag. 97. num. 216. tot. sect.

Ecce quem amas, infirmatur. Vix languet Lazarus. & iam sorores ad Dominum morbum transmittunt, & vt plus exagerent ægritudinem, totam epistolam de compendio infirmitatis componunt; & tamen postquam Lazarus obiit, etsi quatriduanus sub funeris spoliis fœtebat; non nuntium mittunt, nec erogant calamum, vt obitum funestum exponant. Si sororum pectora fratris infirmitas pro suspicione mortis, sic pupugit & contorsit, vt illicò Domini solatium expeterent, cur dolor ingēs fraterni

fraterni casus vocem à sororibus nó excussit, quam Dominicis auribus obtulissent. Quid? Metus impendentis mali magis concutit, quàm dolor inflictus. p.66.n.86.tot.sect.

Ecce quem amas, infirmatur. Vtraque soror in vnã epistolam conspirauit, vixque infirmitas corporis fratrem tetigit, cùm medelam Dominicam interpellant. Sanè Maria peccatorum febribus agebatur, luxúsque ardoribus æstuauerat, & sub venustate valente olim ægrotabat in animo. Et tamen nec Martham hæc cura, vt sororis salutem conaretur, contorsit; nec erga sororem sumptũ calami ad remedij epistolam erogauit. O quali angore corporis infortunium sentimus, morbum animi non sentimus. pretia confundimus, æstimamus plurimi vitrum, temnimus vtique margaritam. Erubescimus ad corporis & honoris iacturam, animi per peccatum infamia nemini pudor est. p.399.n.97.tot.sect.

Ecce quem amas, infirmatur. Et sat pro epistola dimidiata periodus: currant syllabæ, donec deprecentur salutem. Exhibitio ægritudinis satis est, si exhibetur amanti. Prolixa nimis columitatis sorti scriptio fuit, quæ prima verba in amore conclusit. Plura pondera litteræ sororum gestabant, licèt in breui schedula multum eloquentia cucurrit. Quidquid sorores mutiebant in pectore, quidquid intra desiderij sinus calamo silente, ad salutem fratris orabant, amoris exorarunt compendio, liquidóque vota explicuerunt, quæ sine litterarum officio, vocisque strepitu facilè exaudiret amator. Amantium aures patulæ sunt, quemcumque susurrum in amasia percipiunt. p.282.n.16

Ecce quem amas, infirmatur Quàm officiosa, quàm vrbana epistola, quàm de tripode! Breuis in litteris spatiosa in momẽtis, modesta in prece, liberalis, in arte, ingeniosa in methodo, prudens in toto. Sanè salutis meritum fuit, quòd parcè loqueretur, dum peteret, sanitatisque ænigma sub styli cingulo circumclusit. Quis tam dexterè litteras dictauit ad sortem? vltimum epistolæ verbum amor. Amor est ingenij largitor. p.250.n.102

Ecce quem amas, infirmatur. Plurima dixere compendio, nempe fratris ægritudinem, sororum dolorem, discriminis metum, & tamen non à Domino expetunt sanitatem? Cur sic in medio itinere hæsit calamus, & periculi exposita suspicione non vltrà processit ad preces? Satis fuit, quòd agnita ægritudine fratris posset Dominus suspiciari sorores pauidas de periculo, & vniuersæ cognationis familiæ illicò succurreret de pietate, sanans ab ægritudine fratrem à pauore sorores. Quippe amans non patitur amatum vllâ angi reliquia pauoris. p.178.n.1. & p.193.n.1.tot.sect.

Ecce quem amas, infirmatur Quo argumento premunt dominum ad fauorem, quæ nec verbum de munere protulerunt. Sat fuit, quòd dixissent, *quem amas*, siquidem se pariter insinuarunt amantes. Ergo si epistola in Deum dirigitur, obtinebit salutem, vtpote quæ sub integra amoris militia fecit impetum ad victoriam. Sanè Deus non premitur nisi brachiis amoris. p.178.n.1

Ecce quem amas, infirmatur. Cur non petunt, vt emenso itinere Dominus accedat ad lectum, sauciúmque visitet, pharmacúmque salutis producat? Sed fiduciæ fortis humilitas fuit. Qua non audent Dominicos gressus expetere ne supra meritum excurreret supplicatio, totum Dominum modestè promererentur, non iam ad salutis, sed ad quatriduanæ mortis victoriam. Oratio humilis impetrandi compendium est. p.53.n.30.

Ecce quem amas, infirmatur. Quàm pia præsumptio de opitulatione Dominica! Sub syncero ægritudinis exauditionis securitas inlatebat, nec spem in incertum iactarunt, quæ orationis feruorem extenuare noluerunt de verborum excursu. Fortior est oratio, quã breuior; seruat suum iaculatoria vigorem, quæ forsitan, si per aëris campum expensis velis expatiaretur, vel teporem vel lassitudinem contraxisset. Et oratio breuis multum de exauditione præsumit. p.106 n.4

Ecce quem amas, infirmatur. Quasi querela fuit quod morbus fratrem percuteret, cui fauebat Dominus per amorem. Si amicus patitur, cur amantis pietas otiatur? Si dolore iustus præcellitur, vt quid gratia subit desidiam. Tutamen donum præstat, qui amat, si amorem vtique præstiterit, non medelam. Sanè misericordia Dei quasi amputata dicitur, cùm iustus patitur, nec defenditur. p.294. n.7

Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei Quid est, quod non sit infirmitas hæc ad mortem, cui mors, quatriduanúsque fœtor cum omni suo funeris satellitio successit. Sed quidem non ad mortis finem mortalis ægritudo tenebat, quæ per mortis semitam ad vitam gloriosiorem perrexit. Non vtique ad mortem, vt mortem, est, sed ad mortem, vt fœnerationem gloriæ diuinæ, que de spoliis mortis fecit trophæũ. Si Dominus Lazarum adamabat, infirmitas indolem accepit amoris, qui quà mors fortis est, & flammarum incendium, reparat de fine principium, nec nescit cineres, sed ardoris officio splendere facit ad gloriam, quem vrere videbatur ad mortem. Ergo ad gloriam Verbi, quod splendor gloriæ est, infirmitas Lazari & mors erat; quippe gloria Dei, quasi in triumphanti curru vehitur in labore iustorum. p.224.n.139

Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. O vsurarius labor, ô ærumnarum nũdinæ ad diuina incrementa! Adeò laboris quantitas adolescit ad pretium, vt nonnisi in Numinis gloria quiescat. Deus suam gloriam, quippe quem natura sine pretio possidet meritorũ, nequit de labore sortiri. ergo transfunditur in labores iustorũ, vt inibi propriã negotietur ad gloriã. En quàm verè dicã, quòd calamitas iusti fœneratio est, dolor vsura p.424. n.40

Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius. Mansit in eodem loco duobus diebus, deinde post hæc dixit: *Eamus.* Si diligit, cur moratur? si moratur biduo, cur subitò gestit accedere, maturátq; cursum, etiã discipulis obsistẽtibus? Cur præstolabatur accessũ, magis mouebatur affectu. Intercapedine temporis torquebatur, quasi maius peregisset prodigiũ, cùm imperiũ repressit amoris, vinculáq; iniecit celeri affectui, quàm cùm mortis vincula rupit. Quidquòd subitò stagnata exuberauisset dilectio? Amor clausuræ impatiens est, quà ignis, incendij inquietidine proditur. p.48.n.56

Nunc

Nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Nescitis amare, qui terreri periculis suspicamini amorem. Crimen reputatur amanti, paucre discrimina. Dispendium non creditur, quod est amor. p.234.n.26

Nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Sed qui poterit è vermium imperio Lazari cadauer eximere & de quatriduanæ mortis vtero iam adultum fœtum eruere, nonne poterit à iactu lapidum se defendere viuum, & clypeo fortitudinis columitatem vestram munire? Sanè calamitas Lazari consilium suggessit amicis, vt quem viuum cogitauerant, sed afflictum, iámque in mortali pendulú casu deseruissent affectu, & ab infortunij contagione secederent. Sed amicus erat Lazarus Domino contestante: *Lazarus amicus noster dormit.* Quid? Calamitosi infortuniú vt Aquilo dispergit amicos, quos fortunæ blandus zephirus cógregauit. p.158.n.63 tot.sect.

Lazarus amicus noster dormit. Lazarus mortuus est: vt credatis, quoniam non eram ibi. Ergo qui à amicus ab amico desolatus occubuit. Et tu Domine, qui vitam cadaueri redonabis, mortem induxisti ab absentia? Edocuit industrius amoris artifex vim amantis, vt amico mortem impendat, si vires in amici discrimine non præstiterit. Incruentè perforat latus amici, qui à latere se segregat in periculo. p.416.n.9

Eamus & nos, & moriamur cum eo. Discipuli cæteri multoculi fuerant ad vmbras periculi suspiciendas, iámque numerabant lapides, antequam à Iudæorú manibus iactarentur. Quidquòd imbelles & ignaui adoriri periculú recusarent, qui non brachiis, sed argumentosis oculis, perspicacique timoris arguria sub vexillo fortitudinis præliabantur. Thomas postquam strenuè deuorauit periculum, in impetum animosus prorumpit: quippe cùm plus fuerit oculorú ad omnia fortis meditanda discrimina, minus manuum suppetet ad pugnã-dum. Careat oculis fortitudo, cui manus sunt pro oculis, quibus caret. p.315.n.44.tot.sect.

Eamus & nos, & moriamur cum eo. Quid validos spiritus Apostolo infudit? Occcatio periculi, in quo mortem ante mortem incurrisse non timuit, vt eo deuicto, animosiùs cum sequente morte pugnaret. Vegetatur in periculis fortitudo. Qui in fortunæ otio iacet eneruis, animosius præualet in ærumna. p.103. n.241.tot. sect.

Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sic ad pietatis genua conquereris, fœmina sancta, præque accusationis libellum in tuum iudicem prætendere non vereris? Ea est auctoritas orationis, quà lachrymis madidæ, quà squalidæ præ dolore, vt agant in iudicio pietatis, pietatem ad tribunal tota libertate interpellant; & , vt iustitiam sibi promereantur clementia, clementiam & diuinam accusant. p 6 n 17

Sed & nunc scio, quia quacumque poposceris à Deo dabit tibi Deus. Si Dominum cognoscis vt Deum, cuius ad imperium partam victoriam mors tremula derelinquet, spoliáque funeris nondum enodatis institis, ne furti condemnetur, restituet, vt quid. vt oret sollicitas, qui precibus non eget ad vitam? Sanè quẽ Deum credebat, cupit orantem, quasi spes maiores conciperet de fiducia orationis, quàm de efficacitate potentiæ. Equidem oratio omnipotentiam habet, & de efficacia cum Diuinitate contendit. p.144.n.7.

Sed & nunc scio, quia quacumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Ac si diceret: Scio nunc tempus esse fauori, siquidem nunc tempus est orationi. Vel sic: Scio quia nunc tibi dabit Deus, si poposceris nunc à Deo. nam orationis potentia beneficij tarditatem absumit, donúmque cum prece coniungit. p.143.n 1.tot.sect.

Resurget frater tuus. Quòd peteret, illa poposcerat; Dominus non spondet precem, sed vitam, vt quam amabat, citiùs à mœrore leuaret. Curtè amat, qui vel breuem mœroris, siue metus spinulam non præuiè gestit ab amato depellere. p.193.n.1.tot.sect.

Resurget frater tuus. Cur illicò resurrectionis munus spondet, antequam sermonis induciis moraretur dolentem, nec procrastinat desiderij mercedem, promissioŕémque tegit, vt vita subitò redonata de insperato bono, alacrius, redderet beneficium. Imò qui manu liberalis est, & non ore, dimidiam partem largitati furatur, tantundem est auarus ac largus; siquidem etsi in manus sit largus, auarus vtique in lingua est. Sunt, qui tardò verbum promissionis stillant, licet operi reseruent profluuium. & quod reputatur prudentia, est illiberalitas & angustia. Bis donat. qui donat & ore. Deus, vt duplicet beneficium, organa duplicat beneficij, rodonat manu; quippe iam donauit & lingua. Nulla liberalitas est profusior, quàm quæ sermone antequam manu, donat, quod habet. p.93 n.201

Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die. Et officiosa pro voto Martha desiderat, & argumentosa replicat, vt diuinam sapientiam caperet in sermone? Vt quid in diem nouissimum fraternæ resurrectionis sortem dilatat, spatiáque prolongat amoris, qui celeritate fauendi reuocat ad præsentia futura? Sed industria fuit desiderij argumentorum technis Dominum illaqueare, vt disputationis vi incitaretur protinus ad fauorem. Vt certitudinem solidaret, callidam suspicionem opposuit. Quippe feruida oratio etiam argumentis Deum illigare præsumit. p.7.n.23

Iesus ergo vt vidit eam plorantem, &c. Lacrymatus est Iesus. Cur vitæ hilaritas lachrymatur. cùm parat vitam elargiri defuncto? Flet Dominus, quia soror flet, per cuius vndas ad miraculum transfretauit, malens se madidum à pietate, quàm à potestatis robore siccum. p.314 n.38

Lachrymatus est Iesus. Cur lachrymatur Dominus cui & superest in morté imperiú, & cadauer suscitare disponit! Non solùm fiducia, sed & clarissima certitudo vitæ redonandę defuncto sub diuini decreti clausula constantissima est, ne deploret mortuum, quem citissimè reddet ad vitã Ita est. Sed lachrymis effusis edocui, quòd qui poterat suscitare, poterat & sub morte relinquere. casus erat, quod à funesto casu Dominus elisum leuaret. Ergo meritò lachrymatur: quoniam criminis & vitæ periculum quasi crimen sapit & mortem, eisdem lachrymis deplorandum. p.314.n.37.tot.sect.

Ait Iesus: tollite lapidem. Hæc vox continuò resonet in auribus nostris. Tolle lapidem, qui sensus obturat, animúmque defunctum cum hoste, scilicet crimine mortali, concludit, ne fauoris

fauoris luci pateat spes, quam duri vectes, repagulaque muta reliquunt. Infœlix diligentia est, vt iterare cubile intra feras hoste latente, & clausis sensibus animam cum criminibus claudere. p.304.n.1.tot.sect.

Lazare veni foras. Cur ad lucis donum reuocat cadauer imperio? Ne rogare putaretur, & inexorabilem mortis indolem rebellem inuitere, quæ nescit p. perecil. rogata. Iubet vt Dominus, gloriat funus blandimento lenire. p.394. n.-7

Lazare veni foras. Et Lazarus vestiga componet ad gressum, qui iacet compositus sub sepulchro Damianum Domine, qui fauorem vocis dedisti. Erue à fouea cadauer expallidum, ne cadat iterum in egressu. Vt Lazarus aliquid sibi egisset, quòd veniret ipse vocatur. Sic placidius vitam amaret, ad quam propriis gressibus venit. Nullus nisi de suo patitur excitari ad salutē, nec nisi de proprio ingenio à morbo criminis conualescere: p.329.n.71.tot.sect.

Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, &c. Cur custodia mortis perseuerat in viuo, compedéque funeri, & vinculi fati perdurant? Quoniam vel ipsa vita in homine viuo cadauer est. p.493.n.77

Soluite eum, & sinite abire. Cur studiosè sollicitat, quòd soluatur, & quòd recedat à propinquitate sepulchri? Nonne gratius esset, quod grates solueret vitali muneris largitori? Sed in Lazaro agebatur peccatoris figura, qui vel pilum criminis, quod excussit, debet penitus auellere & pellere, & peccati situm longissima distantia diffugere, ne iterum relabatur in pristinum. Nisi vniuersa vitia non solùm resecaueris, sed reuulseris, abscissum repullulabit illico de residuo. p.334.n.111.tot.sect.

Dominica in Passione.

IOANNIS. 8.

QVis ex vobis arguet me de peccato? Non inquit: Quis vel disputatione concludet? Sed quis vel vnicum poterit enthymema formare? Quis de suspicione eruet argumentum ad culpam? Quippe innocentiæ candor vel primæ nebulæ dehonestatur incursu. Vt iustitiæ honos contabeat, sat est iustum in incertum opinionis iactari. p.205.n.58

Quis ex vobis arguet me de peccato? O quàm benè arguit, vt nequitiæ exuperet argumēta! Quos sibi mortis meditari supplicium præuia cognitione callebat, arguit innocens de piaculo, vt quem pungerent, agnouissent non criminis reum, sed virtutis vniuersæ datorem. Ac si diceret: Ad iniquitatis agmen sine aduerso agmine conterendum, sat est impetiti virtus, quæ defendit; & vincit. Quippe iustus etsi malorum pateat incursibus, intranea virtute defenditur. 305 n.3

Quis ex vobis arguet me de peccato? O innocentia, quæ super hominum argumentosas gradeiis opiniones! Quis sic auderet impauidus iactare sanctitatem in vulgus, nec suspicionis subire discrimen. Et eget Dominica puritas malignorum suffragio? Sanè suspiciosa bonitas non vsquequaque defœcata comparet, non leui mali constat portione; si contarius æstimationis vices subierit, vitio approximat, quidquid suspectum. p 204 n.54 tot sect.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, &c. Cur innocentiam cum veracitate coniungit, & veritatem solidat præuio testimonio virtutis? Quippe qui à magnis operibus non desistit, veritatem transigit in mendacium, quasi non concordet lingua cum mente, siquidem cum opere non concordat. p.227.n.153

Si Veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Cur non inquit: Quare non creditis veritati? Sed mihi? Quippe veritatis efficacitas ad obsequium non de dicta veritate, sed de dicentis indole sumitur. Veritas à mendaci prolata, elumbis & cadauerica est, quæ à veraci viuida & efficax. p.218.n.115.tot.sect.

Si veritatem dico, vobis quare, &c. O opportunè de stultitia obiurgat Hebræos, qui cùm veritatem agnoscant, in veritatis claritate falluntur, Satagúntque transfigere veritatē, vt pendeat è patibulo, sed damnentur. Veris fili. extrema stoliditas est. p.219. num. 111. tot.sect.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Si qui dicit Deus est, quod dicitur, veritas parum est, quòd credatis, ô duri? videte veritatem ô cæci. A Deo veritas publicata, in oculorum officium auditorum transfigit aures; ibid.n.120

Nonne bene dicimus nos: quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes. O qualis consequentia iniquorum! De præmissis innocentiæ & veritatis dæmonij inferunt conclusionem, de luce tenebras, fuliginem de candore. Quid? Flagitiosus contrahit sordes de limpiditate virtutum, facit sibi de propitiatione supplicium. p.171.n.113.tot.sect.

Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Cur Dominus, qui ad lapidum fragorem non mutuit, vellereque pacato sustinet vt ouis cultellum, honoris contumelia retundit? Sanè durius vulnerat os, quàm ensis. p.140.n.240

Sed honorifico Patrem meum: ego non quæro gloriam meam. Qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, cur si gloriam quærit Paternam, non dicat pariter quærere gloriam suam? Quà missus, sacræque redemptionis minister, honorem transfigit in mittentem & ad laudis meritum opus proprium reputat vt alienum, ne alienæ gloriæ fures iniqui se suspicarentur prædonem supernæ virtutis, adhuc cùm totum corporaliter supera diuinitas imbuebat, Quam secus sæculares gloriæ epulones, qui cùm de alieno victitent ad elogium honoris, nihil erogant ad virtutem dè proprio, cùm laudis merces auctori operis debeatur, non furi. p. 343. n.155. tot.sect.

Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Obserua ly *nunc*. O tui sermonis immemor Pharisæe! Nuper dixeras, quod dæmonium habebat, & quòd nunc cognoscas fateris. Ergo tunc mendaciū dicebas, quod cùm nondū noueras, proferebas. Sed inuertit ordinem libido vindictæ, castigat ante tribunalis officium, nondúmque probatū approbat ad supplicium virtutis. Cogitationē vota præcurrūt, meméntque

mentémque manus anteuolat cæcitate furoris. Et hi Reipublicæ Hebrææ iudices erant. Quid? Iniquus iudex, vt innocentes plectat, præuenit supplicio peccata. pag. 216. n.105. tot. sect.

Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. De gloria, quam ab hominibus quærit, Dominus agit, & tamen si de proprio veniat suffragio, nihil iudicat æstimabilem. Ergo nihil est gloria, si tua, si à te, sine quo factum est nihil. O in sæculares gloriæ ambitiosos sacra eruditio! Opinio hominum mundialísque buccina ad famam, si humanitus quæritur, negotiantibúsque ambitur officiis, etiam in Deo, si qua homo talem conaretur in fastum, quod nihil sit, edocet ipse Deus; quippe vota sæculi sine pondere possessionis euanent, gloria labitur, dum captatur. Si cælestis sit, dum desideratur, habetur. p.82. n.154 tot sect.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Videbatur dicendum: Qui a Deo est, vel qui Dei. Qui ex Deo est, inquit emphasi singulari. Constat ex Deo, quasi ex animo & corpore constet qui dum diuinitus agitur, agit diuinè, quasi portio sit iuncta & continua Maiestati cælesti, ne opera degenerent ab auctore. Iustus cum Deo quasi in vnam corporis compagem euadet ad corpora peragenda virtutis. pag. 90. n.187. tot. sect.

Qui ex deo est, verba Dei audit. O quali fœnore ad sacrum verbum inuitatur auditor, qui antequam Dei sermonem auscultet, Deum sibi baiulat ad audiendum, iam ex Deo componitur, quasi parte, vt ad diuina elogia accedat compositus & diuinus. Sic Dominus auditi desiderat, qui tam cæleste lucrum spondet, aures sollicitat & non linguas, ne in Prædicatoris elogia sine aurium fructu inanis auscultator recedat. Ergo Ecclesiastes sacer auditoris aures desideret, nec velit cum labiis habere commercium p.227. n.152

Quinquaginta annos nõdum habes, & Abraham vidisti. O stolidus temporis calculator Hebræus, æterni vitam computans annis? Sanctitatis argumentum de breuitate temporis satagis eneruare. Erras, desipis in vtroque. Sicut in æternitate duratio sine tempore est, in sanctitate diutiùs vita protenditur, quàm duratio. Viuit sæculum in momento, qui in momento dignum opus sæculo peragit. Per honesta opera censetur ætas, per strenuè facta computantur anni, non quidem labiles, sed constantes, sæcula per facinora. p.276. n.111. & seqq.

Tulerunt ergo lapides. Si in schola cœperant litteraria, cur in puluere cruento concludunt? Quoniam ira sub disputationis laruâ gymnasium aperuit, quæ nescit in progressu latere, est vtique impetuosior in fine. p.64. n.80

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. An ob religionem, an ob vindictam, nimbum lapidum præparant in supplicium? Linguam transtulerunt ad manus, vt ex collisione silicis ignem iaceret, vreretque vt blasphemum, qui de antiquitatis Numinis se asserebat. Et tamen sub velamine offensi Dei satagunt vindicare, quòd eos concluderet de mendacio. Equidem superbus, vt iniuriam propriam seueriùs plectat, quasi Deo reputat irrogatam. pag. 199. num.30.

Feria IV. post Dominicam V.

IOANNIS. 10.

FActa sunt encænia in Ierosolymis. Vel festi titulus Dominum inuitauit ad templum. Renouationem sonant encænia: quid quòd accederet nouitatis amator? Nouum quidem fecit Dominus quòd fœmina circumdaret virum, noua facit omnia, qui inter omnia, quæ fecit, nouiter factus, qui versiformi inquietudine cœli de tenebrarum tumulis in lucem renouat cadauera lucis & ad fruges nouas naturam effœtam erudit, antiquaque renouat per præsentia, non alio fine, nisi vt homo antiquus, quem vitiorum ætas in inueteratam senectutem induxit pœnitentiæ fructu vitæ renouetur in florem. p.342. n.154

Facta sunt encænia, & hyems erat, & ambulabat Iesus. Euangelista brumam aduertit, stationé neque temporis insalubrem. Cur si putas? Vt sub hyemis iniuria ambulantem Christum describeret, qui sub frigidæ noctis seuero imperio venerat ad tugurium pauperculum factus homo. Sed si aduentus Filij Dei amor fuit, secum ferebat, & dum venerat, & dum ambulabat incendium. Nec dispendium creditur, quod est amor. p.234. n.26

Hyems erat, & ambulabat Iesus. An vt gressus repetiti mobilitas frigus, quod intulerat bruma, pelleret de laboris industria? Imò vt incendij concitasset ardorem, quo in amoris pyra agebatur. Sapientia omnibus mobilibus est mobilior: quid si amans sit, & à corde Patris in fauorem hominum eructata? Nihil est inquietius amore, qui à cordis situ didicit inquietudinem. p.157 n.57

Et ambulabat Iesus. An vt hyemis eluderet inclementiam? Imò non vt temporis statum fatiget, subeátque de motu calorem, sed vt maturaret tempore fructus, quos de disputationis incendio in prouentum hominum præparabat. Nescit quiescere à mobilitate fauoris, qui cùm Verbum Dei sit, Sapientia est. Hinc ab irrequieta beneficentia titulum sortitur & nomen. p.161. n.75 & 76

Et ambulabat Iesus in porticu Salomonis. Cur adhuc in porticu præstolatur ingressum, & ad vestibulum circumducitur? Anne intra templum, cuius reuerentiam maculat cursitatio, bonus Magister gressibus agatur, erudit? Et quia disputationis cum Hebræis, propinquum strepitum expectabat, cauítque ne intra templi fores vox, quæ cultus non esset, religionísque sonitus, perstrepuisset. O si disceretis, quotquot de Dei templis nundinas sensuum facitis ad commercia. Furtum vtique sacrilegum perpetratur, si templum negotiis sæculi deputetur. Quippe amouetur Dei portio in sæculi sortem. p.146 n.13

Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis. Bene accedunt & illuminare concupiscunt. Sed splendorem non admittit flamma perfidiæ, quæ pro ardore tenebras gestat. Nunquam fuit contumeliosior Hebræus, quàm cùm, virtute pungeretur, ad virtutem accessit. Veritatem quærit, nõ vt sigat in pectore, sed vt in patibulo figat. Sub virtutis laruâ conuitiatoris faciem obducit. Nec semel peccator virtute vtitur ab flagitium. p.196. n.12

Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus dic nobis palam. Si adhuc veritati terga dedistis, si cœleste donum, ne viderent oculi, conabamini lapidibus sepelire, nec Christi nomen constantibus auribus vestra poterat sustinere perfidia: cur nunc toto agmine ad Dominum accessistis. & quòd se producat, sacrique pectoris referet, exposcitis, penetrale? O fœlix indoles bonorum cœlestium! vel ob voluptatem desiderium vestri imponitis & fugacibus, Superbia resistat, reluctetur libido, rigeat rebellio, malignitas conetur in fugam, tandem Deus, magnetis more, etsi dura ligna, ad se trahit. Quantumuis homo cœlum relinquat, etiam inuitus donis cœlestibus inhiabit. p.201.n.40

Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Obserua stylum. Si continuò tollitur anima, vita continuò superest sine vita, & in feretro mortis sustollitur iugiter viuus. Sanè non nisi in inferno paciscitur vita cum morte. Quippe vt pluries obeat damnatus, nunquam semel moritur intra mortem. Ergo vt in inferno torquetur Hebræus, à quo dum vita tollitur, vita manet. Equidem opportunè. Desiderium, quod gignere, vegetaréque solet spes, si sine spe sit, gehenna vtique est: quippe quà desiderat, viuit; moritur, quà non sperat. Desiderabat Christum Hebræus, sed minimè sperabat, quòd esset: quoniam rebellio pectoris impediebat, quòd possent sperare, quem temnerent, Quidquòd afflarent iugiter animam? Desiderium, nisi adiungatur spei inferni, tormentum est. p.83.n.160

Qousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. O Hebræe & adhuc speras, cùm possides, torqueris inquietudine desiderij, cùm in amplexu gaudij frui poteras & lætari. Non solùm intra mœnia, sed intra circulum, quo circumdedisti Messiam, habes intimum; & tamen vt absentem speras. Dic tu palàm, si quid speres, scias; siquidem postquam scis, quem speras, quia desperatæ salutis es, nondum sciuisse fateris. Quid? Spes tua de sæculo est, qui sæcularé Regem cum fascibus totóque satellitio superbiæ, non Deum hominem mittent & humilem adhuc postquam venerat sperasti. Ergo non demiror, quòd cruucieris spe, subcásque de possessione tormentum, certitudinémque transigas in incertum: quippe mundialis spes incerti boni nomé est. Imò certum malum incerti boni. p.537.n.132

Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, &c. Qualem fructũ de sorte claritatis intẽdis? Si dixerit, quòd est Christus, aures in lapidum indolé obturabis, lapideóque grãdine respondebis, vt de fragoris strepitu vocem veritatis non audias. Si non esse Christum inuenias, sicut accessisti, recedes. Ergo vtrobique miser, seu dixerit, seu negauerit. Sic est. Et en humanę cupidinis infortunium. Qui humanitus appetit, semper est in biuio doloris. Si non consequatur, torquetur à voto, si consequatur, agitatur à metu, nescietque hilarescere, cùm captauerit. Sic desideria humana inter se colliduntur, vt confusus animo nesciat inter concupita gaudere. p.552.n.186

Si tu es Christus, dic nobis palàm. Si dixerit, nuncupabis blasphemum de stylo tuo, quem, quà Filium Dei se dicentem, religionis iaculis superstitioso impetebas furore. Et tamen vt hoc piaculum enorme committas, ab ipsomet Deo petis reponsum, vt exardeas in Deum. Quid? Improbus precum pretio Deum sibi ad improba desideria satellitem conducere gestit. p.256.n.19 & seqq.

Loquor vobis, & non creditis opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, testimonium perhibent de me? Nonne sat eloquentia, si Dei, vt suadeat ad clarissimum testimonium? sat est, si loquitur, vt quid exaggeret de operibus probationem. Sat quidem erat veracitas diuini sermonis, sed adeò humana malignitas cauillatur, vt æstu superbo verborũ satagat eneruare vigorem, nec Deo credat, nisi Dei opera, clariùs ad fiduciam impellant. Et satis Deo esset, si vel Dei operibus crederetur; vtpote qui veritatem sermonis arguit de operum testimonio, vt instruat homines, quòd manu probent, quidquid lingua profantur. Sanè non à patrocinio eloquentiæ, sed ab exhibitione operis egregium operis meritum est probandum. exprobrat opus, qui aliud ad operis testimoniũ quærit, quàm opus. p.344.n.159. tot. sect.

Oues meæ vocem meam audiunt. Non solùm est in pastore sibilus, sed & bacculus, vt & mulceat ore & fuste castiget. Cur non memorat Scipioné, sed quasi inani manu, totius gubernationis industriam voci committit suaui, amabili, & de organo pietatis emissæ. vt reducat oues ad caulam? O bone pastor! Imò etsi per saltus & virgulta lasciua fugaci vestigio stolida ouis aberret, quod ore non potuit, non manu, sed humeris supplet, vt quæ multum laborauit errando, dorso baiuletur ad quietem. p.541.n.154

Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Et quid proderit, ô sacrilegi, quod vt Deum lapidibus impetatis, lapides á terra leuetis. Non læditur lapide lapis, quos si solueritis è manu, in improbos iactores resilient. Flagellum non appropinquabit tabernaculo Dei: appropinquare poterit & Dei Filio? Non semel expertus es ô Iudęe, quòd euanuit ab oculis, in quem saxa de impietatis fundá iactabas. Ergo impossibile est, quòd lidas, quem perfidia etsi possis lædere, sed non manu. Sed insolens peccatoris vecordia in impossibilia naturæ conatum extendere non veretur. p.99. n.119

Multa opera bona ostendi vobis, propter quod eorum opus me lapidatis? O pro duritia lapidum mollissima lenitas. An beneficiorum clypeum obducis, vt resiliant lapides in fauorem? Quousque tandem abuteris clementia, quam pro hominum furore rependis? Nunc opus est armata iustitia: cur de sphæra non fulminas, nec de seris nubibus grandinas vt incendas pariter & sepelias, quos sacrilega impietas ad extremum, vsque sceleris agitauit. Nec tibi, nec operibus credunt, sed adiuuant lapidibus contumeliam, vt quem pupugerunt lingua, pungant & manu: tamen iræ tempus nunc pietas beneficia præoccupabit. Sed Dei ira in misericordi lenitate deferuet. p.190.n.16

Si mihi non vultis credere, operibus credite. Si loquax est Diuinitas, & surdescunt, mutis operibus dabunt aures? Quasi præ lingua Dei præstet operis eloquentia. Virtus optimus est virtutis orator. p.435.n.81

Feria VI. post Dominicam VI.

IOANNIS 2.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium. Accersitur Senatus, tribunal de Primatibus legitur, qualis reus? Deus est. Non sat vnus improbus ad iniquitatis sententiam? Sed personæ dignitas accusatæ, in infinitum; nec tamen de numeri quantitate æstimabilis est. Ergo iniquorum numerus suppleat, crescat malignitas in collegium, vt in vnum quia Deum, improbi conentur quia plures. Scelus per societatem vires acquirit. p.198.n.26. & p 68.n.98

Et dicebant: quid facimus. Prima diligentia in Senatu, accusatio tibi iā Senatorum, propriam tarditatem obiurgant æstro percelluntur ad scelus, vt sumant de fauore vindictam. Se accusat tarditatis iniquus, qui ni peior fiat in progressu, gressus non de motu iudicat, sed de iniquitatis augmento. Et tamen dum se ad inuicem accendunt ad cursum, vt vnam Redemptori morti mortem maturent, ad sui geminam mortem properant temporalem pariter & æternam. Quid? Peccator mortis stimulum secum portat: non vt mortem faciat currere, sed se ad mortem. pag. 274. num.104

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Adhuc fecistis plura, quid vos accusatis ignauiæ? Ille fecit signa fauoris, vos prodigia rebellionis fecistis. Ergóne de miraculorum pugna contenditis ad victoriam: vt plus faciat iniquitas, quàm Diuinitas. Nescit otiari in reside palude superbia, guttam nisi exuberet, suspicatur. Pudet superbum, nisi crescat eundo, nisi in infinitum abeat crescendo. pag.486. num 54

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Primus collegij dolor pudor est, non quòd ad Dei signa lapideis cordibus obduruerint, sed quod à signorum pondere eorum auctoritas conteratur, subeántque Principatus infamiam, quòd honor Principum ab aliena claritate habetur. Et cur vos, ô proceres Iudæorum, non pudet animi ægritudo lethalis, sed sæcularis purpuræ detenuatio? Hæc indoles sæculi est, erubescimus ad corporis & honoris iacturam, animi per peccatum nemini pudor est. p.399

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si in fauorem populi signa sunt, nec vllum vestro honori insidiatur dispendium. Quid vos torquet in beneficentiæ miraculis? Prætexta vestra secura est, secures vestræ proprium adhuc seruant vigorem: nulla de Senatu portio peribit, clarete ô vos luminibus sæculi: quidquòd hic homo clareat de splendore cœlesti. Sed inuidiâ vritur, quo alius lucet, patiúque ducit socia claritate clarere. p.93.n.199. tot. sect.

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si se qua iudices prouocant & accendunt: ad quid si putas, nisi vt pœnam infligant. Sed quæ crimina producuntur, quis reus? Homo beneficus, & de omnipotentia misericors, qui virtutes & signa facit de prodigio virtutis. Ergo & virtus culpa est, prodesse, delictum? Est quidem ei, qui causas sollicitat ad vindictam. Qui vlcisci desiderat, procreat scelera de virtutibus. p.199.n.32

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? En causam cur Senatus succenseat, pietatis Dominicæ liberalitas. Sed hæc meretur gratitudinem, non furorem. De præmissa fauoris cur in enthimemate concluditis iram, & de aquæ lenitate flammam arguitis? Quoniam iræ ignis animatur in aquis, scit augeri de contrario elemento. p 65.n.84

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Ergóne miraculis parant iniurias, beneficiis vindictam, pœnas virtutibus. Quid? Peiores fiunt, quo hominibus melior est Christus. Quippe flagitiosus & reprobus contrahit sordes de limpiditate virtutum, facit sibi de propitiatione supplicium. p.173.n.126 tot. sect.

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Ille per miracula currit. Cur in nobis flagret vindicta? Quos tanti splendoris flamma non vrit, vt rebellia corda liquescant; vrit, vt ad claritatem inuideant. Quippe inuidia efficacius agit, quàm flamma. p 272.n.96

Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Esto quòd crediderint, signorum artifici sit delictū, quot nunc credunt, & pauci sunt, & de humili plebe, quos inops piscatura & nudus de retibus victus, quà humiliores reddit, obscurat. Vt quid ergo, ô iniqui Magistratus, iam de vniuersitatis seditione damnatis, quem despecta & minima sodalitas piscatorum sectatur? Sed improbus iudex, vt impiæ, quam intendit, sententiæ reorum causas adæquet, errata leuia rarefacit, & exaggerat in lethalia flagitia. p.198.n 26. tot. sect.

Venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. O quàm longè abeunt humani timoris œstro perculsi, qui ad præsentissimum Deum non timent! vsque ad Romanorum vindictam Palæstinos impulit pauor, & tamen è Romanis præses erat Pilatus, quem nulla tetigerat scintilla furoris, vt in Dominum exardesceret. Si Romanus hic, qui Prætoris fascibus Romani Imperatoris & insignia gestat & nomen, nihil mali à miraculis Dominicis suspicatur; quid ad distantis suspicionem iræ pauetis, fingitísque terriculamenta superbi. Sed à quocunque trepidare fas est, qui fasto superbo arroganter terret quemcumque. p.198.n.23

Venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Quis vos nunc in Romanorum suspicionem induxit? Sanè superbia: quippe elatus & arrogans non ab alio cogitat, nisi ab omnium superiori maiestate posse puniri. Venient, venient de oraculo superbiæ Romani, vt vmbra pauoris redigatur in corpus, & per quam semitam aperuistis auspicio, irruent vtique, vt vos ruatis. Quippe superbia semitam aperit ruinæ superbi. p.325.n.82. Arrogans elati procacitas, quà stolida & cæca est superbi & arrogantis cladem prophetat. Solet vaticinari superbus, sed propria complet vaticinium ruina p.303.n.113

Venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Ergo quia pauci & piscatores a vestra secta religiosè deficiunt, pomposa nauis, quæ ad expansa carbasa turget, vestráque sæcularis Maiestas, quasi obiecto pisciculo, cursum remoratur, per serenum statuæ diuitis de metallis

metallis elata machina tactu calculi conteretur? Ita sanè. Totum in parte gestat superbus: si vel pilus deficit, se iam iudicat cecidisse. p.79 n.143. tot. sect.

Venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Ergo funditus populus interibit; si vos à suggestu Senatorio cadatis. Et inutiq; qui succedant ad fasces, etsi tantum succederint infortunium. Nec Solymitana mœnia manebunt, nec nouis Magistratibus poterit impleri Senatus; nullus hæres aderit pro defunctis? Fœlicitatis humanæ indolem agnoscebant. Fortunati gloria moritur intestatò, nulla est fortuna posthuma post fortunam, nec fœlicitate suppletur cæsa fœlicitas. p.413. n.1. & seqq.

Venient Romani, &c. Vt acuant animos ad infligendam Domino mortem, suspiciosum metum subornant, vt Romanorum arma furetur, quæ terreant iudices, ne parcant lenitate supplicio. Et tamen diuina iustitia de eodem armamento ad vindictam impiorum armatur, quæ Romanos præuenit, vt depopulentur populum iniquorum. Sanè vitia suimet pugionibus iugulant peccatorem, quibus ad victoriam virtus armatur. p.198. n.26 tot. sect.

Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam nec cogitatis. Scio equidem quòd non sciant, quòd non cogitent quidquam, non annuo, siquidem vt maturè consulerent, acciuerunt concilium. Quia nondum clarè de morte Dominica cogitarunt. Sacerdotum princeps nec quidquam cogitauisse perhibuit, quasi minus esset, quidquid malignitas extrema non esset. Quia Caiphas cogitabat de morte, gestiuit sic suos aulicos cogitare, ne maneret in scelere singularis, qui singularis erat in Pontificali suggestu. Nunquam solus peccat, qui in alto est. p.174. n.125. tot. sect.

Vos nescitis quidquam, nec cogitatis. Erat Pontifex anni illius, scelerisque primatum ambiuit, quem gestabat officio. Suffragio iniquitatis præcessit quos Sacerdotali munere præcedebat. Iniquis potentibus nihil est, nisi sit vltimæ nequitiæ potentia. Honoris cathedram transtulit in flagitium, fecit de crimine principatum, quem de religione ferebat. Sic est, ô Proceres sæculares. Vitium potentibus pro honore & claritate inoleuit, auctores fiunt sceleris vt auctoritate præfulgeant, quibus voluptatis iniquitas est maiestas. p.269. n.78. tot. sect.

Vos nescitis quidquam nec cogitatis. Et optimè Pontifex coram Senatu ab stultitia sumpsit exordium. Quippe quem peccatum congregauerat ad consilium, & stultitia est vbicumque peccatum. p.88. n.179

Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. O spurius Pontifex, nec partus legitimus religionis, si non de oraculo, sed de voto improbo loquereris. Vt non pereat gens, etsi iniqua, peribit innocens etsi iniquè? Populum informasti, qui sic pro populo consuluisti. Sontem fortunabit clades insontis: vt liberè iniustitia procedat, iustitiæ, nempe iusti hominis, qui & Deus est, libertas naturalis cædetur? Sanè ignobilis est, qui columitatem suam de calamitate alterius procurat. p.55. n 40

Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Quòd non tota gens pereat, expedit quidem, sed si distantissimi sunt Romani, si nondum populus ab imperio defecit, nec secta viget, feruetque nouitas religionis, quæ potius in paucis, & de aquæ negotiatoribus ad victum humilem inuenitur, cur expediat, vt vnus innocens de populo cadat. Elui debet præsentissima sontis cæde, periculi absentis scrupulosa suspicio. Expecta paululum, si det se populus in doctrinam, si noscant nec ignoscant Romani. Imò moræ impatiens est ista, nunquam didicit expectare. Solertissima est ad anticipandas criminum pœnas. p.216. num 106

Expedit vt vnus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat. Ergo in fas transgreditur, quod est nefas, si subeat periculum Principatus. O præpropera cautio! vt à fortunæ caucas discrimine, te libitò in crimen iactare, nec animæ æstimare dispendia, ne aliquando corpus & census in longissimum dispendium incurrat. Hæc sæculi politica est, corporis futurum periculum præsenti animi vulnere præcauetur. p.270. n.85. tot. sect.

Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Et ô Pontifex si Messias sit, quem in litteris innutritus expectas, quem miracula clarissima probent? Si Propheta, quem tot sacra oracula probant? Si innocens & Princeps virtutis, quod sanctitas vitæ commendat? Si denique Deus, vt decernunt oracula, miracula, vita? expedit vt occumbat? Expedit, inquit, nè tota gens pereat, ne status Reipublicæ detenuetur, quisquis sit, expedit, vt intereat, vt status ratio persistat. Ratio status regnorum nequiter ambitiosis pro Deo est. Politica imperandi libido habet faciendi Numinis artificium, quod libeat & iuuet; hoc colit. p.264. n.14. tot. sect.

Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. O sæculi ambitiosorum idea! Sic de necessitatis specie delictum subornat ambitio, vim fingit, qua cogatur ad vim, quasi non possit aliter, cum perpetrare aggreditur, quod non potest. Vide in quas nequissimus Pontifex se redegit angustias ad patibulum innocentis. Aut Respublica perit, aut pereat hîc. Equidem ambitionis vox fuit, quæ necessarium reputat, quod delinquit. p.203. n.47. tot. sect.

Hoc autem à semetipso non dixit: sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit. Equidem quod esset propositio cœlestis, vaticinium declarat, Euangelista confirmat, fortuna redemptionis commendat. Attamen cæteri Senatores, quos non ab alto Spiritus imbuebat, cœlestem adhuc iudicarunt sententiam, qui desiderium pro suffragio dederunt. Nullus fuit, qui mutiret; Senatus absolutus recessit. Cur sic tacere in tam enorme placitum Sacerdotis, quod temeritas infamabat, damnabat ratio, & vel ipsa poterat execrari perfidia? Sed loquentis placitum probauerunt, quoniam ad placitum auditorum loquutus. Nullus veracior consiliarius habetur, quàm qui placita consulit, & qui è voluptatis Senatu monita, documentaque inspirat. p.200. n.33. tot. sect.

Prophetauit. Sanè prophetia de Pontificia dignitate manauit. Anne poterat de personæ nequitia? Oracula cœlestia æmulatur desiderium humanum, plures è cupiditatis tripode vates reddidit

rèddidit flamma votorum. Mortem Domini appetebat Sacerdos: quid quod inscius, quod cuperet, prophetaret? Desiderij dementia solet ariolari futurum: quippe eius ardor pro lumine est, sub quo quod desideratur vt absens, videtur vt præsens, p.95.n.210.tot.sect.

Dominica in Palmis.

MATTHÆI .12.

I*Nuenietis asinam alligatam: soluite, & adducite mihi* Et subiugale animal prodecit ad partem triumphi? de brutorum vulgo vulgatius, quod natura produxit ad onus, honos erit ad pompam victoriæ. Quid asino docilius & stultius? Quid de stoliditate despectius? Ergo in ignorantiæ symbolo tanquam in quadrate curru victrix insidebit sapientia? Sed quid? Vt domaret superbos, visus est scientiarum contemptus, vt superbos erudiret ad frugem vert it stoliditate animalis & de gloria trium instituit cathedram disciplinæ. Sanè superbi sapientes, non ab homine, non ab Angelo, sed a subiugalibus erudiantur. p.480 n.32

Inuenietis asinam alligatam: soluite & adducite mihi. Et hæc vna supero victori quadriga? Cur non equus quæritur generosus? cur non currus, ferculumque paratur, vt spolia pendeant, hostésque deuicti sint in spectaculum triumphatoris. Sed qui inopia vicerat, triumphat inopia. Hæc est Domini vniuersa suppellex. p.437.n.91

Dicite quia Dominus his opus habet. Si semel Dominus indigeat creaturarum obsequio, cur non nobiliora quærat vectacula, quæ triumphum nobilitent, & honoris gloriam ante exhibitam triumphatoris faciem præmittant? Sed exercituum Dominus, qui non armatis cuneis, hostiliúmque ponderum ope prælia conserit, prælia vincit, in infirmitate triumphat. Vndique diuina victoria ab impetu, ad triumphum non nisi brachiis infirmioribus agitur. p.104.n 246.tot.sect.

Dicite quia Dominus his opus habet. Vt quid egeat bruto? vt domet & bruta, pompámque Diuinitatis ostendat, moderaminísque cœlestis ingenium. Gubernatio diuina lenitate agitur, non superbia, vt triumphet suauitate, non fastu. Tum vicina est Regalis lenitas ad ceruices hostium domandas, ducendáque bruta humana sub iugum, vt idem fuisset Domino super brutum lenissimum triumphare, ac paccata pietate feras rationales vicisse. Hæc suprema regiæ gubernationis est ars, in qua diuina imago resplendet. p.196.n.14

Dicite quia Dominus his opus habet, & confestim, dimittet eos. Se Dominum nuncupat, cùm ad subiugale prendendum mittit discipulos, totáque libertate in álienum animal iactat imperium, nec quòd herum animalis rogent, præmittit, vt si amisisset dominium, cùm melior Dominus vindicaret. Et si se Dominum sic ostendit, cur in bruto tam modico, paupere, & vili? Vt à paupertatis voto vniuersitatis ostendisset dominium? Quoniam omnia sunt eius, qui in despectus & inopiæ suggestu super omnia est. p.483.n.45

Dominus his opus habet. Et confestim dimittet eos. Sed Dominus titulum vnde probat, cui & obsequantur aliena? Quoniam non aliud sibi vocabulum dedit. Qui nuncupatur Dominus, & statim de nominis proprietate cognoscitur, sanctus est, & de virtute gestat impèrium. Ergo & vindicabit aliena, supremam sanctitatem habet vt propriam. Heroica virtus ingenito rerum dominatu potitur. Qui per facinora virtutum egregia super vniuersos fit heros, vniuersitatis fit herus. pag 483. n.45.tot. sect.

Vt adimpleretur, quod dictum est: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinum. Periodum vatiemij quam dissita & contraria componunt! Rex super asinam, imperialis gloria in pauperculo subiugali. Sed si mansuetus est Rex, quidquòd triumphum ageret in patientia? Hoc illi gloriosum est ferculum, in quo adhuc vincit amore, cùm triumphat. En triumphandi artes, vicisse leniter parcendo & amando Superbus Dynasta pro apparatu & pompa despicabilis gloriæ spargere procurat timorem, iustus amorem. p.194 n 7.tot.sect.

Adduxerunt asinam. Et eum desuper sedere fecerunt, Plurima autem turba, &c. Quid triumphi spectationi defecit? Maiestas insidet, vniuersus populus est præconium, carmina victorialia prosiliunt, totúmque nemus ad victoris laurum decertat. Et tamen qui Imperator, pauper ingreditur, vectus subiugali pro throno; subtus & supra est humilitas spectaculum, etsi superbus apparatus circumstat. Quid? Humilitas triumphare solet apparatu superbiæ. p.427.n.50

Et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba, &c. Nónne ordo præposterus est triumphi? antequam regnaret à ligno, orbémque non ferro, sed ligno domaret, aulæis & tapetis sternitur sedes, palmæ ad victoris manum contendunt, epinicium canitur victoriale. Quæ victoria hæc? si nondum spina, nondum clauorum terebri, nondum verbera, quæ sunt arma diuini pugnatoris ad sortem. Sed iam amor cucurrerat stadium, inadidauerat puluerem, & appetitu patiendi præpropero impetu tormenta deuorauerat vniuersa. O toties memorauerat momenta passionis, & in qualibet syllaba patiebatur, vniuersum agmen maturæ præparauit patientiæ, vt non manus carnificium defecissent. Ergo vicit, vicit, qui antequam illi impeterent, sic se ad impetum diligentiùs exposuit. Tantumdem ac sors & victoria est ad sortem & victoriam optima præparatio, industrius apparatus ad opus præ opere solet esse fœlicior. p.382.n.32.tot.sect.

Et eum desuper sedere fecerunt Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via, &c. Vide qua gloria tenditur ad patibulum. De fœlicitate semita strata, quia sæcularis est, ducit ad pœnam. Nullum nouit iter fortunæ, quacumque graditur, præcipitium pendulum est. p.326.n.83.tot.sect. En certissimum mortis auspicium hi rami, qui ardore gloriæ ad fœlicitatis laurum conueniunt, in ipsomet cinerescent ardore. Nullus est fœlicitatis exitus sine cinere. p.414.n.3

Et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba, &c. Ergo Redemptorem habemus.

Habere

Habete ô homines, certissimam de Domini morte fiduciam, fortuna sæcularis eum sustulit in ferculum gloriæ; fortunæ indoles feretrum promitrit de ferculo. Illum ascendere fecit, vt cadat, citiùs cadet, vtique, quàm ascendit. Largior est fortuna ad ruinam, prodiga prodigit, quem auarè leuauit p.415.n.33

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Si isthac via pergit ad mortem, cur sustinet Dominus, vt mundialis gloriæ stromatibus sternatur? Cur humanos plausus permittit, titulósque Regales, qui ad Regis vocem aufugit in montem? O amoris ad patibulum ars ingeniosa! Vt contereretur citius in cruce, securámque reddidisset semitam ad tormenta, viam sufferr sterni de fœlicitatis obsequiis, vt fœlicitatis gestans figuram, faciliùs incurrisset in necem. Vt vel ab homuncionibus pati posset fortissimus Deus, se sub sæculari gloria obumbrati sustinuit, nam vel lapillus paruus potens est mundialis gloriæ molem contererere.p.415. n.5

Alij autem cadebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Cur viror arborum pro spe, vbi triumphi possessio? Cur maiestas triumphi in titulum possessionis, vbi sola spes est, nondúmque victoria præcessit? Vt haberet ignis sacrificij materiam, præteréque gratitudo ante donum victoriæ. Qui vt futura victima, iámque vt victor præsens sacrificandus in patibulo venit, ligna secum præparauit incendij, támque velox est ad agendas Patri gratias pro sorte, vt sicut coniunxerat amor victimam, & victorem in vno, aram præproperè de arboribus erigeret gratitudo, vt iam per holocaustum Deo redderet, quod à Deo acciperet per victoriam. Adeò indistans sit pro gratitudine sacrificium, vt idem sit, qui vincat ad palmam, & mactetur ad grates.p.473 n.4.tot.sect.

Alij autem cadebant ramos de arboribus. O futuræ crucis præsagus triumphus! Apparatus gloriæ nonnisi de arboribus cócinnatur! Rami diuelluntur à truncis, vt fœlicitatis sedula diligētia ad infortuniū lignū expediat. Trunci manent stabiles, solæ amouentur arborum comæ: quoniam gloria mobilis est calamitatis radix immobilis. Sic per fœlicitatis munera exercet mundus, quos fœlices appellat, ad calamitatem, quam parat, vmbratilique ramorum pompa satagit adumbrare, quos pingit ad cladem. Nonnisi cū propria morte fortunæ exuberantia componitur, tot ad gloriam arbores vnam secum proferunt ad patibulum. p.163.n 84

Alij autem cadebant ramos de arboribus. Cur cæsis ramis ad honorem triumphi cedit humilitas Saluatoris, nec mundialem florem detrectat ad pompam, nondum de morte & dæmone parta victoria Hac, qua pergit vt victor, ad Solymas perueniet vt miles: ibi ad coronam negotiabitur Redemptoris, curret ad pallium, & vt manus conserat cum perfidia, manus in patibulo figet, habitúmque quo iuuentus vt homo ad gymnicum certamen nudabit, & discinget vulneribus ad purpureum titulum Redemptoris. Ergo qui nondum vicit, nondum & triumphet. Sed qui dæmonem & vitiorum agmina insequitur, fœliciter, antequam veniat, iam vtique vidit & vicit. p.339. num.145

Alij autem cadebant ramos de arboribus. Cur ad vnius manus palmam concursus arborum denudatur? Sat est vni capiti laurus vna, sat vnica palma victori, ne subeat frondosum nemus de prodigalitate dispendium. Sed Deus, qui nunquam victor, sed sibi iugiter est inuictus (vtpote qui si inciperet esse victor de discrimine pugnæ, posset vtique de contingentia sortis & vinci) non sibi sed hominibus vincit. Ergo suis sodalibus, quos in Domini contubernium religio congregauit & virtus, numerus paratur palmarum: quoniam qui in patibulo solùm, se amat comitatum in gloria. p. 93. n. 100. Redundant victoriales rami in discipulos: nam qui sermonis Dei consors fit, gloriæ & luminis consors est.ibid.

Alij autem cadebant ramos de arboribus. Quòd de vestibus sternant semitam, corporáque denudent, ne subiugale in quo sedebat Dominus, in puluere maculasset vestigium, & nudi pauimenti hæsisset in calculo, non demiror: quia propria fuerunt indumenta offerentium, propria corpora, quæ nudabant. Sed alienum nemus nudare, & populari impetu arbores decorticare diuitias, etsi in Dei munus, nónne poterit accusari de furto? Sed cultus diuinus nihil nouit alienum, virtutis peculiaris vniuersitas est, herus est omnium, qui ob Dei amorem omnibus vtitur ad obsequium.p.163. num.84

Turba autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant. Hosanna filio Dauid. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Cur Dominus admittit elogia, & epinicij carmina non detrectat, qui & dæmonis obturauerat os, ne laudibus extolleret, quem agnouerat? Quoniam hæc præconia ferebant meritum de præcone, non de adulatorio pipere, non de salibus nugatoriis, non de versiformis linguæ callidis parabantur officiis, sed de rudis plebeculæ, puerorumque hilaribus exceptaculis, quæ gestant in pectore, quidquid sonant ferúntque in simplicitatis testimonio innocentiam. Sanè à iustis quibus synceritas est pro laude, & Dominus laudem exambit.p.436.n.86

Pro oratione Christi facta in horto.

MATTHÆI 26.

LVCÆ 22.

ET egressus ibat secundùm consuetudinem in montem oliuarum. Iam incipiunt silentij mysteria. Sacramenti passionis laus silentium est. Post cœnam in nocte in montem oraturus secedit. Orationis dies nox est, adamat incubij silentium.p.262.n.48

Secuti sunt autem illum & discipuli. Boni exempli artifex solus non graditur; trahit asseclas post vestigia.p.384.n.40

Dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem. Non sat erit, vt tentatio non impetat, quòd gaudeant Dominico contubernio? Fur coram Domino, qui & videt in tenebris, & tenebras luminosus abstergit, non poterit subrepere clanculum, vt bona deprædetur, & fugiat. Tecum sunt Domine, satis est, orent, cum secesseris; cùm ades, adorent, soluántque de munimine grates.

grates. O Diuinitas orationis. Sat est Dominus, sed & orationis exigit opem, quasi Deum multiplicet in orante, & de potestate cum Diuinitate contendat. p.54.n.34.& p.223. n.138

Et ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis. Non satis est ad strepitus fugam condensum nemus, implexæque arborum comæ, & obscuræ noctis incubium, cur & tres discipulos derelinquet, vt horti penetret secretiora? Indolem orationis explicuit; quæ latibulum amat, solúmque graditur, cùm ingreditur sola. p 48. n.1.tot.sect.

Et ipse auulsus est ab eis. Adhuc te diligis desolatum, quem nec vnus discipulus comitabatur ad supplicium, & alienigena ad pondus patibuli conducetur? Sed qui oraturus in horti penetralia secedit, vt augeret meritum orationis, se & discipulorum voluit egenum. Sanè ad Deum piè ambiendum solitudo & egestas meritum est. p.145.n.8.tot.sect.

Pater omnia tibi possibilia sunt. Cur orationem orditur ab ingenito vocabulo Genitoris? Vt à diuinis laudibus, orationis subornasset progressum; nec maior laus Superi Patris est, quàm talem sibi sobolem genuisse. p.7.n.21

Pater omnia tibi possibilia sunt. Scit omnipotentem se Pater: scit Filius, quòd & Genitor sciat: vt quid vocem erogat, cùm ad preces indiget voce? Imò non de potestate memoriam in memoria fœcunda Genitoris exacuit, sed efformat protinus argumentum, vt ex altera de potentiâ præmissâ, altera de enerui carne ad sanguineam tempestatem cruciatuum concluderet immunitatis à tormentis licentiam. Oratio fecunda argumenti illigat Deum. ibid.n.23

Pater omnia tibi possibilia sunt. Cur ab imperio texit elogium, & in laudatione præludit? An vt meritum precibus præstitisset, qui qua homo erat, humanitus poterat detrectare tormenta? An de stylo hominis subornauit ad munera donatorem? Et qualis pretiosior ambitio, qua & supernus filius exambit, & supernus Genitor exambitur? Sanè vel paternus amor tenerior redditur subornatus. p.54.n 36

Transfer calicem istum à me. Et nunc in triclinij vestibulo, vbi pateræ sanguineæ discurrent, vbi de amoris scyphis amatum fel carnifex propinabit ad haustum, vbi tot ferculæ quot tormenta, qui libitò è cœlo descendisti ad conuiuium, vt conuiuas tuos inuitares ad cœlum, calicem passionis detrectes? Impauidus bibes acetum in morte, bibes mortem impauidus post acetum. Viue nunc impauidus ante mortem, nec labra poculum memoriæ recusent, quæ sese tunc in totum pelagus libenter immergent. Sed patiendi auidus magis patitur, quòd inferior humanitas pati detrectat, tremit. quòd timeat, & potentiam amoris vel frigidus metus conturbet. Ea sanè est timoris potentia, vt vel Deus, qui stans moritur, iacens paueat. p.66.n.89.tot.sect.

Transfer calicem istum à me. Certum est quòd humanitus loquitur, patientiam Diuinitas non recusat; etsi pati sit hominis, & non Dei. Sed & vide ingenium patiendi in Deo homine, cùm & pati detrectat. Erat, quòd pateretur, decretum, nec poterat mutari, quod erat; sed quasi posset contingere, quòd non esset, disponit petere veluti si foret fortuitum, quòd Deus, qui ad mortem descenderat, non occumberet, ne illi deficeret pœna, qua qui sperat à tormentis eximi, cruciatur. Quippe dubiæ pœnæ certissimum experitur dolorem. Infortunium etenim sine sorte est, quia non fortè angitur, sed necesse, qui, quod est fortuitum, præstolatur. p.337.n.132

Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Et cur non petat, quòd voluntas diuina in eius voluntate complaceat, siquidem & erit diuina, si Filius est, cuius non dissidet à Patre voluntas. Sed adeò præcauet à propria voluntate qua humana, vt & Dei, qua ad libitum hominis prô indulgentia pietatis misericorditer assentientis, condescendens voluntas non eum integrè videatur delectare & cùm petit. Non amat, quod exposcit sibi quà humanitus desideratum sortiri, sed quà à diuina voluntate dispositum. Nam remedium ad modulum arbitrij compositum dispendium est salutis, quæ quæritur. p.92.n.198

Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Si tandem petit, quòd fiat Genitoris voluntas; quid est quod Domini petit voluntas? Nemo efflagitat, quod non volt, & voluntatem habere nolle, non petere est. O ingenium ad doloris augmentum! Petebat quidem, quod humanitus appetebat; sed vix quod peteret humanitus, nouit, cum iam petit aliter, quàm petebat, qui humanæ voluntatis suffragium antea acceperat ad petendum. Consiliatricem repulit portionis infimæ voluntatem, dum sui meminit, quà Filij, & Dei per intellectum superi Genitoris. p.100.n.231.& p.156.n.56

Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum. Esto intelligentiæ dotibus polleat Angelus; proderit, vt confortet sapientia, aperiátque oculos quasi desides ad obiecta deuoranda passionis, Verbo Dei, quod vndique oculus est. Adeóne humanitas cæcutiebat, vt homini, quæ præuidit Dei patientis inuidisset tormenta, & opus sit ab spiritu cœlesti subsidium qui carni pauidæ spiritus animosos inspergat. Imò quia tandem Christus appetentem effugij humanæ voluntatis indolem obcæcauit, cæcámque ad Paterni placiti obtulit obedientiam, probat Angelus sortem victoriæ, nec viribus præstat augmentum; sed de cæca voluntate infert argumentum ad triumphum. Quippe pluries oculorum cæcitas ad periculi fauet victoriam. Inoculata aliquando præualet virtus. p.315.n.42.& seqq.

Apparuit illi Angelus de cœlo confortans eum. Ergo & Angelus ab agmine pœnarum insistit, & qui de experimento tormentum ignorat, Deum hominem sollicitat ad tormenta. Quid vobis cum sanguine cœlites, qui sic amaris exundans profluuium diuini cruoris, vt abstergat redemptio, quos iniquitas inquinauit? Angelus quà non carneus, sanguineus cupit esse pro homine, vt vel guttas offerat in obsequium. p.480.n.31

Angelus de cœlo confortans eum. Sed minus fortis Angelus est, cur fortiori se fortitudinem præstare præsumit? Imò non vires addit, sed de tormentorum violentia ad fœlicitatis admonet sortem. Indolem pœnarum exponit, quæ sciunt per dumeta laborum ducere in plana, florida, & pro ærumnarum fœnore, pretiosa. Non semper per fortunatam semitam pergitur

in

in fortunam, ducit & in sortem calamitas. p 424.n.40.tot.sect.

Apparuit illi Angelus de cœlo. Si Angelus est, & Angelorum Domino apparet, sine sumptu vocis quisque iudicaret esse cœlestem. Cur de cœlo additur, vt noscatur? Non ob Angeli, sed ob orationis naturam, quæ cùm exponit preces, cœlum deponit, sibique cœlestes aulicos prouocat ad obsequium. Nec dicitur venisse de cœlo, sed quod de cœlo apparuit. Quippe iam ibi aderat cœlum, cum cœli Dominus in puluere iacens orabat. Non distat cœlum à terra, quando oratione per mortalis pulueris gradiente compendium, in cœlum itur. p.30 n.53.tot sect. Iam erat ibi domus cœlestis; quidquòd aulici cœlestis apparuissent? Domus Dei artifice oratione construitur. p.146.n.15.tot sect.

Angelus de cœlo confortans eum. Et sanè calicis lineamenta portabat, tormentorúmque iliadem, totámque passionis ideam, vt futuro ostenderet Redemptori. Et proderit animosæ virtuti, quòd specimina passionis præludant, & qui ad memoriam trepidat, ad vsum poterit confortari: Probauit Angelus patiendi animositatem in Domino, ostendens apparatu pœnarum, humanitatis pauorem, non de imbecillitate, sed esse vtique de virtute, vt fortior appareret, quæ dum maturè vniuersa discrimina præmeditabatur patibuli, etsi ad pondera caro timeret, spiritus adoriretur inuitus. Quippe fortior & animosior est, qui post consilium facinus adoritur, quàm qui subitario impetu in periculum robur committit. p.517. n.50.tot.sect.

Et factus in agonia, prolixius orabat. Dum agon augetur, capessit incrementum oratio. Habes exemplum, ô qui contendis in agone dolorem, dum diutius in puluere cruento laxaris, si oratio duret, virtutum obdurabis ad robur. p 165.n 89

Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis. In atrio Prætoris non sanguis erumpet, nisi flagellorum ictibus euocatus; in horto spina non terebrat, flagellationis lora non perstrepunt, & tamen subito qui in venis liquor, iam riuus in puluere est. Cur diuersitas? Quo non atrocius infligitur vulnus, quàm de futuro vulnere pauor infligitur. Sanguinei casus vel ipse metus sanguineus est p.86.n.89

Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis. Est pariter & sudor & cruor. Vterque liquor & sanguis & aqua sanguineas lachrymas copulant in vno. Cur si putas? Quoniam in phantasia crimina & errores hominum perterrabant. Quidquòd Dominus, quem propriæ morti sanguinē parabat effundere, cum fletu pro alienis criminibus cōfudisset. Sanè criminis & vitę periculū quasi crimen sapit & mortem, eisdem lachrymis deplorandum. p.314. n.37.tot.sect.

LIBRI IVDITH
CAPVT NONVM.

1. QVIBVS abſcedentibus, Iudith ingreſſa eſt oratorium ſuum: &
induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum:& proſternens
ſe Domino, clamabat ad Dominum dicens: 2. Domine Deus
patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alieni-
genarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & de-
nudauerunt femur virginis in confuſionem. 3. Et dediſti mulie-
res illorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuiſionem
ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: ſubueni, quæſo te Domine Deus meus, mihi vi-
duæ. 4. Tu enim feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti: & hoc factum eſt, quod ipſe
voluiſti. 5. Omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt, & tua iudicia in tua prouidentia poſuiſti.
6. Reſpice caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tunc caſtra Ægyptiorum videre dignatus es,
quando poſt ſeruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis & in equitatu ſuo
& in multitudine bellatorum. 7. Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorum, & tenebræ fatiga-
uerunt eos. 8. Tenuit pedes eorum abyſſus, & aquæ operuerunt eos. 9. Sic fiant
& iſti, Domine, qui confidunt in multitudine ſua, & in curribus ſuis, & in contis,
& in ſcutis, & in ſagittis ſuis, & in lanceis gloriantur. 10. Et neſciunt, quia tu
ipſe es Deus noſter; qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen eſt tibi.
11. Erige brachium tuum ſicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua:
cadat virtus eorum in iracundia tua: qui promittunt ſe violare ſancta tua, & polluere
tabernaculum nominis tui, & deiicere gladio ſuo cornu altaris tui. 12. Fac Domi-
ne, vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur. 13. Capiatur laqueo oculorum ſuo-
rum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ. 14. Da mihi in animo con-
ſtantiam, vt contemnam illum, & virtutem, vt euertam illum. 15. Erit enim hoc
memoriale nominis tui, cùm manus fœminæ deiecerit eum. 16. Non enim in mul-
titudine eſt virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua eſt, nec ſuper-
bi ab initio placuerunt tibi; ſed humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit depre-
catio. 17 Deus cœlorum creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me
miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem. 18. Memento Domine
teſtamenti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo conſilium corrobora, vt do-
mus tua in ſanctificatione tua permaneat. 19. Et omnes gentes agnoſcant, quia tu es
Deus, & non eſt alius præter te.

Litteralis Commentarius.

Verſ. 1. Quibus abſcedentibus, Iudith, ingreſſa eſt oratorium ſuum: & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum:& proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum dicens:

1. QVIBVS *abſcedentibus.* In Græco hæc in calce ſuperioris capitis; at additur ἐπὶ τὰς διατάξεις: quæ alij vertunt *in ſtationes ſuas:* alij *in ordines ſuos.* In paulò elapſis quid *in ſtationes ſuas* præſignet, coniectabamus. Nec incuriè de ſtationibus militaribus contigit enodatio: cui adſtipulatur illa altera notio *in ordines ſuos:* ordinis quippe vox iam percrebruit de agminibus, cuneiſque in ordinem digeſtis. Adeò ingenita eſt præliaribus aciebus compoſitio & ordo, vt proprium iuerit in vocabulum. Quin adhuc cùm agmina diſiiciuntur, elapſis hinc inde militibus, ordinéque diſciſſo, *ordines* nuncupauit Plutarchus in Pelopida: *Quamuis rei militaris omnium Spartiatæ peritiſſimi & ſummi artifices; nulla in re æquè laborabant, ac ne diſſolutis ordinibus inconditi fluctuarent.* Equidem, etſi *ordo* ſit, cuiuſlibet rei ſuo loco concinna digeſtio, Plutarch.

apud Glossam Isidori *ordo* aciem significat, & *Ordinarius*, militem, qui integro ordine militat. Suffragatur vox, quam expendimus; διάταξις enim *Decuriatio est*, ἀπὸ τοῦ διατάττω quod est *describere & decuriare*. Hinc fluxit, quòd, licèt in tres ordines Romanæ Reipub. secaretur status, Senatorium nempe, equestrem, & plebeium, *in ordinem allegi*, Decurionem fieri prætignet. l. vlt. D. d. veteran. consule Brisson. Et quidem apud Brisson. Polyb. Polybium legimus *διατεταγμένους φυλακάς, exercitus in stationibus, & vigiliis dispositos.* Quare integrum erit expendere, quòd Principes hi Bethulienses ad stationes suas, excubiásve peruigiles, seu ordines se comparauissent, & qui tres erant, tribus forsan agminibus, quæ ad noctis tutanda incubia, hostiléfque obseruandos astus coëgerant, tanquam Duces Primoréfque populi recessissent.

2. Iudith 8.32. Nec absonum est meditemur, fortassis ly *in stationes suas* alludere ad id, quod Iuditha indixerat supra cap. 8. vers. 32. *Stabitis vos ad portam nocte ista, & ego exeam cum Abra mea.* Sic impensè dictis Heroinæ Primates isti sedulis parebant obsequiis, vt quæ sub nocte, peragenda præscripserat, ne sortis auspicatæ aliquis obex impediret euentum, adhuc lucescente vespere, nondúmque sole sepulto, præproperà deuotione exequi iudicarint. Sanè vernaculus significatus vocis διάταξις est *edictum, sanctio*, seu Budæus. Plutarch. *constitutio*, seu credimus Budæo: hac etenim notione Plutarchus in Marcello edicta protulit Magistratuum: quin Nouellæ constitutiones Iustiniani appellantur διατάξεις νομικαί. Ergo non tædeat, sic exponere vltimum versiculum capitis præcedentis ex Græca translatione: *Simul reuertentes è tabernaculo ierunt ad exequenda statuta Iudithe.* Et, si mauis: Princeps Ozias duobus Sacerdotibus edixit, instituítque quid tunc temporis peragerent, illíque ad obeunda Rom. 13. 1. abscessère decreta. Certè vbi Paul. ad Rom. 13. vers. 2. ait: *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Græce est τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν, quod solet verti *mandato.*

3. *Iudith ingressa est oratorium suum.* Cur non dictum *in oratorium suum ascendit?* Nonne in superioribus domus suæ cubiculum struxerat, vbi Numinis laxaretur in preces? Profectò, nisi labimur, Principes ad editum domus fastigium scanderant, vt fœminæ adirent eloquium. Ea fuit in pudicà Heroide pij abscessus reuerentia, vt nec ad alloquendos Principes gradum ad ima flectere permiserit, satiùs ducens, incomptæ inurbanæque notam subire, quàm religiosæ distinctionis sacros excessisse cancellos. Traxit sursum fœmina viros: nec in subuectiora spatia se dedit, ne reclusorij læderet obseruantiam; sed in vertice vicino cœlestibus arduóque ab inferiori tumultu, altiùs & deuotiùs in virorum corda, obiurgationis sacræ verba dirigeret. Accinit Græcus ἀποστάντες ἀπὸ τῆς σκηνῆς *abscedentes è ta*-Vulgata. *bernaculo*: cùm tamen, suprà cap. 8. vbi vulgata: *Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum* Græca. *cubiculum*: Græce est καὶ ἐποίησεν σκηνὴν ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ οἴκου αὐτῆς. Vbi eadem vox σκηνή: quare Regia. Vatabl. cuncti *tabernaculum* vertunt: Regia: *Et fecit sibi tabernaculum in parte superiori domus suæ.* Vatablus: *In cœnaculo domus suæ tabernaculum sibi exstruxerat.* Ergo alloquendæ fœminæ gratiâ Principes in ædium fastigium ascenderunt. Discite viduæ, propinquum syderibus custodire pudorem, nec auri pondere in degeneres illecebras flecti, sepultámque sub viri cineribus formam vagis oculorum ictibus prostituere. Maiestatis infulas ad editum venerabilis aulæ culmen Iuditha trahit, iudicans decoris iniuriam, vel Principibus alloquendis pulchritudinis declinare honestatem.

In mea cogitatione persisto, quàm suprà c. 8. 4. vers. 9. protuli, cubiculum quod ibi dicitur erexisse Iudith, in quo, comitatu puellari cincta morabatur, non vsquequaque fuisse oratorium, sed aptè in sectiones diuisum victui, somno, lanificio & precibus. In quo Serario cunctísque Neotericis repugno. Liquet nam postquam è tabernaculo Principes abscesserunt, Iudith in oratorium perhibetur ingressa. Nisi velis, quòd *ingredi* non semper denotet in nouum spatium inducere gradum, sed in eodem loco altiùs procedere. Virgil. lib. 3. Georg.

Continuò pecoris generosi pullus in aruis Virgil.
Altius ingreditur.

Quin *ingredi*, se in conspectum dare præsignat. Paulus Amphit. 8. *Nihil te pudet, scelesta, populi* Plaut. *in conspectum ingredi.* Qua notione forsan quis delinietur, vt cogitet, in oratorio Iuditham cum Principibus texuisse sermonem: sed tamen ingressam fuisse perhiberi, iis abeuntibus, quoniam altiùs penitiúsque in cubiculi sacri penetrale se ingessit, seu Domini conspectum, precum exhibitione subiit deuota. Ast sincerior solidiórque se suggerit explicatus, tabernaculum, è quo abscessère Presbyteri ab oratorio, licèt non dissitum, dispar esse. Tectorum apud Palestinam ea spatiositas tendebatur, vt amplissimas posset in aulas dissecari, de quo iam alij dissetuère: sat sit Adrichomius in Ierusalem num. 42. Adrichom. Nec tamen oratorium hoc velim laxis finibus expansum, sed vt religiosam fœminam decebat, non ambitioso fastui, sed deuotionis censuræ celebrauens, qualia ex primitiua Ecclesia depingit Baronius tom. 1. ann. 218. *Non erant ingentes* Baron. *ædium moles, & vasta amplissimaque publicorum ædificiorum structura, sed adiculæ, seu oratoria parua.* Cerno, quòd cæteræ versiones absque nouo in oratorium ingressu, statim procumbentium in preces, pulsíque sordibus obuolutam Iuditham describunt. Vatablus ex Græco: *Tunc* Vatabl. *Iudith suam in faciem procubuit.* Accinit Com- Complut. plutensis & Regia. Regia.

Ingressa est oratorium suum. Obseruo verbum 5. *ingredi* non inscitâ emphasi gaudere, quippe quod, quantumuis, quò ingressa Iudith, non adiiceretur, oratorium ædiculámve sacram, in qua ad Deum fandi liberalior copia est, litteratis mentibus indicaret. Elegans nobis contigit locus apud Ioëlem 1. vers. 13. *Accingite vos &* Ioël. 1. 13 *plangite Sacerdotes, vlulate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei.* Quóne indicitur ingressus? Subsiluit, nec otiosè verba faceret, quippe qui de sacris sordibus, vlulatu orationis, ciliciníque vestibus agebat; cui exercitationi sacer circus templum est. Hieronymus Hieron. inibi: *Qui peccator est, cilicio accingatur, & plangat, ingrediatur Ecclesiam, & cubet, vel dormiat in sacco, vt præteritas delicias, per quas offenderat Deum, vitæ austeritate compenset.* En in Ioële quidquid Iuditha peregit, ingressus, cilicium, cubatio & clamor. Certè ingredi ad Dominum, qui stylus non infrequens in sacris, est per orationem ad ipsum accedere, vti ex Exod. 34. expendit

expendit Richardus de S. Vict. 4. de arca myſtica c. 22. Quin ingreſſa dicitur Iuditha, quæ Dominum precatura procubuit, vtpote cuius preces in Dominicæ pietatis viſcera traduxerunt. Ingredi in Domini conſpectum, exaudiri eſt: obſeruauit Gloſſa Pſalm. 87. v. 2. *Intret in conſpectu tuo oratio mea* Fœlix precatio, quæ in primo gradu ad impetrationis appulit portum. (Non patitur tarda molimina velox ſancti Spiritus auris) vixque procumbit deuota, quæ vota ſuſcipit; & dum precatura accedit, cum fœnore largitatis, antequam procedat, recedit. Iſai. 26. poſtquam dixerat Vates verſ. 1. *Saluator ponetur in ea murus & antemurale*, illicò adijcitur: *Aperite portas & ingrediatur gens iuſta; cuſtodiens veritatem.* Ocyor precibus adeſt ad iuuamen Saluator, iamque ſe protectionis exhibet murum, cùm primos greſſus homo precaturus intendit.

Pſal. 87. v. 2.

Iſai. 26. v. 1.

6. Sed vide rhetoris fœminæ diligentiam. *Quibus abſcondentibus ingreſſa eſt oratorium.* Fecundæ perorationis aculeo adegerat Preſbyteros, ceperat animos moroſos, nec bene de diuinæ opitulationis ſpe meritos: nec moram paſſa eſt, ſed è veſtigio orationem perorationi ſubnectit, vt ad cordis rediret ſecretum, quæ egreſſa erat ad publicum ſanctæ eruditionis officium. Optimè Gloſſa: *Poſtquam ad Preſbyteros loquuta eſt, oratorium ingreditur: quia ſolicitudo Sanctorum poſt prædicationis obſequium redit ad cordis ſui ſecretum, vt ibi expleat puræ aſcenſionis incenſum.* Ergo quæ adhuc perorauerat, iam orat, vt quæ Preſbyterorum perorando mollierat auditum, orando Dominum molliuiſſet. Prologus hiſt. ſanctæ Eugendi: *Magiſque pura ac ingi obſeruantiâ Dominum exorare, quàm vanâ periturâque facundiâ perorare.* Auitus homil. de rogat. *Prius orando animum, quam perorando molliuit auditum.* Nec fas eſt ſuſpicari, non antea Iuditham diuinis precibus incubuiſſe: imò, vt peroratio Preſbyteros placitâ ſubiugaret victoriâ, priùs Preſbyterorum causâ ad Dominum orauiſſe dignoſcitur. Bene Sidonius lib. 8. epiſt. 10. *Si mei causâ orare potius velis, quam perorare.*

Gloſſa.

S. Eugen.

Auitus.

Sidon.

7. Obſerua penitiùs nexum verborum: Vix Preſbyteri abſcedunt, cùm fœmina oratorium ſubintrat, ne à ſe progreſſa, cùm abeuntibus iter; ſed ſuperni Patris exemplum ſequuta, quæ per Verbi prolationem receſſiſſe à ſe videbatur, per orationis refluxum in ſe rediret. Deus Pater Verbum ſuum emittẽdo, digredi videtur in Verbum: ſed qui à ſe exire non præualet, per ſui contemplationis abundantiam idipſum retinet, quod emittit. Comptè Bernard. 1. de conſid. *A te incipiat tua conſideratio, non ſolùm autem; ſed in te finiatur. Tu primus tibi, tu vltimus. Sume exemplum de ſummo omnium Patre, Verbum ſuum & emittente & retinente. Verbum tuum conſideratio tua, quæ ſi procedit, non recedat; ſic progrediatur, vt non egrediatur, ſic exeat, vt non deſerat.* Nonne recæpit exemplum, quæ diſertam orationem, qua Preſbyterorum corda præmulſit, illico reſumpſit in Deum: Sic egreſſa eſt, vt non progreſſa: imò ſtatim perhibetur ingreſſa: *Ingreſſa eſt oratorium.*

Bernard.

8. *Ingreſſa eſt oratorium ſuum.* Non vacant acumine orata hæc exercitamenta Iudithæ. Iam pulchrum facinus verſabat in pectore: iam Holofernis iugulum in caſto cordis cubili feriebat. Ergo pia calliditate, vt inimicam pudoris ſuſpicionem auerteret, futuro ambitioſioris cultus apparatui, & per illicem venuſtatis aucupio prudentem præparat cautionem; quaſi per opera, quæ præuiè exercet, coram cœlitibus publicaret, quæcumque peragerent, etſi cutem, vultúmque illecebræ ſcortationis exprimerent, neutiquam ex animo impudico fluxura, ſed ex patriæ libertatis amico, diuiníque honoris vindice. Ergo in ipſo ſtupendi facinoris limine, vt affatim mentem declararet, appoſitè in contrarias ſe profundit actiones, quæ prauam erga futura opinionem expient, nitidámque conſeruent. Expende ſingula. Ingreſſura erat ad Holofernem infrà cap. 10. verſ. 17. *Cúmque intraſſet ante faciem eius*, cap. 12. verſ. 1. *Tunc iuſſit eam introire, vbi repoſiti erant theſauri eius*: verſ. 12. *Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum.* v. 15. *Et ſurrexit, & ornauit ſe veſtimento ſuo, & ingreſſa ſtetit ante faciem eius.* Et quidem ingredi tem ſolet præſignare inhoneſtam. Gen. 16. & 30. En igitur ſe ab inquinamenti ſuſpicione fœmina diluit, aduerſa peragens tribus illis, *ſurrexit, ornauit ſe, & ingreſſa ſtetit*, ſiquidem nunc *ingreſſa eſt oratorium, induit ſe cilicio, proſternénſque ſe Domino clamauit.* Quin Holofernis conſpectum ſubitura, in faciem ſe parabat proſternere infrà cap. 10. verſ. 20. *Et cum in faciem eius intendiſſet, adorauit eum proſternens ſe ſuper terram.* Nunc ſe Domino proſternit, vt corporis flexum Tyranno exhibendum hac pia proſternatione repurget, caſtamque membrorum compagem Domino procumbens tradat, quàm ad proſternationis coram Barbaro religionem, quaſi commodato, precarióque iterum reſumat à Domino. Saccum induit, qui deformi corpus ſqualore funeſtet, quoniam iucunditatis ſuæ veſtimenta parabat induere. Puluere caput inſpergit, principémque corporis portionem cinere deuenuſtat (quaſi cupiens cæterum corpus in puluere immergere, eam pro toto corpore partem elegit, ne nuda ſubiret pudorem) quoniam miro optimo, oleoque fragrante erat illitura cutem, oſculaturáque puluerem, quem Perſarum veſtigia infamabant, iuxta illud Martial. *Victorum ſola baſiate Regum.*

Gen. 16. 2. 4. & 30. 39.

Martial.

9. Itaque ſedula religione, ſcrupuloſáque lance librat, quæ peractura erat: vt iniquam coniecturam emaculet, amuſſim ſacri cultus officia rependit, &, velut ſi iam egiſſet iniquè, quæ tamen ex probo animo dimanabant, præuiis pœnitentiæ exercitamentis abſtergit. Pulcherrimè M. Gregorius in homil. ſic de Magdalena fatur: *Oculis terrena concupierat; ſed hos iam per pœnitentiam conterens flebat. Capillos ad compoſitionem vultus exhibuerat; ſed iam capillis lacrymas tergebat. Ore ſuperba dixerat; ſed pedes Domini oſculans, hoc in Redemptoris ſui veſtigia figebat. Quot ergo in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta.* Non vſquequaque comparatio fluit. Magdalena membra iniquitati produxit, Iuditha virtuti: hæc è pudoris redimiculo nec vnum crinem abire permiſit, illa venuſtatis proſtituit honorem; ſed quæ altera per ſubſequens pœnitentiæ expiauit lauacrum, hæc præproperà ante lapſum deuotione præſumpſit; & quæ commiſit altera, ne illa committere videretur, præuiis pœnitentiæ inſtrumentis abſoluit. O quale malum proſtitutio pudoris, vendita pulchritudinis forma, publicatæ venuſtatis libido! Vel ſola inhoneſti habitus præparatio; aſſumptáque ob Dei honorem aliqualis luxus imago præceleri diligentiâ a fœmina ſancta detergitur.

Gregor. M.

10. *Et induens se cilicio.* Quomodo se nunc cilicio induit, quæ iugiter cilicio membra terebat, suprà cap.8. vers.6. *Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ:* vbi obserua ly *omnibus diebus vitæ suæ*, non solùm cum ieiunio, sed & cum cilicio nectendum. Hugo. Hugo exponit: *Deposuerat illud, quousque loquuta fuisset cum Sacerdotibus & Ozia, ne illi viderent, & postea reinduit.* Obfirmarem hunc explicatum Biblia Sixti. ex versione Sixtiana: *Et mutauerat, quem induerat, saccum.* Sed minimè assentiendum, quoniam cilicium, quod continua maceratione fœminam perurgebat, non extimum vestimentum fuit, aspectum non carnem feriens, sed intimè carni affixum: quod dilucidè innuitur, siquidem super lumbos perhibetur attextum. Ergo non vnum alteri obsistit. Pungebat corpus interior siue zona pellicea, siue iunceum segmentum, siue acuminata catenula, quæ sunt pœnitentibus ingenia dolorum; sed indidem saccum assumpsit ad orationis instantiam, quæ nullum exomologesis, publicæque deformitatis, etsi in secreto cubiculo, instrumentum dimisit. Et quidem hæc passim nectuntur, cùm oratio feruida, vehemensque ad Deum eius leniendà causâ deprecatio componitur, saccus, puluis, prostratio: qui ritus obuius est, nec eget calamo; vide nos suprà dicto cap.8. vers.4. vers.14. sat sit obuius Tertull. Tertullianus de pœnitent. cap.9 *De ipso quoque habitu atque victu mandat sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mæroribus deiicere.*

11. Certè, licèt cilicium & saccus promiscuè efferantur, tamen, cùm cinis & prostratio subiungitur, vix puto saccum pro interioris straminis vellicatione accipiendum, sed de sordido tegumento, humilitando homini idoneo, quod hircorum, camelorúmve pili, vel alia rudi, pallidaque materia compingit. Profectò Hispanè aliud significare intendimus sacco, aliud cilicio; illud vestimentum est exterius, hoc sub interula & indusio, non tegumento, sed dolori subseruit. Quin commune Monachis est sub sacco appressum carnibus gestare cilicium. Nec aberrabit, qui vtrumque accommodet Ioanni Matth.3. Matth.3.4. *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam super lumbos suos.* Licet verum sit, quòd saccus ipse soleat aliquando non solùm tegmini, sed & stimulo subseruire, Paulin. Paulinus de celso:

Si modo legerem grauis hirto tegmine saccus
Caprigenum setis dum teget & stimulet.

Attamen quamplurimùm saccus vestis exterior est, & indui dicitur: Euthym. Euthymius in Psalm.30. *Sacco indui solebant, si quando in maximam & inconsolabilem calamitatem inciderent: & cessante demum calamitate, consolati saccum scindebant, & lætitiæ vestibus induebantur.* Nec interest, quòd hic non dicitur Iudith induisse saccum, sed cilicium. Tum, quia Græcè σάκκος profertur: tum vel maximè; quia cilicium quid commune est ad vtrumque, pluresque adsignificat saccum, qui corpus tegat. Cassiod. Cassiodorus Psalm.34. *Cilicium est ex hircis, asperum setigerúmque tegumentum.* Quare in cilicio cubare, solemne Patribus fuisse profertur. Hilar. Arelat. Hilarius Arelat. in vit. S.Honorati: *Quis libentius hospitii stratum cilicij, & ceruical illud consueti lapidis offerret?* Attamen communiori notione cilicium aculeatam, pungentémque interiorem telam præsignat. Surius. Surius de S.Ragunda Regina 13 Augusti. *Cilicium quod sancta illa Regina ad corpus per totam quadragesimam subter vestem regiam, dulcem portabat in sarcinam.*

12. Vrget aduersus verba, quæ expendimus, versio Græca καὶ ἐγύμνωσεν ὃ ἐνεδεδύκει σάκκον: *Et nudauit, quo induebatur, cilicium.* Serar. Serarius putat idem in vtraque exprimi lectione, nisi quòd Græcus explicatiùs declaret cilicium, quod opertum vestibus erat, & sub viduali habitu tectum, detractis vestibus apparuisse nudum. Censionem hanc plura confutant, tum proprietas verbi ἐγύμνωσεν. Quoniam γυμνόω *nudare est & exuere* à se vestem depellendo, non verò vestem ipsam demonstrare, vt ex Henrico Stephano liquet: Henr. Steph. Tum vel maximè, quòd, cùm Iuditha squalorem, schemáque funestum in hilarem vestem commutare pararet infra cap.10. vers.2. graphicè ordo ipse depingitur, quo à se depulit indumenta, nouáque ex iucunditatis repositorio substituit. En igitur ordo: *Abstulit à se cilicium, & exuit se indumentis viduitatis suæ.* Eadem series describitur apud Græcum, quem Vatablus exponit: Vatabl. *Ibi detracto, quo induebatur, cilicio, vestibúsque viduitatis suæ depositis.* Ergo luculenter deprimitur; cilicium seu saccum, quem nouiter induisse Iudith dicitur, non appressum intrinsecus fuisse, vestiumque detractione conspectui nudatum, siquidem idipsum posteà priùs exutum fuit, dein cætera indumenta deposita, quæ subtus inerant. Denique ferendum non est, honestam, decorisque studiosam fœminam sic se totam propriis oculis exhibuisse nudatam, vt cætero tegmine derelicto, tantùm iuxta lumbos accinctum appareret cilicium; cùm certum sit fœminas Hebræas non vno simplici indumento contectas, sed ad minus triplici tunica amictas. Eas indusium, pallium & tunicam gestare solitas probat eruditè Sherlogus tom.3. in Sherlog. Cant. vestig.32. num.18. Pudórne patietur, subuculam exuisse Iudith, vt interius cilicium in Domini conspectu patesceret? Ego quidem vix suspicor, adhuc assumpto iucunditatis palliolo, hilarique stola, interius ciliciolum, quo secretis acuminibus pungebatur, non carni applicitum gestauisse Iudith in Assyrium cubile, vbi cum illecebroso hoste signa erant conserenda pudoris. Tantùm itaque saccum exuit, quem Dominum deprecatura nunc induit, vt dilucidè eruitur ex præfato ordine, quem in detrahendis vestibus seruauisse præscribitur in Latino pariter & Græco.

13. Ex quo iam incipit elucere, nullam esse in vtraque lectione discordiam, cùm ex ipsa Græca Græco lectione infra c.10. vers.3. constet detraxisse Iudith cilicium, quo induebatur, & quæ subtus erant, viduitatis deposuisse indumenta. Verba Græca sunt καὶ περιείλατο τὸν σάκκον, ὃν ἐνεδιδύσκετο, καὶ ἐξεδύσατο τὰ ἱμάτια τῆς χηρεύσεως αὐτῆς: quod solet verti: *Et euoluit cilicium seu saccum, quo induta erat, & exuit se vestimentis viduitatis suæ.* Ergo fatendum est, saccum, quem ante cætera vestimenta euoluit seu nudauit, cùm iucundo parabatur ornatui, non anteà deposuisse, sed posuisse potiùs, cùm in oratorium ingressa. Aduersatúrne sibi Græca versio? Id solidè affari indecens est. Dicam, quod coniecto. Dissimile verbum apposuit, hîc nempe ἐγύμνωσεν ac infrà cap.10. scilicet περιείλατο: nam illud *nudare* significat, hoc *à se euoluere seu deponere.* Studiosè dictiones, ne sibi aduersaretur, delegit. *Nudare,* vt

…at. vt placuit, licèt alio explicatu, Secario, depro-
mere & oſtendere non incomptè ſignificat. Nu-
Liuius. dare ſcelus, patefacere eſt apud Liu. 5 bel. Ma-
Virgil. ced. *Terga fuga nudant*, cecinit Virgilius 5 Æneid.
Itaque hæc eſt Græcæ verſionis ſententia hic:
Nudauit, quod induebatur, cilicium: id eſt, non
interiori cilicio contenta fuit, quod ſubuculæ
ſubiacebat; ſed quod nunc induebatur, voluit
ſuper cætera veſtimenta iactari, nudéque ab
oculis ſuis proſpici, vt humilitatem ſqualor
acueret, & nedum manus, ſed & lumina aſperi-
S. Bacchiar. tas pupugiſſet: quod dixit S. Bacchiarius epiſt.
de recipiendis lapſis *Cilicium pro tegmine habere
conſueſcat, vt cum attactu eius atque aſperitate
compungeris, ſemper peccatorum ſtimulos recorde-
ris.* Vnde, ne amphibologia impenderet, non
eodem verbo infra cap. 10. vſus eſt Græcus,
ſed alio, quod euoluere, depelleréque ſigni-
ficat.

14. *Poſuit cinerem ſuper caput ſuum.* De huius ri-
tus cauſis pluribus egimus ſupra cap. 4. verſ. 16.
Liber ſubſcribere, plurima incitamenta adegiſſe
Iuditham, vt puluere caput, ſacco membra, eli-
ſione ad terram corpus percuteret. Et quidem in
Aſſyrij ſuperbiam orationis iaculum collimabat,
infrà verſ. 11. *Cadat virtus eorum in iracundia tua*:
& verſ. 12. *Fac Domine, vt gladio proprio eius ſu-
perbia amputetur.* Ergo exomologeſim eligit ſa-
cra fœmina, eiúſque apparatum inſtituit, quæ
Tertull. vt Tertull. de pœnit. c 9. dicebat: *Proſternendi &
humilificandi hominis diſciplina eſt, conuerſatio-
nem iniungens miſericordiæ illicem* Puluis ſordidæ
vtilitatis eſt ſignum & imago detriti ſupercilij.
Berchor. Aptè Berchorius: *Nihil eſt in humana reputatione.
Remanet ex corporum diſſolutione. Rapitur ex ven-
torum colliſione. Maculat ex contactus coniunctione.*
Hinc faſtigiato ſuperbiæ ſolio contraponitur
Iſai 47. 1. puluis. Iſai. 47. *Sede in puluere virgo filia Babylo-
Suidas. nis, non eſt ſolium vltrà tibi.* Saccus hominem
vilem, & abiectum ſignificat. Suidas Ἁπλοῦν
θύλακον πατεῖ, *ſimplicem ſaccum calcat*: id eſt,
hominem, quem vtilitas propudioſa deturpat.
Aptè igitur humilitatis pignora ſuſcipit pro Su-
perbi interitu precatura. Orationis commenda-
Tertull. tio humilitas eſt. Tertullian. de orat. cap. 13.
*Cum modeſtia & humilitate adorantes magis com-
mendamus Deo preces noſtras.* Terram fronte con-
cutere, non niſi humilitatis, ergo amicus ora-
Auguſt. tionis ritus fuit. S. Auguſt. hom. 40. *Scio quotidie
venire hominem, genua figere; fronte terram concu-
tere, aliquando vultum ſuum lachrymis rigare,
& in iſta tanta humilitate dicit: Domine vindica
me.* Definó, quod hæc ſupplicandi forma etiam
Claudian. exoticis & profanis inſedit. Claudian.

Votiſque vacas, & ſupplice crine
Verris humum.

Saccum & puluerem iunxit in ſupplicatione
Menand. Menander apud Porphyr. *Dein ſacco induti & in
via cœno volutantes Dea ſupplicabant.*

15. Vlterius in Holofernis conſpectu in pulue-
rem procubitura Iuditha, adorationis erat
poſteà exhibitura tributum: ideò nunc præoc-
cupat puluerem, Deóque ſuo litat, ne Perſa ſibi
vendicare putauerit, quod iam Dei eſt. Nec vi-
get, non puluerem, ſed cinerem capiti infudiſſe
Iudith: quoniam abſque diſcrimine ſupplican-
tium capita, lugentiúmque obnubebant, ſeu
cœno, vt vidimus, ex Menandro, ſeu ſabulò, vt
liquet in vita Pauli primi Eremitæ cap. 11. ſeu
Ouid. humo, Ouidius lib. 8. Metam 4. ſeu cinere, quem,
niſi fallor, puluerem calidum nuncupauit Ho- Homer.
merus Iliad. Σ.

Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν
Χεύατο κὰκ κεφαλῆς.
*Ambabus autem manibus capiens puluerem
calidum.*
Fudit ſuper caput.

Quin promiſcua vox eſt, & cinis ipſe dicitur
puluis. Certè apud Homer. Vlyſſes rogaturus Homer.
Alcinoum in cineres procumbebat admotus fo-
co, & tamen ſic orat:

O Rex Alcinoe, en tibi ſtratus ſupplicat hoſpes.
Non decet, vt lapſus iaceat, ſub puluere denſo,
Procumbens adeò.

Denique non incuriosè cogitabis, ſibi fœminam
puluerem inſperſiſſe, quæ poſteà oleo delibuta
membra curauit; quippe quæ ad luctam para-
batur Et Lucanus protulit, ſe ſe pugiles pulue- Lucan.
re conſpergere ſolitos ad fortitudinem corpori-
bus conciliandam.

Auxilium membris calidas infundit arenas.

Super oleo tincta membra puluerem infundere,
gymnaſtici moris fuiſſe ſcribit Plutarchus in li-
bell. de primo frigido. Audi Mercurialem lib. 1. Mercurial.
de arte gymnaſt. pag. mihi 33. *Ego cum Luciano
exiſtimo potiſſimum vſum pulueris extitiſſe, ne oleo
manus laberentur, ſed faciliùs exercitatores ſe ſe
comprehendere valerent, néve diffluerent, aut venti
corpora aperta ingrederentur.* Addo adſtipulantem
præfatæ rationi Plutarchum in Sympoſiaco lib. 4.
*Et luctantium quidem complexus, atque tractiones
puluerem deſiderant.*

Et proſternens ſe Domino. Aptè ly *Domino* adie- 16.
ctum, ne procubitus iſte alterius rationis, quàm
orationis & humilitatis causâ videretur. Sunt,
qui putent, genua tantùm inflexiſſe Iudith, ne
Hebraïcum ſupplicandi morem tranſgrederetur.
Id ſuſpicari. Textum commaculat, cum apertè
proſtratio deſcribatur. Adſonus quidem ritus
iſte & Hebræis & Gentibus. Iſai. 49. *Vultu in* Iſai 49. 23.
*terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum
tuorum lingent.* Thren. 3. *Ponet in puluere os ſuum*: Thren. 3. 29.
& ibi Chaldæus: *Dabit in puluere os ſuum, &* Chald.
proſternetur coram Domino ſuo, ſi fortè ſit ſpes.
Conſule Rom. lib. 4. ſingul. cap. 2. & 3. Hinc 3. Roam.
Reg. 19. *Elias autem aſcendit in verticem Carmeli,* 3. Reg 18. 42.
*& pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua
ſua.* Id moris in Eccleſia obſeruatum innuit Eu- Euſeb.
ſebius apud Agelium in Pſalm. 21. *Genibus incli-
natis, ac fronte in terram poſita, hoc modo ſolent
adorare.* Apud Nouarinum lib. 3. Schediaſm. c. 7. Nouarin.
qui ſint Pſalmi proſtrales, exponitur ex quodam
Onomaſtico. *Proſternales pſalmi, ſiue proſtrales,
ſiue etiam proſtrati pſalmi poſt veſperas & aliquan-
do ante collectas horarum in quadrageſima diceban-
tur, ad quos ſeniores, genibus flexis, ſtallis ſeu formis
ſuis, quodammodo procumbentes innitebantur: iuue-
nes verò & pueri omnino proſtrati in pauimento
chori è regione ſtallorum, ſiue ſedilium ſuorum ia-
cebant.* Scio, quòd etiam erecti Hebræi orarent:
forma depingitur apud Oleaſtrum in Iſai cap. 38. Oleaſt.
verſ. 2. *In libro præceptorum docent Rabbini oran-
dum eſſe, demiſſis ad terram oculis, compoſitis pe-
dibus, manibus ſuper cor locatis, in timore & tre-
more.* Aduocatem huic mori illud Iſai. 52. *Excu-* Iſai. 52. 2.
tere de puluere, conſurge, ſede Ieruſalem: ac ſi di-
ceret: Exaudita eſt oratio tua, non iam humum
capite verras: erige greſſus, ne in puluere fu-
neſtum mediteris interitum; reſurrectio vitalis
elucet. Obſerua ly *conſurge*, & adiice Iuſtinum Iuſtin. Mart.

Martyr. in quæstion. *Quod verò die Dominico μὴ κλίνειν γόνυ, genua non flectimus, signum est,& designatio resurrectionis.*

17. Ergo aptè Iudith, quæ puluere verticem sordidauerat, corpus voluit in humo, puluerémque puluери nectit, ne aliquid funestæ mortis memoriæ deficeret, sed ante plastem suum, luteum carnis plasma deiiceret. Libens huic formulæ adnderet Theodulphus Episcop. qui in Theodulph. epist.ad Presbyt inquit. *Ipse autem orandi modus talis esse debet, vt dicat quisque tribus vicibus: Qui plasmasti me, miserere mei.* En limpida fœmina cum venustate contendens, nec multum de annorum flore detonsa, omnigeno squalore fœdatur; iacet in sordibus accincta sacco: an vt diuinam clementiam accuset, quæ deiectos non eleuat Bethulienses? Profectò accusatores olim squalidi, concreti & sordidati apparebant, impexi sistebant in tribunali, vt reis inuidiam facerent. Quintil. Quintil. declamat.283. *Quis est iste, fili, habitus? quæ sordes? quid mihi hanc inuidiam facis?* Sidon. Sidonius lib.1.epist.7. *Cùm accusatores semipullati atque concreti nuntios à decem viris operirentur, & ab industria squalidi praripuissent reo debitam miserationem sub inuidia sordidatorum* Sabar. Vide ibi notam Sabaronis. Imò sacra fœmina non Numini inuidiam excitare contendit, sed ad eius honorem arma capessit: potiùs his sordibus Holoferni excitat inuidiam, Assyriósque coram Domino accusat, qui sordidare, polluerèque sancta præsumunt. Prosunt aptissimè, quæ orans subdit infrà vers. 11. *Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui.* Equidem simile schema in Iuditha ac Iobo conspicies, qui procumbens humi adorauit; de quo tamen vestimenta sua scindente, vt accusatoris repellat suspicionem, sic fatur S. Zeno serm. de S.Zeno. Iob: *Quo nuntio accepto, Dei seruus scidit vestimenta sua, non vt Deo inuidiam faceret, sed vt expeditius cum hoste pugnaret.*

18. *Clamabat ad Dominum dicens.* Non satis conuenit clamor iste cum exili, tremulóque murmure, quale solet prostratus quisque, humique deiectus inter silentes preces balbutire. Pulcher Isai.29.4. locus est Isai. 29. *Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum; & eris quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.* Submissa, deiectáque vox, & quasi in gutturis saxo collisa, eorum solet esse, qui victi & prostrati terram lingunt, nec in plenos gemitus, constantémque articulorum nexum erumpere possunt; sed plerúmque sonitus exilis submurmurat, qualis pythonum, vmbrarúmque, siue Manium, gracilis vox vix exauditur, vt expendit ibi Hieronymus. Hieron. Quare ergo masculum pectus in venusta delicataque fœmina insidet, quòd etiam ore puluери appresso, & præ humilitate de terra loquente, sic reboët & clamet, nullo obstrepente gemitu, nec murmure susurrante? Certe sic agebat non victa, sed vt vinceret; non inhonore prostrata, sed prosternendi inimicum artes coram Domino ediscens. Sancta humilitas superbiam detriumphat, habet animos, & adhuc in contuso fœminæ pectore voces cogit resonare victoriæ.

19. Censeo, quòd clamasse dicitur Iudith, vt illicò a Domino exaudita credatur: quem stylum in sacris obseruare liceat. Quoties Deus se exaudisse pronuntiat, clamorem hominis præcessisse fatetur: quasi causa voces edat, quæ vsque ad diuinas aures inclinandas attingunt. Gen.4. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.* 2. Reg 22. *Clamor meus venit ad aures eius.* Exod. 22. *Ego audiam clamorem eorum.* Gen.4.10. 2.Reg.22.7. Exod.22.23. Humilitas Iudithæ vociferatrix est, nec officiis indiget linguæ; per spatiosa pectoris silentia impetraturæ personant preces. Clamor hic fiducia fuit rogantis, vt iam in orationis limine diuinam exauditionem sortita putetur. Quem sensum elicio in Glossa, cui Glossa. accinit Hugo: *Clamauit per humilitatis affectum* Hugo. *sperans exaudiri.* Quòd clamor ad Deum in extremo Patriæ periculo fuerit apud prophanas matronas vsitatus, indicat illud Mar.11. Æneid.

Succedunt matres, & templum thure vaporant, Virgil.
Et mæstas alto fundunt de limine voces.

Polybius lib.3. *Hic est enim fœminarum mos, cum* Polyb. *Patriam extremum periculum inuasit.*

Vers. 2. Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem.

Vers. 3. Et dedisti mulieres illorum in prædam, & filias eorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: subueni, quæso te Domine, Deus meus mihi viduæ.

Domine Deus patris mei Simeon. Et maiestate, & beneuolentiæ illice, orationis seriem auspicatur. 10. Nihil Rhetoricæ antiquius, quàm ab antiquitate generis texere exordium. Tertull. lib. de pallio sic orsus: *Principes semper Africa, viri* Tertull. *Carthaginenses, vetustate nobiles, nouitate fœlices.* Ergo proportione accommoda præconatur in orationis vestibulo & Dei antiquum insigne, & sui proprij generis illustrem fœmina vetustatem, vnáque fibula illigauit vtrumque. *Domine Deus.* En nomen Domini venit de longinquo. An antea Deus nuncupatus est, *Dominus Deus,* nisi de septimo, quando orbe decornato, vniuersitatisque opificio perstructo, ad pangendum hominem se deduxit; quippe qui creaturæ rationalis artifex *Dominus* appellari valuisset, Genes. 2. *Formauit Dominus Deus hominem de limo* Gen.2.7. *terra.* Tertullianus aduers. Hermog. cap. 3. *Vbi* Tertull. *vniuersa perfecit, ipsumque vel maximè hominem, qui propriè Dominum intellecturus erat, Dominus etiam cognominatur. Et accepit Deus Dominus hominem, quem finxit.* Sed senior vox ista est, ô Afer. Audi ex cap 2. *Non enim pluerat Dominus Deus:* Gen.2. &, *Plantauit Dominus Deus.* Verùm & hæc hominis causâ. Cur antea clarum Domini subsileret vocabulum, nec nisi orbe exædificato personat? Caietanus inibi: *Hic primùm nomen Dei* Caiet. *sacrosanctum, admirabile & ineffabile scribitur, videlicet Iehoua. Docuit autem nos Moyses duo Dei nomina, primò Deum, quem colamus fide, spe & charitate; Dominum quoque, cuius mandata obseruemus, & maiestatis suæ potentiam, & iustitiam reuereamur.* En quam idonee Iudith, dum Dominum Deum nuncupauit, adiecit *patris mei Simeon,* vt Domini Dei nomenclatio, erga hominem dicta intelligatur.

Patris

21. *Patris mei Simeon.* Cur, si non ex Simeonia, sed ex Rubenica tribu processit? Pluribus suprà nodum hunc plicuimus, pariter & explicuimus cap. 8. vers. 1. vbi ex Rubenis stirpe Iudithæ probauimus ortum: nec interesse monstrauimus, quòd hic patrem suum nuncupauerit Simeonem: non generis, sed generosi stemmatis vox *Pater* est fontibus tribuum communis, & inter stirpium fundatores celebris. Gratulamur Hugoni, quem nunc notamus nostro placito adstipulantem. *Dicitur hic, patris mei, non quia de illo descenderit, sed quia Simeon Patriarcha fuit, & Patriarchas consueuimus appellare Patres.* Audi nunc Luitperandum in aduersar. attentem. *In ordine S. Benedicti idem est Pater & Abbas: & sub hoc immediatus, vel sub Priore, Rector, & Præpositus.* Igitur, vt auditorem Deum beneuolis sibi captaret præconiis, à diuinis laudibus inchoauit, séque iam diu ad sacri generis nobilitatem, Israëliticique stématis purpuram pertinere pronuntiat, quæ vniuersum genus Iacob, quamuis inter tribus dissectum, adtribuit sibi, quasi cùm ab alterius Principis tribu, ad propriæ claritudinis fastigium, descendisse proclamat, patrem suum nuncupans, à quo per directum generis calliculum non descendit: Hoc scholium obtinet Ambrosius, qui lib. 1. de instit. Virg. c. 2. inquit: *Quàm bona oratio cùm misericordia! Bona oratio, quæ ordinem seruat, vt primò à diuinis inchoemus. Si enim cum apud hominem agimus, beneuolum volumus iudicem facere; quanto magis, cum Dominum nostrum precamur.*

Hugo. Luitprand. Ambr.

22. *Qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum.* Res tota priùs enodanda est, dein dictionum eruendus nucleus. Lis est non modica in huius sententiæ soliditate firmanda. De Sichemitarum cæde à Simeone & Leui patrata, notissimum assumit exemplum, quàm diuino rogat brachio & imperio, cùm tamen strages illa, vt scelesta & procax nimis, sanctum Iacobi animum pupugisset, qui eam de iniquitate mulctauit. Gen. 34. vers. 30. exosus fratrum in sanguineis pugionibus atrocem ausum: *Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius.* Nec in patris pectore sæuum vulnus callum obduxit, qui adhuc in mortis vestibulo dirè vtrique fratri imprecatus est. Gen. 49. vers. 5. *Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia, in consilium illorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non sit gloria mea. Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum.* Non libet, nec parco haustu, libare, quæ sparsim auctores concinnarunt, ne paginam oneremus. Sunt, qui ab omni scelere fratres excusent, vt à Iuditha præconium illis absque vlla diffidentia conferretur. Sunt, qui nouem scelera eis incutiant, nimiúmque in exponenda Iuditha fatigentur. Communior fermè conciliatio est, quòd Simeonis & Leui in Sichemitarum occisione probus fuit zelus, improbus modus; cælestis impulsus: sed à nimium atroci manu vitiatus. Quòd probum, Deo rogat Iudith, viriléque fratrum animos commendat; qui, licèt in progressu à semita aberrarent censuræ, opus ob Dei honorem, licet aberrando, aggressi sunt: sic Serarius hic quæst. 1. Sanctius hic, Cornelius in cap. 34. Genes. ibi Caietanus, Pererius & alij. Est quid huic explanationi, quæ verissima est, addere liceat, vt abunde veritas innotescat.

Gen. 34. 30. Gen. 49. 5. Serar. Sanct. Cornel. Caiet. Perer.

23. Profectò nimis rhetoricè ea exempla assumit Iudith, quæ similitudinem aliquam cùm suis ausibus habeant, & quorum delineamenta aliquantulâ imitatione transcribat. Parat pio dolo, astúque salutari impurum circumuenire Holofernem, vetustatis arte decipere libidinis amatorem, ceruicem eius gladio confodere, & innumeros exercitus vna imbellis fœmina debellare, non alio fine, quàm patriæ libertatis, Dei honoris, legitimæque vindictæ. Hæc tria, zelus nempe Dei, occisio impudici, salacisve Principis, & modicis brachiis strages plurima perpetrata, nullibi clariùs quàm in Sichimitarum cæde refulsit. Ardor vindictæ ab igne diuino in Simeonis & Leui pectora excussus fuit; & licèt nimiùm scintilla immodestè pergrassata est, tamen à cælesti pyra descendit. Id suaderi facilè est ex iis, quæ subdo.

24. Sichem innuptæ Dinæ florem iniuriosè libauit: stuprum audière fratres. *Quid inde?* Genes. 34. *Audito quod acciderat, irati sunt valdè, eò quòd fœdam rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset.* En æstuauit ira non aliò quàm diuini zeli feruore: piaculi turpitudo viscera accendit; &, quod non licuisset, animos excitauit. Chrysost. ibi: *Vidisti filiorum continentiam, quomodò turpitudinem maximam hoc factum reputabant.* Vis probem à diuinæ iniuriæ vlciscendæ aculeo motos? Expende illud: *Eò quod fœdam rem operatus esset in Israel.* Tunc temporis nondum Iacob à Deo *Israelis* nomen acceperat; cur sic inauditum nomen præsumitur? Ne ira, vindictæque desiderium ob solius hominis iniuriam videretur arsisse, Iacob, *Israel* vocatur, id est, *Dei portio*, siue *Videns Deum*, vtpotè cuius iniuria Deum Dominum pupugisset. Subtiliter Caietan. *Exagerat iniuriam Moyses, interpretando iniuriam factam contra Deum, pro quanto erat facta contra hominem denominatum à dominio Dei, perinde ac si dictum fuisset: quoniam iniuriam fecit in dominium Dei, violando filiam Iacob. Et quamuis adhuc non esset nomen Israel impositum Iacob, quia tamen inchoata erat huiusmodi nuncupatio ex verbis Angeli, ideò Moyses inter expressam denominationem & insinuationem Angelicam vsus est hoc nomine.* Vlteriùs sedula cura Historiographus facit aduertir, quoties fratrum commouerat in Sichimitas supplicium, id ob vlciscendam iniuriam stupri patrauisse. Gen. 34. 13. *Responderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprum sororis:* quasi sæuitiæ huius ratio non parum sermonis calliditatem excuset. vers. 27. *Irruerunt super occisos, & depopulati sunt vrbem in vltionem stupri.* Illos conuitiante Iacob, dixère vers. 31. *Numquid vt scorto abuti debuêre sorore nostra?* Vbique turpitudinis vltio protenditur, & aduersus Deum iniquitas castigata. Ergo animus, vigor & manus de cælesti zelo armabatur, etsi à debita censura nimiùm exorbitasse dignoscitur. Benè Lippomanus Genes. 34. *Dinæ vterini fratres iam viri facti, infamiam, exemplum, periculum, seruitutem & libidinem cogitantes, de Domino confidentes, pro sororis iniuria vindicanda, zelo honestatis & ad exemplum posteris ipsi animosi & fortes, armati, supra procumbentes & incautos irruerunt, permittente illud Deo, non tamen probante, excesserunt enim modum.* Iam constat zelus.

Gen. 34. 7. Chrysost. Caiet. Gen. 34. 13. Lippom.

25. Secundum, nempe salacitas & libido Principis Sichem, nulla industriâ calami eget. Venu-

ftam, illibatámque puellam propudiato maculauit amplexu, & post florem, carpendi etiam fructus cupidine feruens, non solùm inhonorum vulnus circumcisionis libenter accepit, sed & hac pœnâ omnem populum plectere non est veritus. Vt tantùm crederetur iuuenis amantis prodigium, sat fuit Moysi dixisse: *Amabat enim puellam valde:* & ibi Chrysostomus: *Hoc est, totum se in puella amorem effuderat.* Amor hic libido fuit, quæ vni eidémque membro, vt voluptatem illecebræ redonaret, cruenti vulneris dolorem incussit. Nulla de circumcisione religio, sed misera fuit pro venali voluptate merces. Nihil de veneris amico potuit concipi exaggeratius. Secari patitur partem, quam veneris mancipauit officiis, satiùs ducens sectam concupitâ voluptate potiri, quàm integram abstinere. Aptè Glossa Græca Genes. 34. *Circumcisio nihil illis profuit, nec enim ob pietatem ad Deum circumcisi sunt, sed Principes quidem ob voluptatem, subiecti verò propter Principis timorem.*

Gen 34.19 Chrysost. Gloss.

26. Denique quòd tam mira populi strages miro Dei accedisset permissionis appulsu, nec nisi de cælestibus duorum fratrum armatæ manus in tot potuerunt corpora gladiis ferientibus pergrassari, absque vllo negotio quisque cognoscet, qui intentè, ea verba perlegerit Genes. 34. *Arreptis duo filij Iacob Simeon & Leui gladiis, ingressi sunt vrbem confidentes, interfectisque omnibus masculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt.* Qui duo iuuenes, etsi ferrea dextrâ, æneisque lacertis innumeros interimerent viros, nisi cælitus audaces, cælitus fortitudine firmarentur? Nec dicendum est, à cæteris fratribus, cuneisque seruorum adiutos, cùm luculentâ diuisione textus refragetur, cùm adiicit; *Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filij Iacob, & depopulati sunt vrbem.*

Gen.34.25. Gen.34.27.

27. En tria, quæ spopondimus, in hoc facinore illuxere: quæ si vera sunt, impertinens est, peccauerint, necne, fratres, discutere, cùm hæc sola Iudithæ intentioni sufficiant; quæ pulcherrimè ex hoc paradigmate ad Dei promerendam opitulationem sic arguit: Quoniam Simeonem zelus tuus arripuit, vt libidinis turpem interimeret amatorem, & pro castitatis pugnaret honore gladius ille, quo exarsit, tuæ fortitudinis acie præualuit; nec enim duo pugiones mille viros interficerent, nisi in tuæ permissionis pumice extersi: & tamen ille, vtpote in excursu vindictæ, iracundiæ furore, fæcundaque doli calliditate peccauit. Quantò magis ego possum de tua opitulante dextra præsumere, quæ zelo tuo vsta aduersus castitatis hostem, licèt dolo, non malo, progredior, nec gladium tuum effusiore, illegitimaque internecione temerare contendo, sed proprio tyranni interimere gladio, vt tot hostiles copias vna fœminæ manus contundat? Nemo, nisi socorditer negabit, hoc sibi paradigma sacram fœminam proposuisse, quo strenuè Deum ad precum impetrationem alliceret, validóque argumento captaret.

28, Huic nostræ enodationi tres nobiles suffragantur auctores. Rabanus, ex quo Glossa desumpsit, sic inquit: *Benè in oratione actum Simeonis commemorat, qui cum fratre Leui stuprum sororis in alienigenis vindicauit. Futurum enim erat, vt Holofernes, qui in Iudith voluit explere immunditiam libidinis gladio feriretur, vltionis.* En compar in vtroq, Principe libido. En compar in vtraque

Raban.

manu vindicta: imò vtrobique æquale instrumentum, gladius scilicet quippe de Simeone & Leui dicitur: *Arreptis gladiis ingressi sunt vrbem confidenter, &c.* gladiúmque efflagitat Iudith: *Vt gladio proprio eius superbia amputetur:* gladiúmque nacta est infra c. 13. *Accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus erat, exoluit, &c.* Accinit Hugo: *In facto illo aliquid fuit commendabile, scilicet vltio, passio, quâ puniti fuerunt Sichimitæ, qui corruperunt Dinam. Et quoad id adducitur in exemplum. Item sicut Hemor interremptus fuit in vltione stupri? ita Holofernes pro affectu illicito, affectauit enim coire cum Iudith.* Nonne immodicum prodigium fuit duo iuuenes tot interimere Sichimitas, vnámque fœminam tot Assyriorum exercitus contriuisse, neutiquam à Simeonis, quem ob id patrem suum id est, ducem appellat, fortitudine desciscentem? Pergit Hugo. *Item alia ratio est: Quia sicut mirabile fuit, quòd per manus Simeon tot fortes prostrati sunt; ita mirabile fuit, quòd Iudith mulier tale opus aggressa est, & perfecit.* Vlterius vtrobique fuit dolus, in Iuditha quidem non à pietate deformis, quæ, quasi pia fraus esset, cum à Deo postulat infra vers. 13. *Percuties eum ex labiis charitatis meæ,* vbi Græcè est: *labiis doli aut fraudis.* Pariter in Simeone dolus, licèt nequam fuit, qui circumcisionem Sichimitis indixit: Gen. 34. *Responderunt filij Iacob Sichem, & patri eius in dolo.* Profectò Simeonis fraudem cum Iudithæ dolo componit Richardus: *Si quis Dicat, quemadmodum Iudith diuino instinctu iustè potuit simulare velle se vti matrimonio cum Holoferne, vt sic opportunitatem haberet eum occidendi: Et sicut Hebræi petierunt mutuò ab Ægyptiis, quod non intendebant reddere ipsis; ita fieri potuisse in isto facto filiorum Iacob.* Post quæ verba excripta adiicit Thomas Anglicus comm. in Gen. *Ego isti sententiæ non contradico, quamuis non ita mihi clara sit in hoc casu, sicut in illis.* Non vtique in innocentia doli desideranda parilitas est: sat sit Simeonem ob stupri deformitatem, illicitæque aduersus Deum transgressionis dolum texuisse: & quamuis aberrauit in medio, bono Dei zelo in vindictam exarsit. Denique in spoliorum & prædæ sorte similitudo fuit, quam iam præuidet Iudith, dum inquit: *Et dedisti omnem prædam in diuisionem seruis tuis,* sortis futuræ præsaga, Assyriorúmque prædam à Deo impetrans, qualis contigit infra cap. 15. *Omnia, quæ erant illorum, abstulerunt secum, ita vt non esset numerus in pecoribus & iumentis & vniuersis mobilibus eorum, vt à minimo vsque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum.*

Gen.34. Hugo Gen.34.14. Richard. Thom. Iudith.

Ex quibus iam liquet, minimè obesse, quod Iacob indiscretum filiorum deierauisset ardorem, inconsultámque seueritatem reprehenderet: quippe & Dei zelum eos acuisse insinuauit, & non nisi à Dei gladio tot neces contingere potuisse. Id probo: nam Gen. 34. non pleno pectore, integráque iræ fronte illos obiurgauit, sed tantùm conqueritur, se ob sanguinem facinus in odium venisse Chananæis & Pherezæis, mitisque pectoris dulcedinem turbauisse. *Turbauistis me, & odiosum fecistis, &c.* cùm tamen paruo interstitio experiretur, in illa strage gladium diuinæ vindictæ, licèt in indiscretis manibus desæuisse: cùm odia illa vicinæ gentis sic Deus frænauerit, vt nullus in eos furoris bilena ausus 29.

Gen.34.30.

ausus fuisset euomere: quod non nisi à Deo potuit opitulante euenire. Gen. 35. *Cúmque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitatis, & non sunt ausi persequi recedentes*: vbi Chrysostomus: *Nam quia vicini fortassis vlcisci volebant Sichimitas, & hoc iustus timebat non solùm eum, & filios eius à timore mortis Deus liberauit, sed alios etiam, qui vlturi erant, timere eos inuadente, à conatu persequendi retraxit.* Præterea cùm dira imprecatione Simeonem & Leui percutit Iacob Gen. 49. in verbis ipsis innuit diuinæ vindictæ fuisse instrumenta: *Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia*: quis dubitet, quòd *vas* in scriptura instrumentum significet, & genitiuum pro adiectiuo apponatur? Quare vasa iniquitatis instrumenta iniquè exercita significat, vasáque iniquitatis bellantia, sicut instrumenta bellica, quæ iniquè & præter æquitatem admota fuerunt. Ac si diceret: Vasa & instrumenta fuistis diuinæ vindictæ ad vlciscendam fraterni pudoris iniuriam; sed iniquè saturauistis furorem: duo gladij vasa bellica fuerunt, quibus sanguis funderetur impurus, sed iniquè vsque ad fæcem eos euacuastis, vt tanta fluenta laxauissent cruoris. Quòd gladios indicauerit Iacob, qui iniquè exundarunt ad cædem constat, quoniam Hebraïcæ pro *vasa iniquitatis*, *Mecherothehem*, & *machera* Græcè est gladius: quare aliqui vertunt *macheræ seu gladij eorum*. Ex quo liquet agnouisse Iacob, tam filios, quàm gladios, vasa seu instrumenta fuisse à Deo in vltionem sceleris imbuta, licèt ipsi iniquâ temeritate fuerunt abusi.

(Gen. 35. 5. — Chrysost. — Gen. 49. 4.)

30. *Qui dedisti illi gladium.* Non est, cur cum Neotericis discrucieris, quísne gladius iste fuit. Alij cum Cornelio dicunt, diuinam fuisse permissionem; alij cum Sà fortitudinem; alij animos & vires; alij cum Sanctio beneplacitum Dei. Sed non indiget tropo, gladij huius explicatio, cùm liquidò eodem vocabulo exprimatur dicto cap. 34. Gen. *Arreptis gladiis* filios Iacob Simeonem & Leui masculos occidisse: qui gladij, licèt qua temerè versati, & inordinatè sanguine tincti, fratrum iniquitati arrogentur; qua supplicium impuræ gentis exercuêre, zelantiúmque dexteras armauerunt, à Deo præstiti ob vltricis prouidentiæ maiestatem, cui etiam iniqui carnifices solent deflagrando inseruire, dicuntur. Adeò verum fuit, à Deo præstitum gladium hunc fuisse censitum, ad Iacobeæ familiæ turpitudinem abolendam, vt posteà ipse Iacob gladium suum nuncupauerit, à cuius acie in Sichimitæ regionis possessionem peruenit. Fauet plurimum huic cogitatui, quòd Iacob testamenti sui tabulas condens, sic Ioseph filio legauit Gen. 48. *Do tibi partem vnam, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo*: vbi Hebraïcè *Sichem* est, & Græcè: ἐγὼ δὲ δίδωμί σοι Σίκιμα ἐξαίρετον, *Ego autem do tibi Sichimam præcipuam.* Quid est, quòd in gladio suo afferat tulisse Sichem, siquidem potiùs sæuientem filiorum gladium execratus est, & sanguineam exosus audaciam? Certè agnouit Iacob iustitiam Dei fuisse, quòd impurum scelus, licèt plurimi insontes interiissent, effuso sanguine expiaretur: quoniam Dominus timorem, quem conceperit, ab eo pepulit, gentésque reddidit pacatas, quarum vltricem irruptionem pauebat: ideo gladium suum vocat, quæ eius virtus & iustitia Dei fuit Hieronym. in qq. Hebraïc. *Arcum hic & gladium iustitiam vocat, per quam meruerit peregrinus & aduena, interfecto Sichem & Hemor, de periculo liberari.* Ergo cùm iniuriæ turpitudo creuisset, quoniam filia Iacob, tot nominibus à Deo dilecti, & ad eius sortem adsciti fuerat violata; sic enim nomen eius non absque emphasi profertur Genes. 34. *Irati sunt valdè, eò quòd fœdam rem operatus esset in Israël, &, violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset*: ideò gladium, qui scelus impudicum feriendo detersit, suum vocat Iacob, quasi cuius ope iure belli, Sichimorum adquisiuit dominium. Augustinus in qq. super Gen. *An quia Salem ciuitatem Sichimorum filij eius expugnarunt, vt iure belli potuit eius fieri, & iustum bellum cum eis gestum videatur, quia tantam priores iniuriam fecerunt in eius filia contaminanda?* Non igitur timeamus fateri cum Iuditha, gladium à Deo præstitum fuisse Simeoni, siquidem parens Iacob gloriatur in eo, & qui doluit antea ferocem nimis filiorum audaciam, postea diuinæ iustitiæ in permissione agnouit arcanum, sibíque gloriosus de Sichimorum dominio blanditus est. Optimè Lyppomanus Genes. 48. *Potuit esse, quòd doluerit quidem Iacob in initiis crudelem stragem: sed videns posteà Domini voluntatem, consenserit, cuius gratiâ aduersarij reprimebamur.*

(Cornel. Sà. Sanct. — Gen. 48. 22. — Hieron. — Gen. 34. 7. — August. — Lyppom.)

In defensionem alienigenarum. Persistunt Neo- 31.
terici in defendendo, quòd defensio *vltionem* significet. Esse aliquando huic voci hunc significatum, refragari non possumus: præter loca, quæ congerunt, vt significet *arcere & repellere hostes*, est illud Gell. Claud. *hostes defendebat à pinnis facillimè.* Verùm non vsquequaque hac notione hîc indigemus, quandoquidem ob defensionem polluti honoris, &, vt nitidam redderent, quæ ab iniuria pallebat, generis claritatem, & ne recusantes, Dinam sororem Principi Sichem tradere in connubium, seruitutis incommodum, & internecionis paterentur iniuriam, irruerunt in Sichimitas. Vitam, libertatem, periclitantémque honorem ab hostium defenderunt incursu, & vna eadémque irruptione infamem turpitudinem vlti sunt, & à se inimicam decoris notam pepulerunt. Quare iudico aptissimè hoc verbo vsum interpretem, vtpote cuius vtraque significatio hîc exercita est, cùm & defenderunt, & destiterunt iniuriæ sicut dixit Cicero 3. officior. *Defendere ac propulsare iniuriam*: & 1. officior. *Qui nec defendit, nec obsistit, si potest, iniuriæ: tam est in vitio, &c.*

(Gell. Claud. — Cicero.)

Et nudauerunt femur virginis. Non vacat acu- 32.
mine iste verborum ambitus ad notam libidinem declarandam, quo & exaggeratur turpitudinis piaculum, & pudico sermone roboratur iniuria. Portio corporis, quæ primigeniis conspecta, illico foliorum tegmen ob pudoris vindictam expetiit, in sacra lingua, scripturáque nullum ingenitum sibi nomen promeruit: quasi qui cuncta nomine suo nuncupauit Adamus, hoc violatæ naturæ opprobrium potiùs sub ipsa præuaricationis arbore abscondere, quàm nuncupare curauerit. Mutuemus obuia Rab. Moyses verba lib. 3. ductorij dubior. cap. 10. *Rectè vocatum est hoc linguarium sanctum; in ipso namque non inuenies verum nomen & proprium fornicationis, nec inuenies nomen impositum alicui membro, quod turpe est nominare.* Id pluribus fulcit Pineda tom. 1. in Iob. cap. 31. vers. 9. à n. 6. Id verum sit, vtpote sacro Bibliorum pudore obfirmatum: inficiari

(Rab. Moyses — Pineda.)

inficiari non debemus, non clariori dictione inhonestum potuisse incursum significari; quàm
Hieron. femoris nudatione. Quare Hieronymus, ac semel prolatione admissa, non veretur profari inuerecunda nomina aduci posse, cùm eadem vbique obscœnæ pruriginis coniectura delitescat.
Isai.47.2. Hieron. Isai.47. v.2. *Denuda turpitudinem tuam discooperi humerum, reuela crura:* vbi Doctor maximus: *Rectè contra Babylonem inuerecundis vtitur nominibus: licèt nulla sit turpitudo, humani corporis membrum vocare nomine suo: cui præcipitur, vt nudet pectora & crura, ac fœmina aperiat, videatúrque ignominia eius, & opprobrio pateat sempiterno.* Ac si dicat: Si semel fœmina seu femora denudata proferuntur, quidni proprius libidinis focus proprio suo vocabulo præsignetur: Id fulcio ex
Hier.13.6. Hieremia cap.13. vers.26. *Ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua:* cum tamen paulò ante vers.22. præmiserat: *Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua.*

33. Ergo pudica Iudith, quòd execrabile virgini est, propudiosis nexibus illaqueari, verecundiori vocabulo propalauit, vt opprobrium sedulioris industria panderet. Quodque verbum, inhonorum scelus exaggerat: *Denudauerunt femur.* Femora protegere cura virginibus fuit; nedum inferiore tunica; sed & supremâ pallâ; quæ, licèt dissuta quondam erat, & in sectiones pro ambitiosiori apparatu diuulsa, tamen, ne vel ad ventum, vel ad gressuum hinc inde diffluerет incessum, fibulis solebat innecti. Sic capio illud
Arnob. Arnobij lib.3. *Nisi virginalia vincula iam feruentes dissoluerent atque imminentes mariti:* vbi
Herald. *virginalia vincula*, licèt ibi Heraldus interpretetur *cingula marito idcirco soluta, vt ita virginitatem, quæ tandiu casta & integra seruanda fuerat, solui significarent*, non praue de his nexibus, siue vincis, quibus vestes nectebantur, expenderem. Et
Arnob. quidem Arnobius ipse lib 6. semitectis femoribus describit Dianam inquiens: *Semitectis femoribus Diana, aut ad libidinem concitans Venus nuda.* Miror habitum Deæ, quæ casta, virgoque
Virgil. audit, annuente Poëta. *Casta faue Lucina:* quæ quidem Ilithyia à quibusdam putata est, de qua
Pausan. Pausanias scribit, institutum Atheniensibus, fuisse, vt Ilithyiæ simulacra ad imos vsque pedes
Girald. vestem demitterent: adi Lilium Giraldum Syntag.11. de hist. Deor. Verùm non fugit Arnobium existimata castitas Dianæ, qui nudam Venerem adiecit ad libidinis victimam, quasi pro primæ Deæ castitate faueret: sed semitectam femoribus protulit, non, nisi fallor, quasi dimidia femorum pars, absque vllo tegumento nuda fuisset; sed quoniam discissa vsque ad fimbriam palla nullis fibulis nectebatur, vt quæ insistebat venatui, curreret expeditior. Et quidem diuisam vestem, quàm nulla vinculorum censura cogebat, itavt turpiter oculis femora panderentur,
Plutarch. Euripid. in Lacænis virginibus dolet Plutarchus in Numa ad finem ex Euripide; ac proinde φαινομηρίδας vult appellatas, quasi retectis femoribus incedentes: deinde subdit: *Sanè virginum tunicæ imæ non habebant pinnas consutas, sed explicabantur, & totum incessu aperiebant femur.* Aduocat
Sophocl. Sophoclis carmen.

Stola caret, tunicam induens Hermione
Dilabidam retegit femur iuuencula.

Euripid. Carmina, quæ ex Euripide citat Plutarchus, sunt:

Αἳ ξὺν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους
Γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις.

Quin, *denudauerunt femur virginis*, inquit Iuditha, à nuditate procacitatem sceleris dolens, 34.
quasi scorti more virginem tractauissent. Scortum etenim à pudica Matrona discernebatur, quoniam hæc vsque ad ima vestigia oblongis vestibus tegebatur; quæ autem meritorij corporis quæstum agebat, diffluente stola, indui non poterat, vt probat Dempsterus ad cap 35. Dempst.
lib.5 antiq. Rosini Quod autem Dina vt scortum passa, dixêre fratres. Gen.34.v.31. *Nunquid* Gen.34.31.
& scorto abuti debuêre sorore nostra? Quâ dictione extremam confusionem, ignominiámque demonstrarunt, qualis hîc describitur: *In confusionem*, cuius scholium præbeat Chrysostomus Chrysost.
ibi: *Vide pueros continentiæ gratiâ vltionem sumpsisse. Excusant se patri, & dicunt: Confuderunt nos: veluti scorto abusi sunt sorore nostra.*

Habet præterea emphasim: *Nudauerunt fe-* 35.
mur virginis: quippe stupri innuitur violentia, virginisque reluctantis oppressio, qualis Gen.34. Gen.34.2.
perhibetur: *Dormiuit cum illa, vi opprimens virginem:* nec enim se nudauisse; sed à salaci Principe nudata adstruitur. Id enim meretriciæ indolis est, semet prosternere & nudare, qualem emphasim agnosco in Hierem.2 vers.20. *Sub* Hier.2.20.
omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix: in ly *tu* obseruatio sit.

Nec incommodum sit pulchram antithesim 36.
non deserere: Femur gladio solet accingi: *Ac-* Psal.44.4.
cingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. Nec errabit, qui id in castitatis custodiam verterit: quasi in ea parte armorum debeat esse protectio, vbi aduersus pudorem importuna prurigo sollicitat. Quin παραμηρίδιον genus gladij nuncupatur, quòd super femur cadat; & femorum arma hoc vocabulo edita leges apud Xeno- Xenoph.
phontem in Pæd.6. Ergo non inamœna antithesis est, quòd Deus dederit gladium ad vlciscendam virginis iniuriam, pro gladio qui supra eius femur debuit esse: ne hostiles pateretur incursus, procacémque subiret impulsum ab eo, qui virgineum femur nudauit. Si virginitatis ense Dina femur armauisset, non miserè à lenone vulnus acciperet; sed quia ipsa inermis vagabatur, bis eius femur nudatum est; & quia absque armis censuræ processit, & quia ad pudoris cladem nudata. Præterea *nudare* exercere est, & vsitatius, pugilis more colluctari eâ contentione, quæ incertis amplexibus exercetur: quoniam gymnasticæ arenæ cultores nudabantur ad luctam; ex quo translata vox est ad quodlibet exercitium, vt notauit Mercurialis lib.2. Mercur.
cap.6. Igitur nudare femur erit elegans paronomasia ad exponendum femoris exercitium, impuræque luctæ congressum. Nudare pro exercere dixisse Poëtam putat Cerdens. lib.2. Georg. Cerdens. Virgil.

Corporáque agresti nudat prædura palæstra.

Vlterius *nudare* est orbare aliquem, non solùm veste, sed rebus alijs, quibus potitur; seu ab eo euellere, quod sua intererat custodire: sic Liuius Liuius.
dixit lib.26. *Nudata defensoribus mœnia.* Cicer.2. Cicer.
vers. *Quæ victores ciuitatibus Siculis dederunt, spoliauit, nudauitque omnia. Ergo femur virginis nudare*, non inscitè interpretaberis, virginei femoris auferre decorem, pretiosúmque eripere pignus, quâ virgo est: sicut dixit Plinius lib.16. Plinius.
c.22. *Nudatur arbor foliis.* Nudata fuit Dina flore pudicitiæ. Inde forsan dictum *virginem imminuere*,

minuere pro auferre, curtaréque integritatem; quod Ouidius dixit *adimere nomen virgineum*. Ouid.

37. Indidem non vacat, quòd dictum ſit: *Nudauerunt femur virginis*: cur enim non femora, ſed in ſingulari? Meditor, ob virginitatis reuerentiam. Adeò, quæ virgo eſt modulari debet inceſſum, lentóque gradu crura mouere; adeò vnum pedem ab altero diſſociare, diuelleréque non ſufferat, vt non niſi vnum femur, vnum crus videatur habere, ne, ſi vtrumque intemperatis, ſpatioſíſque diſſoluat veſtigiis, impuras viris cogitationes immittat. Ex quo coniecto fluxiſſe, quòd diuidere pedes pro libidinis exercitio ſumatur. Ezech. 16. v. 25. *Abominabilem feciſti decorem tuum, & diuiſiſti pedes tuos omni tranſeunti*. Quare eodem ſenſu διαμηρίζειν diuidere ſignificat, διαμηρισμὸς obſcœnam præſignat actionem, vt liquet apud Plutarch. in ſympoſ. cùm tamen diuidere fœmina ſit. Ezech. 16. 25. Plutarch.

38. Liceat ex hac ſuſpicione nouiter expendere illud Cant. 7. v. 1. *Iunctura femorum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis*. Ac ſi diceret: Femora tua, etſi duo ſint, tam iugi tamen adhæſione iunguntur, nec greſſibus ea diſſoluis, inceſsúve dirimis, vt ob iuncturam conformem, quam etiam ambulando non deſerunt, ſed quaſi immobili veſtigio mouentur, vnum tantummodò femur videatur, quale accidit in monili, quod cùm pluribus circulis, aureíſque catenulis conſtet, ſic inter ſe fibulantur, vncíſque pretioſis nectuntur, vt vnum monile, vnus circulus tantùm euadat. Noſtram coniecturam fulcit, quò præfixa verba vnam periodum conſtituunt cum altero Hemiſtichio: *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis*: vbi de venuſto inceſſu: grauíque laudat ſponſam, qualis filiam Principis decet, cuius quodque veſtigium decorem & maieſtatem exhibeat. Sed quia à ſandaliis ſpecioſis laudauerat, calceíſque incarcerantibus pedem, altero hemiſtichio à greſſuum ſucceſſione commendat, femorúmque motu, qui tenax vbique lentitudinis & grauitatis ſit. Accedit, quòd ſeptuaginta vertunt ῥυθμὸς, quæ vox modulum & numerum ſignificat: quaſi dixerit; Incedere tuum, modulari eſt, ad numerúmque pangere: femorum tuorum numerus; etſi vere numerus ſit, ſiquidem duo ſunt; eſt tamen qualis in monili, vbi ex pluribus circulis vnus apparet. Meliùs Dinæ accidiſſet, ſi tantùm vnum femur, quale Iudith voluit, haberet, & intra reclusorij cancellos, cellámque pudoris perſiſteret, nec curioſa poſt oculorum vagaretur obiecta. Quæ femora mouit, alterúmque diremit ab altero, procliui pernicie, femoris nuditatem accepit. Bernard. de gradib. humil. *Dina, dum ad paſcendos hœdos egreditur, ipſa patri, & ſua ſibi virginitas rapitur*. Cant. 7. 1. Cant. 7. 1. Bernard.

39. *Femur virginis in confuſionem*. Quæ confuſio hæc, quaſi publicè fuiſſet nudata, cùm tamen furtum hoc, ſicut & alia veneris, clanculum fuit perpetratum? Iudico, maiorem eſſe facinoris explicatum in hac dictione: quoniam confuſio in ſacris libido & ſcortatio eſt. At Philip. 3. 19. *Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum*. Hinc, quod adnotauit Pineda tom. 2. in Iob cap. 31. verſ. 10. num. 10. ſponſa recenter viro cognita Hebraïcè dicitur *Nebherephet*, à radice *Hharaph*, quod eſt exprobrare, quatenus detonſo virginitatis flore ſibimet ſit opprobrio. Nec intereſt, quòd Dinæ ſtuprum clam contigit, & fortè ſub aulæ tecto, quoniam hoc piaculi genus ſcientiam habet vocis, In vagúmque clamorem laxatur. Si denudatum fuit femur, quidni in confuſionem publicitus reſonaret opprobrium? Certè Dan. 2. Statuæ femora erant ex ære: *Porrò venter & femora ex ære* Cur, ſi putas? Præſto ſit Berchorius: *Quia ſcilicet eſt metallum valdè clamoroſum. In quo notatur, quod clamor & ſonus infamiæ femora carnalitatis & luxuriæ comitantur*. Imò antequam calamus abeat, obſeruo, quòd in ſacris *æs*, mulieris inhoneſtum locum ſignificet aliquando, vtpote clamor turpitudinis etiam in diſſita ſpatia ſonitum edat, ignominiámque præconetur. Ezech. 13. verſ. 36. *Quia effuſum eſt æs tuum, & reuelata eſt ignominia tua in fornicationibus tuis*. Philip. 3. 19. Pineda. Dan. 2. 32. Berchor. Ezech. 16. 36.

Subueni, quæſo te Domine Deus meus mihi viduæ. Græcè eſt, *Exaudi me viduam*. Quippe ſubuenire Deum, exaudire eſt, cuius auris nectitur manui, ne preces auſcultetur inanis, ſed veloci opitulatione ad primum hominis clamorem dextera ſuffragatura decurrat. Sed in his verbis quædam argumentatio efficax latet, quæ piè Deum cogat, & quaſi procliui epicheremate ad ſubueniendum deprecanti conſtringat. Tum quia Græcè immediatè, ante hæc verba dixit Iuditha de filiis Iacob, quibus diuinæ vindictæ gladius præſtitus ad victoriam, καὶ ἐπεκαλέσαντό σε εἰς βοηθὸν, *& inuocauerunt eum in auxiliatorem*. Si inuocantibus tuliſti opem, me clamantem adiuuare non renuas: ſi inibi auditus tuus brachium leuauit, vt in eorum lacertis gladium inſereret, mihi gladium flagitanti non deneges. Ea eſt cœleſtis largitatis indoles, vt vnius beneficij exhibitio, alterius præſtandi pignus ſit; & quaſi debeat, quod donat, munus, quod præſtat, æs alienum ſit, quo tenetur. Tum, quòd poſtulantis clamor clariſſimum eſt Dei audientis indicium: nec auricula ſolùm, ſed toto quaſi corpore attendit Deus, cui, cùm corpus aſſumpſit, totum corpus pro auriculis fuit, Apoſtolo ſubindicante, qui, vbi legitur; *Aures autem perfeciſti mihi*, tranſtulit; *corpus autem adaptaſti mihi*, vt non ſemel adnotaſſe me memini. Denique emphaſis eſt non modica, & totius argumentationis concluſio: Si Simeoni & Leui beneuolus ſuccurriſti, quoniam ex ſcintilla zeli tui furor, licèt inſanus & incultus, quia malè tractatus exarſit, mihi, cui integer zelus ab igne tui amoris emanat; nec degeneri piaculo maculatur, promptius debet eſſe ſuffragium. *Mihi*, inquit, *viduæ*, id eſt, vel vni ſolique: quippe in omni Bethulienſium multitudine ſola manſit quæ de Dei largitate præſumeret, ſola animos ad obiurgandos Principes ſumpſit, ſola prodigiis aſſueta, Dei dexteram laceſſiuit; & quæ, quà mulier, enerуis; quà vidua, deſolata; quà in reclusorij carcere abſconſa, minus poterat in maſculos conatus laxari. Vlteriùs *mihi viduæ* ait, eleganti ad virginem Dinam alluſione. Viduitas, quæ vera eſt, aliqualis portio virginitatis apparet, niſi quia difficilior in triumpho pudoris lucta, ditior ab experto geniali toro, viduæ, quàm virgini non libatæ conflictus. Si opprobrium virginis diffuſo deterſiſti cruore, à vidua arcebis caſtitatis iniuriam. Virgines & viduæ quaſi fibula ad Dei monile pangendum nectantur, diximus ſuprà c. 8. ad verſ. 1. 40. Pſalm. 39. Heb. 10. 5.

Verùm quid adhuc petiiſti Heroïna, quæ quaſi ex iam diu peroratis precibus piam Deo 41.

tuo violentiam immittis? Eloquere, quid animo concepisti, vt Domini leuamen implores: latet, quale à Numine suffragium solicites. Plena sunt succo, plena robore verba ista. Nondum libellum precis edixerat: nondum de Holofernis cæde altum propalauerat cogitatum, iam sibi de arripiendo à Domini manu gladio blanditur, sortémque grandis facinoris auspicatur. Triplex ratio potuit in causa esse. Prima, quoniam oratio hæc prolatis verbis insonuisse præscribitur, &, vt adnotauit Gregorius ad cap. 1.

Greg. M. Ezech. *Solent, qui cum Deo agunt, quasi dissecta periodi media verba producere, quæ cum conceptu sibulantur interno, & à cogitatione, quam intus versant, in disruptas prosilire dictiones, simúlque in eis fit & intus verbum, quod euoluunt, & foris, quod dicunt.* Profectò sic orditur sponsa Cant. 1.

Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui.* Quæ ab interiori pyra in ignei sermonis scintillas excessit, nec quo cum ageret, nec, cuius osculum ambiret, expendens, pendentibus verbis auspicata est, vt meritò

Bernard. solicitus dicat Bernardus serm. 9. in Cant. *Verbis sponsæ rationem demus & consequentiam: pendent enim, & prærupta nutant absque principio.* Sed habet idiotismum suum amor, cui ignea lingua, cùm de cœlo descendit, iam intus multum sermonis spatium loquuta est, cùm foris amputata verba pronuntiat. Ergo iam Iudith in aula pectoris de Holofernis cæde sermonem habuerat, cùm in hæc verba, quæ enodamus, prorupit. Secunda causa sit, otiosum ei visum cum perscrutante corda Deo stylum & linguam eloquio diffusiore protendere, siquidem præmisit exemplar Simeoniæ in Sichimas irruptionis, gladio à Deo præstito perpetratæ: nec opus ei fuit gladium expendere, quem in Assyriorum stragem à Domino deposcebat. Denique quæ se viduam protulit, totam causam integrè perorauit: quippe non nisi omnipotentiæ prodigium est, cùm imbelle, signéque ad grandia facinora assumitur instrumentum, velut si fœmina, eáque viduata viro, dexterâ diuina indigeret, vt integer Deo cancretur triumphus.

41. Accedit, quòd ideò Simeonem ante nuncupauerat patrem suum, vt per adsciti generis successionem, similem in impurum Principem hæreditaret conatum, gladiúmque velut propriæ stirpis in paternis bonis acquireret; & siquidem Simeon & Leui, duo tantùm, multitudinem in Sichimis contriuerunt, Iudith solùm vna, ideóque vidua (cuius etymon *absque viduitate est*) Assyrios exercitus consternaret. Solent enim cœlestia miracula excrescere, & paucioribus instrumentis, quæ pluribus ante fiebant, patrari. Qui duobus tantam peregit stragem in Sichimis, vnius viduæ manu maiorem in Assyriis peregit. Nec vacat, quòd sedula religione se viduam in facinoris limine vocet, huius nominis blandimento demulsa: quoniam postea parumper viduitatis erat desertura indumenta, & ex sponsalitiis tædis genialem ornatum commodatò sumptura; ne cum lugubri veste, viduæ animum deposuisse appareret, se viduam esse illustri confessione declarat. Vt Deus illam, etiam sub alieno sponsæ habitu, laruáque & fuco velut meretricij agnouisset ornatus, scrupulosè cauet, séque ipsam esse Iuditham præmittit, cuius nomen, status, & amor, *vidua* est. Diximus suprà

Gotfrid. Viterb. cap. 8. vers. 1. quòd Gotfridus Viterb. in Cron. p. 13. dixit: *Iudith interpretatur laudans, interpretatur etiam vidua.* Vide in fœminei ornatus profusa libidine malum: vel coram ipso Deo, ornata nimis fœmina debet in fronte proprij nominis gestare vocabulum, ne accidat, quòd venustè cecinit Nazianzenus. Nazian.

Serua corpus, quale est fabricatum,
Neque velis videri pro altera, altera.

Vers. 4. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est, quod ipse voluisti.

Tu enim fecisti priora. Solet versiculus iste à præcedentibus dissecari, quasi nouum sensum instituat. Fermè cuncti interpretes sic à prima periodo euellunt, vt censeant quòd Iuditha hîc generaliter agat de operibus, quæ diuina potentia patrauit; sæculáque circulo breui percurrat, in quibus miracula pro tutandis hominibus illuxerunt, adeò, vt Lyra ad creationem verba ista deducat; Carthusianus mitiori calamo ad victorias, quibus Hebræi floruerant, porrigat; Hugo ad omnia, quæ in lance discretionis ordinata prouidentia discussit, alij, vt Tirinus & Sa, ad rerum successiones, in quas iugiter fluit artifex creatoris manus. Ego verò velim, hunc versum coronidem esse priorum, ne laxior, quàm par est, propositio euadat, & minus argua fit. Cur, rogo, Iudith rem nouissimam persuaderet, nempe quod Deus & orbis opifex, & abundans beneficiorum largitor existat, nec eius subterfugiat attactum, quidquid sub cœlesti fornice continetur? Ergo, nisi nimium fallimur, sensus hic est: Quòd Simeon Sichimas trucidauerit: quòd filij Iacob vberrimâ prædâ sint potiti: quòd gladius in eorum manibus districtus illuxerit, videtur quidem nec tuæ voluntati esse arrogandum, nec à tuæ opitulationis ope fluxisse: quippe facinus illud deierauit Iacob sanguinísque profluuium supra discretionis oras exundans, rectitudinis arcem imprudenti gurgite sepeliuit. Verùm quidquid in illa cæde bonum fuit, videlicet inhonestæ iniuriæ propulsio, prædæ ditissima sors, vnius gladij tam extersa acies, vt tot copias iugulare potuisset, tuum Domine, fuit, qui & vltus es piaculum, & zelum pro te flagrantem parto coronasti triumpho. Quippe, etsi error truculentus fuit, zeli tui ardore erratum est: nec gemina tantùm manus sic in tot cædes grassari potuisset, nisi gladiorum aciei vigor cœlitus adueniret. 43. Lyra. Carthus. Hugo. Tirinus. Sa.

Quare sic instituenda conclusio est: Duo prædixerat, & quòd Deus dederat Simeoni gladium; *Qui dedisti illi gladium:* & quòd prædam dederat seruis suis: *& dedisti mulieres eorum in prædam.* Tum enim fecisti priora, id est, hæc, *& illa post illa cogitasti*; id est: Illud & illud; dedisti enim gladium & prædam: quippe *hoc factum est, quod ipse voluisti.* Non est, cur tenuas mihi gladium in Holofernis caput præstare: non est, cur deneges nos Assyriorum præda potiri, siquidem hoc & illud iam diu Simeoni meo parenti tribuisti. Enodationem hanc strenuè confirmat ly *enim*; quæ dictio tum nexus est cum prioribus, tum arguta efficacia ad piè cogendum Deum, vt similia perhibeat. Adstipulatur Græca versio, nisi quòd vlterius se extendat & ad ea, quæ præcesserunt Simeonis facinus, & ad ea, quæ subsequuta sunt; in quibus vtrobique Dei manus ad similes vindictas beneficiáque paria emicuit, 44.

Græca. emicuit. σὺ γὰρ ἐποίησας τὰ πρότερον ἐκείνων, καὶ ἐκεῖνα, καὶ τὰ μετέπειτα, καὶ τὰ νῦν, καὶ τὰ ἐπερχόμενα διενοήθης. Iuxta Vatabl. *Tu enim & ea quæ priora sunt illis, & illa, & quæ secuta sunt, designasti tu præsentia quoque & futura præmeditatus es. Tibi adstant, quorum iussisti consilium, & ecce præsto sumus, inquiunt.* Iuxta Montanum: *Tu enim fecisti priora illorum, & illa & posteriora & præsentia & superuenientia cogitasti.* Vbi clarè liquet, quòd ly *illorum* & *illa* sunt ea, de quibus sermo præcesserat.

Vatab.

Ar. Montan.

45. Ex quo constat inutiliter fingi *illa & illa* significare beneficia quæcumque Hebræis à diuina manu collata, quasi hæc in Iudithæ mente obseruarentur. Tum quia infrequens est, & nullibi inuenitur similis loquutio, vt absque prolatione rei, nisi nimiùm cognitæ & vulgaris, sic eius innuatur expressio, nisi fortè scriptor ob breuitatem & aliena verba referens, hac loquutione vtatur, vt lego 4. Reg. 6. vers. 9 *Rex autem Syriæ consilium iniit cum seruis suis dicens: In loco illo & illo ponamus insidias:* vbi certum est scriptorem ita loquutum, quia non intererat, locorum nomen & situm referre. Cæterùm Rex loca vel digito vel nomine ostendit, cùm tamen hîc ipsamet Iudithæ loquutio amussim exprimatur, vt nullum verbum effluat, quod eius non sit. Aliquando propinquum huic stylum inuenio in Hæbræo, verùm cùm non interest exponi peculiaris persona, sed quæcumque & vagè sumpta sat est. Sic Exod. 14 vbi vulgata habet: *Ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent:* iuxta Hæbræum dicitur: *Et non appropinquauit iste isti tota nocte:* vbi præter quam parum referebat, quisne, & cuine non appropinquaret, perpulcher stylus est, vt innotescat neminem ex Ægyptiis nemini ex Hebræis appropinquauisse, vt innuit Oleaster: *Et non appropinquauit iste, scilicet Ægyptius, ad illum scilicet Hebræum:* Quin subtilior emphasis inlatet. Tam propinqui exercitus gradiebantur, vt iste ex Ægyptiis, & ille ex Hebræis contigui fermè inter se demonstrari potuissent, & iamiam ferè tangi; & tamen in tota nocte nullus ad alterum pertigit. Optimè Caietanus: *Ecce effectus ex tenebris, quod quamuis vterque exercitus tam vicini erant, vt essent demonstrabiles tanquam compræsentes isti & isti; tota tamen nocte non appropinquauit iste Ægyptius isti Israel.* Verum est, Hebraïsmum esse vulgarem, relatiuum sine antecedenti poni: sic Psalm. 136. vers. 6. *Ecce audiuimus eam in Ephrata*; id est, arcam fœderis, quæ non præcesserat. Alia congerit Mendoça in lib. 1. Reg. cap. 3. v. 17. n. 18. Sed ad verba, quæ enodamus, impertinens hoc est. Solùm in rebus diris & acerbis, ne significatæ stuporem, tristitiámque excitent, solet subsileri, quid lateat; vt constat in vsitata imprecationis formula: *Hæc faciat Deus, & hæc agat.* De quo scatent exempla. 1. Reg. 14 vers. 44. Ruth 1. vers. 17. & alibi; differit præfatus Auctor.

4. Reg. 6. 9.

Exod. 14. 20.

Hebraica.

Oleaster.

Caietan.

Psal. 136. 6.

Mendoça.

1 Reg 14 44.
Ruth. 1. 17.

46. *Et illa post illa cogitasti.* Si tenueris, quæ præfiximus, non indigebis excusare, seu expendere stylum, ne vlla successio in diuina cognitione indicetur, cui nulla subest vicissitudinis obumbratio; siquidem prior fuit gladius præstitus Simeoni, quàm Iacobeæ familiæ præstita præda. Appositè quidem verbo *cogitare* vsa est, tum quia cogitatio subtiliter ad opere practico discernitur: quoniam illa in vna eadémque actione præscindit plura; opus autem indiuisim cuncta conuoluit, sicut in lacte dulcedinem à candore desiungit mens, imò palatum & oculus; cum tamen vtramque implicet ille liquor. Ergo in Simeonis opere fuit, quod Deo potest attribui nempe vltio, vigor, strenuitas, zelus & quod Simeoni, nempe atrocitas & piaculum. Deus non vtrumque fecit, sed more cogitationis præscidit, eiúsque solum est, quod rectum est. Vlteriùs *cogitare* dicitur optimè Deus, quod creatura facit vtcumque: quia in opere, quòd externe patratur ministerio creaturæ, solùm solet oculis spectari, sensúque percipi, quod illa peragit, cùm Deus ad instar cogitationis inuisibilem præstet impulsum. Præterea cogitatio prærua est ad opus: Deus autem etiam in opere humano primus est. Denique cogitare pro *facere*, non solùm in sacris, sed & in profanis inualuit. Psalm. 51. vers. 2 *Iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.* Isai. 29 vers. 16. *Quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo. Non fecisti me* Georg. 1 Psalm 51. 2. Isai. 29. 16.

Virgil.

Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster

Pro quo quid non le Statius lib. 9 Syluest. *Quid Boreas hybernus agat.* Statius.

Vers. 6. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis & in equitatu suo, & in multitudine bellatorum.

Respice castra Assyriorum nunc Holofernem & Assyrios Pharaoni comparat & Ægyptiis, qui aduersus Israelem falcatis vecti quadrigis, omni armorum instructu intuperunt, parui æstimantes etiam in ipsum Deum inuehi, qui per tot antea prodigia se ostenderet. Aptissimè fœmina sacra hoc sibi desumit exemplum, quippe quæ in Numinis contemptorem, cœleste solicitat adiutorium. Quòd Deum cœli abolere gestiuerit, & Hæbræorum Deum tempsisset Holofernes, iam innotuerat Iudithæ, & liquet ex c. 5. vers. 29. supr. *Vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est, & præter ipsum alius non est.* Vnde hac ipsa orationis serie infra vers. 10 inquit: *Et nesciunt, quia tu ipse es Deus noster,* id est, ni fallimur; reprobant te à maiestate Deitatis, sicut illud Dominicum: *Amen dico vobis: Nescio vos.* Hæc extrema superbia est, aduersus Deum erigere supercilium. Ergo scitè comparat superbis superbos, nempè Ægyptiis Assyrios, quæ lasciui Procacem ausum cum Holofernis libidine comparauerat. Quæ obseruatio ex Glossa est, qua & vtitur Hugo, & nos libenter perfruimur. 47.

Matth. 25. 12.

Glossa.
Hugo.

Respice castra Assyriorum. Quid est, quòd diuinos oculos in vltionem & supplicium exambiat, siquidem, quà respiciunt, radios eiaculantur fauoris? Equidem verbum *respicere* apud sacra, nisi aliquid singulare circumstet, cùm Deo attribuitur, eius plentissimam misericordiam exponit. Obuia sunt loca: *Respice in me, & miserere mei.* Psalm. 79. *Respice de cœlo & vide, & visita vineam istam.* Qualis significatus & profanis insedit: Terentius in Phorm. 5. *Dii nos respiciunt.* Cicero ad Attic. lib. 1. *Nisi quis nos* 48.

Ps. 24. 16.
Ps. 79. 15.

Terent.
Cicero.

Deum respexerit. Quin & promiscuè de aliis *re-*
Statius. *spicere* iuuare est. Statius 3. Theb.

Respexit Lucina domum nullo vlulata dolore.

Respicienti Fortunæ, id est, *iuuanti*, fanum erat
Alexand. ab Alex. Romæ dicatum. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 13. *Respi-*
cere pro *irasci* & *plectere* vix in sacris inuenire
datur, nisi aliquid in eum significatum impel-
Abac. 1. 13. lat, sicuti Abacuc. 1. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris, Quare non respicis super iniqua agentes:* ac si diceret: Luminum tuorum mundities figi in iniquitate non suffert, nec conniuentibus palpebris piacula sustines: adeò peccata auerfaris, vt nec illa intueri pro infinita patientia, mundiúeve videaris. Quare non respicis iniquos, vt oculis plectas, qui oculos non sustines maculare? Imò adeò oculis Dei ingenitus est fauor,
Abac. 3. 6. vbi Abac. 3. dicitur: *Aspexit & dissoluit gentes,* qua dictione significari crederes concussionem & stragem, de fauentibus oculis solcat expendi,
Ribera. vt tractat inibi Ribera, fulciente Augustino in
August. lib. de essent. diuin. *Dissoluit credentes esse a peccatorum vinculis.*

49\. Quid est igitur: *Respice castra Assyriorũ nunc,* cum funesta supplicia fœmina imprecatur Assy-
Hugo. riis! Hugo legit *Respice contra castra Assyriorum*; quasi illa adiectione verbum illud ad exprimendam iram indigeat. Ego quidem in primis obseruo, quàm tenax sacrarum literarum memoria Iudithæ florebat; quæ vel ad lineam & vnguem ipsa pendebat momẽta verborum, quæ
Exod. 14. 24. à Moyse præcesserant exarata: quippe Exod. 14. sic legimus: *Ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum.* Quæ si teneas loculento explicatu fruêris, nec verbum *respicere* à pro-
Interlin. prio significatu diuelles. Profectò Interlinealis ibi ait: *Loquutio est scriptura, vt respicere tunc dicatur Deus, cùm aliquid arduum & insigne facit.* Verùm non hac enodatione indigemus, cùm ex situ columnæ nubis, vbi inerat Angelus, præcipuúsque motor Deus, procliuis subeat explicatio. Erat post Israëlitici exercitus terga
Exod. 14. 20. & coram Ægyptiis: *Post tergum stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israel.* Adhuc intentus erat Angelus, ne facer populus per lubricum cæspitaret; in iter directum ducebat, lucémque dispendens, ne palantes diffluerent per inhospitalia loca, curabat; quasi dissimulans ponè sequentes Ægyptios, cùm subitò respexisse dicitur per columnam castra Ægytiorum, vt interime-
Caiet. ret in profundo. Pulchrè Caietanus: *Tanquam dissimulauerit vsque ad illam horam Deus describitur, quòd respexit illa hora ad castra Ægyptiorum, quia vsque ad illam horam permisit Ægyptios persequi Israëlitas, & tunc incepit aduersus eos operari.* En ingenitus verbi significatus, qui *retro aspicere* est, vt liquet ex Virgilio 5 Æneid.
Virgil. *Instantem tergo Cloanthum respicit:* & ex Cic. 5.
Cicero. Tusc. *Tam longè retro respicere non possunt.* Quod & innuit Iudith, dum adiicit: *Quando post seruos tuos armati currebant.* Constat ergo nullum peculiare pondus esse in hac dictione, præcipuè cùm non desint qui sentiant, Angelum in columna nubis latentem, eâ quasi discissâ, se erga Ægyptios ostendisse, quos proinde respicere fuit. Equidem in Exodo non nudè apponitur, quòd respexit Dominus, sed quòd respiciens interfecit exercitum: ne in respiciendi verbo mysterium quæreres iracundiæ. Sed nudè protulit Iudith *respice*, sanè pulcherrimè; quoniam similitudinem expetebat: vt sicut tunc, sic nunc respiciat, vt plectat.

Sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus 50.
es. Alta & superba à longè cognoscit Deus, qui propinquius humilia respicit. Mira dignatio, quòd superbos Ægyptios, qui vicini columnæ incedebant, quæ vectaculum Deo subiiciebat, Deus prope respiceret. En cur dixerit *videre dignatus es*; quasi nec ad supplicij infortunium oculos Domini superbus mereretur Ægyptius. Quàm cæcus, qui in iniquitate riget, peccator est; si quidem non oculatum, sed quasi cæcum Deum sibi promereri videtur! Quid est *sicut tunc*, cùm nihil antè præcesserit? Nec enim referendum credo ad ea, quæ sequuntur: *Quando post seruos tuos armati currebant*: vt argutior emphasis sit stylo Hebraico, qui solet subiicere locum, seu tempus, cùm illud notissimum ratio quædam singularis effecit. Psalm 35. vers. 14. *Ibi* Psal. 35. 14.
ceciderunt, qui operantur iniquitatem. Vbinè ibi?
Ausculta Genebrardum: *Relatiuum sine antecedente, Ibi, id est, in gehenna, vt Iob. 1. vers. 21.* Genebr. Iob. 1. 21.
Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Illuc, non quidem in vterum matris, sed in sepulchrum. De dictione *tunc* infrequentius exemplum coniecto. Forsan absque relatiuo inuenitur Eccles. 24 vers. 12. *In hæreditate Domini* Eccl. 24. 12.
morabor. Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium. Quod de celebri generationis æternæ puncto, quod vnum nunc est, non insubtiliter expenderetur. Celeberrimum erat, & per Hebraicas familias iugi monimento obseruatum instans illud, quo respiciens Dominus per columnas, barbaricos contriuit exercitus, Ægyptiámque superbiam obuoluto gurgite sepeliuit. Simillimam instantis formam Iudith exposcit: *Respice nunc, sicut tunc.*

Confidentes in quadrigis, & in equitatu suo: Re- 51.
ligiosissima obseruatione meritur, quid à Dominici vultus incursu miseris Ægyptiis illatum. Duo quidem innuit, quæ protinus, Domino respiciente, acciderunt. Consule c. 14. Exod. *Ecce* Exod. 14. 24.
respiens Dominus super castra Ægyptiorum, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum. Hebraïcè est: *Et effecit attonitum exerci-* Hebraica.
tum Ægyptiorum, & remouit rotam curruum eorum: vbi Caiet. *Ecce prima animaduersio exter-* Caiet.
rendo & perturbando animos Ægyptiorum, quemadmodum deterremur, & attoniti reddimur ex repentè magnis periculis imminentibus. Secunda actio diuina, fuit amotio rotarum ex proprijs axibus. Ergo admodum compto stylo fœmina sacra vtrumque complectitur, subindicans accommodum nimis supplicium duplici iniquitati, nempe confidentiæ & quadrigarum aduersus Deum apparatui: Confidentiæ pœna stupor attonitus fuit; supercilium elatum terrore deprimitur, subásque demittit superbus; cùm ab impendente malo totis artubus contremiscit: fidentis animi obtunditur acies, quam virtus suprema perstringit. En prima Dei actio castigatio fuit confidentiæ, stupore diffuso. Quadrigæ disiectis rotis suómet pondere vergentes in imum, stultam confidentiam eluserunt. Sat fuit dixisse, quòd respexit Dominus confidentes in quadrigis, vt vtraque diuinæ vltionis, quæ contigit, actio pandatur; quæ, cùm repentè accidit, dictione *tunc*, scilicet in instanti, scitè explicatur.

Vers. 7.

Vers. 7. Sed aspexisti super castra eorum & tenebræ fatigauerunt eos.

Vers. 8. Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos.

52. *Sed aspexisti super castra eorum.* Plura se offerunt discutienda. Quid est, quòd post Domini aspectum effusas tenebras Iudith perhibeat, cùm in Exodo non legatur, tenebrosam caliginem à vultu Domini respicientis incussam, cùm in pelago Ægyptij pertulère naufragium? Certè antequam graderentur in mare, cùm terga sequebantur euntium, & anhelo cursu imperebant; dicitur, quòd Angelus: *Post tergum stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israel. Et erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem.* (Exod.14.20.) Postea verò, cùm in medio pelago Dominus per columnam respexit, non tenebras, sed potiùs radiorum impetum irrupisse in Ægyptios scribit Hugo de S. Vict. (Hugo Vict.) his verbis: *Quid est, quod per nubem dicitur Deus inspicere super castra, nisi hoc scilicet, quòd nubes, quæ prius tenebras faciebat Ægyptiis, lucem præbuit eis? Sed ad confusionem eorum totum hoc factum est, scilicet vt viderent se in arcto.*

53. Duo dicerem. Primum est, quòd etiam intra maris fundum columna nubis, adhuc respiciente Domino, horrentes & furuas tenebras iniecisset, sulphureos lapides, igneáque tela, vt à noctis densis vmbris, tenebricosóque cœlo paterentur, & per flammea fulgura ignem experirentur in vndis. Adest Iosephus (Ioseph.): *Accesserunt imbres è cœlo & aspera tonitrua, fulguribus simul intermicantibus, fulmina quoque deferebantur, nihilque omnino deerat eorum, quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti solent. Nox quippe caliginosa nimis, ac tenebrosa eos comprehendit, atque ita totus hic exercitus est deletus.* Suffragium æquale dabit Alcimus (Alcimus.) Auitus lib. 5.

Crudeli effertur nigri dux agminis irâ,
Ignarúsque suæ, quæ iamiam est proxima, mortis,
Accelerans suos iubet, atque intrare profundum.

Et statim post pelagus penetratum.

Candentes ducens nigro rectore iugales,
Inspector cladis propriæ gentisque superstes,
Vltimus ingressus per currum naufragat vndis.

Nigrum agmen & nigrum rectorem dixit, vt meditor, quia columna nubis tenebrosum nigrorem spargebat Ægyptiis. Et quidem id in ipsis Exodi verbis innuitur (Exod.14.24.): *Respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis:* nempe per columnam, quæ ignis lucidus & splendor fulgens erat Hebræis, densa nubes Ægyptiis, Obfirmat id Caietanus (Caiet.): *Aduerte prudens Lector, quòd hic soluitur quæstio, an duæ fuerint columnæ, altera nubis, altera ignis; clarè enim narratur, quòd vna eadémq; columna fuit columna ignis, & nubis, quia vtrumque officium actualiter tunc exercebat. Ignis quidem ad illuminandum Israelitas, nubis autem ad impediendum, ne lux illa videretur ab Ægyptijs.* Secundò dicere possumus, quòd Iudith vnius periodi compendio cinxit vtrumque, quòd Deus in toto progressu peregit, nempe & tenebras per columnam emittens, ne Pharaonis exercitus Hebræum contingeret, antequam pelagus subintraret; & postea post maris ingressum tenebris & vndis obuoluit Ægyptios. Quæ enodatio plus mihi insidet, vtpotè quam duo, quæ sequuntur, confirmant, nempe: *Et tenebræ fatigauerunt eos,* quæ alludunt illis Exodi: *Et erat nubes tenebrosa, ita vt ad se inuicem accedere non valerent:* (Exod.14.20.) & statim: *Tenuit pedes eorum abyssus,* quæ adsonant vers. 17. capitis 14. Exod. (Ibid.27.) *Occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.*

Et tenebræ fatigauerunt eos. Fatigatur non nemo in exponendo fatigationem hanc. Rectissimè Hugo, licet perperam intellectus, exposuit: 54.
Fatigauerunt eos, idest, desistere à persecutione Hebræorum, quasi fatigatos fecerunt. (Hugo.) Non quidem quòd Auctor sui compos credidisset, Ægyptios à cursu sequaci destitisse, qui illicò & legit & interpretatur, quæ sequuntur. *Tenuit pedes eorum abyssus, id est,* inquit ille, *profunditates: Et aqua operuerunt eos:* vbi scholiat *aqua maris*, ne putares quòd senserit, medio in itinere in aliqua palustri aqua tenebris oppressos hæsisse. Ergo, quòd ob tenebras à persequutione destiterint, quasi fatigati, significat aliqui non potuisse Hebræos, nec terga contingere, post quæ propinqui gradiebantur, quasi præ fatigatione à persequutione desisterent. Elegantissimâ phrasi vsa Iuditha est ad exponendum ingenium columnæ, quæ, vnà cùm esset, noctem densissimam efficiebat Ægyptiis, lucem Hebræis. *Ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.* (Exod.14.20.) Quòd, licèt in altum sensum, cecinit Auitus: (Alcim.)

——Substantia discors
Muneribus propriis concordem reddidit vsum.

Terga columnæ spissis vaporibus constipata noctem sequentibus efficiebant, imò & subsidia noctis, nempe sydera, lunæq; candorem oppansis tenebris operiebant: columnæ facies lumen ferebat accensa, diémque etiam in imperio noctis gerebat; quod illis verbis Exodi exprimitur: *Et erat nubes tenebrosa & illuminans noctem.* (Exod.14.20.) Profunda loquutio apud Septuaginta est: *Et facta est caligo & tenebræ, & venit, siue pertransiit nox,* idest, nox ab Hebræis pertransiit ad Ægyptios, vt illi iugi diei lumine pergerent, isti in tenebris cæspitarent. (Septuag.)

Cur dictum: *Et tenebræ fatigauerunt eos?* Pro- 55.
priissimè. Quoniam qui gradiendo multùm errat, multum errando laborat. Nocte viantes, etiam in minori spatio plus ac diurni cursores fatigantur, quippe occluso per tenebras horizonte, continuò se ad terminum peruenire credunt, cùm non perueniant. Ideò cæcus, qui tentando incedit, plus lassatur, ereptis enim ab oculorum intuitu spatiis, quæ supersunt, semper accedere putat, quò intendit ire; iamiam apprehendere & tenere suspicatur, quò tendit. Ratio est, quia lux disgregat spatium, tenebræ autem omnem distantiam sub vna caligine inuoluunt. Cum igitur Ægyptius sequaci impulsu iamiam contingere putabat Hebræum, nec tamen in tota nocte propinqua terga potuit apprehendere, immodicè lassabatur. En cur à tenebris dicitur fatigatus. Inde tenebræ *fallaces* dicuntur, quia fallunt accessum Val. Flac. 3. (Val. Flac.)

Accessère nefas tenebris fallacibus acti.

Inde *imaginosæ*, quia sensim, qui per tenebras incedit, se attingere imaginatur: sic dixit Quint. (Quintil.)
Vrgent nubibus mentem vagis imaginosæ tenebræ.
Fatigatus quidem vix pedem leuare præualet, quasi compedibus irretitus; tenebræ pari compede illigant, & gradiendi facultatem eneruant. Hinc *tenebræ* carcerem & ergastulum significare solent.

Sap.17.2.17. Matth.25.30.

solent. Sapient. 17. vers. 2. *Vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti.* Et vers. 17. *Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati.* Nec desunt, qui illud Matth. 25. vers. 30. *Eycite in tenebras exteriores,* de carcere, qui extra ciuitatem erat, accipiant. Ex quo lux Sidonio fit: *Cui in tenebris ergastularibus constituto.* Igitur tenebræ fatigauerunt Ægyptios, quos mobili quodam carcere, quasi iniectis vinculis tenuerunt. Quare benè protinus nectitur: *Tenuit pedes eorum abyssus*: vt innuatur duplici carcere tentos esse, alio caliginis, qui pedes liberos dimittebat; alio pelagi, limosíque fundi, cui pedes in perpetuum hæserunt. Inde tenebræ dicuntur *inertes* à Virgilio in Mor. *cæcæ* à Lucretio 2. *incautæ* à Lucano lib. 5. quibus attributis indicatur tenebras vestigiis esse inimicas, segnésque & fatigatos reddere euntes, quibus nigra caligine obsistunt, vt dixit Apuleius: *Nocturnas tenebras causabatur sibi obsistere.* Homer. lib. 8. Illiad.

Sidon. Virgil. Lucret. Lucan. Apulei. Homer.

Νῦν μὲν νὺξ ἀπέπαυσε ποδώκεα Πηλείωνα.

Nunc quidem nox cessare fecit velocē Pelidem.

56. Vlteriùs *Tenebræ fatigauerunt eos.* Quisque ab iniecto pondere fatigatur, curuatóque tergo fluitat & vergit. Grauis sarcina tenebrarum est, qua deprimit ambulantes, in puluerémque pellit: quis enim sub maligni, tenebrosíque velaminis nocte gradum mouere prætentat? Vel sedet, vel iacet, vel stat, quasi fatigatio crura fregisset. Sap. 17. vers. 20. *Illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.*

Sap.17.20.

57. Præterea Ægyptij cæco Marte aduersus Hebræos fugitantes pugnabant, quasi iniecta altius galea, sepultísque oculis ob cumulum tenebrarum: quare fatigatio immodica fuit, sicut eius, qui incassum auras verberat, ventúmque findit, dum putat hominem, cùm aberret in ictu Testudinem, sub qua antiquitus aliqui pugnatores latebant, cùm nube tenebricosa componit Calaber lib. 11. Ergo sub tenebricosa nube, nigráque columna pugnabant Ægyptij. Profectò Ægyptios sequentes Israelem sic describit Alcimus Auitus lib. 5.

Calab. Alcim.

Inclusæ galeis facies, & ferrea vestis
Cinxerat iratus armorum luce tenebras.

Expende illud *Inclusæ galeis facies,* & duco te ad Andabatarum morem, qui clausis oculis, sub cassidéque reclusis pugnabant: de quo Martialis lib. 9.

Martial.

Hermes belligera superbus hasta,
Hermes casside languida tremendus.

Hoc vltimum carmen de Andabata intelligit Lipsius lib. 2. Saturn. c. 13. *Quid enim sit aliud,* inquit, *languida illa cassis, quàm hæc tenebras & languidam caliginem inducens.* Casside languida, nempe tenebris & caligine Ægyptiorum facies tegebantur, qui cincti tenebris, inclusíque galeis, iuta Alcimum, militabant, ac proinde passim quasi fatigati dirimere pugnam videbantur: solemne enim bellis est, obortis tenebris, iactáque noctis caligine, pugnas dirimi, vt de castris Ægyptiis & Hebræis, quæ contigua erant, dici possit: quod Liuius lib. 27. in histor. Marcel. & Annibal. refert. *Cùm iam nox instaret, Marte æquo discessum est, castra exiguo distantia spatio raptim ante noctem permunita*: Siquidem castra Ægyptiorum, & castra Israël non longis passibus inter se denexa *ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valuerunt.*

Lipsius. Liuius.

Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos. Hæc duo solent explicari vno hinc illinc elati maris refluxu, cùm vitreus murus ex vndis electus, subitò cadens mediis Ægyptiis naufragium fuit: quasi idem sit, quòd abyssus pedes tenuit, scilicet aquarum gurgite colligauit, ac quòd aquæ operuerunt eos. Non placet expositio hæc, tum quia tautologia est, & sine causa dictiones erogarentur; tum & maximè, quoniam siluisset Iuditha primum supplicium, & cladem, quàm respiciens Dominus per columnam, Ægyptiis mare penetrantibus incussit. Censeo, hoc duarum propositionum compendio eleganter complexam esse Iuditham, quidquid stragis in medio mari contigit Ægyptiis. Duplex quidem clades fuit, prima ab Angelo, seu Domino per columnam respiciente, antequam erecti globi aquarum defluerent, quæ exponitur Exod. 14. vers. 24. ibi: *Ecce respiciens Dominus,* &c. *interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebantúrque in profundum.* Secunda à maris regressu, quæ exprimitur vers. 28. *Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites.* Primam subindicat Iudith in primo Hemistichio: *Tenuit pedes eorum abyssus*; alteram in secundo. 58.

Exod. 14.24. Ibid. 28.

Liquet: nam in prima, disiectis rotis, ab axibúsque diuulsis, qui in quadrigis & equitatu sidentes pauimentum pedibus non tangebant, in abyssum seu profundum corruerunt, pedibúsque & cruribus luxatis in fundum maris elisi sunt. Ausculta Caietanum: *Remotis rotis ab axibus curruum, consequens fuit, vt loco motus progressiui mouerentur deorsum secundum grauitatem & curruum & personarum. Hæc prima animaduersio diuina fuit, antequam Moyses extenderet virgam ad reducendum mare.* Hinc Hugo de S. Vict. ait: *Priùs fugati & prostrati sunt à Domino Ægyptij, & ad vltimum aquis obuoluti.* En quod ibi dicitur *ferebantur in profundum,* exponit Iudith: *Tenuit pedes eorum abyssus*: abyssus enim & profundum eiusdem notionis sunt. Nec interest, nondum subuersis vndis siccam adhuc mansisse semitam, non benè abyssi nomine nuncupandam: quoniam & abyssus terram significat, quæ deorsum iacet Gen. 49. vers. 25. *Et omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, & benedictionibus abyssi iacentis deorsum*: vbi Interlineal. *Benedictionibus abyssi iacentis deorsum, id est, fertilitate terræ.* Quin & Chaldaica Paraphrasis: *Benedictionibus, quæ ascendunt de profundis terræ deorsum.* Quæ significatio, etsi obuia non fuisset, scitè abyssus nuncuparetur fundum illud maris, cui vestigia Ægyptius & Hebræus figebat exercitus: quippe non obest breui temporis interstitio vndas hinc inde diriguisse, cùm ipsummet fundum, etsi parumper siccum, mansisset. Igitur ait Iuditha quòd *tenuit pedes eorum abyssus,* tum quia præcesserat, quòd in quadrigis & equitatu sidebant, & ope diuina effectum, vt equites & quadrigarij milites, non solùm attritis quadrigis & destructis, iam vt pedites, graderentur; sed rotis desuper super innexos pedes cadentibus, quasi carcere, abyssíque vinculis tenerentur constricti. Caiet Exod. 14. *Fortè cuiuslibet currus vnica duntaxat rota amota est ab axe, vt non solùm animo, sed etiam corpore turbarentur declinando.* Tum quia grauitate ipsa & armorum & curruum vergentes in imum, pedes in abysso sicut in neruo posuerunt; quod Hebraica de-

59.

Caiet. Hugo Vict. Gen. 49.25. Interlin. Chaldaic. Caietan. Hbraĭc.

scripsit

scripsit dicens: *Et egit eos in grauitate*: quare antequam mergerentur, reductis fluctibus, abyssus & fundum tenax cadentium fuit. Amœnaberis carmine Alcimi Auiti: Alcim.

Ergo exaltatis pendens sustollitur vndis
Confestim mergendo phalanx Ægyptia, & ipso
Pondere telorum premitur, fundoque tenaci
Succinctum reuehunt morientia corpora ferrum.

Obseruas; *Fundóque tenaci*, miraberis, quantum adsonet nostris: *Tenuit pedes eorum abyssus.*

60. Pined. Quæ si mente teneas, videbis non aptè cogitauisse Pinedam, qui lib. 4 de reb. Salom. cap. 13. n. 6 censet, explicatum horum verborum pendere ex eo, quòd idem fundum, quod puluerulentam & arenosam semitam siccis Hebræorum præbebat vestigiis, Ægyptiis redderet limosam, multâque salebrâ sabulóque humentem, ac proinde pedes eorum passim hærebant, vixque poterant mouere gradum in vliginoso luto sepulti. Id quidem verum non fuit. Potiùs asserendum iudico, eandem fundi siccitatem mansisse Ægyptiis, né, si illicò in sabulo impingerent, ad medium maris progredi non valuissent, nec sic totus exercitus mediis in fluctibus sorberetur. Exod 14. 21. Clarissimè id indicant Exodi verba: *Cùmque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus, flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum, diuisáque est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris. Persequentésque Ægyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites per medium maris.* Quare planitiem maris, quam gradiendo terebant Ægyptij, vtpote siccam, arua seu campum vocauit Alcimus. Alcim.

Accelerare suos iubet, atque intrare profundum.
Arripiunt pariter reserati concaua ponti,
Inuaduntque viam. Quid non furor audeat amens?
Hinc equitum pars agmen agit, pars inde citatis
Ire iubet stimulis rapidas super arua quadrigas.

61. Accedit, quòd si in ingressu maris sabulo hærerent Ægyptij, videntes, veloci pede currere per siccum Hebræos, attoniti fræna suspenderent, nec cursum contenderent maturare. Cur non illicò ad sicci maris miraculum non obstupuerunt? Quoniam densissimæ erant tenebræ, forsânque non conspicati sunt quòd mare scissum semitam pandisset fugientibus, sed ad fragorem & sonitum exercitus Hebræi, quasi cæci, quò ille tendebat, sequebantur: Ausculta, quid sentit Hugo de S. Vict. (Hugo Vict.) *Quæritur, si non videbant Ægyptij Israelitas præcedentes propter nubem interpositam, quomodo sequi potuerunt? Aut si videbant miraculum maris, quomodo ausi sunt eos persequi? Ad quod respondetur, quòd non poterant eos videre perfectè, & tamen quia abire eos sentiebant per aliam viam, pedetentim eos sequebantur, nescientes si vel illos mare ingredi.* Si in salebris, lutosóque sabulo tenerentur impacti, nec totus irrumperet exercitus, nec celebre compleretur prodigium. Ergo ingenium prouidentiæ fuit à fundi siccitate dolus. Nec fingi datur; quòd vrens ventus, qui siccauit abyssum Hebræis, in tenacem limum laxauisset Ægyptiis. Præterea quia in prima Dei animaduersione, quæ rotas subuertit, fugere inceperunt, donec lictoribus aquis occurrentibus apprehensi sunt, nec fugere possent, si hæsissent in limo? (Exod. 14. 27.) *Fugientibúsque Ægyptiis occurrerunt aquæ.* Denique si in profundi cœno sepulti iacerent antequam à superuenientibus vndis suffocati, non diceretur, quòd cadauera mare eructauisset ad littus: *Viderunt Ægyptios mortuos super littus maris.* (Ibi 31.) Nec fauet Pinedæ suffragium, quo vtitur, videlicet ex cap. 14 Exod. vers. 25. (Ibi 14. 25.) vbi pro eo quòd in vulgata est: *Subuertit Dominus rotas curruum, & ferebantur in profundum*, Hæbreus legit, *Duxit in grauitatem.* (Hebraica.) Tigurina: *Difficulter duxit eum.* (Tigurina. Vatabl.) Vatablus: *Agebant ægrè eos currus, vt solent magna difficultate agi detractis rotis.* Imò ex his versionibus contrarium omnino conuincitur: quippe difficultas gradiendi non attribuitur limosæ semitæ, lutóque difficili, sed rotarum defectui. Quare Septuaginta legunt: (Septuag.) *Et impediuit vel colligauit axes curruum eorum.* Id aliter exponit Rabbi Salomon apud Lippom. (Rab. Salom.) *Propter vim ignis accensa sunt rota, & currus impliciti sunt, & qui super eos sedebant, excutiebantur, & membra eorum discerpebantur.*

Vers. 9. Sic fiant & isti Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contibus, & in scutis, & in sagitis suis, & in lanceis gloriantur.

Sic fiant & isti Domine, qui confidunt in multitudine sua. Id est, sic fiat de istis. Multitudinem Assyriorum, Ægyptiorum multitudini comparat. Si credimus Iosepho, in Mari Rubro perierunt scutatorum peditum ducenta millia; & equitum quinquaginta millia. Quot autem Assyrij fuissent sub Holofernis vexillo, suprà discussum cap. 7. *Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præpter præparationes virorum illorum, quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis vniuersæ iuuentutis.* Horum, qui adiecti sunt, maximum numerum fuisse perhibetur in Græco, ac proinde ad Ægyptiorum numerum pertigisse quis ambigat, vt meritò, sicut in causa & in pœna, comparatio in numero fiat? 62. (Ioseph.)

Et in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur. Græcè est: 63. (Græci.) Ὑψώθησαν ἐφ' ἵππῳ ϗ ἀναβάτῃ ἐγαυρίασαν ἐν βραχίονι πεζῶν ἤλπισαν ἐν ἀσπίδι ϗ τόξῳ ϗ σφενδόνῃ. Vertit Vatablus: (Vatabl.) *Equo simul atque equite elati, brachio peditum insolentes, scuto, gæso, arcu fundáque confidunt.* Quòd quadrigarum & curruum origo ad bella Assyriis & Persis adscribenda sit, tractauimus suprà cap. 1. vers. 1. à num. 37. Quibus armis hic exercitus incedebat munitus, hucusque publicatum non fuerat, cùm solùm cap. 2. vers. 7. equites sagitari) proferantur, vbi num. 19. memini me de Persarum & Assyriorum armis aliquid libauisse. Ea luculenter sacra fœmina exponit, cui accineret Alex. ab Alex. quem ibi dedimus lib. 6. c. 22. (Alexand. ab Alex.) *Persæ Medi & Assyrij effuso cursu procursando eminus iaculis & sagittis hostem incessebant. Haud longis inde temporibus Persæ Optimates thorace pectus, scuto sinistram, dextram gladio & securi muniuerunt.* Ex quo fortè venit intelligendum de Assyriis & Persis Ezechielis vaticinium cap. 39. vers. 9. (Ezech. 39. 9.) *Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent & comburent arma, clypeum & hastas, arcum & sagittas, & baculos manuum & contos.* En eadem fermè armorum genera, quæ hîc describuntur, quæ vtplurimum iacula sunt & missilia tela: solùm scutum, seu clypeus sub armorum proprio vocabu-

Isidor. lo venit, si credimus Isidoro lib. 18. Etym. cap. 5.
Arma proprie sunt, eo quod armos tegunt.
Describuntur tantùm in Persis & Assyriis, non
quæ tegunt & defendunt, sed quæ in hostem
figuntur.

46. Contus apud Hugonem censetur baculus: *In*
Hugo. *contis*, inquit, *id est in baculis quibus vtebantur in*
præliis. Non benè, nisi genus traxerit ad speciem.
Baculus enim fustis quæque siue stipes est, aut
scipio, si genericè accipias: de quo forsan parœ-
mia illa: *Absque baculo ne ingreditor*: id est, iner-
mis ne sis. Baculus in specie sumptus differt à
conto, lignúmque significat, vtcumque forma-
Ouid. tum, impolitum forsan & agreste. Ouid. 5. Me-
tam. *Baculumque tenens agreste sinistra.* Adun-
Liuius. cum baculum dixit Liuius lib. 1. *Dextera manu*
baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum
Robert. Valt. *appellarunt* Inde Robert. Valtur. lib. 10. de re mi-
lit baculum à conto distinguit. *Conti*, inquit, *ha-*
sta longiores sunt & robusta, sine ferro, sed acuta
Isidor. *cuspide*. Accinit S. Isidorus lib. 8. etym. cap. 7.
Contus, inquit, *ferrum non habet: sed tantùm cuspi-*
de acuta est. Virgilius: ferratásque trudes & acuta
cuspide contos. Contum à baculo discerni, præ-
Ezech. 39.9. fata Ezechielis verba commendant: *Et baculos*
manuum & contos. Ex loco Isidori & Poëtæ mi-
Lipsius. ror, quòd Lipsius lib. 5. Poliorcet. inter ferrata
iacula intelligat contum; sed alibi ima cuspide
caruisse pronuntiat, id est, qua parte iaculato-
rem ipsum respicit: iam cùm ille obseruauit
Strabo. Strabonis verba lib. 10. *Duplex hastarum vsio,*
alia comminus, alia eminus, & tanquam iaculorum.
Sicut & contus vtrumque vsum præbet; nam &
stantes vtimur & iaculantes. De statariis contis,
id est, quos nisu genuum aut pectorum exerce-
Cerda bant, accipit Cerdensis illud Virgilij 9. Æneid.
Virgil. *Ac duris detrudere contis.* In Leone Imperatore
Leo Imp. cap. 6. verba, quæ refert Lipsius, extant: *Alij*
quidem habebant contaria, id est, hastas, quas
nunc Menaula, olim antiqui lonchas nominabant.
Censet ille, *Menaulum*, mutatâ literâ, esse apud
nos *venablum*. Quòd dissentiam, cogit venabu-
lum ferratâ & oblongâ cuspide constare, qua
diximus contum carere. Quòd ferrum non ha-
buerit, suadetur ex nautarum conto, cuius mu-
nus est aluei fundum tentare, subigeréque na-
uem: quare *contata* dicuntur nauigia, quæ con-
Virg. to impelluntur. Qualis significatus est in Poë-
ta 6. Æneid.

Ipse ratem conto subigit, velísque ministrat.

Imò Hispanè *Cuento* dicitur extremitas lanceæ
versus pectus, manumve iaculantis, aut ferien-
tis; cuius alterum extremum ferreum est. Hinc
dicterium illud: *Por emmendar el yerro, le dieron*
despues con el Cuento. Quin in numeris *Cuento*
Hispanè dicitur, quo vniuersa calculatio finitur.

65. Ergo contus, hastæ genus est, quæ non desi-
nit in extremitate ferri, sed potius quadam ro-
Isidor. tunditate, quæ acuta est, finitur. Isidor sup. cap. 7.
Contus autem quasi conitus. Est enim conus acuta
Pontan. *rotunditas.* Ex quo euinces non benè Ponta-
num dixisse: *Ferratis per marmora contis discur-*
sant; nisi fortè contus pro lancea accipiatur,
quasi genericum nomen sit cuiusque generis ha-
Amos 4.2. stis, sicut videtur accipi Amos 4. *Et leuabunt vos*
in contis, pro quo Hebraicè vos est צנות, *sinoth*,
Hebraica. quam Theodotion vertit *δόρατα*, Symmachus
Theodot. ὅπλα, nempe quæquæ tela aut arma. Sed potiùs
Symmach. ex eo loci iudico, contos non esse ferratos quip-
pe eamdem in Hebræo radicem habet צנינים, &

tamen iam inualuit, spinas significare, quarum,
licèt acuta, non ferrea cuspis est. Contos ego
licet latè, dicerem, quibus vidi agrestes robustós-
que ex rure homines turmatim, spissâque acie
impetentes tauros infigere, quòd memini *Zuiza*
nuncupari. Quintianus vocauit *trabalem contum*, Quintian.
quia verè trabes est. Scio, quòd *abenum* appella-
uit Matuanus: *Et conto valua cluaduntur abeno.* Mantuan.
Politianus *præpilatos contos dixit*: Politian.

Aut præpilatis aciem perrumpere contis.

Dissidium est, quæ præpilata missilia sint, an
desinant in ferro, an in obtuso acumine instar
tundidatis pilæ. Amœnè tractat Lipsius lib. 5. Lipsius.
Poliorc. Dial. 4. vbi indicat iacula absque ferro Plin.
significari ex Plinio lib. 9. cap. 30. *qui cornua præ-*
pilata dixit:

Obseruandum, quòd vbi Græca versio legit 66.
ἤλπισαν ἐν ἀσπίδι, καὶ τόξῳ καὶ σφενδόνῃ: quæ ad literā Græca.
iuxta Montanum versa: *Sperauerunt in clypeo &* Montan.
arcu & funda: Vatablus vertit: *Scuto, geso, arcu,* Vatabl.
fundàque confidunt. A quône hausit *gesum*, quod
iaculi genus, in ipso Vatabli Græco non inueni-
tur? Antea in Græca tra[n]slatione esse γαίσῳ,
subindicat Lipsius lib. 4. Poliorc. Dial. 4. ἐν ἀσπί- Lipsius
δι καὶ γαίσῳ, καὶ τόξῳ pro quo latinum interpre-
tem vertisse ait: *In scutis, in contis, & in sagittis.*
Et quidem, quòd idem sit contus ac gesum, Sui- Suidas.
das auctor est apud Lipsium. *Gesi, telum vel con-*
tus longè feriens.

Verùm non modica difficultas est, quid pro- 67.
priè *gesum* significet. Profectò Iosue c. 8 vers. 18. Ios. 8.18.
vbi vulgata habet: *Leua clypeum, qui in manu tua*
est, contra vrbem Hai; Septuaginta dicunt ἔκτει- Septuag.
νον τὴν χεῖρά σου ἐν τῷ γαίσῳ. *Leua manum in geso*:
vbi Symmachus *scutum* exponit. Magna lis est,
quid leuauerit Iosue: nam alij *lanceam*, alij, *ve-*
xillum, alij *scutum* leuauisse defendunt. Nodum
sensit Augustinus lib. 6. loquut. *Quid dicat geson,* August.
non facile intelligitur. Hoc interpres Symmachus Symmach.
scutum appellasse perhibetur. Septuaginta autem Septuag.
interpretes, secundùm quos ista tractamus qui po-
suerunt geson, miror, si & in Græca lingua hastam
vel lanceam Gallicanam intelligi voluerunt: ea quip-
pe dicuntur, gesa, quorum & Virgilius meminit,
vbi ait de Gallis in scuto Æneæ pictis: Duo quis-
que coruscant gesa manu. Quòd ibi, nempe in
Iosue, gesum significet clypeum, sunt qui pu-
tent; tum, vt accinat vulgatæ; tum, quòd Ma- Masius.
sius perhibeat apud septuaginta aliquando cly-
peum *gesum* vocari. Quòd clypeum erexerit Io- Serar.
sue iuxta vulgatæ veritatem, eruditè inibi Sera-
rius defendit quæst. 6.

Duo ego coniecto suffragia, vt probem ge- 68.
sum aliquando posse pro clypeo, scutóve, vt
Symmacho & Masio adstipulemur, intelligi.
Primum est locus hic, quem versamus: nam
Complutensis & Regia etiam in versione Græca Complut.
omisit *gesum*; & vbi legabatur ἐν ἀσπίδι, καὶ γαί- Regia.
σῳ, *in clypeo & geso*, quasi eiusdem significatus
essent, *gesum* subsiluêre. Alterum est, ideo for-
tassis pro clipeo sumi, quoniam Varro auctor est, Varro.
Gallos, cùm geso armabantur, clypeo seu scuto
caruisse, ne ab vtriusque pondere grauarentur.
Sic fatur de vita populi Rom. lib. 3. *Qui gladiis*
cincti sine scuto cum binis gesis essent. Quin vtrum-
que contraponitur apud Athen. lib. 6. à Samni-
tibus scuti vsum, ab Hispanis gesorum. Quæ
ita sint, non quidem adduci possum, vt credam
gesum idem esse, quòd *contum*, licet Eusebius Euseb. Em.
Emisl. leuauisse Iosue *lanceam* exponat, referens
aliquos,

aliquos, qui *geſum vbrum*, *contum* eſſe velint. Sed quòd *contus* lancea propriè non ſit, præterquam iam præſtruximus, probant clarè Iudithæ verba, quæ poſt contos lanceas adiiciunt: *In contis & in lanceis gloriantur.* Quòd *geſum* non ſit, ſuadeor: nam licèt Feſtus *geſum* graue iaculum dixerit, leue teli genus vt plurimum eſt, cùm paſſim bina geſa vni adſcribantur, ſicut ex Varrone vidimus & Virgilio; adeſtque Liuius lib. 9. *Falcibus biniſque geſis armati*: & de Gallia dixit Claudianus 11. de laudib. Stilic. *Binaque geſa tenens.* Quòd tam contus, quam geſum ſoleat cum gladio geſtari; de conto probat mihi Iuuenalis Sat. 10.

Nocte iter ingreſſus gladium, contúmque timebis.

De geſo ſat eſt Varro nuper datus.

69. Denique licèt geſa à Gallis dictitentur inuenta, vnde *geſati* Galli apud Lazium lib 8. comment. cap. 17. & Nonius *geſa*, tela Galliarum dicat; vides hîc arma Aſſyriorum & Perſarum fuiſſe, & velut ſi propria, & de more gentis, *ſua* nuncupauit Iudith, ſi ſemel ſub contis intelligantur *geſa*: *In contis & in ſcutis, & in ſagittis ſuis.* Nec alia ratione contendit Cerdenius 8. Æneid. *geſa* à Macetis originem ſumpſiſſe, niſi ex Statij; carmine 2. Achil. *Quo Maceta ſua geſa citent*, quaſi ly *ſua* illorum eſſe propria ſubindicet. Scrupulus quidam eſt Euſtathio lib. 9. odiſ. vbi ſcribit, Homerum nunquam voce *conti* vſum fuiſſe pro militari telo. Aſt tam *contum*, quàm *geſum* inter militaria arma numerandum, euincunt hæc Iudithæ verba, quæ enodamus. Quin *contati milites*; apud Vegetium ſunt, & inter arma bellica Pollux recenſuit lib. 1. cap 10.

70. In Græco habetur, ὑψώθησαν ἐφ' ἵππῳ καὶ ἀναβάτῃ, ἐγαυρίασαν ἐν βραχίονι πεζῶν. *Exaltati ſunt in equo & aſcenſore, gloriati ſunt in brachio peditum.* Compendio cinxit; quidquid exercitus eſt, equus, eques, & pedes. Sic alibi. *Equum & aſcenſorem eius deiecit in mare.* At quid in brachio peditum? Brachium ſolet ſignificare vallum ad munienda caſtella. Liuius lib. 38. *Intempeſta nocte ſuperato brachio in vrbem penetrat.* De huius ſignificationis cauſa adi Lipſium lib. 2. Poliorc. Dial. 2. Abeſt ab hac notione, quòd hîc ſcribitur *brachium peditum*. Apud nos reipublicæ ordines, variſque ſtatus brachia ſolent appellari; vt brachium militare, & Eccleſiaſticum. An ita brachium, peditum eſt, agmen & ordo? Vix puto. Dicerem, gloriatos Aſſyrios & Perſas in brachio peditum, quoniam pedites vt plurimum fundibularij erant: funda autem firmo brachio, neruoſóque indiget lacerto, vt pilam excutiat. Curtius lib. 3. de Perſis inquit: *fundâ vinciunt frontem, hoc & ornamentum capitis & telum eſt.* Quin & Iuditha ſub eadem ferè Græcæ verſionis ſtatim adiicit: *Sperauerunt in clypeo & arcu, & funda.* Quòd ingentia ſaxa Perſæ fundibularij iacerent, ſcribit Curtius lib. 4. *Alium nihil præter iaculum habere, alium fundâ ſaxa librare.* Quòd de Balearibus ſcripſit Diodorus lib. 6. *Baleares fundis lapides magnos iacere optimè omnium mortalium.* Quòd Curtius dixit *fundâ ſaxa librare*, me admonet, vt *fundas librales* apud Iulium Cæſarem non alio myſterio dictas ſuſpicer, niſi quòd ab illis librentur lapides, licèt Lipſius lib. 4. Poliorc. Dial 3. inſudet in exponendo, quid ſit, legendúmque putet in Cæſare 7. Gallicorum *fundas libribus.* Sed *funditores*, idem quod *librarores* cenſendos innuit Tacitus 11. Annal. Ergo in brachio peditum Perſæ Aſſyriíque gloriabantur, quoniam validiſſimis neruis, funditarum brachia obdurata eſſe oportebat. Cur autem *peditum* dixit? Quia exercere fundum non equitis aut nobilis, ſed peditis & vilioris hominis fuit apud Perſas ex inſtitutione Cyri: de quo Xenophon. 7. Pæd *Cùm Lydos deuiciſſet, iuſſit fundis exerceri, exiſtimans hoc telum, ſeruile quoddam eſſe.* Si ſuſpicari detur in his verbis *brachio peditum* aliqualiter innui, tela illa, quæ apud Lypſium ſuprà *librilia* dicuntur, & è fundis iaciebantur: quæ Feſtus inquit eſſe inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad brachij craſſitudinem, in modum flagellorum loris reuincta. Hæc ſolidè ſentire non poſſumus; ſat tetigiſſe fuit.

Verſ. 10. Et neſciunt, quia tu ipſe es Deus noſter, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen eſt tibi.

Et neſciunt, quia tu ipſe es Deus noſter, qui conteris, &c. Pulcherrimè verba contexuit, plena robore & energiâ. 71. Breui periodo omnia ferme Dei nomina delitere non abnues, ſi ſacra eius vocabula, quæ obuia ſunt, recordatione prætentes. *Neſciunt, quia tu ipſe es Deus noſter.* Nomen Dei, quod eius immutabilitatem conſtantiámque perhibet, eſt *labbi*, ac ſi dicas *ipſe idem*, quale. Iſai. 42. verſ. 8 & 43. verſ. 25. *Ego ſum, Ego ſum ipſe.* Pſalm. 101. 29. *Et mutabuntur: tu autem idem ipſe es*; quod Genebrardus ibi vocauit primum Diuinitatis attributum: quippe Dionyſ. Areop. nuncupat ταὐτὸν ὑπερουσίως, *idem ſuperſubſtantialiter.* Quòd nomen & Platoni inſedit, qui 1. de Repub. definit Deum, ἣ ἰδέα ἀεὶ αὐτοῦ ἀεὶ ἔχομένην κατὰ ταὐτὰ: quæ vix poſſunt Latinè verſa abſtruſum redonare myſterium, ideſt, *eſſentiam, quæ eadem ipſa ſemper, ſecundùm ipſa ſe habet.* Quare abſolutè Deum plato vocabat ταὐτὸν, ideſt, *ipſum*, quod & de Pythagoricis protulit Genebrardus, qui bonum principium vocabant *idem*, malum autem, vtpotè mutabili obliquitate fluens τὸ ἕτερον, id eſt, *alterum* dicebant. Ergo ſacra fœmina hac dictione: *Quia tu ipſe es Deus noſter*, innuit eleganter Deum Hebræorum, eum eſſe, quem Deitas ipſa vera, immutabilis iugiter ſibi conſtans commendat: ſecus ac Dij Gentium, quos & artificis manus circino elaborante decreuit, & temporis rubigo mordet, & ad adorantium ceſſant arbitrium. Inquit: *Neſciunt, quia tu ipſe es Deus noſter.* Holofernes, quia omnia Numina demoliri parabat, etiam Deum Hebræorum à ſe conterendum ſacrilega improbitate effutiebat. Quare Achiori, Hebræi Numinis præconanti potentiam, dixit cap. 6. ſupr. v. 2. *Quoniam prophetaſti nobis dicens, quòd gens Iſraël defendatur à Deo ſuo, oſtendam tibi, quoniam non eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor* Præterea ſup. c. 3. v. 13. lucos Holofernes excîdit: adiiciturque cauſa verſ. 13. *Præceperat enim illi Nabuchodonoſor rex, vt omnes Deos terræ exterminaret, vt ipſe ſolus diceretur Deus.* Igitur ſacra fœmina inquit: *Neſciunt, quia tu ipſe es Deus noſter*: ideſt: Neſciunt, quia tu, qui Deus noſter es, ipſe es, vnus & idem, nec varietati obnoxius, nec defectioni ſubiectus. Vel; Neſciunt, quia tu, qui Deus ipſe & idem es, ac propterea verè & ſolidè Deus es, Deus noſter es. Vnde ſtolidè ineptiunt Aſſyrij, te à Diuinitate poſſe detrudere, excidiúmque

quale Diis, quos lucorum silentia tenebant, incusserunt, parare.

72. Vides iam duo Dei nomina protulisse Iuditham. Quin & ineffabile nomen *Iehoua* non modicè innuit. Nam *tu ipse es*, illius sacri vocabuli Alcazar. notionem exponit: quod Alcazar in c. 1. Apoc. vers. 4. annot. 3. eruditè probat, conflatum esse ex pluribus dictionibus, quæ significant *erit*, *est* & *fuit*; in quibus quid aliud, nisi *idem ipse*, vbi æternitatis immutabilitatisque sonat elogium. August. Id ex Augustino firmemus in Psalm. 101. ad illud: *Tu verò idem ipse es*, sic fatur: *Tu quis es? Idem ipse es Tu qui dixisti: Ego sum, qui sum, idem ipse es. Et quamuis etiam ipsa non essent, nisi ex te & per te, & in te, tamen non quòd ipse es: tu verò idem ipse es.* Quare non detractabis, nomen ineffabile Dei indicauisse Iuditham, dum dixit: *Tu ipse es?* quod inflexibilem constantémque & ab interitu extorrem substantiam exponit. Id ignorabant Assyrij, cùm debacchantes putabant, Deum Hebræorum, sicut Gentium idola stragi, interituíque subijci, & Holofernis manu posse detrudi. Proponit igitur sacra fœmina præcipuum Dei veri discrimen à fictilibus Diis, quòd idem ipse sit. Hinc celeberrimum & quasi primum Dei nomen in hac stante perennitate lo-Exod. 3.14. catur Exod. 3. *Ego sum, qui sum:* vbi solet legi, Oleast. *Ero qui ero.* Ausculta Oleastrum: *Hoc inter verum Deum & idola interesse, quod illa sicut tempore inceperunt, ita quoque tempore desinent esse: Deus autem verus, sicut nunquam incepit, ita esse nunquam definet. Hoc est ergo illi peculiare. Vult ergo Dominus significare Mosch & Hebræis se perpetuum Deum, seu Deum, qui semper erit, ac si dicat: Ero qui semper ero.* In eumdem scopum dicitur hîc: *Tu ipse es*; quod vi nominis accipere non detrectes: non solùm illud *Tu ipse*, si-Plato. cut ταὐτὸ nuncupauit Plato; sed ly *es*, quod August. supremum Dei esse vocabulum Augustinus literis consignauit, Psalm. 101. *Hoc est nomen tuum, hoc est totum, quod vocaris. Exprimis hoc quidem meliùs. Qui est, misit me ad vos. Magnum ecce est, magnum est. Ad hoc homo quid est? Ad illud tam magnum est, homo quid est, quidquid est?*

73. Pergit Iuditha: *Qui conteris bella ab initio*: quæ si cum elapsis dictionibus nectas, sic poteris constituere sensum: Nesciunt, quia tu qui contriuisti aduersus Hebræos impetentia hostium agmina, dissipastique bella, idem nunc ipse es, nec nos ab Assyriis conteri, disiicique patieris, cui idem robur, eadem opitulationis Oleast. voluntas persistit. Ex his verbis posset Oleaster suum fœliciter fulcire cogitatum, qui in cap. 6. Exod. autumat nomen *Iehoua* non à radice *hauah*, que significat *esse*; sed manare à radice *ho-*Ezech. 7. 7. 10. *uah*; id est, *contritio*, vt liquet ex Ezech. 7. & Isai. 47. 4. Isai. 47. *Cadet super te houah*, id est, *contritio*. Inquit Exod. 15. 3. ille: *sensus erit: Ego sum Iehoua, id est, Deus conterens.* Quod firmat ex cap. 15. Exod. vers. 3. *Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius:* vbi ille legit: *Dominus vir belli Dominus nomen eius*; & docet esse nomen *Iehoua*, idest, *conterens inimicos*. Mirè obfirmat sensum hunc sacra fœmina hîc: *Qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi*: vt possis suspicari nomen sanctum *Iehoua* protulisse. *Et ab initio.*, ait; idest à contritione Ægyptiorum, quod diuinæ fortitudinis ostentum tanquam primum æstimabant Hebræi. Accedit, quòd vbi dicto cap. 15. Exod. Euthym. legitur: *Dominus quasi vir pugnator*, Euthymius ait: *Secundum aliam literam; Dominus conterens bella, hoc est, qui delet, ac, extinguit ea.* Id autem esse nomen *Iehoua*, innuit ibi Hieronymus apud Hieron. Lippoman. Profectò cùm Septuaginta ibi le-Septuag. gerint: Κύριος συντρίβων πολέμους: idest, *Dominus conterens bella*; illúdque elogium insonuerit, suffocatis Ægyptiis, aliquid constat Iuditham eò respexisse: vt quæ Ægyptiorum cladem, Dominíque fuit modulata victoriam, iam hymni, quem cecinit Moyses sicco super littore, carmen delibet.

Vbi tamen obseruandum est, quo hic Dei nomina indicari, nempe *conterens bella*, & *Dominus*. De Domini vocabulo lis potest esse, quale hîc ex Dei nominibus censeatur, & an *Iehoua*, an *Adonai* sit. Obseruauit quidem Alcazar in Apoc cap. 1. vers. 4. annotat. 3. quòd postquam Septuaginta Interpretes sacra volumina stylo Græco ediderunt, nomen illud *Iehoua*, sub seris & repagulis silentij latuisse; & quoties in Hebræa origine incideret, eius loco *Adonai*, idest, *Dominus* nomen adscriptum. Sanè sentio, vbi legimus hîc *Dominus nomen est tibi*, Iuditham protulisse *Iehoua*, ideóque adiecit emphasi non modica *nomen est tibi*: ac si diceret: Hoc tibi propriissimum est vocabulum; cætera circumstantis, & quasi pronomina sunt. Id duabus coniecturis conuinco. Prima, quoniam istæc verba, vt prædiximus, delibata sunt ex Moysi cantu, prædicto vers. 3. cap. 15. Exodi, vbi postquam dictum apud Septuaginta: *Dominus conterens bella*, adiicitur: κύριος ὄνομα αὐτῷ, *Dominus nomen ipsi*: quæ expendens Caietanus ait: *Propriè autem dicitur, quòd Iehoua est nomen eius, quia est nomen ei propriissimum, vtpotè qui est, solus, à quo omnia quæ sunt, habent esse.* Alia coniectura sit, neutiquam ad nomen *Adonai* hanc vocem *Dominus* referendam, quasi eam protulisset Iudith: quoniam si hoc nomine vsa fuisset, illud excripsisset Hieronymus, nec in Latina translatione siluisset, siquidem illud non subsiliuit, cùm sancta fœmina eo vocabulo *Dominum* nuncupauit infrà cap. 16. vers. 16. *Adonai Domine magnus es tu.* Iudith. 16. 16. Et siquidem postquam cadauera Ægyptia pelagus eructauit ad littus, agnouerunt Hebræi vim inlatentem nominis *Iehoua*, quod in rubo ab ore Dominico quasi primitus fuerat propalatum, postea verò cap. 6. Exod. magis expensum; Exod. 14. 31. clamat Iudith, quòd nescientibus Assyriis ipsamet cladis experientia fiat cognitum nomen hoc ineffabile Dei. Profectò Exod. 6. postquam Do-Exod. 6. 2. 3. minus dixit ad Moysen: *Per manum fortè dimittet eos, & in manu robusta eiiciet illos*, statim adiicitur: *Ego Dominus, qui Apparui Abraham, &c. In Deo omnipotente, & nomen meum Adonai non indicaui eis*: Vbi nomen *Adonai* iuxta Cyrillum, Cyrill. Theodoret. Caietan. & alios substitutum est pro Theodor. Caiet. nomine *Iehoua*, quod perhibetur, Patribus manifestum non fuisse, vtpote quia eius in conterendo inimicos robusta maiestas non innotuerat. Rupertus inibi: *Non indicaui sic accipiendum* Rupert. *est, vt subaudias quanta esset potentia, vel virtutis. Magnalia námque & terribilia facturus hoc loquitur ad ostensionem gloriæ nominis sui, qualia non fecit in diebus Abraham, &c. Quibus tamen in Deo omnipotente apparuit, quique hoc ipsum, quòd omnipotens esset, non quæsierunt miraculis explorare.* Deum ad miraculum Iudith lacessit, quale in naufragio Pharaonis illuxit: aptissimè igitur, Domino osculante, illud illi nomen quasi in memoriam

memoriam reducit, quo Deus ſe nuncupauit, cùm ſe ad præfatum accinxit prodigium.

75. Percontaberis, cur pro nomine *Iehoua* vox *Dominus* ſubſtituta increbuerit? Dicam compendio. Quoniam compendioſa eſt maieſtatis diuinæ explicatio. Certè Imperatores & Reges hoc nudo nomine efferri ſolebant. (Paulin. Sidon. Sabaron. Tacit.) Paulinus de S. Martino, Sidonius paſſim lib 2 epiſt. 2. *Indicit vt Dominus.* Vide ibi notam Sabaronis, à qua mutuamus Tacitum lib. 10. *An Neronem extremum Dominorum putatis?* (Tertull.) Eſt obuius Tertullianus, ſed quia prodeſt, non ſilendus in apolog. cap. 34. *Auguſtus imperij formator, ne dominum quidem dici ſe volebat: & hoc enim Dei eſt cognomen. Dicam plane Imperatorem Dominum, ſed more communi, ſed quando non cogor vt Dominum Dei vice dicam. Cæterùm liber ſum illi: Dominus enim meus vnus eſt, omnipotens Deus æternus, idem qui & ipſius.* Vt his vltimus fruerer, ſic legerem; *Idem qui & ipſe*: ac ſi diceret: Ille verò Dominus, qui ſemper eſt, nec eius poteſtas ſub lubrico nutat, diſpendium vtique non paſſura, vt accinat verbis, quæ enodamus: *Tu ipſe es, Dominus nomen eſt tibi.* Inde forſan ſimia veritatis gentilitas Deos ſuos *Dominos* appellabant: *Baal* enim, quod idolum ſignificat, *Dominum* præſignat, & vt plurimum Deorum nomina ab hac dictione incipiebant, *Baalpeor Baaldagon, Baalzebub.*

76. Prætereà hoc potiùs vocabulo Deus à creaturis nũcupatus agnoſcitur, quia dictio poteſtatis, & fortitudinis eſt, domitorẽ, potentẽ, fortẽmque (Tertull.) ſignificat, vt placuit Ambr. lib. 1. de fide c. 1. *Deus & Dominus nomen magnificentiæ, nomen eſt poteſtatis, ſicut ipſe dicit: Dominus nomen mihi eſt. Dominus ergo & Deus, vel quòd dominetur omnibus, vel quòd ſpectet omnia & timeatur à cunctis.* Si libræ dederis illud Ambroſij: *Vel quòd dominetur omnibus*, capies illud paradoxum Tertulliani lib. aduerſ Hermog. cap. 3. *Deus ſubſtantiæ ipſius nomen, id eſt Diuinitatis; Dominus verò non ſubſtantiæ ſed poteſtatis: ſubſtantiam ſemper fuiſſe cum ſuo nomine, quod eſt Deus, poſtea Dominus, accedentis ſcilicet rei mentio.* Non enim vir ſui non impos potuit aſſerere, poteſtatem Dei non eſſe ſubſtantiam: ſed quoniam non niſi erga creaturas exponitur, quaſi accedentis rei mentionem expectare perhibuit. Pergit: *Nam ex quo eſſe cœperunt, in qua poteſtas Domini ageret, ex illo per acceſſionem poteſtatis & factus & dictus eſt Dominus.* Dixit per acceſſionem poteſtatis, non quia poteſtas acceſſio Dei eſſe potuerit, ſed quia poteſtati acceſſit creaturæ relatio. Dixit: *Et factus & dictus eſt Dominus*, non quia factus, cui ingenita ab æterno poteſtas, ſed quia dictus, per expreſſionem nempe dominij. Ergo Iuditha, ea de cauſa, Domini nomenclationem delegit, quoniam de conterendo inimicorum agmine, cogitabat, ſtrenuæque fortitudinis expetebat impulſum, innuebátque gentem Hebræam præ cæteris aliis creaturis, dominij diuini non ſolùm naturâ, ſed religione, voluntatéque libente ſubiici maieſtati, eiúſque terminare reſpectum. Quòd *Domini* nomen, eius fortitudinis ſit elogium, & ad bella conterenda vexillum, argu- (Genebr.) mento eſt, quod Genebrardus perhibet in Chronico, anno mundi 3923. ſcilicet Machabæorum nomen inde fluxiſſe, quòd Mathatiæ filius, vt teſſeram militibus dedit illa Moſis ver- (Exod. 15. 11.) ba Exodi 15. verſ. 11. מי כמוך באלים יהוה : *quia ſicut tu in fortibus Domine?* Quæ, cùm per initiales quatuor literas vexillis appingerentur, quæ iunctæ ſonant *Machabai*, ſiglæ illæ, literarúmque compendium in horum militum nomen tranſiuit, quæ ſic breuitatis causa & ſcriptæ fuerant & lectæ.

Super eſt, quid ſit conterere bella: *Qui conteris bella ab initio.* Græcè, συντρίβων πολέμους. 77 Propriè συντρίβω ſignificat *perforo terebro*. Verùm à τρίβω ſolet etiam deduci, quod eodem ſignificatu gaudet, ac τείρω quod eſt, *exhaurio, domo, conficio, affligo, eneco, macero.* Quare νίκας vox *victoriæ* eſt, τάρεδς vox *victi*, qui ab hoſte ſæpius infeſtante atteritur & vexatur. Liquet id in Homero (Homer.) Illiad. Ξ. ταρέδς τρῶας, *vexari & perdi Troianos.* Ergo delectum fuit verbum, quod extremum Aſſyriis ominaretur excidium, omnéque vexationis genus exprimeret. Nec dixit; *Qui conteris bellatores*, ſed *bella*, vt maior energia eſſet, qualis in abſtractis imbibi ſolet. Maius enim eſt, & viuidioris ſpecimen fortitudinis, ipſum bellorum genus diſſipare, & quaſi puluerem, qui vento rapitur, exufflare, ne togatam pacem, placidámque quietem conturbent, quàm bellatores ipſos iam in ardore pugnæ igneos extinguere & ſubiugare. Bellator non eſt, niſi ex vtraque parte dimicetur: Dominus ab initio bella contriuit, quippe qui, quòd hoſtes cum Hebræis non confererent manus, effecit, nec claſſicum hinc inde tonaret; ſed abſque æſtuante pugna à belli pernicie Hebraïcum populum columen reddidit. Liquet in duobus caſibus, quos Iudith in exemplum deducit, ad eóſque omnem verborum ſeriem modulatur, videlicet cùm Simeon & Leui in Sichimas ferociente gladio exarſerunt; Dominus enim adeò tunc bella contriuit, id eſt, ne erumperent, obſtitit, vt potius vicinas gentes gelido timore perfuderit, Gen. 35. (Gen. 35. 5.) verſ. 5. *Terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes.* Cum Ægyptiæ claſſes ingruerunt, & abſcedentis populi terga impetu ſequaci percellere conarentur, reſtitit Dominus, ne vterque exercitus ſigna confereret; ſed quaſi vadem ſe obiecit in medio, præcauens, ne ad arma venirent Exod. 14. (Exod. 14. 19.) *Tollénſque ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſraël, abijt poſt eos, priora dimittens, poſt tergum ſtetit inter caſtra Ægyptiorum & caſtra Iſraël.* Simile quid Iuditha precatur, Hebraïcæ gentis ſoſpitatem implorans, ne ad bellum cum Aſſyriis conſerat manum; ſed Deus ita bellum conterat & auertat, vt incruento triumpho, & abſque vulneris mercede donato, pacata ſorte fruatur. Id verè accidit. A Domino bella conterente factum eſt iſtud.

Verſ. 11. Erige brachium tuum ſicut ab initio & allide virtutem eorum in virtute tua: cadat virtus illorum in iracundia tua, qui promittunt ſe violare Sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deiicere gladio ſuo cornu altaris tui.

Erige brachium tuum ſicut ab initio. Græcè: Σὺ ῥῆξον αὐτῶν τὴν ἰσχὺν ἐν δυνάμει σου. *Tu rumpe eorum fortudinem in virtute tua*: ſeu, vt Vatablus: *Tu robore tuo vires eorum infringe.* Conſtabit ex verſione hac id, quod tyronibus obuium, brachium,

chium in scriptura fortitudinem & robur significare. At non sic segniter hæc verba expendere sufficio, cùm mediter, Iuditham ditiorem sensum exprimere. Alludit quidem ad duo exempla, quæ præmiserat, nempe ex Sichimarum clade, & ex naufragio Ægyptiorum. Vtrobique manum seu brachium Domini ad vltionem erectum Hebræa gens fuit sortita. Et quidem de Simeone præcessit, *Qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum.* Sicut gladius non nisi brachio manúque versatur, sic, si humanitus loquimur, non nisi manu, brachióve à Deo Simeoni præstitus intelligitur. Vlterius, cum Pharao, Ægyptiúsque exercitus pelagi destinabatur supplicio, Dominus ad Moysem sic affatur Exod 6. *Nunc videbis, quæ facturus sum Pharaoni. Per manum enim fortem dimittet eos, in manu robusta eijciet illos:* vbi Septuaginta: *Et in brachio excelso eiiciet eos.* Scholiat Caietanus: *Non Pharaonis, sed Dei robusta manus significatur, qua occidit primogenitos.* Chaldaïca exponit: *Per manum validam.* Ergo, licèt corporis organa, carnéaque instrumenta supremum spiritum non obdurent, expetit Iudith, vt pristinam exerceat virtutem, neruósque robustos expendat, qualiter se brachium erexisse monstrauit, cùm vel manu valida gladium præstitit Simeoni, vel per strenuum suæ potentiæ brachium, Ægyptiorum pignora iugulauit, & post filiorum cædem patres in pelago sepeliuit. Inde appositè adiicit *sicut ab initio*, vt orationis testem continuo filo texat, adhúcque in primis perduret exemplis.

Exod. 6.1. — Septuag. — Caiet. — Chaldaica.

79. Præterea sic sensum instituerem. Versat Iudith in animo Holofernis iugulationem, cuius ceruicem erecto brachio, manuque cadente amputare deliberat, quod & contigit infrà c. 13. v. 9. *Apprehendit comam capitis eius,* &c. Expetit igitur à Deo, vt brachium suum erigat, id est, vt vel brachio suo brachium fœminæ virili fortitudine imbuat, strenuáque animositate eleuet: vel fœminæ brachium tanquam proprium, coniunctúmque sibi instrumentum, ac proinde suum, erigat, qui percutiat & iugulet hostem: ac si diceret; Humana brachia tuorum tua sunt, cùm mira per fragiles lacertos, ignauosque & inermes animos operaris; tuum brachium sum, etsi mollis fœmina, tenera & elumbis, erige me: hæc tibi aptiora sunt instrumenta, vt magis tua virtus eniteat. Id in præmisso exemplo contigisse facilè probare valemus. Nam quoties diuina virtus ad puniendos Ægyptios miracula perpetrabat, Moyses, quòd manum extenderet, iubebatur: & tandem Exod. 14. *Ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare. Cúmque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum.* Annè Moysis manus, an dextera Domini fecit virtutem: Manus Moysi organum fuit, per quod virtus diuina prodigium peregit. Lippoman. Exod. 14. *Vides, quomodo ad eleuationem manus Moysi diuina virtute omnia facta sunt contra Ægyptios.* Id Dauid cecinit Psal. 135. vers. 12 *In manu potenti, & brachio excelso:* ac si diceret, eleuato & erecto. Hieron. legit *extento*, supple *eduxit Israel de medio eorum.* Ergo qui operatus per Moysem, inimicorum peregit excidium, quòd per fœminam operetur, fœmina rogat: quare infra vers. 15. ait: *Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus fœminæ deiecerit eum:* & infrà cap. 13. vers. 18. *Interfecit in manu mea hostem populi sui hac nocte.* & vers. 19. *Per manum fœminæ percussit illum.* En idem stylus ac ab initio percrebuit in Moyse. Quidni exposcat, quòd Dominus brachium suum erigat, id est, brachium fœminæ, per quod interimat inimicum? August. tract. 55. in Ioann. *Homo alterum hominem, per quem solet agere, quicquid agit, brachium suum appellat: & si ei auferatur, dolens dicit: Brachium meum perdidi. Et ei, qui abstulerit, dicit: Brachium meum mihi abstulisti.* Ex quo lux erit Isai 9. vers. 20. *Vnusquisque carnem brachij sui vorabit.* Quod si de fratre accipias, qui sub nomine brachij indicetur, vtpote ab eodem stipite ramus nascens, sensus erit, quòd adeò effera rabies illos aget, vt vel fratres suos, quorum opera ad inuicem eadem sunt, & in alterutrum instrumenta consentur, intestina cæde cruentent.

Exod. 14. 26. 27. — Lippom. — Psal. 135. 12. — August. — Isai. 9. 20.

80. Indidem sensus potest esse: *Erige brachium tuum*, quasi per antithesim. Præcesserat quidem saltem in Græca versione: *Ecce Assyrij equo simul ac equite elati in brachio peditum gloriantur.* Subdit Iudith: Erige ergo brachium tuum Domine, vt illud brachium conteras, supernáque virtute disperdas. Præterea *brachium*, Bibliorum stylo tyrannidis violentiam solet significare. Iob. 35. vers. 9. *Eiulabunt propter vim brachij tyrannorum.* Psalm. 10. vers. 15. *Contere brachium peccatoris:* & passim. Ergo aduersus Tyrannum, Dominicum brachium efflagitat; nec ait, *Confere brachium*, sed *erige:* deduceret enim Deum insertis lacertis cum Tyranno luctari; sat est, quòd erigat brachium, vt ille cadat. Vlteriùs, *Erit brachium tuum*, ait *sicut ab initio*, brachium Domini sempiternum esse demonstrans, nullâ quod possit senectutis iniuriâ comminui; ideò, quod erigat, expetit, quasi vir pugnator & strenuus, non vt senex impeditus & aridus: brachium enim quod Deo attribuitur; æternum est, vegetóque robore præstat. Deut. 33. *Habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna: eiiciet à facie tua inimicum, dicétque contere.* Sanè Deus longamini expectatione adhuc sufferebat affligi Iudæos, & quasi æneo pede ad opitulationem graderetur, superbientes & alacres patiebatur Assyrios. Sacra fœmina Deum incendit ad opus, & quasi demissis brachiis Deum conspiceret, quod signum segnis & eneruis hominis est, Hispanè *se le caen los brazos: erige*, inquit, *brachium tuum sicut ab initio:* id est, Macte animi Deus, exurge, & ne repellas in finem; accingere ad opus, brachium eleua memor tui; antiqua tibi fortitudo adest. Quòd brachium erigere, operis ineundi symbolum sit, imò congrediendi cum hostibus militare argumentum; innuitur Prou. 31. vers. 17. *Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit Brachium suum.* Chaldaïca, *Accinxit brachium suum.* Pulchrè, ac si brachium sat sit accingere, vt totum corpus militari more perhibeatur accinctum: quippe quod accingere se milites, esset ineundi prælij dispositio propingua, notæ eruditionis est. Ex quo *accingere* se sonat armari. Hinc è contrario brachia & manus inermes tendere, triste deditionis est signum. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 7. *Apud Gallos & Hispanos brachia & manus inermes tendere: apud Romanos capita scutis subdere, & arma tradere, deditionis signum erat.* Est locus in Virgilio lib. 1. Æneid.

Græca. — Iob. 35. 9. — Psal. 10. 15. — Deut. 33. 27. — Prou. 31. 17. — Chaldaica. — Alex. ab Alex. — Virgil.

Tendentemque manus Priamum conspexit inermes.

Denique

81. Denique, vt prædicta cingantur, *Erige brachium ſicut ab initio*, ſignificare poteſt, quòd Deus Imperatoris & Ducis munus obeat, iámque ſignum edat committendi belli, nec tot diebus obſidionem ſufferat perdurare. Erigere brachium, ſeu manum, aut clypeum, ſignum ſolet Ducibus eſſe cum hoſtibus congrediendi.
Ioſ.8.18.26. Ioſ.8. verſ.18 *Leua clypeum, qui in manu tua eſt, contra vrbem Hai*: & verſ.26. *Ioſue non contraxit manum ſuam, quam in ſublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores*
Serr. *Hai*. Quamuis Serarius in Ioſue cap.8. quæſt.5. autumet, quòd eleuatio manus aut clypei non fuiſſet ſignum, quo milites fuiſſent concitati in inſidias; ipſamet verba affirmationi ſuffragantur, quod & cenſuit ibi Abulenſis, nec ullæ mentis homo refragari valet, ideo eleuatæ manus ſignum electum, quoniam conſueto ferè, eo ſpecimine milites ad bellum incendi, ſicut Ale-
Curt. xander Macedo apud Q. Curtium lib. 5. perticam eleuauit, aut ſuper tabernaculum figi iuſſit,
Virgil. vt ea viſa, exercitus in hoſtes irrumperet. Clarè Virgil. 10. Æneid. de Ænea comparante ſuos ad bellum: *Clypeum tum deinde ſiniſtra extulit ardentem* Certe, cum ſe Dominus Deus Dominum exercituum voluit haberi, & quaſi militari iuramento milites ſibi, exercitumque conſtituit, vt aduerſus Ægyptium irrueret, brachium, manúmve extentam ſe immiſſurum eſſe promiſit, Exod 7. *Immittamque manum meam ſuper Ægyptum, & ducam exercitum & populum meum, & ſciant Ægyptij quia ego ſum Dominus, qui extenderim manum meam ſuper Ægyptum*: ac ſi diceret: Imperatoris ac Ducis exercitus vices agam, manum erigendo pro ſigno, tunc ab Ægyptiis
Pineda. cognoſcar vt Dominus. Bene obſeruauit Pineda lib. 5. de reb. Salom. c. 5. num. 16. tunc primum populum Iſraëlis fuiſſe à Domino nuncupatum exercitum, cùm ex eleuatione manus ſe ducem exhibuit fortiſſimum. En quid efflagitet Iudith, nempe quòd ſicut tunc, id eſt, ab initio, Deus nunc brachium erigat & ſignum edat, quòd irrumpat in hoſtes, veluti Iſraëlitici exercitus dux ſtrenuus.

82. *Et allide virtutem illorum in virtute tua* Quòd *virtus* præcipuæ vires, robur & fortitudinem,
Iuſtinian. quæ in armis eſt, ſignificet, luculenter his verbis exprimitur Iuſtinianus nouel.68. ἣ πατρίς φωνὴ ἐν ἀνδρείᾳ μόνῃ τὴν ἀρετὴν ὀνομάζει μόνον: Id eſt, *Patria vox ſolùm vocat virtutem fortitudi-*
Claudian. *nem in armis*. Claudianus:

Quiſnam audet ſtricto leges imponere ferro?
Inflammata ſemel neſcit miteſcere virtus.

Mamert. Mamertin. in Paneg. ad Maxim. *Vidimus te Cæſar, eodem die & in clariſſimo pacis habitu, & in pulcherrimo virtutis ornatu. Quàm facilè togam prætextam, ſumpto thorace mutaſti, haſtam poſito ſcipione rapuiſti, à tribunali tùmet in campum, à curuli in equum tranſtuliſti.*
Valer. Valer. lib. 3 cap. 2. de Chlœlia virgine, cuius poſt inclytum facinus peroratum concludit: *Viris, puella, lumine virtutis præferenda*: & tamen titulus capitis *de for-*
Vlpian. *titudine eſt*. Ex quo lux eſt Vlpiano in l.1.§.6. *Item Senatuſconſulto verſ. Deniq; D. de poſtulando*; vbi cùm prædixiſſet à poſtulationis beneficio arceri eos, qui operas ſuas locauerint, vt cum beſtiis depugnent, ſic adiicit: *Denique eos, qui virtutis oſtendendæ causâ hoc faciunt ſine mercede, non teneri aiunt veteres niſi in arena paſſi ſint ſe honorari, eos enim puto notam non euadere.* Difficilis quidem ſententia hæc eſt. Nonne meritorum dos honos? Equidem coniunctas ædes Honori & virtuti erexit antiquitas. Caſſiodor. lib. 1.
epiſt. 3. *Sapienter ædes Honori & virtuti gemellas iunctim locauit antiquitas commenta ibi eſſe præmia honoris, vbi ſunt merita virtutis.* Quid eſt igitur, quòd dedecoris inuritur notâ, qui poſtquam virtutem in arena monſtrauit, adhuc in puluere ſe patitur honorari? Variè enodant Vlpiani verba Antoninus Faber in ration. Donell. lib. 18. comm. cap 3. vbi Oſualdus lit. cc. Friget eorum explicatio, niſi obſerues ex Radero ad Martial. lib. de ſpectac. epig. 14 *beſtiariorum*, id eſt, qui cum beſtiis pugnabant, genus quadruplex fuiſſe, nempe qui dabantur ad beſtias, vel illis obiiciebantur; qui operam ſub mercede locabant; qui virtutis causâ cum beſtiis manum conſerebant, ſed oblata munera, quæ in ipſómet arenæ feruore coram ſpectaculo præſtabantur, non recuſabant: Denique qui ſola virtutis oſtendendæ causâ brachia exercebant in feras. In primo & ſecundo genere infamia fuit, aliqualis dedecoris nota in tertio, iuſtæ laudis præmium in quarto: de quo Martialis: Martial.

Præmia cùm laudis ferre adhuc poterat.

En cur, qui in arena patitur ſe honorari, notam dicitur non euadere: quippe maculauit virtutem, qui maſculam fortitudinem pro alicuius muneris honore in periculum cum fera prodegit. Caſſiodor. lib. 5. epiſt. 4. *Quo munere venator explendus eſt, qui, vt ſpectantibus placeat, ſuis mortibus elaborat; voluptatem præſtat ſanguine ſuo, & infœlici ſorte conſtrictus feſtinat populo placere, qui eum non optat euadere* Quòd virtus militare robur ſit venuſtè indicat Vlpianus lib. 5. Vlpian.
opinion. in *l. ſi quis ingenuam* 21. D. de Captiuis. Ibi. *præda virtute militum recuperata*.

Qui promittunt ſe violare Sancta tua. Græcè eſt ἐβουλεύσαντο, id eſt; *deliberauerunt*, ſeu *decreuerunt*, eodem fermè ſignificatu ac Latinè; *qui* 83.
promittunt, cùm *promittere* decernere ſit, & aliquid conſtanter aſſerere, etſi nulla ſponſio, propriique voti vinculum accedat; ſic Hiſpanè, *Prometoos que es aſi*. Nec dicitur *promittunt ſe violaturos Sancta*, quod ſponſionis eſſet iudiciũ; ſed *ſe violare* de præſenti, quæ ſuperba & arrogans aſſeueratio eſt. *Promittere* pro confirmare poſuit Cicero ad Sulpic. lib. 13. *Quod ita eſſe tibi* Cicero.
promitto atque confirmo. Pro profiteri dixit Petro- Petron.
nius. *Et ego, ne quæſtibus tuis obſtem, aliquid aliud promittam.* Vlteriùs *promittunt ſe violare Sancta*, inquit, id eſt, iuxta ferocem & irreligioſum animum, & in Deos gentium iras (quibus depopulati ſunt aras) quin & aduerſus te Deum Iſraëlis ſacrilegos auſus, quos ex Achioris relatu cognoſcimus, ſigna notiſſima dant, tua Sancta profanaturos. Quòd hæc ſit verbi *promittere* notio non contemnenda, ſuadet Iu- Iouenal.
uenalis ſat. 2.

Hiſpida membra quidem & dura per brachia ſetæ. Idem.
Promittunt atrocem animum.

Quin *promittere* pro ſperare, & cum fiducia aliquid eueniendum ſibi affingere, ſcripſit ipſe ſat. 6.

An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & finibus promittere?

Ipſe ſat. 3. *funus promittere patris*, dixit pro cogitare de morte parentis, eámque votis optare, vt ſcholiat ibi Ioannes Britann. Significatus hos Ioan. Britan.

non

non incommodè his nostris adapta: quippe Assyrij & sperabant se, subiugatis Hæbræis, diruere Sancta, & votis concupiebant, & ex insolentibus piaculorum signis minabantur. Nec vetat cum proprietate verbum *promittere* exponi pro spondere, non quod id promisisset Ho-
Lyra. lofernes Nabuchodonosori, sicut Lyra cogitauit; tum, quia latet nos de templo Israëlis euertendo promissio Regi præstita; tum, quia saltem innotere non poterat Iudithæ: sed quoniam, quando damnauit Achiorem Holofernes, hæc velut promissoria verba concepit cap. 9. *Quoniam prophetasti nobis quod gens Israel defendatur a Deo suo, vt ostendam tibi, quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor, cum percusserimus eos omnes sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet.* Vbi non solùm in Hebræos stomachum facit, sed & in ipsum Hebræorum Deum tela contorquere non veretur, quasi præsagus, deperditis Hebræis etiam eorum Numen passum fore. Id ex relatione Achioris, quam in medio populi habuit, valuit innotescere Iudithæ.

84. *Polluère tabernaculum nominis tui.* Cur profanatio dicatur pollutio, abundè diximus suprà cap. 4. vers. 10. a num. 20. *Tabernaculum nominis tui.* Cur *tabernaculum*, siquidem, vt aduertit Pineda lib. 5. de reb. Salom. c. 5. n. 18. postquam domus Dei exædificata fuit, omnisque in eam illata tabernaculi pompa, non amplius mentio tabernaculi inualuit: imò domus tabernaculo contraponitur, vagúmque tentorium cum tem-
2. Reg. 7. 6. pli quiete 2. Reg. 7. *Non habitaui in domo ex die illa, sed ambulabam in tabernaculo.* Verùm quòd tabernaculum fœderis illatum fuisset in tem-
3. Reg. 8. 4. plum, dilucidè claret 3. Reg. 8. *Portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa Sanctuarij.* Quale illud tabernaculum, sub ancipiti est: an videlicet Mosaïcum, an Dauidicum, tractant Ribera lib. 1. de templo c. 2. Serarius, & Sanctius lib. 3. Reg. cap. 8. vers. 3. Placet
Ribera. Serar. Sanct. securior centio pro Moysis tabernaculo, quippe quod *tabernaculum fœderis* mihi nuncupatur,
Iof 18. cuius antea varia fuisse loca liquet ex Iof. c. 18.
2 Paral. 1. ex 2. Paral. c. 1. & ex lib. 2. Machab. c. 2. Si hoc ta-
2. Machab. 2. bernaculum subindicat Iudith, ambigeres forsan, quasi idem sit *tabernaculum nominis tui*, ac *fœderis tui*: nomen enim pro rebus, quæ in contractu intercedunt, frequenter accipitur, nempe
Cicero. pro debito, Cicero ad Attic. lib. 16. *Nomina mea per Deos expedi* pro debitore, ipso Cicerone in epist. att. tente: *Ego sum assequutus, vt bonum nomen existimer*; pro creditore, vel pro syngra-
Colum. phis creditarum pecuniarum, vt liquet ex Columella lib. 1. cap. 7. Et quidem, cùm Iuditha partitè disserat de tabernaculo, altari & Sanctis innuere videtur de eo præcipuè agere, quòd *tabernaculum fœderis* nominatur. Non præter orbitam sic censebis, tametsi certiùs iudicem de omni templo, seu sacrarij adytis, conceptis verbis hic agere: nec absque vsu *tabernaculum* nuncupauit per synecdochem. Quare tabernaculum in duas partes secabatur, in exterius nempe & interius; de quo adi S. Thom. 1. 2. q. 102. art. 4.
S. Thom. Cum tabernaculum interius *Sancta Sanctorum* diceretur, subest cogitatio, illud subindicasse Iuditham, quoniam præcessit; *Qui promittunt se violare Sancta tua.* At, cùm in nostra chronologia nondum vsque ad fastigium reædificatio templi contigerit, sed non passim à terra se se erigebat, quamque templi significationem, alteriùsve formam sub *tabernaculi* nomine indicari datur.

Tabernaculum nominis tui. Hac notione tem- 85.
plum Dominicum efferebatur. Causam subesse credo, quoniam, cum primùm Deus templum sibi auspicatò decreuit, nominì suo dicauit.
Deuter. 12. vers. 5. *Ad locum quem elegerit* Deut. 12. 5.
Dominus Deus vester, vt ponat nomen suum ibi. Quare 2. Regum 7. vers. 13. Dauidi dictum
de sobole sua: *Ipse ædificabit domum nomini* 2. Reg. 7. 13.
meo, vt iam exinde Dominici templi vocabulû innotesceret. Quin in ipsomet ædificationis apparatu, cœlesti nebula suffragante, Salomon
in ea verba prorupit lib. 3. Regum, cap. 8. 3. Reg. 8. 19.
vers. 19. *Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benè fecisti, hoc ipsum mente tractans: sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo.* En Dominicæ domus vocabulum, ipsummet nomen Dei est. Non aliud subintelligi meditor in tabernaculo seu templo nominis tui, quam tuo, vt idem sonet ac templum Domini seu Dei. Quale scholium fortassis Hieremias adiecit cap. 4. v. 4.
Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, Tem- Ierem. 7. 4.
plum Domini, Templum Domini, Templum Domini, est: quod de tribus templi portionibus expen-
dit ibi Vatablus. Origo Hebraïci styli est, Vatabl.
nisi nimiùm fallor, apud quem *nomen* pro *Deo*
supponit. Obseruauit Nouarinus lib. 1. Sche- Nouar.
diasm. cap. 5. num. 26 quòd שם *Sem*, cùm absque addito pronuntiatur, *Deum* significet, cuius tamen proprius significatus *nomen* est. Hinc *indit nomen*, id est, *Deus*. Huius generis vide ibi plura. Ratio sit, quoniam innocato nomine, præsentissimus Deus occurrit: ex quo,
vbi in Deuter. 12. vers. 5. legitur. *Vt ponat* Deut. 12. 5.
nomen suum ibi, Græce est *vt adnominetur nomen eius ibi, & innocetur.* Quare *habitare & collocari* iuxta Hebræam & Chaldaicam versionem dicitur ibi nomen Dei, quippe in templo crebris deprecationibus insonat. Nec Dei peculiare est, quòd hæc dictio *nomen* significet Deum: aliis hæc phrasis insidet, vt pro re nun-
cupata sumatur rei nomen. Tibull. *Nec fidum* Tibull.
fœmina nomen. Act. 1. *Erat turba hominum*, (Græ- Act. 1. 15.
cè *nominum*) *simul fere centum viginti.*

Bene hæc. Ast quid singulare in latet, cur ta- 89.
bernaculum seu templum præcipuè nomini Dei dicatur? Meditarer; quoniam ipse sibi diutino suæ voluntatis indicio ædificationem templi præscripsit, quam in Salomonis manu deposuit. Vnde ex ædificato templo, ne sibi ædificium adrogaretur, precauit illicò Salomon 3. Reg.
c. 8. v. 9. orans: *Sint oculi tui aperti super domum* 3. Reg. 8. 19.
hanc nocte ac die: super domum, de qua dixisti: Erit nomen meum ibi. Quòd artifices in cælatis calicibus nomen suum imponerent, vt argentum nobilitaretur & manus, dedit Seneca de
consolat. ad Celuiam c. 11. *Si desiderabit aurei* Seneca.
fulgentem vasis supellectilem, & antiquis nominibus artificum argentum nobile. An in ædificiis simile nominis monimentum? Annuo. Id enim
ædificare nomen mihi sonat in Macrobio lib. 15. Macrob.
Saturn. cap. 10.

Reges per regnum statuásque, sepulchráque quærunt:
Ædificant nomen, summâ nituntur opum vi.

Quæ carmina lucem dabunt 2. Reg. 8. vers. 13.
Fecit 2. Reg. 8.

Fecit quoque sibi David nomen, cum reuerteretur, capta Syria, in valle Salinarum. Id de triumphali arcu Hebræi exponunt. Putat Sanctius, (Sanct.) nullum ibi mysterium, nisi quòd bellicæ virtutis edidit signum, strenuíque ducis nomen promeruit. Quòd reluctetis huic sensui, nuncupatus Macrobius suadebit, præterquam quòd signatè adiicitur locus, nempe *in valle Salinarum;* vbi, cùm bellicam fortitudinem non expresserit, argumento est, aliquod inibi, quod suo nomine inscripsit, monimentum struxisse. 2. (2.Reg.18. 18.) Reg. 18. vers. 18. *Porrò Absalon erexerat, sibi, cum adhuc viueret, titulum, qui est in valle Regis: dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & appellatur Manus Absalon.* En artificiosa moles, fornix, statua, siue columna sit, ab Absalon, vtpote eius artifice, suo nomine insculpta, quasi pro sobole fuisset, in qua paterni nominis memoria vigeret. Nuncupata est *Manus Absalon,* vt artifex in suo opere vocaretur. Nec prætereas, ipsummet artificis opus *titulum* nuncupari: cur autem *titulus*, nisi quia nomen est, &, in eo opificis legitur nomen? Ergo Hierosolymitanum templum præcipuè nominis Domini dicebatur, quia singularis eius architectus Deus, fuit quasi diceretur *manus Domini* seu *Domini nomen.* Equidem Deus manu sua, templi descriptionem lineauit, graphidéque scientiam instruxit 1. Paral. 28. vers. 19. (1.Paral.28. 19.) *Omnia venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris.* Isai. 49. vers. (Isai.49.16.) 16. *Ecce in manibus meis descripsi te; muri tui coram oculis meis semper.* An id Prophetæ Nathan, an Prophetæ Gad, an Angeli ministerio euenerit, adhuc sub contentione est. Consule (Pineda.) Pinedam lib. 5. de reb. Salom. cap. 5. num. 30. Absque dubio asserendum, Dauidi monstratum fuisse exemplar, vestigiis fabricæ incisum, omnem præferens ortographiam 4. Reg. 16. vers. (4.Reg.16. 10.) 10. Itaque templo nullus alius titulus nisi *Nomen Domini*, quippe cautum Leuit. 26. vers. 1. (Leuit.26.1.) *Non facietis vobis idolum, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum.*

87\. *Et deijcere gladio suo cornu altaris tui.* Non aptè hæc verba interpretatur, qui cornu altaris metaphoricè pro gloria, fortitudine, maiestate vsurpat. Habet in Bibliis cornu hunc significatum, dabimus id libenter. Verùm cùm anguli propriè in altari fuissent, qui *cornua* dicuntur, cur tropologicis, extraneísque delectabimur circumloquiis, velut qui cornua tauri non de taurini capitis ingenito acciperet ornamento, sed adhuc in ipso tauro transferret ad alia? Ergo quatuor cornibus redimiebatur altare (Exod 30. 3.) Exod. 30. *Cornua ex ipso procedent, vestiésque illud auro purissimo, tam craticulam eius, quàm parietes per circuitum & cornua. Cornua,* si credimus (Lyppom.) Lippomano ibi, *radij erant cum pomellis erecti ad decorem & pulchrum ornatum.* Cur *cornua* dicta? Nullibi solidè legi. Iudico: quoniam sicut in animali erumpunt ab intraneo capite arma illa, quæ natura dedit, non adscitia, sed ingenita, sic pyramidales illi anguli à quatuor extremis altaris assurgebant, nullà adiectitiâ fibulâ innexi, sed tanquam ab ipso fulcimento oriundi. Ezech. 41. vers. 22. (Ezech.41. 22.) *Et anguli eius & longitudo eius parietes eius lignei.* Hebraïcè. (Hebraica.) *Et anguli eius ei:* id est, non exteris eget, sed procedunt ab ipso, sicut Exod. 30. supr. Chaldæus (Exod.30.2. Chald.) & Septuaginta legunt: *Cornua ex ipso procedent.* (Septuaginta) Ideò fortassis Iudith non alteri conatui, aut instrumento ad demolitionem irrogat cornuum altaris deiectionem, quàm gladio, vtpote qui amputando ligno satis est. Sed cornua licèt lignea, auro purissimo, diuitéque laminâ vestita, verba iam præfixa protulerunt. Equidem gladium præcipuè memorauit Iuditha, quippe quem in primo impetu, demolitionis auidi, ferocésque exercerent Assyrij, nec Persicis acinacibus acies deficeret ad bracteas aureas abscindendas. Itaque *cornu altaris tui* dixit, id est, quod ab altari tuo procedit. Caietan. in (Caietan.) cap. 30. Exod. *Cornua ex ipso procedent, hoc est, non erant adiectitia, sed ex tigillis quatuor angularibus officio pedum fungentibus, surgens cornua quatuor, eminentia supra mensam altaris.*

88\. Si non cornuum figura, cur cornua? Dixi, quia procedunt ab ara. Dico iam, quòd radiorum formam habebant, quales qui in rotis, centro & canthis inseruntur; qui ideo *radij* dicti, quoniam Solis radio imitantur: cornu autem Hebraïcè *Keren* קרן, radij flammei exhibet formam: quare *Karen* fulgere seu promicare est, ab eadem ferme radice; flamma enim ad modum cornu se exerit. Ex quo vapulant apud Lippoman. Exod. 34. qui taxant vulgatam, quod inibi dixerit de Moyse: *Ignorabat, quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini,* cùm Septuaginta verterint: Non sciebat, quòd glorificatus fuerat *aspectus cutis faciei suæ;* erga originem Hebraïcum; *Non sciebat quòd radians esset, aut radios iacularetur cutis faciei suæ.* Ex cornuum cum radiis à corusco Sole pendentibus similitudine vtrumque componitur. Ideò radij qua splendentia cornua Soli sunt, quod ex Persarum religione probari valet, qui Deum suum, nempe Solem, cum cornibus depingebant: *Mithra* enim, Persarum Numen, cornuta erat; fuisse autem Solem, ostendimus supr. cap. 3. lit. num. 12. Iterum demus Papinij carmina 1. Theb.

(Exod.34.29. Septuag. Hebraica. Papin.)

——Persei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

89\. Velim meditari, ex hac cornuum cum radiis lucentibus similitudine, ideò angulos altaris incensi cornua nuncupata, quoniam fortassis circumdabantur lucernis, quando adolebatur incensum. Exod. 30. vers. 7. (Exod.30.7.) *Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragans, manè. Quando componet lucernas, accendet illud: & quando collocabit eas ad vesperam, vt & thymiama sempiternum coram Domino:* Vbi legit August. loquut. (August.) 117. super Exod. *Incendet super illud.* En vndiq; altare lucibus promicans, & quasi radiis à lampadibus exertis coruscum, à quorum splendore quatuor illi anguli, siue radij, quos aureæ laminæ vestiebant, ex reuerberatione vibrabant nitorem; qui, sicut prodeuntes radij ex facie Moysis per obliquum, qui ab illis excutiebatur, fulgorem, corneæ flammæ, seu flammei & curui cornu reddebant effigiem. Quòd anguli hi non retortè, sed directè se ab altaris exererent fundamentis, & in acutum mucronem pyramidali more desinerent, symbolo hieroglyphicóque non vacat: opinor etenim fumi ex contrito puluere retulisse figuram; qui cùm spissa quasi nebula incipiat,

incipiat, sensim ascendens tenuatur & gracilescit in conum, virguláque fumi fit. Vt ingiter sacri suffitus, religiosique odoris repræsentaretur species, ipsimet anguli altaris, adusti thymiamatis fumum referebant in forma, dicunt enim Hebræi, quòd fumus ille ab incenso spiratus nullo ventorum flatu obliquabatur, nulla poterat inquietudine flecti, sed recto ascensu tendebat in supera.

90. Si verum fatear, impensiùs arridet, quòd hi altaris anguli cornuum exhiberent effigiem, nec in modum obelisci, sed velut curuato collo erigerentur: tum, quia inflexa forma opus erat, vt in cornu altaris victima alligaretur; tum, quia sacerdos orans, his cornibus solebat inniti, vel manus super illa porrigere. Ausculta Genebrardum ad illud Psalm. 117. *Vsque ad cornu altaris* Colligunt aliqui Sacerdotem ipsum victimam in atrium adductam primum alligasse ad cornu altaris, deinde solutam in atrij certa parte mactasse. Erant autem altaris cornua, quædam capitella in modum cornuum in altum porrecta, & Sacerdos precans illis innitebatur.

Genebr.

91. Vnde nouerat Iudith, Assyrios & Persas in altaris cornua deflagraturos, ac si iam excidium angulis minarentur? Coniectat Sanctius, id ideò, quoniam Assyrij nouerant, intaminis causâ solitos confugere ad aras, qui impendentem necem festinant euadere: tam efferósque, sacrorúmque immemores tyrannos hos Iuditha censebat, quòd ne dum in reos, angulorúmque altaris tenaces, debacchaturos esse pronunciet, sed in ipsa altaris cornua, quæ ad se fugientibus columnitatem impartiunt. Neutiquam hac subtilitate egemus: non enim opus est, quòd Assyrij conceptis verbis, expressóque sacrilegi significatu furoris, minati essent, se gladio deiecturos, altaris Dominici cornu; sat fuit pronuntiauisse & Israëlem & Israëlis Deum deleturos, vt colligeret sacra fœmina quòd templi, altarisque formam diruentes, etiam altaris cornua demoliturі fuissent. Ergo elegans circumloquutio est. Præcipuè Persis, quibus Holofernianus exercitus abundat, nulla altaris insedit religio, nulla cum fugientibus ad aras venia furoris: quippe qui ex religioso animo omnia Deorum delubra diripiebant, putantes nec aris, nec templis Numina colenda; de quo egimus supr. cap. 3. liter. num. 17. addimus nunc Alexandr. ab Alex. lib. 4. dier. genial. cap. 17. *Persæ nec Deorum imagines habent, nec templa erigunt; erant enim adium sacrarum & simulacrorum euersores.*

Sanct.

Alexand. ab Alex.

92. Non absque emphasi dictum: *Et deijcere gladio suo cornu altaris tui*: quippe fortassis cornua altaris dicebantur ab altaris fortitudine & firmitate, cuius cornu symbolum est. Equidem de templo & altari cecinit Dauid Psal. 77. vers. 69. *Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra*: vbi Genebrardus: *Sicut ædificium vnicornium, gloriosum scilicet & potentissimum Ædificauit quàm magnificè & superbè; nam cornu vnicornis, est pretiosum, sumptuosum & eleuatum.* Quid superbius & insolentius, quàm quòd homunciones cornu altaris demoliri præsumant, cui pro fortitudinis, stabilitsque constantiæ signo cornu est, sicut, vnicorni cornu suum, cui totum templum comparatur, iuxta Chaldæum; *Sicut cornu Naricornis.* Præterea pulchra antithesis est.

Ps. 77. 69. Genebr.

Chaldaica.

Allicit fœmina sacra Deum, vt Persarum superbiam confringat, qui gladio cornu altaris deijcere tentant. Superbiæ symbolum cornu est; nam μέγα τὸ κέρας, idem est, quòd superbus, elatus, ferox, à tauris cornua erigentibus. Noratus in Epod. *Namque in malos acerrimos parata tollo cornua.* Indidem præ superbia Reges Persarum se Solis & Lunæ blaterabant esse propinquos, radiatóque capite nitidam vtriusque exhibebant figuram. Chrysolog. sermon. 120. *Ne simus vt Persarum Reges, qui subiecta nunc pedibus sua sphæra, Polorum se calcare vices mentiuntur, nunc radiato capite, ne sint homines, Solis residens in figura: nunc impositis sibi cornibus, quà viros se esse doleant, effœminantur in Lunam, nunc varias velut siderum sumunt formas.* En cornutus Persa, qui etiam idoli, siue Dei sui sibi non verebatur figuram arripere: nuper enim dicebamus, quod Mithra illis cum cornibus pingebatur. Superbi igitur, & iuxta cornuum specimen arrogantes gladio suo superba & magnifica Sanctuarij veri Dei cornua amputare aggrediuntur: adsis, ô tu, inquit Iuditha, Deus Israël, superbos contere, ipsóque gladio eorum fastum amputes, & superbiam. Idem statim adijcitur: *Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur*: quem versiculum cum his verbis, quæ enodamus, nectetem, vt venustus contrapositionis lepor contingat. Sanè sub superbi Regis Nabuchodonosoris persona Isai. cap. 14. vers. 13. Superbiæ ducem sic increpat: *Qui dicebas in corde tuo: In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti*: Vbi iuxta integram Patrum cohortem mons testamenti templum Hierosolymitanum est, in quod Rex Babylonis præ superbia super astra conscendere nitens, &c., vt Hispanè dicitur, *balla el cuerno de la Luna*, solium suum intrudere minabitur. Similia de Rege Assyriorum seu Persarum Iudith subindicat, qui *impositis sibi cornibus*, iuxta Chrysologum, variásque siderum formas sumens, cornua altaris, montémque Dei, eiúsque templum detrudere se promittit.

Notat.

Chrysol.

Isai 14.

Vers. 12 Fac Domine, vt gladio proprio, eius superbia amputetur.

93. *Fac Domine.* Græcè est: *Superbiam eorum intuere, irámque tuam in capita ipsorum demitte.* Viuidior in Latino sensus est, emphasisque profundior; quoniam hîc primum se sacra fœmina prophetissam esse demonstrat, omniáque Holofernianæ cædis argumenta, motúsque & circumstantias prædicit. Hinc Iuditham *vaticinantis*, seu *videntis* elogiis cumulat Clemens Rom. lib. 18. constitut. Apostol. cap. 2. Vincentius Burgund. in spec. histor. cap. 22. Andreas Cretens. de exaltat. S. Crucis: de quo nos egimus supr. tom. 1. in catena Paneg. Iudith n. 109. Quòd hîc auspicata est suum de patria columitate vaticinium, sentit Lyra, dum inquit: *Videtur hîc prophetice loqui, quia sic factum fuit postea.* Insinuant in paulò elapsis, verba hæc cum præcedentibus esse associanda, vt venustam reddant antithesim, nempe qui deiicere satagunt & præsumant, gladio suo cornua altaris tui, ipsomet gladio in superbiæ ceruice iugulentur.

Clem. Rom. Vincent. Burg. And. Cret.

Lyra.

iugulentur, vt cadant in foueam, quam faciunt sacrilegique gladij aciem in se primitus experiantur. *Fac Domine. Dominum* nuncupat, quippe de fortitudinis exercitio pertracta, manúmque solicitat potestatis. *Fac Domine ait*, quamuis ipsa sit iugulatura superbum, ne de præsumptione plectatur, sed de humili corde promerita vota secundet. Iam in animo ea verba versabat, quæ in ipso iugulationis ardore tacitis linguæ formare destinabat officiis infrà cap. 13.

Iudith 13. *Confirma me Dominus Deus Israël, & hoc, quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam.* Quandóne posse fieri cogitauit per Deum, id est, cælitus admoto iuuamine, nisi nunc cùm orat: *Fac Domine?* Vide, *si fiat* correspondet ad *fac*, Deúsque in manu fœminæ fecit; qui quasi iubentis fœminæ orationi obediuit. Discas benè de omnipotenti manu præsumere, vt, dum tu confidentibus precibus quasi iubeas, ille iubet.

94. *Vt gladio proprio eius superbia amputetur. Quisne eius?* Dic clarè celebris Heroina, nondum verbum de Holoferne præcessit. Video, quòd stylus Hebraicus sit, qui relatiuum sine

Exod. 4. 24. antecedente tacere solet. Exod. 4 vers. 24 *Occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.* Quémne? Censent, quòd Moysem, Theodoret. ibi, Diodor. Rupert. & alij: at Augustinus q. 11. super Exod de filio Moysis intelligit, argumentum ex consequentibus capiens *Incertum est* inquit, *priùs de quo dixerit: Quærebat eum occidere, quia ignoratur quem, nisi ex consequentibus reperiatur, mira sanè loquutione & inusitata, vt de quo dixerit, in consequentibus agnoscamus.* Licèt inusitatam loquutionem esse prædixisset, ad icit illico exemplū ex Psal. 86. 1. *Fundamenta eius in montibus sanctis*, aliáque tria adducit Mendoza tom. 2. in lib. 1. Reg. c. 3. vers. 17 num. 18. Habes iam hîc exemplum alterum, sed tamen non nisi regulâ Augustianâ censendum, quoniam ex consequentibus innotescit de Holofernis cædendo iugulo pertractari: tum, quia & sic contigit, tum quia ille fuit illice venustatis deprehensus, ad quem inescandum Iudithæ tetendit ornatus, verbáque; quæ sequuntur: *Capiatur laqueo oculorum suorum in me.*

95. Verùm hîc Hebraismo non egemus: agebat enim Iudith cum Deo, cui non solùm lingua loquitur, sed & cogitatio. præcurreréque solet interna mens, deprecantis, eripereque linguæ sermonem, cum ocyor sit verborum in cogitatione formatio, quàm labiorum motus, aërisque sonora percussio Ergo iam dixerat intus, quem interemptura præsumit, cùm relatiuum *eius* protulit foris, doctáque copulauit vtrumque, vt innotesceret in illo se mentem fixisse, quem pro calamitate patriæ transfigere cogitabat. Quin non opus ei fuit Deo dicere, de quo agebat: quippe cùm Dei hostis esset, & Hebræorum sanguini inhians, Israëlis vindici Deo illum non putauit incognitum. Simile aliàs de Magdalena dicente,

Ioan. 20. 15. Greg. M. *si tu sustulisti eum*, inquit S. Greg. hom. 25. *Rectè hæc mulier, quem quærit, non dicit, quia alteri non putauit incognitum.* Optima orationis industriâ simul & eruditio, non absque æmulatione animi, cogitationisque motu labia mouere, vt lingua exterior internæ loquutioni respondeat, & quasi in suaui metro, dulcique melodia menti præcinenti accinat os Præoccupet orationem cogitatio, antequam lingua, ori vsurpet verba, quæ ipsa pronunciet, iámque tota oratio in animo perorata præcedat, antequam per vocis instrumenta procedat ad aurem.

Vt gladio proprio eius superbia amputetur. Quis indicauit Iudithæ, gladio Persas accingi, quæ Persam Holofernem non lancea, non pugione, nec alio bellici furoris instrumento, sed gladio suo, quòd interimatur, exorat? Equidem Strabo lib. 15. Persis non gladium inter alia arma concedit: ὁπλίζονται δὲ γέρρῳ ῥομβοειδεῖ, παρὰ δὲ τὰς φαρέτρας σαγάρεις ἔχουσι, καὶ κοπίδας· περὶ δὲ τῇ κεφαλῇ πίλημα πυργωτόν. θώραξ δ' ἐστὶν αὐτοῖς φολιδωτός. *Armantur cetrâ in rhombi figuram factâ: præter pharetram, sagares & secures habent, capiti impositum pileum turritum, pectus thorace squamoso muniunt.* Imò benè percalluit fœmina sacra instructa cœlitus. Ab institutione Cyri gladio armabantur Persæ. Xenophon. de instit. Cyri lib 2. κατέλιπε τοῦτο μόνον αὐτοῖς τὸ σὺν μαχαίρᾳ, καὶ γέρρῳ καὶ θώρακι μάχεσθαι. *Militibus ab arcus & iaculorum exercitijs abstinere iussis, hoc reliquit; vt duntaxat instructi, gladio, crate, lorica pugnarent.* Alexand. ab Alex lib 6. cap. 22. *Persis verò cratis erat in manu læua, gladius vel securis in dextris.* Non me latet parœmiam esse adagialem, *suo gladio iugulari*, quæ adhuc obtinet, quamuis alio instrumento, si tamen ipsius cæsi sit, cædes fiat. Plautus in Amphit. *Atque hunc telo suo sibi, malitia sua, a foribus pellere.* Ouid. in epist Heroid.

96. Strabo. Xenoph. Alexand ab Alex. Plaut. Ouid.

Heu patior telis vulnera facta meis.

Sed propriè de gladio proprio Iuditha loquitur, quippe eo cædem peregit. Referente Trebellio Pollione, quidam miles cum Marium vnum ex triginta tyrannis gladio occidisset, *hic est*, inquit, *gladius, quem ipse fecisti*, vtpote qui ante imperij tyrannidem ferrarius faber fuisset Quòd gladio suo confodiatur Tyrannus, fœmina poscit, vt & infamior illi, verecundiórque interitus, sibi autem gloriosior eniteret triumphus. Trebell.

97. Præterea est elegans in virtute diuina confidentia, quippe non solùm se, sed & omnem populum Hebræum Sancta fœmina inermem esse fatetur, ac proinde egentem Tyranni armis ad ipsius Tyranni iugulum concidendum. *Gladio suo amputetur* ait, vt tota victoria ex alieno sumptu contingat; vt vires, quibus ille pollet ad Dei conterendum cultores, in ceruicem suam reuertantur, & proprio Marte, non alieno succumbat. Profectò quoties Deus suam manifestauit potentiam, beneuolósque oculos erga Hebræos, non passus est, in inimicorum sanguine arma sacri populi cruentari, sed ab hostibus ipsis eduxit gladium, quo hostium fieret internecio. Sic Iudic. 7. vers. 22. *Immisit Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant.* Quid est, quòd immisisse dicitur gladium, siquidem mutua cædes non ab acie contingebat aliena, sed à proprio mucrone veniebat? Imò benè. Gladius Dei est, qui ab ipsius inimici latere pendet, qui cum in proprio corpore immergitur, in manum Dei transiisse, ab eáque versari videtur. Inde Achior supr. c. 5. vers. 16. dixit: *Vbicumque ingressi sunt sine arcu & sagitta & absque scuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis & vicit.* Quóne pugnauit? Hostium quidem gladio. Hæc sunt Dei arma, quibus conterit inimicum. Iudic. 7. 22. Iudith. 5. 16.

98. Cuius in Deo bellicæ indolis benè conscia Iudith, dum bellum & victoriam Deo committit præparat instrumentum, quo pugnet, nempe

proprij Tyranni gladium. Non alius mucro infamem Holofernis decebat ceruicem quàm proprius, vt sepeliretur in gutture, nec extra ad vllius iniuriam prodiret. Dixit Dauid ad Gigantem 1. Reg. 17. vers. 45. *Tu venis ad me cum gladio & hasta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminũ Israel.* (1 Reg. 17. 45.) Quæ Domino exercituum, agminúmque Deo sunt aduersus Philisthæum arma? Emphaticè nimis Martialibus elogiis Dominum Dauid nuncupauit, exercituum nempe & agminum Ducem: & tamen inermem exhibet, & absque vllo militari instrumento. Ast vniuersum armarium Dei vagina Philisthini est, hoc gladio cingebatur Deus: *Stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua & interfecit eum.* (Ibi 51.) Cuius ne vagina fuit? *De vagina sua ait:* an gladij an Dauidis? Vtrumque. Cùm absque gladio, sed in nomine Domini, adorsus est Gigantem, Gigantis vagina incepit esse Dauidis. Non dissimilis est in Iuditha, ac in Dauide conatus, quæ etiam aduersus gigantem, gigantis gladium manu Dei eximere parat, vt æqualis vtrobique Deo concinatur triumphus. Quod Medi & Persæ stylo sacro nuncupentur *gigantes*, dedit Cyrillus Alexand. lib. 3 in Gen. (Cyrill. Alex.) *Scripturam sacram robustissimos, gigantes appellare solitam accepimus. Etenim de Persis, Medisque, ita Propheta referunt: Gigantes veniunt adimplere furorem meum.* Sunt qui *gigantium* nomen Hebraicè רפאים *Rephaim* & stirpem à Goliath deducant. Prudent. *Semiferi stirpem nutrire Golia.* Consule Sanctium in Isai. cap. 26. num. 35. Pinedam in cap. 26. Iob. Ergo parilis casus in Goliath & Holoferne, veluti gemino gigante, conspici datur, qui proprio gladio periere. (Prudent. Sanct. Pineda.)

99. Nec omittendum est, quòd, cùm Iudith orationis suæ exordium ab Ægyptiorum interitu traxerit, adhuc in hoc exemplo persistat. Equidem censuit Oleaster Exod. 13. quòd Hebræi exarmati ab Ægypto abscesserunt quamuis enim ibi vers. 18. dicatur: *Et armati ascenderunt filij Israël de terra Ægypti*; Hebraicè est חמשים, *chamusim*, quæ à *chames*, scilicet *quinque* dimanat: Inquit Lippomanus? *Quia homines armati quinqueni ordinatim procedebant ad bellum, ideò dictio hæc pro armatis ponitur.* Quæ ergo per desertum Hebræis arma? Quæ ad littus, rubrum pelagus pepulit, adhúcque Ægyptiorum cadauera cingebant. Annè & his ipsi met Ægyptij truncati? Inter vndas propriis ensibus cæsos modulatur Alcimus Auitus lib 5. (Oleaster. Exod. 13. 18. — Lippoman. — Alcim.)

Succinctum reuehunt morientia corpora ferrum.
Pars exarmatis cum primum libera membris.
Implicuit nantes morientum amplexibus artus,
Auxilio decepta perit, pariterque tenentes
Alterno sub fasce ruunt, nexique necantur.
Atque alij lassata diu dum brachia iactant,
Incurrunt enses, iaculisque natantibus hærent,
Concolor & rubro miscetur sanguine pontus.

Venustè. En sustinet gladiis inattonito vndarum fragore, naufragiique concursu inter se nexi necabantur Ægyptij, propriósque ad mortem incurrerunt enses, qui postea ad littus eiectati armauerunt Hebræos. Idipsum exposcit Iuditha, quòd Holofernes proprio gladio *intereat*, qui ad interitus Hebræos in obliuionis anathema pertranseat.

Eius superbia amputetur. Ceruicem Holofernis *superbiæ* nomine nuncupauit lepidissimo stylo, quasi ceruix & collum situs superbiæ sit. Profectò *ceruicositas* apud Sidonium lib. 7. epist. 9. superbia & elatio est, vt ibi vult Sabbaro ex h itor. S. Saturnini M. S. lect. 6. *Et tam dira ceruicositati non verens resistere armis atrocibus. Ceruices erigere* superbire significat in l. 1. C. *Theodosiano de libertinis & eorum liberis.* Marcellinus lib. 4. *fortuna ceruices* dixit. Superbum pingens S. Isidorus Pelus. lib. 3. epistol. 224 sic fatur. *Quòd tu supercilium efferas, ceruicémque attollas, atque extremis vnguibus incedas, ac per aërem ambulare tibi videris.* Sidonius lib. 4. epistol. 12. *At tu ipse, cui datum est saltibus gloria præterire posse ceruices vituperonum, seu supercurrere:* id est, factum atque superbiam derogatorum, quam benè ait præterire, seu superuolare non posse, quia ceruix superbiæ erecta est vt turris. Petrus Blesens. serm. 26. *Hæc est turris in Siloa, quæ cecidit super decem & octo viros, qui eam ædificabant. Hæc est superbia natione calestis.* Quòd autem ceruix & collum turri soleat comparari ab eleuatione sui, præstat Cant. 4. vers. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum:* & 7. vers. 4. *Collum tuum sicut turris.* Cur superbus collum erigit, séque exerit & eleuat sursum, iugiter cogitans ascensum, sicut turris, quæ in cælum ibat? Audisti ex Blesensi: *Hæc est superbia natione cælestis:* Quod dixit Bernardus: *superbia in cælis nata est.* Fontes è montium vertice scaturientes, licèt serpentibus riuulis aquas in imas valles demittat, in natale cacumen indole naturali reducunt, ad prima sui cunabula infussi latices facilè assurgunt. Ideò superbus erecto collo, protractóque corpore se nititur in cœlum euehere, quia ibi natale superbiæ fuit. En cur propria superbiæ ceruix est, quippe qua innitens, caput sustollitur. (100. — Sidon. — Sabbaro. — Marcell. — Pelusiota. — Sidon. — Petr. Bles. — Cant. 4. 4. & 7. 4. — Bernard.)

Vlterius potest aliter Institui horum verborum sensus. Superbus non solùm inflatum animo significat, sed vel potentiæ, vel diuitiarum molem, magnitudinémque quæ oculis obiecta attonitos reddit Isai. 61. vers. 6. *Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria earum superbietis.* Profana loca obuia sunt. Ergo, inquit Iudith iuxta hunc sensum: Iusta nobis arma non sunt, impares sunt lacerti ad confrigendam Holofernis seu in armis potentiam, seu dexteritatem in bello, seu superbas opes, exercitúsque præ omni fortunæ beneuolentia superbientes: eius superbia, id est, magnitudo sublimis, & inusitata potentia, non nostro, qui nullus sufficit, sed proprio gladio amputetur; vt qui potens est, potenter intereat, & qui superbus, iuguletur superbè. 101. (Isai. 61. 6.)

Vers. 13. Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ. 102.

Antequam hæc verba ex propria sententia enodemus, operæ pretium sit illico in vestibulo impingere. Quid est, quod pudica fœmina, & in viduitate, virginum paradigma, sic scortari videatur in precibus, vt suam venustatem illicem cupiat hominis perituri, oculorum afflagitet retia, quibus quasi in campo veneris illigetur; nec iniuriam credat esse pudoris, quòd Tyranno sit placitura? Quid est, quòd non solùm in Holofernis 103.

Holofernis pectus, procacis amoris vincula immittere tentet, sed id à Deo fautore solicitet? Si non Iuditham castissimam nouissemus, verba hæc ab aliqua venere Cytheræa p taremus esse prolata; quæ sic apud Poëtam *Cupidinem*, Numen eius pariter & filium, affatur 1. Æneid. Virgil.

Nate Patris summi, qui tela Typhoëa temnis,
Ad te confugio, & supplex tua Numina posco,
Regales inter mensas, laticemque Lyæum,
Cum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet,
Occultum inspires ignem, fallasque veneno.

Eurip. Similia Euripides in Hippom. *Amor, Amor, qui per oculos desiderium inspiras!*

103. Varia sunt in expeditione huius difficultatis Auctorum placita. Vt fatear, quidquid à Neotericis excogitatum est, priùs compendio, & integrâ subtilitate prædixit Lyra hic. Sunt qui Lyra. putent ab ipso cortice historiæ, & verborum delusi, peccauisse Iuditham, tum in nimio ornamentorum cultu, vnguentarióque luxu; tum in his verbis, quibus prendere cupit amoris lasciui catenulis præcordia Tyranni. Verùm hoc placitum ablegandum omnino est, à quo longissimè abest fœmina non solùm in reclusorio viduitatis casta, sed & iuxta conopeum Holofernis honesta & illibata, custodita ab Angelo, à Deo in pudoris prodigium exhibita. Nec vlla sui compos fœmina, etsi aliquando minùs de castitatis censura mereatur, tam perfrictæ frontis poterat inueniri, quæ ad accendendam libidinem, impuritatísque flammam in alienum animum iaculandam, Deum sibi negotiatorem aduocet & compellet.

104. Censuerunt alij, eò mentem tetendisse Iuditham, vt non pulchritudine, seu naturali, seu adscita, ad illicitos amplexus traheret Holofernem, ad impurúmque piaculum inescaret, sed tantum vt ad matrimonij desiderium alliceret. Serar. Sanct. Lyra. Sic Serarius infrà cap. 13. quæst. 2. Sanctius c. 10. num. 9. Lyra & plures. Hæc opinio quòd nobis non placeat, causa præcipua est, quod nullâ firmâ coniecturâ nitatur. Quis hanc Iudithæ mentem sic sentientibus indicauit? Nullum sanè de coniugio verbum in tota facinoris serie auditur. Equidem Iudith præsaga futuri fuit, & cælitus edocta benè percalluit, quid erat euenturum. Ideò sacerdotibus edixit, vt precibus instarent, quò magis adiutorium diuinum, quale iam illa fiducialiter præsumebat, præsentissimum sibi adesset, & intra quinque dies, quos illi deditioni taxauerant, columitatis fortuna affulgeret. Ergo nunquam despondit animum, vt coniugium cogitaret cum Persa, potius ex viduitatis sanctæ constantia credidit, sibi virtutis incrementa obuentura, ad Tyranni per manum fœminæ occisionem. Nec Holofernes eius vti coniugio cogitauit.

105. Probemus vtrumque. Patres concordi classe Iuditham laudant, quòd præ viduitatis amore secundas tædas contempsit; ideoque meruit Tyrannum impudentem occidere. Audiamus, quid ipsa in hac eadem oratione illico adiiciat: *Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum. Contemnere* vox est fœminæ aspernantis cum aliquo connubium inire; apud Calpurn. Calpurn. eclog. 3. *Pastor Lycidas Calidicem sprevit, quamuis cum dote rogaret.* S. Fulgent. epistol. 2. de statu viduali, cap. 14. de Iuditha fatur: *Specie mirabilis diuitias contempsit, delicias respuit, carnis incentiua calcauit, & induta virtute ex alto, non* Fulgent.

quæsiuit secundo famulari connubio. Meliùs ipse cap. 20. *Tales sunt etiam nuptiæ, quæ & benè suscipi possunt, & benè contemni. Quàm benè nuptiarum opus in castitate coniugali Susanna seruauit! Quàm meliùs in continentia viduali Iudith atque Anna contempsit.* Damian. lib. 7. epistol. 16. *Iudith quippe continentiæ vidualis exemplum, dum deauratos, ostróque nitentes Holofernis thalamos spreuit.* Infra dabimus Prudentium. Aldhel. de laud. virgin. cap. 28. *Iudith filia Merari, &c. Spreto sponsali peplo, blanda procarum lenocinia contemnens, &c.* Inde Augustinus serm. 67. *Gentis suæ vindex sumpsit ornamentorum arma, non de bello nuptias subitura, sed vt de ciuitate bellatrix procederet sponsa.* Ideò cum apud Persam Holofernem, videret Augustinus quasi geniale conuiuium, luxum regalem, & veluti lucentes tædas, sic venustè fatur: *Luxu Regifico, nuptiarum pompa, nullo iubente, construitur.* S. Athanas. in synopsi. *Ad mortem vsque in viduitate perdurauit. Nemo enim illi nuptias persuadere potuit.* Quin necem Holofernis, castitatis vidualis Iudithæ præmium fuisse, pluribus confecimus supra tom. 1. in caten. paneg. n. 42. Isid. Pelus. lib. 1. epist. 87. *Pro castitatis praeconio, hoc à Deo accepit, vt Tyranno necem afferret.* Idem. Damian. August. S. Athan. Pelusiot.

Denique omnis Iudithæ intentio non quasi hæsitantis & pendulæ, sed constantis, & fixæ, fuit Holofernis iugulatio, eamque iam quasi exercitam in cordis theatro, spectaculóque non solùm decernit, sed & cernit: ideo orationis summam in illis verbis collegit: *Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur.* Qualis ergo vel leuis suspicio ineundi forsan coniugij potuit animum pudicæ viduæ percellere; quæ adeò maritalibus abfuit conjecturis vt, ne imaginarius putaretur maritus, statim de eius iugulatione cogitauerit? Si hæc solidè teneas, videbis, quàm iniustè præfati Auctores hunc, licèt leuem, saltem næuum viduali perseuerantiæ, rigoríque castitatis Iudithæ imponant; quæ facinus suum, ne tardiori mora in Holofernis permaneret cubili, breuibus temporis peregit angustiis: cùm enim infrà cap. 12. ne illi deficeret cibus, Holofernes curaret, ipsa respondet: *Viuit anima mea Domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitaui.* Ex his spero, non audiendum esse Salianum, qui ad ann. mundi 3346. num. 74. inquit. *An desiderauit potius, vt ille coniugium optaret, quod Iuditæ quoque optabile erat, pro Dei gloria, relionisque conseruatione & totius populi salute, quæ viduitatis priuato bono longè praeponderat.* 106. Salian.

Lyra non ausus est connectare, Hebræam fœminam cum homine Persa amauisse coniugium 107. Lyra. ait tamen: *Non fuit intentio Iudith Holofernem allicere ad aliquod peccatum, sed intendebat sic apparere gratiosa coram ipso, quod vellet eam vxorem habere; quod non erat illicitum Holoferni, quamuis Iudith nullo modo vellet sibi in coniugium copulari.* Quòd non peccaret Holofernes, si ad thalami congressum sub connubiali vinculo Iuditham acciperet, probat multis Sanctius in- Sanct. frà cap. 10. num. 10. Quoniam Persis & Assyriis, per libidines varias effusis, licitum erat, plurima simul exercere connubia, ex Herodoto lib 1. Herodot. & Marcellino lib. 23. Quòd si id per leges lice- Marcell. bat, nec Iudith peccauit solicitans illice venustatis ad matrimonij nexum prendere Persam;

nec ille delinqueret, si toto se implicaret cum fœmina, vtpote nullo scandalo ob gentis ritum oborto.

108. Ego quidem in primis iudico, nullam vel leuem connubij cogitationem irrepsisse Holoferni, sed, si quæ flamma eius præcordia perussit, illegitimæ libidinis fuit & impuri amplexus. Id confirmare valeo; nam infra cap. 13. non ad matrimonium, sed ad nefarium concubitum fœminam pellicere aggressus est Holofernes: *Dixit ad Bagao eunuchum suum: Vade & suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat.* Perpende rationem hanc: *Fœdum est enim*, &c. quæ omnem coniugij suspicionem explodunt: nec enim in vxorem tentauit arripere, qui, ne illibata castitate transiret, ad cubilis sollicitauit amplexus. Quare Patres ex hac Holofernis concupiscentia illum nuncupant adulterum, mœchum & incestum.
August. August. sermon. 66. *Decepit sincera corruptum, fefellit casta pollutum, pudica perimit adulterum, sobria iugulat ebriosum.*
Prudent. Prudent. in Psychom.

Gemmatumque torum mœchi Ducis aspera Iudith.
Spreuit, & incestos compescuit ense furores.

Theod. Aurel. Theodulph. Aurelian. de Scripturæ libris.

Scribitur in signis Iudith mox fœmina facti.
Incestus cecidit qua feriente furor.

S. Paul. S. Paulin. natal. 8.

Arte pudicitiæ deceptum callida Iudith.
Risit: in impuro qua non polluta cubili.

109. Deinde vix suspicor, posse Holofernem à peccato liberari, quantumuis in coniugem Iuditham arriperet, vtpote qui impudicæ litis explendæ causâ, lasciuáque prurigine id conaretur, cui plures aliæ coniuges, sed concubinæ suppeterent. Nec interest id nullum fuisse conspicientibus Persis scandalum, quippe quod lege concessum. Profectò cum matribus & sororibus congredi execratur natura, & tamen id legis Persis fuit.
Tertull. Arnob. Theodor. Strab. Harmen. Tertull. in Apol cap 9. Arnob lib. 8. aduers. Gent. Theodoret. lib 3. de medel gentil. affect. Strabo lib 15. ad finem. Vnde Harmenopulus lib. 1. ius gentium definit, *quo gens aliqua vtitur, vtputa apud Persas, matribus commisceri:*
Tiraquell. Alexand. ab Alex. hac de re agit abunde Tiraquellus in l. 7. Connubiali num. 52. sat fit Alexandr. ab Alex lib 1. c. 24. *Etsi apud nonnullas Indorum gentes, Arabes, Persas, &c. Quorum hoc institutum fuit filios matres ducere vxores, & cum parentibus stupro coire passim licuerit: tamen apud reliquas vbique gentes tam immane scelus lege & moribus sub graui documento interdictum est, nefas scilicet existimantes, quod dictu auditúque fœdum* Ergo demus, in sincero plurium vxorum vsu, si lex non inhibeat, sobolísque cumulus procuretur, non contrahi peccatum: tamen in Holoferne nimium salaci & impudicæ veneris viro, qui ad tempus cum Iuditha torum exercere cupiisset, aliqua culpa non abneganda est.
August. Firmemus hoc, ipsomet, Augustini loco, quo se Sanctus obarmat lib. 22. contra Faust. Manich cap 47. vbi agens de polygamia Iacob sic inquit: *Quando mos erat, crimen non erat: & nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia enim sunt peccata contra naturã, alia contra mores, alia contra præcepta. Quid criminis est, quod obijciatur viro sanctissimo Iacob? Si naturam consulas, non lasciuiendi, sed gignendi causâ illis mulieribus vtebatur: si morem, illo tempore & in illis terris hoc factitabatur: si præceptum, nulla lege prohibebatur.* Ad Holofernem te verte. Si naturam consulas, non gignendi, sed lasciuiendi causâ Hebræâ fœmina exarsit abuti; in quo multi sunt Patres, Holofernis libidinem execrantes, quos dedimus tom. 1. caten. paneg. à num. 14.

Præfatâ igitur sententia explosâ, sic alij rem componunt, vt absque affectu coniugij, excusationéque libidinis Holofernis, Iuditham liberent à peccato. 110. Aiunt itaque eam præuidisse quidem, sed non intendisse Tyranni lasciuiam, qua tamen præuisâ vti licuit ad celebrem & sanctam cædem. Agnouerat, quòd Barbarus pulchritudine prenderetur, & ex venustatis radiis ignem libidinis in eius pectore succendendum; non verò in hunc collimauit intentum, cuius sibi solùm reus ipse fuisset: attamen ea flamma exorta, quasi occasione accommodâ vsa est, vt perimeret inimicum. Nec enim opus est, quòd qui efficaciter finem intendit, in omnibus medijs voluntatis actum imponat; sic enim Deus pœnitentiam decernit, nec tamen peccatum vult, sine quo pœnitentia non est. Hæc est plausibilior huius difficultatis enodatio, cui & prioris sententiæ Auctores subscribunt, & alij suffragantur, Carthus. Sa & Tirinus. Carthus. Sa. Tirin.

111. Sed nisi nimiùm fallimur, non explicat nodum, quem intendit, siquidem absque solutione manent verba ista, quæ nunc expendimus: *Capiatur laqueo oculorum suorum in me.* En non solum intendit, sed enixè precatur a Deo, quòd lasciuus Holofernes eius pulchritudine capiatur vt laqueo, sauicetur vt gladio, vt veneno contabeat: vt protinus quàm viderit eam, depereat, & qui pronus est ad libidinem, eius venustate inescetur; quæ fatentur præfati Auctores in his verbis contineri. Nec fugere poterat Iuditham, virum esse illecebrosi luxus amantem, quem vnguentis corpore delibuto, illita facie, roseis genis, oculorum stibio, irretire prætentans, bonam pulchritudini fortunam à Domino exposcit, vt oculis suis quasi reti illaqueetur. Præterea exemplum de pœnitentia & permissione peccati, quæ in prædestinationis effectibus computatur, prædictis Auctoribus non succurrit: quoniam, etsi Deus peccatum non velit, qui præordinat pœnitentiam, sat est, quòd ex eius permissione ponatur ab homine, cùm illud decernendi incapax sit Deus. Cæterùm si semel intendit Iudith, non vtrumque Holofernem perimere, sed per decipulam pulchritudinis tentum, & per ardorem libidinis concitatum, cuius causâ & vnguenta quærit, & muliebris mundi thecas denudat, nec alius est, à quo medium hoc fiat, nisi à semet, quæ & pulchritudinem eius oculis obiicit, & liberaliori manu appingit, & oculorum vincula precatur à Deo: quo iure possumus dicere non intendisse, quòd ardentes libidinis faces sui incenderent amatorem? Hoc benè arguit Lyra hîc: Lyra. *Eadem est*, inquit, *intentio finis & eorum, quæ sunt ad finem, quando apprehenduntur vt ad finem ordinata. Iudith intendebat mortem Holofernis tanquam finem intentum, ad quem tendebat pertingere per priuatam familiaritatem cum ipso, & hanc adipisci per ardorem concupiscentiæ Holofernis in ipsam. Vnde dicebat: Capiatur laqueo; propter quod super hoc cadebat intentio Iudith,*

cum

cium eſſet de mediis ad finem intentum ordinatis. Igitur ne præfatæ ſententiæ adſtipulemur, vnicus nobis obex eſt, qui ex his verbis inſurgit: *Capiatur laqueo*, quippe quibus ad interimendum Tyrannum, eius libidinoſus ardor tanquam medium intenditur & ordinatur, nec tantum vt præuiſum ordinatur ad finem.

112. Quid nos ſentiamus, in medium producere liceat. Minimè intendit fœmina caſta obſcœnum Holofernis pruritum, & ad illegitimos amplexus deſiderium, licèt eo accenſo, & abſque ſuâ intentione parto, ad cædendum iugulum, tanquam occaſione fauſtâ, legitimè vſa eſt: nec popoſcit à Deo aliquam etiam in hoſte caſtitatis iniuriam, non laſciuientium oculorum colliſionem, non de fœdo concubitu cupiditatem; ſed quidquid orauit, tum inimici fuit fœlix occiſio, tum proprij pudoris columitas & defenſio. Quare tam longè à crimine eſt, vt potius ob eius omnigenam virtutis integritatem Deus illi Holofernis caput conceſſerit.

113. Iudith. 10. Et quidem nullo ampliori teſte indigemus, cùm ipſa ſacra verba id concludant infra c. 10. *Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat.* Ly *non ex libidine*, ſic accipias, vt omnem libidinis ſuſpicionem auertat, ſiue qua illa adhæreretur, ſiue quam excitare cuperet in Tyranno. Igitur quidquid in Iuditha fuit, ad nullius libidinis cenſum attinuit, ex *virtute* ſcilicet fortitudine, caſtitate, religione pependit. Si omnia verba Iob, quæ plena myſteriis in laborum neruo profatus eſt, ab omni impatientiæ coniectura detergimus, quia Spiritus ſanctus pro eius illibata patientia vindex fuit: *In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis:* cur ab impuræ ſuſpicionis nota abluere non ſatagat proba mens, quidquid loquuta eſt, quidquid id peregit Iuditha, cùm pro eius aſſerenda innocentia idem teſtis inſurgat? Veritas hæc vt appareat, duo tantùm ex parte Iudithæ conſtituenda ſunt, ab ea intenta, nempe vnicus finis, vnicúmque proximum medium ad finem. Finis fuit Holofernis occiſio, fœminæ manu: propinquum huic medium familiaritas cum ipſo, gratiam cum eo inire fœliciter, vrbane, beneuoléque in eius recipi tentorio, & quia pulchra facies maieſtatem quandam conciliat, pectúſque etſi dirum cicurat & ſubiugat, innatam venuſtatem pluribus officioſæ manus artibus cumulare. Hæc Iudithæ fuerunt, ſancta, pudica & legitima; cætera in ſui excidium, animique & corporis perniciem ſibi poſuit Tyrannus: quæ tamen maximopere profuerunt, vt cædes auſpicatò eueniret.

Iob. 1. 22.

114. Quid eſt igitur: *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me?* Cenſeo neutiquam diſſimile ad illud, quod præceſſerat: *Fac Domine, vt proprio gladio, eius ſuperbia amputetur.* Sicut enim illa adagialis forma eſt apud Cic. pro Cœcinna, *ſuo gladio iugulari*; ſic non minùs nota metaphora eſt & adagium *ſuo ipſius laqueo capi. Technam in ſeipſum ſtruere*, ſicut apud Græcos Κίχλα χέζει αὑτῇ κακόν, quod Plautus dixit: *Ipſa ſibi auis mortem creat*, quando viſcus eius proprium corpuſculi excrementum eſt. Non erat Iudith, quòd ille per oculos inhoneſti deſiderij bibat venenum, impudicóque vulnere ſaucietur; ſed quòd quaſitecumque oculos iecerit, illi ipſi cauſa ſint laquei, quo tandem eius guttur ſtranguletur,

Cicero.

Plaut.

ſicut antea petiuerat, quòd proprio gladio ceruix eius ſuperba amputaretur: quare vnum & alterum pro eodem ſumpſit Biblia Gotthica, dum legit: *Capiatur gladio oculorum ſuorum.* Vnde hæc verba prudens fœmina interiecit, tum poſt prædictum verſiculum, vbi proprium gladium expetiuit ad cædem; tum ante ea, quæ ſequuntur: *Et percuties eum.* Qua ſemel intentione præhabita, ſubtiliſſimè latet in his verbis expetitio proximi medij ad finem intentum; nempe familiaritatis & propinquitatis ad Holofernem: Id enim, in quo laqueus ſuſtinetur & innectitur, vt pennatæ volucres cadant, vel feræ irretiantur, non longè ab ipſo laqueo eſt; imò ſuſtinet laqueum ſuâ præſentiâ. Ergo expoſcit Iudith ſe Perſæ adeò propinquam fieri, vt laqueus, qui ab eius oculis protendatur, in ſeipſa tanquam in extremo, ſcipionéque illigatus perſiſtat. Vnde profundè ait: *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me.* Obſerua mi, dulliciùs ly *in me*: ac ſi diceret: Sic illi vicina ſim, vt defixis in me oculis, in me laqueus iſte figatur; aliàs quî potero obtruncare diſtantem? Hinc tantopere familiaritatem eius & præſentiam quæſiuit, vt vix inuitata ſe dederit in conuiuium, vix impulſa ſe immiſerit in cubile, infra cap. 12. *Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt manducet cum eo. Quæ ego ſum, vt contradicam Domino meo?* Vicinius ſibi caput expetebat vt propinqua gladio confoderet. Auguſt. ſerm. 66. *Illa conſenſit, vt vincat: accedit ad conuiuium, nihil de cibis aut de poculis hoſtium guſtatura. Quamuis ille bellator armorum tam caſtiſſimæ fœminæ malè ſanus attenderet vultum; illa tamen quare venerat, de eius capite cogitabat.* Perbellè Auguſtinus rem totam explicuit. Ideò ſe propinquam eſſe conſenſit, & ante oculos Tyranni ſe vicinam oppoſuit, vt dum ille attenderet vultum, illa quare venerat, de eius capite cogitaret: dum ille ab oculis laqueum extenderet in eius amabilem venuſtatem, in ſeipſa laquei illius illa ſuſtineret extremum, vt ipſomet laqueo ſuffocaret videntem, non quidem Veneris fune, quî animam illaqueat ad ſordes, ſed occiſionis euentu. Quare laqueum mandare ſeu promittere & deuouere, mortem alicui deſiderare eſt. Iuuen. ſat. 10. Iudith. 12.

August.

Cùm Fortuna ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediúmque oſtenderet vnguem Iuuen.

Senſus itaque eſt, non quòd impudici amoris illi laqueum exoptet, ſe quòd ex familiaritate, & benigna ad illius oculos præſentia, occaſionis illa filum arripiat & iuguler intuentem. In hanc induſtriam, totam ſe deuouit Iuditha, vt & in hoſtis cubili triduo perſiſteret, & eius præſentiæ pateretur commercium, quæ funeſti fatalíſque laquei prenderetur ad mortem, tota cauſa fuit. Georg. Cedren. in Dario Camb. *Barbarus pulchritudinis eius captus amore ſtatim correptus eſt. At verò Iuditha cùm moneret, ne quem ſuorum circa ſe haberet, ſe enim ab his de ſtupro appellari; Holofernes fidem mulieri adhibens, ſolus cum ea vixit. Ipſa triduo cum eo tolerato, noctu capta occaſione dormientis caput amputauit.* Georg. Cedr.

Alius adhuc ſenſus non contemnendus ſe offert: *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me*, id eſt, laqueo, quem aduerſum me impurus inimicus tetenderit, ipſe capiatur. Quare ly *in* 115.

me in accusandi casu accipiendum. Nec Iudith intendit, efflagitatve, vt laqueum homo libidinosus iniiciat; sed quòd eo, quem iniecerit, ille irretiatur. Quæ communis parœmia est optantis alicui in suimet aggressione vindictam. Psalm. 9. vers. 16. *In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.* Psalm. 34. vers. 8. *Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio, quam abscondit, apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum.* Simile Isai. 24. vers. 17. Ierem 18. vers. 22. & 48. vers. 43. Venustè autem de oculorum laqueo pertractat, quoniam ab oculis salax Tyrannus, vt illaquearet honestam fœminam, retia tetendit, dum ob eius pulchritudinem, eam propudioso & venereo laqueo gestiuit amplecti. Vide, si in laqueo suo periit, qui in impuro cubili, quo fœminam prendere studuit, animam in ceruice cæsus afflauit. Vide, si in oculorum retibus captus est, qui apertis oculis ob concupiscentiam occubuit in animo, & clausis à somno in corpore trucidatus interiit. Suis casibus hæc fera comprehensa casum vltimum passa est, & sub piaculi sui quasi satellitio punitus, sicut aliàs cecinit Satyrographus, de quodam flagitioso sat. 13.

Psalm. 9. 16. & 34. 8. — Isai. 24. 17. Ierem. 18. 22. & 48. 43. — Iuuen.

—— *Dabit in laqueum vestigia noster*
Perfidus & nigri patietur carceris vncum.

116. Speciosè autem in re amoris laqueum oculorum dixit: quasi duobus luminibus, tanquam duobus funiculi extremis, innectitur cor amantis; quod visa pulchritudine hæret, & ecstasi attonitum rapitur, progredi non valens, nisi quó fert pulchritudo illa, quæ captiuum amantem è laqueo trahit. Cùm enim amans concito impulsu in amasiam feratur, quidam laqueus per oculos videtur iniectus, quo dulci violentiâ extractus, ducitur in amasiam. Ausculta Plutarchum lib. 5. sympos. *Amores, quibus nullus vehementior animis motus accidit, ab aspectu principium ducunt; adeò vt fluat, & quasi liquescat amans, cùm intuetur in id, quod amat, inque id veluti transit.* Cur autem amoris ortus oculis imputatur, disseruit Heliodorus lib. 3. hist. Æthiop. cap. 8. quem quia iam alij viderunt, damus nos Plutarchum suprà: *Quod per oculos excidit, siue id lumen est, siue fluxus quidam, amatores colliquat atque perdit, dolore voluptati permisto, quem ipsi Glycypicron, id est, dulcamarum, nominant. Nam neque tangentes, neque audientes ita vulnerantur & afficiuntur, vt cùm inspiciunt, & inspiciuntur: adeò enim diniditur incendium ab oculis, vt necesse sit planè ignaros esse amoris, qui medicam naptham mirantur ignem ex interuallo à se rapere: cùm formosorum corporum aspectus etiam è longinquo respicientium ignem in animis amore captorum accendant.* Id statim accidit Holoferni, qui protinus ac vidit Iuditham infrà cap. 10. vers. 17. *Statim captus est in suis oculis*: & infrà cap. 12. vers. 16. *Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscentia eius.*

Plutarch. — Heliod. — Plutarch.

117. Benè de hoc igne, qui ab oculis effluit, Philostratus: *O mali tædiferi amoris, quàm pulchrum nobis primum ignem è specula ostendisti.* Perpende illud: *Tædiferi amoris.* Meditor, quòd alludit ad speculas, è quibus ad signandos hostes, excubiásque concitandas tædæ accenduntur absque vlla mora. Sic subitò à conspectu pulchritudine, tanquã si hostis aliquis indicaretur, tædas in oculis accendit amor. Vel potiùs *tædiferi amoris* dixit, ad nuptiales tædas alludens, quia primùm cum oculis nuptiale fœdus pangitur: vnde *maritales oculi* nuncupantur, quoniam ab illis origo amoris in thalamum amasiæ, dextræque collusionem inducit. Seneca in OEdipo: *Hi maritales statim fodiantur oculi.* Hinc oculis vxorem accipere, luminæ dementiæ esse dixit Olympias Alexandri mater apud Plutarchum in præceptis connubialib. Simile quid Athenæus lib. 13. c. 31. apud Tiraquell. de legib. connub. l. 2. n. 2. Quod diximus de igne facile per oculos concitato (calidissimum enim organum hoc est, feruentiúmque spirituum amicum) id ipsum de laqueo cogites dictum: ignis enim & laqueus in re amoris efferuntur. Hinc fabula ludit, Vulcanum qui ignis est, laqueum siue rete Marti cum Venere concumbenti iniecisse, quasi hæc duplex origo insani fœdíque amoris sit laqueus & ardor. Iuuenal. sat. 10.

Philostrat. — Seneca. — Plutarch. — Athen. — Tiraquell. — Iuuen.

——*Nec erit fœlicior astro*
Martis vt in laqueos nunquam incidat.

Cui obseruationi fauet, quòd oculos pulchritudinem aspicientes comparat Marti Dionys. lib. 35. vbi etiam inquit:

Dionys.

Et tum tuis oculis conficis interremptorem,
Pectus habes tanquam arcum.

Si pectus arcus est, qualis ne laqueus? Equidem oculi, per quos & sagitta iacitur & recipitur: qui dum viderat, arcus intenditur. Ne in ea, quæ aliis obuia sunt, impingamus, de hoc oculorum in amore primatu Delrium in OEdip. Senecæ n. 956. & Sherlogum qui quidquid, eruditè tractat tom. 3. in Cant. vestig. 29 n. 23.

Delrius. — Sherlog.

Contineri non valeo, quin mediter ex Ausonio, amorem vincula mereri, & etiam in mediis tenebris facilè conspici: quasi oculi sint, qui illum vinculis illigent; nec aliâ causâ cæcum depingi, nisi quia vitta & laqueus oculis amentis videtur iniectus. Sic ingeniosus & canorus ille Poëta carmine ludit Edyll. 2. 118.

Auson.

Quas inter medias, furua caliginis vmbras
Dispulit inconsultus amor, stridentibus alis.
Agnouêre omnes puerum: memorique recursu
Communem sensêre reum: quanquam humida circum
Nubila & auratas fulgentia cingula bullas
Et pharetram, & rutili fuscarent lampados ignem;
Agnoscunt tamen.

Vides quàm facilè etiam in nigra noctis caligine amor videtur, quasi oculi sint, qui innato lumine in amorem intendunt. Vide iam laqueos. Pergit:

Huius in excelso suspensum stipite amorem.
Deuinctum post terga manus, substrictáque plantis.
Vincula merentem, nullo moderamine pœna
Afficiunt. Reus est sine crimine, iudice nullo.

Hæc vincula, hos laqueos Holoferni sacra fœmina deprecatur, non quòd optet illi laqueum oculorum, reúmque turpitudinis esse desideret, sed quòd laqueo, quem per amatorios oculos texat, ipse funestum mortis nodum incurrat.

Vbi prætereundum non est, quàm sedulò venerabili castitati, suíque pudoris honori Iuditha consulit. Libra momenta verborum. Prius dixerat: *Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur:* cur deinde subdit: *Capiatur laqueo oculorum suorum in me?* Priùs in laqueo 119.

auis

auis aut fera capitur, deinde gladio confoditur: prius prenditur reus, deinde capite plectitur. Ordo quidem præpoſterus, ſed neceſſariò à Juditha ob caſtitatis elogium commutatus. Vt liquidò conſtaret, ſe tantùm intendere occiſionem Tyranni, omnémque amoris turpitudinem execrare, nec in vllius praui ignis ſcopum ſagittam collimare, priùs cædem Holofernis expoſcit, deinde de oculorum eius laqueo, quaſi iam cadaueris, ac proinde exanimis & flammâ deſtituti pertractat; qui, poſtquam cecidit in laqueum mortis, nullam poterat notam inurere caſtitati. Quin ſtudioſiſſima fuit in delectu verborum dicens: *Capiatur laqueo oculorū ſuorum in me*. Quid eſt *ſuorum*, quid *in me*? Emphaticè nimis. Ac ſi diceret: Etſi quòd ego videar, vidéámque, in cauſa ſit, quòd ille per oculos arcum intendat, neutiquam ego laqueus ſim, nec mei oculi virum irretiant: quidquid piaculi eſt, à ſeipſo ſit, nullum ſubeam ego commercium. In me tanquam in termino laqueus ille prendatur, non ego reciproco amore, relatiuóque affectu teneam illum: claudicet iſte amor tanquam pede in vinculis compedito; nec eat redeátque, ſed in illo tanquam laqueo perſiſtat adſtrictus. Profectò adeò ex oculorum ad inuicem colliſione amor mutuus exoritur, vt non ignobiles in literatura cenſuerint, qua quid maleficum & incantatorium in oculis ad inuicem ſe reſpicientibus in latere, quod reciproco viſu incitatum ſauciat vtrumque. Scintillæ, inquiunt, ſunt, radiique proiecti, quæ ex circumfuſo cordis ſanguine, tanquam faculâ quadam excuſſæ, venenatum ſecum vaporem trahunt, immiſſiſque ab inuicem radiis, qui ab oculis vtriuſque procedunt, contagium communicant in alterutrum.
Delrius. Vide Delrium in Senec. Hercul. n. 452 Huic radiorum concurſui mutuo ſe proſpicientium
Plutarch. amorem attribuit Plutarchus ſuprà. Quare ex igne ſimilitudinem duxit Syneſius, dum inquit: *Non ita certum eſt, ferrum ex ſilice ignem excutere, quàm oculum ex oculo amorem, cùm mutuò ſe*
Prou. 6. 25. *petunt*. Hinc Prouerb. 6 verſ. 25. ex tranſlatione Septuaginta. *Ne capiaris tuis oculis, nec arripiaris ab eius palpebris*. En fœdum oculorum concurſum inhibuit, radiorúmque à luminibus fluentium miſtionem. Non ſatis eſt, quòd à fœminæ venuſtæ oculis non arripiaris, ſed adhuc opus, ne tuis oculis capiaris. Id igitur præcauet Juditha in ſanctæ continentiæ miraculum, neutiquam ſe à Tyranni palpebris arripiendam, etſi ipſe ſuis oculis in illa capiatur. Immobili conſtantiæ firmitate ſe munit, ne redamet amata; nec reciprocet curſum amoris.

120. Inde fortaſſis non inamœnus ſenſus horum verborum ſubtilior videtur. Certum eſt, & eruditis obuium, quòd amoris alieni cupidæ ad eius aucupium incantatricios quoſdam laqueos, nodóſque texebant, queis in ſui amorem iuue-
Synes. nes illaquearent. Syneſius epiſt. 121. *Sed ego & carmina ſcio & nodos & amatorias neceſſitates, quibus veriſimile eſt non poſſe reſiſtere Galateam*.
Virgil. Virgil. Eclog. 8.

Terna tibi hæc primùm triplici diuerſa colore
Licia circumdo.

Ouid. Ouidius 1. Amor. eleg. 8.

Scit benè quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equæ.

Baruch 6. 41. Quò forte reſpicit Baruch 6. de meritorij corporis fœminis: *Mulieres autem circumdatæ funibus in viis ſedent, &c. Nec funis eius diſruptus ſit*. Ergo Juditha nullum ſe amatoriū laqueum, nulla licia texere, vt ab Holoferne turpiter ametur, ſeriò præmonet, dicens: *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me*: id eſt; Non ego nodum implicem, non funiculum obtendam; ipſe ſibi laqueus ſit, mihi ſemper inuiſus abſiſtat, licèt in me viſa pereat, meam pulchritudinem deperiens.

Si placet, alius ſenſus ſubinlatet, qui planus 121.
& ſyncerus eſt, ſi verba quæ ſequuntur adnectas: *Et percuties eum ex labiis charitatis meæ*. Græcè, *labiis fraudis* ſeu *deceptionis*. Vtrumque ſic coniunge; Dum me viderit Holofernes, in meáque ſpecie, vultúque decoro pauerit oculos, ego circumſcribam illum, verborúmque laqueo intercipiam, facíléque deludetur à pulchritudine tentus. Huic ſenſui Auguſtinus ad- August.
ridet ſerm. 66 *Illa tam barbaros animos inſidioſi ſui vultus fraude confuderat, vt eum ligaret multarum arte fabularum, vt redderet inter exercitus victum, & inter arma captiuum*. Ergo Auguſtini mens eſt, quòd dum Perſa præ fraudulenti vultus ſplendore, attonitis oculis hærebat, Juditha eum laqueo ligauit, verbis ſcilicet circumſcripſit, & eruditis cepit amphibologiis. Quòd enim laqueus & techna ſit ad aliquem capiendum ſophiſma verborum, Manutius in adag. Manut.
dabit ex Luciano. Adſtipulatur etiam huic ex- Lucian.
plicatui S. Ambroſius lib. 1. Offic. c. 13 Ecce S. Ambros.
tibi offert ſe Judith *mirabilis, quæ Holofernem* (deſino aliqua) *primò forma gratia, & virtutis decore perculit, deinde ſermonis elegantia circumſcripſit*. Vult Ambroſius quòd Holofernis oculi, & Judithæ ſermones totum facinus perfecerunt; ille, dum videt attonitus, ab illa dum callidè loquitur, circumſcribitur, tam coniunctáque fuerunt viſus Tyranni, & per aſtutæ fraudis fœminea verba fœlix deceptio, laqueúſque doloſus, vt ipſemet laqueus, qui aurium & pectoris fuit, videretur eſſe oculorum Et quidem verba mellita, ſaccharóque plena, quæ intus doli amaritudinem condunt, Diogenes nuncupauit Diogen.
mellitum laqueum, qui fauces ſtrangulat, & ſub ſaporis ſpecie venenum inſtillat. Aptiſſimè Lu- Lucret.
cretius:

——— Sæpe etenim medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipſis faucibus
angat.

Cùm ergo in ſuffocandas Holofernis fauces, ceruicemque cædendam intendat Juditha, optimè *laquei* voce vſa eſt.

Accedit, quòd huiuſmodi verba molliá & 122.
nitida, ſub ſe tamen telum, quod perforet, geſtantia, oleo in ſacris comparantur. Pſalm. 54. Psal. 54. 22.
Molliti ſunt ſermones ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula: vbi Chaldæus *teneriora verba eius ſunt vn-* Chaldæus.
ctione pinguedinum: at ipſa ſunt ſpicula occiſionis. Quam ex oleo ſimilitudinem Roa. lib. 1. ſingul. Roa.
c. 5. venuſtè declarat ex Galeno lib. 2. de ſimpl. Galen.
medicam. facult. cap. 7. vbi docés Galenus quòd oleum ſimul leniat & mordeat, ſic ait: *Nam quòd oculos mordicet, quòd guttur exaſperet, ſiue ad tuſſim prouocet, quòd ventrem radat, atque ſeceſſus ſanguinolentos efficiat, abundè magna teſtimonia ſunt, mordacem illi ineſſe facultatem*. Vides? in oculos & guttur, olei mordacitas exercetur. Hæc duo ſibi in Holoferne per orationem præparat Judith, vt guttur gladio confodiat, in oculos pulchritudinis oleum immittat, oleóque

delibuta

delibuta verba componat, quæ simul spatiosa sint & mordacia, dúmque in auriculas instillent, faucibus laqueum iniiciant. Quare eleganti concinnitate hæc tria coniunxit, gladium, laqueum & deceptoria verba, quòd gladio amputetur caput, quòd, captiuis oculis, laqueus strangulet guttur, quòd hæc à labiis charitatis, id est, gratis, dulcitérque lenientibus, quæ simul mordeant & decipiant, procedant. Omnia hæc in meretrice Sapiens coniunxit
Prou.53.4. Prouerb. 5. *Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouissima autem illius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps.*

123. Quòd autem fœminæ melliloquium, dulcéque sonantium verborum melos, quod pulchrè in *labiis charitatis* innuitur, laqueus sit, quod per blanditias lubricas inconsultus homo irretitur, & quasi bos aut agnus ducitur ad macellum, vt deinde ceruicem penetret gladius, iam Sapiens eodem ferme stylo descripsit Prou.
Prou.7.21. 22. 7. vers. 21. & seqq. *Irretiuit eum multis sermonibus: & blanditiis labiorum protraxit illum.* En laqueus in dictione *irretiuit*: en labia charitatis in blanditiis labiorum. Et statim vers. 22. *Statimque eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens & ignorans, quòd ad vincula stultus trahatur:* vbi obsecro, quòd Hebraïcè legitur: *Et sicut canis ad vincula*, quod
Salazar. ibi optimè interpretatur Salazar: *Ad eum modum*, inquit, *adulter, vel mœchus carnali concupiscentia meretricem sequutus, exitium & perniciem sibi accersit, quo canis aliquis ad muscipulam accedens, & obiectam carnem mordens, suspendium, necémque præsentissimam nanciscitur.* Ne prætereas, quòd pro *vincula* Græcè est δεσμὸς, id est, *laqueus & nodus*, qui ad strangulationem gutturi præmittitur. Nonne hic laqueus est, quem ex mollibus, charitatéque infectis verbis sibi erga Holofernis ceruicem exposcit, vt ipsum quasi fune oblongo, implexóque nodo traheret, sicut canem in laqueo? Profectò verba, quibus delusit Tyrannum, hæc sunt infrà cap. 11. vers. 15. *Ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem, & habebis omnem populum Israel sicut oues, quibus non est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te.* En sub ouis seu agni, & canis ænigmate eum trahere promittit stolidum & vecordem, ignarúmque, quòd ad vincula stultus trahatur. Deinde subiicitur dicto cap. 7. Prou. v. 23. *Donec transfigat sagitta iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum.* Habes iam expressè laqueú sub venusta nimium comparatione, auiculæ nempe leuis & stultæ, quæ comparis auis garrulo cantu delinita ad laqueos aduolat, dum in viso subsidere non detrectat. Eadem similitudine
Ambros. vsus est Ambrosius, dum gratiosa fœminarum labia, id est, charitatis, depingit lib. 1. de Caïn, cap. 4. *Quæ sermonibus adoritur gratiosis, faciens iuuenum volare corda:* id est, ex aucupij ingenio in se iuuenes tanquam auiculas per canora, illicientiáque verba iuuenes aduolare sollicitat. Quare sicut passerculus, tum oculis in granum directis, tum auribus à cantu auiculæ sociæ demulsus, in aucupis laqueum cadit, vt benè dixeris, non tam corpusculum eius; quàm oculos & aures deceptorio laqueo fuisse innodatos: sic Iuditha laqueum implorat, oculorum scilicet & aurium, quo hostis socordia illaqueetur. Quòd mirè confirmat versio Græca, quæ *verba deceptionis* aut *fraudis* transtulit. Nam vbi Prou. Prou.7.10.
7. vers. 10 de dolosa fœmina dicitur: *Occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula & vaga*, Rodolphus He- Rodolph.
braïca verba vertit *ligata corde*, quod ego interpretaret, ferens intus in corde laqueum, ita vt in corde & corde loquatur, id est, duplici corde, aliud nempe in labiis, aliud in corde gestans; quod & Vatabulus vertit *habens cor seruatum &* Vatabl.
ligatum, id est, ligaminibus & funiculis strictum, tum vt lateat nodus, qui superest ad suspendium, tum vt, qui in corde gerat, suspendendus ignoret.

Vlteriùs possumus alium non insubtilem sen- 124.
sum comminisci, si integrè duos hoc versiculos sub vno explicatu colligamus. Profectò crediderim, quod Iudith cælitùs prophetico lumine imbuta, his verbis prædixerit, quidquid in ipso iugulationis momento contingit, quæ cómpendio hæc fuerunt: somnus Holofernis; oratio Iudith, labiis in silentio motis; & euaginato gladio, capitis amputatio. Lege cap. 13. infrà inibi hæc videbis: vers. 4. *Porro Holofer-* Iudith. 13.4.
nes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus: en somnus. vers. 6. *Stetit Iudith ante lectum orans cum lachrymis & labiorum motu in silentio dicens*, &c. en ex labiis motis oratio. v. 8. *Pugionem exsoluit & percussit bis in ceruicem eius:* en gladio capitis amputatio. Quòd hæc tria iam diu præcogitauisset Iudith, præsciaque in animo volutauerit, in ipsa percussione indicauit dicens vers. 7. *Vt hoc, quod credens per te posse fieri cógitaui, perficiam.* Quandóne coram Domino cogitauit, nisi nunc, cum orans ad Dominum, totum facinoris campum præcurrit? Ergo cùm de gladio constet, *Proprio gladio eius superbia amputetur*, & de percussione, dum charitatis labia exercebantur, id est, dum ex diuina gratia & charitate labia in oratione mouebat; somnus Holofernis rectè videtur innui in his verbis *capiatur laqueo oculorum suorum:* id est, Oculis præ summo captis profundè soporetur. Quòd somnus laqueus sit, qui torpore suo alliget membra, dixit Seneca in Seneca.
Herc. furent. act. 4. expetens, quòd somnus Alcidem corripiat, sic somnum accersit:

Qui par Regi famulóque venis;
Placidus fessum, lenisque foues,
Pauidum lethi, genus humanum
Cogis longam discere mortem:
Preme deuictum torpore graui,
Sopor indomitos alliget artus.

Quæ carmina faustò transferes ad Holofernem, cui, vt longam disceret mortem, sopor indomitos artus alligauit. Nec vacat illud somni attributum: *Qui par Regi famulóque venis*, scilicet, quòd pariter Regem ac seruum somnus laqueo suo vinciat; imò quòd somnus Regem sibi famulum & seruum faciat, iuxta illud Orphæi;

Ὕπνε ἄναξ μακάρων πάντων θεῶν τ' ἀνθρώπων.
Somne Deûm Rex cunctorúmque hominúmque Orphæus.
cadentum.

Quod mirè potest explicare versioné Græcam, quæ pro nostris: *Percuties eum ex labiis charitatis meæ*, reddit: *Percute famulum super Principem, & Principem super famulum:* quæ vt accinant præfatis ex Seneca: *Qui par Regi famulóque venis*, hunc sensum dabunt: Percute eum, dum somno sopitus par Regi famulóque est & super Principem, id est, insuper ac Princeps, famulus fit illigatus ac vinctus; scilicet, qui ex se Prin-

ceps

ceps est, insuper sit seruus per vincula somni. Hunc explicatum ex coniunctione horum versiculorum, etsi subtilis sit, tamen quia in se cohæret, plurimùmque consonat cum his, quæ in occisione acciderunt, non debes vtique respuere, præcipue quoniam hîc in Græco eadem verba profert Iudith, quæ inibi iamiam iugulatura in oratione ad Dominum pronuntiauit: δὸς ἐν χειρί μου τῆς χήρας ὃ διενοήθην: *Da in manu mea viduæ, quod cogitaui.*

125. Altera interpretatio sit, quòd Iudith his verbis exposcat à Domino, quòd Princeps ille superbus & putidè inflatus, coram suæ pulchritudinis maiestate fastum deponat, supercilium diminuat, & depressa elationis suæ fronte tanquam seruus & manu captus subiugetur, & in acerrimo bello mancipium fiat venustatis. Propria seruorum vincula sunt laqueus mancipium discernit à libero: obuia eruditio est, non moremur. Mancipium dictum esse docet Iustinianus in instit. quòd ab hostibus manu capiatur. Ergo sic sancta fœmina orat: Arrogans ille, superbiénsque Rex ab oculis suis formosum mei prospicientibus vultum, quasi laqueo manúque capiatur, vt inter tot præliares copias, exercitúsque feros victoria mea sit, ille vinctus & victus pœnas luat, percussionique subiaceat. Quæ enodatio non displiceret Augustino, dum serm. 66. inquit: *Vt eum ligaret, & redderet inter exercitus victum, & inter arma captiuum*: nec Prospero de promissionib. p. 2. cap. 38. *Credebat pulchritudine captum hostem posse perimere*: nec Hieron. præfat. in Iudith: *Vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret*: nec Ambrosio lib. 3. de offic. cap. 13. *Stetit intercuneos bellatorum fœmina, inter victricia arma, secura mortis.* Quòd pulchritudo Iudith quasi laqueo iniecto seruum effecerit Holofernem, idque nunc oratione postulat à Deo, perpensa iam versio Græca suadere valet: *Percute seruum super Principem, & Principem super seruum*: siue, vt Vatablus: *Seruum super Principem, & Principem super seruum trucidando, ipsorum ferociam, siue celsitudinem manu fœminæ infringe.* Id est, superbiam eius contere de Principe seruum efficiendo: vt qui Princeps est, seruus euadat, & super principatum compedes seruiles sustineat. Alludit enim, vt meditor, ad id, quod præmiserat: *Eius superbia amputetur*; quasi superbiæ eius suam pulchritudinem contraponat. Statius lib. 1. syluar. formosos vultus nuncupauit *superbos*. Ouidius lib. 1. Fast.

Fastus inest pulchris, sequitúrque superbia formam.

Plura de pulchritudinis superbia sortieris in Tiraquello l. 2. connub. n. 2. Quòd pulchritudo visa seruum efficiat intuentem iniecto laqueo, dixit Lucianus: *Illa conuersis oculis temet inspexerit, abducet te illigatum, quocumque collibuerit.* Quòd vino potentem, Regémque superbum seruire coëgerit, illa amoris suadet subscriptio:

Pensa dedi Alcidæ, Bacchum seruire coëgi.

Quòd terricæ frontis Principem, dirúmque & immitem cicuret & flectat, protulit Plutarchus lib. 1. sympos. *Quod maxime videatur alicui mirum, tenax homo & sordibus in amore incidens, tanquam ferrum in ignem, emollitur, mitiórque fit & facilior.*

126. Cùm igitur ad faustam facinoris sui fortunam, opus haberet Iudith, quòd Tyrannus superbus, trux, intractabilis, fastuosus, mollesceret, leniretur, & in omnem aleam arbitrij iactabilis esset furore deposito; exposcit, quòd vt seruus fiat laqueo irretitus, pulchritudinis maiestati subiectus, & ad volubilem sui obedientiam tornatus: quod ab amore & gratia consequi poterat, etsi nulla in eius pectore iniqua libido subsiliret, nec obscœnum serperet desiderium: de casto enim amore dixit Augustinus serm. 9. de verb. Dom. *Omnia enim sæua & immania, prorsus facilia & prope nulla efficit amor.* Quòd autem libidinosus amor, si illicò insaniisset, potiùs obsisteret Iudithæ ausis, & illos, quos præmisimus, turbaret effectus, effectúsque, ac proinde illum non potuerit exposcere Iudita, pulchrè confirmat Hieronymus lib. aduers. Iouinian. in fine. *Fœdum miniméque conueniens animo sospiti vitium est, querulos, iracundos, temerarios, durè imperiosos, omnibus inutiles, ipsi nouissimè amori facit. Nam cùm fruendi cupiditate insatiabilis flagrat, plura tempora suspicionibus, lachrymis, conquestionibus perdit; odium sui facit, & ipse nouissimè sibi odio est. Omnia eius incommoda Lysias explicat, quod non iudicio, sed furore ducatur.* An amor Holofernis furor fuit? Imò vide, quòd non illicò sic eius conflagrarunt præcordia, vt in fœminæ brachia rueret, eámque corriperet & corrumperet. Imò insanus Princeps rem quasi iudicio mensus est, & (ô res mira) vsque ad quartum diem expectauit, flammámque quasi in carcere pressit, vt tandem suum proderet cogitatum, nec tunc vi, sed precibus, nec furibundè & extorto consensu, sed pacatè & sensim, priusquam se vino & somno, quàm Veneri & toto committens: infrà cap. 12. vers. 10. *Et factum est in quarto die Holofernes fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Bagao eunuchum suum: Vade & suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat.* Demirare, quàm scrupulosè etiam in libidinis se gessit incendio; quot moras texuit, quot temporis spatia sustinuit, & ne debacharetur prolapsus in concupitæ fœminæ sortem, diu expectauit, quousque occasionem arriperet ex conuiuio: nec tunc ex salacitatis insania, Venereóque furore voluit existimari Hebrææ fœminæ concubitorem, sed solùm, quia ritus gentis ferebat, ne vlla mulier illibata transiret, virúmque irrideret intacta.

Equidem, vt hoc eueniret prodigium, exaudita est à Domino oratio Iudithæ, qualem nunc edidit: *Capiatur laqueo oculorum suorum in me:* vbi venerationem tantùm & amorem à Tyranno sibi poscit impendi; non verò impuram flammam in eius pectore accendi solicitat, à qua potius si insanè illicò Holofernes arderet grandis facinoris periclitaretur euentus. Benè scholiauit Hugo: *Nunquid Iudith optabat Holoferni illicitum amorem in se? Non; sed amorem & pœnam.* Quòd autem laqueus iste oculorum, stupor quidam & ecstasis attonita sit, quæ nimio pulchritudinis splendore radiante, videntibus incuti solet, suapte natura in venerationem & amorem conspectæ venustatis impellens, oculos simul & animum, illius tacito dominio submittens absque vllo incitamento lasciuiæ, probat idipsum: quod postea accidit infrà cap. 10. nam cùm Iuditha egressa è Bethulia incideret in Assyrios, dicitur vers. 14. *Et cum audissent viri illius verba* 127.

Iustinian. August. Prosper. Hieron. Ambros. Vatabl. Statius. Ouidius. Tiraquell. Lucian. Plutarch. August. Hieron. Iudith. 12. 10. Hugo.

*verba eius, confiderabant faciem eius, & erat in ocu-
lis eorum ſtupor quoniam pulchritudinem eius mira-
bantur nimis.* Et tamen nullus auſus eſt contin-
gere Hebræam. Habet ſatellitium ſuum pul-
chritudo, &, ſi caſta eſt, ad ſubiiendos homines,
regnique figuram, nec ſceptro, nec purpura eget,
domat, ſubiugat, libentéſque ſibi ſeruos etiam
ex immitibus hoſtibus reproducit. Non nega-
bis, quòd hîc oculorum ſtupor ſit, quem nunc
Iuditha ſub voce *laquei oculorum* popoſcit.

128. Denique *Capiatur laqueo oculorum ſuorum*, ad
victoriæ vota transferre licet: nam quæ illa-
queare concupiſcit Tyrannum, vtique & vin-
Varro. cere auet: ideò enim victoriæ nomen quod Var-
Antiph. ronem lib. 4. ling. Latin. *Quod ſuperati vinciun-
tur.* Victis, à tergo manus illigari, mos militaris
fuit. Ariſtophanes in Lyſiſtrata: *Liga à tergo
manus*: non manus ſed oculos Holofernis, non
à tergo, ſed à fronte, illigari Iuditha ſolicitat, vt
turpior, infœliciórque ſit innodatio, ſeruitu-
tíſque ſymbolum, quæ ab ipſamet oculorum
iniicitur libertate. Eſt & aliud non inamœnum
quod cogites. Quibuſdam ex Perſis, qui Sagar-
tij nuncupabantur, in more fuiſſe perhibet He-
rodotus cum hoſte congredientes laqueo pu-
gnare eo ingenio atque verſutia, vt equum &
equitem fune artificioſo implicarent, ad ſéque
Herodot. traherent captiuum. Herodot. lib. 7. *Rectè vtun-
tur è loris confecta, & cum hoſte congredientes
iniiciunt eas, in ſummo laqueum habentes, quibus
aut equum aut ipſum implicantes ad ſe trahunt.*
Pauſan. Pauſanias de Sarmatis lib. 1. *Et laqueos iniicien-
tes in quæcumque hoſtium poſſunt, equos deinde
auertentes deiiciunt, detrahúntque implicitos ſic, &
Sozomen. illaqueatos.* Idipſum de Scythis narrat Sozome-
Ioſeph. nus lib. 7. hiſtor. Eccleſ. c. 25. de Alanis Ioſephus
Iſidor. lib. 7. Excidij de gladiatoribus laqueariis Iſido-
Lipſius. rus; de quo eruditè Lipſius in analectis ad mi-
litiam Romanam. Ergo ſimilem laqueum niti-
tur præparare Iuditha, non qui è ſcuto proprio
penderet, ſed qui ex alienis oculis texeretur,
quo iniecto, ad ſe traheret inimicum, & ſubla-
tâ manu obtruncaret. Depoſcit itaque, vt dum
ipſa loqueretur ad Perſam, ipſe cæco laqueo
necteretur amoris, cuius licia de eius vitioſo
ſtamine venirent, non de aliqua fœminæ in-
citatione.

Verſ. 13. Et percuties eum ex labiis charitatis meæ.

129. Iam hæc verba non indiligente explicatu do-
nauimus, cum priore hemiſtichio iungentes,
vt viſus ſignificatus redderetur. Verùm adhuc
ſupereſt, quod exploratione dignum, eſt, ſi ſeor-
ſim à prioribus verbis ſenſum habent, nouám-
que ſententiam inducunt. Græcè eſt Πάταξον
δοῦλον ἐκ χειλέων ἀπάτης μου. *Percute ſeruum ex la-
biis deceptionis meæ.* Statim in mentem venit,
mendum irrepiſſe in Græco, nec legendum
eſſe ἀπάτης, id eſt, *doli & fraudis*, ſed ἀγάπης,
id eſt, *charitatis & dilectionis*. Poſtea incidi in do-
Delrio. ctiſſimum virum Martin. Delrio, qui adag. 226.
ex eruditionis ſuæ fonte ſic omnino cenſuit.
Quæ quidem lectio & ſanctæ fœminæ honora-
bilior eſt, & in latens pondus geſtat, cui ſcri-
Hieron. bentes ἀπάτης ſuccubuerunt, cùm Hieronymus
Chaldaicæ linguæ diligens veſtigator, non *frau-
dis*, ſed *charitatis* tranſcripſerit. Niſi quòd ex-
criptio Græca non verbum, ſed ſenſum reddi-
derit; quod Serario placuit: verba enim melli- Serar.
ta & mollia, cùm ad aucupandum auditorem
tenduntur, charè quidem & blandè ſonant, il-
lautque fauum, ſed intus venenum geſtant, quò
enecent. Sermones enim blandi & molles lu-
brici ſunt, faciléque pectus peruadunt; ſed ta-
men quà molles prendi non poſſunt, nec digitis
ſtringi, quaſi nulla ſit in eis fides, illicóque la-
bantur: quò ſpectat adagium illud apud Simo-
nid. in Iambis: *Anguilla in ſtrigmento*, quòd Simonid.
Athenæus dixit: λεῖος ὥσπερ ἔγχελυς, *inſtar an-* Athen.
guillæ lubricum; quale dicterium iactatur in ho-
minem lubricæ fidei. Idipſum ad fœminam, quæ
molli ſermone iuuenes ineſcat, tranferri argu-
mento eſt. Proueb. 2. verſ. 16. *Vt eruaris à mu-* Prou. 2. 16.
*liere aliena & ab extranea, quæ mollit ſermones
ſuos*, vbi Symmachus vertit *cuius verba lubrica*, Symmach.
Chaldæus *cuius verba lenia ſunt.* Chald.

Si proprietatem amemus, non facilis eſt ha- 130.
rum dictionum expeditio *labia charitatis*. Cur
enim *charitatis* venerabilis vox in re amatoria
inſerta eſt, vbi non ex limpido amoris fonte
purus Holoferni latex offertur, ſed quo ipſe
tanquam in cœnoſo libidinis volutabro immer-
ſus occubuit? Aliquæ dictiones mediæ ſignifi-
cationis ſunt in lingua Hebraïca, ſicut & in aliis
linguis, videlicet quæ contrarios in ſe ſignifi-
catus gerunt, vt obſeruauit Eugubinus ad cap. 1. Eugub.
Iob, & Sanctius ad cap. 23. Iſai. ſicut *benedicere* Sanct.
etiam *maledicere* ſignificare ſolet, *& ſacer, ſan-* Virgil.
ctus, & ſimilia: de quo diſſerunt alij ad illud
Poëtæ: *Auri ſacra fames.* An huius generis di-
ctio *charitatis* ſit, vix ſuſpicor, licèt non deſint,
qui ad inhoneſtum amorem trahant, adducitur
Paulin. epiſt. 31. *Qui tam viles fuerunt charitate* Paulin.
luxuria. Ego totam relegi epiſtolam, præfata
verba non inueni; imò pluries in ea verbum
charitatis de caſtiſſimo amore profertur: quæ
ſubiicere non pigebit: *Illa litera ſpei bona, lite-* Idem.
*ra fidei non ficta, litera pura charitatis quid amoris
ſanctiſſimi ſpirant*: vbi obſerua, quantum ſe op-
ponat charitas fidei fictæ, labiiſque deceptionis
ac fraudis. Deinde: *In arca fabricam compagine
charitatis erecta, mundi huius fluctus imputribili
robore ſecans.* Denique. *Quanto caſtioribus nexi-
bus charitas Chriſti copulat, in cuius corpus tran-
ſiſtis à veſtro!* Scio, quòd Ammianus Marcell. Ammian.
lib. 14. apud Sanctium hîc dixit de Perſis: *Apud
eos per libidines varias charitas diſperſa torpeſcit.*
Verùm apud Latinæ dialecti principes ſemper
charitas amorem ſignificat, qualem innocens na-
tura præbet, erga Deum ſcilicet parentes & li-
beros. Cicero de amicit. *Ex ea charitate, quæ* Cicero.
*eſt inter natos & parentes, quæ dirimi niſi deteſta-
bili ſcelere non poteſt*: Liuius decad. 1. lib. 1. *Et* Liuius.
*puerum in domo à paruo eductum, in charitate at-
que honore fuiſſe.* Quare Marcellus Donatus in Marcell.
ſcholiis ad Hiſtoricos Latinos ex eodem Am- Donat.
miano Marcell. lib. 28. probat, quòd *charitatis*
dictio de puro, honeſtóque amore, qualis inter
neceſſitudine vinctos ineſt, accipienda. Profectò
Græcè ἀγάπη quid plus eſſe, quàm amorem
vtrumque, ſcribit Iſocrates in Hel. encom. quod Iſocrat.
& innuit Xenoph. 7. Pæd. licèt auctor hîc etiam Xenoph.
hac dictione ad inhoneſtum amorem vſus eſt,
τὰς πόρνας ἀγαπῶντα μᾶλλον ἢ τοὺς ἑταίρους. Nec benè
Serarius, ſi proprium ſignificatum intendas, pro
labiis charitatis exponit, *verborum* χάρις. Licèt
enim χάρις gratiam ſignificet, quæ etiam apud
nos pro amicitia ſolet efferri, iuxta illud Ouidij Ouid.
fratrem

fratrum quoque gratia rara eſt, non ſonat idem Græcè quod Latinè *charitas*, cui potiùs conſonat ex Græco *ἀγάπη*. Vnde *Charites* Græcè *χάριτες* non à charitate, ſed à beneficiorum gratia dicuntur, & Veneris, Liberíque tres filias eſſe proferunt. Inde *Charitonius* Græcè *χαριτώνιος*, ſolet dici de meritorij corporis fœminis, quæ venali libidine viros ad ſe trahunt.

131. Ergo ſupereſt expendendum, quid hîc *labiis charitatis* protenditur. Cùm charitas etiam Theologicè ſoleat pro gratia accipi, vtpote quæ inter virtutes, quæ è gratia pullulant, ſacrum præferat principatum, non malè pro gratioſis labiis, verbíſque, quæ amore innatent, & gratiam Holofernis mereantur, accipi poſſunt: vnum enim hoc Iudithæ intererat, vt facinus ſuum perageret, quòd gratiam ſibi ſortiretur Tyranni; nec aliò ſumptu quàm pulchritudine & verbis eam poterat negotiari. Quare vbi Prouerb. 7. verſ. 5. legimus:
Prou 7. 5. *Vt cuſtodiat te à muliere aliena & ab extranea, quæ verba ſua dulcia facit.* Septuaginta vertunt: *Si te*
Septuag. *ſermonibus, qui ad gratiam, adorta fuerit*: id eſt, qui ad gratiam alliciendam conducunt; ſeu,
Ambroſ. vt exponit S. Ambroſius lib. 1. de Caïn, cap. 4. *Quæ te ſermonibus adoritur gratioſis.* Si hunc ſenſum amet, conſentimus Serario, quòd in his dictionibus verbum *χάρις* exprimatur. Non ita, quòd intentio ſanctæ fœminæ ſit, coquinaria verba & ex apum labore condita, auréſque titillantia proferre; ſed potiùs eos ſermones producere, qui, cùm non dedeceant honeſtam fœminam, vim habent, quà compti, quà vrbaniter ſuaues, beneuolentiam & gratiam Principis allicere.

132. Si à nobis petas, cur potiùs labia charitatis, quàm amoris, blandimenti, politáque dixit & mollia; dicam compendio: Quoniam virginea, candidáque ex miraculo caſtitatis vidua, quæ cum Deo ſermonem habebat, non cenſuit honeſtum coram impolluti Numinis maieſtate verbum proferre; niſi ſanctum, pudicum, abſque macula & ruga. Agnouit, quòd in colloquio cum Holoferne aliquando labia, etſi non in perſpicua alicuius verbi turpitudine laberentur, ſaltem, quia opus erat ad facinus, aliqua minus puta fuliginis ſpecie inſpergenda erant; ideò elegit *charitatis* vocabulum, quod ſuper omnia puriſſimum eſt, & in re amoris lilia innocentiæ candore præcellit; nec auſa eſt aliquid molle, leue, lubricúmque vocabulum Deo auſcultanti interſerere. Id etiam
Iob 1. de Dæmone, cùm dixit ad Deum Iob. cap. 1.
Didym. *Niſi in faciem benedixerit tibi*, tradidit Didymus: *Pro, diris precationibus proſequetur; Benedicet, à Diabolo poſitum eſt, in quo verbum adhibuit ſpecioſum, ne Deum verbo aſperiore figere videretur.* Alij ſentiunt Dæmonem dixiſſe *maledixerit*, ſed Moyſem vocem illicitam, blaſphemámque in ſanctam commutauiſſe. Quæ ſpecioſior dictio, quæ defœcatior quàm charitas? Profectò in Cantico Cantic. non niſi *charitatis* vox perſonat; nec *amoris* dictio producitur, ne minus honeſta ſuſpicio, eius epithalamij læderet puritatem, vtpote in quo ſpecies, imagineſque ludunt, quæ aduerſus pudorem, aliqualem ignaris coniecturam progignerent; ſed quæ ex voce *charitatis* penitus abluta eſt. Auſculta Origenem in præfat. & titulo: *Videtur autem mihi, diuina Scriptura volens cauere, ne lapſus aliquis legentibus ſub Amoris nomine naſceretur, pro infirmioribus quibúſque eum, qui apud ſapientes ſæculi Cupido ſeu Amor dicitur, honeſtiori vocabulo Charitatem, vel dilectionem nominaſſe: apertiſſimè autem in hoc ipſo libello, qui habetur in manibus, Amoris nomen Charitatis vocabulo permutatum eſt.* Quid pro his verbis, quæ enodamus, fœlicius? Originis ſententia ſuoptè ingenio deuoluitur in Iuditham; quæ, ne ignaris ſuſpicioſa irreperet cogitatio, an inter vnguenta, criniúmque nodos, inter odoratas veſtes, pellucidúmque theriſtrum, melleáque verba impurus amor ageretur, cautè & prouidè vocabulum *charitatis* præmiſit, quò palàm publicaret ſe non de cupidine, non de Veneris ſtylo, amatorióque turpiter ingenio alloquuturam eſſe Holofernem; ſed in charitatis labiis, quæ gratiam aſpergerent, & trucem animum cicurarent.

Hinc cognoſces, quòd *labia charitatis* hîc non propriè ſignificent hamatas blanditias, cupidinis illices, ſermonéſque pellicientes ad luxum, ſed chara, benignáque verba, quæ capiti, bonóque Holofernis conſulere videantur. Equidem quòd in verbis aliquod philtrum, faſcinúmque amatorium ſit, dixit Euripides in Hyppol. *Sunt incantationes & ſermones amatorij.* Apuleius lib. 6. aſini aurei: *Pamphile ſpecioſa forma iuuenem carminum vinclis illigabat, altíque amoris æternum pedicis vinciebat.* De hoc Lucanus lib. 6. Pharſal. Iuuenal. ſat. 6. Ne igitur laqueus, quem Iuditha expetit inimico, putetur eſſe ex incantatorij ſermonis vigore, depoſcit à Deo, quòd, dum ea labia charitatis exerceat, id eſt, non præſtigias, vehementiáque carminum blandimenta componat, ipſe eum percutiat & iugulet. 133. Eurip. Apulei. Lucan. Iuuen.

Non à præfatis diſtat ſenſus, quem ſubiicimus. Græcè *ἀγαπᾶν*, ex quo *ἀγάπη*, id eſt, *charitas, acquieſcere* ſignificare ſolet, acceptúmque habere & approbare, vt Henricus Stephan. probat ex Iſocrate, Luciano & Plutarcho. Quære, quæ verba dixit Iuditha, ex quibus fermè vltima ad iugulationem ſucceſſit occaſio. Inuenies infrà cap. 12. poſtquam Holofernes dixit: *Vade & ſuade Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum*; audito nuntio illa reſpondit: *Quæ ego ſum, vt contradicam Domino meo. Omne, quod erit ante oculos eius bonum & optimum faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum.* Ac ſi compendio diceret: Acquieſco, mihi ſatisfit, placet conditio, quæ ſignificationes ſunt verbi *ἀγαπάω*. Iuxta quem ſignificatum, qui non infrequens, ſed à præfatis Auctoribus protritus eſt, *labia charitatis* dixeris quaſi *labia acquieſcentiæ*: charitas enim patiens eſt, benigna eſt, non quærit quæ ſua ſunt. Inde percuſſio contigit, iugulationiſque ſors, vt ſenſus ſit: Tu Domine percuties eum, cùm ego per conſentientia verba eius placito erga conuiuium & cubile, ſemper tamen in caſtitate conſtans, acquieſcam. Vlteriùs *ἀγαπάω* ſignificat amicè & hilariter aliquid accipere, omniáque beneuolentiæ & amoris ſigna producere, vt Euſt. adnotauit in Odyſſ. ζ. ac proinde *ἀγάπη*, id eſt, *charitas* iucunditatis ſigna, hilaritatiſque officia, non ſegnem, torpentémque amorem præſignat. Auſculta labia huiuſmodi charitatis Iudithæ infra cap. 12. verſ. 17. 134. Henr. Steph. Iſocr. Lucian. Plutarch. Iudith 12. 10. Euſt. Iudith 12. 17.

*Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, & accum-
be in iucunditate, quoniam inuenisti gratiam coram
me. Et dixit Iudith. Bibam Domine, quoniam
magnificata est anima mea hodie præ omnibus die-
bus meis.*

135. Nec patitur calamus præterire alios expli-
catus, qui menti multa cogitanti obuersan-
tur. *Labia charitatis* dixit, quoniam chari-
tatem & amorem erga Holofernem solùm
in labiis, non in corde gestatura erat: in pe-
ctoris arcano medicata sagitta latebat, viscus
dilectionis in labiis: obtruncare parabat, quem
comiter & beneuolè loquebatur; ideò appo-
sitè non *verba*, sed *labia charitatis* dixit, quia
verba procedunt ab intus, labia foris ma-
nent. Similis phrasis obuia in Bibliis est. Mat-
Matth. 15. 7. thæi 15. vers. 7. *Populus hic labiis me honorat,
cor autem eorum longè est à me.* Sic expendit
S. Thom. sanctus Thomas illud cap. 1. Iob. *Nisi in faciem
benedixerit tibi:* id est, inquit, *Nisi manife-
stum fiat, quòd antea benedixerit tibi, non in
vero corde, sed in facie, id est, ad apparen-
tiam hominum.* Quò possumus aduocare id,
quod suprà notauimus ex Prouerb. 7. vers. 10.
Prou. 7. 10. *Ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præ-
parata ad capiendas animas, garrula & vaga.*
Hebraicè *ligata corde*: quasi ne aliquid, quod
intus est, per labia dimanet, seu foris stillet.
Hinc labia charitatis tanquam vittam cocci-
neam esse dixeris, quæ dilectionis purpureo
vinculo liget, & abscondat, quæ in cordis
subsident penetrali. Quare non per antiphra-
sim, id est ironicam contradictionem hæc ac-
cipienda duco, cùm verè chari fuerunt Iudi-
thæ sermones, & Hyblæis fauis immisti, li-
cèt solùm in labiis hæsissent, melláque, quæ
stillarunt, in Holofernis faucibus absynthia
fuerunt.

136. Alius præterea sensus sit, Iuditham intende-
re nullum coram Holoferne verbum efformare,
quod non referretur in Deum, licèt amphibo-
logicis technis videretur innexum. Hæc cha-
ritatis virtus est: quidquid loquitur, quidquid
agit, in diuini Numinis fastigium dirigit, &
à creaturis leuat in Deum; in quem scopum
cuncta collimat. Examina Iudithæ verba; fer-
mè nullum est, quod, licèt pro se dictum Ho-
lofernes accepit, ex cordis dirigentis impulsu,
in Deum, siue in patriæ columitatem non fue-
rit. Ferè quindecim vicibus coram Holoferne
Dei & Domini nomen ex labiis protulit. Agno-
sce, quibus tandem verbis ceruicem Tyranni
percussit. Equidem non nisi charitatis, serui-
Iudith 13. 6. dæque in Deum dilectionis: infrà cap. 13. *Ste-
titque Iudith ante lectum, orans cum lachrymis &
labiorum motu in silentio, dicens: Confirma me
Domine Deus Israël*, &c. Et cùm iam stricto
pugione in ceruicem caderet manus, vide, si
adimpletum est, quod poposcit. *Et percuties
eum ex labiis charitatis meæ*: siquidem labiorum
motu verba charitatis produxit dicens vers. 8.
*Confirma me Domine Deus Israël in hac hora; &
percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius.*
Igitur charitatis labiis percussit, quæ, dum labia
charitatis moueret, non semel ceruicem per-
cussit Holofernis.

137. Quin labia charitatis dicas, quæ ob sospita-
tem patriæ, libertatémque ciuium mota sunt,
&, ne periclitaretur respublica, in periculum
Cicer. fortiter se dederunt. Cicero 1. offic. *Chari pa-
rentes, chari liberi, propinqui familiares: sed om-
nes omnium charitates Patria vna complexa est,
pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei
sit profuturus?* Quibus adnecte, quod Clemens
Alexand. lib. 4. Strom. cap. 4. protulit de Iu-
ditha: *Ingreditur quidem in castra alienigena-* Clem. Alex.
*rum, omne periculum contemnens, pro patria
seipsam tradens hostibus in fide Dei.* Antequam
hinc abeas, obserua, quàm imperiali, impe-
ratiuóque stylo etiam erga Deum loquuta est:
Percuties eum ex labiis charitatis meæ. Si cha-
ritatem gestabat in labiis, quid ni imperiosa
verba proferret? Paulinus epistol. 50. *Qui per-* Paulin.
*fectè amatur, totam sibi amantis vindicat volun-
tatem. Nihil est imperiosius charitate.* Pro *per-
cuties* Græcè est πάταξον, quod Vatablus ver- Vatabl.
tit *infringe ferociam ipsorum.* Recordare, quàm
flecti nescius Holofernes, quantum eius ob-
durauit obstinatio rationem, de quo suprà c. 4.
postquam lampadibus, coronis & tympanis
cum flectere populi curauissent, dicitur vers. 11.
*Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris
mitigare potuerunt.* Ergo præclara emphasis est,
cuius ferocia flecti nequit, frangatur. Alcimus Alcim.
Auit. lib. 4.

*——Omne resistens,
Si flecti nescit, metuas vel pondere frangi.*

Vers. 14. Da mihi in animo constantiam,
vt contemnam illum, & virtutem, vt
euertam illum.

Da mihi in animo constantiam, &c. Vtrum- 138.
que hemistichium vnam sententiam confice-
re suspicor, in qua omnes fortitudinis par-
tes, quà Theologicè, quà ethicè, grauiter &
subtiliter compendioso stylo censeo describi.
Pro definitione fortitudinis hæc verba sint,
siquidem ipsamet Iuditha viuentis fortitudi-
nis animata descriptio fuit. Ambrosius libr.
de viduis: *Hæc est vera fortitudo, quæ natu-* Ambros.
*ræ vsum, sexus infirmitatem, mentis deuotio-
ne transgreditur: qualis in illa fuit; cui nomen
Iudith, quæ viros obsidione fractos, perculsos me-
tu, tabidos fame, sola potuit à colluuione reuo-
care, ab hoste defendere.* Singulas igitur perpen-
damus dictiones, tanquam singulas fortitudi-
nis partes, licèt in fragili fœminæ speculo re-
fulgentes.

Da mihi. Coniectare pronum est, non quam- 139.
cumque fortitudinem poscere, sed eam, quæ
singulariter fortitudinis donum est: non enim
nisi donum datur. Ideò inquit. *Da* si petas,
quid suprà fortitudinem, quæ virtus est, for-
titudinis donum accumulet? Iudith sequenti
dictione, scilicèt ly *mihi*, interrogationi re-
spondet. Ac si diceret: Mihi fœminæ, imbelli,
ieiuniis exactæ, teneræ præ pudore, exani-
mi præ viduitate, præ lachrymis turbidæ, &
ad instrumenta roboris imparatæ. Non quod
naturale est, peto, sed quod naturam sexus
præcellit. S. Thom. 2. 2. quæst. 139. art. 1. docet, S. Thom.
quòd fortitudinis virtus firmat animum iuxta
connaturalem homini modum; *donum* autem
supernaturaliter fulcit, armátque cœlitus, te-
nerísque lacertis supernam virtutum infundit.
Et in 3 distinct. 34. quæst. 3. art. 1. quæst. 2. ad 2.
scribit, quòd fortitudinis donum in victoriam
difficultatum procedit, miraculáque sibi præ-
sto habet tanquam instrumenta & auxilia. Et
eadem

eadem quæſt.2.art.1.quæſtiunc.2.ad 1. ait,quòd hoc donum circa opera ſupererogationis verſatur, quæ humanis viribus ſunt altiora. Ecce quid petat fœmina ſacra, hoc dono de cœleſtibus irrigari, vt arduum opus brachiis aggrediatur fœmineis, & ſuprà fortitudinem, quæ virtus eſt, ſuſtinétque pericula, facinus difficillimum cœlitus animoſa perficiat; quod *donum fortitudinis eſt*. Conſule S. Thomam 2. 2. quæſt.139. art.1. Quòd hoc donum, quale expetit, impetrauerit, concordibus numeris concinunt Patres. S. Ildegard.in append. ad Symbol. D. Athanaſ. *In mollem muliebrem ſenſum tantam vim miſit, vt Holofernem in nocte interficiens, Iſraeliticum populum liberarit.* Saluianus lib.7. de gubernat. *Si quando euidenter intelligi Deus voluit,magna opera ſe patrare,aut per paucos, aut per infirmos acta res eſt: ne opus cœleſtis dexteræ virtuti aſſignaretur humanæ. Ideò* (amputo plura) *ferrata Aſſyriorum acies, vidua opitulante ceciderunt.* Prudent. in Pſych.

Idem. — Ildegard. — Saluian. — Prudent.

Famoſa mulier referens ex hoſte tropheum.
Non trepidante manu vindex meacœlitus audax.

Hieron. Hieronymus in præfat. huius libri: *Caſtitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit,vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & inſuperabilem superaret.* Inde ſupra fœminam audit, quia fœmina ſic audet in virum,vt vtrumque ſexum deludere videatur, viri, dum virum fœmina necat; fœminæ, quia non niſi virilis dextera viſa eſt, quæ ſic virum confodere non exhorruit. Ambroſ. Ambroſ.3.offic. cap.13. *Fœmina de viro reportauit victoriam, fugauit populos conſilio ſuo, horruerunt Perſæ audaciam eius.* Alcin. Alcinus Auit. de vera virginit. laude:

Fœmineáque animi Iudith in mente virilis.

Sidon. Sidon. Apollin. carm. Euchar. ad Fauſt. Regiens.

Et fragilis valido latuit bene ſexus in ictu.

De hac virili fortitudine Iudithæ recognoſce, quæ dedimus tom.1. caten. Paneg. ſectione 9. Perge.

140. *In animo.* Si fortitudinem efflagitat, cur non lacertos firmos, neruóſque conſtantes expoſcit; ſed animo tantùm ſolicitat infundi vigorem, ac ſi ſpiritu, non corpore eſſet aggreſſura inimicum? Quoniam S. Thomas opuſc.42. docet, quòd fortitudo duplex eſt, altera corporis,altera animi, ſed hæc tota virtus,illa verò virtutis pars eſt. Et 1. 2. quæſt.61. art.3. & 4. ſcribit, quòd fortitudo virtus ſpiritualis eſt, & ad quamque virtutem attinet, quòd firmitatem animi includat. Ergone magnanimitatem implorat Iudith? Imò auſculta S. Thomam 2. 2. quæſt.129. art.5. in corp. *Inter generales modos virtutis, vnus eſt firmitas animi. Præcipuè tamen laudatur hoc in virtutibus, quæ in aliquod arduum tendunt, in quibus difficillimum eſt, firmitatem ſeruare. Et ideò quantò difficilius eſt in aliquo arduo firmiter ſe habere, tantò principalior eſt virtus, quæ circa illud firmitatem præſtat animo Difficilius autem eſt firmiter ſe habere in periculis mortis, in quibus confirmat animum fortitudo, quàm in maximis bonis ſperandis vel adipiſcendis, ad quæ confirmat animum magnanimitas.* Anne mortis periculum fœmina non expauit, vt ſuprà magnanimam fortitudinis vexillum attolleret? Audi S. Ambroſ. lib.3. de offic. cap.13. *Vtique* (quod in illis Pythagoreis duobus mirantur) *non expauit mortis periculum, ſed nec pudoris, quod eſt grauis bonis fœminis: non vnius ictum carnificis, ſed nec totius exercitus tela trepidauit. Stetit inter cuneos bellatorum fœmina, inter victricia arma ſecura mortis. Quantum ad molem ſpectat periculi, moritura proceſſit: quantum ad fidem dimicatura.* Vlteriùs deſuper clapſam animo conſtantiam ſolicitat, quia conſilium non corporis,ſed animi eſt,in quo ſubſidet,& à quo procedit: donum autem fortitudinis à dono conſilij dirigi,vt opus arduum perficiat,docuit S.Thom.2.2.q.139.art.1.ad 3.Ideò Iudith infrà hoc eodem cap.v.18.orat. *Da verbum in ore meo, & in corde meo conſilium corrobora.* S.Thom. Quòd hæc fuerunt ei arma, vt fortitudinis donum animi ſtrenuitate exerceret, Ambroſius auctor eſt de Elia & ieiunio cap.9. *His armis munita proceſſit, & omnem Aſſyriorum circumuenit exercitum. Sobrij vigore conſilij abſtulit Holofernis caput,ſeruauit pudicitiam,victoriam reportauit.* Ambroſ. Ergo fortitudinis donum à dono conſilij directum, animum reddidit viuidum & inſtructum, vt his victricibus armis, quæ ſibi fabrefecit oratio, triumphum ageret de inimico. Nec enim vlla arma fortiora,quàm fortitudinis donum inuenies. Ergo de hoc dono, quod hæc oratio fœminæ ſanctæ conduxit intelligerem Auguſtinum ſermon 66. *Iudith ſanctiſſima, cuius precibus patuit cœlum, orationis arte arma victricia fabricauit, quibus aduerſa confligeret, & paueſcentes viros fœmina vindicaret.* Auguſt.

Præterea animo conſtantiam precatur, vt opus, quod aggreditur, non ex ignorantia, ſeu lucro, ſeu paſſione aggredi videatur. 141. Scias ex Philoſopho lib.3.Ethic.cap.8 quod aliqui ſimilitudinariè dicuntur *fortes*, nempe qui perpetrant fortia, non à virtute fortitudinis acti, vel quia ignari, quantum periculi inlateat, vel quia experti pericula grandia euaſiſſe; vel quia, vt Vegetius ait in lib. de re milit. *nemo facere metuit,quod ſe bene didiciſſe confidit:* vel quia iraſcibili ardore feruntur, ſeu inconſultæ triſtitiæ pondere vergunt, vt ſe periculis funeſtis obiiciant: vel denique quia lucrum, honor, aut voluptatis illecebra ad inopinos auſus, ſtrenuóſque conatus impellit. Iuditha ad fortitudinis prodigium ſæculis vertentibus decantatum, nec turpis amoris lenocinio perungitur, nec ſpoliorum rapitur lucro, nec militaris artis experientiâ ſuadetur, nec periculi ignorantiâ obcæcatur: ideò fortitudine, quæ virtus eſt, imò quæ donum, medullitus perfundi conatur, vt celebre Dei opus ſuperna dexteritate conficiat Vnde expetit fortitudine ſuum animum cœlitus inſpergi, vtpote in quo nec inſcitia periculi eſt, nec voluptatis flamma perurit,nec lucri deſiderium intenditur, nec artis experientia monſtratur. Ariſtot. — Veget.

Profectò, vt perhibet S.Thom.in Iſai.cap.3. 142. S.Thom. in quinque ſtat corporis fortitudo,nempe complexionis vigore,membrorum robore,cibi abũdantia, conſtantia mentis, & artis bellicæ experientia. Quàm diſſito ſpatio quatuor ex his abfuerunt à Iuditha. Si dexteram conſpicis,fœminæ eſt, cuius non aſperata manus, firmáque membra, ſed è teneris digitis aſſueta fuſo:ergo, dum Holofernem impreſſo pugione confodit, non corporis, ſed animi fortitudine propugnauit. Aug. ſerm.67. *Bellatoris crines impliciuit pulchritudine digitorum: poſt teneritudinem fuſi, ebeni capulum quærit. Mucro matronam non terruit, ſed* Auguſt.

armauit,quæ ita pugnauit. Non complexionis vigor, acrisque valetudo neruos corporis obdurabat eius, quæ, quà fœmina, gracilis & delicata, delicatior quà pulchra: ergo bellator animus peregit victoriam, cui fortitudinem impetrauit. Hinc Baptista Fulgos. lib.7. cap.4. demiratur: *Est ausa & mulier & formosa, vna tantùm comite ancilla, hostium castra petere.* Quid? Sat fuit in fœmineo pectore pugnax animus. August. Augustin.serm.67. *Iudith bellator animus alienum pectus obsedit.* Non abundantia cibi validos ad bella reddiderat artus, quæ potius iuxta Ambrosij verba cap.9. de Elia & ieiunio, armis ieiunij munita processit. Ergo brachia,quæ exiccauit inedia, purique cibi rigor decoxit, corpus, quòd ieiunium exuxit, animi fortitudo compleuit, vt hostem perimeret animosa, quæ animo constantiam poposcit. S.Hieron. S.Hieron.epist.10. ad Fur. *Legimus in Iudith viduam iam confectam ieiuniis. Video armatum gladio animum, cruentam dexteram. Recognosco caput Holofernis de mediis hostibus reportatum.* En cur tantùm animo deprecatur constantiam, quæ sola superest ex illis quinque, quæ sanctus Thomas ad fortitudinem congerit, validitatéque corporis indigent, Isai.3.1. & indicari affirmat in Isai. cap.3. vers.1. *Aufert ab Ierusalem & à Iuda validum & fortem, omne robur panis,& omne robur aquæ,& fortem & virum bellatorem.* Iudith quasi corporis expers esset, nulláque membrorum sarcinâ premeretur, animi tantùm pugnacibus armis confidit, & imbi exaggerari cupit constantiam, quò hostem impetere meditatur.

143. *Constantiam.* Non putes casu dictionem adiectam: hæc est fortitudinis optima pars. S.Thom. Nuper datus S.Thomas in cap.3. Isai. *Consistit in constantia cordis; & sic dicit, fortem, secundùm quod venit à fortitudine, quæ est virtus animi.* Inter fortitudinis partes constantiam numerauit Macrob. Macrobius lib.1. in somn. Scipion. cap.8. *Fortitudinis, inquit, est animum supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere. Fortitudo præstat magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem.* Cur ex his solùm, quam petat, Iudith constantiam elegit? Cur non perseuerantiam Tullius. poposcit, quam Tullius perhibet lib.2. de inuent. virtutem componere fortitudinis? Meditor, non absque seria discretione de constantia tantùm sibi consuluisse Iuditham. Quid inter constantiam & perseuerantiam intersit, do- S.Thom. ceberis à S.Thoma 2.2.quæst.173.art.3.in corp. *Virtus perseuerantiæ propriè facit firmiter persistere hominem in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex ipsa diuturnitate actus: constantia autem facit firmiter persistere in bono contra difficultatem, quæ prouenit ex quibuscumque aliis exterioribus impedimentis.* Bene callebat Iudith, à diuturnitate, ignibúsque temporis moris non intercidendum sui animi cogitatum, nec Tyranni necem protelandam, quia taxatum erat quinque dierum spatium, quo transacto, deditione solueretur obsidio: vnde dixit Ho- Iudith 12.4. loferni infrà cap.12.vers.4. *Viuit anima tua Domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitaui.* Tantùm igitur exteriora potuerunt impedimenta subrepere, quæ fœmineum animum eneruem reddidissent & segnem: ideò expostulat obarmari constantiâ, quæ etiam sub magnificentia comprehendi scribit S. Thom. S.Thom. 2.2.quæst.128. art.1. ad 2. *Oportet enim, inquit, in his quæ magnificè aliquis facit, constantem animum habere: & ideò Tullius ad magnificentiam pertinere dicit non solùm administrationem rerum magnarum, sed etiam animi amplam excogitationem ipsarum.*

Hinc Iudith, (quæ *constans* nominatur à sancto Athanasio in exhort. ad Monach. 144. S.Athan. *Ab Holofernis, ait, tumentibus minis, constantis manu fœminæ meruit vindicari*) nuncupatur *magnifica* ab Origene homil.11. in Iudic. cap.7. Origen. *Quid ergo illam magnificam & omnium fœminarum nobilissimam memorem Iudith: & magnanimis* à Petro Damiano epistol.18. & Gotfrido Vitericiens. in Chron. part.13. Damian. Gotfrid. S.Thom. Si semel constantia iuxta sancti Thomæ placitum sub magnificentia comprehenditur, liquidò agnosces, cur inter cæteras fortitudinis partes constantiam, virtutémque ad hostem conterendum Iudith deposcat, non patientiam, non perseuerantiam, non fiduciam quæ à Tullio in conflanda fortitudine numerantur. Duplex est fortitudinis actus, nempe aggredi & sustinere. Duo insuper exigit aggressio, promptum scilicet animum, quem fiducia præparat & accendit, vt impetat; & ex executione operis, vt quæ fiducialiter inchoauit, magnificè perficiat: cui rei magnificentia studet, quæ facinus complet. Ergo Iudith ad animum præparandum fiduciâ non indiget, quæ potius cœlitus audax strenuè prorumpit in opus: sola ei constantia opus est, quæ à magnificentia non dissidet, vt tandem iugulet Holofernem. *Magnificentia est,* inquit Tullius sup. Tullius *rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione cogitatio, atque administratio, id est, executio, vt scilicet amplo proposito administratio non desit.* Quæ verba S. Thomas, cuius tota hæc doctrina est, excribit 2.2. quæst.128. art.1. in corp. Anne in cædis executione sic descripta magnificentia in animo illuxit Iudith? Ausculta precantem, cum iamiam acinacis capulum parabat arripere infrà cap.13. vers.7. Iudith 13.7. *Confirma me Domine Deus Israël, & hoc,quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam.* Quare rectissimè constantia in hac cædis executione, quasi in necessario sibi momento constitit: cuius argumento est, quod postea ipsa sibi modulatrix Iudith canorè insonuit in Hymno cap.16. vers.12. Iudith 16.12. *Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius:* non enim horror Persas inuasit, quovsque truncum Holofernis cadauer è fœminæ manu, tinctúmque sanguine conspexerunt, clamante eunucho infrà cap.14. versu 16. Iudith 14.16. *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor: ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo.* Adstitit sibi tunc, quam nunc expostulauit, constantia, diúque in strenuo animo viguit, vt tandem ad extremam facinoris administrationem duraret. Cùm hæc ad aggrediendum satis essent; ad sustinendum, non alia fortitudinis parte Iudith indiguit; non perseuerantiâ, quæ est apud Tullium in ratione bene considerata, stabilis & perpetua permansio; non enim ex temporis interuallo suum facinus remorata est: non patientiâ, quippe cui per austerioris vitæ tolerantiam intra reclusorium domus

domus crebris exercitationibus acta incubuerat. A Deo singulariter constantiam implorat, quæ fortitudinis Dei potissima ratio est; quam
Macrob. describit Macrobius in somn. Scip. lib. 1. fortitudinémque nuncupat exemplarem: *Quod semper idem est, nec aliquando mutatur.*

145. *Vt contemnam illum.* Non vnum sensum nobis suggerit dictio ista. Si in fortitudinis dono persistimus, apt ssimè delecta est. Cohibet fortitudo timorem, quam dixit Philosophus lib. 2. Ethic.
Aristot. c. 7. versari circa timorem & audaciam, S. Thom.
S. Thom. q. 123. art. 3. in corp. *Fortitudo principaliter est circa timores difficilium rerum, quæ retrahere possunt voluntatem à sequela rationis.* Timor autem, insurgénsque pauor ab strenuo & forti contem-
Iob 39. 21. nitur. Iob 39. vers. 21. *In occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio.* Quare *vt contemnam illum* intellige, quà terribilem, quà superbum & trucem, cuius conspectus horror est, cuius verba fulmina, & sepelit, quos detriumphat. Terrorem etenim fortitudo coërcet: eam in maximis terribilibus impauidam exerceri,
S. Thom. dixit S. Thom. in 3. distinct. 33. quæst. 2. art. 2. in corp. Terror inuaserat Hebræos, animósque concusserat timor, obsidente Holoferne suprà
Iudith 4. 2. & 2. 18. cap. 4. *Timuerunt valdè à facie eius. tremor & horror inuasit sensus eorum.* Nec fideles sensus tantùm timor iste concussit; quotquot gentes habitabant per gyrum, attonito timore corruptæ sunt, supra cap. 2. vers. 18. *Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.* Aun ... bellatrice fœmina terror hic pectus masculum sub-
S. Paulin. iugauit? S. Paulin. natal 8

Terrentémque manu latè populos Holofernem
Arte pudicitia deceptum callida Iudith
Risit.

August. August. serm 67. *Mucro matronam non terruit, sed armauit.* Id eius fortitudinis elogium est.
Rupertus. Rupert. de diuin. offic. lib. 12 c. 25. *Iudith fortitudinis speciem in hoc nimirum prætendit, quòd formidantibus viris bellicosis, immanissimo Tyranno pro*
Clem. Alex. *liberatione patria se opposuit.* Clem. Alex. quem iam dedimus lib. 4 Strom. c. 4. *Ingreditur quidem in castra alienigenarum, omne periculum contem-*
Cyrill. Alex. *nens.* Inde *animosa* vocatur à Cyrillo Alex. in Ioan. cap 20 lib 7.

146. Intertrita fortitudo erga bellicos terrores maximè viget: docuit id Philosophus lib. 3. Ethic.
Aristot. S. Thom. cap. 6. subdit rationem S. Thomas 2. 2. q 123. art. 5. in corp. *Pericula mortis, quæ sunt ex ægritudine, vel ex tempestate maris, vel ex incursu latronum, vel si qua alia sunt eiusmodi, non videntur alicui directè imminere, ex hoc quòd prosequatur aliquod bonum: sed pericula mortis, quæ sunt in bellicis directè imminent homini propter aliquod bonum, in quantum videlicet defendit bonum com-*
August. S. Isidor. *mune.* Animum Iudithæ *bellatorem* vocauit Augustinus supr. de qua sic fatur S. Isidor. cap. 64. de morte & vita Sanct. *Iudith in gloria virorum præstantior: hæc pro salute populi* (en commune bonum) *morti se obtulit, nec trepidauit furorem regium.* Quàm sibi contigit fortitudo bellica per medias acies eunti, armatósque cuneos secanti, imperterritæ, constanti, piéque super-
Ambros. bæ! Ambr. lib. de viduis. *Cum Holofernes successu multorum terribilis præliorum intra muros innumera virorum millia coëgisset, armatis pauentibus & de extrema iam sorte tractantibus, extra murum processit, & illo præstantior exercitu, quem liberauit, & eo fortior, quem fugauit.*

Sed vide, quòd timore Dei correpta Iuditha, vtpote de qua dicitur supr. cap. 8. *Quoniam timebat Deum valdè*, quàm anxia, pauidáque fortitudine nunc intra Bethuliæ mœnia tenetur, ciuitatis Principes accersit, ne ab vrbis portis discedant, indicit, in puluere se volutat, nec solùm animum, sed & corpus quasi deiecti vigoris sit, deiicit & prosternit in humum: & tamen, dum ad inimica castra se confert, minacibúsque armis se inserit, quàm secura graditur, quàm solido procedit vestigio! Quid hoc est? Veræ fortitudinis indoles, quæ tunc vigorosior firmiórque subsistit cùm se in timenda pericula ingerit. Venustè August. serm. 66. *Prodit secura vnius puella comitatu contenta, & hostium securis gressibus properauit in castra: intra muros solicita fuit; secura fit, dum ad timenda peruenit.* En sacræ fortitudinis idæa. Antea timebat solicita, ne Principes cum populo animum despondentes, peccato suo conturbarent victoriam: ad has suorum expauit insidias; (culpa enim populi insidiatrix est, quæ ipsum populum tacita irruptione deuastat) hostibus verò traditi non terretur. Id in fortitudine Scipionis extollit Macrobius lib. 1. in somn. Scip. c 10. *Quod non labitur animo prædicta morte perterritus, fortitudo est. Quod suorum terretur insidiis, magisque alienum faci us, quàm suum horrescit exitium, de pietate & nimio in suos amore procedit.* 147. Iudith 8. 8. August. Macrob.

Ergo orationem suam erga Deum intendit Iudith, ne animus eius ab horribili Persæ sæuitia, armatísque phalangibus, timore labefactatus succumbat; potiùs quòd contemnat illum, paruísque ducat, quòd orbis adhuc exterrit domitor, quòd populorum inflexibilis castigator, quòd ferrum & incendia minetur; imò illum parui pendat, & quasi gigas pulicem spernat, quæ vox validissimi, & fortis bellatoris esse solet, vt de Goliat aduersus Dauidem circumfertur, 1. Regum 17. vers. 42. *Cúmque inspexisset Philistheus, & vidisset Dauid, despexit eum; erat enim adolescens.* Quò forsan respiciens Dauid ipse, dixit Psalm. 118. vers. 141. *Adolescentulus sum ego & contemptus*, vbi Genebrardus: *Non est nomen ætatis, sed conditionis & status, siue humilitatis.* Quòd animosè contemnat superbum Iudith precatur. Et quidem contemnere, superbi fastus & arrogantiæ solet esse: nam vento inflari, & qui gloriæ vanæ incolunt nubes, cæteros homines desuper aspiciunt, & quo ex altiore superbiæ culmine intuentur, minores apparent; ex longitudine enim, obiecti magnitudo decrescit: contemnere autem propriè est pro nihilo reputare. Vnde lux illis Dauidici Psalm. 137. *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit.* Quid est, quòd alta, scilicet superba cognoscere dicatur à longè, cùm tamen humilia oculis propinquissimis intueatur; id enim respicere est? Quoniam quæ à longè videntur, minutissima apparent & despicabilia. Quamuis vbique præsens Dei figatur obtutus, dicitur quòd à longè superbos cognoscit: quasi illi præ puluere pusilli sint, & quà exaltantur impensiùs, profundiùs iaceant. Ex opticis similitudo est, vt obseruauit Genebrardus ibi. *Alta quidem & humilia omnia cernit, sed hæc aspiciens, illa prospiciens, vt ex opticis fugatur similitudo.* 148. 1. Reg. 17. 42. Ps. 118. 141. Genebr. Genebr.

149. Pluries Iudith se suosque humiles & abiectos esse dicit, Holofernem autem, & Assyrios compellat superbos: statim vers. 16. *Nec superbi ab initio placuerunt tibi; sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* Quid est, quòd nunc sic erigat supercilium, quòd poscat, contemnere, paruíque ducere magnum virum? Quòd humilitas, quo sibi abiectior est, supra superborum vortices graditur & infra se tuetur, quos supra ventos eius arrogantia locauit. Contemnere, subtus se respicere est, & infra pedes ducere, cùm quis se contempto altiorem se reputat. Inde ad inanimata tractum. Tibullus eleg. 3.

Tibull.

Nondum cæruleas pinus contempserat vndas.

Agit de Saturni tempore, in quo ait nondum nauibus fuisse mare sulcatum. Nauis vndas contemnit, quia infrà se fluentes dissecat & radit. Precatur itaque Iudith, quòd infrà se sit ille superbus, quem ad astra eleuauit ambitio, vt iacentem cadens ab alto brachium iugulet & conterat: ideò ad hoc opus constantiam impetrare conatur, quæ, vt diximus, in vltima grandis facinoris executione sibi fuit. Inde etiam vtrumque verbum coniunxit, *contemnam* scilicet, & *euertam*: quod simile facit Cicero 5. Tuscul. *Quem enim ad cælum extulerimus, facilè est conterere atque contemnere.* Non itaque ex ambitioso pruritu, aut turgenti arrogantia, non ex mulieri indole, quam superbam & ambitiosam dixit Seuerus Cæcinna apud Tacit. lib. 3. histor. Augusti. quòd Tyrannum, innumerósque contemnat exercitus deprecatur, potius hæc verba ex humilitate protulit, vt ipsa illico confirmat prædicto vers. 16. *Sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* Si fortitudinis donum petit in his: *Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum*; cur se protinus humilem & mansuetam ostendit? Ne vlla dictione ab amica humilitate, leg(?)um stylo discedere videretur, illicò ad propriam se humilitatem reducit, quàm in contemptum superbi, piè, religiosèque superbire contendit. Præcipuè (quod miraberis) quoniam fortitudinis virtus in mansuetudine & humilitate fulcitur. Consule S. Thomam de virtutib. q. 1. art. 12. ad 26.

Cicer. Tacit. S.Thom.

150. Alia non contemnenda explicatio est horum verborum: *Constantiam, vt contemnam illum.* Iudith quæ in superiore sensu Holofernem respexit vt hostem superbum & crudelem, potuit in altero explicatu, vt sui amatorem respicere, qui, vt eius concubitu fruereetur, thesaurorū omne genus produceret, lautissima conuiuia pararet, de gemmis sterneret cubile, genialémque luxum tota ardentis deuotione prodigeret. Hæc in castæ fœminæ animo obiecta, ne bene de puritate metentem, suam, sed fœmineam laocfactaret constantiam, alterius regionis, nempe cœlestis, constantiam implorat, ne, antequam occumbat hostis, illa succumbat, crudeliúsque illi periculum, sit blandus Tyranni amor, quàm dura tyrannis. Sic itaque obstinatè contendit constanti stabilitate, firmóque decreto contemnendi eum, non tantùm quia hostem, sed quia crudeliùs amantem, quà innumeris gazis prædiuitem, quà in arte gloriæ locatum. Hæc fœminæ bene conscia mens fuit: si pulchram timuit, se fœminam, se inter lenocinia & iuxtà viri torum propinquam. Huic sensui suffragatur Petrus Damianus lib. 7. epist. 16. *Iudith quippe continentia vidualis exemplum, dum deauratos, ostróque nitentes Holofernis thalamos spreuit, fortior bis armis in mente præcincta, etiam caput ebrium audenter impresso pugione truncauit:* quæ verba supra dedimus n. 75. vbi ex hoc, aliísque locis probauimus, quòd hîc *contemnere*, de spretis nuptiis valeat exponi. Profectò dictio hæc in sacris frequens est in re amoris, cùm fœmina aut vir ad inuicem se despiciunt. Num. 5. 12. *Vir, cuius vxor errauit, maritúmque contemnens, dormierit cum altero viro, &c.* Esth. 1. vers. 17. *Egredietur enim sermo Reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos.* Ierem. 3. vers. 20. *Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus.* Et cap. 4. vers. 30. *Contempserunt te amatores.* Gen. 39. v. 13. de Ægyptia, quæ deperibat Ioseph: *Cúmque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse cōtemptam.* Huic sensui & explicatui etiam *constantiæ* vox suffragatur: quoniam, etsi constantia fortitudinis pars sit, inconstantia inter luxuriæ filias computatur. S. Th. q. 153. art. 5. ad 2. *Constantia in arduis & terribilibus ponitur pars fortitudinis: sed constantiam habere in abstinendo à delectationibus pertinet ad continentiam & ideo inconstantia, quæ ei opponitur, ponitur filia luxuriæ. Et tamen etiam prima inconstantia ex luxuria causatur, in quantum emollit cor hominis, & effœminatum reddit.* Quibus S. Doctoris verbis benè iam adnectes scholium Dionysij Carthus. hic: *Da mihi in animo constantiam: Ne fœminea instabilitate, aut mollitie, seu formidine vincar & flectar.*

Damian. Num. 5. 12. Esth. 1. 17. Ierem. 3. 20. & 4. 30. Gen. 39. 13. S.Thom. Dionys. Carthus.

151. *Et virtutem, vt euertam illum.* Quoniam de fortitudine, vt prædiximus, agit, virtutem exposcit, id est, vires, animos, qui propriè bellatorum sunt. Satis superque probauimus supra n. 52. quòd virtus vigorem, militarémque fortitudinem significet. Præter eos, quos ibi citauimus, adde Tacitum lib. 18. annal. Iul. Cæsar. lib. 1. de bello Gallico in Adriano. Lucret. lib. 2. de rer. nat. Plin. lib. 12. cap. 4. Se te igitur quæ fortitudinem implorabat, nuncupauit virtutem. Nec dissimile est, quod ex Homero carmine inducit Philosophus in 3. Ethic. *Virtutem & furorem erige:* quod scholiat S. Thom. de verit. q. 26. art. 7. in corp. *Quia videlicet, cùm aliquis est virtuosus virtute fortitudinis, passio iræ electionem virtutis sequens facit ad maiorem promptitudinem actus.*

Tacit. Iul. Cæs. Spart. Lucret. Plinius. Homer. Aristot. S. Thom.

152. In aliquibus Biblijs legebatur: *Et virtutem eius, vt euertam illum*, quibus vsus est Hugo & Carthus. qui vltimus auctor sic scholiat: *Id est, da mihi abusum potestatis eius, vt euertam illum.* Quæ expositio solida non est: quis enim potestatis abusum virtutem alicuius nuncupet? Nescio, quid quidam de pia ingratitudine comminiscuntur, quasi petat Iudith à Deo, quòd se esse ingratam aduersus Tyrannum permittat? Ægrè verba ista hanc cogitationem parturiunt. Hugo iuxta impressionem, qua vtor, tacitè per noua puncta nouiter scholiare videtur: quasi poscat Iudith, vt illum, virtutémque eius contemnat, & sic possit illum euertere: gemino puncto post ly *virtutem eius* infixo, hoc modo: *Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum, & virtutem eius: vt euertam illum.* Sic periodi series scripta optimum reddit sensum, licèt ex ly *vt* bis posito, asperitas aliqua & amphibologia sequatur: ac si diceret; vt euertam illum, quod meæ aggressionis scopus est, fac vt constanter contemnam illum & virtutem eius: id est, Non mihi timorem incutiat, nec irritamentum lenocinium que

Hugo. Carthus.

sit

ſit ille armis, gazíſque ſuperbus; nec virtus eius, nempe militares copiæ quadrigæ, iacula, & quidquid Aſſyrij & Perſæ exercitu minantur innumero. Quod de hac virtute agat Iudith,
Iudith 2.7. & 11.5. conſtat ex cap. 2. ſupr. verſ. 7. *Tunc Holofernes vocauit Duces & Magiſtratus virtutis Aſſyriorum:* & præcipuè ex c. 11. infra, vbi loquens cum Holoferne Iudith inquit v. 5. *Viuit enim Nabuchodonoſor Rex terræ, & viuit virtus eius, quæ eſt in te, ad correptionem omnium animarum errantium.* Quòd hanc virtutem contemnat, nec illi per fœminam cedat mollitiem, orat Iudith: ſi enim ex magnanimitate, igneíſque grandis pectoris
Lyra. ſpiritibus tantæ virtutis irritamenta deſpiciat, facilè Tyrannum euertet. Nec diſplicebit Lyræ hæc explicatio, apud cuius etiam Biblia ly *virtutem eius* ex inciſo appoſito poteſt necti cum ly *contemnam.*

155. Quòd ſi connectendam eſſe indices cum ly *da mihi*, itave non ſolùm animo conſtantiam, ſed & virtutem Holofernis expoſcat, vt confodiat illum, non difficilis ſe offert explicatio ex ſacro Scripturæ ſtylo, quòd in hoc Iudithæ libro non infrequens eſt. Cum Deus victoriam aduerſus hoſtes pollicetur alicui, hoſtes, virtutem, ſeu ciuitates eorum dare dicitur in victo-
Iudith 8.19 ris manus, ſup. cap. 8 verſ. 19. *Pro quo ſcelere dati ſunt in gladium, & in rapinam, & in confuſionem*
1. Reg. 21.9 *inimicis ſuis.* 1. Reg. 21. verſ. 9. *Et dedit eos in ma-*
1. Reg. 5.19. *nus Gabaonitarum.* 1. Reg 5.19 *Aſcende, quia tradens dabo Philiſthiim in manu tua.* Sunt ſexcenta. Petit ergo Iudith, quod dederat Deus virtutem Holofernis, id eſt, Aſſyriorum & Perſarum virtutem, ſicut ſuprà c. 5. verſ. 15 de Holoferne dicitur: *Adunari præcepit vniuerſum exercitum*
Iudith 5.15. & 14.17. *virtutis ſuæ:* & infra cap 14. verſ. 17. *Quod cum audiſſent Principes virtutis Aſſyriorum.* Poteſt adhuc non iniuriâ inter cogitari, quòd hic expoſcat Iudith virtutem Holofernis, id eſt, quod concedatur illi cubiculum eius, vt eum tutò iugulare poſſit. Quòd enim apud Perſas & Aſſyrios cubiculum & tentorium Principis, *cubiculum virtutis* diceretur, liquido conſtat ex c. 14.
Iudith 14.16. infra verſ 16. *Nullus enim audebat cubiculum virtutis Aſſyriorum pulſando aut intrando aperire:* & cogitur de cubiculo, in quo Holofernes iacet ſtertens ebrius. Sicut ſe obijcit cogitationi, quòd virtutem eius, qua ingolet, expoſcat, id eſt, gladium, qui è lecti columna pependit. Verùm, ne repetitionis aliquale vitium obſtitat, hæc enodatio non placet: dixerat enim iam; *Fac Domine, vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur.* Si hoc non repugnet, quòd gladius *virtus* nuncupetur,
Statius. obſirmat Statius lib. 2. Theb. *Virtus mihi Numen & enſis.*

Verſ. 15. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus fœminæ deiecerit eum.

154. *Erit enim hoc memoriale nominis tui.* Prudens fœmina aulicæ quadam deuotione humanitus agit cum Deo, quaſi cum ambitioſo honoris, & non niſi ſub fœnore grandia beneficia impartiente. Sub futuræ laudis, æternandæque celebritatis mercede, Dei ſolicitat adiutoriū, triumphúmque depoſcit, è cuius auratis quadrigis, diuini nominis pendebit inſigne. Hac ſponſione facilè ſubornatur Deus: adeò memoriam ſui in cordibus noſtris amat affigi, & quaſi ſignaculum ſuper brachia cœlari, vt nullum ei pretioſius ſacrum putauerit Iuditha promittere quàm nominis ſui memoriale nullis ſæculis delendum. Sub hoc blandimento pie Deus vincitur à fœmina: ſancta ad miraculum violentia eſt pro miraculi pretio memoria ſui. Nec vno ſenſu hæc propoſitio contenta eſt: *Erit enim hoc memoriale nominis tui.* In ſacris ſtylus iſte percrebuit, vt memoriale & nomen pluries nectatur: ſic
Pſalm 101 verſ. 13 & Pſalm. 134. verſ. 13 Iſai. 26. Pſal 101.13. & 134.13.
verſ. 8. Quare cenſuit Pineda, quòd *memoriale* Iſai. 26.8.
idem ſit ac glorificum nomen in cap. 18 Iob. Pineda.
v 17. Ego memorialia pro nominibus inuenio Exod. 28.12.
Exod. 28. v. 12. *Pones in vtroque latere ſuperhumeralis, memoriale filijs Iſrael, portabitque Aaron nomina eorum coram Domino.* In quo explicato ſenſus erit: Grande tibi ex hoc nomen, celebríſque titulus reſonabit, quoniam fœmineæ manui ad conterendas acies infudiſti vigorem.

Sed quidem *memoriale nominis* amplius indicat, nempe quòd nomen Domini ex hoc facinore in omnium memoria firmiſſimum ſibi tribunal eriget. Qualene nomen? Prædixerat ſup. v. 10. *Qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen eſt tibi.* Erit igitur ſenſus: A fœminæ tenero lacerto, hoſte truncato, eiúſque deperditis exercitibus, vertentibus in poſterum ſæculis, in memoria ingiter ſculpetur, quòd iure *Dominus exercituum* voceris. Id obfirmare poterimus ex Oſea 12 v. 5. *Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius.* Vel ex hac prodigioſa cæde cogitationes hominum recordatio perſuadet, quod nomen Dei, quale in ardente, illibatoque rubo inter vepres emicuit pariter & inſonuit, verè illi conueniet, tanquam veriſſima experientia monſtratum. Exod. 3. v. 15. *Hæc dices filijs* Exod 3.15.
Iſraël: Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Iacob miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem: vbi
Rupertus: *Hoc memoriale meum, ſubauditur ſecundum ea, quæ operaturus ſum in illis adoratoribus meis & ſemine eorum.* Exinde Deus exercituum exercitum ſibi, Iſraëliticum populum deſignauit: inter vrticas ſe more militari præcinxit, vt Ægyptios contereret, & debilibus inſtrumentis virgulâ nempe in manu Moyſis armatas Pharaonis acies poſt tot prodigia in pelago ſepeliret. Ex quo enim ſupremus Deus, cui nomen à ſeipſo eſt, cœpit ex hominum nominibus nuncupari, *Deus Abraham, & Deus Iſaac,* &c. innuit per fragilia hominum brachia, nullóque ſatellitio efficacium inſtrumentorum fulcitum, ſe mira ſui nominis operaturum eſſe prodigia. In hoc nomen forſitan Iudith alludit, cùm ex mirabili per manum fœminæ patto triumpho, hoc nominis Dei memoriale in recordationem reducendum eſſe promittit: quippe ſolius nominis erit victoria, cùm fœminea leuitas, molliſque ſexus nihil potuiſſet conduxiſſe triumpho. Hæc glorioſior Deo celebritas eſt, vbi in victoriæ præconio nullum aliud eius nomen poterit intonare. Huic enodationi ſe dat
Petrus Damianus lib. 7. epiſt. 16. *Tanto enim victoria Deum valdè lætificat, qui aliquando per fœminas glorioſiori laude triumphat: ſicut nuper, &c.* Dedimus ſup. Saluianum lib. 7. de Gubernat. repetere licet: *Si quando euidenter intelligi Deus voluit magna opera ſe patrari, aut per paucos aut per infirmos dextera eſt, ne opus ...* Damian. Salaian.

dextera virtuti assignaretur humanæ. Ideò quidem & dux Sisara, quem Hebræus timebat exercitus, à muliere prostratus est: & Abimelech ciuitatum expugnatorem, fœmina manus perculit: & ferrata Assyriorum acies, vidua opitulante, ceciderunt.

256. Osee 12.5. Aliter potest explicatio institui, si meminetis illud Oseæ 12.v.5. *Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius.* Agebat Vates de Iacob, qui cum ex lucta fuit nuncupatus *Israel*, nempe *videns Deum*, in Dei nomen vocabulo fœlici transiuit. Vnde Israëlis nomenclatio erat diuini nominis memoriale: nec enim nominari valebat, quin Dei recordatio subiret; nec Dei vox ad aures attingere, quin secum Israëlis memoriam gestaret. Idipsum sibi & Numini pollicetur Iuditha. Vix *Domini exercituum* factum vocabulum audietur, cùm illicò fœmineæ manus prodigium in cogitationis se immittet arcanum. Iudithæ dextera exectum caput, tepentibus venis fluens, pro stemmate anathematéque obliuionis gestans, erit Dei nominis memoriale: & fœminæ & Domini nomen sub vna dictione crebris clamoribus insonabit. Hæc pro beneficio consultissima retributio est, manus fœminæ pro titulo & insigni, nomini Dei dicata. E tholo suspendetur instrumentum, quo peracta victoria est in monumentum & memoriale per-

Zach 6.14. petuum. Zachar.6. vers.14. *Et coronæ Helem & Tobia, &c. memoriale in templo Domini,* nempe in recordationem pietatis munificentiæque quam erga Dominum hæc vota pendentes habuêre. Profectò, ne tanti facinoris

Iudith 16. 23. gloriæ inuideret obliuio infra cap 16. vers 23. dicitur: *Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis.* Viuidius hic & animosius Dei nomini fœmina sacra monumentum promittit, nempe fœminæ manum, è cuius pendentibus digitis caput Holofernis abscissum, diuini stemmatis proloquium, & memoriale sit. Id sub his verbis meditor indicari, quod firmat euentus. Imago enim siue in ære, siue in linteo, lineis viuacibus ducta, manum fœminæ recordationi sæculorum imponit, sanguinei capitis pondere grauem; quam quisquis intuetur nomen Domini exercituum obuia commemoratione reducit.

257. Certè philacterium & simulachrum, quod oculis obiectaretur, veteres Ethnici assuescebant affigere siue in vestibulo domuum, siue in postibus & columnis, angulisque parietum, vt qua transitus esset, Deorum effigies memoriam pellicerent spectantium. Id *memoriale* dicitur

Isai 57.8. apud Isai. cap 57. vers 8. *Et post ostium & retro postem & posuisti memoriale tuum:* videlicet, ne Deorum amor tepescente memoria frigesceret.

Liuius. Liuius 3. de bello Punico: *Insigne ad memoriam vocauit.* Apud Hebræos nulla metalla reddere poterant effigiem, nullæ imagines obuersari: tantùm Dei nominis literæ cælabantur, vt in incisis marmoribus hoc Dei signum ad memoriam acueret: cui obseruationi Sanctius in

Sanct. Psalm.64 9. cap.12. Oseæ vers.5. adscribit illud Psalm.64. *Turbabuntur gentes & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis,* probátque terminales lapides, in quibus decernebantur milliaria, sancto Dei nomine inscripta conspici ex sancto Iuliano Archiepiscop. Tol. in Chron. Ergo Iudith non alium titulum, fastigiúmque in recordationis insigne Deo victori erigendum spondet, quam votius Dei nomen fœmineæ manus, quæ eius sit memoriale, strenuæque virtutis imago. Quidni *memoriale* dicatur? *Memoria Martyrum*, Martyrum Ecclesiæ sunt. Cur sic dictæ? Quoniam iugiter fabricatur memoria, cùm templum sub Martyris titulo Deo constructum, in victoriam Martyris memoriam

accendit. Augustin. de ciuit. Dei, lib.2. cap 10. August.
Denique illi talibus Diis suis & templa ædificauerunt, & statuerunt aras, & Sacerdotes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos autem Martyribus nostris non templa sicut Diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt Spiritus, fabricamus. An sibi fabricari memoriam Iuditha cupit? Imò in solius Dei memoriam, totius facinoris pompam gestit absumi, vt nihil fœminæ deferatur, sed vniuersum memoriale, diuini nominis impendatur obsequiis. Ac si diceret: Manus mea sit, sed memoriale, insignéque facinoris, tuum. Hæc prima humilitatis deuotio est, non sibi vllam operis bene gesti portionem assumere. Superbi, & ad inanes fastus malignitèr nati mirabilium suorum memoriam appetunt è vento vanitatis nutriri; superbas columnas excidunt, marmora iniuriosis ictibus feriunt, vt nomen, quod in se vlitus laudis vacuum est, ad futura sæcula perferant: sed verè futilis ista & mendax nominis vita sepulchrum est: ideò in sepulchris tantùm istorum memoriale quasi

morte sopitum extruitur. Isai 22. v.16 *Quid tu* Isai.22.16.
hîc, aut quasi quis hîc? Quia excidisti tibi hîc sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi. Non sic Iuditha, non sic, quæ suam orationem de humilitate commendat dicens: *Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.*

Obiectare non tædeat, quòd memoriale no- 258.
minis Dei plerumque adnectitur cum hac ex-
pressione *Dominus exercituum*, sic enim Zach.6. Zach.6.14.
v.14. post data iam verba continuò additur: *Et scietis, quia Dominus exercituum misit me ad vos.* Iam retulimus verba Oseæ 12.v.5. E nullo enim opere magis memoria alitur posterorum, quam in bello bene partis triumphis. Hinc pendentia vexilla, spoliáque ab hostibus capta parietes exornant, quæ nulla possunt annosa sæculorum atterere tempora: suspenduntur in valuis, appenduntur in pinnis; quin & apud Hebræos è parietibus templi pendula collucebant, vt liquet ex
2.Reg.8.v.11. consule Sherlogum tom.3. in Cant. 2 Reg.8.11.
vestigat.20. n.4. Si hæc in hominum victoriis, Sherlog.
quidni in Deo? Sed Deum ad celebritatem sui & memoriale perpetuum non armorum suspensione indigere innuit Iuditha: cumulatissimum eius memoriale nomen suum est, quod late diffusum omnes sibi generationum memorias accersit, cui
idem est memoriale & nomen, Isai.26.v.8. *No-* Isai.26.8.
men tuum & memoriale tuum in desiderio animæ.

Vers. 16. Non enim in multitudine est virtus tua Domine, nec in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi; sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.

Non enim in multitudine est virtus tua Domine, 259.
&c. Assui debet versiculus iste cum præcedentibus

bus verbis, ſicut ſeries ipſa demonſtrat; *Non
enim*: vt ſenſus ſit; ideò tota facinoris huius
gloria tui erit, quoniam à tua virtute procedet;
quæ non in multitudine, copiiſque præliaribus
ad victorias ſuas ſolet expendi, nec ſatellitium
agminum quærit, ſed quà vna, nedum vnita, for-
tior eſt. *Non in multitudine*, inquit, quod bifa-
riam poteſt intelligi, videlicet, quòd numerum
excludat, abnuátque copiam, ſicut multitudo
opponitur paucis; vel quod etiam quemque mi-
litem neget, quo Deus opus habeat ad exerci-
tus conterendos. Vterque ſenſus aptus eſt: vel
enim omnem bellatorem exludit, & ſic Iuditha
ſe extenuat, ad nihilúmque reducit, quaſi pro
nihilo reputetur, Deúſque ſit ſolus, qui Tyran-
num obtruncet, manúſque fœminæ inanime ſit
inſtrumentum, quo Deus ad iugulationem vta-
tur. Nullum eſt enim clarius indicium, diuinæ
manus virtutem agi, quàm debilibus admodum
& puſillis rebus grandia fortitudinis prodigia
Exod.8.19. peragi. Sanè Exod.8. cùm cyniphum pluuia in-
feſtaret Ægyptios, quam præſtigiatores ſuis in-
cantationibus ediſcere non valuerunt, dixerunt
ad Pharaonem: *Digitus Dei eſt hic*; id eſt, vt
Lyppom. Lyppomanus vult, *virtus & potentia Dei eſt hic*.
Cur tunc agnouêre potentiam? Quoniam pu-
ſillius fermè omnium animalculum cynips eſt,
& virtus Dei in infirmitate cognoſcitur. Inde
victoria per fœmineam manum Iudithæ cum
Pet. Bleſ. victoria per culices comparatur. Petrus Bleſſen-
ſis epiſt. 106. *Ipſe enim eſt, de cuius beneplacito pe-
dites expugnauerunt Regem Syriæ, Holofernem vi-
dua, culices Pharaonem.*

160. Aliter poteſt exponi, ſi multitudo pro nume-
ro ſit, ac proinde non in multitudine veniat in-
telligi *non in numero, non præter vnum*. Vt enim
pugnax Dei virtus, ſtrenuáque eius fortitudo
compareat, quam oculi & ſenſus agnoſcant &
ſpectent, in aliquo ſenſibili, nempe in alicuius
ſaltem miniſterio debet oſtendi; qui tamen, cùm
vnus ſit, fragiliſque manu integras inimicorum
phalanges obtundat, diuinæ virtutis ſpecimen
exhibet præſentiſſimum, iuxta illud Deut. 32.
Deut.32.30. verſ. 30. *Quomodo perſequatur vnus mille, & duo
fugent decem millia. Nonne ideo quia Deus ſuus
vendidit eos, & Dominus concluſit illos?* Ergo,
inquit, Iuditha: Tibi Domine præconiorum ſti-
pendia pendentur, tibi laus integra concrepabit,
enecto Tyranno; quippe vna manus, eáque fœ-
minæ eneruis & teneræ, deiecerit illum: hæc
eſt enim tuæ fortiſſimæ virtutis indoles, quæ
non in pluribus, ſed in vno refertiſſimos ob-
tundit exercitus. Vlteriùs: *Non enim in multi-
tudine eſt virtus tua: nam cùm tres ſint in ſancta
Triade perſonæ, non in multitudine, ſed in vni-
tate omnipotens virtus irradiat. Ideò trium perſo-
narum virtus vnicus Dei digitus nuncupatur.* Am-
Ambroſ. broſ. lib. 7. in Luc. *Digitus enim cum dicitur, ope-
ratoria virtus ſignificatur, quòd diuinorum operum,
ſicut Pater & Filius, ita etiam Spiritus ſanctus
operator ſit.*

161. *Nec in equorum viribus voluntas tua eſt.* Obſer-
uo, quòd tranſuerſæ videntur dictiones iſtæ, cùm
è ſuperiore huius hemiſtichij parte ly *multitudi-
ne* huc reuellendum eſſe non inſcitè ſuſpicare-
ris, ita vt fieret ſenſus: *Nec in equorum multitu-
dine voluntas tua eſt.* Non enim abſque emphaſi,
Dei voluntas in equorum multitudine denega-
tur, vbi *voluntas* non nudè beneplacitum Dei ſi-
gnificat, ſed à Dei voluntate decretum, equo-
rum multitudinem inhibens, & in pilamentis
& quadrigis fiduciam affigentes caſtigans. Nec
Carthuſianus nec Sà ſenſum hunc penetrauit. Carthuſ. Sà
Clarè liquet ex Deut. 17. v. 16. *Non multiplicabit
ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equi-* Deut.17.16.
tatus numero ſubleuatus. Iſai. 2. v. 8. *Et repleta eſt* Iſai. 2. 8.
terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius.
Huius generis ſunt plura loca, præcipuè illud
Iſai. 36. *Dabo tibi duo millia equorum, & non pote-
ris præbere eis aſcenſores eorum*: vbi S. Hieron. & Hieron.
Haymon præceptum eſſe Iudæis perhibent, Haymon.
quod multitudinem inhibuit equorum; ſatis
coniecturarum eſt, quod fecit Dauid 1. Paral 18. 1.Par.18.4.
v. 4. *Poſtquam cepit mille quadrigas Adarezer & ſe-
ptem millia equitum, ſubneruauit omnes equos cur-
ruum, exceptis centum quadrigis, quas reſeruauit
ſibi.* Diſceptatum eſt vſque adhuc, an Dominica
lex viguiſſet, quæ ab equorum copiis arceret,
cùm tot equiles greges in Salomonis ſtabulis
paſcerentur. Diuite ſegete tractant hanc rem
Pineda lib. 7. de reb. Sal. cap. 14. Serar. in Ioſuë Pineda.
cap. 11. q. 7. Sherlog. tom. 2. in Cant. veſtigat. 10. Serar.
num. 17. Lorinus in Deuteron. c. 17. v. 16. nos li- Sherlog.
bauimus aliquid ſup. c. 1, hîc lit. n. 14. Hæc vna Lorin.
præfatis Auctoribus pax eſt, Deo infeſtam fuiſſe
multitudinem equorum, ne ad Ægyptiam pom-
pam Hebræorum inſoleſceret ſupercilium; fi-
duciámque à cœleſti Numine in animalium
ſubſidia transferrent. Ideò appoſitè hîc Iuditha
non equites retulit, ſed equos; tum, quia æqui-
tari dicitur, qui è muli dorſo geſtatur, nec ea
equitatio vnquam inhibita, vt obſeruauit Ori- Origen.
genes hom. 5. in Ioſ. & conſtat ex 2 Reg. cap. 13. 2.Reg 13.
v. 29. Tum, quia è pilamentis & curribus, quos 29.
equi geſtabant, veteres Ethnici præliabantur,
pluréſque quos vnus ductabat auriga. Quare
non opus eſt, quòd vniuerſim hîc in equorum
viribus pro in equitum viribus accipiamus, li-
cèt alibi memini me indicauiſſe loca, quibus
equus pro equite ſumitur. Id percrebuit Hiſpa-
nis, apud quos Dux & Ariſtarchus equitum
Capitan de Canallos nuncupatur, & ex equorum
numero turmæ ſupputantur equeſtres.

Nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi. Liceat hæc 161.
verba de apoſtatis Angelis, Luciferóque ſuſpi-
cari prolata; qui, ſicut mendax, ſic ab initio ſu-
perbus fuit: quale ſcholium ſubmittit Lyra hîc Lyra.
dicens: *Nam Angelos ſuperbientes deiecit de cœlo.*
Licèt pes ſuperbiæ ſemper aſcendat, vix cecidit
de cœlo, cùm ſerpſit, & è ſerpente in hominem
traiecta, humilem, quà rationalem, maculauit
progeniem. Ideo *ab initio* ait, quaſi è prima gene-
ſi, rerúmque cunabulis & origine, ſuperbiæ ve-
nenum è Lucifero per generationis traducem
vitiato fonte manauit. O quantum ſuperbia de
ſua antiquitate ſuperbit, cœleſtem ſibi pangit
originem, primúmque in paradiſi viridario in-
fœlix hoſpitium! Humilis fœmina bene percal-
luit elatæ ſuperbiæ proſapiam, quæ eã à ſuper-
ciliosis Angelis deriuauit. Eſt duplex ſenſus in
his verbis ex ſitu, in quo ponitur ly *ab initio*;
poteſt enim necti cum ly *ſuperbi*; & explicatio
erit: Nec qui ab initio ſuperbi ſunt, nunquám-
que elationis dorſum incuruant, faſtúmque
conterunt, tibi placuerunt: vel iungi valet cum
ly *placuerunt*, liquétque enodatio: Ab initio
in ſuperbos ſtomachum iacis, tuæ magnitudini
diſplicet arrogantia, vixque initium ſuperbiæ
fuit (& eſt tertius ſenſus, qui aſſuit vtrumque)
cùm tu in eodem initio in Orcum detruſiſti
ſuperbos:

ſuperbos: nec enim vlla mora, interſtitiúmque fuit inter Angeli piaculum & ſupplicium. Ve-
Bernard. nuſtè Bernardus non ſemel datus ſerm.1. de Aduentu: *Nihil ille fecit, nihil operatus eſt, tantùm cogitauit ſuperbiam, & in momento, in ictu oculi irreparabiliter præcipitatus eſt.* Denique bene Iuditha cum ſuperbis copulauit initium,
Eccleſ.10. 15. nam iuxta Eccleſ. cap.10 verſ.15. *Initium omnis peccati eſt ſuperbia.* Nihil velociùs, quàm initium eſt. Nihil celeriùs intellectualem creaturam fœdauit, quàm ſuperbia; quæ adeò velociter Deo diſplicuit, vt clariorem ſyderibus Angelum nigra caligine obtenebrauerit. Per-
Bernard. git Bernardus ſupr. *Initium omnis peccati ſuperbia: quæ tam velociter ipſum quoque ſyderibus cunctis clarius micantem æterna caligine obtenebrauit Luciferum.*

163. Neutiquam cenſendum eſt per diminutionem & tenuitatem de ſuperbis loquutam eſſe Iuditham (ex figura *liptote*, quæ res extenuat & deprimit, vt amplius attollat) cùm minus intensè dixerit non placuiſſe ſuperbos Deo. Imò grandi ſtylo extremam edidit ſuperborum perniciem. Diuinæ voluntatis placitum ab initio ſuperbus ſpreuit, ſe obiiciens opifici ſuo, & cum eo luctans, cuius manus, id eſt, potentiam, in creatione ſortitus eſt. Non placuiſſe ab initio, Deo reſtitiſſe fuit, eiuſque placitis obſtitiſſe, nullúmque opus iuxta Dei beneplacitum, gra-
Iacob.4.6. tiamque edidiſſe. Inde illud Iacob.4.verſ.6. *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Quid eſt reſiſtere Deum? An quòd ſuperbus reſiſtit Deo? Vtrumque. Cùm committitur bellum, cùm pugil ex aduerſo cum pugile conſerit manus, alter reſiſtit alteri. Reſiſtere Deo, peccare eſt, cùm in Dei placitum quis contendit; cui Deus reſiſtit, cùm gratiam boni operis non impertit. Quare explicatio prioris partis latuit in poſteriore *humilibus autem dat gratiam.* Hinc nulla maior laus eſt dilecti à Deo, quàm quòd
Sap.4.10. ei placeat. Sapient 4.verſ.10. *Placens Deo factus eſt dilectus.* Nec enim dilectio niſi in placitum vergit. Scatent Biblia ſimili ſtylo. Quid? Ipſius
Ioan.8.29. Filij Dei elogium eſt, Ioan.8. verſ.29. *Quia quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* Nec in Paterna pompa, quæ generationem æternam in monte & flu-
Matth.3.17. & 12.18. mine propalauit, dignior vox inuenta eſt: *In quo mihi bene complacuit:* quaſi filiationis æternæ appendix ſit placere Deo.

164.
Iſai 14.14. Ex quo lux non contemnenda his, quæ enodamus, verbis. Superbus Lucifer, dum Altiſſimi ſimilitudini inhiauit, aduerſus Dei Filium telum contorſit, rapinamque arbitratus eſt diuina filiatione gaudere: in qua enim alia perſona, Altiſſimi ſimilitudo ab origine ſplendet, niſi in Filio? Cùm igitur proprium Filij Dei ſit complacitum eſſe Parenti; qui ex ſuperbia filium Dei temerè eſſe tentauit, ſubtiliter dicitur, quòd Deo non placuit, vtpote qui filiationis attributum, quod in complacentia eſt, præ diſplicentia ſuperbiæ amiſit. Non enim placuit Patri ſe ſimilem eſſe ſuperbo Non placuit Patri Filij iniuriam impunitam relinquere. Non placuiſſe Deo, à cœleſti eius aula exulauiſſe fuit. Non vtique placuit, qui, quod filiationis per gratiam erat, amiſit, dum filiationem per naturam æmulus appetiuit, & in hoc ipſo, quod non placuit, perdidit ſtolidè, quod amauit;
Bernard. cum eſſe Dei filium, placere ſit. Bernardus ſuffragium ferat ſermone 1. de Aduentu. *Lucifer ille, qui manè oriebatur, pro eo quòd Altiſſimi ſimilitudinem vſurpare tentauit, & rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo, quod vtique Filij eſt, præcipitatus illicò corruit, quoniam zelauit pro Filio Pater.* Si præfatis annuas, ſcholio fauebis Hugonis, qui ly *ab initio non placuerunt* Hugo.
tibi, interpretatur de prima Angeli & hominis apoſtaſia.

*Verſ.*17. Deus cœlorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem.

Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus 165.
totius creaturæ, &c. Græcè eſt: *δέσποτα τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς, κτίστα τῶν ὑδάτων, βασιλεῦ πάσης κτίσεως: Dominator cælorum & terræ, creator aquarum, Rex vniuerſæ terræ.* Ante quæ verba præcedit: *Vtique vtique Deus patris mei, & Deus hæreditatis Iſrael.* Nec te fugiat hæc obſeruatio, vt noueris, quo inſtituto Deum nunc appellet his titulis & inſignibus. Non quidem adulatorio blandimento Deum ſuum perungit, & beneuolis præconiorum incitamentis tentat allicere, vt impenſe deprecanti ſuccurrat. Imò oportuit hæc Deo Iſraelis ſtemmata attributáque cecíniſſe. Irridebat Holofernes, quòd Deus Iſraëlis *Deus cæli* diceretur: quin arborem in pœnam indixit Achiori narranti, Deum hunc, vtpote cœli & terræ, aquarúmque domitorem, Ægyptium exercitum in vndis pelagi ſuffocaſſe ſupr. cap.5.
verſ. 8. *Deſerentes cæremonias patrum ſuorum, vnum Deum cæli coluerunt:* & verſ.12. *Fugientibus his Deus cæli mare aperuit*, &c. Nec de- Iudith.5. 12.
ſtitit Achior hunc cœli, aquarúmque dominatum Hebræorum Numini referre ex fontibus, qui depoſita amaritudine dulcia, liquidaque pocula præbuerunt, & ex cœli annona, qua tot annorum ſpatiis aliti verſ.15. *Hic fontes amari* Ibi 15.
obdulcati ſunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cælo conſequuti ſunt. Qua argumentatione ſcitè Iſraëlis Deo dominium erga cœlos probauit & aquas, cùm non niſi Domini ſit ſic diſpenſare, quod ſuum eſt. Irriſit ſuo humano Numine imbutus, nempe Nabuchodonore, incredulus Perſa, eúmque vniuerſitatis Dominum non eſt veritus appellare, in cuius placitum cuncta Aſſyriorum conſpirauère ſuffragia verſ.29. *Vt ſciat omnis gens, quo-* Ibi 29.
niam Nabuchodonoſor Deus terræ eſt, & præter ipſum alius non eſt. Ergo cùm hæc ipſa vltima verba in calce orationis ſuæ de Deo Iſraëlis eſſet prolatura Iudith infrà verſ.19. *Et omnes gen-* Ibi 19.
tes agnoſcant, quia tu es Deus, & non eſt alius præter te, prudenti, profundóque conſilio eoſdem titulos, & elogia, de quibus Achior exercitum inſtruxerat inimicum, Deo Iſraëlis abſque controuerſia pangi deberi perhibet: ac ſi diceret: Verè tu, qui Deus Iſraëlis es, cœlos & aquas, terrámque & omnem creaturam ſtabili, ingenitóque dominio moderaris. Hæc tibi præconia generoſa deuotione confiteor, quæ à mei generis fontibus bibi, quippe quæ Iſraëlitida ſum, ac proinde tu Deus patris mei es, qui & Iſraëlis es.

Hanc ſolidè iudico in his verbis mentem de- 166.
litere. Cui ſi non annuas, iure poteris dubitare, cur nunc præcipuè his Deum nominibus ſa-
piens

piens fœmina conclamauerit. Sic cogitationi lora laxanda ſunt, & hæc cum præcedentibus aſſuere recuſes, quæſtionem agita de hoc agnomine ſingulari *Deus cœlorum, creator aquarum.* Cur ſaltem in Latino *Deus terræ* nuncupatus non eſt? An quia hoc attributum procaci futidaque lingua erga ſuum Nabuchodonoſorem Aſſyriorum linguæ vſurpabant, nec per viſum eſt Iudithæ, eodem ſtemmate Deum verum, quo ſuperbum hominem, inſigniri: & tamen cautè, ſubtilitérque indicauit, quòd, qui Deus cœlorum & aquarum eſſe profertur, vtique & terræ Dominus eſt, quæ intermedium obtinet locum inter cœlorum & aquarum creationem

Gen.1.1. in Geneſis exordio: *In principio creauit Deus cœlorum & terram: terra autem erat inanis & vacua,* id eſt, aquis obuoluta & intecta? An ideò aquas poſt cœlos appoſuit, quia tunc quaſi naufraga terra, aquarum faciem ad cœlorum conſpectum emiſit, vt aquarum forma, viſáque ſpecies in antiquitate viſibilem terram deuicerit? An cum cœlis illicò Iudith aquas fibulauit, ſicut

Pſal.143.4. aliàs Dauid Pſalm. 143. verſ. 4. *Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini,* id eſt, cœleſte cryſtallum, ſeu cœlum cryſtallinum, quod argenteis aquis denſarum obdurruit?

167. An ideò hunc titulum in ſua laudatione delegit, quoniam donum fortitudinis expetit, quod, ſicut cætera dona, Spiritui ſancto munerum largitori adſcribuntur, vtpote qui ex ſua

S.Thom. origine donum eſt, de quo ſanctus Thomas 1. part. quæſt. 38. art. 2. & 1. 2. quæſt. 68. art. 4. Et quidem Spiritus ſanctus à primordio ſuper aquas vectus, nitidi, vitreíque liquoris ſanctitatem & impetum, qui ad ſtrenuum fortitudinis opus exigitur, auſpicabatur. Ac proinde ex antiquitate, ſanctitate, & Spiritus ſancti vectaculo præcipuè Deum aquarum ſancta, fortis, & Spiritu ſancto ad grande facinus imbuenda

Tertull. nuncupauit Iuditha. Adridebit his Tertullianus, cuius & hæc ſunt in lib. de bapt. cap. 3. vbi, poſtquam locum Geneſis integrè retulit, ſic fatur: *Habes homo in primis ætatem venerari aquarum, quòd antiqua ſubſtantia; dehinc dignationem, quòd diuini Spiritus ſedes, gratior ſcilicet cæteris tunc elementis. Nam & tenebræ tota adhuc ſine cultu ſyderum informes, & triſtis abyſſus, & terra imparata & cœlum rude: ſolus liquor ſemper materia perfecta, læta, ſimplex, de ſuo pura, dignum vectaculum Deo ſubiiciebat.* Si hæc ita, cur non dicamus Iuditham, quæ Spiritus ſancti vectaculum ad opus ſuum fieri peroptabat, eum ſub Dei aquarum nomine compellauiſſe? Profectò *Spiritus ſancti* nomen & virtus non niſi ſub nebulis & ænigmate maioribus Hebræis, primæque legis patribus innotuit: vna Iudith

Iudith 16. 17. cum expreſſo protulit eloquio infrà cap. 16. dum illi de Tyranni gratulatur victoria verſ. 17. *Tibi ſeruiat omnis creatura tua: quia dixiſti: & facta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt:*

S.Athan. ex quo loci ſanctus Athanaſius diſputat, contra Arrianum Spiritus ſancti probat deitatem. Vide, quantum accinant illa: *Tibi ſeruiat omnis creatura tua: miſiſti Spiritum tuum, & creata ſunt,* cum his *Creator aquarum, & Dominus totius creaturæ;* Græcè, *& Dominus totius creaturæ tuæ.*

168. Denique ſi mauis, vt compendio omnem creaturam ſub Dei creatione, dominióque cingere, aptè *Deum aquarum* vocauit, illicò explicatione addita, *Dominus totius creaturæ* poſtquam *Deum cœlorum* prædixit, quoniam *diſpoſitio mundi* (verba ſunt Tertulliani ſuprà) *modulatricibus quodammodo aquis Deo conſtitit. Nam* Tertull.
vt firmamentum cæleſte ſuſpenderet, in medietate diſtinctis aquis fecit, & , vt terram aridam ſuſpenderet, ſegregatis aquis expedijt, ordinato dehinc per elementa mundo, cùm incolæ darentur, primis aquis præceptum eſt animas proferre. Hinc gloria, virtus, fortitudo Deo ab aquarum canitur dominatu; Pſalm. 28. poſtquam verſ. 3. dicitur, Pſal.28.3.4.
Afferte Domino gloriam & honorem, &c. illicò additur verſ. 4. *Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas. Vox Domini in virtute, vox Domini confringentis cedros.* Quæ cedrum confringere, ſuperbum ſcilicet Tyrannum, diuina virtute Iudith parabat, nimia concinnitate Deum aquarum appellauit.

Quòd ſi addas ex Græca verſione *Dominator terræ*, non pigebit admonere pulchram poſſe cogitari alluſionem, ſcilicet quòd irrideat Iuditha Nabuchodonoſorem, Aſſyriorúmque ſupercilium, qui ex Perſico ſuperbiæ typho terram & aquam à ſubiugandis populis extorquebant; de quo nos ſuprà cap. 2. egimus; & liquet ex textu Græco ibi verſ. 5. *Illis denunciabis, vt aquas & terras præparent mihi, qui in furore meo ſim eos inuaſurus.* O ſtolidæ arrogantiæ vecordia, terram & aquas ab Hebræis violenter expetere, qui Dominum terræ & aquarum Creatorem adorant! Deprime Domine bullas iſtas, poſtuláſque venenatæ elationis, tu qui ligauiſti aquas in nubibus; frænóque fluenta coërces. Accedit, quòd Perſæ terram & aquam Deos eſſe putabant, quibus adorationis pendebant tributum, vt ex Herodoto, Strabone & Tacito probauimus tom. 1. cap. 3. liter. num. 8. Quàm inepta religio, quæ terram & aquam, vt duo Numina colit; & tamen aduerſus verum Deum terræ, aquarúmque creatorem impetere ſacrilegè tentat!

Merito autem rogabis; cur non creatorem ignis appellet, quem præcipuè Iudith Deum cæli, terræ & aquarum; cùm præcipuus Perſis Deus ignis increbuiſſet, vt pluries diximus. Non habeo, quid dicam, niſi quòd fœmina prudens ad Dei ſui elogium aſſumpſit, quod in totius Scripturæ veſtibulo pro diuinæ poteſtatis, laudationiſque affigitur. *In principio creauit Deus cœlum & terram: terra autem erat inanis & vacua. Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* En encomiaſtes ſacer ex hac triplici creatura, cœlo, terra, & aqua, texuit orationis exordium, quod, vtpote ſacrorum documentorum, biblicæque eruditionis principium, altè Hebræorum mentibus inſidebat: quid quòd ſapientiſſima vidua illud è pectore tranſtuliſſet ad labia, vt eiſdem titulis Deum honoraret, quibus ſtylo primi, ſanctíque calamus notus erat? Vnde cùm in primordio Geneſis creatio ignis alto ſilentio teneatur, non iudicauit Iudith, quæ inde titulos hos excripſit, ignem addere operæ pretium.

Iudith 2.5. Herodot. Strabo. Tacit. 169. 170. Gen.1.1.

* * *

EXPLA

EXPLANATIO
Moralis institutionis ad Cap. IX.

Vers. 1. Quibus abscedentibus, Iudith ingressa est oratorium suum; & induens se cilicio posuit cinerem super caput suum: & prosternens se Domino clamabat ad Dominum, dicens.

Orationis fors latibulum est: solùm graditur, cum ingreditur.

SECTIO I.

1. ORATIONIS indoles latibulum amat: ingredi solicitat, recusat egredi, ne si distendatur foris, ipsamet euagandi inquietudine detenuetur. Non nouit ianuam, qua gressus intentionis reducat: vectes occludit firmiter, ne aditus ad exitum pateat, quem vota ad stabilem aperuerunt ingressum. Precatura Dominum ingreditur oratorium Iuditha. Nonne in oratorio erat, cum ad Bethuliæ Principes perorauit, & intra reclusorium pudoris obiurgationis sacræ verba profudit? Quid quòd in penetralibus esset, populi primores conuitians? Adhuc foris erat, quæ cum sæcularibus loquebatur. Etsi non variauit situm, orando exaggerauit ingressum: altiùs progressa est, quæ gressibus precum ingressa. Cucurrit animo, immota pede: in intimius penetrale traduxit, quæ exteriora prætetiens abscessit in cor. Quoniam egressi sunt Bethuliæ Principes, in Deum fœmina fuit ingressa, séque in silentes pectoris immisit latebras, quæ cum in oratorio, corpore inerat, mente secessisset in vrbem. En sapiens disciplina orationis. Donec in extremum conclaue intentionis solitariæ peruenit, nec per rarefactionem expansæ mentis manescat, etsi preces multiplicet, nondum diuinam prouocat auditionem.

2. Matth.6.6. Matth.6. vers.6. *Tu autem cùm oraueris; intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* O quot seris tegi solicitat orationis secretum! Nonne satis erit, cubiculum, quod in extrema domus contignatione est, intimo vestigio penetrationis adire? Sed & claudi iubet, ne & domesticorum pateat occursui. Imò & claudi ostium imperat, non serari; ne, si clauis suppetat, iterum aperiendi succedat occasio. Obturet ostium, repagula iniiciat, ne saltem per rimas, seræque foramina aura subrepat, sibilúsque venti submurmuret, & secretæ quietis pacem offendat. Clauso ostio, non nisi spiritus potest pene-

Ioan.20.19. trare secessum. Ioan.20. vers.26. *Cum serò esset, & fores essent clausæ venit Iesus, & stetit in medio.* Cur *venit* dixit, & non *apparuit?* Venitne per fores, inturbatis vectibus, immotóque cardine, qui vt intimius penetrale subiret, in discipulorum medium se dedit? Sic debes occludere ianuam, vt nesciat traiicere nisi spiritus. Verùm non spiritus, sed corpus est, qui discipulorum obiicitur oculis, cùm spiritus carnem & ossa non habeat. Attamen quoniam dicturus erat

vers.22. *Accipite Spiritum sanctum*, per occlusas & immotas ianuas ingreditur, ne locus orationis alij, nisi Spiritui possit patere. Ioan 20.

3. Ergo pergit: *Ora patrem tuum in abscondito.* Quid magis absconditũ, quam cubiculum? Quid magis impertinum, quam ostium, quod diligens repagulum circumcludit? Adhuc in abscondito quære absconditum, angulum pete, quem oppansa lux nesciat inquietare fulgore. Ipsa cubilis planities tumultuaria platea est, quam debes orationis pede percurrere, vt vsque in parietem impingas, in intrinseco foramine lateas. *Et pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.* Imò si Pater, Deus est; qui Deus vbique, vtique & vbique erit videns: à visu habet nomen, cui oculus pro natura, lumen pro folio. Vide in quas angustias se illaqueet prouidentia diuina. Nonnisi in abscondito videre dicitur, cuius ocularibus radiis intimior latebra publicatur. Sed te in abscondito prospicere concupiscit, non quod ille solùm in abscondito videat, sed quod te non nisi absconditum videre dignetur. Quò magis ingrediaris, magis patescis Numini, cui oculorum adulatio, profundior opacitas est. Intuitus diuinæ perspicaciæ gloriam appones, qui quò magis recedas, ad spectaculum tui, magis eius visum lacesses, dúmque te expungis à publico, vt à Numine videaris, æmula contentione clarum Dei prouocabis obtutum.

4. Matth.8. Matth.8.v.12. *Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* Si eiicientur, ergo intus erant. Cur ne intus, si nondum in regnum intrauerant? Sed filij dicuntur, qui de orando eruditionem acceperant: *Pater noster, qui es in cœlis.* Admittur regnum, quibus ianua recluditur ad egressum: qui vt intus essent, antequam regnum gloriæ subirent, (siquidem nondum per mortis tramitem in cœlorum regnum intrauerant) regnum ipsum in filios orationis, quasi euelleretur à superis, deuenire deposcitur: *Adueniat regnum tuum.* Ne qui orat, à regni secreto foris sequestrari valeret, regnum ipsum in orantes descendit: distantia admitur, intimitas solidatur. Gen.32.24.

5. Genes.32. Iacob ad orationem secedit: *Et ecce vir luctabatur cum eo vsque manè.* Cur corporali effigie, membrísque per inane distentis, Deus se in Heroinis lacertos immiscuit, conseruítque brachia cœlestis gigas, & inter iuuenis artus, corpoream quam assumpserat, implicuit molem? Orationis præcepta suggessit, qui luctæ campum in orandi scholam instituit. Pugil cum pugile athleticâ insinuatione connectitur, brachiorúmque vinculis illaqueatur vt reciproca penetratione in alterum se alter immittat, & per odij militaris imaginem, amoris vinculum repræsentet. Vt magis Iacob ingrederetur in Deum, Deus sub humanæ concertationis specie ingreditur in Iacob, elígitque tenebras ad certamen: vt magis abscondita cæcáque per pugnam fuisset adæsio, & in certaminis apparatu leges orationis addisceret, quæ dum strictioribus lacertis Deum prendit, non solum quod orat, sed & quem orat, possidere dignoscitur. Cur vt reuelleret brachia, discinderétque duellum pro causa subiicit: *Dimitte me, iam enim ascendit aurora*, quasi matutinæ lucis occursus conserta in contentionis feruore corpora, nitoris sui pace dirimeret? Quasi qui in abscondito videt, in luce, quæ secretum retegit, certare Gen.32.26.

non

non nouerit, & publicato iam die, noluit publicari certamen, quod nonnisi oppansis tenebris, & in creaturarum secessu, cæcóque naturæ silentio inter Deum, & hominem solidatur.

6. Exod.32.32. Exod. 32. oraturus Moyses pro populo in caliginem diuinam ingreditur, dicens v 32. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Multum ne sibi Moyses præsumit, qui se in libro Dei non solum coniectat sed & iactat inscriptum? Vnde nouit diuinis characteribus se cælatum, & in prædestinationis diuinæ lamina ad prædestinationis sortem insculptum; quasi certò sciret se diuina manu notatum in æternitatis commentariis ad vitam, qui nondum pignus gloriæ inter mortalia discrimina, lubricaque pericula sub firmissimo beatitatis arrhabone tenuerat? Si cōsulas D. Thom. & Theologos, liber vitæ memoria Dei est. *Ipsa Dei notitia* (Docet ille 1 p. q. 24. art. 1. in corp.) *qua firmiter retinet se aliquos prædestinasse ad vitam æternam, dicitur liber vitæ: nam sicut Sriptura libri est signum eorum, quæ fienda sunt, ita Dei notitia est quoddam signum apud ipsum, eorum, qui sunt perducendi ad vitam æternam.* Dum orat Moyses, se in libro vitæ procliui argumentatione agnoscit inscriptum, quippe qui per intimæ orationis illapsum in altum Dei penetrale subintrat, & quo magis diuini Numinis latebras penetrauit, donec in abditum Deitatis ingrediatur secretum, solicita vestigatione non quiescit. Quare iam in eius memoriam traiecisse dignoscat: quoniam obiectum, quod in memoria est, vnum cum mente cognoscentis efficitur. Quidni per litterarum sulcos se in Dei memoriam perhibeat immissum, qui orationis impulsu Deum, quem orauerat, penetrauit?

S.Thom.

7. Luc.23.42. Bonus latro precibus subitariis non nisi memoriam expetiit: *Domine memento mei, cùm veneris in regnum tuum.* Parum postulas; qui non solùm fur, sed & furcifer es, & quà erectus in patibulo crucis distenderis, in imo scelerum volutabro ad æternæ mortis iaces periculum. Quid quòd meminerit tui Redemptor, cùm triumphator mortis, regnum durabilium obtineat; quasi possis vnquam eius fugisse memoriam, qui multitudinem stellarum numerat recordationis intuitu? Sed qui sui memoriam implorat, orationis artem ex temporali eruditione cognouit. Solicitat per precum instantiam in totum Deum ingredi, à quo diuiserat cumulus peccatorum. Dum memoriam exorat, vnum cum memorante cupit haberi, indéque in penetrale diuinum, & ab exteriori creaturarum absólui tumultu; ne qui per scelera foris abierat, ab interiori Dei priuaretur incursu. Quid quod illico impetrauisset oratio, si tot distantia interualla cucurrit, & in patibulo fixus subitò per preces penetrauit in Numen? Ideo ille: *Hodie mecum eris in paradiso.* Vides? Ampliori munere donatus fuit: creuit largitas, vltráq; liberalior manus occurrit, quam latronis lingua poposcerat. Petiuit memoriam, & supplicationis libello, non nisi recordationem, qui in supplicio pendebat, supplex orauerat; & tamen totum Christum promeruit, vnumque cum eo in comitatu gloriæ censeri, qui partem tantùm implorauerat ad leuamen.

8. Cant.3.1. Cantic. 3. vers. 1. *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum & non inueni.* Tam latum est lectum, tot mæandros, & anfractus habet cubile, quod inquieta vestigatione turberis, diligentiámque in sponso quærendo fatiges? Culcitram moues, stromata thalami, & puluinum inuertis, si forte inter byssina & plumas delitescat amasius? Si sic inquieta es, & torum curiosâ confusione distendis; sponsum inuenire non poteris, qui sub opertorio, in intima thalami quiete cubat. Satius esset si ingredereris in lectum; téque stromatibus operires, vt intimiori penetratione inter brachia miscereris sponsi. Fugit à latibulo lecti, quem in superficie quæritas aulæorum. Contemplationis otia tumultus disquisitionis conturbat, & silentij pacem curiositatis fatigatio disrumpit. Si foris quæris, quem intus habes, nunquam inuentionis sortem attinges. Cute tenus in superficie, lassitudine studiosa vagaris, & tamen sponsus, qui secretum amat, non super lecti operimentum occumbit, sed sub lecti stragulis recubat; vt donec tota sis intro per orationis ingressum, concupitis eius amplexibus non fruaris.

Velocior sit pœnitentia peccato: cautione virtutis abstetge futuram criminis opinionem.

SECTIO II.

PRÆCVRRAT studiositas pœnitentiæ formam aliqualem peccati, vt iam præpoperus dolor, etiam imaginariam criminis absterserit speciem, antequam in opere perpetretur. Esto solicitus, peccati, etsi longinqui, suspicioné abluere, & quod potest aliqualé piaculi opinioné progignere, præmaturâ cautione delere. Religiosâ nimis sedulitate retracta cōtrariis actionibus, quæ cùm postea egeris, aliquam vitij imaginem exhibebunt. Quantumnis in agendis futurus sit nucleus virtutis, sat est ferant corticem vitij, vt debeas præuia lustratione expiare, & aduerso pœnitentiæ liturare attramento. 9.

Obseruabamus in litera n. 4. quàm iusta lance omnia suorum actuum momenta Iuditha librauerit. Cur sic metitur pectoris deuoti progressus? ingreditur oratorium, induit se cilicio, ponit cinerem super caput, séque Domino, precatura prosternit. O callida pietas! O amor opinionis honestæ! Actiones præoccupat contrarias actionibus perpetrandis, in quibus sub luxus & comptæ venustatis specie erat deceptura Tyrannum. Ingreditur oratoriū, quoniá postea c. 10. v. 17. ante faciéHolofernis fuerat intratura, cilicij squalore pudica mébra perpungit, quoniá postea de apparatu nuptiali erat resūptura ornaméta coniugij, venustosq; illices oculorū, quib procacem hosté pelliceret. Deniq; quoniá infra c. 12. v. 15. audituri eramus. *Et surrexit, & ornauit se vestimēto suo, & ingressa stetit ante faciē eius.* Nunc præuia publicatur cautione: *Ingressa est oratoriū, induit se cilicio, & prosternens se Domino clamabat.* Festinat in diuinum cultum expendere, Deóque per pœnitentiæ instruméta vouere, quæ postea ad decipiendū Holoferné sub illecebrosi fastus imagine quasi cómodatò resumet. Tot de se per omnes corporis sensus in Dominum holocausta præmittit, quot postea repræsentatura erat lineamenta peccati. Nonne dixit Hyeronymus epistol. ad Geruntium 3. *Iudith ob libertatem ciuium, vel salutē se sub specie fornicationis impleuit Deo?* Hanc ergo libidinis futuram speciem cilicinis puncturis emaculat, cineris inspersionibus abluit, limpiditate orationis abstergit, in terrámque procumbens, veritatem virtutis, Deóq; impletum 10.

pletum pectus denudat. Vt diligens sis, in omnes actus, quos aliqualis peccati forma deturpat, pœnitentiæ publicationẽ deferre; vt adhuc sub vitij personata specie appareas innocens & deuotus.

11. Filij Iob societatem, quam dederat genitalis amor, conuiuiis reciprocis enutriebant, alternisque; æmulæ charitatis obsequiis epulũ per hebdomadas instaurabant. Quid tunc pius genitor pro sobole, ne comessationibus distenderetur, solicitus? Iob 1. v. 5. *Consurgens diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim: Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis.* In mutuæ dilectionis incitamentis, in reciproci amoris conuiuiis, quale periculum sancti
Iob. 1. 5. viri pectus cingebat? *Ne benedixerint Deo in cordibus suis*; nempe ne aliqua maledictionis scintilla, quantumuis non emitteretur per linguam, saltem ab imo pectoris ebulliret, rectúmq; conuiuiorum opus intentione degeneri macularent.
Matth. 15. 11. Non quod intrat per os, coinquinat hominẽ, sed cogitationes nequã, quæ eructantur è corde. Ergo offert Iob sacrificia pro filiis, vt interius pectus cum exteriore cõcordet actione, seq; in holocaustũ deuoueant Deo, ne quid siue ex corpore, siue ex morte in amoris ara non ardeat. Hæc est enim holocausti lex, vt totũ animal comburatur. Sed cur signatè Pater pius sic pro sobole
Iob. 1. 11. deprecatur: *Ne benedixerint Deo in cordibus suis?* Sanè sui causam egit. Futurum erat vt dæmon coram Domino accusator accederet infra v. 11. *Tange cuncta quæ possidet, nisi in facie benedixerit tibi.* Ab hac iniqua opinione se præpropere vindicat Iob. Si pater cum prole vna caro, vna mens est; & anxius per sacrificia procurat, ne filij Deo benedicãt in corde; quomodo ipse poterit benedicere in facie, publicitúsque conuitia in Deum geminare sacrilega? Abeat callidus calumniator, abscedat diabolus; perdidit litem: siquidem iam se diu innocens purgauerat reus; nec Deum pro bonis temporalibus colit, nec dolosum animum cum fortunáque hilari maritatum gestat, qui vt integri filij in amoris Dei pyra incendantur, totum animal holocausti deuotione, in igne compunctionis accendit.

12. Gen. 37. 9. Quid est, quòd Ioseph per cœlestia somnia eruditur Gen. 37. v. 9. *Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam & stellas vndecim adorare me.* Cum soporata membra iacent in terra, in primigeniúmque limum corpus eliditur, quomodo sic Ioseph eleuatur, vt inter cœlestia sydera radiis supplicibus comitatus assurgat? Profectò velocẽ pro iuuenis castitate pius somnus suscepit clientelã, impudicámq; præuia negotiatione opinionẽ expiare contendit quam mulier Ægyptia erat vsque in carcerem sparsura. Dictura erat ad pulcherrimum iuuenem, dum illecebrosè pelliceret ad piaculum Gen. 39. v. 7. & 12. *Dormi mecum.* Quàm terreus somnus, quàm de cœ-
Gen. 39. 7. 12. nosi volutabri densatus hic vapor soporis, qui cerebrum rationis obtundit, & per impuros amplexus detrudit hominem in profundum. Ergo præmisso se Ioseph excusationis nitore, ab hac suspicione defendit; cũ pluribus antè diebus, quã adultera ad dormitionem inuitet inhonestã, ipse dum dormit, ab astris cœlestibus adoratur, Solis & Lunæ muneratur obsequiis, omnémq; fontem lucis lucidis generosi iubaris vndis sua vestigia lambentem soporatus considerat. Odit lucem libido, tenebras amat, se operit fuscæ noctis latibulis. Inter Solis & Lunæ lucidum contubernium nulla possunt inquinamenta notari. Quomodo cum pellice dormiat, cui dormienti integra dies est, cœlestiumque luminum apparatus, & micantis chori niti hor præses pro fulgidæ castitatis excubiis custos assistit?

Fidei animositate strenuus Petrus gladium 13.
stringit in horto, vt impetentem cohortem brachio viuli retunderet, Ioan. 18. v. 10. *Percussit* Ioan. 18. 10.
Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Cur in autem gladium dextrâ, & auditus Ad Rom. 10. 17.
organum acie rescidit? Equidem fides ex auditu est, hoc tramite descendit in cor, & qua verbum sublabitur, credulitas generatur. Igitur censorium aperit fidei, districtionis Ecclesiasticæ gladio, qui infundamenti, Petræque nomine idem habet cum fide vocabulum. Cur si putas, in fidei organum aperiendum studiosus irrupit, Verbique Dei, Christi nempe fidem, per auriculã Malchi immisisse contendit? Quoniam postea, eiusdem Malchi consanguineo instigante, fidem Christi meticulosa nimis erat negatione fracturus, seque nunc ab illo piaculo eluere satagit, in robusta fide animosus, illamq; in Malchi sensũ, & sanguinem immittere curat, ne si postea coram eius sanguine, nempe cognato eius, fidem peierando dissiperet timori, non animo imputaretur. Certè Ioan. 18. v. 26. *Dicit ei vnus ex ser-* Ioan. 18. 26.
uis Pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus. Coram quo negaturus erat, robustum fidei præstitit argumentum, auriculam cognati rescindens, vt sic aliqualiter futuram abstergeret maculam, séque præmisisset esse fidelem, nec negationem cordis fore sed metus, nec in aure cognati posse infidelitatis suspicionem progigni: siquidẽ auricula Malchi masculæ fidei testimonium publicum exhibebat.

Ne carnæus per libidines fias; sic hæreat carni cilicium, vt vel cilicium carnæum euadat, vel cilicina caro.

Sectio III.

De virtutum vestiario indumenta tibi resume, quæ laciniosa non sunt, rugis non crepant, fimbrias non dilatant, de sericis non sonãt anfractibus; sed hispidã asperitate sic carnẽ tegunt, vt non appensa videantur ad cutẽ, sed intrinsecus pullulantia, quasi ingenita sint vestimenta, quæ nascuntur à corpore, quod operiũt. 14.
Hæc hirsuti, horridíque cilicij indoles est. Quoniam virtutis est vestis, ab ipsamet virtute texitur, quam induit: licia eius, sætæque pungentes, nente virtute, texenteq; deuotione, quasi de ipsius carnis stamine generantur. Ergo ciliciũ indumentũ sit, non quod sutor extrinsecus elaboret, non quod è corpore ad ambitiosum squalorem hypocrita manus appendat; sed quod quasi ab intus è textorio viscerum laboretur, intra carnem medullitus infigatur. Iudith vt oret Dominum, dicitur induisse ciliciũ: *Et induens se cilicio* Matth 16.
posuit cinerem super caput suum. Nonne antea perpetuo cilicio lumbos accingebat pudicos? Certè sup. c. 8. v. 6. *Et habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ.* Si iugis erat in fœminæ membris cilicinus rigor, quid est, quod nunc signatè, cùm orat, dicitur induisse? An cilicium supra cilicium sibi induit, sicut vestis induitur supra vestem, tunica supra interulam, suprà tunicam palla? O benè! Sacræ fœminæ pro

indumento

indumento cilicium eſt; pro viduali veſtiario, aſperitatum penu confertum. Cui induſium cilicium erat, quidni & pro tunica haberetur cilicium? Quaſi primùm, quod intraneis punctionibus pulcherrima membra induebat, non iam cilicium dicendum eſſet, ſed caro, nec diſtincta à corpore veſtis, quæ acutis villis cum caſtis artubus intertexta, carneum ſimul & pelliceum confecerat indumentum; cùm nouum aſſumit ſaccum, cilicium perhibetur induere.

15. O quàm glorioſa veſtis hæc eſt, quàm Seres non nent, bombyces non tricant, acus non pectunt; ſed adeò corpori aſſuitur, vt nō diſtincta cenſeatur à carne, ſed vel carneum cilicium, vel cilicina caro. Nullum glorioſius operimentū eſt, quā illud, quod ipſamet natura in corpore, quod veſtitur, progignit pariter & cōmendat. Matt. 6.

Matth. 6. 28. v. 18. *Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quonia nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnū ex iſtis.* Quid eſt quod liliū cum purpura Salomonis de præſtantia maieſtatis contendens, non ſolùm ſuperare dicitur in fragrātia, ſed & in pretio? Nonne trabeata veſtis auro intertexta, gemmíſque diſtincta, deliciíſque ſericis variegata quantum ponderis & ardoris habet, tantum ſuper cætera induméta ſibi de victoria blanditur? Equidem violæ veſtis, liliíque indumentū non de textrina venit, ſed de natura; non alienis pigmentis inficitur, ſed ingenito colore formatur; non nudatur ad noctem, nec matutina luce reinduitur; propriè veſtis eſt, quia propria eſt, non de oſtro pingitur, nec de venali foro ſub mercede conducitur. En cur lilium, Salomonis gloriā exuperat, pompámque veſtium, quæ non à Regiis membris dimanant, ſed extrinſecus adiiciūtur. Cilicium carnibus innexum, lilij glorioſum apparatum excellit, palloréma; ſuo, rudibúſque & barbaris pilis præ agri veſtibus ingenitis præſtat; quippe quod natura non progenuit ex carne, auſtera deuotio, dum affligit intrinſecus, ſtrictéque cingit, facit quòd videatur genuiſſe.

16. Ideò vt glorioſior Niniuita Rex appareret

Ionæ 3. 6. Ionæ 3. v. 6. *Surrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.* Cur præ regali chlamyde, paludatáque veſte æſtimat ſaccum, nec ſuprà veſtem induit, ſed omnem tunicam priùs à ſe dirimit, vt ſacco induatur? Quoniam cilicium ab intus debet eſſe pro cutéque corporis. Cur indutus ſacco, illico in cinere ſedit? Quoniam cadaueris indumentum illi iugiter hæret, nunquam exuitur, cum ipſiſmet cineribus euaneſcit, & intra corporei pulueris interiora ſubintrat, donec exinanito cadauere funeſta veſtis pariter diſſipatur. Sedet in cinere, cum ſacco induitur, indicans cineræ mortis veſtem eſſe cilicium, quod mortali corpori iugiter, vt inſtitæ cadaueris adhæreſcat.

17. Iubet Rex d. cap. 3. v. 8. *Operiantur ſacco ho-*

Ionæ 3. 8. *mines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine.* Nonne brutum ſemeptiſo veſtitur, nudúmque eſt pariter & indutum, cui piloſa cutis, caro pariter eſt & veſtis? Cur cingitur ſacco, atque operitur inſolita? Nonne cilicium, quod iumentis affigitur, ex brutorum pellibus, impexíſque pilis ferarum eſſet? Erit igitur ciliciū ſuprà cilicium, ſuprà pellem pellis. Verùm ad extra in extima ſuperficie villoſa ſunt teguméta ferarum, ad intus lenia, nullóque de acumine horrida. Non ſic intrinſecus affiguntur. Vicit ars ingenioſa tegumentum naturæ; inuertit pellem, vt per aſperas ſetas in iumentum medullitus inderetur, diuinæque pietatis ambitioſo ſqualore etiam animalia rationis expertia, oculos diuinos allicerent, vt veſtem proſpicerent pœnitentiæ, qua bruta exercuerant, & pro regyrata cute ſibi altius immiſerant.

Cur ſignatè ad lumbos ſolitum cilicium affigi. 2. Machab. 10. v 26. *Lumbóſque cilicijs præcincti ad altaris crepidinem prouoluti.* Nonne in lumbis quibus præcingimur quædam ſemina generationis eſſe dicuntur, vt dixit Ambroſius lib. de paradiſo cap. 3. Vt altiùs in generis ſeminarium, quod propriè natura eſt, cilicium ſubintret, lumbis appenditur. Vt diſcat à primordio, qui gignitur, hanc ſibi naturalem & ingenitam fore veſtem quæ per genitricis carnis meatus ad fœtum induendum intrauit. Foliorum perizomata Adam nudus ſibi præcinxit, ſtruens de præuaricationis ramis vmbratile lenocinium, quod pudenda ſimul contingeret ad ruborem, & ad pruritum ſob iis prouocaret, Gen. 3. *Conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* O malè ſutor inopportuni indumenti! Generationis ſitum hac veſte tegis, quaſi ſobolem futuram ſic veſtias, & de peccati foliis, quæ ſunt irritamenta libidinis, ad laſciuiæ virorem contendis tuos poſteros operire? Proiice hoc cinctorium à te: *Et fecit Dominus Deus Adæ & mulieri eius tunicas pelliceas, & induit eos.* In primis parentibus omne genus veſtiuit, quid duras inamœnáſque pelles foliis amotis, accinxit ad lumbos, vt inibi iam addiſceret proles, quo habitu, peccati veniam promereri potuiſſet, nudáque pariter & veſtita prodiret, quam in ipſa propagine ſeminis quaſi ingenita pellis induebat.

Cur manibus ſuis Dominus primogeniis indumenta pellicea conformat, fitque artifex ſutórque veſtis, quam humanis membris apponit: id enim videtur ſignificare ly *& fecit Dominus.* Quin non ſolùm feciſſe, ſed & induiſſe profertur: *Et induit eos.* Indicauit, cilicium pelliceámque veſtē per iugem adhæſionē ſui quaſi in ipſam carnem tranſire debere, fieríque eiuſdē qualitatis cum corpore, quaſi cutis pelliſque membrorum. Quare qui manibus ſuis dicitur corpus hominis compegiſſe de limo, cùm ſanctam Trinitatem ad fliginam vocauit; ipſemet quaſi corporis appendicem eiſdem manibus tunicam pelliceam adaptat, vt ſuum hominem integrè creauiſſe credatur, nudum ſcilicet & veſtitum.

Lucæ 12. v. 35. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris.* Si in manibus lucernæ ſint, quæ manus ſupereſt, vt cilicium à carnibus auellatur, vt à lumbis cingulum amoueamus? Si ardentes faculæ manus occupant, pungentem zonam nemo amouere poterit, quin cremetur. Nunquam te vult à cilicij aſperitate laxatum, qui ſic faces igneas tuis manibus addit, ne poſſint radicitus pellem lumbis infixam in inducias leuaminis denudare.

Dicebat Iob c. 42. v. 6. *Ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* Eſtne pœnitentis habitus iſte? Certè interlinealis ibi ait: *Ecce ciliciū, quo pungitur in dolore.* Et Lyra: *In fauilla & cinere, id eſt, in auſteritate & humilitate.* Quomodo cilicio Iob pœnitens perhibetur accinctus, qui lepræ ſcabies, vermiúmque tabes, vlceroſáque ſanies pro corpore erat? Imò ideò cilicium pœnitentis fuit lepra, quoniam altè penetrabat in corpus,

Right margin notes: 18. 1. Mach. 10. 26. — Ambroſ. — Gen. 3. 7. — Gen. 3. 21. — 19. — 20. Luc. 12. 35. — 21. Iob 42. 6. — Lyra.

corpus,nec disiungebatur à carne,sed per scabiosa vulnera, & purulenta vsque ad viscera permeabat.Ergo lepra cinereus saccus erat,nam lepra,quà candens, cineri comparatur.Numer.12.
Num.12.10. vers. 10. *Maria apparuit candens lepra.*

Cinis mortis cogitatus oleum est ad flammam pulchritudinis accendendam.

SECTIO IV.

22. CONSPERSIO cineris,cōtinuáque mortalis pulueris meditatio bonum lixiuium est ad comam capitis abluendam,vnguentum laturum ætatem,odorem spirans super casiam, & calamos aromaticos,vniuersúmque puluerem pigmentarij. Humana fauilla melior est herbarum tormento, exquisitioréque florum succo,ad oris pulchritudinem conciliandum. Imaginatio cineris oleum est,quod vngit ad vitam,& de mortis spoliis cassidem capiti aduersus mortem apponit:dumque conspergit crines de reliquiis funeris & sepulchri, vegetum corpus in æternitatis sortem condit, & curat.

23. Quid est, quòd Iuditha venustatis incrementa sollicitans,smigmatáque & vnguenta ex phiala iam & glande seu ad capillos præparans seu ad cutem, cinereis sordibus inquinet caput, frontéque,quam curare nititur oleo, pallidis fauillis commaculat?Improba diligentia videtur, conspurcare,vt euertas; polluere,vt abluas, téque inquinamentis præparare ab nitorem. Vix cinere consperserat caput, cum infrà c.10.vers.3. *Vnxit se myro optimo, & discriminauit crinem capitis sui.* Si myro,id est,oleo, caput solicitat impinguare,cur cineris turbine confundit comam, capillósque pulueret sepelit, tricátque & implicat sordibus crines, quos cincinnorum ars vult priùs pectinis officio distingui? Sed ô benè compta, benè sapiens fœmina! sciuisti vnde sit vnguentorum apotheca, quæ formositatem poliant, pulchritudinísque lumen producant. Cinerem pro oleo prius iactauit in caput, vt venustatis florem stabilitate donaret, fœcunditate muniret,gratiæque commendaret virore.Oleum est,quod ignis flammá nutrit ad vitam, cinis est, quod ex ignis morte relinquitur ad spolium. Qui ergo poterit cinis, olei peragere ministerium, orísque pulcherrimi flammá nitidam vegetare? Sed executio cineris à morte non liberat,quam supponit? mortalis est,quà mortis appendix:meditatio cineris est vitalis.Cogitatus pulùis ab experientia pulueris liberat;imaginaria mors à veræ mortis conscriptione dispungit. Si cinis ad viuentis caput ascendat,oleum est,ignis duraturi alimentum; pulcherrimum polit ardorem,quem cadens in cinerem,functū vitā corpus extinguit.

24. Meditare,Ecclesiasticam cæremoniam eâdem methodo ac Iudithá procedere. Admonet Chri-
Matth.6.17. stus Matth.6.vers.17.*Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua.* Quid tunc Ecclesia,in capite quadragesimalis ieiunij?Pro vnguēto & oleo,quo erat caput ieiunantis illitura, cinerem dispergit in caput. Cur sic qualitates immutat, & dum officiosa pro voto,religiosa pro obsequio manum ad olei stillicidia fundenda leuare debuerat, digitos inquinauit in cinere,crinéque non de succo olido madidauit,sed de arido puluere pollicit? Nonit profectò,se Dominico paruisse consilio, quæ pro formositatis vnguento,pro innutriendi ardoris vitalis oleo,reliquias mortis, extremique cineris cogitatum supra capita fidelium proiecit.Veræ enim pulchritudinis conciliandæ compendium est, fune isto cinere pro vnguento medicato conspergi.

Genes.12.vers.12.dixit Abraham Sarai vxori 25.
suæ:*Noui quòd pulchra sis mulier.* Iam annis pro- Gen.12.11.
cesserat Sara,iam ętas effœta lenitatem cutis durauerat, genarúmque purpura ardorem deflexerat iuuentutis. Quo oleo ad venustatis constantiam matrona peruncta est?Si caput mulieris vir est, cinerem in capite habebat,qui roseum virorem fœcundo calore seruauit. Vir eius erat cinis & puluis,Genes.18.vers.27.dicturus erat Abra- Gen.18.27.
ham : *Loquar ad Dominum meum cùm sim puluis & cinis.* Si Sarai caput de mortis imagine cinerescit,& ex meditatione pulueris præproperè in puluerem abiit: quid quòd eius pulchritudo, quasi oleo delibuta firmiore,aduersus ætatis detrimenta conualeat?Etiamsi proximior,ad cinerem mortis accedat ætate fluente,in ipsius cineris cogitatu solidatur de constantia nitoris.

Psal.132.canit Dauid vers.2.*Sicut vnguentum in* 26.
capite,quod descendit in barbam, barbam Aaron. Psal.132.2.
Alludit quidem ad illud Leuit.8. vers.12. vbi de Leuit.8.12.
Moyse dicitur:*Tulit & vnctionis oleum,quo liniit tabernaculum* Et statim. *Quod fundens super caput Aaron,vnxit eum & consecrauit.* Vnguenti copia stillauit in barbam, imbréque olido madidauit os sacerdotis;ne irrigatis crinibus à pretioso liquore mentum aresceret: Nonne iste Aaron est, qui idololatris vitulam efformauit:Hebraicáque lenocinia gazarū ex fornace conflauit in bouem? Si peccati fuligine,fumóque ignis deierandi fuit denigratus,cur ei nunc tanta suppetit pulchritudo, vt odores irrigui, oleíque pellucidi lumina etiam vsque ad barbam profluā liberalitate dimanent? Sat fuit ad pulchritudinem conciliandam,quòd cinis vituli barbis Israelitarum hære-
ret,postquam Moyses Exod.32. *Arripiens vitu-* Exod.32.20.
lum,quem fecerant,combussit & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo
potum filiis Israel. Vbi obseruauit Abulens. q.31. Abulens.
Qui peccauerunt,insigniebantur barbis aureis,quasi aureus puluis ex idolo combusto spargeretur in mento. Si sic mortis disciplina præcessit,& funesti cineris spectaculum: quid quòd iam Aaron è capite vsque ad barbam vnguentum venustatis stillet,qui ex conspecti cineris pharmaco,in barbis idololatrarum sparsi, sibi liberalem faciem, vnguentúmque odoratum confecit.

Ergo præcitatus cinis vnguentaria exupe- 27.
rat alabastra,capiti elegantiam comit, flammæque genarum, & frontis iubari immortalia alimenta ministrat.Quod si cogitatio mortis,cinerísque conspersio deficiat, ipsamet pulchritudo mortem progignit, è vestigióque euanida facit
cinerem,quem fugiebat.Gen.6.v.2. *Videntes filij* Gen.6.2.
Dei filias hominum quod essent pulchra,acceperunt sibi vxores. Quis fœtus ex concubitu pulchritudinis?Quæ soboles ex maritata venustate prorupit?Ex pulchris fœminis prodiere gigantes, sta-
tim vers. 4. *Gigantes autem erant super terram in* Gen.6.4.
diebus illis:postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illaque genuerunt. Nonne vt plurimum filij matrissant, filiáque materna transfiguntur in sobole? Si puellarum elegantia filiorum Dei rapuit oculos ad connubium, niténsque & tenera caro blanditiarum illice proritauit ad thalamum, cur quod gignitur, gigas,

gigas eſt horridus, deformis, hirſutus, detorſiſſi-
mus, & de monſtri feritate, immanitatéque
membrorum infamis? An quia Scripturæ phraſi
idem nomen eſt gigantum & mortuorum? Pro-
Prou.9. uerb.9. vbi legitur: *Ignorauit quod ibi ſint gigan-*
Tygurina. *tes*, Tygurina habet: *Non nouit quod mortui idic*
Iſai.16.18. *ſunt* Iſai.16.v.28. *Morientes non viuant, gigantes*
Pagnin. *non reſurgant*: vbi Pagninus pro *gigantes* legit,
Iſa.14.9. *mortui*. Iſaiæ 14 v 9. *Suſcitabit tibi gigantes*, vbi
Vatabl. Vatablus: *Excitabit ſepulchrorum propter te mor-*
tuos. Nimium filios Dei mortis tenebat obliuio,
qui ob ſolum pulchritudinis florem, quem pruina
decoquit, in cinerem redigit pruna, filias ho-
minum ſibi matrimonio iunxerunt. Si ſic pelle-
xit venuſtatis euanidæ lenocinium, nec prius
fuit cinere memoria conſperſa; quid niſi mon-
ſtrum expectares pro partu? imò quid niſi mor-
tem? cuius cinis in vulua coaluit, feralémque
pallorem traxit è viſceribus pulchritudinis. Fru-
ctu ſuo fuit mulctata venuſtas: non ſpuria ſo-
boles, ſed legitima eſt; etſi deformis naſcitur,
etſi impexa: pulchritudo enim, quam cineris ſui
meditatio non vngit, fœditas; & deformitas eſt.
Ferocitas ex temeritudine pullulauit, ex leuiga-
ta cute durata pellis, quoniam matrem non li-
uerat vnguentum cineris cogitati.

18. Quam pulchra erat Sodomitica regio, quæ
Gen.13.10. Loth oculos ad arbitrium allexit Gen.13.v 10.
Eleuatis Loth oculis vidit omnem circa regionem
Iordanis, quæ vniuerſa irrigabantur, antequam ſub-
uerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, ſicut
paradiſus Domini. Anne in hac virentis climatis
pulchritudine vlla incolis cineris cogitatio? vlla
de futura morte compunctio? Corruperat ſemi-
tam caro; & à plagæ formoſitate delinita, in
agreſtium truncorum, arborumque, quibus re-
gio abundabat, qualitatem conuerſa, non diiu-
dicabat inter faciem & tergum: in arbore etenim
non ſcapulas à facie diſtinguas. Præpoſteram li-
bidinem adamauit, nec rectum ab aduerſo diſcre-
uit. Ergóne hæc orientalis plaga pulchritudo ci-
nerem fecit? pulchræ arbores, laſciuiæ præpo-
ſteræ teſtes, in ipſamet pulchritudine cinere-
Tertull. ſcunt. Auſculta Tertullianum in apol. c 40. *Olet*
adhuc incendio terra, & ſi qua illic arborum poma
conantur, oculis tenus, cæterũ contacta cineręſcunt.
Pulchritudo in arboribus, cuius oculi nefandam
turpitudinem conſpexerunt, ſolum eſt oculorum
tenus, cinis in tactu, quæ venuſtas in viſu. Vt
diſcas, quòd ſi prius manu tetigeris cinerem,
puluereque mortis caput reſpergas, formoſita-
tem vtique ſolibabis: ſi prius vteris oculis, &
oblitus mortis, pulchritudinem pigmentis ex-
torqueas cutis ſolum nitor erit, cætera cinis.

19. Obſeruaſti quod de vtraque nefaria ciuitate
Gen.13.10. dictum fuit, Gen.13. verſ.10. *Vidit omnem circa*
regionem Iordanis ſicut paradiſus Domini. Scis in
viridi paradiſo vnum lignum, quod de pulchri-
tudine laudabatur, ſtatim in puluerem conuer-
Gen.3.6 tiſſe ſui ſpectatores incautos Gen.3 v.6. *Vidit*
mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum &
pulchrũ oculis. Illicò poſt viſum pulchritudinis,
Gen.3.19. puluis ſucceſſit: audiuit enim homo verſ. 19.
Puluis es, & in puluerem reuerteris. Quæ cauſa?
Quoniam non ſolùm obliuio mortis, ſed & ne-
gatio ad pulchritudinem conſpiciendam præ-
ceſſit verſ.4. *Dixit ſerpens ad mulierem: Nequa-*
quam morte moriemini: Forma igitur, quæ ille-
xit oculos ad videndũ, in puluerem deformem
redegit, quos ad carpendum pomum formoſitas

viroris allexerat. Si priùs cinerem conſpexiſ-
ſent, non ſub lenocinio vitæ mortem pro ali-
mento glutirent.

Non diſtat cœlum à terra, cùm itur in
cœlum, oratione gradiente per pul-
ueris mortalis compendium.

SECTIO V.

VT benè diſcas felicis impetrationis com- 30.
pendium, procumbe in terra, elide corpus
in ſui primigenia materia, aſſue te terræ, de An-
thæonis fabula tibi veritatem reſcribe. Vinces
precibus Deum, quem ſtrictiùs prendis, cùm te
ad limum genitorem prouoluis. Si iam puluerẽ
aſperſerat in caput Iuditha, cur iterum in pulue-
rem caput proſternit, exaggerátque immiſceri
terrenis, quæ ſupra ſe leuata, in ſuperos oratio-
nem proiectat? *Poſuit cinerem ſuper caput ſuum, &*
proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum. O
ingenioſa trahendi Deum ambitio! Quem è
ſummo cœlo euocare ſolicitat, tamquam victũ
ad terram impellit; nec ſatis iudicat caput ele-
uare puluereum, niſi repetens terræ genitricis
memoriam, ipſomet capite terram verrat. Quid?
Hæc indoles cœleſtis Numinis eſt, qui de cœle-
ſtibus flectitur ad terreſtria orationis attractu.

Rorate cœli deſuper & nubes pluant iuſtum, ape- 31.
riatur terra, & germinet ſaluatorem. Si iam in Iſai.45.8.
terram vt roſcidus imber deſcendit, & cœleſtem
originem pluuia fluens è ſuperis indicauit, cur
ipſe, qui iam inter nubium ſtillicidia, vt huma-
na corda humectet, dilabitur, iterum à terra ger-
minari depoſcitur; quaſi non vndequaque eius
natiuitas compleretur, niſi apertis terræ genita-
libus venis pro verno germine pullularet? Sic
oportuit. Si orationis è ſeminè gignendus erat,
qui æternè gignitur apud Patrem, vt oratio Pa-
tris & verbum, benè expectat à profundis terræ
viſceribus generari: quippe nonniſi humilis, &
in terra procumbens oratio efficax eſt, vt Deum
ſibi promereat in terra. Qui in cœlis eſt, & ſuper-
num incollit verticem, illos, qui ſe in altitudinẽ
erigunt, nonniſi à longè dignoſcit: & quò magis
per elationem ſolicitant eſſe vicini, vt nimium
diſtantes proſpectat; illos prope intuetur, qui
profundius ſe in concaua telluris immittunt.
Non enim niſi in orantes infunditur, & orans
non eſt, niſi qui os in primæui plaſmatis origi-
nem flectit. Iam callebis illud Pſalm. 137. v.6. Pſ.137.6.
Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit,
& alta à longè cognoſcit. Vide quo argumento
celſitudinem eius probauit quia quod humile &
imum eſt, ex ſuperna ſtatione proſpectat. Et be-
ne. Nam tunc magis celſus apparet Deus, cùm ſe
per humilitatem homo in viliora prolongat, ab-
iectúſque frontem in diſtantiorem profundita-
tem inflectit, falſus eò magis ſuperiorem, celſio-
rémque diuinam maieſtatem probari, quo infi-
miùs homo ſub terreſtri cognitione decumbit.

Ideo adiicit Pſaltes verſ. 7. *Si ambulauero in* 32.
medio tribulationis, viuificabis me. Vitam illi ſpi-
rat vt Deus, viuificat vt Creator, qui hominem
detornauit ex limo. Quæ ergo ad vitam acci-
piendam conditio hæc eſt, in tribulationis me-
dio ambulare? Certè terrenam materiam ex
qua conſtitit, recordatur, qui in medio tribu-

lationis ambulare contendit : tribulatio enim post peccatum terræ fuit germen, Gen. 3. vers. 17.
Gen. 3. 17. *Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.* Ergo qui in medio tribulationis obambulat, in medio graditur terræ, supra, & subtus pulueri immixtus, nempe in capite, & in pedibus in primæuo puluere immersus, sicut sapiens Iuditha in telluris medio prælegit ambulare, quæ postquam caput iniecto puluere sepeliuit, in terram se oratura prosternit. Fœmina vicisti prostrata, à quo vincereris erecta.

33. Deus cum Iacob luctatur Genes. 32. vers. 25.
Gen. 32. 25. *Qui cùm videret, quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.* Noua victoriæ indoles! ferit qui vincitur, subigitque victorem. Cur crus eneruat pugilis sui, si triumphum perdidit, cum à luctatore supprimitur; Imò ideò Iacob superatur, quoniam viri gressus iniecto vulnere claudicauit, proximéque decuruatus in terram pedem depressit, hæréns'q; se in puluere ægrè potest leuari vestigium. Gladiatorem suum Dominus effecit victorem, qui fracto femore elisit in terram, tunc se vinci ratus, cùm in sui originis vtilitatem homo prosternitur. Qui vincendi Deum artes edocuit, orationis leges suggessit. Vt disceret Iacob, qui secesserat ad orandum, tunc potuisse impetrare, quo voluit, cùm crus emarcuit, vt terræ assuesceret, nec nisi verrendo puluerem, mouendóque terram, gressus conformare valeret. Athletam suum de superando fratre erudiebat, qui elatus & superbus venerat in occursum. Vide si Iacob mordicus disciplinam obtinuit. Accedit Esaü satellitio cinctus, armísque potens, vt fratrem pauidum debellaret. Tunc ille
Gen. 33. 3. Genes. 33. vers. 3. *Progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.* Cur sic ingeminat Iacob procubitum, septiésque terram osculo lambit, & quasi iam victus porrigit herbam qui Deum didicerat superare? Imò quia nouit, non nisi deflectente crure, sauciatóque genu, & curuato gressu Deum pugilem deuicisse, similem artem tenet, vt vincat & fratrem. Se illicò prosternit, vt sternat: vt ad terram trahat, iactatur in terram, & qui elatus caderet, se leuauit vt victor.

34. Quid inde? Dixit Iacob Esaü vers. 10. *Sic enim*
Gen. 33. 10. *vidi faciem tuam, quasi viderim faciem Dei.* Multum audes, ô Israël. Quia Deum vidisti in certamine pietatis strictisque lacertis consertus, prendisti Dominum in duello, pro stemmate triumphi nomen promeruisti Israëlis: cur sic tam properè in oculis intentis eluderis, vt faciem fratris iudices esse Dei? Aspera est huic cutis, frons torua; & de villis ferocibus impexa lanugo. Dei vultum lenitas detersa commendat; rosea & albida venustas beat, flammáque genarum candore mansuetudinis mitigatur. Errauisti in forma, qui deformem, sæuámque faciem cum diuina confundis. Nil potuit promptius cogitare & subtilius. Qui Deum superauerat saucius in crure, vulneratóque poplite, pulueri tenacius affixus, tum Deum subegerat, cum curuauit vestigium: quando hoc compendio & in pulueris humilitate prostratus coram fratre, fratrem exuperat, ratus est, non se pugilem mutauisse, sed cum eodem Numine adhuc luctari, quod nonnisi prostrato per vulnus genu deuicit.

Te aduoco ad alium sanguineum fratrem. 35.
Cain innocentiæ candorem proprio sanguine purpurauit, occidit Abel: quoniam in oratione & sacrificio Dei pectus beneuolum promeruerat. Educit in campum parricidalis criminis testem, vt auitam terram, quæ vtriusque parentem de suo progenuerat limo, fratris rubricaret cruore. Irruit in iuuenem, qui iustitiâ suâ terræ maledictionem abstulerat. Humectauit glebas occisi adolescentis liquor, vt cruenti & feri Caini sanguineis litteris terra consignaret furorem. Tunc Dominus ad Cain Genes. 4. v. 10. Gen. 4. 10.
Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Ergò non audires Domine, nisi sanguis de terra clamaret? Pretium orationis appendit, qui de loci indole valorem exaggerat. Nonne intra occisi venas clamans sanguis allicerer Dominum ad vindictam, quam de terra effusus allexit? His roscidis gemmis campus efflorescens, pretiosam protulit orationem, germanitatísque violatorem hoc germine purpureo condemnat. Fraternus cruor, qui viuus intra conceptacula trucem fratrem orare non potuit ad vitam, dum in terram cecidit, Deum feliciter ad vltionem exorat, magis nunc viuus, qui de terræ consortio animatus profluentia verba didicit efformare.

Non absque emphasi dum Cain Dominus 36.
prouocat ad iudicium, quòd sanguis & terra clamitet, occisorem admonet fratrem: illi faciens recordationem primæuæ originis, quam nuper traxerant è terra parentes, cùm ab ore Dei, Spiritû orationis capacem limus primigenius acceperat. Et terra rubra plasmatus fuerat Adam, vtpote quæ meliùs ad patiendas figuli manus conglutinatur, sanguineóque colore, decoctæ testæ colorem ostendit. Ideò è materia primus homo nomen assumpsit, qui Adam nuncupatus, quasi rubeus limus; ne vnquam origo excideret à memoria, sed genus nomen aduerteret, auremque ad materiam sui recordandam, quoties vocaretur nomine, vellicaret. Nonne in hunc purpureum limum spiraculum vitæ afflauisse, fuit orationis immittere disciplinam? Certè Spiritus & ratio oratio est, vt dixit Tertullianus lib. de orat. cap. 1. *Oratio à* Tertull.
Christo constituta ex tribus est. Ex sermone quo enuntiatur; ex spiritu, quo tantùm potest: ex ratione qua docetur. Plasmator, qui limum reddidit rationalem, dum spiritum insufflauit; instruxit vtique de oratione, vt nonnisi oraret de terra limus ille animatus, opificémque sui in originis vtilitate ad auditionem sui prouocaret. Ergo Abel occisus quasi Adam efficitur, terraque madefacta cruore, benè orat ad Deum, efficacitérque exauditur; vt & pudeat fratrem, rubram terram, de qua fuit formatus, parricidio percussisse scelesto, quæ linguam habiliorem habet ad preces; spiritúmque & rationem, quam ab ore Dominico hauserat à primordio, oratione supplici ad sui opificem animata reducit.

Oratio quidem eleuatio est mentis in Deum; 37.
& tamen Ieremias cap. 42. vers. 9. *Hæc dicit Dominus Deus Israël, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius.* Ier. 42. 9. Esto quòd corpus deprecantis supplici procubitu prosternatur; prosternuntur ne preces, quæ potiùs intentionis alis in superos efferuntur? Si scopus orantis cœlum est, illuc orationem collineet, pectorísque sagittam immittat, quò

tendere per ſupplicationes enititur. Aberrare diceris ſagittantem, qui cùm in ſuperna neruum intendit, ſpiculum in profunda demittat. Adeò amat terream humilitatem oratio, vt citiùs pertingere videatur in cœlum, quæ per terræ capitatem, itineris compendio deflectitur. Cum proſtrato corpore vergunt preces, in imúmque cadere dicuntur, vt ſuomet impetu fractæ reſiliant, velociúſque ad cæleſtem auditorem per-
38. ueniant, emenſo priùs infimæ vilitatis ſpatio.

1 Machab 3. 15. 1. Machab. 3. verſ. 15. *Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe, & inuocabant de cœlo eum, qui de depoſitis legem poſuit.* Aduerſa videtur Sacerdotum voto diligentia procubitus. Si Deum de cœlo inuocare contendunt, cur ſic affiguntur in terra, vt ex longiori ſpatio detonatus orationis fragor remiſſiùs in cœleſtibus audiretur: Anne fuit, vt per telluris concaua reſonaret, perfractóque inter abrupta ſaxa clamore, clariùs in culmine cœleſti crepare? Benè ſucceſſere vota per terræ viſcera immiſſo clamore audiuit Deus orationis impulſum, qui in humilitatis conuallibus, quo magis frangitur, geminatur. Cur ſtolis ſacerdotalibus terram verrunt, ex Pontificali pompa voluuntur in humo, qui non niſi ſtantes, ſolent peragere ſacrificia: Profectò ſtola orarium eſt, quam in
Beda. humero Leuitæ ferebant, vt diximus tom. 1. c. 4. ex Concilio Toletano cap. 44. vnde Beda in Collect. cap. de ſeptem ordin. *Benè etiam orationibus conuenit orarium, conueniens veſtimentum officio.* Ergo qui ſtolam iactabant in terram, allidebant in terra orationem, proſternebántque preces: quaſi citiùs è telluris ara, quàm ex erecto altari ad cœli Dominum perfugiſſent.

Verſ. 2. Domine Deus Patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur Virginis in confuſionem.

Verſ. 3. Et dediſti mulieres illorum in prædam, & filias eorum in captiuitatem & omnem prædam in diuiſionem ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: ſubueni quæſo te Domine, Deus meus mihi viduæ.

Nulla nobilior vulua quàm virtutis eſt. Opera honeſtā ſobolem glorioſam progignunt.

Sectio II.

39. NVLLA generoſior ſtirps, quàm virtutis eſt, nulla ſtrenuis operibus, illuſtrioribúſque fulgoribus clariora natalia. Qui clari operis filius fit, cum maieſtate & purpurâ de nobilitatis valore contendit. Te per benè geſta parturias, & obſtetricante virtute enitere, vt iterum in nouam te lucem producas: in clara ſtirpe ſyderea lumina ſuper totis. Manus rectè operantis, vterus fœcundiſſimus eſt, qui probæ actionis nobili, animoſóque ſemine ipſummet operantem in illuſtrius natalitium progignit. Quid Materna vulua genitoriſque vigor non animum generat, ſed corpus: virtutis actio fertilior eſt, quæ dum laudis animatur ad vitam, animum pro ſobole gignit, & filium à ſe editum in monumenta poſteritatis æternat. Cur Iuditha Simeonem appellat parentem: *Dominus Deus patris mei Simeon*, ſiquidem Ruben eam eſſe, in litera clare probauimus cap. 8. Sed Patrem nuncupat ingeniosè, cuius factus imitari contendit, animoſitate eiuſque brachij, aciémque pugionis, qua Sichimitas diſcidit, in ſpecimen ſibi & exemplar proponit. Hæc nobilius ſuſpicatur natale, lucidiúſque genus, quo virtus gignitur, quàm quo corpus; quo animus, quàm quo membra creantur. Strenuum Ducem Patrem vocauit, vtpote belli viriumque potentem; vt de eius fortitudinis ſeminario tota virilis belligeratrixque euadat, incipiatque de virtutis computari proſapia, animique & vigoris progenie, quæ maſculum, & robuſtum opus decantandum à ſæculis meditatur.

Non eſt arbitrium fœtui, eligendi parentem. Vel à purpura, vel à ſago progigni, non dat meritum, ſed fortunæ. In aurea & byſſina ſuſcipitur vnus infans cunabula, cum neſcit iudicare 40.
de pretio, alter in vtero ab durum pauimentum eliditur, cui eſt pro apparatu natali ruſticale tugurium: Compar fuit in vtroque ſenſus, ſed diſpar ſors. Vis ex nutu generoſos tibi parentes eligere, & ſupra trabeatæ faſcibuſque inſignitæ proſapiæ, nouæ originis flammas patiores accendere? Habes in manu, temet regenerandi virtutem: manus admoue ad opus honeſtum, quod ad ſui præconium, famigeratamque laudem, annalium prouocet commentarios. Subitò progeniem mutabis, & de Heroum ſtirpe clariore cenſeberis; quippe qui tumet operis gnatus eris Quis abſque alio cognomine, notáque, ſolo filiationis appellatur indicio? Sanè Filius Dei. Quid de nomen eius ſi noſtri? *Filius* eſt. Cuius? Prou. 30. 4.
Patris. Sed Pater & Filius reciproca ſe inferunt relatione. Cur non aliud nomen vtique diuinæ Perſonæ, quod ſpeciali animaduerſione diſcernat? Qui ſplendor Patris eſt, & figura ſubſtantiæ eius, hoc ſplendido natalitio ſignatur, nec Heb. 1. 3.
aliud illi clarius potuit eſſe vocabulum; quàm ipſemet clariſſimæ generationis terminus nempe *Filius*. Cur ſi putas: Quoniam in diuinis *opera ad intra* ſacræ proceſſiones dicuntur, quaſi ex diuino opere, illuſtrióriqùe progreſſu Filius cenſeatur, qui ab omnium nobiliſſimo generatur parente, qui ob intellectionem diuinam, quæ vtique vna eſt in Patre & in Filio, ineffabili gignitur ſacramento. Inde illud Pſalmi 44. Pſalm 44.
Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Cum verbum eructat, iam habet opera, quæ deuoueat; quippe qui ex perfectiſſimo, intrinſecóque opere, quo fœcundum cor ebulliebat, ſobolem in æternam educit.

Cùm Elias per turbinem raperetur in cœlum, igneíque currus vectitus obſequio, orbum re- 41.
linqueret Eliſæum 4. Reg. 2. *Eliſeus videbat & clamabat, Pater mi, Pater mi, currus Iſraël, &* 4 Reg. 2. 2.
auriga eius. Nunquam adhuc Eliſæus Eliam nuncupauerat patrem; cur nunc, cum à contubernio diuellitur, quaſi ab eo, cum abſcederet, gigneretur, patris nuncupatione proſequitur? Quoniam expetierat ab eo verſ. 9. *Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus*; ille autem ſpopondе- 4. Reg. 2. 9.

rat: *Si videris me, quando tollar à te, erit tibi, quod petiisti.* Meritò ergo cum videret euntem, Patrem vtique nuncupauit; vt qui spiritum ab eo cùm raperetur, hauriret, à rapto nouiter gigneretur. Maluit de virtutis spiritu, miraculorumque operis gratia sibi eligere Patrem in animo, quàm corporis à maioribus generati natalitium in parentum suorum appellatione repetere. Quisne duplex spiritus ille fuit? Scribit
Lyra. Lyra: *Gratia miraculorum, & gratia prophetiæ.*
Procop. Theodoret. Procopius & Theodoretus: *Necesse fuit illum, qui duplicem portionem de gratia spiritus accepisset, duplicia etiam opera edere.* Ergo quia duplicem spiritum ad opera hæreditauit, scitè bis vocauit patrem: *Pater mi, Pater mi,* ne ex spiritibus vnus absque patre & genitore maneret, ne alterum ex operibus stemmate orbaretur paterno. Ea est in opere fœcunditas ad gignendum, vt si geminetur opus, & nomen debeat geminari parentis. Quin, qui ob duplicem spiritum bis patrem appellauit Eliam, bina ei pariter cecinit attributa: *Currus Israel, & auriga eius.* Quasi diceret: Hoc gemino spiritu polles, quo ego animari solicito, & imbui, quasi de paterni vigoris vbertate gignendus. Currus es, qua propheta quà, miraculorum patrator, auriga Israëlem dirigis & sustentas. Vtrobique clarum opus elucet, sicut hæc ignea quadriga declarat. Te vt currum Israëlitico populo onustum vt doctus auriga moderaris & moues. Quasi tu te per opera illustria producis, qui vt currum, vt auriga te ducis

42. Deiecit Noëmum recentis experientia racemi, qui cùm in cerebrum vaporaret, portionem, quà vir erat, nudauit. Inuerecundus Cham pater Chanaan, soporati parentis magis ignominiam retexit, indicens fratribus quod honesto silentio obtegere, non procacibus oculis
Gen. 9. 23. deoperire debebat. Genes. 9. vers. 23. *At vero Seth, & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui.* Quid inde euigilans ex vino Noë? *Ait: Maledictus Chanaan puer, seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus ei. Dilatet Deus Iaphet,* &c. Cur quâ genitor fuerat Noë, pij filij conspicere recusarunt, & genitalis originis vt auerterent spectaculum, scapularum pallium aduerso situ in oculos induxerunt? Honesti, piique operis meliorem sunt originem auspicati, dum conspicere noluerunt fœcunditatis instrumenta paternæ: quasi tunc nobilius à suomet pio opere generati, qui pietatis officium, clausis oculis, & ad parentis ignominiam sopitis, ediderant. Non vidisse generis seminarium, ab ipso iam discessisse fuit, in illustrius boni operis genus assertos; & quo magis se Noëmi filios verecundis gressibus prodiderunt, eo amplius in nouam virtutis euasere progeniem. Nobilitatem, & Principatum, quem per generationem non illis dederant virilia nudata parentis, reuerentia, quâ contexerunt, quasi nouiter genitis præstitit fœcunditate meliore. Vides? Fratris sui Principes & Domini fiunt, seruus illis destinatur Chanaan: & quod sanguis genitalis negauerat, qui vetat in proprium sanguinem iugum immittere seruitutis, noua ex virtutis opere præstitit generatio Fratris Dominum fieri, virtutis opus est, non naturæ, quæ cùm ab vno gremio non vnum tantùm, sed plures fœtus eduxit, æqualis germanitatis prærogatiuam donauit.

Sed cur maledicitur Chanaan, si pater Cham 43.
inuerecundis oculis impudentiam admisit? *Maledictus Chanaan puer, seruus seruorum erit fratribus suis.* Innocens ne maledictione damnatur, & reus perseuerat impunis? Imò sicut opus honestum, cultúsque paterni religio vtrumque nempe Sem, & Iapheth, laudis natalitio creauit, sic & inhonestum piaculum parentis Cham, iterum progenuit Chanaan, & improbum germen ex iniquitatis semine pullulauit. Quippe scelus à Patre ebibisse, paritérque denudatis aui virilibus insultasse, argumento est, quod dum impietas Cham enarratur, dicitur: *Cum vidisset Cham pater Chanaan.* Quid opus fuit, cuius erat pater, adiicere? Quasi tunc per obscœnum crimen esse pater inciperet, qui de retecto genitalium pudore filium, vt auum irrideret, instrúxit. Sicut fertilitas boni operis ad famæ lucem, immortalitatísque diem strenuos operatores producit; sic & nefarium crimen, vitiosis qualitatis imprægnatum, nefariam parturit sobolem: Ne & malignitati fœcunditas sua deficiat, quæ etiam ab inarata tellure scit spinas & tribulos germinare.

Iudicum 13. futuræ genetrici Samsonis apparuit Angelus, vt sterilitatis ignominiam pro- 44.
missione fœtus auerteret, vers. 4. *Concipies,* Iudic. 13. 4.
& paries filium: caue ergo, ne bibas vinum et siceram, erit enim Nazaraeus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum. Cur sobrietas indicitur matri, & antequam fœtum concipiat, quod abstemia sit, imperatur? Quoniam concipienda soboles Nazareatus legibus obsequetur, quæ quemlibet palmitis succum suis cultoribus interdicunt. Quid quod genitrix calidum liquorem ebiberit, cum ipsa Nazarea non sit? Quasi à semetipso in vulua matris infans conciperetur? quæ filij futura est, matri indicitur abstinentia. Vt parsimoniæ virtus pro semine sit: cùm abstemius propignitur, qui adhuc intra materna viscera de religiosæ originis sanctitate esse incipit. Nazareus, à suomet cultu, sacróque opere generatus. Sed quid est illud, *Et ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israël.* An cùm materni ventris pondus informe est, & absque ætatis exordio fœtus à visceribus non discissus, Philistinos poterit debellare? Profectò, qui claris facinoribus, robustáque virtute erat hostes Israëlis fracturus, quasi à suamet fortitudinis vtero in gloriam sæculis æternandam conceptus apparuit, benè gesti operis filius fuit. Ideò nomen non adiicitur matris: quasi non mulieris, sed masculi roboris filius debeat censeri, ac proinde ex huius validissimi parentis vtero Israëliticum populum liberare putetur. Cur mulier, dum ad Manue Angelicam retulit sponsionem, nuntium studiosa amputauit, illáque vltima verba subsiluit, quæ liberatorem populi prædicebant, solúmque dixit vers. 7. *Erit enim* Iudic. 13. 7.
puer Nazareus Dei ab infantia sua, ex vtero matris suæ vsque ad diem mortis suæ. Tantùm memorauit, quæ à materna vulua tracturus infantulus erat, vitam vtique & sobrietatem; siquidem siccis, & à vitis imbre destitutis visceribus infantuli corpusculum pangebatur. Liberare populum Israëliticum non erat matris opus, sed filij. Quasi æmula tacuit; vt quidquid, filius fuisset,

fuiſſet, genitricis vtero tribueretur. Tacuit, quoniam ipſamet facinora ſatis nouam erant conclamatura progeniem, quam fortis Heros erat de virtutis vtero ſortiturus.

Ex cenſu diuinorum bonorum virginitas eſt; Dei gladium ad eius violationem vlciſcendam laceſſit.

SECTIO VII.

45. VIRGINITAS & innocuus pudor inter diuina iura cenſetur; de Deitatis claritate quaſi gentilitio ſtemmate, ſtirpéque generoſa honoratur. Quicumque læſerit virgineum pudorem, non hominis, ſed Dei gladio, vt nefarium ſanguinem effundat, percutitur. Quid eſt quod Iuditha Sichimitarum internecionem, quam furor Simeonis patrauit, Dei gladio tribuerit: *Qui dediſti ei gladium in defenſionem alienigenarum, qui denudauerunt femur virginis in confuſionem.* Nonne iniquè in innocentium ceruicibus maduit gladius, qui quot iugula peragraſſatus tot iniuſtis cædibus aciem temerè purpurauit? Certè iniquam Iacob declarauit vltionem, iniquitatíſque vaſa appellauit Simeonem Gen. 49.5. & Leui Geneſ. 49. verſ. 5. quod in littera ſatis explicuimus. Quî potuit igitur diuinæ manus gladius cenſeri, quem inquinamenta furoris, tumultuariâ ſtrage polluerunt? Verùm ſi virginitatis læſæ cauſa agebatur, & pudoris marcidus flos Sichimitarum Principem de violationis accuſauit iniuria; ſi Dina virum paſſa eſt, & femur propudioſa contumelia nudauit; etſi indiſcretè gladius admotus, prauéque infixus, diuini Numinis quà gladius, inhoneſtíque ſceleris vltor, eſſe cenſetur. Quaſi nulla ſit acies, quam impudicitiæ vindicta detergit, quæ non in cœleſtis iræ fornace conflatur.

46. Gen. 34.15. Obſeruaſtine côditionis calliditatem, quàm filij Iacob Sichem & Patri eius fabricarunt. Geneſ. 34. verſ. 15. *Si volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur in vobis omne maſculini ſexus, tunc dabimus & accipiemus mutuò filias veſtras, ac noſtras.* Quid inde? Aſſentitur fœderi cruentus amor: abſcindunt Sichimitæ præputia, dumque recenti vulnere ſauciarentur, circumciſi, à Iacobi filiis internecione publica trucidantur. Cur circumciſionis conſtitit pactum, & impuræ pelliculæ, inhoneſtæque portionis fructum ſecatur? Quoniam circumciſionis vulnus diuino præcepto indictum, quaſi Dei gladio religioſis legis cultoribus indebatur. Ergo qua parte Sichem impudicè peccauit, liliúmque virgineum contudit, vt de ingenio lueret pœnas, ſub religioſa ſpecie feritur. Vt effuſa libido, religionis gladio amputata, laſciuiam vtique mutilaret; quæ integram puellam fracto pudoris folio diminuit. Dei itaque geminatus fuit gladius, nempe & circumciſionis ſignaculum, quò ſaucij contabuerunt, inermíque procubuerunt dolore, & pugio, qui in Simeonis manu poſt circumciſum impudentiæ ſalacis membrum, caput pariter circumcidit.

47. Numer. 25. Phinees arrepto pugione in Lupanar ingreſſus, vt perimeret ſcortantes, verſ. 8.
Num. 25. 8. *Perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem in locis genitalibus.* Nunquam caſtior pugio, qui acie genitalia traduxit, & ex æſtuantis libidinis foco extерſit aciem, qua libidinem ipſam confoderet. Circumciſum Iſraëlitam cum Madianitide cubantem non iam circum in pellicula reſecauit, ſed caſtitatis ſymbolum, quod impreſſerat circumciſio, nefatio concubitu violatum, in ipſomet æſtu intrinſecus deſcendens cecidit, vt partem, quam inceperat cute tenus circumciſio ſecare, penitus reſecaret occiſio. Quid tunc, verſ. 10. *Dixitque Dominus ad Moyſem: Phinees* Num. 25. 10.
Filius Eleazari filij Aaron Sacerdotis auertit iram meam à filiis Iſrael: quia zelo meo commotus eſt contra eos, vt non ipſe delerem filios Iſraël in zelo meo. Expende quòd bis dicitur *zelo meo*, qui in Deo pariter & Phinees dicitur conſtitiſſe. Si ira Dei zeli gladio Iſraëlitidas meditabatur delere, quomodo Phinees ipſomet zelo æſtuans, & in ipſos Iſraëlitas commotus, iram à Deo auertiſſe profertur; cùm non leniter, ſed dirè confodiens ſcortum, ſe geſſiſſet Phinees? Imò auertiſſe dicitur iram, quoniam zeli Dei gladium à diuina manu rapuerat, quem in libidinis ſtrinxit vltionem, nec potuit pugio non Dei cenſeri, qui in impudico ſanguine caſtitatis ſuffocauit iniuriam. Quin non ſolùm pugio, ſed & manus, quæ pugionem in ſalaces incuſſit, iam non aliis vſibus, ſed diuinis vouetur, vt manus Dominica cenſeatur, quæ expiauit à ſordibus caſtitatem. Non credis? Illico Phinees Sacerdotio Dei muneratur æterno, vt inciperet eſſe pars eius, vtpotè qui pro peccati victimâ, immixta procaciter ſcortationis animalia confodit. Inde ſtatim ſubditur verſ. 12. *Ecce do ei pacem fœderis* Num. 25. 12.
mei, & erit tam ipſi, quàm ſemini eius pactum Sacerdotij ſempiternum; quia zelatus eſt pro Deo ſuo, & expiauit ſcelus filiorum Iſraël. Benè holocauſta & victimas ante altare Dominicum feriens, quæ incenſæ in igne ſuauiſſimum Numini nidorem ſpirent, qui didicit confodiendo libidinoſos, bruta in ſacrificia confodere, & quem halabat laſciuus ignis grauem fœtorem, impuro ſanguine ſuperfuſo reprimere.

Nobilior eſt in defenſione, quàm in percuſſione vindicta: clypeus, non gladius ſit ad iniuriam vlciſcendam miniſter.

SECTIO VIII.

SIT vltio, ſecuta ſalubritas ſe vlciſcentis, non interitus inimici. Non irruptio ſit, ſed defenſio, quæ non alienam meditetur ſtragem, ſed propriam columitatem ſolicitet. Ille tutò iniuriam vlciſcitur, qui clypeo ſe obducit, vt ſeruet; non vt percutiat, gladium ſtringit; Qui nititur euadere impunis, nec inimicum punire, ſed fugere. Subtrahe te à gladiatoris ictibus, quos in te deſæuiens ingeminat; retunde in patientiæ thorace; impenetrabilis, es ſi parcis. Nulla ſunt arma duriora, tutioráque, quàm lenia inſtrumenta clementiæ: certiùs in lana, molliſque ſtupa obtunditur iaculum inimici. Dum vibras gladium, & referiendum leuas lacertum, fortè aliena cuſpis nudata latera penetrabit. Immoris brachiis, ſub parmáque pietatis occluſis, acies hoſtilis, dum frangere nitebatur, 48.

batur, infringitur. Perstringes ferrum impetentis seuerè, si pietate regaris, quæ dum blandè pectus circumdat, irruptionibus durè resistit.

49. Quid est quod Iuditha vltionem nuncupauerit defensionem, *qui dedisti eis gladium in defensionem alienigenarum.* Nonne Simeonius gladius vniuersos Sichimitas demessuit, & vt lasciuientes segetes falce vindicante amputauit? Quin ob vnius rei pœnam, plurium innocentiam mulctauit. Certè non defensio fuit, sed vindicta, quæ vnius libidinis sanguinem sanguineo pelago totius populi diluit occisi. Verùm quia non Simeonis fuisse, sed Dei gladium prudens fœmina supposuerat; ob diuinæ reuerentiam pietatis, defensionem nuncupat, non vindictam. Paruulus & ignobilis est, qui columitatem suam, non nisi de aliena cæde procurat: Princeps, cui maiestatis purpura indumentum est, non de effusi sanguinis murice, sed de ingenita flamma generosum vestis seruat ardorem. Deus non vlciscitur inimicos, nisi vt defendat suos, cui scopus est defensio, non vltio: nec ouem à lupo permitteret deglutiri, nisi vt quà vniuersalis est prouisor, lupi vitam intenderet, non mortem ouis.

50. Ad Rom. 12. vers. 18. *Cum omnibus hominibus*
Rom.12.18. *pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes, charissimi; sed date locum iræ.* Cuius iræ? Dei. Adiicit enim: *Scriptum est enim: mihi vindictam, & ego retribuam.* Sed vt æqua esset antithesis, dicendum erat: *Sed date locum defensioni diuinæ: mihi defensionem, & ego retribuam.* Oportuit, vindictæ vocabulum, cùm de homine iniurias vlciscente agebatur, sub defensionis titulo protulisse: quia seuerus homo nescit se defendere, quin ardore vltionis percutiat; Deo vel ipsum nomen vindictæ defensio est. Discipulis iubet, vt gladium emant, vt impetentem cohortem
Luc.22.36. compescant, Lucæ 22. vers. 36. *Qui non habet, vendat tunicam suam & emat gladium;* & tamen dum Petrus auriculam Malchi amputauit, gladium imperat in vaginam recondi. Quid gla-
Ambros. dius sub vagina profuisset? Ambrosius dixit. *Vt sit parata defensio, non vltio necessaria.* Imò quæ defensio, si non stringitur? Quoniam gladius ille Domini erat; cuius ob iussum Petrus accinxerat, defensioni fuit, non vltioni. Sat fuit Apostolicæ defensioni latitans sub vagina, qui à cingulo pendens, absque vulnere inimicos compesceret timentes à ferro, si manus iniicerent in discipulos. Ergo gladius pro clypei officio indictus erat, ad tutandum scilicet, non feriendum.

51. Cantic. 4. vers. 4. *Sicut turris Dauid collum*
Cant.4.4. *tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Omnisne armatura clypeus est? vbi gladius? vbi iaculum? vbi lancea? vbi tormentariæ pilæ, & ingenia feriendi? Sed si fortes sunt, & de Heroum robore gloriantur? sat est pro vniuersa armatura clypeus, qui non percutit, sed defendit; & inimicos subiugat, dum iacula inimica ipsomet impetu inimicorum retundit. Si turris erat, quæ de arcis fastigio immotâ sui soliditate ciues defendit, quot lapides, clypeos habet, vt propriam vitam conseruet, non effundat alienam. Hæc est indoles Dauidicæ turris, quæ robur de lenitate contraxit.

52. Quæ infestior sanies, quàm Saulis erga Dauidem, cuius ille lanceam tunc euasit, cùm pro corpore, parietis lapides, vt in illis frangeretur, substituit, turréque à iaculo se muniuit; vt cuspidem in ædificio proprio perstringeret, aciémque incruentè coruaret. 1.Reg.18.vers.11. 1.Reg.18.11.
Tenebátque Saul lanceam, & misit eam, putans quòd configere posset Dauid cum pariete; & declinauit Dauid a facie eius. O pia vltio! Declinatio fuit. Et impunis euasit & pius, qui non reuibrauit lanceam: Paries fuit Saulis, qui à suo Domino vulnus accepit. Illibatus mansit & vltus, cui parietis & lanceæ dispendium pro toto fuit apparatu vindictæ. Sua percutit, qui alium percutere meditatur. Qui Dauidem perdere satagebat, Dauide imperdito, & suam lanceam perdidit & parietem. Nonne hæc lancea, quia illam non reuibrauit Dauid, defensionem eius peregit? Consule c. 26. v. 11. Dum Saul Dauidis 1.Reg.26.11.
sanguine gestiebat, illum quæritans inter rupes; dormiente Saule in castris, Dauid per scopulorũ compendia, cæcaque noctis silentium in Saulis subrepit tentorium, cuius dormientis ad caput hasta inerat, qua potuit inimicum confodere. Ast ille: *Propitius sit mihi Dominus, inquit, ne extendam manum meam in Christum Domini. Nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput eius, & abeamus. Tulit igitur Dauid hastam, & scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt.* Cur pro vltione tota abstulit hastam, quam Saul parabat in Dauidis pectus immittere? Vt arrepto iaculo se ab eius manu incolumem præstitisset. Sat fuit vindictæ, quod sat defensioni fuit. Dum hostem exarmauit, confudit, imò & lenitate confodit cruentiùs, ac si hastæ confodisset rigore. Nonne illico discessit Saul, quasi qui hosti armorum incrementa dedisset, in quo pro omni armatura fortium clypeum defensionis, mansuetudinem reliquerat.

Impolluta, & limpida vindicta est, quæ non 53.
ictu sed strepitu auertit impetum inimici, & ne manum polluat, vt ille fugiat, crepitum edit, studens columitati, non sanguini. Ne inquines sacrificium pietatis, dum fastidiosa animacula super victimam impetentia iniuriosâ manu contundas. Sat est quod abigas sonitu manuum, tinnitúque auertas, ne si manum admoueas super victimale cadauer, dum nitidum esse procuras, ipsámet occisionis spurcitiâ cruentes. Defendere opus est, ne ab animalium inuasione sordescat; si in illo volucres impingentes obtundas, potiùs quam volucres, sacrificium offendes. Gen. 15. vers. 11. postquam vaccam, capram, Gen.15.11.
& arietem in victimam diuisit Abraham, *descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham.* Opportuna vindicta, non transfigere, ne si super cadauera contriuisset, nitorem cadauerum inquinaret. Appositè nimium Seneca Seneca.
lib. 1. de clement. cap. 21. *Quibusdam libenter parcas, à quibusdam te vindicare fastidias, & non aliter quàm in animalibus paruis, & obterentem inquinantibus, reducenda manus est.* Si culex pupugerit cutem, si musca libauerit, & manum offensus super animalculum ieceris, pollues cutem à reliquiis occisi; sordidus remanebis, dum vltor: sat est, leua manum, fugiet ad motum, & defensus persistes & pius. In Ioseph exarserant fratres, & palantem in agro contendebant occidere. Ast Iudas Genes. 37. vers. 26. Fratribus Gen.37.26.
inquit: *Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum? Melius est, vt venundetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluantur: frater enim & caro*

nostra

noſtra eſt. Imò non manus polluetur, ſed gladius: nec caro inquinamento ſordeſcet, ſed acies madidabitur à cruore. Verùm ſi Ioſeph caro fratrum eſt, ſe polluent fratres, dum fraternam carnem commaculent, & ab aſpergine trucidati propriam cutem ſparſenis vltionis offundent.

54. Pectus parcentis fit propitiationis altare, quod ſtricto gladio pollui recuſat, ne lapides, quibus alios defendit, furoris ſanguine cruen-
Exod. 20. 25. tentur. Exodi 20. verſ. 25. *Quod ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus: ſi enim leuaueris cultrum ſuper eo, polluetur.* Quid ad altaris limpiditatem intererit, quod latomus in lapicina lapides, quibus conſtat, dolauerit? Eſto in ipſomet altari culter non interſecet lapides, cæleſtque lineamenta, vt conformet; ſi iam elaborata marmora accedant, qualis aræ offenſio inſidiabitur? Sat eſt, quod inter leuigati lapidis ſulcos, cultri, qui ſecuit, recordatio ſubſiliat à gladij memoria ara polluitur. Cur, ſi putas? Quoniam altare, defenſionis præſtat aſylum, eius apprendit cornua, qui ſæuientem punitorem auertit, & quaſi in arce & turre manus vlciſcentes declinat. Sic
3. Reg. 1. 50. Adonias lib. 3. Reg. cap. 1. verſ. 50. Altaris apprehendit cornu, vt Salomonis offenſionem
3. Reg. 2. 28. effugeret. Sic Ioab 3. Reg. 2 verſ. 28. *Fugit in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris.* Ne igitur defenſionis ara gladium redoleret vindictæ, debuit eſſe immunis à cultro, nec angulis ſectionis conſtare. Satius fuit, informi compingi cæmento, quàm vltionis formam per ſecta lineamenta protendere. Non ſcintillas odij debet eructare defenſio, ne pietatis ſymbolum maculetur, & de propitiatione furor inſiliat.

Etiam abſque thalamo ſcortatur fœminæ nuditas; cum pudor reuelatur [illegible] reuellitur.

Sectio IX.

55.
Tertull. Eivsdem rationis eſt nudari, & proſtitui, veſtem excutere, & pudorem Tertullianus de veland. Virgin. cap. 3. *Arbitrio permiſſa res erat, vt quæque voluiſſet aut tegi aut proſtitui, ſicut & nubere.* Si diuerſæ res ſunt, tegi, & proſtitui, erit vtique idem proſtitui & retegi, nudari & ſcortationi ſuccumbere. Caſtitas, etiamſi ob paupertatem nuda fuerit, habet ruboris purpuram, qua veſtiatur. Suffunditur illicò excuſſi ad cutem ſanguinis velum, ne virtutis indumentum deficiat, cui defecerat artis. Exuitur cum tunica verecundia, ſat ſunt ſpectantium oculi pro concubitu.

56. Sichem abuſus eſt Dina, & pro amoris fœnore, ſignaculum pudoris diripuit, & tamen quam libauit nudam, tandem nudauiſſe profertur. *Qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem.* Verborum conſidera ſucceſſionem. Non potuerunt libidinis inquinamento violare, quin prius temerandam carnem nudarent. Et tamen poſtquam ſtupri piaculum clarè in coinquinatione refertur, quaſi adhuc laſciuiæ impulſus remanſiſſet obſcurus, in femoris nuditate exaggeratur flagitium. Expreſſus dicitur concubuiſſe, cum dicitur nudauiſſe. Quod veſtitæ virginis femur erat, deſiuit eſſe virginis, cum incepit eſſe nudatæ. Veſtiſne poteſt mutare perſonam, quæ extrinſecus adiacet, naturámque, quàm inuenit, tegit? Sed mutauit exuta virtutem, virtutiſque vigor virginitas eſt. *Denudauerunt femur virginis;* non quæ dum exuta, virgo remanſit, ſed quæ virgo fuerat, dum veſtita. Benè Tertul- Tertull.
lianus dicto cap. 3. in fine: *Denudauiſti puellam à capite, & tota ſibi iam virgo non eſt: alia eſt facta.* Quis ſic crederet, tantùm capite denudato, non in ſolo capite, ſed & in toto corpore, quæ tota virgo erat, eſſe virginem deſiiſſe? Sed quia virginitas integritas eſt, ſat eſt per nuditatem, aliquam amputaſſe portionem, vt quæ tota iam virgo non eſt, nec in parte virgo iam ſit. Quod ſi à fronte, moto velamine, tota iam virgo ſibi non eſt, etſi nobis ſit; denudato corpore, nec erit virgo ſibi, nec nobis.

Vix primigenij pomum præuaricationis guſtarunt, cùm innocentiæ veſtis euanuit, alter- 57.
níſque oculis denudata membra dederunt, Geneſ. 3. verſ. 7. *Et aperti ſunt oculi amborum, cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus.* Gen. 3. 7.
Cur poſt eſum è veſtigio nudantur? An vt originale piaculum inde in gignendam ſobolem tranſmitterent, quaſi præludium concubitus nuditas eſſet? Et benè. Iam tunc fuit inquinata poſteritas, & de exuti femoris ſeminario pruritus prouocauit ad thalamum. Vbi differentia ſexuum cœpit ſentiri, peccati tradux ex retectis corporibus minabatur, quæ folia ficus ad concubitum vellicantia, magis, dum operirent, nudarunt.

In fonte pomarij æſtum mitigatura Suſanna, 58.
corpus, quod veſtiret laticibus, iuxta conſcientiam ſuam ſola nudauit: Obrepunt è latebris arborum ſenes, per quarum rimas oculos voto libidinis ſaturauerunt, dicúntque Daniel 13. Dan. 13. 20.
verſ. 20. *Commiſcere nobiſcum: quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas à te.* Cur ſic tam citò, qui in caſtam obturpandam irruerant, iam de adulterio perpetrato condemnant; pudicámque matronam, quam adamant ad amplexus nefarios, vt iuueni irretitam accuſant? Sat fuit conſpexiſſe nudam, vt ab oculorum incurſu adulteram iudicarent? Faſcinauerunt Suſannæ pudorem oculi impingentes in membra: nec opus fuit attactu probare, quam iam libauerant viſu. Cur cùm ducitur ad tribunal verſ. 32 Faciem cooperuit: *At iniqui illi iuſſerunt, vt diſcooperiretur, erat enim cooperta: vt vel ſic ſatiarentur decore eius.* Dan. 13. 32.
Quæ nuda amiſerat opinionem, reſarcire contendit operta, & vindice velamine aſſeri in caſtitatem, cuius litem mouerat nuditas. Velum pro innocentia aduocauit, vt quam depoſitis veſtibus, in aquis depoſuerat puritatem, iterum velamine admoto reſumeret. Benè ſucceſſit exemplum. Quæ, quà nuda, fuit condemnata, abſoluta fuit quà cooperta.

2. Reg. 11. verſ. 2. meridianum ſomnum Da- 59.
uid in ſolario de ſtrato leuatus abſtergit: *Viditque mulierem ſe lauantem, ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum: erat autem mulier pulchra valde.* 2. Reg. 11. 2.
Quid inde verſ. 4. *Miſſis vtique Dauid nuntijs tulit eam: quæ cum ingreſſa eſſet ad illum, dormiuit cum*

cum ea. Quam breui compendio peracta res est. Appendix incauti vsus illicò concubitus fuit. Cur non recusat fœmina, séque cariùs per repulsæ ingenia venundat, nec expectat rogari, nec de libidinis dote paciscitur? Sed quæ solatio vicina Dauidis oculis se præstiterat nudam, inceperat succumbere, dum lauari. Quæ totam se dederat oculis, iam non potuit partem negare. In aula Regis adulterium compleuit, quod orsa fuerat in domus fastigio, cum à se euulsit cum vestibus honestatem. Quod à carne reuellitur, opus est secum trahat carnis portionem. Tam astuta debet esse vestis in fœmina, vt non nisi euellendo deponat; quod si auulserit, integritatis cutem intra licia indumenti deglubet. Inde procliuis consequentia fuit: *Vide mulierem se lauantem:* Et statim: *Misit ergo Rex.* Et: *Missis itaque Dauid nuntiis tulit eam.* Elicuit commotionem violatio, quippe ex nuditatis præmissis procliuis est concubitus consequentia, vt iam alibi memini me censuisse.

60. Ezech. 16. 16 Ezechielis 16. vers. 16. *Exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres Et sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuta: & fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est.* Considera quæstus corporis diligentiam. E vestibus fornicem texit, & quod erat operimentum pudoris, operimentum facit esse libidinis. Quale scortationis ingenium hoc est, vestem à se eximere, vt sub veste tegatur; vt exutis membris, lasciua procacitas vestiretur? Solùm quia pellem nudauit, de flagitio pellicis est damnata, nec cum viro, sed cum vestibus fuisse dicitur fornicata. Quippe etsi vir non adsit, sat est, vt à membris indumenta moueantur, vt etiamsi humani deficiant amplexus, illis, quasi viro, scortum impudicum succumbat. Nulla infestior est inducta vestibus contumelia, quam quibus munitur castitas, libidini fiat patrocinium. Ipsamet continentiæ velamina aduersus continentiam fuere tentoria, vt quæ vestita desuper erat, intus nuda prostitueretur, & latebram efficeret ad piaculum, quod erat opertorium luminis ad virtutem. Ideò subdit: *Sicut non est factum, neque futurum est:* quasi hanc inhonestatis salacem artem solùm hoc scorti genus induxerit, vt esset pariter nuda & indura; illud ad lasciuiæ sortem, hoc ad tegumentum lasciuiæ. Inhonorauit probosè vestem, quæ scorti fecit de veste leonem: & vt à castitatis instrumento in impuris ausibus palliaretur, pallium, quod excussit à carne, in fornicem fornicationis construxit.

61. Exod. 32. 25. Exod. 32. vers. 25. *Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus: spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis.* Quænε sordes hæc quæ Hebraïcum populum inquinauerat? Idololatria fuit: quippe diuitiis nudati vitulum conflauerunt. Cur nuditas nuncupatur Idololatriæ piaculum? Quoniam in sacris dicitur fornicatio. Si adorare vitulum fornicatio fuit; quidni & nuditas appelletur? Nonne posteaquam poplitem sacrilegè simulachro curuassent, sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere? Ludus hic nefariam libidinem designauit: quid enim post Bacchum, & Cererem nisi Venus? Ergo benè nuditas appellatur, quæ animæ & carnis fuit adulterium, illius, dum bouem coluit, huius, dum nefariè se immiscuit.

Verecundia sanguinem expiat in vultu, quem inquinat sub ventre libido.

SECTIO X.

VESTIAT confusionis rubor, quem vitij procacitas denudauit. Purpurea chlamys est, quæ cocco intexitur verecundiæ, faciem, cui admouetur, tegit pariter & honorat, & de ignominiæ sago in maiestatis lumen deducit. Cur in carneis, sordisque illecebrosæ peccatis, quibus post culpam aliquis virtutis fomes remansit, ad vultus cutem excutitur flamma pudoris? Anne inhonesta æstus, appetentiúmque igniculorum ardor ille emissus ad faciem reliquia est? Imò cum rubor, virtutis sit color, nequit de vitioso murice generari. Quoniam sanguis exquisitè recoctus, in lumbisque voluptatis prælo contritus, libidinique despumante discussus, semet inquinauit & carnem; sursum verecundia sanguinem traxit, vt qui virtuti subseruiat, illici voluptatis deficiat. Pudor euocat vsque ad genas cruorem, qui concito mobilique per spirituum meatus ascensu, fugit ad faciem, magis suffundi satagens, quàm effundi. Sanguis rubicundior, quà purior, ad faciem excutitur, vt in fastigio capitis damnet sordes sanguinis, quæ de sentina effluxere lasciuiæ. Vt quod sanguis peccauit inferior, quà perditus, & extractus, superior expiet, quà de pudoris & verecundiæ nota collectus. 62

Et nudauerunt femur virginis in confusionem. Cuiusne confusio hæc? an passæ virginis, an agentis lasciui? Quid si vtriusque? Post libidinis experimentum tam procliuis est caro rubori, vt pro voluptatis fœnore, fructúque concubitus confusio fit? Notauistine denudandi femoris finem? *In confusionem,* inquit: quasi in hunc scopum illecebrosus tetendisset amplexus. Nonne Venereæ carnis votum voluptas est? Quisne ob confusionis erubescentiæque præmium, lasciuiæ meritum erogauit? Est confusio Veneri tam vicina, tam proximus est libidini rubor, vt de humectata, infusáque sordibus carnis gleba fructus legitimus videatur. Non in lenocinium, non in appetitus nefarij gloriam lacertos implicas in scorto; etsi hæc tibi videantur titillamenta peccati; adest tibi pro fine confusio. Quasi hanc intenderes in concubitu, illicò in te, antequam fœtus in pellicis vtero, generatur. Sed hoc amuletum natura rationalis parauit aduersus impudicitiæ venenum, vt quod impudens perpetrasti, verecundus abstergeres. 63.

Sume tibi de seruitute peccati purpuram Regalem virtutis. Si hoc colore faciem suffundas, & quod naturæ est, facias esse virtutis; quod teneræ frontis, calorisque abundantis est nota, à pœnitentia delicti excuti nitaris ad genas; facilè propitiationem inuenies. Esai. 1. vers. 18. *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, qua nix dealbabuntur: etsi fuerint rubra quasi vermiculus, quasi lana albauerunt.* Nonne peccatum quodlibet atrum est, ignisque damnationis præludium in fuligine gestat? Nonne obscuritatis nigrorem de lucis absentia conduxit: cúm & lucem odiat qui prauè agit, filiúsque tenebrarum efficitur, qui quà carnem & animum polluit, palluit sub tetra caligine erroris? Sed ô bene! Si peccata, 64 Esai. 1. 18.

quæ

quæ præuaricationis nigror obduxit, rationísque obscuritas defœdarunt, coccineo verecundiæ inficiantur, & de conscientiæ vermiculo ruborem exprimant in pudorem, primas niues albore innocentiæ præcedent, & de verecundiæ croco in lanam candidam, pacatámque iudicis lenitatem euadent.

65. Vt Rahab meretrix à populari strage immunis abiret, muróque decidentibus, militúmque æstuante furore, domus notaretur scorti, ne quis in illam gladium exerceret; vide quale signum appenditur è fenestra, Iosuë 2. vers. 18. [Iosuë 2.18.] *Si ingredientibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam demisisti nos, & patrem tuum ac matrem, fratrésque & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam.* Cur hæc tessera vt cognoscatur? Quale hoc indicium, vt in tumultuaria cæde impetum non subeat hostilem? Nonne securiùs quòd ipsa Rahab faciem è fenestra depromat, ne coccineus funiculus vel agitato vento auellatur, vel illi ruboris ardor imbre decidente tepescat? Imò quia Rahab meretricis inquinamentis sordebat, inhonestóque carnis excursu erat atrata, pro libertatis indicio symbolum illi imponitur verecundiæ, quòd pendat coccinum è fenestra. Non prodeat illa, quà meretrix, prodeat quà pœnitens per ruborem; sit intus Rahab meretricis peccatum, sit extra è pariete pendula verecundia: vt in funiculi rubore veniam, columitatísque sortem acciperet, quæ funiculum castitatis abruperat, zonámque de corpore publicato dissoluerat.

66. Thamar socero suo, inhonesto dolo succumbit. Egit vterum fœtus conceptus, & instante iam partu apparuit duplicata fœcunditas, Genes. 38. vers. 27. [Gen. 38.27.] *Atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: iste egredietur prior: isto verò retrahente manum egressus est alter.* Quæ gesticulatio hæc infantuli huius? Vix coccinum sensit in manu, cùm quam lucem adoriebatur, pro pristinis vteri latebris commutauit; & quasi iam fastiditus ab eo, quem nondum prægustauerat, orbe, in viscerum cellulam se reduxit. Imò quia patio his primitus fuerat ex nefario conceptus concubitu, dum coccini rubore, verecundiæque symbolo se illigatum agnouit, bene in vterum, qui impudicè peccauerat, ob illegitimi seminis conceptaculum, notam pudoris retraxit, ne materna viscera pudore, quam per scortationem amiserant, orbarentur. Qui nefarij amplexus primus fuit fœtus, maluit rubicundam pœnitentiæ & virtutis notam præsumere, quam lucis vsuram, suffundi verecundia quàm nasci; & de manu illigata coccino ad faciem sanguinem traxisse pudoris, quàm per semitam, quam fecerat manus, faciem ad vitales auras educere. Satius duxit, crocum ad vterum retraxisse, quàm ex vteri carcere libertatem à natura sortiri; quasi vbi insidet verecundia, nulla possit seruitus substitisse. Erubuit, absque erubescentiæ symbolo oriri; nec ante depromere vultum elegit, quàm de conscientia genitalis culpæ ex coccini applicatione ruberet. Primigenium virtutis rubor est; quid quòd fratri ex communi vitio, progenito, ditior iam pignore verecundiæ, maioratus sortem dimitteret, si pudoris sortem, antequam natiuitatem accepit?

67. Nonne post peccatum, quod generis fuit originarium venenum, illicò primigenij erubuere? Verùm non integer illis fuit pudor, qui solùm foliis, quæ dehiscunt facilè, & rimas faciunt, sola contexere pudenda. Manus, quæ ab arbore carpsit pomum; oculi, qui lignum vidêre; genæ, & maxillæ illegitimè comedendi instrumenta, nullo fuerunt verecundiæ fructu expiata. Vitor vtrique pro cinctorio, non rubor fuit. Ideò vterque Domino impudenter respondit, & exaggerauit piaculum, dum adhuc in nudatis perfricta frons non mutauit colorem. Erubuerêne, quos innocentiæ indusium deseruit, & coram procacibus oculis inhonesta membra retexit? Vide quid dixerit Adam, Gen. 3. v. 10. [Gen. 3.10.] *Vocem tuam audiui in Paradiso & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me.* Imò proclinior illatio erat: *Et erubui eo quod nudus essem:* cùm timorem diuinum vestis temperare non valeat; & suprà cap. 2. vers. 25. dictum erat: *Erat autem vterque nudus, Adam scilicet & vxor eius, & non erubescebant.* [Gen. 2.25.] Sed qui recenter omnem peccati in originario scelere plenitudinem deuorauerant, quomodo virtutis ad faciem emisissent scintillam, & innocentiæ reliquias, quam penitus euomuerant, in erubescentiâ seruarent? Ergo Zaram in præuaricationis manu, quæ malignum contrectauerat fructum, dum erubescentiæ signum coccineum sensit, quasi iam primæui erroris pudorem apprehenderet, contraxit in vterum, vt vbi fuerat peccati tradux, esset propitiationis indicium.

68. Eccli. 32 vers. 14. [Eccl. 32.14.] *Ante grandinem præibit coruscatio, & ante verecundiam præibit gratia.* Imò sat erit, quod gratia, verecundiæ succedat, & postquam pœnitentia concreto sanguine faciem obducat, potentissimi Dei venia subueniat. Tam vicina est remissionis gratia rubori: tam citò infunditur, cum suffunditur pudor, vt quasi æmula celeritate, concitáque alacritate præcurrens, iam imbuisse videatur pectus erubescentis, antequam verecundia tinxerit genas. Rubor sanguis est incitatus, & mobilis, qui ex conceptaculorum latebris velociter prorumpit in vultum. Sed mobiliorem se & incitatiorem exhibet gratia; quippe dum ambo pariter currere inceperint, à pectoris venis rubor, gratia à largitate diuina; antequam ille peruenisset ad genas, iam hæc cor, solùm ob spem verecundiæ proximæ, tenet.

69. Quid te in conuiuantium frequentiam importunè proiicis Magdalena? Si audis ciuitatis peccatrix, sordiúmque procuras lauacrum, ne in oculorum nundinas publices vultum, quem compunctionis dolor debet obtegere, & occludere verecundia. Sed vnde quid agat, iam de virtutis artibus, amore docente, erudita, Lucæ 7. [Luc. 7.38.] *Stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* Cur non lego ruborem excussum ad frontem, erubuisséque fœminam, quæ de carnis vitio contabuit? Sed imò magis erubuit, quæ non vnius pudoris velo contexit, sed geminata confusionis veste, quasi diploide vultum operuit; quem, vt magis pudicis virtutis tegeretur amictibus, cùm illa erecta & stans esset, vsque ad

Domini vestigia demisit, capillis defluentibus occultauit, suffocauit lachrymis irrigantibus. Cur abstergit crinibus, quod oculis humectauerat? Vt sparsa, passáque coma vultum pœnitentis quasi solidior rubor indueret, dúmque magis capillis pedes Dominicos perfricaret, magis frontem sub impexo velamine absconderet. Si rubor sanguis est corporis, lachrymæ sunt animæ sanguis. Altiùs & profundiùs erubuit, quæ animæ succum per oculos irriguos expressit. Adeò ex alto suffusa fuit illi iracundia, vt nullam portionem sanguinis publicare voluerit in facie, quippe qui de libidinis opinione sordebat, & à reliqui sanguinis societate, quem ignominiæ inquinamentum infecerat, trahere videretur veniæ demeritum: sed elegit sanguinem animæ, nempe lachrymas, quas nullæ possunt, de vitiorum sentina spurcitiæ fœdare. Non extraneo velo, sed de proprio crinium operimento faciem vestiuit, vt verecundiæ symbolum solidius esset, quà naturalius, nec, quà alienum, censeretur fucatum.

70. Seneca. Dixit Seneca de vita beata, cap. 13. *Luxuriatur inoperto capite*, nempe absque pudore, qui vt non per libidinem infringatur, ad genas tanquam ad aras apprehenditur pariter, & appenditur. Ne oculi aliquid priùs quàm pudorem aspiciant, totam se verecundia suffundit in facie, obsistens fronti, ne impudenter impingat, & sanguinem illum, qui tunc est nobilissima purpura, pro vili voluptatis fœnore, in luxuriæ foro venundet. Psal. 34. 18. Psalm. 43. vers. 18. *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.* Ergóne contra te verecundia est, cùm tua sit, & de colore Regali nobilitetur, diuinámque pietatem pro peccatis abstergendis allectet? O quàm de virtutis schola! Cui iugiter rubet vultus, incedit coram spectaculo verecundiæ, quod in omni loco obiicitur sibi; nec seruili more sequitur post tergum vt vmbra, sed hostis similitudine coram oculis ex aduerso se iactat, quasi flammeo minitans gladio, ne virtutis lineam corrumpat. Ergo ne claudas oculos, dum laberis in pudenda: verecundia ex aduerso est; aperi lumina, vt suffundaris.

Sanguinea mors libidinosi sanguinis fructus est.

SECTIO XI.

71. LIBIDO, quæ sanguinem in alieno colore, vt illecebrosà perdat, de vigore, & salute corporis exprimit, eundem in propria, & ingenità qualitate per mortalia vulnera effundit; quippe luxuriæ fructus cædes est, habétque pro fœnore funus, & pro pruritus mercede non solùm morbos, qui libente natura vitam eneruant, sed & gladios, qui percutiunt inuitâ. Tota in sanguine libido est, in cœnoso nempe volutabro, quo mergitur ad amplexus, & in funesto cruore, quo pro supplicio illecebræ suffocatur. Quæcumque hominis sunt, perdit vtique luxuriosus, dominium, facultates, & vitam. Oportuit, vt qui vitale sobolis seminarium inaniter in delitias expendit, & qui quod ad vitam generandam naturalis color instruit, concubitu superuacuo dispersit, prolis loco mortem inueniat. Quæ sua sunt, iusta proscriptione in extraneum Dominium transmittit, qui quod fœcundæ naturæ fuit, sterili fecit voluptati inseruire.

Sichem vt virgineum Dinæ carperet florem, hæreditarium fructum amisit, & quem libido nefaria prostrauit, perdidit & regnum & vitam. Audis? *Et dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum.* Expende ly *illorum*. Quorumne? Præcesserat: *Qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis.* At solus Sichem, hæreditarius Princeps regionis, virgine fuit abusus. Quid est, quòd omnibus illis, per quos vltor gladius, acie furoris transiuit, impingitur concubitus nota, quasi communi contabuissent luxuria, quos vnius luxuriosi Principis tenebat imperium? Adeo libido, quæ hominis sunt, pariter cum hominis vita disrumpit; vt quoniam omnes Sichimitæ, licèt nondum sub Sichem inerant potestate, tamen per successionem regno in Principem deuoluto, illius erant de imperio censendi, vnà cum Sichem lasciuo periere, ne quid salacis Domini iuri aliquatenus subiiciendum, ipsomet trucidato, superstite vitâ frueretur. Sat fuit quòd Sichimitarum regio aliquando foret inter libidinosi iuuenis bona censenda, vt iuxta sæuam lasciuiæ indolem pariter cum Domino sub publica strage periret. Time ad luxuriosi pertinere dominium: violenta te mors vestigabit, non quia tu es, sed quia eius es quidquid es. 72.

Iudas in biuio nefarium cum nuru commisit incestum, adeóque ferax malignitas propudiosi concubitus fuit, vt in impudica vulua duplicatum seuerit fœtum. Geminam prolem concepit Thamar. Nunquam fornicationi talis fructus accreuit, quæ cum non soleat ad generandam vitam, sed ad illecebram incubare, duos filios ex vno generauit amplexu. Quid inde? Genes. 38. vers. 24. *Ecce post tres menses nuntiauerunt Iudæ dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas: Producite eam, vt comburatur. Quæ cùm duceretur ad pœnam, &c.* Quanto compendio pœna mortis incutitur! Absque lite, absque tribunalis officio & mora, solùm quia tumet vterus, condemnatur. Nec quia tumet, sed quia tumere videtur, quod morbus potuit esse non culpa, ignis deuouetur patibulo. Vide ò Iuda, qui sub Magistratus prætextâ Iudicem agis: quod comburere paras, tuum est: pars tua non simplex, sed gemina viuit in vtero comburendæ. Qui ab æstu libidinis ardere per lenocinium carnis incepisti cum nuru, tumet complebis incendium, si pellicem permiseris vri; omnem in pyra posteritatem tui generis abolebis. Errauitne libido, quæ cùm serere assueuit ad mortem, nunc nouiter consueuit ad vitam? Mirarer, nisi lasciuia emendauisset erratum, & quæ cineribus cubat, vitalis fructus opus retractare voluisset. Pactum facis cum morte, fœdúsque cum funere ferit, 73. Gen. 38. 24.

ferit, qui in voluptatis thalamo fœdè iacet. Tacitè ſe abſque alio probationis tumultu, ferali ſupplicio condemnat, & in ipſomet vitæ germine, iuſtæ occiſionis auſpicatur præludium. Iudas libidinis compleuit officium, non ſolùm quà cum nuru cubauit, ſed qua nurum flammis combuſtionis addixit. Sicut opus luxuriæ fuit, abuti illebroſè fœmina affini, ſic & damnationis funeſtæ fulmine affinem fœminam percuſſiſſe. Dimidiata libido eſt, quæ non cum effuſione ſanguinis, cædéque finit, quod cum illegitimo guſtu carnis, incepit. Semet iudicauit Iudas, dum ſobolem ſui, quam delitioſus nexus compegerat, vt pater incederetur in prole, deuouit incendio.

74. Alia Thamar ab Amnone fratre comprimitur, quam dum ille deperiit, in ipſomet veſtibulo amoris perire incepit. Æger erat ab igniculis fomitis, & vt accubaret cum virgine, ordiri meditatus eſt ab ſpecie infirmitatis ſtuprum. Fingit ſe à corporis morbo ſauciari, vt inceſtus impuri lectum ante infirmus, 2.Reg.13.6. quàm concubitor ſubintraret. 2. Regum 13. *Accubuit itaque Amnon, & quaſi ægrotare cœpit: cúmque veniſſet Rex ad viſitandum eum, ait Amnon ad Regem: Veniat obſecro Thamar ſoror mea, vt faciat in oculis meis duas ſorbitiunculas, & cibum capiam de manu eius.* O callida & verſipellis libido! Vt concubitus fiat, ægritudinis fingit accubitum. Non fictio, ſed veritas eſt: Si exordium funeris, mortiſque apparatus, tanquam eius lictor, & apparitor eſt morbus, aptè ſub ſpecie ægritudinis accubauit, qui virgini incubare præſumpſit. Infirmitatis ſcenam, prauæque valetudinis dolum ipſamet luxuria exordium fecit eſſe occiſionis. Non ſubitò Amnon gladio Abſalonis occubuit, qui occumbere incepit, cùm in thalamum præparati inceſtus, ſub figura cecidit ægrotantis. Inde cum in menſa accumberet conuiuali, à ſatellitibus Abſalonis mortem oppetiit, quam per infirmitatis commentum, impudicúmque fœminæ vſum in ipſo ægritudinis lecto inceperat pati; infrà eodem cap. Verſ.28. verſ. 28. *Dixit Abſalon pueris ſuis; Percutite eum, & interficite, nolite timere: Fecerunt ergo pueri Abſalon aduerſus Amnon ſicut præceperat eis Abſalon.* Obſerua illud: *Fecerunt ergo*. Bona conſequentia eſt poſt libidinem cædes. Nondum Amnon valebat, nec ab infirmitate quam finxerat conualuerat: facilè fuit iam fermè denexum per laſciuiæ ægritudinem ſpiritum à corpore completè dirimere, quod libidinis morbus inuaſerat.

75. A iuuenili flore virentes ſenes, inhiant nuditate Suſannæ frui. Quo lenocinio ad turpiDan.13.20. tudinem trahere contendunt? Daniel.13. v.20. *Nos in concupiſcentia tui ſumus: quamobrem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum. Quod ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium.* Quàm citò à iudicibus ciuitatis, qui ad fœditatem alliciunt, ſub pomarij tribunali damnatur, quæ ſolicitatur ad nexum! Iam teſtimonij, adulterijque praui libellus ſcribitur, iam pro voluptatis mercede fertur lapidationis ſententia. Vide quam dotem pro illecebra pacti ſunt. Eritne lenocinium matronæ, in quam corpora nefariè conſerere concupiſcitis, lapidum deſtinari fragori, vt in ipſamet voluptate iam lapidum incipiat crepitare vindicta? Si vnum cum meretrice concubitor membrum efficitur, voſmet lapidationi damnamini, qui inter pulchra membra, quibus commiſceri contenditis, iam voto, & cupidine vnum corpus eſtis. Quid quòd in vos mors lapidationis deſæuiat? Imò opportunè, quà iudices erant, in ſemet tulere ſententiam. Nonne detectâ Suſannæ innocentiâ, ſupplicium, quod fuerant fœminæ meditati, ſenes fuerunt experti; infrà verſ.61. *Et conſurrexerunt aduerſus duos Presbyteros, feceruntque eis, ſicut malè egerant aduerſus proximum, & interfecerunt eos.* Dan.13.61. O! Ergo in eodem infandæ cupiditatis æſtu, primóque oblectamento nondum peractæ libidinis, verba mortis pro ſceleris fructu ſonuerunt, nefandúmque iudicum deſiderium ab ipſiſmet iudicibus fuit damnatum. Sed auſculta, quid in diſcrimine ingemens Suſanna protulerit verſ 22. *Ingemuit Suſanna & ait: Anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras.* Dan.13.22. Imò vide fœmina, malè diuidis. Potius ſi non agas, mors tibi erit, quam iſti, qui tenent Reipublicæ clauum, quorum perſtrepit ad nutum tribunal, ſtabili iudicio tibi minantur. Et tamen non dixit: Si autem non egero non effugiam mortem. O bene! Certior erat ab aſſenſu adulterij mors, quàm à laſciuientium ſenum minantibus iris. De præſenti dixit: *Si hoc egero, mors mihi eſt*, quoniam ipſamet libido mors eſt, quæ non ab extera manu, quæ forſan in aëre medio contineri poteſt, infligitur, ſed de ipſius laſciuiæ malignitate creatur.

76. Frater ille, qui paternam ſibi diuidi curauit ſubſtantiam; quam à Patre acceperat, viuendo luxurioſè conſumpſit, Lucæ 15. verſ.12. Luc.15.12. *Da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit, & diuiſit illis ſubſtantiam.* Et ſtatim: *Peregrè profectus eſt in regionem longinquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè.* Nonne ſubſtantia patris filius eſt? Qui voluit patris diuiſam habere ſubſtantiam, quam illi integram largitas generationis tribuerat, iam ſibi auſpicatus eſt mortem, quæ integræ ſubſtantiæ, nempe corporis & animæ diuiſio eſt. Si iam meditabatur viuere luxurioſè, quid quod ab exordio ſubſtantiam ſuam concupiſceret eſſe diuiſam; ſiquidem ipſa concupiſcentia & libido ſubſtantiam, qua quis viuit, interimit. Quid vltra? Porcorum addicitur contubernio, qui de ſocia ſpurcitia famelicus ſaturari geſtiebat, verſ.16. Verſ.16. *Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat.* Bene de collegio porcorum factus eſt vnus, qui in immunditiæ volutabro iacebat. Sed cur de impuri gregis glandibus non communicat, cui adhuc venter de ardore libidinis laſciuiebat? Luxuria non implet, ſed exonerat ventrem; per impuram egerit ſemitam, quod in viſceribus reſeruatum profuiſſet ad vitam. Si inter ſpurca animalia adhuc ventrem implere ſolicitat, indicium eſt, ſe ſuinis ſordibus pariter polluiſſe cum ſuibus, qui cum ſuibus pariter non edebat. En viua libidinis mortalis imago. Quibus ad vitam inhiat illecebroſam, ſuámet extenuatus effuſione laſciuia

lasciuiæ deprimitur. Lethalis est fames eorummet, quæ prodigus erogat ad delitias. Non viitur, quibus fruitur, nec cum quibus viuit, conuiuit; sed inter apparatus, conditáque turpitudinis fercula, fame perit: quoniam luxuriæ alimentum mors est. Obserua illud, *Et nemo illi dabat.* Quid opus alienâ manu, vt siliquas, quas ipse fune proiiciebat ex arbore, admouisset ori famelico? Cur glandem, quam suinæ appetentiæ ministrat, sibi auarus non participat, vt pascatur? Sed qui adhuc libidinosus inter porcos agebat, indolem libidinis conseruauit, quæ inter medias epulas famescentem fœditatis interimit. Cùm surgere incepit, incepit & pasci; conscius iam, non posse inter lasciuiæ alimenta nutriri, quæ famis cadauer suimet conuiuantem efficiunt. Audi quid dixerit. *Surgam & ibo ad patrem meum.* Ergo iacebat, qui surgere fuit meditatus; nec viuentis, sed mortui iacere est.

Appetentem iram compesce: Flammæ more, dum magis graditur magis ardet.

SECTIO XII.

77. IRA, dum expletur, non ponitur, nec cùm impetuosiùs ardet, exustâ materiâ detenuat incendium; sed quo magis deflagrat, incrementa capessit: quasi scintilla, quæ fruticem sylvæ leni prius attactu gustauit, ipsomet sui animata feruore, donec nemus combusserit, non mitescit. Tepidiorem flammam, dum irasci senseris, intra latebras cordis compesce, imbre lenitatis extingue: ne si per linguam, aliqualem sui opinionem emittat, post scintillam totum euomat fornacis ardorem. Sensim priùs, mansuetudinisque vestigio quasi nutans procedit, sed vires acquirit eundo, & quà pergit, sibi accumulat satellitium. Recentem, & leuem suffoca studiosus ardorem, qui si vel tenuem & humilem prendat myricam, statim in annosas quercus de combustâ, vitáque materia fortitudinem flagrantem assumat. Cætera vitia in suorum actuum exercitio tepescunt, sensímque decidunt, dum procedunt, supprimunt in operatione vigorem. Ita in itinere conualescit, & quà ignis est, in fatigatione roboratur incendij.

78. Stuprum violatâ Dinâ patrauerat Sichem. Eius occisio non fuit ira, sed zelus. Sed quoniam iræ apparatu progressus est, extersúsque gladius in fornace vindictæ; Simeon, qui zelator inceperat, furens & insanus irâ pergrassante processit, legitimámque de Principe luxurioso vindictam, in sæuam & trucem cruenti sceleris crudelitatem traduxit. Sat fuit, ardentis iræ colore tinxisse zelum, vt non in Sichem sanguine sisteret saturatus, sed derelicta iam zeli virtute, in execrabili feritate finiret. *Et dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuisionem seruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum.* Ergone zelus Dei fuit, tot innocentes homines trucidare, tot pupillos & viduas efficere, funditúsque euertere ciuitatem? Imò vasa iniquitatis ob rapidi furoris excursum, Simeonem & Leui appellauit Iacob. Et bene: nam Sichem, qui stupri reus fuerat, ex Dominici zeli pugione interiit. Verùm zelus, quoniam iræ speciem assumpsit, illicò fuit conuersus in iram, quæ de occisorum sanguine saginata, ardoréque succedente, per cadauera conualescens, donec omnem vrbem extingueret, non quieuit.

79. Cur vasa iniquitatis nuncupauit Iacob geminos fratres, qui irâ ferociente prodigium roboris in tot viros iugulandos habuerunt? Genes. 49. 5. *Simeon, & Leui vasa iniquitatis bellantia.* (Gen. 49. 5.) Quoniam iniquitatis vas non bibendo minuitur, sed magis dum libatur, augetur: quippe haustis guttis iniquitatis, fiunt iniqui bibentes; nec potest diminui iniquitas, cùm crescit numerus iniquorum. Sic ita est: furor, qui euomitur, furorem generat euomendum, quasi regrederetur ad iecur, semper præsens sufficitur pro transacto. Apocal. 16. dictum est septem Angelis: *Ite & effundite septem phialas iræ Dei in terram.* (Apoc. 16. 1.) Ergóne iræ phialâ exinanitâ ira mitescit? Imò ideò effunditur, vt suimet effusione succrescat: & adhuc phiala succo furoris maneat impleta; postquam in varias vniuersitatis plagas effluxit. Vides? Postquam septem Angeli phialas iræ effuderunt, iterum cum ipsis quasi nondum detenuatis apparent: nam postea cap. 17. Ioannes inquit: (Apoc. 17. 1.) *Et venit vnus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & loquutus est mecum.* Quin & tertius Angelus phialam suam super fontes, & flumina fudit, dicto cap. 16. vers. 4. *Et factus est sanguis.* Cur vitrei latices purpurascunt; & liquor, qui refrigerat vitam, in ardorem sanguinis abiit? Ausculta quid adiiciat vers. 5. *Et audiui Angelum aquarum dicentem: Iustus es Domine, qui hæc iudicasti: quia sanguinem sanctorum, & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere.* (Apoc. 16. 5.) Ergone ira hominis Dei irâ punitur, & qui sanguinem fudit, sanguine mulctatur effuso? Creuit sanguis, quia creuit ira: nec potuit amplius furor augeri, quam fluminum & fontium mitem de serenitatéque pacis ebullientem humorem in cruoris verti sæuitiam. Qui irascitur, sanguinem alterius bibere concupiscit: non enim aliò poculo ira madescit. Ergo quia dum magis bibit, magis augetur, omnis aqua in ardorem sanguinis fuit conuersa.

80. Antiochus sex filios diris tormentis confecerat coram matre. Lentum exhibuit spectaculum genitrici; in singulis trucidatis maternæ dilacerans viscera; quæ vt in vitam regenerauisset æternam, fœtibus suis ad calorem incubauit constantiæ. Septimus supererat filius. Nonne satis siti furoris, in sex pignoribus ferocitatis machinas & ingenia erogasse? Imò ausculta Machab. 2. cap. 7. vers. 39. dixerat vers. 38. Septimus filius ad tyrannum: (2. Mach. 7. 39.) *In me verò & in fratribus meis desinet omnipotentis ira, quæ super omne genus nostrum iustè superducta est.* Quid inde rex? *Tunc rex accensus irâ in hunc super omnes crudelius desæuit.* Quodque vitium in fine minus est, suóque progressu lassatur. Quæ flamma suppetere potuit in irato pectore Regis, postquam in sex fratres medullitus visus est omnem furoris euaporauisse substantiam? Imò quia Rex iniquus irâ agebatur, plus in septimo fratre exarsit: quippe

pe

pe impetuosior fuit ardor, quem flamma ex sex trucidatis fratribus cumulata emittebat. Iram Dei æmulos Tyrannus superare contendit. Dixerat septimus iuuenis, quòd in se & fratribus suis desitura erat omnipotentis ira. Vbi desinit ira Dei, ira non desiuit, sed deseuit Tyranni. Ideò ab ira Dominica desinente incitatiùs accenditur ira Regis: *Tunc*
[illegible] *Rex accensus irâ.* Quippe Dei ira non ardor est, qui de combustibili crescit. Siquidem cum, vt ignis, apparet, non sumit de combusto frutice nutrimentum, sed illæso rubo, vericatúmque nitente virore, ignis ex spinarum corde, absque alienis cineribus pullulabat. Ira hominis, etiam si deficiat obiectum, de suo pascitur, & quæ semel arsit, suummet, vt vegetetur, remandit ardorem.

81\. Cur ignis inferni æternus est: *Discedite à*
Matth. 25. 41. *me maledicti in ignem æternum.* Si corpora cremat, cur non facit cineres, quibus parcat; sed de voluminibus fumi alimentum sibi iugiter reproducit? An quia sententia incendij non perituri, à Christo quà filio hominis, pronuntiatur, & in hominis peccatoris iras deseuit, vt reproborum iracundia plectatur, qui vsque ad vltimam mortis impœnitentiam in Deum suum efferri perstiterunt? Immortale iecur Titij, fibris renascentibus, rapax vultur, nunquam saturato rostro, reuellit, vt fabula Poëtica lusit: Quoniam iecur locus est iræ; nec poterat volucri laceranda materia deficere, dum ipsius damnati iracundiæ symbolò pascebatur.

82\. Quoniam Deus mitis & misericors Niniuitis pepercit, irascitur Ionas. O quàm nouum obiectum iræ! non crudelitas, sed misericor-
Ionæ 4.1. dia est. Ionæ 4. vers. 1. *Et afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est.* Cur si putas? Subdit vers. 2. *Scio enim quia tu Deus clemens, & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia.* Præclara profectò iracundiæ materies, quàm ex peregrina sphera vt sæuus ardor innutriretur, adduxit. Irasci debuerat in Niniuitas, si sacco & cinere pœnitentiam non agerent, recrudesceréntque in peccatis, quos prædicationis spongia lenierat. Sed quia illis pœnitentibus, & de flagitiorum volutabro per spem diuinæ clementiæ leuatis, in quos iam irasceretur, non habuit; in ipsam Dei pietatem, iratus efferbuit, qui inceperat, postquam ei indictum fuit prædicatoris officium, fugiens in Tharsis, in Niniuitas peccatores irasci. Vnde ei dixit Deus
Ionæ 4.4. suprà vers. 4. *Putásne bene irasceris tu?* Quomodo bene irascitur, qui in bonitatem ipsam, quæ Dei est, igniculos iracundiæ præsumit? Qui in peccatores bene irasci inceperat, malè iam irascitur in insontes. Sed satiùs duxit, ne iracundia deficeret; quamuis defecisset obiectum.

83\. Quid vltrà? Sub hedera vmbram aduersus Solis æstum, carpebat. Vermiculi folia stimulis terebrarunt. Exaruit vmbraculi viroris tentorium, & adhuc ille æstuabat ab ira. Tunc
Ionæ 4.9. Dominus ad Ionam vers. 9. *Putásne bene irasceris tu super hedera? Et dixit: Bene irascor ego vsque ad mortem.* Quid tibi cum fragilibus hederæ foliis? Pusilli animi est, in vermiculos, iracundiæ facibus concuti. Non iracundiæ, sed stultitiæ obiectum est vermis. Suum inaniter lacerat pectus; qui de tenuibus animalculis, armatus furore contendit, reportare vindictam. Vide tandem, si potuit finem iracundiæ inuenire, qui illam vsque ad folia protraxit. Sed ideò respondit. *Bene irascor ego vsque ad mortem*; non vtique mortem iræ, sed mortem irati. Nam cousque ira consumat habentem, habet in se perpetuò, quo viuat.

Hic ignis etiam animatur in aquis, &, quo, 84.
ne extingueretur potuit timere, in fluidi refrigerio liquoris, sitim flammarum adimplet. Aduocat Elias ignem de cœlo, vt holocaustum absumat; & vt superum elementum alliciat, gurgites aquarum super holocausti ligna defundit. 3. Regum 18. vers. 35. *Et currebant* 3.Reg.18.
aquæ circum altare, & fossa aquæ ductus repleta est. 35.
Quid inde? vers. 38. *Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam, quæ erat in aquaductu, lambens.* Quæ indoles ignis ista est, cui lenocinium est aqua, conualescitque, quo poterat suffocari; humectat in humore palatum, & quousque extremas guttulas lambat, nescit extingui? Fuit ignis iste præludium iræ, quo Elias in inimicos erat exarsurus Prophetas: Iram sapiebat hominis, quæ scit de contrario elemento augmentari. Vides? Vix ignis lambit aquas, cùm subiicitur vers. 40.
Apprehendite Prophetas Baal, & ne vnus qui- 3.Reg.18.
dem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent, 40.
duxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi. Cur ad torrentem duxit, vt Prophetas dilaniet? Nonne ira mitesceret inter vndas, & de frigiditate liquoris tepefacta leniret incendium? Sed si cadens ignis de cœlo in ipsismet aquis innutritus inualuit; quid quod Eliæ ira, quæ illius cœlestis ignis portio fuit, torrentis quæreret fluctus, vt magis arderet, aquáque aspersâ fornacem acueret, & in contrario inimicóque obiecto deflagraret feruidiùs?

Irascitur Naaman Syrus, quoniam cum le- 85.
prâ canderet, ad Elisæi manum de regione extranea confugerat, fuerátque à Vate ad Iordanis vndas remissus, vt in leuibus aquis vlce-
ratum mergeret corpus. 4. Regum 5. vers. 10. 4.Reg.5.10.
Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat. O quale iracundiæ incentiuum! aqua fuit. Quis de vitreis laticibus, frigidóque Iordanis speculo ignem concitaret furoris, & in placido mollíque fluminis blandimento sæuam componeret iracundiam? Sed qui irasci inceperat, quoniam Elisæus non fuerat ei obuiam egressus, nec conclaue reliquerat, vt manum super Principis lepram imponeret; quid quod in miti salubris aquæ frigore, quasi materia flammarum accenderetur, vitiumque in lenitatis obiectum extenderet, & de mansuetudinis extraneo cibo crudelitatem aluisset?

***

Metus impendentis mali magis concutit, quàm dolor inflicti.

SECTIO XIII.

86. Error mali opinabilis magis concutit, quàm mali experientia. Crepitus & strepor damni imminentis, ipsius damni acerbitatem præsumit, vt cum aduenerit, iam non habeat, quo pungat. Siue tonet cœlum, siue discedat, non relinquit fulminis iræ quid in pauido pectore efficiat. Apparatus ille strepentium nubium omnem sibi metum ex frigidis venis expressit. Sicut spectati boni dulciùs solet spes animum delinire quàm possessio; sic diriùs infligere pauor ipse mali, quàm passio. Vt metum excutias ingruentis iniuriæ, dirúque euentus, quod euenturum est, tibi iam vt præsens propone; in ipsius mali roboraberis societate, cuius vt futuri te nutantem timor discruciat.

87. Quàm solicita, quàm pauens Iuditha modo preces iactat in Dominum, vt sibi opitulationem impertiat: *Subueni, quæso te, Domine Deus meus mihi viduæ.* Imò non tibi, sed populo petas, quæ publicam causam Deum orando peroras. Gentis Hebrææ salus, & columitas subit dispendium; deposce tui generis sospitatem, nec priuatis votis insiste, quæ populi vindex, assertríque consectaris. *Subueni, quæso te, Domine Deus mihi viduæ.* Omnem diuinæ pietatis illicem in singulare sui commodum exhibet, viduitatem nempe, & desolationem. Sanè non sibi studebat, sed populo, quæ preces ad confringendos Assyrios sua manu, proiiciebat in Dominum. Verùm propriæ castitatis & vitæ cœpit esse solicita, dutique discriminis angi pauore, quæ in inimica castra, solâ comite pulchritudine parabat immitti. Nonne posteà, cùm in hostilia venit tentoria, nullius illi de feroci spectaculo metus obrepsit, illibatúsque color, sicut pudor remansit, nec è venis sanguis, è genis purpura abscessit in cor? Cur nunc intra muros milite armatos futuri periculi iacet meticulosa, si in ipsomet periculo constans & robusta persistit? Dirior est mali cogitatio, quam casus; potentior ad eneruandas vires absentia periculi, quàm aduentus.. Mitior esset pœna Pyrithoi & Ixionis, si quos super atra silex iamiam lapsura, cadenti imminet assimilis, semel in reos pauidos cecidisset. In excipiendo vulnere se animus totum expandit; qui cùm vulnus imminens timet, plurimam sui portionem abscondit, segniorémque se præbet ad leges fortitudinis, & constantiæ.

88. Abrahamo iugulandi pignoris præceptum indicitur. Pergit in montem victima pariter & Sacerdos, simul pater & carnifex, simul sacrificium & filius. Iam collum erexerat iuuenis, iam manum senex, hæc vt caderet in iugulum innocentiæ, illud vt paterni pugionis aciem in vtriusque sanguine sepeliret: subitóque impetus obedientiæ per contrariam obe- Gen.22.11 dientiam compescitur. Genes.22. vers.11. *Et ecce Angelus Domini de cœlo clamauit dicens: Abraham Abraham non extendas manum tuam super puerum.* Quid inde? *Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio.* Cur ad extremum per cultum ducitur Isaac, paternúmque pectus vsque ad strictam aciem in cordis sui partem dissecandam suffertur; si tandem aries, qui inter vepres ex arido rupis vtero pullulauit, gladium subibit? Vterque, nempe Isaac & ouis, filium Dei figurabat, quà pro hominibus diposuerat, in patibulo crucis mactari. Et quoniam acerbior est iamiam infligendæ occisionis pauor, terrórque, quem stricta commouet acies, quàm ipsamet pugionis incussio; voluit in ariete perpeti mortem, in Isaac mortis timorem; in illo addiscere sanguinem inter vepres effundere; in hoc acerbitatem subiti pauoris sufferre. Incapax erat aries, impendens vitæ pensare discrimen, horreréque medullitus ex imaginationis facultate periculum. Opus fuit, quòd inter vtrumque Dominicæ passionis diuideretur imago; alter paueret, alter pateretur. Mors enim, quam non terror timórque præcedit vt lictor, non pœna, sed quies est.

89. Cur in agone suo Dominus globulos sanguineos exudat, & in vestibulo certaminis cruenti cum morte, pauidus cadit? Lucæ 22. Luc.22.43. vers. 43. *Et factus in agonia prolixiùs orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Et tamen cruci suffixus, clauis terebatus, illitus felle, flagris confossus tam sibi constans est & intertritus, vt quasi in serio tribunalis suggestu, latroni regnum, discipulum matri, crucifigentibus veniam, spiritum Patri disponit. An in horto Isaaci typum expressit, iugulati arietis in cruce? Ea est pauoris de impendente calamitate potentia, vt ipse Dominus, qui stans moritur, iacens paueat; nec plenè sibi visum fuerit pro homine pati, nisi præter mortem, mortis priùs pateretur timorem. O quantum illi debeo pauenti! Si patienti vsque ad mortem crucis debeo descendisse de superis; pauenti debeo, de semet in humani affectus cecidisse pusillitatem. Cur sudor sanguis est, & per oscula venarum, semitæ confunduntur effusi cruoris. *Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Quoniam non atrociùs incutitur ferale vulnus, quàm de futuro vulnere infligitur pauor. Si armata flagellis, & vepribus mors, illius sanguinem erat de corpore sugillato excussura; quidni & præuius horror mortis absque extraneo carnifice sanguinem excussisset? Sanguinei casus vtique & metus sanguineus est. Non cedit cruenti discriminis efficaciæ incruenta imaginatio discriminis: scit etsi non petitum, nec sectâ venâ, libitum emittere sanguinem.

Percupiuit Dauid de Bethleemitica cisterna laticem bibere, quam Philisthinorum castra muniebant. Tres milites strenui in inimicas acies se proiicientes, armatum poculum propinarunt 90. Dauidi 2.Reg.23. vers.16. *At ille noluit bibere,* 2.Reg.23.16. *sed libauit eam Domino dicens: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam?* Imò votum explet: inuitat lympha, incitatiúsque pellicit, qua pretio discriminis empta. Nullo sanguine rubet, illibatus est potitor. Arida à sanguine manus redit, quæ solius aquæ refrigerio humectatur. Non pro claro liquore liquorem effudit è venis. Impleuit vtceum de cisterna Bethleem, nec illam

lam vitalem amiſit. Non bibes ſanguinem, ſed aquam. Conſtat de fortitudinis ſpiritu, non cruore: vno ſpiritu totam hauri. Sed imò ſub alieno colore poculum ſanguinis iſtud eſt, ſiquidé tantùm ſanguinis eruit in impendente periculo metus, quantùm & caſus. Cum idem fuerit, periculi ſubire pauorem, quàm ſanguinem in manibus inimicis relinquere; idem Dauidi fuiſſet aquam bibere ex periculo, quàm ex ſanguine partam.

91. Imò imminens malum magis pectus cogitantis diſcutit, dum ſe per pauoris nuntium præmittit, quàm patientis dum irruit: in ipſo enim ſtrepore ſui omnem vim agendi conſumpſit. Balthaſar inter crateres & fercula, ambitioſæ gulæ reus, in ſuperficiem parietis leuauit oculos Da-
Dan.5.5. nielis 5. v. 5. *In eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis.* O quali impetu totum Regem terror inuaſit v. 6. *Tunc facies Regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur.* Defecerunt latera, diuulſæ crepuere compages, concurrerunt labra, luxataque genua tremore, libitis & non iuſſis motibus quatiebantur. Et tamen cùm ſcriptos cœlitus characteres Daniel explicuit, mortiſque ſententiam, regnique amiſſionem expreſſit, non vnus ex Regis capite ſtetit crinis, non frontem pallor obduxit: irruentem occiſionem inturbatus accepit, præmium pro ænigmatis reuelatione retri-
Dan.5.29. buens verſ. 29. *Tunc iubente Rege indutus eſt Daniel purpura, & eadem nocte interfectus eſt Balthaſar Rex Chaldæorum.* Quæ affectuum iſta varietas eſt? Quaſi enormi ſpectro viſa priùs frangitur ſcriptione, nondúmque capitis ſententiâ auribus, ſed confuſis oculis hauſtâ, æſtuantibus pauoris fluctibus agitatur, nunc mortis deuorato per litterarium commentarium pignore non abrumpitur, ſed quietus, blandúſque perſiſtit. Quid? Adeò terror cruciauerat artus, tremoriſque vertigine rotauerat corpus, triturauerat oſſa, in fugaque ſanguinis mulctauerat venas; vt toto doloris inquietudiniſque ingenio conſumpto per mortis metum, nulla iam agitatio, nulla concuſſio, mortis veritati manſiſſet.

92. Pſalm. 75. v. 9. *De cœlo auditum feciſti iudicium:*
Pſal.75.9. *terra tremuit & quieuit.* Quid eſt, quòd auditâ buccinâ, iudiciíque acceptò fragore colliſa ſecum terra tremuerit; ſiquidem vix tremuiſſe dicitur, cùm & quieuiſſe profertur? Potuitne pariter illi competere tremor & quies? Ego ſic conſtruo. De cœlo auditum feciſti iudicium; terra tremuit, impulsúque agitata pauoris, ſeu à ſe fugere, ſeu ſe ſuper ſe impoſita contendebat occludi. Sed *quieuit, cùm exurgeret in iudicium Deus*, vt coram iudicante immota perſiſteret, quæ coram imminente trepidans raptabatur. Ad auditum iudicij ſignum tremor ſucceſſit, ad iudicium expertum quies. Magis auditum, quam ſpectatum malum obtundit.

Sanctitas incolit ſolitudinem. Vitium alitur in frequentia.

Sectio XV.

93. Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum, dicebat ille ep. 10. *non inuenio cum quo te malim eſſe, quàm tecũ.* Magiſtra ſolitudo vno diſcipulo contenta eſt, vt ſcientiarum illi frequentiam ſuggerat, quæ cùm ſint ſuæ communicationis amantes, communionem & ſtrepitum auditorum, ſemet implicantium, ſpernunt. Viduus eſto, ſcilicet non duo, tu tibi totum es; tu tibi omnes ſis. Contubernalem Deum promereberis, qui quà ſolus eſt, nec Deitatis ſuſtinet auctarium, perſonarum numero ſtruitur; nec infinitis perfectionibus emineret, ſi extra ſe poſſet habere conſortem. Virtutes in culmine ſunt, quod quà erectiùs, de cœleſtique vicinio nobilius, inhoſpitale eſt; quà acuminatiùs, non poteſt duo pariter ſuſtinere. Multum profeciſti, ſi te à multitudine ſequeſtraſti. Quotquot fugis homines, calcas, quotquot calcas, excellis; ipſi tuis pedibus ſubſtrati faſtigium conſtruunt, quo eminens in virtute præfulgeas.

Orat Iuditha: *Subueni, quæſo te Domine Deus, mihi viduæ.* Si pro multitudine preces effundit, 94.
cur in ſe ſolam diuinæ prouocat abundantiam pietatis? Imò quà ſola eſt, ſolitudiniſque ſtudioſa, Dei miſericordiam allectat. Viduam ſe nuncupat, non tantùm ex funere alieno, quàm ex abſceſſu proprio ad exercitationis eremum; ex recluſorij latebris, quas de ciuitatis frequentia amor artifex in rupe perforauit rigoris. Non potuit validiùs pro columitate multitudinis exorare, quàm viduitatem, ſolitudiníſque conſtantiam (hæc enim viduitas eſt) proponere Numini, in cuius ſimilitudinis verticem, virtutúmque participium creaturarum nuditas, ſolitudóque ducit. Viduitatis etymologia ſine duitate eſt: obtinebis pro pluribus interceſſor, ſi numerum fugiens, vna tecum ſis, vnus abſque dualitate perſiſtas.

Cant. 6. v. 8. *Vna eſt columba mea, perfecta mea.* 95.
Vt quid perfecta? Quia vna. Vt quid vna, cùm Cant.6.8.
aſſueſcat columba, conſortis ſodalitio & aërem ſindere, & nidum implere? Sed quæ vnius eſt, cur vna non ſit? adeò ſolitudinis amans, vt nec cum gemella volucre numerum habere patiatur, quatũ reciprocus amor, quæ duo ſunt, coagmentat in vnum. Nonne Spiritus ſanctus in columbæ apparuit ſpecie, ingenitíque amoris chariſmata ſub alitis huius innocentia reſcripſit? Lu-
cæ 3. v. 22. *Et deſcendit Spiritus ſanctus corporali* Luc.3.22.
ſpecie, ſicut columba in ipſum. Quid poſtquam alarum plauſu in Chriſti vertice auis ſacra ſubſedit? Quid poſt peractum ſpectaculum actum de volucre euanuit? Cur tam præpropera illi vita, tam præpropera mors? Cur à quo deſcendit, non rediit? Non dicitur apparuiſſe, ſed deſcendiſſe. Vt noueris, non in frequentia populi, qui Iordanis littus ambiebat, hanc columbam fuiſſe productam; ſed è ſuperna, quietæque ſerenitatis regione corporalem compegiſſe figuram; nec in natalitij ſolitudinem recentes pennas reduxiſſe per reditum. Ne receſſiſſe videretur à Chriſto, in quo iugiter quieuit, vtpote in quo tam ſtricta ſolitudo eſt, vt cum duæ naturæ ſint, non ſit dualitas perſonarum: & cum quo, quà Deus, in perſonarum numero Spiritus ſancti natura obtinet vnitatem.

Vix à Iordane abluitur, & iam à Spiritu duci- 96.
tur in deſertum. Matth. 4. v. 1. *Tunc Ieſus ductus eſt* Matth.4.1.
in deſertum à Spiritu. A quóne Spiritu? Nuper præceſſerat cap. 3. verſ. 16. *Et vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe.* Quam eremi ſtudioſa columba hæc, quæ ex

cùlminis eremo deſcendens, Chriſtum rapit è turba, vt ducat in ſilentia deſerti. Sed cur, apparatus iſte chariſmatum, ſpiritualiúmque documentorum, quæ de plenitudine Deitatis abundabant in Chriſto, antequam Chriſtus in deſertum iret, præceſſit? Abſque vlla intercapedine euolat ad montem ex aquis, poſtquam tota in illo Deitatis ſe expreſſerat abundantia. Hæc ſacra demonſtratio Trinitatis, vt Filius Dei à multitudine agnoſceretur, vtramque ſplendore radiorum impleuit ſphæram: Cur eripitur à conſpectu, quorum fideliagenua in adorationis ſuadentur officium. Imò adeò ſolitudo purgati animi eſt, imbutíque de Deitatis ſchola, vt eremi dignitas his diuitiis gloriæ perfectionúmque diuinarum cumulo probaretur. Luſtralibus aquis aſperſus potuit gignere ſuſpicionem, in materna vulua originarium ſcelus traxiſſe. Ideò ſuperuenit Spiritus ſanctus, nec veniſſe dicitur, ſed deſcendiſſe, vt ſuperueniſſe crederetur; alludens vtique ad Angeli verba in ſacræ conceptionis exordio: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Primæui erratí vniuerſa abraditur coniectura. Non de antiqui ſeminis ſpurcitia genitus indicatur, quem Spiritus ſanctus de virgineo flore compegit, Altiſſimíque nubes ab æſtu carnis obumbrauit genitricis pudorem. Vide quibus probationibus indigeat meritum ſolitudinis: Etiam expiata per baptiſmatis aquas originarij criminis opinio, deſerti perfectionem conturbat, in quo cum virtutum faſtigium emineat, nequit vmbra culpæ perſiſtere. Incipit eſſe tentatio, vbi eſſe deſinit ſolitudo. Quadraginta diebus & noctibus ſiccus à cibo Dominus tranſegerat in deſerto, & qua ſolus non patuit tentationum incurſui: vix data fuit Dæmoni tentandi copia, cùm auſus eſt infringere ſolitudinem.
Matth. 4. 3. Matth 4. verſ. 3. *Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Obſeruaſti ne: *Et accedens tentator:* vt ſpicula tentationis intenderet, oſor vnitatis numerum prius facere geſtiuit cum Chriſto: Accedit comitatu impudenti ſub humana quidem figura, vt tentationum ſortem ſibi auſpicaretur fœlicem, per dualitatem vnitate diuulſa, per ſocietatem ſolitudine lacerata.

97. Nouerat ab exordio, ſingularitatem, totius perfectionis indicem eſſe, & quem à multitudine ſupremæ dirimunt dotes virtutum, principatu beatitudinis commendatum. Vix ſe, cùm Lucifer eſſet, nondúmque dæmon, gratiarum omne genus conſpexit nobilitate pollentem, ignitorumque lapidum operimento conſpicuum
Ezech. 28. 15. Ezechielis 28. v. 15. *In medio lapidum ignitorum ambulaſti,* cùm eum puduit, inter cæteros Angelos numerari; alteriúſque habere conſortium, quem diuitiarum ſegregauerat excellentia. Vide
Iſai 14. 13. quid cogitet Iſaiæ 14. v. 13. *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum; ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* Cur cultorem ſe concupiuit eremi, & inhoſpitalis culminis inquilinum? In nudi vertice montis, vbi Aquilonis flabra, frigidaque tempeſtas, ſocietatem nullam permittunt, ſingulare ſolium habere contendit, ratus, tam diuitem perfectionum theſaurum, quibus in ſui originis flore nitebat, non niſi dignitate ſolitudinis eſſe dignum, in qua certius Altiſſimi ſimilitudo decernit. Elegit frigidâ infamatam regione ſolus, magis quam inter ſydera, cœleſtium ignium comitatu confundi, vt quem cœleſtium dotum ornamentis ſpectabilem, ſolitudo faceret ſingularem. Inde poſtquam omni fuit virtutum viduatus decore, & in iniquitatis proiectus abyſſum, multitudinis amat conſortium, innectitque faſciculis peccatorum, vt ſecum trahat ſtultorum turbam, qui in vitiorum frequentia, tanquam in publico ſpectaculo ſolent homines premi multitudine, comprimuntur.

Dæmon hominem agitabat, & a domus ciuitatiſque communione detrudens, nonniſi in monumentis degere permittebat Lucæ 8. v. 27. 98.
Luc. 8. 27. *Neque in domo manebat, ſed in monumentis.* O! & vſque adhuc ſolitudinis ſtudioſus: Imò auſculta, quanto exercitu inerat comitatus v. 30. *Interrogauit illum Ieſus dicens: Quod tibi nomen eſt. At ille dixit: Legio; quia intrauerant dæmonia multa in eum.* Quid agat in publico, ſi hac caterua comitatus reſidet in ſecreto? Adhuc cùm in monumentorum abdito iacet, & ſingularitatis adamat ſedem, nempe mortis, oſſiumque nudatorum contubernium inane, neſcit niſi ſuorum contribulium vſque ad legionis exceſſum habitare conſortio, & inter abſtruſa altaque foramina terræ, ſociorum ad malum multitudine cingi.

1. Reg. 16. verſ. 23. *Quandocumque Spiritus* 99.
Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat cy- 1 Reg. 16.
tharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur 23.
Saül, & leuiùs habebat; recedebat enim ab eo Spiritus malus. Cur tinnientibus chordis, dulceque ſonantibus neruis depellitur Dæmon, accentúque melodo, per aures Saülis immiſſo, improbus ſpiritus corpus deſerit, quod tenebat? Profectò cœleſtis indolis modulorum ſuauitas eſt, auræque ſupernæ, puriorìſque elementi ſtudioſa, animum arripit in cœleſtia. In faſtigia ſolitudinis eleuat auditorem. Vel ipſum corpus deſerere cogit, vt in purgati ſpiritus, ſenſuum ſtrepore, ſingularitatem aſſurgat. Aliquid bonitatis inceperat habere Saül, cùm de chordarum dulciſono pulſu in abſtractas à turba agebatur cogitationes. Ergo aliqualem ſolitudinis vmbram iniquus ſpiritus pertimeſcens, ad cytharæ melos à Saülis corpore diſcedebat.

Fugiet dæmon ſi fugias; artes illi in eremo Matth. 4.
deficiunt; neſcit niſi lapidibus famelicum laceſſere ad cibum. Matth. 4. *Dic vt lapides iſti panes fiant.* Stolidè, lapidibus vita frangitur, non nutritur; non fames irritatur, ſed furor. Callitus es tentatoris officium, qui in prima acie illicò in lapidibus impegiſti. Quid. Ingenium dæmoni obtunditur in eremo, callida eius verſutia perſtringitur inter rupes, nutando tentandóque viam aggreſſus eſt tentare, ſed neſcit: quippe in præſentia ſolitudinis artis ei prompta calliditas obſtupeſcit.

Verſ. 4. Tu enim feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti: & hoc factum eſt, quod ipſe voluiſti.

Verſ. 5. Omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt, & tua iudicia in tua prouidentia poſuiſti.

Deus

Deus mali oſor, boníque amans, quamlibet bonitatis portionem, ſi forſan in opere prauo deliteat, ſibi ſatagit adrogari.

SECTIO XVI.

101. CVIVS natura bonitas eſt, ibi ſe operatorem vult agnoſci, vbi aliquid boni, etiamſi ſub complicatis malignitatis voluminibus occludatur, deliteat. Fertur illicò in obiectum ſuum amica bonitatis voluntas: Quaſi pignus Deitatis eſt bonum, quod in quacumque creatura peragitur. Peccaſti? tuum fuit. Aliqua iuſtitiæ ſcintilla, boníque vmbra inſtitit in opere, quod deuenuſtauit fuligo peccati, Dei fuit, qui adeò boni largitor eſt, ſtudioſúſque artifex, vt quantumuis nimiùs oſor ſit criminis, ſibi non detrectet attribui vel puſillæ bonitatis momentum, quod in actione praua, aliqua virtutis reliquia depoſuit.

102. Simeon, & Leui, temeris & execrabilibus auſibus, in Sichimitas ſtrictis enſibus irruerunt. Effuſo rubuit innocentia cruore, & ob vnius peccatoris cauſam tota fuit ciuitas condemnata. Et tamen vltionis gladium adrogat Deo fœmina prudens: *Qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum*: cuius ob exemplum, opem ſibi à Numine efflagitat, rata ſe, quod poſtulat, obtenturam, dum cœleſti vindictæ innoxiorum cædem adſcribit. Quid prætendis, ô Heroïna ſapiens; imò cades à cauſa, incommodo exemplo propoſito. Ideò ſubdit: *Tu enim feciſti priora.* Quaſi præcauens argumentum: Tacitéque reſpondens, quod in Simeonis facinore plures bonitatis faces illuxerint, nempe iuſtitiæ zelus, temerati pudoris odium, innocuæ virginitatis ſtudium, legis ardor. Et quamuis opus, quoniam effrænis ira, vltióque immoderata flagrauit, tandem conſtitit de ſceleris fœditate; adeò Deus bonitatis, & virtutis eſt amans, vt illud ſibi non vereatur attribui; cùm non integri facinoris extitiſſet promotor, qui ſolùm virtutum, zelíque iuſtitiæ, & honeſtatis dederat circumſtantiam. Satius duxit gladij largitorem vocari, quam bonitatis dotes, quæ in cæde ſplendebant, alij adrogari.

103. Num.22.12. Cur Deus ſolicitat, ne Balaam in Iſraëlitides maledictionem incutiat, Numer.22. verſ.12. *Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus eſt.* Imò Domine, quia benedictus eſt, etſi improbus ille Propheta dirè precetur, probráque ex ore iniquo diffundat; vel vngue ſummo non poterit populum benedictum percutere. Nonne populus hic calamitatibus quatietur, & à Madianitis ob ſcortantium pulchritudinum ſpectacula nuda propudioſam ſtragem ſubibit? Ne illa vexatio afflictioníſque tempeſtas, quæ à bono iudice Deo irroganda erat, aruſpici dæmonis, maledicentíque Balaam tribueretur, eius Dominus obturat os, ſatagens ſibi pœnæ malum attribui, quod iuxta iuſtitiæ lancem inter diuina bona cenſetur. Non parcam Theodoreto quæſt.43. qui ſic cogitauit. Theodor. *Quia propter iniquitatem continuam populus percutiebatur, plagis à Deo immiſſis, ad illorum imbecillitatem diſpenſauit Dominus, quæ per Balaam geſta ſunt. Nam vt a Deo eruditum non putarent propter maledictiones vatis calamitates euenire, non permiſit vatem maledictionibus vti.* Cur Angelus euaginato gladio coram docili iumento ſe iactat, nec pudet Angelicam poteſtatem, rudentis aſinæ impedire veſtigia, verſ.23. *Cernens aſina Angelum ſtantem in via euaginato gladio, auertit ſe de itinere, & ibat per agrum.* Num.22.23. Imò nobilitas aſinæ fuit, illuſtríſque ſuper portitorem ſuum excellentia, quæ irrationabilibus oculis Angelum videre promeruit, quem Balaam, qui contra ſtimulum calcitrabat, non dignatus fuit proſpexiſſe. Nihil mali inerat in iumento: ideo bonum Angelum videt; cùm tamen Balaam aruſpex Dæmonis malos Angelos videre conſueuerat. Ergo vt quod bonum erat, nempe obedientia iumenti, Domino tribueretur, quod malum, nempe maledicendi populum intentio, adſcriberetur iniquo Balaam, aſina bonum, ille malum Angelum videt, & in vno eodemque vehiculo pariter & vectore, iumento & equite ſic rationis diſcerniculo diuiduntur miracula, vt iumentum aſpiciat Angelum, non aſpiciat Propheta. Magnus Gregorius in Paſtorali 3. part. *Magus dæmones videt, aſina Angelum: non quòd ſit digna videre, ſicut nec loqui, ſed vt confutetur Balaam, vnde mutum animal arguit Prophetæ dementiam.* Gregor.

Quid eſt prauum in peccato? Peccatum. Quid eſt probum? alieno ſe peccato contegere, vt illud proprio ſanguine redimat, qui nequit proprij criminis vmbra fœdari. Ergo Deus adeò omnipotens eſt & bonus, vt qui peccati malum non fecit, bonum peccati, nempe alieno ſe peccati pondere in humanitate aſſumpta grauare prælegerit, vt extrinſecam peccati veſtem intrinſeca innocentia redimeret. Quid eſt, quòd Iacob fratris Eſau benedictionem furaturus, poſtquam hiſpidis hœdorum pelliculis manus circumduxit & collum, ſic Patri interroganti reſpondit Geneſ.27. verſ.20. *Voluntas Dei fuit, vt citò mihi occurreret, quod volebam.* Gen.27.20. Anne mendacium, veracis Numinis poteſt eſſe voluntas, officioſáque calliditas ſimplici obrepere veritati? Quòd Eſau non ſis, hirſuti pili de conducto hœdorum operimento demonſtrant: villi hi ex vellere ſunt, non ex fraterna pullulant pelle. Hæccine voluntas Dei ſupplantatio maioris? Verùm præſto aderit Auguſt. lib. contra mendacium cap.10. *Per hœdinas pelles peccata; per eum verò, qui eis ſe operuit, ille ſignificatus eſt, qui non ſua, ſed aliena peccata portauit.* Auguſt. Ergo iure dicitur, quòd fuerit voluntas Dei, quæ licèt peccati malum detrectet, dum aliena peccata pro redemptione portare bonum eſt, omnem mendacij ſcenam, ſpectaculúmque verſutiæ tranſtulit in myſterium. Opus Dei fuit, quod de malignitatis ſcaturigine, doliſque fonte ebulliiſſe videretur ignaris: quoniam intùs ſub calliditatis pelliculis myſterij bonitas ſublatebat.

Deus ſtylo Dei parcit, hominis ſtylo iraſcitur, & vlciſcitur.

SECTIO XVII.

DIVINITATIS indoles & amat, & habet pacem, quaſi iraſci neſcia, cùm omnia ſciat. Alienus illi iraſcentis habitus eſt; videtur 104.

agere

agere ſcenam furoris, velut ei ſit perſonata ſæuitia, cui ingenita clementia eſt. Vbi inſidet inuiſcerata patientia, cortex poteſt eſſe crudelitas, non medulla. Lucæ 1. verſ. 78. *Per viſcera*
Luc.1.78. *miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.* Cur ei viſcera ex molli miſericordia panguntur, extáque palpitantia nonniſi de pietatis fibris formantur? O bene! Eſtò iuſtus iudex ſontibus aliquando ſupplicium decernat, iaciat fulmina, cruces minetur & ignes; iracundia ſuper eximiam pellem eſt, velut extrinſecus adſcita arma, ſuperficie tenus & cute exaſperat Deum. Quidquid intus eſt, pietas eſt, in viſceribus, quo vita conſtat, ſpiritúſque animantur, & ad extremam pellem vigor vegetus diſpenſatur, miſericordia inſidet pro materia.

105. Quid eſt quòd Iuditha ſucceſſionem cogitationum attribuat Deo: *Et illa poſt illa cogitaſti:* cùm tamen æternitas, ſcientiáque Numinis immutabilis, vno intuitu, quidquid ſpectabile, cernat; vno hauſtu, quidquid mente tractabile, cogitet; nec poſſit ſucceſſionis tarditate diſtendi, ſegníque vndarum acceſſu, aduentantiúmque fluctuum viciſſitudine diſcruciari, qui ſimul eſt quidquid eſt? Verùm quia fœmina prudens agebat de iracundia Dei, qua violatorem Dinæ gladio Simeonis vltus eſt, humano & alieno more loquuta eſt de Deo; quippe qui cùm iraſcitur, non videatur ſuum morem gerere, ſed in habitu hominis inueniri, cùm ſtemma Deitatis patientia ſit; hominis iracundia. Vnum poſt aliud cogitat homo, qui quà in diſcurſu, in decurſu eſt, & impotens ſubitario obtutu callere, quod protelata mente, ingeniíque veſtigatione ſenſim agnoſcit. Hæc cogitandi forma ferè Deo adſcribitur, cùm iraſcitur; vt ſicut eius ira metaphora eſt, humano modulo viciſſitudinem cogitationum ſimuletur obire.

106. Quàm ſecus illud Ierem. 19. 11. *Ego cogito ſu-*
Ier.29.11. *per vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam.* Quî fieri valeat, vt ſub vna cogitatione plures deliteant, & qui ſemel cogitet, ad cogitationum numerum diſtendatur? Si plures cogitationes ſunt, vnam poſt alteram aduenire neceſſe eſt. Imò quia pacis erant, Deitatis morem ſeruauit Deus, qui cùm ſemel cogitet & loquatur, plura pariter loqui, cogitatéque noſcitur. Si iracundiæ res ageretur, ex humana indole humanum mutuaretur ſtylum, nec eum puderet, de ſe proferri, quod vnum poſt alterum cogitauerit, quippe cùm ira nonniſi hominis ſit, ſumi debeat ſtylus ab homine. Æterna illa cogitatione, quæ pluribus eſt fœcunda, vide quid cogitet: *Vt dem vobis finem & patientiam.* Quaſi indiuiſibilis cogitationis diuina qualitas cum patientia, quæ propria Dei eſt, componatur: ſicut cogitationum ſucceſſio nonniſi cum viciſſitudine, motuúmque ſectione, varietatéque labili, quæ eſt hominis, poſſit adiungi. Deus homini patientiam ex ſuæ cogitationis vnitate decernit; homo Deo iracundiam commodato ſtylo ſuarum cogitationum appingit.

107. Marc. 11. verſ. 13. *Cúmque vidiſſet à longè ficum*
Marc.11.13. *habentem folia, venit ſi quid fortè inueniret in ea: & cum veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum,* Quis ſtylus iſte eſt, *ſi quid fortè inueniret in ea?* Chriſti intellectus in dubitationis pendulo nutare non poterat, nec coniecturis, opinionibúſque agitari, qui theſauris abundabat ſapientiæ. Ancipiti opinione, ſicut ignorantiâ confundi, hominis eſt, non Dei: Cur non veretur debilitatis ſtylum? Quoniam in ficulneam ſuccendi parabat, ſtomachúmque iacere, vt virentia folia, quæ nulla fructuum grauabat opimitas, infamatis radicibus areſaceret. Vides, verſ. 14. *Et reſpondens dixit ei:* Marc.11.14.
Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet. Quid peccauit arbor, cui nondum aduenerat ſua tempeſtas, nec per genitales annuæ fertilitatis calliculos, aſcendentis ſucci completum adhuc fuerat tributum? Nondum humor denſabatur in gemmas, molliebatur in groſſos, rotabatur in ficus, non debitoris morâ, ſed quia obligationis non ceſſerat dies. Cur ſententia Domini eam decoquit æſtu furoris, viriorémque foliorum de ſterilitate condemnat? Quoniam Deus erat, coram quo nullæ ſunt temporum ſtationes, nullum hyemis, verſiſque diſcrimen, nulla de agricolæ officiis molimina tarditatis ad meſſem: aratrum copulatur cum falce, gemma cum pomo, puerilitas floris cum fructus ſenectute maturâ. Hoc æternitas eſt, cui ſimul concurrunt, quæ inter ſe temporis ſucceſſio diſiungit. Inde illud: *Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet:* En æternitatis fuit memor, vt cauſam oſtenderet, cur ficum maledictione ſiccauerit: ac ſi diceret: Coram Deo è flore ad fructum, abſque deſidioſi viroris intercapedine, illicò debuiſti percurrere, nec æneum temporis expectare pedem, cui æternitas præſens aderat. Ergo qui in æternitate ſe Deum probauit, in iracundia, vt hominis retegeret morem, ſtylum ab hominis dubitatione contraxit, hominiſque greſſibus quaſi nutans acceſſit, ne ei arboris vindicta, niſi ex forma hominis tribueretur: *Venit ſi quid fortè inueniret in ea.*

Hinc meditare Deum iuxta Paradiſi ficum iratum, ſed non niſi humanis greſſibus, humana voce. Parentes conſueuerant folia ficus, & ex vindemia culpæ nonniſi erubeſcentiæ ſibi pampynos reliquerunt, Geneſ. 3. verſ. 8. *Et cum* 108.
audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in Paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius. Omnia hominis ſunt veſtigia, poſt meridianum æſtum ab aura leui refrigerium ſudoris, vox ſoluta per Paradiſi ſilentia. Ergóne vix homo præuaricationis labe fœdatur, & malignitatis nuditate feritur, cum eius formam, ſtylíque ſpeciem ſuſcipit Deus; & tamen quando innocentiæ candor innocuum hominem venuſtabat, quando teſtam compoſuit, vt ſpiraculum vitæ afflaret, non Deus legitur humanum habitum aſſumpſiſſe? Quid? Parabat è Paradiſo detrudere, pulueri allidere, ſpinis & tribulis deuouere, cum ſæculi dote damnare, omnémque inſuper eius progeniem ſtigmate miſeræ ſeruitutis inurere: ideò vt iracundiæ curreret ſtadium, lineamenta humana, formam nempe vocis greſſuúmque commodato accepit ab homine, ne formâ Dei, ſed hominis formâ in hominem videretur iraſci. Iam inde diſcebat, habitu vt hominem inueniri, humanitatem induere, & de carne mortalitatis cenſeri, quod erat, completurus poſtea in patientia. Ergo ſe fingit hominem, cùm condemnat, qui verus homo ſit, cùm abſoluit: ſcenam hominis agit, cùm ſuccenſus iraſcitur, qui hominis veritatem accepit, cùm mitis parcit; indicans ſe hominis indolem

indolem reformaſſe, qui de furore tranſtulit in patientiam.

109 Vel ipſum dæmonem percutere detrectare videtur, qua filius Dei, ſiquidem eadem humanâ voce, qua Adamum terruerat, ſerpentem damnatione percuſſit. Quidam immundo ſpiritu imbutus exclamauit ad Dominum Marci 1.v.24.
Marc.1.24. *Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene: veniſti perdere nos? Scio quis ſis, Sanctus Dei. Et comminatus eſt ei Ieſus dicens: Obmuteſce & exi de homine.* Cur dæmonis os obturat, cùm eius fidem, celebritatémque ſanctitatis ſuggerit auditoribus? Amputauit periodum: quid enim poſt *Sanctus Dei,*
Luc.1.35. niſi quòd Filius Dei vocaretur, dici veniebat? Nonne audiſti Angelum: *ideóque quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Ergo dæmonem cogit diſcindere ſyllabas, ne Chriſtum Filium Dei nuncuparet, vtpote qui illum perditurus erat in orcum, nec voluit Filium Dei in iracundia cognoſci, ſed in patientia.

110. Ioan.5. verſ.22. *Nec enim pater iudicat quemquam: ſed omne iudicium dedit filio.* Cuiúſne filio? Hominis. Matth.24. verſ.30. *Et tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli.* En cur Pater non ſibi præſumpſit iudicium, non prætexta iudicantis induitur, quoniam homo non eſt, nec iracundiæ rigor nudæ Deitati, & abſque humano operimento altè didicit inhærere. Filio hominis qui & Dei, prius Pater tribunal ſeueritatis addixit, vt qui ſignum Deitatis dederat hominibus in patientiæ prodigio, cùm vt mitis ouis tormenta inturbato felle ſuſtinuit, ſignum hominis in furore iudicis exhiberet. Sic acciperem illud *Parebit ſignum Filij hominis.* Qualéne ſignum hoc? An omnipotentiæ vexillum? An pertica manipularis? An labarum maieſtatis? Sed & ſeueritas & rigor, qui hominis eſt; vt tunc in exerta Deitate, claritatiſque pompa ſtudeat per ſæuitiem Filium hominis apparere, qui per tranquillitatem clementiæ in occultâ per humana membra Deitate Filium Dei ſtudebat agnoſci.

Ioan.5.22. Matth.24.30.

In iudicij tribunali Prouidentia decernat, nec præſentia pro ſeueritate caſtiget, quin futura pro pietate præuideat.

SECTIO XVIII.

111. SECVRVM iudicium eſt, vbi abſolutionis perſonant verba, & de tribunalis venerando terrore non rigoris fulmina, ſed pietatis radij reſplendent. Nomen iudicis à iuſtitia deriuat, quiſquis de ſeueritate præſumit; trahat, oportet, à prouidentia: iudicare etenim oculati intellectus eſt actus, nec ſatis videt, qui inclementiæ deuotus, inuidet pietati. Inflexibilis eſt iudex, quamuis in miſericordiam flectatur; quippe erecta, nec curua pietas eſt, ad quam non per decliuitatem, ſed per rectitudinem adeſt aſcenſio. Nullum eſt in ignoſcendo periculum: omne tulit iudicis punctum, qui etiam prouidet, cùm condemnat. Hæc diuini iudicij qualitas eſt, aſſerente Iuditha: *Et tua iudicia in tua prouidentia poſuiſti.* Vide quid dicas fœmina prudens. Numinis attributa confundis? Iudicia Dei, quibus iuſtus iudex aut ſupplicia decernit aut præmia, in diuinæ iuſtitiæ attributo locantur vtpote à qua iuxta leges æternas exiliunt. Prouidentia præmittit oculos in futura, incommoda præcauet, bona decernit, ſalubritérque conſulit rebus, quas in finem adſonum ducit; plantat, non diſſipat, ædificat, non demolitur, & de officioſo munerum promptuario vnicuique diſpenſat largitatis annonam. Ab hócne attributo emergunt iudicia Dei? Sanè qui ſic iraſcitur, vt ſubueniat, ſic minatur vt parcat, ſic illigat, vt abſoluat, prouidet, cùm condemnat, miſeretur, cùm iudicat, & de recremento pietatis vniuerſum rigoris tribunal inſpergit.

Inuidi Phariſæi adulteram coram Domino ſiſtunt, quàm recens propudioſi piaculi enormitas accuſabat, Ioan.8.verſ.4. *Magiſter hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio.* Quid ille? *Ieſus autem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terra.* Quid opus ſcriptione eſt, ſi ſcripta lex Moyſis hanc fœminam lapidationi decernit? Id ſcribæ & Phariſæi in exordio libelli monuerunt. *In lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidari. Tu ergo quid dicis?* Verùm ſi accuſator condemnat, quid opus eſt iudice? Actum iam de adultera eſt. Delicti claritas tergiuerſationem ſuſtinet nullam. Quæ in luce ſuccubuit adultero, accuſatorum oculos habuit pro thalamo. Lex ineluctabiliter deuouet morti, quam euidentia libidinis publicauit. Verùm quia in Chriſtum delata res eſt; qui iudicem ſe noluit exhibere condemnans, exhibuit prouidens. Ergo qui leges ſcripſerat tabulis lapideis in monte, nunc in pauimento reſcribit, vt idem ipſe legiſlator appareat & iudex, à quo Moyſes ius capeſſierat. Qui condemnare fœminam recuſauit, egit iudicem, cum prouidit; edocuítque, leges non abrupto rigore, ſed commentario prouidentiæ exponendas, vt mentis oculus in futura ſe porrigat, & ſaluti conſulat, dum iudicio. Vide quid prodiderit cœleſtis iudex, verſ.7. *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.* Ergóne, qui alicuius peccati reus eſt, nequit de tribunali, pœnæ ſontem addicere? Si innocentia in iudice ad condemnationem exigitur, incruentis faſcibus Magiſtratus procedent, otioſa erunt patibula, & abſque remigio carinæ. Verùm hæc Dominica ſententia è prouidentia manauit, vtpote qui nouerat, præ verecundia vnumquemq; ex accuſatoribus effugij latebras quæſiturum, & quem culpa grauabat, non grauaturum lapide manum. O ſapiens iudicij qualitas! quam inſtrumenta legitima condemnabant, prouidentiâ & præcognitione futuri pius iudex abſoluit, qui non venerat perdere, ſed redimere; peccata diſſipare, non hominem. Quid tandem protulit ad mulierem verſ.10. *Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo Domine. Dixit autem Ieſus: Nec ego te condemnabo.* Imò Domine iuxta priorem ſententiam, quæ de innocentia conditionem appoſuit, in adulterij ream debes mittere lapidem, vtpote qui vnus non ſolùm abſque peccato es, ſed nec facultatem habes peccandi. Emphaſis ſubtilis eſt in illis: *Nec ego te condemnabo*, id eſt, non ſolùm qui manſi ſolus, ſenſim delatoribus per fugam lapſis, ſed & qui ſolus inſons, quem ex virgineo flore conceptum nec culpa immordit, nec patuit aditus ad erra-tum

112. Ioan.8.4. Ioan.8.7. Ioan.8.10.

tum. Sed cur non condemnat? Quoniam iam egerat partes iudicis prouidendo. Strepitum iudicij in prouidentia compleuit: non iam aliquid ad tribunalis formam restabat. Præuidit delatorum fugam, quos calliditas ingeniosa detrusit; idipsum, quod præuidit, prouidit. Pro totius causæ clamoroso feruore, forensique tumultu prouidentia fuit, quæ etiam de vaticinio reis absoluendis adiumenta solicitat.

113. 3. Reg. 3. ad pacificum Salomonem venere
3.Reg.3.25. duæ matres, altera furto, altera veritate; & de vno pignore litem mouentes, Regis prouocarunt iudicium. Duplex vterus contendebat pro fœtu; & quasi à geminis visceribus gigni potuisset, vnaquæque sibi deposcebat prolem addici. Quid ille? vers. 25. *Afferte mihi gladium. Diuidite infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri.* Quid, ô Rex iudicasti? Vnam debebas condemnare, tresque damnasti, nempe vtramque fœminam & infantem. Si integrum expetit vnaquæque, quid illi proderit cruentum frustum? iustitiam dissecas, dum puellum; aduersúsque naturam contendis, quæ integrum in vna vulua compegit, nec dimidium in alterutrius vtero generauit. Sed imò iudicium prouidentia peregit, legésque præcognitionis arripuit, cui probationis instrumenta defuerant. Præuidit, veræ matris viscera ad vibrati gladij prospectum coram pignoris discrimine proscindenda, satiúsque electuram, brachia sua orbare pondere, quod genuerat, quam infantem vitæ munere, quod præstiterat. Vaticinium probauit euentus: pro aduocatore & iudice prouidentia fuit. Vi-
3.Reg.3.28. des? vers. 28. *Audiuit omnis Israel iudicium, quod iudicasset Rex, & timuerunt Regem, videntes sapientiam Dei in eo ad faciendum iudicium.* Quid timet populus in Regis pace, qui cum minatur absoluit, cùm gladium stringit, aciem non sustinet maculari in infante? Timuit à Rege, cuius exerti oculi futura prouideant, & de sapientia iudicia decernat. Equidem sapientia Dei non tantùm ad prætetita se porrigit & præsentia, sed futuritionis tarditate distantia indiuisibili prænoscit obtutu: eius sapientia prouiden-
Sap.14.13. tia est. Sapientiæ 14. vers. 13. *Tu autem Pater prouidentia gubernas.*

114. Ergo sapientia Dei in Salomone iudicante resplenduit; siquidem, vt testatur Iuditha, iudicia Dei in eius prouidentia sunt posita. Dices: Non iudicis, sed arbitri prouidentia est: Iudicem enim formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; huius libera, & nullis adstricta vinculis religio, & detrahere aliquid potest, & adiicere, & sententiam suam non prout lex aut iustitia suadet, sed prout humanitas, & misericordia impulit, regere; quæ
Seneca. sunt Senecæ lib. 3. de benef. cap. 7. Adiice Cice-
Cicero. ronem pro Roscio Comœdo. *Ad iudicium hoc modo venimus, vt aut totam litem obtineamus, aut amittamus: Ad arbitrium, vt neque nihil, neque tantùm, quantùm postulauimus, consequamur.* Fraudulenta mater non iudicem, sed arbitrum expe-
3.Reg.3.26. ctebat: *Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur:* pia genitrix pro amata prole iudicium amabat, vt aut totam litem perderet, aut teneret. Et tamen non arbitrium fuit, sed iudicium, vt Israëliticus populus conclamauit: *Videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.* Et bene. Per arbitrij semitam itum fuit ad iudicium. Scit prouidentia tramitem de arbitrij sapientia consternere, quo ad strictam iudicij formulam tendat. Ex arbitrio & iudicio constitit prouidentia: infantem, quem vt arbiter amputandum proposuit, vt iudex dedit integrum genitrici vers. 27. 3.Reg.3.27.
Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc est enim mater eius.

Iudicia ne acerba sint, calore pietatis, & inducijs temporis maturescant.

SECTIO XIX.

Vbitaria iudicia ferina sunt, quæ maturas formulas nesciunt, nec æneo grauitatis pede gradiuntur, sed anteà dilacerant vnguibus, quàm ore condemnent. Prompta debet esse serietas, seria celeritas, festinatióque lenta. Habeat suam ætatem tribunal, causam à puero vsque ad senem innutriet; nec quam recéter delator obstetricante iudice parturiuit, quasi illicò effœtam & vetusculam debet stylo damnationis abradere. Prouidentia opus est, quæ multum de maturitate contraxit, ardores temperat, impetum nescit, sedendo graditur, gradiendo sedet, & quasi otiosa solicitudine, in ipsa iudicij inquietudine quietem perturbari non suffert. Hæc natura iudiciorum Dei est, docente Iuditha: *Et tua iudicia in tua prouidentia posuisti.* Quid est in prouidentia posuisse iudicium? Non sanè quòd à prouidentiæ sinu diuina generentur iudicia, sed quòd postquam genita, in ipsamet prouidentia tanquam feriato subsidant, vt quæ æterna fuerunt, inibi ante prolationem otientur. Nonne sat æternitas, quæ præcessit, vt maturuisse penitus sententia iudicis videatur? Cur tot interualla temporis expectantur; quasi adhuc acerba præcociaque iudicia Dei sint, nec de sua æstate persusa, quovsque lentitudine temporis molliantur? Mira iudicis expectatio, longanimitas ad prodigium! Quod non in tempore, sed in æternitate decreuit, nonnisi in temporis die nouissimo prodit, & sæculorum protelatá segnitie tot annorum myriadas otioso tribunali transegit; non vt elucubraretur sententiam, nec angulos legum consuleret, sed vt æterna iudicia in sua prouidentia deposita quasi acerbitatem amittere, nec tumultuariò viderentur prolata, quæ totius temporis longæuitate sunt leniora. Cur nouissima dies vniuersorum destinatur iudicio, quod in momento, in ictu oculi peragendum; si iam quisque in instanti, quo moritur, iudicatur? Ne possit conqueri de celeritate iudicij, id ipsum, quod vitalem spiritum afflans audiuit, post deuoluta sæcula in extrema die, eiusdem tenoris obseruatione auscultabit: Nec causari valebit extemporalem iudicis promptitudinem, dum vita functo supplicium ei ob peccata decreuit; cùm quod subitò tunc protulerat, post tot temporum interualla, geminatâ prolatione fulciuit. 115.

Iudæ 6. *Angelos vero, qui non seruauerunt suum Principatum, sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine reseruauit.* Si ab orbis primordio, cœlorúmque recenti structura, superbi Angeli, inducta tyrannide, à rectitudine destiterunt: cur non illicò iudicij publicatio personuit; sed post totius temporis 116. Iudæ 6.

temporis spatium protelata sententia est, non timens ne ab ærugine cassaretur? Imò si statim in igneam caliginem sunt detrusi, quod aliud potuit superesse supplicium infligendum à iudice in nouissima die? O quàm seria grauitas iudicantis! Etsi ipsemet ignis absque vllo incremento flammarum, post iudicij diem maiestatis reos dæmones anget, quod est carcer, tunc erit irrogatum supplicium. Vna eadémque pyra nunc pro vinculis, pòst ardebit pro mulctâ, ardentibúsque voluminibus regyrata, ad vtrumque officium habilis est. Ergo omnis formula iudicij completur: priùs stringitur vinculis reus, carcérque illi custodia est, deinde sententiâ damnatoriâ feritur. Duo incommoda se se diuini tribunalis sapientiæ obiiciebant: & quòd Angelus nequam per tot sæcula vsque ad diem nouissimam impunis abiret, & quòd si è vestigio post patratum damnaretur flagitium, immaturitatis notam sententia subiret. Quid ageret prouidentia ingeniosa? Idipsum, quod futurum erat supplicij, fecit esse vinculorum & carceris: ignem, in quem damnandus erat, vt arderet, reorum fieri interim infœlicem custodiam; vt licèt titulus esset dissimilis in vrentis flammæ ministerio, dæmon pariter eiusdem incendij pateretur tenorem, siue dum vinculorum, siue dum supplicij gehennalis ardor præstet officium. Relege verba: adsonant nimium huic cogitatui; *In iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine reseruauit.* Nec distat illud Matthæi 25.

Matth. 25. 41. vers. 41. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.* Qui paratus? Imò iam diabolus in hoc igne torretur, nec segnis, inhabitatáque flamma est quæ iniquorum spirituum glomeratâ cateruâ repletur. Sed ignis, qui parabatur in pœnam, interim carcer erat; vt à vinculorum munere, ad patibuli transiret officium, & diutinâ custodiâ teneret, flammísque crepitantibus quasi sonante catena illigaret, quos postea peracto iudicio, sub carnificis persona, ministerióque pœnæ erat vsturus.

117. Cur Christus Ioan 8. vers. 6. postquam Scribæ & Pharisæi coram adulteram collocarunt,

Ioan. 8. 6. vt sententiam proferret: *Inclinans se deorsum digito scribebat in terra.* Quid scribit sapiens iudex, scriptionis tam auidus, vt pro calamo digitum, pro attramento puluerem, pro membrana terram inferret? Solemnis censio Patrum est, nihil certum & significans scripsisse, vt videre apud Augustinum, Rupertum, Euthymium, & Bedam. Cur superuacuis sulcis terram exarat, si nullius lectionis seuit ad fructum? Ne absque seria discretione, consultóque iudicio sententiam ex abrupto videretur tulisse; qui absque rationis mora, quid responsurus erat, percalluit, scribendi simulatione se deliberantem ostendit, & quasi sub calami arena intellectualia documenta versantem, agitationéque digiti, cogitationéque defixa, vt his temporis induciis appareret iudicij grauitas maturescere.

118. Cur Balthasare in triclinio Regio accumbente, diísque suis, libidini & mero libanti, Da-

Dan. 5. 5. niel. 5. vers. 5. *Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis.* Quod scribitur, serium est, è consilio venit, cum culcitra & somno consulitur: quod ab ore repentè iacitur, temerè fluit, nec de intellectus vena, sed de imaginationis turbida palude deuoluitur. Ne sententiam mortis subitò prolatam paruipenderet Rex, qui tarde accubando, sensimque bibendo sacrilegia patrabat, tarditatis symbolo iudicatur: sensim digiti scribunt, nec integra manus apparet, quasi digiti à manu diuulsi ægrè possent, & diutiùs characteres legibiles efformare. Ne dicitur quod cessauit scribere, sed quod iugiter scribebat: *Et aspiciebat articulos manus scribentis*, vt tardior esset lethiferæ sententiæ prolatio, nec tribunalis leges prorumpente impetu transiliret.

Ceciderat in bello Saül, nuntiúsque miseri 119. casus, concito gradu à Dauidis præsentiam se comparauit, referens se inter angustias mortis spiritum dubium penitus abstulisse iam danti. 2. Reg. 1. 10. *stánsque super eum occidi illum: sciebam enim, quod viuere non poterat post ruinam: & tuli diadema, quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meũ huc.* Quid inde? Iudicem impleuit Dauid, & maiestatis reum damnaturus, forum & suggestum efformat in aula: sciscitatur vers. 13. *Vnde es tu? Qui respondit: Filius hominis aduenæ Amalecita ego sum. Et ait ad eum Dauid: Quare non timuisti mittere manum tuam, vt occideres Christum Domini? Vocánsque Dauid vnum de pueris suis ait: Accedens irrue in eum. Qui percussit illum & mortuus est.* Cur tam maturus cunctantéque mansuetudine patriam occisoris quæsiuit? Cur tam præproperè abrutóque iudicio patibulum fecit de Regia, carnificem de ministro, & asylum præsentiæ Regis in meritum cædis transuertit? Certè iam priùs sciuerat quisnam esset; quippe adolescens ille, Saülis verba referens prædixerat vers. 8. *Dixit mihi Quisnam es tu: Et ait ad eum Amalecites ego sum.* Cur iterum Dauid de eo quod conscius est, sciscitatur? Vt causam cunctationis haberet, nec subitò irrumperetur in iuuenem: interrogationis texuit inducias, curauítque, vt iuuenis ille ratum sui efficeret testimonium, quasi non profuisset Saulis de eius origine vestigatio, & nisi Dauid, qui iudicem agebat, patriam extorqueret & mores. Cur autem, qui cunctanter inceperat, finiuit repentè iudicium, & in cubiculo Regio scelestum maluit spargi cruorem, quàm pœnam protelari occisionis? Quoniam adolescens ille iam voto Dauidem in Regem iurauerat, cui diadema Saülis deuouerat & armillam. Saülem vitâ functum voluit in Dauide resurgere, qui Saülis insignibus, maiestatísque titulis ad Dauidem ornandum cucurrit. Ergo Amalecites ille non Dauidis lentam pietatem, sed abruptum Saülis furorem expertus est quasi non Dauidis capud, sed Saulis diadema iuuenem tumultuario impetu iudicasset: & qui diadema manu portauerat, vt tempora Dauidica cingeret, sibi mortale portauisset iudicium. Nonne Saül absque iudicij formula, tribunalísque legitima tarditate, ipsomet cubiculo Regio, subitò lanceâ transfigere Dauidem tentauit, & ni erraret spiculum, séque parieti, vt homicidium fugeret, interseferet, aula Regia Dauidis sanguine purpurasceret 1. Reg. 18. 11. *Tenebátque & Saül* 1. Reg. 18. 11. *lanceam, & misit eam putans quod configere posset Dauid cum pariete.* Ergo cùm primùm dia-

Margin: 2. Reg. 1. 10. — 2. Reg. 1. 13.

dema Saulis ad Dauidem accessit, ad præproperam impulit occisionem; cum eo tamen discrimine, quòd Saül in innocentem absque iudicij trutina tetenderat cuspidem, Dauid in ipsius Saulis saltem voto occisorem cum aliqua forma iudicij irruit. Quod si momento peracta damnatio est, ex Saulis diademate, cuius agebatur de causa, subitariæ sententiæ venit velocitas.

Oculi in iudice sint pro lingua, interroget palpebris; non nisi intenti visus scrutatione condemnet.

Sectio XX.

120. Plenior est oculatus testis vnus, quàm auriti plures. Venerabilius iudicium est, quod oculis agitur, quàm quod auribus. Inuisum fit iudici & inuidiosum, nisi oculorum lucernis latebras, & secreta reorum disquirere. Collocet in prouidentia iudicium; prouidere autem geminatum videre, est qua quis videt, cui prouidet, & quid prouidet: nec satisfit in obiectorum præsentia, nisi & discretionis extensa manu, quod futurum abest, præoccupet. *Et tua iudicia in tua prouidentia posuisti.* Non sat est diuino iudici, antequam decernat, videre, quin & prouideat. Et quem nihil latet occultum, quamuis sub velamine tenebrarum subiaceat; priusquam iudicet, reuelare disponit, ne peccatoris absentia in defensum puniri causetur.

121. 1.Cor.15.52. 1.Corinth.15.v.52. *In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti.* Ergone idem erit, tubâ nouissima concrepare, militarique clangere ad victoriam mortis iudiciique publicationem accire, ac ictu oculi, tribunalis formam compleri? Sanè quasi palpebris sit ferendum iudicium, ictus oculi designatur. Ad quid corporum pulvereæ reliquiæ pristinos tendentur in neruos, solidabuntur in ossa, mollientur in carnes, palpitabunt in viscera, liquescent in sanguinem, rotabuntur in artus, asperabuntur in crines, & in diuinæ conflatorio virtutis vsque ad extremam cutem, ad animæ dignum conceptaculum polientur? Profectò ad iudicium buccina prouocabit; & tamen iuxta data Apostoli verba, ad tubæ sonitum resurrectio patebit. Ergo extincta corpora reaccenduntur, ne iudicium absque iudicandorum clarissima præsentia patretur. Si iudex Deus est, cui mors pariter & vita patescit: Quid opus resurrectionis tanto apparatu? Diligentia est, vt oculis constet iudicium; & quamuis non augeatur iudicis visus, saltem reorum erga se & erga iudicem visus accrescit. Ante thronum omnes cogentur in clarum spectaculum iudicantis; ne de occultatione causæ, alicuius querela subrepat.

122. Psal.40.5. Psalm.40. vers.5. *Oculi eius in pauperem respiciunt, & palpebræ eius interrogant filios hominum.* En ictus oculi, en palpebrarum admotio. Interrogatio solet esse per verba, ad linguæ officium attinet sciscitari. Quid est quod organa vocis ascenderunt ad palpebras, quasi oculorum pupillæ loquaces sint, Deúsque sermonis articulos proferat, dum oculos ciet? Sed si interrogatio iudicis est, non aliud guttur, non alia labra, nec vocis efformatricem solicites linguam, quam palpebras. Oculis interrogat, qui medullitus reorum crimina peruestigat, aciémque disquisitionis immittit, quà lumina intenta præcedunt. Ipse qui Verbum est Patris, qui vniuersitatis iudex disponitur, oculus ipse est, vtpotè qui intellectu Patris progignitur; & quidquid in intellectu, oculus est. Non vllus delatorum strepor, dæmonúmque inuidentium calumnia tenebris veritatem offundet: idem erit iudici, videre & loqui, Verbum & oculus. Ne distet causæ, reorúmque visio à prolatione sententiæ, loquetur oculo, videbit Verbo.

Ægyptia castum Ioseph, iam voto adultera, ad Dominici thalami pellicebat consortium: per vestimenti laciniam, quasi per occasionis crinem integrum iuuenem sibi deuincere tentauit. Ast ille Genes.39.vers.12. *Relicto in manu eius pallio fugit.* Illa adolescente destituta, pignoréque adolescentis grauata, plena corticis, vacua medullæ, se in inimicas iras laxauit, retentúmque pallium ostendit marito, vt iniuriæ carbonem incenderet furore vindictæ v.16. *In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti in domum.* Quid Putiphar ad inexcusabilem delationem, v. 19. *His auditis Dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valdè: tradiditque Ioseph in carcerem.* Cur de nimia credulitate sacris litteris accusatur, qui tot argumenta fidei, auribus hauserat, querelásque coniugis, quasi fumum flagrantis delicti, ab infamiæ probo attonitus auscultabat? Qui iudicem egit, dum iuuenem addixit compedibus, curtè se gessit, dum sic amputauit tribunalis officium, vt auribus & non oculis commisisset sententiam. Non sat est credulitas, supersit visio, vt damnatio iusta succedat. Illa in argumentum fidei pallium explicuit: fides ex auditu est. Studuit adultera non aliud organum in adolescentis causa exerceri, nisi auditus & linguæ, quæ oculos iuuenis clausos petierat ad flagitium; nec quòd videret, voluit, quem secum dormire contendit: *Dormi mecum.* Quid? Nisi propudiosum nexum, thalamíque calentem maculam oculis Dominus prospexisset, non debuit coniectare piaculum, dum potenter lacessebant indicia? Ea opus est ad iudicium criminis euidentia, vt si propriæ iniuriæ iudex efficiatur maritus, non sat ei sit esse criminis credulum, quin videntem.

Senes illi, Susannæ pariter delatores, iudices, & lenones matronam cum iuuene illigatam vidisse testimonio iniquo retulerant, Daniel.13.v.41. *Credidit eis multitudo, quasi senibus, & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem.* Iustene populi sententia processit? Si iudices fuere videntes, quæ maior soliditas adulterij: Si populi caput iudices erant, videntibus iudicibus populus vidit. Surgit puer Daniel, dum iam promiscua turba lapidibus armabatur, concitátque quæstionem de visu, priùs senibus disiectis seorsum vers.52. *Nunc ego si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi? Qui ait, sub schino.* Statim alij vers. 58. *Dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi? Qui ait, sub primo.* Vix fatus erat, cùm *Clamauit omnis cœtus voce magna, & consurrexerunt aduersus duos Presbyteros.* Vnde, pero, falsitate conuicti: Non dixerant senes, se sub arbore

arbore vnà latentes conspexisse adulterium, sed sub pomario, in quo lignorum varietas, geminum lignum opacantibus foliis potuit lenum impartire latibulo. Dixerant enim vers. 38. *Porrò nos cùm essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri.* Potest exponi, Danielem non sciscitatum fuisse de arbore, sub qua vnusquisque senex latebat, sed sub qua inuerecundum inuenere piaculum, strictúmque iuuenem cum Susanna. Verùm quid? Debuit percalluisse senex, cuius naturæ, cuiusue vocabuli arbor esset, quæ obumbrauit delictum? Sanè in propudioso flagitio oculi stupentes hæsissent, nec ad qualitatis arboreæ vestigationem impetentibus in reos spatium suppeteret. Sit ita, si populares senes tantummodò essent; verùm qui & simul iudices erant, visum penitus collimare debuerant, & vel teneri folij indolem & vocabulum perscrutari, nec solùm quod in radice patrabatur, videre, sed & ramorum nexus, vmbræque perquirere qualitatem. Eiusdem delicti est operire & patrare delictum. Sub trunco arboris non vidisti peccatum, si quale caput operientis arboris non vidisti. Geminum oculum vnicuique natura concessit; quidni iudici? Vnum tibi ex luminibus amputasti, qui dimidiam subtus arborem, delicti perpetrati ream, non alteram sursum dimidiam, ream vmbraculi prospexisti. Vniuersum iudicium vniuersa prouidentia est, quæ super & subtus videat, & iustè decernat.

115. Matth.14.10 Cur dissectum caput Baptistæ ad secundas mensas in ferculo trahitur pro bellariis? Matthæi 14. vers. 10. *Misitque & decollauit Ioannem in carcere, & allatum est caput eius in disco.* Præposterè accusati capitis visus exigitur. Sistatur viuus coram te in conuiuij feruore Ioannes, ne triclinium macules ex tepentibus adhuc venis effuso cruore. Quid proderit absque collo caput, os absque gutture inter mensas, post iudicium ante iudicem, iugulatus? Vide conscientiam Regis iniqui; quem non tunc visum iudicauit, quasi correxisset erratum, post cæsum iugulum videre voluit. Sed qui cæcus erat, & dormiens sub sopore luxuriæ, noluit coram castitate oculos aperire. Tunc elegit videre Ioannem, cùm à Ioanne videri non posset, cui oculos & horror stupri, & mortis necessitas occludebat; cùm tamen iudex debeat videre, & videri, vt habeat reus, coram quo accusationis onus, innocentiæ facie monstrata, possit deponere.

116. Genes 18. Sodomam Angeli incensuri sulphureis de cœlo flammis, adueniunt, & postquam in Abrahami tabernaculo beneuolum acceperunt hospitium, vers. 15. *Direxerunt oculos contra Sodomam.* (Gen.18.19.) Ergone oculorum officio infligendum supplicium est, nec vestigia dirigunt nec manum vibrant, nec ignea iacula mittunt; sed oculis, ceu gressibus pergunt? Quid? Gehennalis pœna salacibus & lasciuis erat ciuibus incutienda: ideò oculis non solùm examen committitur, sed & incendij celeris exequutio. Oculos contra Sodomam dirigit, qui iudicium dirigit contra Sodomam. Ne distent oculi à iudicante, non ore sed oculis fert sententiam. Clarissimum speculum limpidáque crystallus Angelus est, vbi virginitatis forma, puritatísque species resilire consueuit. Nonne hebetabitur iniuriosè, si coram lasciuia se sistat, hauritque ex obiecta libidine, inhonesti visus reliquias? Adeò opus est iudici, fontem conspicere, antequam puniat; vt puniat, vt & Angelus ipse, cuius natura castitas est, impudicam causam oculis tractare delegerit, patique à nefariis concubitoribus sub specie pulcherrimi iuuenis concupisci, vt euidentia facti clareret. Nihil potuit concipi exaggeratius. In ingenitæ honestatis dispendium se inter procaces, inuerecundósque homines, libidinis œstro agitatos, proiectat Angeli, nec semetipsis capere experimenta verentur, dummodo reos, reorúmque crimina propriis oculis, antequam iudicent, intueantur. Imò qui nunc Angeli nuncupati, cùm ad videndum criminis accusatos, se accingunt, iam diuinum nomen accipiunt, Deúsque in Angelos incipit reuelari Abrahamo, qui quà Deus est, videns est, quà iudex, videns & Deus. Ausculta: Vix direxerunt oculos contra Sodomam, cùm illicò subditur v. 10. *Dixit itaque Dominus: Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam.* (Gen.18.21.) Qui nuper Angeli putabantur, iam sub Dei nomine proferuntur; qui nuper tres viri, iam Dominus claro reuelatur stylo. Dum perhibuit se tendere, vt intentis oculis, libidinosi sceleris efficeret euidentiam, de virorum specie & vocabulo, in vocabulum Dei transiuit, quasi in vidente iudice quædam diuinitatis scintilla resplendeat. Quippe Deus non est aliud quàm videns, iuxta vocis notionem: ac proinde in propinquo significatu eadem vox iudicem pariter esse demonstrat. Verùm si iam præmiserat: *Et peccatum eorum aggrauatum est nimis,* scientiáque Dei falli non potest: cur statim sub ancipiti dubitatione vestigare contendit: *Et videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: an non est, vt sciam:* quasi visus humano modo peractus scientiá Deo præstet, & æternæ cognitioni firmitatem veritatis conciliet. Vide si videre debeat humanus iudex, si diuinus à visu, humanitus loquens, scientiam capessere pronuntiare non vereatur.

Nouissimum iudicium ante oculos iugiter obuersetur.

SECTIO XXI.

INsitus nostrorum iudiciorum nobis est amor, nec labitur è memoria, quod ingenij solicitudo produxit. Deus est magis noster, quàm nos; eius iudicia tractemus vt nostra, in peruiligi prouidentia agitentur, non fluant ex animo; dum momenta fluunt, recordationis inquietudine repetantur. Iudicia, Dei asserente Iuditha, in eius prouidentia sunt posita, sint & in nostra. Quò oculus radios visionis emittit, si per vitrum viride, aut purpureum traiiciant, purpurascit vtique & virescit obiectum, mediique colorem induere non detrectat, quà radiorum transitus est. Si Dei iudicia iuxta palpebrarum motum, papillarúmque crystallum iugiter studiosus apponas; quidquid ages, quidquid terrenum conspicias, extremi iudicij qualitate perfundes, nunquamque 117.

aberit à recto, quod huiusmodi colore tingetur.

128. Cur vniuersum extremi iudicij tribunal in vna tantùm accusatione erga reos, in vna erga
Matth.25.34. iustos laudatione completur? Matth.25.vers.34. *Venite benedicti Patris mei: esuriui enim & dedistis mihi manducare*, &c. vsque ad illud. *Quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Deinde ad reprobos: *Discedite à me maledicti: esuriui enim, & non dedistis mihi manducare*, &c. vsque ibi: *Quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Cur non furta, sacrilegia, libidines è tot causarum voluminibus eruuntur, vt publicentur orbe auditore? Totus apparatus iudicij, in quem cælestia, terrena, inferaque diuulsis cardinibus glomerantur, de pauperum commemoratione firmatur: vt nouissimi iudicij verba nobis continuò obuersarentur in oculis, dum passim pauperes cernimus, quibus vniuersæ regiones abundant, qui statim ac visi, vellant aurem, pungant memoriam, nouissiméque diei ad imaginem prouocent spectaculum mentis: Dictû enim Domini est Matt.26.
Matth.26.11. vers.11. *Semper pauperes habebitis vobiscum* Cùm pauperem videris, ambæ tibi de iudicij strepitu tinniant aures. Per fora & compita, quæ inopum scatent gregibus, supremi iudicis repræsentatio peragitur, cuius oculi cum in pauperem respiciunt, nos solicitant, vt in pauperem respicientes, vsque ad nouissimi diei tribunal, intentionis oculos porrigamus.

129. Lucæ 21.v.25. *Erunt signa in Sole, & Luna, &*
Luc.21.25. *stellis.* Cur de cœlestibus lampadibus constat pompa iudicij, & amica sydera, quæ lucis fauore prouentibus humanis incumbunt, in extremi diei armantur horrorem? Imò ipsemet Sol & Luna, quorum ope exercitium oculorum perficitur, nec nisi per lucis tramitem visus in obiecta distenditur, vt clarissima signa iudicij parantur; vt quoties palpebras moueas, inquietásque pupillas intendas, ipsemet Solis radius, cuius ministerio intueris, lucidam iudicij recordationem exhibeat. Parum hoc. Ab orbis exordio hæc astra, cùm ex lucis fonte detornata erupe- runt, in huiusmodi signum destinata dignoscers.
Gen.1.14. Gen. 1.v.14. *Fiant luminaria in firmamento cœli, & sint in signa & tempora, & dies, & annos.* Quàm diutina meditatione, institutionísque celeritate ac significandum diei extremi iudicium in quarta genesis die tenditur Sol, argentúmque cuditur Lunæ! En initium conuenit cum extremo, & post reuoluta sæcula, luminarium signa in orbis occasu ipsissimet, quæ in cunabulis orbis sunt præmonstrata, respondent. Nec te fugiat verborum series: *Sint in signa & tempora, & dies, & annos.* Priùs in signa, dein in tempora formantur & annos; cùm tamen prima sui vertigine Sol ad tempora metienda gyretur. Adeò debet altè inhærere iudicij venturi memoria, non vt priùs ad vicissitudines temporum gubernandas, quàm ad exercenda signa iudicij, iuniorem lucem fudisse censeatur. Quoties nitidum orbis oculû per viridem sphæram aperiri conspexeris, & voluì, vocale tibi perstrepat signû, lux lingua sit, studiosus animus auris.

130. Psalm 9.v.27. *Non est Deus in conspectu eius,*
Psalm.9.27. *auferuntur iudicia tua a facie eius, omniũ inimicorum suorum dominabitur.* Ergone sic debent intimè inuiscerari iudicia Domini in oculis prospectantium, vt si fortè ab intuitu aliquando deficiant, auferri & auelli putentur à facie. Ne distent ab oculis, sint pro genis, pro fronte, pro naso, & integro ore. Quin si pro vultus cute iudicia Dominica sunt: quisquis illorum apparet immemor, dilaceratum & deformem, quasi auulsa pelle, vultum gestat. Imò qui absque iudiciorum iugi recordatione perambulat, expertem Dei esse opinabimur: cùm Deus & iudicium Dei pro eodem Numine supponere videantur. Annotastine: *Non est Deus in conspectu eius.* Quo probat? *Auferuntur iudicia tua à facie eius.* Non inquit auferentur, sed auferuntur: quia non dixerat: Non erit Deus, sed non est Deus. Vt noueris, Deum à conspectu tuo desciuisse, cùm à facie tua Dei iudicia descifcunt. Nec tædeat enucleare quod sequitur: *Omnium inimicorum suorum dominabitur*: vbi Genebrardus: *In fronte est metaphora à ventis,* Genebrard.
qui cùm flant, dominantur in aëre; in omnes inimicos suos flabit, eos flatu prosternet, vel sufflabit. Nonne crepante buccina obuiam Christo in aëra iudicandi procedent? Et iuxta Lucæ 21.
vers.26. *Tunc videbunt, filium hominis venientem in nube cum potestate magna* Nonne iuxta Luc.21.26.
Marcum 13 vers.22. *Tunc mittet Angelos suos,* Marc.13.27.
& congregabit electos suos à quatuor ventis. En igitur; quo dominatur Dominus iis, qui à conspectu suo Dominicum iudicium abradunt, nempe ventorum more, illorum esse dominaturum in aëre, sufflaturum in orcum, vt iudicij extremi veritatem minetur iis, qui de eius obliuione tabescunt.

Isaiæ 28. vers. 17. ex translatione Septuaginta. *Ponam iudicium in spem: at misericordia mea in stateris.* Quid est quod iudicium non in timorem, sed in spem ponendum esse promittitur, cùm potiùs animis meditantibus, pauorem incutiat, succíque vitalis vigorem exugat frigidus timor, qui ex vltimi iudici, recordatione consurgit? Quoniam spes rem speratam obseruari facit continuò in cogitatione sperantis, quasi manu desiderij præsumat, quòd sortis futuritio protelat. Quod adipiscendæ rei simulacra in mente pererrant? Quoties animus meditantis semet in euanida possessione fefellit, quasi voti auiditate prendisset, quod recordationis artificio producit. Curat quis, rei, quæ timorem instigat, memoriam auertere, speciesque pauoris obortas oblectamentis conquisitis sopire. Quod speratur, lenocinium est recordantis, horror est memoris, quod timetur. Ergo vt iudiciũ extremum reminiscentibus hominibus blandiatur, de spei ingenio suscipit blandimenta memoriæ, & quod erit ibi hilare, lætúmque, videlicet integri hominis erga præmium beatitudinis retributio, repræsentare solicitat, vt sub illo velamine aureo acerbitatem supplicij, si deliquerit, latenter inducat. Cur misericordia in stateris locatur? Quid in altera lance pro examinando pondere venit? Equidem solùm egit de iudicio, & misericordia vates. His ergo constabit trutina, vt hinc rigor iustitiæ, illinc misericordiæ lenitas appendatur. Quàm sedulò oculorum obtutu, quàm anhelo pectore videbis iterúmque videbis, cùm de pretiosæ quantitatis discrimine agitur, si huc vel illuc statera vergat; & si in vncia dissidium est, quàm multiplici inquisitione repetes luminum diligentiam. Si sic misericordia & iudicium in bilance ante oculos tibi deponitur? Vide homo, momentum est, vix vncia, in quo periclitaris salutem. 131. Isai.28.17.

ſalutem. Explica palpebras, intentique viſus replica ſedulus perſpicaciam, intuendi multiplica vices: potes enim, dum viuis in miſericordiæ lance ex bonis operibus pondus aggerere, ſi delicta in lance iudicij ſtateram propendere coëgerunt. Si viſeris & reuiſeris ſtateram, quoties diei momenta labuntur, liberè quò vergat lanx, tuiſmet meritis poteris adipiſci.

Viæ iuſtorum, quà laborum obſitæ ſpinis, floridæ ſunt, & planæ: viæ iniquorum quà voluptatum lenocinijs conſtratæ, præcipitia ſunt, & petroſæ.

SECTIO XXII.

132. VIæ iuſtorum paratæ ſunt, ductiles, planæ, rectæ, conſpicuæ: viæ iniquorum de his dotibus fallunt oculos; ſed quò magis teruntur, magis petroſis cliuis tumulisque protuberant, & quæ de planitie adulantur, illicò in præcipitia declinant. Virtus ardua eſt, ſcopulos habitat, ſurſum ac deorſum ire opus eſt, qui in elatam eius ſedem contendit: inter dura & aſpera graditur, ſed quæ molliat & complanet ipſe, qui pergit. Semper ergo parata eſt virtutis via, quam ipſemet viator veſtigijs procedentibus parat. Iniquitatis iter à peſſundantibus cauea fit, & quò plures recipit greſſus, altiùs foditur in ruinam. Docet Iuditha: *Omnes viæ tuæ paratæ ſunt* Quid eſt paratæ? An ſtragulis conſtratæ & aulæis? an viridi cæſpite, floribúſque adornatæ? Imò pluries ad Deum per dumoſa ſpineta, per rupes, voluminaque ſcopulorum eundum. Sed paratæ dicuntur viæ; quippe ipſiuſmet euntis nudo veſtigio, abſque ferreo calceo, abſque ligone panduntur. Sat eſt quòd te compares ad inceſſum, nec dubites aggredi inuium & implexum curſum, quo itur ad aſtra: ipſa ſe aperiet inter inextricabiles vepres ſemita; flectetur elata, aſſurgent demiſſa, & quaſi in ſuomet pondere librata planities æquale ſolum pedibus exhibebit.

133. Igneus Dominus apparebat in rubo, flammeo imbre vertices virorem infundens. Tentat pergere Moyſes, quo ſenticoſi luminis affulgebat prodigium: at Dominus inquit Gen 3. verſ. 5. *Ne appropries huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Imò cur exuat à calceis pedes, ſi ſpinis vtique, quæ huic monti dederunt Sinai nomen, ſcatet locus? Nonne limpidior acceſſus erit pedibus inermis, quos oborti non pupugerint vepres? Expende rationem: *Locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Quæ virtutis, & ſanctitatis eſt via licèt videatur vepribus inhorreſcere, ſpiculiſque ſpineti occludere ſemitam & implectere oſtium: tamen ſi nudis pedibus, nec de mortalitatis armatura fidentibus calcari incipiat, nulli ſupererunt ſentes, qui pungant, ipſiſmet euntis greſſibus ſepeliuntur. Calceatus Moyſes feriretur à rubo: dum ponit calceamenta, neſcit percuti, ſed honorari. In virtutis ſemita veprium hebetantur acumina: quid ſit pungere obliuiſcuntur. Vides? nec ignis pungebatur à rubo, nec rubus cremebatur ab igne: nam ignis & ſpinæ, quibus terræ ſanctæ ſemita conſtat, inimicas indoles amiſerunt.

134. Aries qui ſufficitur pro Iſaaco cornibus inter vepres hærebat. Geneſ. 22. 13. *Viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio.* O Dominum ſpinarum amicum! ſiue ad immortalitatis indicium in illæſo rubo ardet vt ignis, ſiue ad mortalitatis in humana carne figuram vmbram ouis recipit inter vepres, tandémque ſtadium patientiæ in veſtibulo mortis redimito capite Redemptoris coronauit ſpinis. Vt quid ſi putas? Vt omnem ſibi ſpinarum vſum præſumeret, viámque fidelibus reliquiſſet paratam, cuius principium ſpinoſum & finis, vniuerſum eius ſpatium ſpinis obſitum indicabant. Ergo iucundum eſt virtutis iter, cuius etſi circuitu ſpineus ſit, in coronæ Dominicæ conſumitur circulo, medium peruium relinquitur ingredientibus. Geneſ. 22. 13.

Oſeæ 2. verſ. 6. Sic iraſcitur Dominus in ſcortum, quæ laſciuiente ſaltu poſt ſuos amatores currebat. *Propter hoc ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet.* Si virtutis ſemita inter aculeatos ſpinarum nexus securè gradientibus inuenitur: ſi iniquæ voluptatis callis, dumetis affligentibus aſperatur: quid eſt, quod fornicatrici in ſupplicium ſpinis ſepitur via, quas ipſamet voluptas abſque noui ſupplicij irrigatione producit? Imò quia laſciuiæ malignitas inter inuiſibiles vepres graditur, herboſam, floridámque ſemitam ſuſpicatur, qua tendit; roſáſque carpit, nec ſpinas conſiderant, quibus horrent; ſpinis ſepire viam, eſt ſpinas viæ reuelare, qua pergit: vt non vltra pedem inducat, quæ ſolum per mollia ſuo viſu prata figere conſueuit veſtigia. Inde illud: *Et ſemitas ſuas non inueniet.* Suas dixit, non ipſius itineris? quippe; laſciuo, & amatori ſæculi, vbi aliqua amaritudo laboris obſiſtit, ſpinæque virtutis vincendæ ſe obiectant, nullus patere aditus ad ingreſſum videtur, & quæ ſemita ſancti eſt, eius non eſt. 135. Oſeæ 2. 6.

Quàm parata via iniquo Balaam videbatur, quam arripuerat, intendens Iſraëliticum populum maledicere! Aſinâ per ſemitam vehebatur, alieno ſubleuatus labore. Illecebroſa enim malignitas eſt, & ne ſubeat fatigationem in malo, brutorum pedibus, nempe irrationalium voluptatum vectaculo nititur ſupportari. Sed en Angelus Domini ſtricto gladio, quæ improbo Prophetæ apparebat aperta, occluſerat viam. Numer. 22. verſ. 23. *Cernens aſina Angelum ſtantem in via, euaginato gladio auertit ſe de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reducere, ſtetit Angelus in anguſtiis duarum maceriarum, quibus vinea cingebatur.* Cur Angelicam naturam, quæ humanam præcellit, ſubiugale animal intuetur, nec valuit proſpexiſſe Balaam, qui potiùs ſemitā expeditam cernebat, quà, vt iumentum pergeret, calcitrabat? Cur non cùm declinabat per agrū gladius Angelicus obſiſtebat, ſed cùm cōtendebat propheta, per directam ſemitam aſinam reducere reluctantem? O! Adeò improbo per ſæculi vias curſori inuiſibilia ſunt præcipitia, diſcrimina, mortiſque inſtrumenta, quibus ſternuntur ad ruinam, vt periculum, propendentémque cladem, quam vel inſipiens aſina proſpiciebat, etiam ſciolus, ſibique ſapiens non videret Propheta, iudicans iter, quo voluptas, odíque procacitas illum ad maledicēdum ductabat, inoffenſum eſſe, clarū, & volupe. O inſipientes mortales! Latent angues ſub herboſo cæſpite, ſub marmoreis pauimentis ſpecula 136. Num 22. 23.

assurgunt, si illac itur in vitia. Opus est quòd asina rudis loquatur, vt reprimas gressum, & ab animali muto rationales voces auscultes, vt pergenti tibi per iniquitatis semitam oculi soporati aperiantur, ne in minacia pericula dilabaris.
2. Petr. 2. Bene scholiauit S. Petrus 2. epist. 2. *Subiugale mutum hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ insipientiam.* Quæne insipientia fuit perrexisse per viam? Fuit equidem stulta væcordia, paratam semitam credidisse, cui armatus, vt percuteret, Angelus insistebat. Adeò viæ iniquitatis discrimina vitæ, periculáque salutis æternæ parturiunt, vt si fortè in illis defecerit imminens gladius, ipsemet Angelus pacies, ense euaginato, quasi è semita pullulasset, fœdissimam cædem minetur.

157.
Psal. 17. 50. Psalm. 17. v. 50. *Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* Quine filij alieni? Alieni nempe viri soboles metricia, spurij quidem & nothi. Non inquit, quòd in semitis suis claudicauerint, sed à semitis: scilicet ex maternis visceribus, quæ scelestus concubitus inquinauit, vitæque semitas, gignendi videlicet & nascendi, spinis peccatorum obduxit, claudicare cœperunt. In ipsomet ortu cadentes crura alliserunt, vestigiáque lasciua curuarunt, quippe semita, quæ voluptatis improbæ fuerat, petrosa nimis subdolæque citatis fuit: vixque geniti, nascentísque pedem accepit, cùm illi operata fuit præcipitium. Ergo, qui à primis semitis sic in vitio libidinis claudicarunt, curuant poplitem, dum incedunt, quasi crimen adorent, ægritudinéque delectentur. Quod si claudicare à semitis, in ipsis semitis claudicare, exponendum contendas: qui per eburnea graditur superbæ vitæ voluptuosæque pauimenta, quæ leuigata sunt, omnique calculo expedita, quomodo poterit in ipsamet cæspitare planitie, genúque sauciare de casu? Sed quò magis stratum tersum est, speculatíque læuitate pollet, pedes minùs substinet, qui molli pauimenti obedientia deliniti labuntur, nec est asperitas, quæ resistat ruinæ. Ergo appete duros calles, non blandos, qui lutum in hyeme, in æstate puluerem gignunt. Validis lapidibus de asperitatum vena desectis obfirma semitam, vt ipsamet asperitate firmeris, nec cadas lubricus in mollitiem, seu luto aspersus, seu puluere cæcus.

Iniquus præcipitium de plana, & directa semita facit, Iustus de salebris viam, de naufragij discrimine portum.

SECTIO XXIII.

138. SEMITAM qua pergit iniquus, si iustus terat, in rectitudinem de curuitate restaurat; est illi ad beatitudinem trames, qui amatori malignitatis exterminium ad inferni profundum. Iniquus facit de propitiatione peccatum; iustus de peccati periculo per sæculi vada tranquillitatem & portum. Complanationem semitæ secum fert virtus, & de sua qualitate calles respergit: lubricum & debile pauimentum imprimendo vestigia consolidat, & quod fouea est, in qua offendat iniustus, collis est, in quo amicus Dei erigatur. Docet Iudith: *Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt:* Quæ dixit omnes, nullam exclusit, siue per syrtes, siue per volumina fluctuum, siue per strepitum sæcularis frequentiæ eunti ad Dominum parata via est, & qua alij cæspitant, ille currit; qua alij labefactati desistunt, ille columis, illibatóque vestigio diducitur. Nonnisi per Deum ad Deum acceditur, qui non solùm pædagogus, qui de itinere erudit, sed & est via, qua tenditur ad se ipsum

Ioan. 14. Dixit Domino Thom. v. 5. *Domine, nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire?* At Dominus respondit: *Ego sum via, veritas & vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Si cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis* Tandem: *Philippe qui videt me, videt & Patrem.* Qui feri valeat, quòd via sis ad Patrem, si in te Pater est. Semitam cum termino, in quem itur, confundis, inquietudinémque viæ cum stationis pace permisces? Adeò paratam esse indicauit quamcumque viam, quæ ducit ad vitam, vt non aliam dixerit viam, quàm quæ cum ipso portu beatitudinis copulatur. Si semel, qua Christianus viator pergis, iam terminum tenere videris, cùm Christianum callem aggrederis Christus est, quà tendis, Patrem ibi reperis, quò tendebas. Si semel prendisti semitam, ambulans quiescis, quærens inuenis, sperans frueris, & in ipsamet inquisitione bearis. Ioan. 14. 5.

Sponsa, quæ in lectulo amasium post sedulam vestigationem inuenire non poterat, dum per compita, errorésque viarum perrexisset, inuenit, Cantic. 3. *In lectulo meo per noctes, quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni.* Quem in quietis secreto, deliciísque thalami officiosa non reperis, per noctis tenebras, anfractúsque periculosos biuiorum & fœmina, & pulchra, & incomitata reperies? Impinges equidem in armatas ciuitatis vigilias, pudoris & honestatis discrimen subibis: *Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea. Inuenerunt me vigiles.* Ipsa non inuenerat & inuenta est. Inuenire quærentium est. Quærebántne vigiles venustam fœminam, qui sic fortè illam inuenisse dicuntur? Sed quæ vitæ & castitatis discrimina non quærant puellam, quæ dum cum syderibus de venustate contendat, in incubio noctis per plateas ciuitatis pererrat? Non reperta dicitur, sed inuenta, quam ipsamet pericula vestigabant. Et tamen quæ feruidæ intentionis voto per nocturnas vias sub lubricitatis periculo ad quærendum sponsum perrexerat, tandem felici sydere inuenit, & de infortunio noctis fortunam possessionis accepit. Vides? *Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum:* Quis sic crederet, soliditatem rectitudinèmque sponsi inter præcipitia inuenisse, quem in molli culcitra genialique toro perdiderat? Vt noueris, inquisitoribus Dei vnamquámque semitam esse paratam quantumuis periculis occursantibus fremat, tenebris horreat, prædonibus obsideatur. Quæ non ambulabat, in lectulo non inuenit; ambulando tenuit, quem cubãdo segnis amiserat. 139. Cant. 3.

Ioan. 8. vers. 12. *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Benè constat, quòd qui post lucem vadit, ad ipsomet tergo lucis illuminatur, eíque nitidæ scapulæ faces sunt, quæ præcedunt, splendorémque ministrant eunti. Ergo quâcumque obambulet iustus, etsi regio sit tenebris infamata, 140. Ioan. 8. 12.

mata, denſâque caligine obducta, ſub meridiana luce procedit, cuius pedes, quam ſequuntur, illuſtrantur à luce. Verùm ſi non ambulat in tenebris, iam habet vtique lumen, cùm priuatio luminis tenebræ ſint, & aër quod tenebris, non afficitur, neſcit eſſe luminis vacuū. Quid eſt igitur, quod adiicitur: *Sed habebit lumen vitæ*, quaſi nōdum habeat, qui tamen iam à tenebris expiatus & ablutus incedit? Si nec in tenebris, nec in lumine eſt, quæ illi qualitas imputabitur pro ſereno? Ea eſt diuinarum viarum à tenebris expeditio & libertas, vt qui Deum ſequitur, illicò aſſerendus ſit, minimè in tenebris ambulare, quamuis nondum conſtiterit lumen, poſt quod ſequitur, tetigiſſe. Faciliùs eſt credere, luce pariter & tenebris ſpatium aëris deſtitutum manſiſſe, quàm hominem, & vadit poſt Deum, etſi nondum contigerit lucem, per opacas & obſcuras vmbras incedere. Poteſt eſſe, quod nondum comprehenderit lucis fontem; quod illi tenebreſcat iter, non poteſt.

141. Fœliciùs Ionas, quàm in puppi, nauigabat in ceto Dum in naui radente fretum ſternens & languidus accubabat, fermè iam abſorbebatur ab vadis, faciebátque de ſtationis tranquillitate naufragium, ſecuritáſque vectaculi ruinam minabatur Prophetæ. Qui potuit ad latrantium fluctuum horriſonum ſtridorem dormire? Ionæ

Ionæ 1. 1. verſ. 4. *Et facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri: & Ionas deſcendit ad inferiora nauis, & dormiebat ſopore graui.* Si antequam pelagus fremuiſſet, deieciſſet eum ſopor, ſuſtinerem vtique: miror, æquore concuſſo, nauiſque luxatis lateribus ad huc iacuiſſe eliſum à ſomno. Verùm poſtquam tempeſtas vrente Aquilone conualuit, aquarumque planities ſubſiliuit in montes, qui validus ſomnus potuit de cerebri vaporibus condenſari? Qui poſt Deum ambulare renuerat, & ab eius fugerat facie, ne greſſus intenderet, ſe tradidit ſomno, & dum tempeſtatis agitabatur aculeis, vt ſe in Niniuem compararet; ſtuduit immobilis per ſoporis grauitatem conſtitui, & abſque vllo ſenſu iacere. Quid? Vix in mare grauans ſarcina iacitur, cùm ſemitam inuenit in aquis, quam noluit in carina tenere. Glutitur à piſce, & in feretro animato ſepultus, qui ſomnum in naui elegerat, vt ambularet in Domini via; dum Dominum ſequi pacauit, incepit ambulare in ſepulchro Ionæ 2.

Ionæ 2. *Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis, & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me.* Quid eſt, quod tibi tam citò de exauditione blandiris? Vnde noueris exaudiri, ſi incipis nunc clamare? Quoniam in ambulante ceto ambulabat, Dominíque viam, quæ in aquis ſolet eſſe, terebat? ſe iam ad portum credidit appuliſſe inter gurgites inuolutus, quippe qui faciebat ſemitam de naufragio, de vndoſa ſemita ſecuritatem effecit.

142. Saulus in Diſcipulos Domini, viam incenſus furore arripuerat, & quam inceperat ambulare

Act. 9. 3. inimicus, finiuit Apoſtolus, Actor. 9. verſ. 3. *Et cum iter faceret, contigit, vt appropinquaret Damaſco, & ſubitò circumfulſit eum lux de cælo. Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule quid me perſequeris?* Domini vox illud pronunciare conſueuit: *Qui ſequitur me. Sequere me. Vos qui ſecuti eſtis me.* Dolet nunc quod Saulus non ſequitur, ſed perſequitur. Qui ſequitur, greſſus ſuos per viam, quà incedit, cum præcedentis veſtigiis conformat. In via Saulus eſt; Quo fiet, vt qui perſequitur Dominum, iam ſequatur? Cadit ab equo, in terra eliditur, ardore terretur, oculorum lumine exuitur; vt Domini viam velociùs currat, caſu corporis in lapidem alliſi conſternitur: ſed in ipſomet cæleſti lumine inuoluitur, vt noſcat, tam vicinam eſſe diuini Numinis claritatem viam Dominicam incipienti, vt ipſamet lux cuius ope via mutata fuit, ei in ſignum beatitudinis illuxiſſet. Ergo coniunctum fuit præcipitium cum luce, cæcitas cum fulgore, eliſio corporis cum animæ ſanitate. Quippe viæ Domini de laborum ſalebris infortuniiſque ærumnarum ſolent conſtare, ſed quas lux tranquilláque claritas gloriæque nitidum pignus illuſtrat. Iter, quod contra Deum Saulus formabat, intentione mutatâ, non ſpatio, conuertit in Deum: & quod eques deſtinabat peragere, pedes & eneruis peregit. Sed qui ſuper equum in tenebris ibat, ab equo cadens affulgentem de cœlo lucem accepit: *Subitò circumfulſit eum lux de cælo:* Obſerua illud *de cælo.* Qui poſteà progrediens, poſt plurima vitæ perfectæ curricula emenſa, in cælum erat rapiendus, in ſignum quod totis virtutum greſſibus continuò pergebat in cælum; nunc in terram cadenti, primumque Chriſtianæ vitæ figenti veſtigium, ipſummet cælum in lucis portione ſe decline proiectat; vt qui adhuc ambulare non poterat, ſed volebat, cælum ſibi ambulans mereretur. Diſſimilis via Iudæ fuit. Saulus per furoris ſemitam luxatur in corpore; vt citiùs perueniret ad cælum, cælum, cælique Dominus ſubitò deflexit ad illum. Iudas per templum, quod Domini ſedes eſt, in arborem abiit vt in patibulo ſtrangularetur, & quò magis ſe leuaret in cælum, altiùs caderet in profundum. Matth. Matth. 27. 5
27. verſ. 5. *Ei proiectis argenteis in templo receſſit; & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* O peruerſe proditor, qui vitæ ſemitam auaritiæ ægritudine peruertiſti! Viam facis altare ad ſuſpendium, templum ad furcam: qui proditionis pignus, oris Dominici feceras oſculum. Sic ſic quæque via in damnationem iniquitati eſt, quæ ad ſuſpendij arborem, templi gradibus aſcendere non veretur.

Verſ. 6. Reſpice caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tunc caſtra Ægyptiorum videre dignatus es, quando poſt ſeruos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu ſuo, & in multitudine bellatorum.

Verſ. 7. Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos.

Verſ. 8. Tenuit pedes eorum abyſſus, & aquæ operuerunt eos.

Dei benigni & munifici oculi improbis ſunt pro gehenna.

SECTIO XXIV.

BENEVOLA ridénſque fortuna multùm ſuffragatur iniquis, pluries à bono ſydere reſpiciuntur; cæloque Sereno foquentur; 143.

cùm nihil minùs cogitant, quàm de cælo, sed diriùs supplicium per humanarum rerum suffragia prosperis peccatoribus præparatur, quos dum munificus Dominus diuitiarum prouentibus respicit, atrociore pœna castigat. Nulla infelicior sors est, quam oculis Regis, quibus fauor diffunditur, inferri supplicium, & de radiis benignitatis incendi gehennam. Orat Iuditha: *Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es.* Quid efflagitas Heroina? Imò Deus cùm respicit, opitulatur, eius oculi beneficiorum pluunt imbres, & quò conuertit lumina, segetes gratiarum producit. Non oculos, sed terga monstret Assyriis, vt in superbiæ suæ luce caligent, nec tranquillam frontem Numinis diuini conspiciant. Sed oculi Dei, qui iustis diem, improbis densissimam noctem effundunt. Quò magis de aperto sibi cælo blandiuntur, Dominicâ beneficentiâ damnantur. Iustis diuinæ scapulæ sunt pro lumine? pro nocte, Dei oculi sunt iniquis.

154. Exod. 14. 19. Historiam recole, ad quam prudens fœmina alludit. Exodi 14. vers. 19. *Tollensque se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abyt post eos: & cùm eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum stetit, inter castra Ægyptiorum, & castra Israel: & erat nubes tenebrosa, & illumi-*
Vers. 24. *nans noctem.* Quid inde? vers. 24 *Ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum.* Ergo terga reddidit Israëlitis, oculos in Ægyptios tetendit: & tamen de scapularum obiecto nitidum iubar excutiebatur, lúxque meridiana in Hebræos, quæ noctis vicissitudinem confudisset. Quid opus respexisse Dominum per columnam, vt exercitum interficeret? Nonne sat erat ad cladem, tumultuarijque naufragij victoriam, diuinis oculis inimicos priuare, auerteréque lumina, vt interirent? Sed strages pariter & eruditio fuit. Infamiùs peccator occumbit, qui quo poterat ad vitam accensis spiritibus animari, cadit in mortem. Ipsemet Dominicus vultus, indulgentiaque frontis, quæ iustos recreat, & de nitore lucis innutrit, exurit reprobos, æternæque fornaci committit. Quid? Homo in iniquitate rebellis, in perfidia sacrilegus, in Deique disciplina stolidus, qui post suarum voluptatum vestigia ducitur, Deo suo quasi cæcitatem impingit, linguáque praui operis Deum oculos negat habere, qui notent scelera, destinéntque supplicia. Ergo Deus illi monstrat oculos, sed vt puniat: peccatorem perfidum respicit, sed vt radiis ocularibus in cinerem euanidum redigat.

145. Sodomitici ciues videnti Numini oculos negauisse comparent, vtpote nunquam in eius faciem intendentes; qui nec ad faciem hominis, sed ad posteriora aspiciebant, sic propudiosæ libidinis scapulis nefariis addicti, vt nonnisi retro lasciua vota committerent. Quid tunc
Gen. 18. 21. Dominus? Genes. 18. vers. 21. *Descendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.* Cur descendisse dicitur Dominus, vt nefarios concubitores videret? An vt qui retro illecebrosè aspicere consuescebant, quasi Deus non facie & oculis, sed cæcis scapulis constitisset, Dei oculos cernerent in ruinam? Vide
Gen. 18. 24. quid sequitur vers. 24. *Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cælo.* Si Dominus descenderat, vt videret; quid est, quod quasi illicò (si loquamur humanitùs) ad cœlum, à quo venerat, remeauisset, è cœlo dicitur incendia proiecisse sulphurea? Adnotare licet ly *de cælo.* An quoniam ignis sphæra sursum est, nec flamma soleat cadere, sed ascendere, oculíque cœlestes non ardorem, qui mortales incendat, sed quæ illustret, lucem dispensant? Gehenna in profundo, in cœlo residet beatitudo; in superis præmia, supplicia incutiuntur in inferis. En mutantur naturæ vices, cardóque vniuersitatis reuoluitur. Gehennalis ardor, sulphureúsque ignis de cælesti refrigerio deuoluitur, vt exurat reos, qui libidine præposterâ legitimum naturæ ordinem peruerterunt, vt qui in contrario situ æstum deponebant lasciuum, è situ cælesti æstum paterentur gehennalem. En igitur, cur prius Dominus oculis respexisse refertur, vt de benignitatis asylo, de luminum fauentium obtutu, quasi de beneuolo cælo ignem, sententiam damnationis, acciperent. Ideo qui nuper in terra apparuisse Dominus dicitur, vt Sodomam, & Gomorrham videret, statim de cœlo ignem sulphureum pluisse profertur, vt contrariis causis contrarios experirentur effectus, è cœlo nempe & oculis Domini sententiam damnationis & ignem.

Cur dictum exeunti Loth: *Salua animam* 146.
tuam, noli respicere post tergum. Quid officiet, Gen. 19. 17.
post scapulas vertere lumina, & de impudicorum incendio oculis capessere documentum? An quia salaces illi infamatores naturæ, insidiosâ versutiâ libidinis post tergum inhonestè impetebant, & quasi praui fugacésque humani generis serui non audebant intendere in faciem, sed scapulas obseruabant, vt seminarium sobolis corrupissent: ideo post tergum inhibitus est aufugienti viro conspectus? Certè ne Loth tergum obiiceret Domino, qui punitores oculos in vrbem proiecerat, pergebátque coram eo, vt simul duceret iustum suorum luminum pædagogio, & ciuium inhonestum lupanar eisdem luminibus conflagraret. Dolet enim Deus, quòd sibi terga det homo, nec plenam constantémque faciem in vultu diuino, attonito stupore
detineat. Ierem. 2. vers. 27. *Verterunt ad me ter-* Ierem. 2. 27.
gum, & non faciem. Imò Domine totus tu facies es, qui & totus vbique: corpus hominis, siue quà cæcis scapulis, extremáque quantitatis superficie densatur, siue quà animæ aperiuntur fenestræ, sensuúmque organa poliuntur, & per vultus speculum rationalis vita monstratur, immensæ Deitatis præsentiâ ambitur. Qui poterit Deo vertere tergum, qui vbiuis coniecerit oculos, Deum, quem moto capite fugiebat, offender? Sed qui Deo negat oculos, dat tergum Deo, & qui à Numine respici diffitetur, ei scapulas rebelles obuoluit, carneæ molis, artuúmque opacitate propansâ, crimina à diuinis oculis velare contendens. Ergo plectatur oculis, quos negauit, palpebris Dominicis arguatur, sufferátque de oculorum fauore iudicium.

Psalmo 10. vers. 6. *Oculi eius in pauperem respi-* 147.
ciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum. Psalm. 10. 6.
Interrogare, iudicis est, qui arguit impietatis reum, & iniquæ conscientiæ latibula, vestigationis fune metitur. Quid est quod iidem met oculi Dei, qui dum respiciunt pauperem, imbrem beneficiis fœcundissimum influunt, dum [illegible] hominum

hominum filios prospectant, nempe superbos, & in malignitate potentes, iudicium damnationis incutiunt? Quoniam sæui trucísque diuitis, fastuosíque potentis indoles est, quod respiciat inopem, vt despiciat, collimet in pauperem oculos, vt pauperem iactet in limum. Ergo oculorum palpebris Deus iudicia superborum agere perhibetur, ne intuitus à cladis infligendæ sententia distet, nec aliud sit respicere, quàm punire. Continua palpebrarum velitatione, flabellationéque quasi flagris percutit peccatorem, vt quibus iustus honoratur ad vitam, impius infametur ad pœnam.

148. Gen. 31. 50. Laban fœdus cum Iacob ferire contendit, Deúmque testem aduocat pacti. Genes. 31. v. 50. *Nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit.* Quid tunc ad Iacob iterum ait? *Dixitque rursus ad Iacob: En tumulus hic & lapis, quem erexi inter me & te, testis erit. Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus Patris eorum.* Si dixerat, nullum tunc absque Deo, sermonis reciproci adesse testem; cur illicò reformat adiiciens, quod lapideus ille tumulus testis erit? Timuitne idolorum manceps homo, totiésque fœderis transgressor iniquus, ne à teste quem præmiserat, plecteretur, nempe Deo qui præsens respicit? Iustum & impium, Iacob & Laban eodem Dominus respiciebat intuitu. Sed & sol oculus pulcherrimus cœli lutum respiciendo compingit, ceram in liquorem expandit. Veritus est, ne à facie Domini, vt ab ignis facie cera fluxisset, dum probi Iacob opes aggestis incrementorum cumulis densarentur. Maluit lapidem, quàm Deum, testem apponere, cui de idololamiæ circo nonnisi lapideus Deus erat. Ideò subiúngit: *Deus Abraham & Deus Nachor iudicet inter nos,* alter verus, alter idolum; sedulus, ne vnus, quem priùs dixerat, vtrumque respiceret, & contrarias eisdem luminibus indéret qualitates. Diuisit officium, Iacobo Deum Abrahami, deuouit sibi Nachoris idolum, vtpote quod oculos habens, artificis stylo patulos & apertos, videre non poterat, quia nec palpebris conniuere lapideis.

Dei seruitus principatum tenet in orbe.

Sectio XXV.

149. Tacita maiestate dominator peccatoribus iustus, & iniquorum baiulantibus rotis in ferculo virtutis triumphat. Naturæ constantiam suo flectit arbitrio, & satellitio elementorum armatur. Quasi par Deo super volucres ventorum alas incedit. A Dei seruitute hæc illi Principatus pompa resplendet. Commune proloquium: *Seruire Deo regnare est*, exponendo exaggeratiùs augerem; Non vtique tantum regnare in cæteros, qui diuinæ seruitutis vbices sustinet, sed & regnare in Deum, qui seruis suis submittit fasces, & quasi inclinat poplitem maiestatis, dum natura rerum, serui Dei arbitrio deflectitur, & vniuersitatis currente rota ad seruilis manus nutum dolatur. Respexisse Dominum castra Ægyptiorum, vt oculis ardentibus plecteret, inquit Iuditha: *Quando post seruos tuos armati currebant.* Seruus Dominum sequitur, non præcedit, spatium post herilia vestigia metitur, obseruat tergum, quasi corporis, cui famulatur, appendix: Hebræi seruitutem subierant in Ægypto, struendis lateribus mancipati; sed quà serui Dei esse dicuntur, iam præcedunt Dominos, quos habebant. En rerum mutata conditio. Ægyptius graditur post Iudæum, cum Iudæus serui nomine nuncupatur. *Post seruos tuos armati currebant.*

Cur accedenti Moysi ad rubum sub Deitatis flamma virentem, iubet Dominus deponere calceamenta; seque generis eius appellat Deum, eadémque periodo se Dominum esse pronuntiat? Exodi 3. vers. 4. *Cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait: Ne appropies huc: solue calceamentum de pedibus tuis.* Imò coram Domino gressibus decoris incedat, nec nudam cutem, de puluerisque situ sordentem exerat coram limpido Numine. Sed seruitutis symbolum est, pedes exutos calceamento protendere, orbatisque socco plantis terram contingere. Parabat Deus, Moysem in naturæ arbitrum, prodigiorúmque, patratorem, & vniuersitatis initiare potentem, nempe vt fluuialem liquorem vertisset in sanguinem, oppansis tenebris Solem eripuisset & diem, ex rudi baculo spiras animosi colubri produxisset, per rubri maris labiles & lubricos fluctus marmoream semitam aperiret. Ergo vt suopte ingenio, nec inuitâ naturâ, ad eius placitum hæc miracula subsiliissent, primitùs ei habitum seruilem imponit, nudos impreat pedes, & de mancipiorum indiciis in exutis vestigiis fecit compendium. Se eius Dominum vocat & Deum, vt posteà voci hominis ad virgæ nutum naturæ cardines discutiendo, Deus ipse Dominúsque deseruiet. Cur prodigiorum instrumentum virgam esse disposuit? Vt seruili more natura, verberante Moyse, sustineret flagella, & dominij hieroglyphicum in eleuata virga sentiret. 150. Exod. 3. 4.

En primum miraculosæ dextræ in virga artifice signum. Exodi 4. *Proiyce eam in terram. Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit & tenuit, versáque est in virgam.* Vt quid de serpentini generis successione in primi ostentatione miraculi, virgæque examine coluber ab exanimi ligno prodiuit; deindéque docili in naturam recursu coluber rediuit in virgam? Hominem, quem Dei seruum effecerat innocentia, peccati rigor, ex instigatione serpentis, extraneo mancipauit dominio, virgáque lethalis arboris, postquam eum innocentiæ vestibus denudauit, in mancipij signum, cupiditatum flagris percussit. Ergo ad primam Dei seruitutem pedibus in Moyse nudatis homo rediuit illico, vt vniuersitatis Dominus appareret, de virga dominationis serpentem creat, de serpente virgam restituit, vt si dominium virgæ à serpente fuerat in paradiso votatum, iàm ipsamet serpens vertatur in virgam, & ne in obedientiæ distet velocitate, in ipsámmet imperij symbolum subiectione humili transfundatur. 151. Exod. 4. 3.

4. Reg. 1. Rex Ochozias ad Eliam misit quinquagenarium Principem, manipulúmque militarem, qui in vertice montis Eliæ sedenti sic de regalis fastus reliquiis superbo nuntiauit eloquio, 152.

4.Reg.1.10. eloquio, verſ. 10. *Homo Dei, Rex præcepit vt deſcendas.* Quid tunc Elias? *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcendit itaque ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta qui erant cum eo.* Quid peccauit Regis miniſter, qui quæ illi inſpirauerat, verba produxit, eo ſcrupuloſo compendio, vt nec verbum addidiſſet de proprio: *Homo Dei, Rex præcepit vt deſcendas.* Sed malè ſyllabas concinnauit, aduerſiſque dictionibus periodum ſtruxit: *Homo Dei*, idem quod ſeruus Dei eſt, ſicut *homo tuus ſeruus tuus*, iuxta illud Statij 2. Syl. *Tu facies hominem, Vrſe, tuum, cui dulce volenti ſeruitium.* Si ſeruus Dei Elias eſt, cur frænum impius Rex ei inijcere tentat, præceptaque ſuperba tranſmittit, cui qua ſeruo Dei, Regalem purpuram de timoris pallore extinctam ſubmittere debuit? Obſerua concatenationem verborum. *Sedenti in vertice montis ait. Homo Dei, Rex præcepit, vt deſcendas.* In vertice montis, quaſi imperiali throno, qui vocatur ſeruus, ſedebat, indicans, Regale pro ſubſellio editi montis conſternit cacumen ei, cuius inſigne eſt, diuinæ ſeruitutis ſtigmate inuri. Et tamen inferior Ochozias, & ad radicem montis dux quinquagenarius demiſſus, præceptum in Eliam iacere non veretur, iubétque, quod deſcendat, deponátque altitudinem Principatus. Ergo ſi non deſcendit Elias corpore, deſcendit in zelo. Obſerua momenta verborum: *Deſcendat*, inquit, *ignis de cælo, & deuoret te.* Dixerat ille; *Rex præcepit vt deſcendas.* Patuit Propheta, qui deſcendit in igne? quippe qui ex ardentis zeli Dei flammâ transfuſus in ignem, igneo curru aſcenſurus erat in cœlum. Sed quæ libertas hæc erga ignis ſphæram imperij? Nimium legitima conſequentia, & illatio procliuis: *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo*, id eſt. Si Dei ſeruitute polleo, orbi meis inſiſtat obſequiis, flammarum carcerem ſuperna regio diſcindat, ſeruitutis Dominicæ vobi docilis natura miniſtret. Ipſe dixit, & factum eſt: *Deſcendit itaque ignis de cælo.* Vix verbum profudit, & ignem depoſuit, citiúſque voci flamma ſucceſſit, quàm ſonitus. Idipſum de ſecundo quinquagenario contigit, qui ſimilia verba profudit. Melius in-
4.Reg.1.13. tellexit tertius verſ. 13. *Qui cùm veniſſet, curuauit genua contra Eliam, & precatus eſt eum, & ait. Homo Dei, noli deſpicere animam meam, & animas ſeruorum tuorum, qui mecum ſunt.* Sic ſic verte poplitem, dominatur Elias, qui quà ſeruus Dei, & tuum Principem, & tuos milites, vt mancipia gubernat. Quoniam curuato genu, ſéque ſúbſque, ſeruos ſerui Dei appellauit, quòd Propheta deſcenderet, nactus eſt.

153. Patris ſui Domina affecta eſt Rachel, poſtquam de idolorum ſeruitute ad Dei ſe ſeruitium conuertit. Geneſ. 31. quæ è paternis laribus domeſticos Penates abduxerat, aureámque idolorum ſuperſtitionem furata; ne de eorum religione, cultúque accuſaretur ſeruili, ipſamet idola in ſubſellij fulcrum ſuppoſuit, vt eius mancipparentur obſequio, eſséntque non ſolùm ſub manus, ſed ſub totius corporis poteſtate.
Gen.31.34. verſ. 34. *Cúmque intraſſet tentorium Rachelis, illa feſtinans abſcondit idola ſuper ſtramenta cameli, & ſedit deſuper, & ait: Ne iraſcatur Dominus meus, quòd coram te aſſurgere nequeo, quia iuxta conſuetudinem fæminarum nunc accidit mihi.* Cur filia coram genitore recumbit, & in dominationis ſede ſuper elati ſtramenta cameli, qui ſuperborum typus eſt, ſtante parente inſidere non veretur? Sed ſi ſuper patris ſedebat Deos, & fide dominante, irreligioſa ſimulacra proſtrauit: ſi Deos gentium ſub ſanguineæ impuritatis ſpecie, quaſi polluta, ſpurcáque Numina nouo inquinamento, nempe fluxi cruoris ſuſpicione notauit, paternæ pietatis reuerentiam minimè læſit; cùm vero Deo ſeruiens, in patrem idololatram incepiſſet habere dominium. Domina ergo ſedebat fides, quæ in Dei obſequium intellectum captiuat, agebatque puella iudicij tribunal, cùm in patre pagano rea ſtaret perfidia. Nihil auſpicatius eſt homini auido Principatus, quam in Dei ſeruitutem accire.

Mundialia bona, tenebrarum more, dum captantur, labuntur: Cæleſtia, dum deſiderantur, habentur.

Sectio XXVI.

154. Quali caligine ſæcularis aër tenebreſcit! Mundialis dies de noctis ſuæ victitat alimentis, & Sole nubibus opacato veſperam in meridie præſumit. Cur mundus, *tenebrarum* voce profertur, laciniosáque pompa vitæ ſuperbæ, & ambitioſa poteſtas opum, diuitiarúmque cumulus, & Principatus hac vocabuli obſcuritate notantur, ad Epheſ. 6. verſ. 12. Ephes.6.12.
Aduerſus Principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum? Quoniam mundialis ſortis vacua eſt poſſeſſio. Quæ ſæculum affert bona, dum iamiam prendi putantur, ſub fugaci dolo, lubricáque calliditate, quaſi auicula ſaliens, è tangente manu ſe eripiunt, ſeu per digitorum rimas, iam prenſa labuntur. Qui vel in tenebris graditur, vel oculis cæcutientibus tentat, paſſim peruenire credit, quò pergit, comprehendere, quod ſolicitat; quippe cui cognitio diſtantiæ, ſeu per ægritudinem pupillarum, ſeu per offuſæ noctis caliginem aufertur: ideo manum leuatam vehit, continuò putans offenſurum eſſe quid tangat. Hinc in minori ſpatio fatigatur cæcus, quàm videns: multum enim alacritatis habet, & vigoris longanimitas oculorum.

155. Sic inquit Iuditha iuxta commentarium noſtrum, de quo in littera: *Et tenebræ fatigauerunt eos.* Quæ vt ibi diximus alludunt ad illud Exodi 14. verſ. 20. *Et erat nubes tenebroſa illuminans noctem, ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.* Notauimus inibi ex Exod.14.20.
Hebræo legi: *Et non appropinquauit iſte iſti tota nocte.* Quid eſt *iſte iſti*? En tenebroſæ denſitatis effectus. Quiſque ex Ægyptiis quémque ex Hebræis iamiam ſuſpicabatur prendere manu, ſenſúq; demonſtrabili præcedentem, ſummis digitis prægustare: nec tamē in tota nocte Ægyptius Hebræum potuit occupare præſentem. Sic cæca Ægyptiorū cohors captabat vmbras, cùm opinaretur captauiſſe Iudæos. O mundialium bonorum, vmbrarum lineis viuens imago! Nox ſæculum eſt, nullo ſyderum commercio beata; cæci, quotquot per nundinas ambitionis pererrant. Manu prendere putant, & pugnus euanidus manet; palpatis tenebris, lapſis bonis.

Hæc

Hæc eſt integra tenebrarum poteſtas, aperire manum & claudere, inopem vtrobique, ſicut explicatis digitis, ſic plicatis.

156. Coloſſ.1.12. Ad Coloſſenſ.1.12. *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine; qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in filium regni dilectionis ſuæ.* Quæne poteſtas tenebrarum hæc eſt, quam deponentes, illicò in regnum, ſtabiléque dominium transfundimur? An quòd tenebræ nos poſſederint? An quòd diuitiæ, cenſus, & mundialis poteſtas nonniſi tenebrarum ſit? Hæc ſunt ſæculi vectigalia, quæ penduntur in vmbris. Numulariorum menſæ, venalium cupiditatum fora, dignitatum proſtibula, illecebrarúmque lupanaria, diuitis peccatoris facultates & gazæ ſunt: ſed tandem hæc omnis poteſtas nonniſi tenebrarum eſt, velut nocturna ſomnia, quæ dum quis auet, habere ſe credit; dum habet, indiget auere vt retineat. Vix hanc poteſtatem exuimus, cùm veræ ſortis efficimur poſſeſſores, cuius vt ſtabilitas veritáſque probetur, clariſſimum luminis ducitur argumentum: lumen enim omnem deceptionem abſtergit, diuitiarúmque veritatem aureo ſuo nitore confirmat: *In partem ſortis Sanctorum in lumine.*

157. Prendiſne Rachelem Iacob poſt ſeptennas ſiue niues, ſiue æſtus vrentes, poſt nobile ſeruitium amoris, poſt fœdus initum cum parente, impoſitúmque flammeum mariti: Imò quam nuptiis prenderat, per tenebras lapſa eſt. Vt nocte frueretur, venuſtæ coniugis dominium accepit, quid quod tenebris fugacibus inuoluta poſſeſſio fugiſſet, & quam lacertorum amplexu molliter ſtringere opinabatur, ſub noctis perderet falſitate? Geneſ. 29. verſ. 21. Gen.29.21. *Dixitque ad Laban: Da mihi vxorem meam, quia iam tempus impletum eſt. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit nuptias, & veſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum.* Si nondum nuptiæ peractæ erant, cur iam ſuam vxorem voce dominationis appellat? Sed cur non ſuam quam mercede emerat ſeruitutis, quam amoris pretio conduxerat? En quoties ſuam, in ipſomet thalamo amiſit, quoniam tenebræ erant, venuſtáſque puellæ de fuligine noctis accepit exemplum, quæ tenentes fallit, lubricáque ſe eripit à tenentibus.

158. Bona cæleſtia adhuc extenſa manu, nec captantibus digitis, poſſidentur; ſæcularia bona etiam ſtricta pugno, perduntur; quippe vmbrarum more euaneſcunt, nec mole, qua tactum Exod.10.21. ſufferant, ſolidantur. Exod. 10. verſ. 21. *Extende manum tuam in cœlum, & ſint tenebræ ſuper terram Ægypti, tam denſæ, vt palpebri queant.* Cur ad tenebras offundendas, in cœlum extenſa manus indicitur, & vt terra obſcuritate caliget, cæleſtis claritas nutu manus eleuatæ ſuadetur? Vt diſcrimen agnoſceres inter cenſus cœleſtes, mundíque fictiles facultates. Sat eſt, deſiderij manum extendere, vt beneficij diuini, cæleſtiúmque diuitiarum conſtans & firmum dominium, deſideranti contingat: extendat digitos, non opus habet complicare, tenebit. Non refluit per planitiem manus extenſæ, ſciſſuráſque teretes digitorum imber iſte, qui è nubibus diuini fauoris pluit; dum cupiditas aperitur, medullitus vſque ad ſummum impletur. Sæculi fœlicitas tenebreſcit, tenebræ palpantur cùm opes [illegible] leniter & blandè adulantur manui tenentis; ſed effugio labili, prenſi etiam hærentibus digitis fluunt. Inde illud Pſalm. 80. v. 11. Pſalm.80.11. *Ego enim ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud.* Ægyptiam memorat regionem, in qua tenebræ palpabantur, inaneſcebátque manus caliginis quantitate comprehenſâ. Sed dilatari iubet os iuſti, vt cæleſtibus dapibus impleatur; nec quòd ſtatim claudatur, aduertit: non etenim imminet effluxionis periculum, nec de infarcito ſtomacho incoctarum epularum egeſtio.

159. Cæterùm de tectorum fœno carníſque diuitiis vide quid cogitet Pſalm. 128. verſ. 7. *De quo* Pſalm.128.7 *non impleuit manum ſuam, qui metit, & ſinum ſuum, qui manipulos colligit.* Qui metit, alterà manu falcem calamis curuatis immittit, altera manipulum legit, vt faſciculos aggerat. Ergo ſi ſemel metit, cur officioſam manum non implet? Quoniam euanidis ariſtis decipitur, & granorum nucleus exuctus in ſtipulam iuit. Huic fœno fœlicius eſſet, in area humili fuiſſe ſatum, quàm ſuper aurea Principum laquearia, ſuper tecta diuitum, pro corona ſæcularis beatitudinis, nobilia cunabula capeſſiiſſe: Præceſſerat enim: *Fiant ſicut fœnum tectorum.* Sed quod ſuper tecta culmum eduxit, culménque, vt viteret, appetiit; quia ſe maluit humanæ gloriæ ſymbolum, quod erat alimentum brutorum, quàm ſubmiſſi campi germen, meſſorum ſubditum diligentiæ; priùs ad ventum ambitionis exaruit, euanuítque blandientibus auris, quàm horreum impleuiſſet agricolæ.

Ergo tenebræ ſæculares fatigant, docente Iuditha, Ægyptiáque obſcuritas, fuſcáque denſitas nebularum laſſant animum, dum relinquunt inertem. Matth. 22. verſ. 13. *Tunc dixit Rex miniſtris, ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Cur exteriores tenebræ, gehennales fauces, inferníque profunda vocantur? Nonne nimium interiores tenebræ ſunt, quæ ſub terræ viſceribus in baratro damnationis inhorrent, abditúmque lacum denſitate caliginis intimioris infamant? Quoniam mundiales tenebræ à mundi amatoribus non ſentiuntur, qui in luce non entium caligant, & bonorum apparente nitore, aſſentante fucati luminis falſitate trahuntur: interioribus tamen tenebris obcæcantur, quarum comparatione intimæ & reconditæ inferorum tenebræ *exteriores* dicuntur. Sed cur manibus, pedibúſque ligatis in has tenebras iactari reprobus perhibetur? Quid colummitatis intererit, expeditas manus habere, pedéſque ſolutos? Ne per inferni tenebras gradiens, palpantéſque verſans manus, mundialem locum nondum mutauiſſe opinetur, in quo aërem tenebroſum cupiditatis pede, induſtriæque manu findebat, putans iamiam tangere, quod amabat, & ſub miſeræ deceptionis fœnore diligentiam inquiſitionis ſarcire. Ne improbus in inferno adhuc ſæcularia bona, leuatâ per tenebras manu, captauiſſe crediderit; (ſiquidem in mundo, nulla niſi votorum poſſeſſio eſt, nulla niſi ſpei affluentia) manus ei funiculis propriæ conſcientiæ, ſtrictiori nodo, illigantur: vt abſque ſpe plectatur mendicus, abſque deſiderij blandimento iaceat in fouea, qui ſub ſæculo, quà deſideriorum diuitem, ſe putabat eſſe potentem.

Patiente Domino, afflantéque ſpiritum, obnubitur 161.

Margin, beside paragraph 160: 160. Matth.22.13.

nubitur dies, pullatúsque sol, lucéque functus
Matth.27.46. defuncti pangit exequias. Matth.27.vers.45. *Tenebræ factæ sunt super vniuersam terram.* Cur meridiana claritas inficitur tenebris, & antequam Redemptor beatam animam dimisisset, eripitur dies; cùm moriente lampade soleat animosior vigor luminis scintillare? En exteriores tenebræ fiunt, quasi ab inferis emersissent, quibus Dominus reprobum destinauerat. Qui cùm nascitur in præsepio, lucis clarissima tempestate tenebras mediæ noctis abstersit. Luc. 2. vers. 9.
Luc.2.9. *Et claritas Dei circumfulsit illos:* cùm moritur, meridianum splendorem cum suo Sole oppansis tenebris sepeliuit, quasi reddens in die mundo tenebras moriens, quas nascens eripuerat in nocte; edocens, præter Deum tenebras esse, quidquid à mundialibus agitur, Christi Domini vitæ periodus velut parenthesis lucis fuit, inter mundi tenebras iactus, cuius circulum nascens incepit, moriens compleuit. Quid quòd tenebræ noctis, quas oriens Dominus illustrauit, vitæ circulo finito redissent, & obeunte Domino nihil firmum, nihil bonitatis stabile, sed labile fluxúmque mansisset.

162. Quin & ipse Dominus, quà non Deus, sed sæcularis homo putatus, licèt prendi potuit à Iudæis, teneri non potuit, quem etiam sub custodia vigiliarum militarium, lapidísque signaculo inclusum, more sæcularis boni amiserunt. Nox erat, & tenebris horti Gethsemani quiescebant silentia, cùm à perfido Scribarum, & Pharisæorum exercitu comprehensus est Iesus,
Matth.26.50. Matth.26.vers.50. *Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.* Strictis digitis tenete, ne effluat: figite in patibulo, ambite spinis, assuite lanceâ, fodite rupem, in durique penetralis cauitate recondite, cohorte munite sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus. O quali te possessione fefellisti auaritia! Si Filium Dei credidisses, quem semel prenderes, obtineres. Putauisti de rebus mundialibus vnum; quò magis occupare manu, in areáque lapidis claudere gestiuisti, faciliùs effluxit. Quid? Tenebræ erant, cùm in eum iniecisti manum; tenebræ sunt, cùm à sepulchro disparuisse conclamas. Nonne dixere militibus fa-
Matth.28.13. tentibus resurrectionem: Matth.28. vers. 13. *Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus.* Ergo nocte perdidistis, quem nocte prendistis. Alij in somno diuites sunt, in vectigaliúmque phantasmatibus illuduntur; vos de somno militum inopes estis. Iesum, quem in vmbra noctis veriti non fuistis arripere, in vmbra mortis non causemini perdidisse. Credite esse Deum, immobili possessione tenebitis.

163. Ioan.8. vers.12. *Qui sequitur me, non ambulat*
Ioan.8.12. *in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Dominum Iudas in tenebris fuit sequutus, nec solùm manu, sed & ore, labris prendentibus occupauit: ideò illicò amisit, qui suspendij arborem præoccupauit, antequam Dominus crucis arborem con-
Matth.26.49. secrasset. Primus omnium perdidit Redemptorem, qui primus omnium in tenebris osculo prendit. Vnde si perrexerit inops ad laqueum, qui in nocte se diuitem æstimauit. Matth. 27.
Matth.27.5. vers. 5. *Proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit.* Vtrumque in nocte contraxerat, Dominum osculo, pretium Domini manu; illicò amisit vtrumque, non contentus perdidisse Dominũ, nisi & pretium Domini perdidisset. Ergo qui Dominum sequitur, non in tenebris ambulare dignoscitur, sed habebit lumen vitæ. Considera seriem verborũ. Imò is qui non in tenebris ambulat, lucem iam habet: vbi exulant tenebræ, claritas dominatur. Vlterius: qui per diem graditur; licèt in tenebris tunc non ambulet, si cursus perseueret, vespere decidente noctis vmbras vestigio calcabit; nec obscuritatem deponet, nisi deposuerit fatigatus incessum. Hæc est fortuna appetentis, sequentísque bona cœlestia: non quidem post tenebras sperat lucem, sed post lucem, lucem habebit. Vt lucis fiat perfecta possessio, gradienti per lucem lux cumulatur: clarum illi vesperum, quo vita nusquam decidat, fulget. Tam procul est à bonorum amissione cœlestium, vt tunc nouiter beneficiorum dies illucescat, cùm diem in noctis successione poterat arbitrari sepultum.

In organis quibus peccat, punitur homo.

SECTIO XXVII.

QVÆ peccati membra, pœnæ sunt; quæ piaculo ad illecebram inseruierunt, ad legitimum iustitiæ tenorem obsequuntur supplicio. Ne distet castigatio à delicto, portio hominis voluptatis rea plectitur, quasi vt peccati germen pullulet condemnatio. *Tenuit pedes eorum abyssus.* Sabulosus carcer tenax fuit Ægyptiorum cadentium, fundíque salebræ compedibus præcipites illaquearunt; & quoniam pedibus sequebantur Hebræos, in profundo pelagi, vt in neruo, pedes constrinxere ob vindictam. Nonne Ægyptiorum pedes Hebræorum persequebantur vestigia. Exod.14. v.9. *Cúmque* Exod.14.9.
persequerentur Ægypty vestigia præcedentiũ Ergo exercitus mulctatur in pedibus, amputatísque cruribus in vndis vltricibus sepelitur. Sed cur quasi rationalis fuisset abyssus, nec à pædagogo spiritu impelleretur, velut suopte ingenio tenuisse dicitur pedes Ægyptiæ gentis, quos postquam sabuli vinculis irretiuit, reuolutis gurgitibus deuorauit? Quoniam non veriti sunt, vndosum pelagus pedibus pertransire, nec miraculum pro Hebræis in subtractis hinc inde vndarũ muris factũ censuerunt, qui non adornatis classibus, sed constratis equitibus, non nauibus, sed vngulis, non remigio, sed vestigio ausi sunt per profunda maris procedere. Superbe, nonnisi fidelis & amicus Dei mare siccis pedibus calcal, comprime gressum; etsi aruisse videris maris callem, distinguisséque globulos aquarum vtrimque, non tibi hæc semita sternitur, sed Hebræo. Puniet te pelagus, si in sui rapidi torrentis contemptũ pedes immiseris, nec carinis radere, brachiísve tranare, sed ambulatione delegaris. En tenuit pedes abyssus, pedum insolentiã castigãs.

Cur ille purpuratus diues à sola linguâ incẽdium auertere satagebat. Luc.16.vers.24. *Mitte* 165. Luc.16.24.
Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Ardebátne flagrantiore flammâ præ cætero corpore lingua, cùm tamen ferrea viscera crudelitatis organa fuissent; & quidquid fuit in epulone, membrorũ, in ambitione purpuræ, dapúmque deliquissent luxuriæ? Profectò lingua præstat duplex officium; habet palatum, formátque

formátque sermonem; gustat, & loquitur; examinat ciborum saporem, sapientiámque mẽtis per verba diffundit. Duplex in epulone culpa fuit, vtraq; in lingua, & quòd quotidie splẽdidè epulabatur, & quòd non dicebat ministris, vt Lazaro alimenta impertirent. Nec enim erga mendicum aliud illi crimen infligitur, nisi quod inope cupiente *saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, nemo illi dabat.* Incuria fuit epulonis, de impietatis vena scaturiens, non imperauisse, seruísque indixisse, quòd opiparæ mensæ reliquiæ ieiunum Lazarum sustentarent. Ergo in inferno ibi acutiùs flammam præsensit, vbi largus fuerat ad titillamenta saporis, curtúsque ad præcepta pietatis. Hinc seriò notatur v.21. post illa verba: *Et nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.* Lingua canis geminũ linguæ diuitis accusabat peccatum, quòd ille suã linguam calidis delinieret falernis, coquinariis demulceret ingeniis, & de tormento montium, & maris, vtrumque genus, alitum nempe & pisciũ ad cultum eius, effusis sumptibus, extorqueret; quando canis suam linguam scabie vlcerum, tabóque nutriebat. Quin diues linguam, in epulis occupatam, in inopis fauorem soluere recusabat, nec loqui curauit, vt Lazarus à famulis de micis cadentibus aleretur; quando linguam suam canis, qua loqui non poterat, exercebat in vulnera refricando, quasi patulis púsque fluentibus oribus linguam, vt ipsa loquerentur, adiiciens.

166. Quid quòd in inferno diues & epulo signatissimè linguâ doluisset, eâque tunc de Lazaro loqueretur, indicans in ea portione diriùs cruciari qua non fuerat in vita de Lazaro sustentando loquutus: *Mitte Lazarum,* ait. Nunc Lazarum in ore gestare contendis, noménque inopis vlcerati repetere, cuius ori nec mensæ tuæ micam iniici præcepisti; adeóque eius vocabulum viuenti tibi fuerat exosum, vt cùm in limine iactaretur, quà ad triclinium pergebas, nunquam erga eum linguam euoluisse legaris. Ergo anxietas, efferáque cupiditas Lazarum nominandi vrget in inferno helluonem, vt vni linguæ duplex pœna sit, & flamma vrens, & Lazari nuncupatio. Sic enim Lazarum odio habebat, eiúsque fastidiebat titulum, vt immodicum sit illi supplicium, adigi ad Lazarum nominandum. Respondit igitur gemino piaculo linguæ, duplicatum supplicium; flamma, quia eius palatum in ferculis opiparis luxuriabat; vocatio Lazari, repetitióque nominis, quia de eo tacuerat, cùm ille famelicus, & aridus coram vini gurgitibus, mensarúmque apparatu ieiunum spiritum emittebat.

167. 2.Reg.18.9. Absalon suspensis ab arbore crinibus, mortis legitimum supplicium pependit. 2.Reg.18.v.9. *Cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, adhæsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cœlum & terram, mulus, cui insederat, pertransiuit.* Cur in laxa coma funem inuenit, hæsítque pulcherrimo capite in insitato suspendio, racematis implicatus capillis, humanum fructum pendulũ efficiens è quercu? Quoniam genitoris Dauidis coronam præcoci desiderio gestiebat arripere, vt caput cingeret iuuenile, superstitéque Rege regnaret. O quanta auiditas flauos crines Regali diademate redimendi! 2.Reg.14. Nonne de eo scriptum legimus 2.Reg.14. 26. *Quando tondebat capillum, semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries, ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico.* Certè filiæ Sion, Hebrææque puellæ de Absalonis coma in publico põdere appẽsâ, expositáque licitationi, titulos, turritásque coronas suis capitibus adiiciebãt, vt in aureum excreuissent suggestum. O criniũ ad coronam libido! si non in proprio capite coronam poterat adipisci, in alieno non solùm contendebat habere, sed esse; & ne à coma corona distaret, ipsamet coma corona fiebat. Ergo in arboris vertice capilli pro corona implicati corpus desuper suspenderũt, vt arbore coronatus periret, criniúmque serto irretitus, coronario supplicio, crinitáque pœna, maiestatis reus plecteretur. Quin *adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cœlum, & terram.* En apta concinnitas damnationis. Non in terra parricidialis punitur peccator, non in cœlo, sed in vtriusque medio diuinâ prouidentiâ percutitur; quia in genitricem terram peccauerat, qui peccauit in genitorem. Manet enim præceptum inscriptum Exod.20.v.12. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram,* Exod.20.12. velut si honor patris, terræ sit ornamentum, quæ frugiferum gremium, ætatémque laturum filio pio in parentes expandit. Ephes.3.15. Nec cœli capax fuit, cuius in solio insidet Pater, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur; nec filius à Patre, cum quo & ætate & Numine fulget æqualis, regnum eripit, sed qua genitus habet, nec rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Philip.2.6. Pendet igitur in cœli terræque confinio suæmet originis inimicus, qui à cœlesti Parente animam, corpus acceperat à terrestri, vtrique infensus, cùm animo & corpore paternam coronam, rationalémque Principatum super corpora & animos hominum sibi arripere festinauit.

168. Gen.3.19. Primigenius homo cur in manducatione punitur, Gen.3.v.19. *In sudore vultus tui vesceris pane?* Quoniam comedens præuaricatus est legem. Hanc causam ipsamet Dominica verba tulerunt v.17. *Quia comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus, comedes eam cunctis diebus vitæ tuæ.* Cur sensit vellicationem in lumbis, illicóque nuditatem propudiosam agnouit, exutámque & frigidam cutẽ lasciui pruritus incendit ardore? Ideò statim portionem corporis operuit, vbi pondus fecerat pomum comestũ: vna enim periodus est, Ibi v.6. Gen.3.v.6. *Et comedit, deditque viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum: cúmque cognouissent se esse nudos consuerunt folia ficus.* Adeò libido comes est gulæ, adeò appendix ventris lasciuiæ focus, vt qui gulâ peccauerat ventrísque ingluuie, in pruritus turpitudine puniretur, quasi in ipsamet gula pœnam acciperet. Cur pro originario peccato abluendo circulus secabatur preputij, inhonestáque portio altè sustinebat rotũdi vulneris cicatricem? Quasi idem fuisset, libidinis organo, quàm stomacho deliquisse; siquidem post depransum arboris fructũ miser piaculi effectus solùm in loco turpitudinis oculis peccantium innotuit. Inde in genus humanũ peccatum, pœnámque peccati traduxit, velut si gignendæ sobolis instrumento pomum inhibitum manducasset: quoniam fomitis præcipuum incendium, concupiscentiæque caput ibi est, quod foliis primigenius curauit obtegere. Qua expositione mitigarẽ verba S. Zenonis, quæ horrorem incutiunt primo aspectu serm. de Circumcis. S.Zeno. *Adde quòd circumcisio ista, non tam salutem pollicetur,* quàm

quam locum capútque criminis monstrat. Adam etenim cum hoc membro illicitum pomum decerpsit, sic in genus humanum ius mortis induxit. Quod ne cum rigore censoriáque acciperes seueritate, sed de origine criminum, fomitísque radice, illicò addit: *Necessariò ergo luxurioso populo Deus hoc signum dedit, vt locum matricalis culpæ cùm denotat, etiam alia crimina fugienda cognoscat.*

Vers.9. Sic fiant & isti Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur.

Vers.10. Et nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi.

Adeò pietas Deo insidet pro natura, vt semper ad iracundiam videatur tyro.

SECTIO XXVIII.

169. MANSVETVDO Dei parui ducit facere de sapientiæ opinione periculum, irascique se nescium ostendere, quasi opus sit, Deum iracundiæ documenta capessere. Puer vt elementis primoribus imbuatur, non erubescit litteras diducere in syllabas, syllabas in dictiones, dictiones in periodos, nec ad rostra peruenire oratoria, quin à rostro magistri, quasi in nidulo pullus gradum emolitum, ab aristaque expunctum, & à folliculo deglubatum acceperit. Vt imbecillibus digitis characteres efformet, & post balbutiem linguæ curatá in lineas addiscat sensa transfundere; aliquod ei per politum, graphióque pædagogi exaratum paradigma proponitur, vt moderetur calamum iuxta exemplar; & si titubat à rectitudine manus, secundùm exhibitæ scriptionis reflectatur tenorem. Ergo vt irascatur Deus, & de sui off. nsoribus vindictam assumat, in eius oculos ipsius aduersus aliquem præhabitæ indignationis exemplum adducitur, vt velut pædagogio iustitiæ, vlciscendi leges in schola iusti furoris addiscat. Notauistine Iudithæ verba: *Sic fiant & isti Domine, qui confidunt in multitudine sua.* Manúmne fœmina alicuius pusionis doces & ducis, vt exaret litteras iracundiæ? Indiget exemplari omniscium Numen? Suggeris & vindictam & modum, & de prototypo in Ægyptios furore instruere satagis Dominum in Assyrios? Ita est. Vt Deus incendatur in hominem, operæpretium est, ex alio in hominem incendio ad supplicia infligenda admonere, nec Deum pudet de iracundiæ artibus erudiri, cuius & natura, & ingenium clementia est.

170. Imò quantumuis Deo, vt ad vltionem legitimâ pelliciatur, alterius vltionis recordationem immittere non verearis, ipse velut obliuione veterem iracundiam lituraris, misericordiam illicò recordatur, inspergitque pietate, irascentis affectum. Habac.3.2. *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* Ex conspectu similium, memoria præteritorum, seu absentium allicitur, subsilitque protinùs cogitatio rei, cuius figuram parilitas repræsentat obiecti. Quæ indoles iracundiæ hæc est, quæ non aliam similem sui recordationem trahit. Sed potiùs in alienam sphæram cogitationem transmittit, misericordiæque speciem de semine furoris producit. Tyro, qui scribere, salire, seu psallere discit, manum, pedem, linguá passim ad vsitata diuertit, declinat à methodo, à numero, à melode; nec peccare in artem vitiú est, sed natura; extra chorú, extra chordam procedere tyrocinij est venia, quoniá error non malignitas est. Quasi à se progrederetur, cùm irascitur Deus, in se regreditur festinanter, & à tyrocinio iracúdiæ, in Deitatis, id est, misericordiæ se cóparat indolem & naturam. Huic cogitatui accinit Vates Ps.59.v.3. *Iratus es, & misertus es nobis.* An post iracú iræ acorem saccarú pietatis inspersit? Imò quasi synonima non detrectes accipere *iratus es, & misertus es*: nam & nouitius artis, quamuis conetur, vt artis opus efficiat, suum vtique facit, quousque dediscat veterem consuetudinem, qua ab vnguiculis fuit imbutus. Ira Dei velut si nondum iræ leges percalleat, retinet misericordiæ saporem, stylum pietatis, & sub alieno cortice nucleum clementiæ. Psalm.59.3.

171. 2.Mach.8.v.5. *Ira Domini in misericordiam conuersa est.* Quod in alterum conuertitur, nihil manet. Ira, quæ in pietatem traducta est, gloriosiori fine occubuit, operiens quod erat, in eo quod fit. Sed quæ parilitas inter vtrumque? Conuersionem non subeunt, nisi similia. Sed cui nucleus erat pietas, fracto cortice iam tota est: vel potiùs regyrata cute exhibuit totum, quod intus erat. Facile persona deponitur, amotáque laruа vultus redit. In tuammet figuram conuerteris, si alienum operimentum demas è facie. Velut aliena fila sunt Deo lineamenta furoris; dum tepescit ardor, ingenita misericordia resplendet. 2.Mach.8.5.

172. Priùs puerulus syllabas in litteras diluit, nec dictionis frustum ore mentis angusto, nisi multiplici sectione dilaceret, ægrotantis ad instar, præualet deglutire. O quali moraló quantis irascentis iudicij frustis incepit Deus exprimere iustitiæ tenorem, & de tormentis florum nempe attributorum, potionem furoris vrgere! Cur non vno impetu, in primogenios, & serpentem exarsit, sed sensim vnicuique iudicium damnationis decreuit? Vt dimissis litteris, seorsimq; productis integram edoceretur vindictæ periodum, sensimque tentando, ad iudicij accederet complementum. Vt vno damnato, ad damnandum alterú haberet exemplum, quo, & non furore, ad incutiendum miseris adigeretur supplicium. Cur priùs in serpentem sententiam iactat, cùm priùs hominem accusasset, accusationísque tetendisset libellum Gen.3.v.14. *Et ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia.* Ne prima Dei iracundia fuisse aduersus hominem probaretur, potiùs ipsa se probaret in bruto, vt in iam bruto comparatum hominem non indocta prodiret. Nec absque exercitatione priori aspidem condemnauit, vt molliter non vllius pedis, sed ventris plantá laberetur per terram, sulcísque pectoris ad spinas homini germinandas exaratam relinqueret: quoniá iam improbum Angelum, cuius serpens fuit organum & vaginá, in terram detruserat è cœlestibus, & è terra in ignis abyssum. Ergo succedentibus iracundiæ iustissimæ disciplinis se Deus ad irascendum in hominem instruebat, ne quod repentinú in ira est, subitarij furoris virus de pientissimi Dei visceribus, quæ potiùs misericordiæ sunt, probaretur in rationalem creaturam incussum. Gen.3.14.

173. Legem daturo Domino in vertice montis, edunt crepitum nubes, coruscis fragoribus micat æther,

æther, cœlum funditur, caua responsant, clangit buccina, orbísque cardines strident, & vniuersitas rerum tenuit authorem, Exod. 19 v. 16. *Ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangórque buccinæ vehementius perstrepebat. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace.* Cur legis exhibendæ apparatus de terrore damnationis construitur; & benigni legislatoris authoritas, terrici rigoris instrumentis terribilibus adornatur. Se velut in vacuo, & vt vmbratilis miles, siccis armis exercet, omnémque armaturam iudicij è rubigine sæculorum detergit, buccinam, ignem, fumum, coruscationes & fulgura: vt cùm posteà hac horrida pompa ad puniendos descenderit reos, habeat iam terrificæ manifestationis exemplum. Has vacuas minas legislator proiectat, vt iudex solidet, ignémque & fumum manu doceat & instruat, paulatim de vno affectu eludiens ad alterum, vt nunc cùm legem dat, solam speciem ardoris, fuliginémque fumantis & non incensi montis exhibeant, postéaque in iudicij nouissima die etiam se porrigant ad incendium, nec tantùm edat tuba streporem, sed & mortuos eximat à sepulchris.

174. Sic Deus cum à iustitiæ clamoribus prouocatur, quasi nubes, per guttulas incipit, imbréque balbutiente, primísque elementis pluuiarum, sensim iram emittit, nec priùs dilacerat creaturam, quàm in frusta dilaceret iracundiam. 2. Paral. 34. v. 22. *Magnus furor Domini stillauit super nos, eo quod custodierint Patres nostri verba Domini.* Quis stylus hic? Cur magnus furor Domini nuncupatur, si tandem stilla est? Cuius ponderis erit paruus, si sic tenuiter magnus irrorat? Roscida nubes iustitiæ est, per stillulas, adhuc clausa, ex compressione sudat, Soléque percussa, leniter diffluit. Ad misericordiam perpluendam rumpitur cœlum, quale Stephanus inter sui martyrij grandines vidit. Quoniam omnis disciplina & eruditio per stillicidia & guttulas sensim suggeritur. Quod magistro non indiget, nec lucubrationibus artis, suopte impetu totum se præbet. Naturæ indoles simul est, artis diuisim.

Exod. 19. 16.

2. Paral. 34. 22.

Quodque peccatum stultitia est.

SECTIO XXIX.

175. De spurio stultitiæ fonte, quódque peccatũ hominis væcordia corriuat, omne piaculum error est. Apertioribus oculis cæcutit iniquus Noctua, quæ patulis luminibus fruitur, nisi in fuscum aërem pennas non audet: ne peccet coram Sole cadendo, volatum retinet in foramine, donec in noctis errore sine teste luce peccet. Signatũ est homini vultus Dominici lumẽ, & velut si tibi inuideret, se videre nõ sustert, signaculumq; lucis aspicere, ne sciẽs putetur delinquere, sed ignorans. Rationalis naturæ propria supellex, intellectus est, & sapientia. Honor est hominis, non quà hominem, id est, ratione pollentem peccare, sed quà hominis partẽ, quà animal, quà soporatum, quà ignarũ. Iuditha Assyriorum delicta in Deum, vnius nescientiæ explicuit cõpendio: *Et nesciunt quia tu es Deus noster.* Nonne nimis crimen erit Dominũ pupugisse, quem noscant? Si Regem absque purpura & solio, è plebe vnum sine maiestatis præcone, percutias, veniam de te impetrat ignorantia, nec maiestas conqueri potest, quæ se exposuit ictibus, cùm delituit. Sed imò peccatum in Deum, Dei nescientia meritò nuncupatur, non in minutionem criminis, sed in diuinæ nobilitatis augmentum, ac si illud generosum bonitatis venerabile Numen, si sciretur semel, nunquam iniuriam acciperet à peccante. Si suis partibus rationalis intellectus constaret, non desciscerer à ratione. Si non ratio delictum est, erit vtique irrationalitas; & nedum ignorantia, sed incapacitas cognitionis.

Iudith. 9.

176. Virgines fatuæ aberant à cubili, cùm genialem lætitiam sponsus subiturus accellerat. Iussit ianitoribus claudi ianuam: at illæ in incubio noctis non segni vestigio venientes sibi reserari expetierunt: *Domine, Domine aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos.* Obserua quòd non dicitur, quòd sponsus ianuam clausisset, sed ex pedissequarum officio, siue malueris, seruorũ, absolutè ianua clausa profertur: *Et clausa est ianua.* Et tamen exules virgines à triclinio, non à ianitore, sed à Domino ostium aperiri deposcũt, qui velut in atrio domus vicinus limini pernoctaret, nec recentibus sponsæ frueretur lacertis, ad primum vocis streporẽ responsum dedit: *Nescio vos.* Imò Domine, si illæ fatuæ sunt, stultitiæque titulo nuncupantur, illæ te nesciunt, tu scis eas, qui bene calles esse insipientes. Adeò extra rationis vsum inere hæ stolidæ puellæ, de superbiæque crimine stultescebant, vt qua ostenderet Dominus, esse à sapientia longiùs extorres, ab ipsamet sapientia diuina procul esse indicaret, nescientiæque propriæ reliquias in intellectum Dominicum intulisse, non quia ille possit aliquid ignorare, sed quia illæ tam fatuæ fuerant, vt nec aliquam intellectionis portionem, nempe obiectum, viderentur attingere potuisse.

Matth. 25. 11.

177. Petri peccatũ, etiam in ipso vocabulo nuncupatur nescientia, compari Euangelistarum stylo Matth. 26. v. 70. *At ille negauit coram omnibus dicens: nescio quid dicis.* Marc. 14. 71. *Ille autem cœpit anathematizare, & iurare. Quia nescio hominem istum, quem dicitis.* Luc. 22. 60. *Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis.* Imò Petre, tu ex singulari Paternæ claritatis reuelatione scis eum, quem de summi genitoris substantia, non carne & sanguine suggerente, sed edocente Spiritu, Filiũ Altissimi fassus es. Nonne recordaris confessionẽ fidelem, Matth. 16. v. 17. *Tu es Christus Filius Dei viui,* verbáque Dominica, quæ in fidei præmiũ pro fidei mercede meruisti. *Beatus es Simon Bar iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est?* Cognitionẽ supernam, quam nec caro reuelauit, nec sãguis, caro & sanguis reuulsit, carnalísq; pauor, sanguinísq; effundendi periculũ scientiã abstulit, quã non dederat? Sed stylus iste Petri, ipsiusmet criminis verbum fuit. Si quodcumque peccatum nesciẽtia est, quid quòd ille, qui singulariter Filiũ Dei agnoscebat, se etiã dum nouerat, ignorasse proferret, & de ipsius agnitionis conscientia nescientiã quæ ab eo aberat, prodidisset? Nõ potuit exaggeratiùs peccati stultitia probari. Ipsemet sapiẽs ignarum se protulit, cùm peccantem; fatuúsque elegit, se diuini Filij ignorantem fateri, quàm se scientem dicere, cùm peccabat. Ergo Petre scire incipias, cùm incœperis pœnitere. Dele sapientia piaculum, quod stolidè insipientiã patrasti. Lucæ 22. 61. *Et conuersus Dominus respexit Petrum. & recordatus est Petrus Verbi Domini, & egressus foras fleuit*

Matth. 26. 70.
Marc. 14. 71.
Luc. 22. 60.
Matth. 16. 17.
Luc. 22. 61.

amarè. Cur Dominus respicit in negantem? Vt instrueret nesciētem. Homo per faciem agnoscitur: in exhibita fronte, obiectoque vultu agnitio hominis reproducitur. Vt agnosceret Petrus Dominū, Petrū Dominus respicit, vt ablutio peccati fuisset cognitio, siquidem peccatum fuerat ignorātia. Fleuisse agnouisse fuit: vt se oculi per lachrymas castigarent, qui ignorantiæ tenebris obuoluti deliquerant, & quos stultè clauserat non videndo, turbido fletu aperiret fatendo. Vt Petrus respiceret, respicit Dominus. Animi occultus scientia est. Christus ad sui prouocauit intuitum, ne vlteriùs oculi Petri caligarent ad fidem, quos lachrymarum abstergebat collyrium.

178. Cant.6.11. Quam ex abrupto sponsa Cant.6. v.11. prorumpit. *Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* Quid inde sponsus? *Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Quid est quod te conturbauit, Amasia? Nescientia. Quasi adhuc ignorauisset sponsi pulchritudinē quam ardebat, nec in interiora traiecisset Deitatis, præteruolans genitæ sapientiæ decorem, & quasi celerrimo cursu diffugiens ab intima penetratione dilecti, solùm à cute rosea vultus, humanitatisque venustate sauciata. Bene se nesciuisse fatetur, quē malè nesciuerat, peccatique indolem fassa est, quod cum in primis parentibus diuinæ scientiæ fuit affectatio, tandem in errorem & stoliditatem deflexit. Inde spōsus, qui Petrum respecturus erat, vt sciret, sponsam satagit intueri: nec inquit: Reuertere, vt intuearis me; sed *reuertere, vt intueamur te*: ægrè enim poterat sponsū intueri, quæ adhuc stolidis oculis cæcutiebat, donec diuini oculi radiis, quibus respiceret, sapientiam ingereret, qua videret.

179. Luc.23.34. Stat in patibulo suffixus Dominus pro crucifigentibus aduocatus Luc.23. v.34. *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.* Imò pientissimè crucifixe, sciunt quid faciunt, qui vt crucifigendi vocabulum percalluissent, pluries repetiuerunt: *crucifige, crucifige.* Sed quod à nescientia orsum fuerat Filij Dei occisionis flagitium, non potuit consummari nisi in nescientia. Recole quid in Ioan.11.49. Senatu primitus Pontifex proposuerat, Ioan.11. v.49 *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo.* Dum Deum hominem morti non tradunt, nescire dicuntur: Nescire iterum dicuntur dum tradunt: vtrobique stultitia, quia vtrobique peccatum. Quando attriti liuore odia in Dominum acuebant, nec adhuc se in eius cædem flagitiosam armabant, de nescientia accusantur; quippe qui ipsammet mortem, quam peccatorum stimulis incutiebant, redemptionis ignari, sibique non prouidi, nondum incutere præparabant; & tamen nescij ampliùs fuerunt, cum gloriæ Dominum crucifigerent. Ergo Dominus in ipsomet Redemptionis momento, vt sibi ostenderet hominum præsentia peccata, pro quibus fatiscebat in ligno, compendio dixit quidquid peccatum est, videlicet nescientiam, ne nisi pro peccato Deum mori in patibulo crederetur.

180. 1.Cor.1.23. Inde Paul. 1.Cor.v.23. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Quid est scandalum, nisi peccatum? Quid est peccatum, nisi stultitia? Ergo idem fuit crucifixionem Domini scandalum fuisse Iudæis, ac gentibus stultitiā. Gentes equidem, quæ Christum non suspenderunt in ligno, stultos meritò appellent Iudæos, qui sacrilego scandalo suspenderunt. Definitio scandali stultitia fuit. Bene sapit gentilis, qui stultos nuncupat occisores. Adeò exuberauit stoliditas stultorum, vt suspicaretur gentilis, ipsam stultitiam fixisse in ligno, cùm sapientiam Dei crucifigerent. Ergo iam non ampliùs stultescas Hebræe: cum Domino clauis infixo, tuam fixisti insuper stultitiam, sicut transfixisti mortem in cruce, in qua triumphatorem mortis fixisti. Mors passa est, patiente vita: mors mortua, vitæ largitore moriēte: obeat ignorantia obeunte sapientiā, cuius fuit sanata liuore, cuius fuit mactatā supplicio. Inde scientiarum Domino spiritum impollutum afflante, agnitio illicò veritatis affulxit centurione præcone. Marc.15 39. *Videns autem centurio, qui ex aduerso erat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei erat.* Qui nescierat adhuc, vndéne capessiuit sapientiam, eruditionémque veritatis pleno hausit spiritu? An quia veritas, quæ de terra orta erat, de cœloque, Paternóque sinu descenderat, spiritum veritatis capite inclinato demiserat: *Videns quia sic clamans expirasset.* Qui clamans mortuus est, se Verbum Altissimi publicauit. Quòd si verbū, ergo & sapientiam, ergo & veritatem. Ita fuit. Sub cruce stanti, quem Dominus afflabat spiritum, præstitit centurioni, vt iam inde ad agnitionem veritatis veniret, medullitusque percalleret, in Altissimi veritate, qui Filius eius est, cruci suffixā, appensam, iam hominum remansisse ignorantiam, nec nisi veritatis vocē humanis cordibus illatā suppetere, quā ille statim profuso ore loquutus est. Matt.15.39.

*Vers.*11. Erige brachium tuum, sicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare Sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deiicere gladio suo cornu altaris tui.

Brachium Dei dum erigitur ad vindictam, velut si lassaretur, deprimitur.

SECTIO XXX.

ERGONE brachiū Dominicum, cùm punit reos, & flagellat iniquos, quasi iustitię pōdere depressum sic cadit & flectitur, vt opus sit iterū ad vindictā erigere, & de lassitudine eneruem spiritu punitionis durare, strenuóq; exasperare vigore, ne maneant impuniti peccantes? Sic Iuditha prouocat Deum: *Erige brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutē illorū in virtute tua;* 181. velut si lacertus diuinus in Ægyptios percutiendos erectus, & ad vlciscendæ Dinæ iniuriam leuatus, suaptemet indole illicò desuper decidisset, in sinúque pietatis demissus, ab iracundiæ quiesceret apparatu. Sic est. Brachiū Dei, quod iustitia exerit, & erigit rigor, abscondit pietas, clemētia deponit, in blandoque pectore abscondit, quasi à flagelli onere fatigatū. Cuius digiti, cœlorū artifices, nesciūt laborare, dum creant; laborē exprimunt, dum castigāt: in pietatis centrū brachium deprimitur, quod iustitiæ tenacitas sustentare non præualet. O quid debes diuinæ manui! Eam ad opus figuli in figlina leuauit, condiuit limū, decerpsit, lineamenta diduxit, humanámque morem struere brachio dedignatus non est, indéque

quæ ex ôre ſpiritûm viuentem inducere; cùm tamen ad plectendum hominem, ædificiúmque in puluerem demoliendum non manum erexiſſe dicatur, ſed ſolius vocis ſpecie tribunal iudicis compleuiſſe.

182. Iob 26.2. Iob.26.v.2. *Cuius adiutor es? Nunquid imbecillis? Et ſuſtentas brachium eius, qui non eſt fortis?* Quiſne aliquando brachium alienum, vt altet percuteret, ſuſtétauit, & fortitudinis pædagogio extraneos neruos præterquam inſtrueret, ad feriendum permouit? Nimium ſegnis, & puſillus euaderet ictus, quem quis aliena incuteret manu: & tamen Iob vnum ex ſuis amicis irridet, qui Dei brachium, vt ei fortitudinem conciliaſſet, ad percutiendum curauerit ſuſtinere. Ea eſt fortitudo nequiſſima peccatoris, vt brachiũ Dei, quod onus incutiendi ſupplicij ſuper viſcera pietatis deponit, ſuamet tenaci rebellione ad propriam non vereatur ſuſtentare ruinam, totiéſque erigat in crimina noua cadendo, quoties illud à tenore iuſtitiæ in clementiæ gremium cadit vtique miſerendo. Fortis Dominus & robuſtus non niſi in certamine pietatis, ſtadioque miſerationum apparet: opinionem ignauiæ, puſillitatiſque notam in plectendo non erubeſcit, cui cordi eſt, brachium in vagina cordis includere, quàm ſtringere ad hominum occiſionem.

183. Exod.17.11. Exod.17.v.11. *Cúmque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſraël: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec. Manus autem Moyſi erant graues: ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum eſt, vt manus illius non laſſarentur vſque ad occaſum Solis.* Si eleuatione brachiorum, ſuæ gentis vegetatur victoria, innutritur triumphus, & agmina decidunt inimica; cur Moyſes tam ſegni incuria in erectione laſſatur, lapideóque ſuſtentaculo, alienáque indiget opitulatione; ne carneis cadentibus manibus militares manus caderent Iſraëlis? Homo vix ſuam poteſt ſuſtentare fortunam, vix ſuis leuamé didicit impertiri; in ſuccurrendo laborat; abſque ſanguine & ſucco, dum hominis ſorté procurat, lento præſidio ſuccumbit clubis. Voluit Deus brachium, quo ipſe aduerſus inimicos pugnabat, & quo opitulabatur Hebræis, iuxta brachiũ hominis moderari, vt deprimeret ſuũ, ſi homo depri- meret; & leuaret vtique, ſi leuaret. Imò Domino Curtum & puſillum ne reſpicias exemplar, ti tenet eſt lacertus humanus, ſuorum commodis non ſuſtinet ſtudere; nec patitur in officiis perſeuerare pietatis, qui obdurato callo nouit in ſeueritate perſiſtere. Cur brachiũ Domini laſſabatur, laſſato Moyſi? Quoniã ſi ex vna parte fauor Iſraëlis intercedebat, ex altera aderat inimicorũ ſupplicũ; pientiſſimúſq; Dominus, quãtũ vni exercitui largiebatur vigoris, tantùm alteri detrahebat; laborẽ in puniendo monſtrabat, dum & fortitudinẽ in iuuando. Quid ageret ingenioſa clementia? Arbitriũ & cauſam vni homini derelinquit, ſuique brachij eleuationẽ iuxta humani brachij ſententiam metitur, ne in hominẽ caſtigando aſperus videretur & dirus; qui legem & exẽplum ſumebat ab homine. Ergo vicit Iſraël, contritúſque fuit Amalec, quoniam vſque ad occaſum Solis non fuerunt hominis laſſatæ manus, nec brachiũ Domini tamdiu ad ſuppliciũ permanere erectum, niſi ſimul pietati erectio profuiſſet.

184. Dauidici criminis Angelus vltor numerũ Hebræorum, quem iactantiæ fecerat blandimentũ, gladio deuorante, peſtéque corrodẽte minuebat, 2.Reg.24. v.15. *Immiſit Dominus peſtilentiam in Iſraël de mane vſque ad tempus conſtitutũ, & mortui ſunt ex populo à Dan vſque Berſabee ſeptuaginta millia virorum.* Quid inde? *Cúmque extendiſſet manum ſuam Angelus Domini ſuper Ieruſalem, vt diſperderet eã, miſertus eſt Dominus ſuper afflictione, & ait Angelo percutienti populum ſufficit: nunc contine manum tuam.* Si tempus cõſtitutum, erat trium dierum ſpatium iuxta Prophetæ verbum ſuprà v.13. *Aut certe tribus diebus erit peſtilentia in terra tua.* Cur, nondum elapsâ primâ luce, completum tempus perhibetur ſupplicij? Si Dominus erat, qui peſtis acie gentem plurimam trucidabat: cur quod Angelus manũ deponeret, ſedulus imperauit? An quia manus erat Angeli, brachiũ Domini? Certè nondum in ſtrage ſanguinea, Angeli manu laſſata, iam manus Domini laſſabatur, nec paſſus eſt, diutino tẽpore erectum brachium habere, quaſi ſimulans conſtitutum tempus veniſſe, cui prima dies in puniendo, ſæculum fuit: non enim ſuppeterent nerui Numini miſerenti quibus Angeli manus roborata pugnabat. Ergo ſatius duxit, Angelicæ manui quietem indicere, quam brachij ſui ægritudinem confiteri. Temporis interualla complicuit, moram conſtrinxit, ne diu erectum brachium à clementis ſinus requie placidâ ſequeſtraret. 2.Reg.24.15.

Quàm ſecus dum parcit, & redimit! Cur figi delegit in cruce? Ne manus laſſeſcerent à pietate, quæ clauorũ foramine, diráque tenacitate transfixæ, à patibulo diuelli non poſſint, ſed iugiter manerent erectæ, donec peccatores redimeret. Iſai 65.v.2. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona*; quod de Iſraële commentatus eſt Paulus ad Rom.10. v.21. *Ad Iſraël autẽ dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.* O quale fortitudinis & amoris prodigiũ! O quale incredulitatis miraculum! Cur præcipuè infidelitatẽ populi notat, cùm manuũ expanſionem exaggerat? Quoniã ab hac patientia Filium Dei debuerunt agnoſcere, quàm nemo hominũ perpetraret. Quis ſic ſuſtineret luxata brachia, vndique protuleranta vbicibus vulnerúmque ſparſa liuore, tota die erecta coërcere, niſi cui miſericors Deitas pro brachiis fortitudinis inſidebat, & vt populus dæmonem detriumpharet, manus iuuaminis coram incredulitate tenere leuatas? 185. Iſai.65.2. Rom.10.21.

Pſ.78.v.13. *Secundum magnitudinem brachij tui poſſide filios mortificatorum: Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum.* Vt plurimæ gentes ſub vnius brachij poſſideantur ditione, opus eſt & quòd brachiũ magnũ ſit, & quòd magnificè porrigatur. Ergo expetit vates, vt brachium iugiter protendatur, nec eius vnquã magnitudo prematur, ne ſi cõpages eius plicẽtur, à poſſeſſione ſubditorum deſiſcat. Erit, erit nam filij mortificati ſunt, id eſt, filij mortis, quibus iuuamẽ expetitur, vt ad vitæ protegantur conſtantiam; nec deſes poterit eſſe manus, quietiſque amans, & ſolatij, quæ non niſi extenta militarique more leuata poſſidet ſuos, cùm Regis ſuperni quieta videretur eſſe poſſeſſio, nec inimicis incurſibus conturbata. Sed mauult Deus obduratam in defendendo ſuos brachij fortitudinem demonſtrare quàm pacatam requiem in poſſeſſione pacifica retinere. Quid erga inimicos: *Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum.* Septuplum ait, vt exaggeraret ſupplicium, quod in diuini nomi- 186. Pſal.78.13.

nis hostes nititur extorquere. Septenarius numerus multitudinem adsignificat. Sed extentum & eleuatum brachium Domini etiam in inimicos expetere ausus non est; imò quod in eorum sinu requiescat: sciebat enim Propheta, non diu posse perseuerare leuatum, si iniquorum exerceret vindictam. Etiam dum punit reos, non se potest sustinere quin quiescat, brachium iactat in sinum. Sed eorum dixit, non Dei; ne si Dei esset; ab ingenitæ pietatis gremio miserendi documenta capesseret. Sed quia ipsorum reorum sinus est, vbi crudelitas rebellis & indurata persistit, ipsimet Deo leges castigandi communicat.

Iustus cum Deo quasi in vnam corporis compaginem euadit, vt ad opera peragenda virtutis, diuino brachio vtatur vt proprio.

SECTIO XXXI.

187. 1.Cor.6.17. FOELIX faustáque compago, quæ membra hominis nectit cum Deo, articulorumque fibulis humanum corpus cum superna Deitate constringit. Qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum illo. Anne & vnum corpus? Sed ossa & caro non distendunt, nec solidant incorporei Numinis maiestatem. Et tamen iustus, qui corpus suum de reliquiis exuberantis spiritus in spiritũ conflare non destitit, sic vnum fit membrum cum Deo, vt manum, qua opera virtutis exercet, Dei brachio adfibulatam esse compareat, vt tanquam instrumentum coniunctum creatoris subseruiat officiis. Exposcit Iuditha: *Erige brachium tuum.* Ad quid appetis quod Dominus erigat brachium? Vt Holofernis iugulum præcidatur. Sed fœminæ manus ceruicem iugulabit Tyranni, pete tuam erigi, non diuinam, vt cadat firmiùs, amputétque fœliciùs: nam peractà victorià, pluries lætabunda clamabis
Iudith 13.18. infrà cap.13.vers.18. *Et interfecit in manu mea.* Et
Iudith 16.7. c.16.v.7. *Et tradidit eum in manus fœmina & confodit eum.* Sed fœmina iam manum suam Dei esse putauit, Dominicóque brachio continuam, nec censuit nouum monstrum compingi, cui brachium esset Dei, & fœminæ manus. Inter Dei mẽbra se prudẽs cõputauit puella, & imbecillis sexus teneros digitos articulis diuinis innexuit, vt vnus efficeretur integer & immutilus lacertus, quem Dei brachium, & Iudithæ manus conflabat. Sic tuorum operum manum addiscas detornare arte virtutis, vt non erubescat Dominus hoc membro, quasi sui brachij complemento operari, qui adeò desiderat se totum immergere in hominem, in vnamque ferruminare compagem, vt quod hominis membrum est, non eum pudeat vocare suum, nec quod suum, hominis; imò gloriosiorem partem homini dignatur attribui, qui brachium Dei, manum hominis sustinet appellari.

188. Ezechias ad Sennacherib incursum pauidos Israëlitas hac voce solidare contendit 2.Par.32.
2.Par.32.7. v.7. *Viriliter agite, & confortamini, & nolite timere. Cum illo enim est brachium carneum: nobiscum Dominus noster, qui auxiliator est noster pugnátque pro nobis.* Vt antithesis esset legitima, videretur dicendum: Nobiscum est brachium Dei, seu brachium spiritale, quod carneo fortiùs est, vtpote quod carnis teneritudo non mollit, nec palpitantis sanguinis fluxu liquescit, sed absque fragilibus, deciduísque venis toto spirituum succo animatur. Ast nouit Rex, veris Israëlitis, qui se totos in Dominum transfuderunt, non de fragili testa, humóque decidua membra constare, non ictibus obnoxia vascula inhærere membrorum, sed Deum ipsum inesse pro brachio, qui cum vnus sit, plurium iustorum corporibus solet innecti, velut in organicum instrumentum, non adscitum, sed proprium, non vt ocrea & thorax, non vt galea & armillæ, quæ sunt arma extranea cuti, sed vt compaginata membra, corporíque, ingenito tenore, continua. Quin non prætereas stylum: *cum illo enim est brachium carneum.* Putares dicendum in illo, non cum illo, quippe brachium magis est in homine, quàm cum homine. Sed ipsum hominis inimici brachium, quo aduersus Dei obseruatores contendit, adeò ægrè mouetur, vt censeri possit extraneum, alienáque de armamento supellex, indigens proprio brachio, vt moueatur. Deus ita proprium brachium hominis fit, vt carneo semoto, diuino iustus vt ingenito vtatur.

Cant.8.6. *Pone me vt signaculum super cor tuum,* 189.
vt signaculum super brachium tuum, quia fortis est, Cant.8.6.
vt mors dilectio. Quid liquidius cerâ, quam ignis circunstat? Quid ad secreta occludenda solidius, si leui conglutinata papyro signaculum subeat, cuius caua exprimat lineamenta? Amasiæ cor igne dilectionis ardebat, sed cereum erat, & de liquescente arbitrio mutabile, & qua flammæ amoris vicinius, minùs tenax ad labilis fluxionis periculum. Ergo sponso, vt signaculo, medullitus imprimatur, ne secreta effluant: sed quæ in membranis inlatent carneis, secura reuelationi subsistant. Verùm si sponsus signaculum est, cuius est? Suimet: vtpote qui à superno genitus patre viuam eius similitudinem repræsentat. Nonne signaculum similitudinis Lucifer vocabatur, non tantùm naturâ & gratià, sed voto, qui Dei similitudinem, quæ stemma Filij Dei est, irreligiosi piaculi ambitioso fastu affectauit? Satagit sponsus, vt ipsemet sit Amasiæ cor, cuius eum excordiauerat pulchritudo, quippe
qui iam dixerat cap.4.v.9. *Vulnerasti cor meum* Ezech.28.
soror mea sponsa, & vt alia littera fert: *Excor-* 12.
diasti cor meum. Id ipsum repetit, & adauget, Cant.4.9.
cum studiosa efflagitat prece: *Pone me vt signaculum super cor tuum:* ac si apertiùs diceret: Non sat mihi est, nec sat tibi, quod intra pericardij latebras, costarúmque inuolucra, me, qui cor tuum sum, occultâ possessione contineas: indicia & lineamina suprà cutem subsiliant, cudat in extima pectoris superficie sulcis medullitùs excauatis, vt appareas esse quod sum, vniuersáque tui membra non solùm mei esse, sed me; siquidem à corde quidquid corporis est, vegetatur & viuit. Quem cor Patris eructauit, &, si potuisset diuellere, diuulsisset, vt inuisceraretur in homine, cor fit Amasiæ, & in Deitate impotens mori; hanc amoris ingenio meditatus est mortem, vt se egereret in sponsam, non amittens, sed porrigens sinum superi Genitoris. Ideò subiicit: *Quia fortis est vt mors dilectio;* videlicet quia fecit amor erga Deum immortalem mortis officium, excordians Deum, & in Amasiam transfundens.

Sed quid vltra rogat? *Vt signaculum super* 190.
brachium

brachium tuum. Nonne ſatis ſuper cor cælari? Ne celetur. Sed cui cor iam erat, eſſet & brachium: nec opus ab intentione deciſceret, nec à voto exercitium. Sed quia brachium eſt operum inſtrumentum,& præcipua fortitudo membrorum, eiuſdem eſſet naturæ brachium,quàm cor, fontique vitali, membrorum vniuerſitas reſponderet. Improba commixtio eſt,ſpuriáque concatenatio maligni brachij cum corde diurno,terreni operis cum cogitatione ſuperna,cum pectore ſpiritali manus carnalis. Iuſtus non pluribus metallis variegatus incedat, non amet ſtromata, variatáſque ſtragulas vnitas ſpiritalis in homine:totus ſit Deus,qui totus eſt Dei,non niſi ſua membra vegetat cor, nec ſi appingas humero teſtaceum,ferreúmve brachium,de cordis poteris animare ſcintillis.

191 Dan.2.32. Cur ad breuis lapilli tactum ſtatua Nabuchodonoſoris in ventorum fuit exufflata ludibrium? Recole queis conſtabat, Danielis 2.32. *Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porrò venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea,quædam autem fictilis.* Bene brachium eiuſdem fuit ac pectus metalli; ſed alienum à pectore caput, quod cum aureum fuiſſet, degenerauit in corde; nec poterat diu ſuper humeros ſuſtineri,cui viliores ſpiritus, nempe argentei, in aureum verticem aſcendebant. Quis,niſi ſomnians, ex tam diſſimili vena, metallorúmque indole tam enorme monſtrum compingeret?Victoria fuit lapidis ætherogenea diſſimilitudo membrorum. Fidem fregit fucata iunctura, quæ ſtantem vix poterat ſuſtentare ruinam. Docuit lapillus, cùm ſtatuam fuit demolitus: magis fuit eruditio, quàm ſtrages: ſimulacri inconſtantiam diſſimilitudinémque reformauit, dum ex vno ſcopulo totum conflauit. Nonne legiſti: *Lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram.* Huc lapidis iactus tetendit, huc petræ colliſio, non vt metalla raperet; quippe qui lapis ſine manibus de monte veniebat abſciſſus, manibus non indiguit, qui nec argento nec auro,quibus pectus & caput ſimulacri conſtabat.Sub vmbra lapidis Chriſtus erat, qui de virginea rupe ſine latomo, vulneréque decerptus, voluit ſtatuam de ſemet erudire pariter & conflare,vt totus homo conſtaret ex Deo; ne tumultuariò adhærentibus diſſimilium membrorum portionibus, facilè poſſit fractâ fibulâ lacerari. Inde forſitan illud Domini, Ioan.8. verſ.47. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.* Non, inquit, qui Dei eſt, ſeu qui à Deo, ſed *qui ex Deo:* velut ſi iuſtus ex Deo debeat, vt materiâ totâ, conſtare, ſicut ex ære ſtatua, cathedra ex ligno. Ioan.8.47.

Omnipotentia Dei à ſuperbæ voluntatis arbitrio ad miraculum patrandum tentata,vertitur in iuſtitiam vltricem.

SECTIO XXXII.

192. VOLVNTAS hominis non ſit arbitra diuinæ potentiæ.Qui miraculum à Numine nititur extorquere, cur Deum tentare dicitur ſic præſumens? An quia ei vulnus iniurioſum incuſſit, & velut chirurgi more ſpecillum latenter immittit,vt diuini pectoris latebras probet? Sed & quia ſic ſigna expetendo cæcutit, & cæcorum eſt titubantibus digitis tentare,quà pergunt. Denique, quoniam corporeum iudicat Deum, quem tentare manibus non veretur; facilèque deluſus, in ſuamet præſumptione euaneſcit, qui ſpiritui ſuperno carnis, & oſſium voluit impingere quantitatem. Diuini brachij ſtrenua prodigia nonniſi cuius ſunt,artifice voluntate patrantur.Magorum & nebulonum eſt, miracula diuendere in foro, ſub haſtáque locare portenta ad nutum ementis, ad marſupij fortunam. Oſtentum Dominici brachij Iuditha expoſcit, ſed non quod eius taxet arbitrium, imò quale iam Dominus conſueuerat operari. Quare conſulto ſic verba contexuit: *Erige brachium tuum ſicut ab initio:* ne de irreligioſis auſibus plecteretur, ſi iactanter Dominum ad nouum,& ex fœminæ nutu prognatum miraculum laceſſiiſſet.

Phariſæi improbo ſupercilio ſic ſe coram Domino ſiſtunt Matth.12.verſ.38. *Magiſter volumus à te ſignum videre.* O quàm inurbanus libellus, nec ſibi cohærens ſtructura periodi! Luminibus caret voluntas, cæcus depingitur amor; cui palpebræ non ſunt & pupillæ,poteſt appetere,non videre. En cæcorum more tentabant, qui de officina voluntatis humanæ fabrefieri portenta petebant. Quid tunc Dominus? *Generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ Prophetæ.* Cur qui negauit ſignum, ſignum è veſtigio conceſſit,& de natatili viuentéque Ionæ ſepulchro, miraculi præſtandi argumentum producit: *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Nonniſi mortis & inferni ſigno dignus efficitur, qui diuinæ ſignum omnipotentiæ in ſuperbæ voluntatis ſtuduit conflatorio formare. Anne ſepulchrum eis proponitur & infernus, vbi vmbra mortis, tenebroſáque caligo ſuffunditur, vbi nullum ad videndum, luminis ſubſidium affulget, vbi propria voluntas igne ferociente crematur, vbi flamma gehennalis adurit, non illuminat reos, quod diuinæ virtutis miraculum eſt, quale voluntas,quæ plectitur,tentando non poterit percallere? Vt recordarentur inferni, in quo propria caſtigatur voluntas, naufragium Ionæ, terræque profundum Dominus recordatur, ſubtus quod victor mortis erat improbos proiecturus. Vide quid voluntas officioſa ſigni promeruit, nempe occidere Dominum: nam ſignum, quod ei ſpondetur,iam Dominum ſuppoſit occiſum.Ergo Deicidij pœna dignus eſt,qui ſacras latebras diuinæ virtutis, etſi attributa laceret, ſcrutari contendit,dum ſignum impudenter expetit à Creatore. 193. Matth.12. 38. Matth.12. 39. Verſ.40.

194. Solius vmbræ ſignum eſt,& vtpote cæcæ voluntatis, tenebroſum & nigrum, quod electio humana diſquirit. Salutis ſolicitus Ezechias ad Iſaiam inquit 4.Reg.20.verſ.8. *Quod erit ſignum, quia Dominus me ſanabit?* Quid tunc Vates? *Vis vt aſcendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus?* Et ait Ezechias: *Facilè eſt vmbram creſcere decem lineis: nec hoc volo vt fiat,ſed vt reuertatur retrorſum decem gradibus.* Cur in 4.Reg.20. 8.9.10.

vmbrâ signum? Quoniam è Regis voluntate
veniebat. Nulla est claritas appetenti prodigia.
Pro vniuerso signo Creatoris signatum est lu-
men vultus eius in corde, quod miraculorum
ambitiosus extinguit; & dum afflante desiderio
nouam rerum fidei faculam curauit accendere,
veterem, præsumptionis tenebris suffocauit. In
horologio Achaz vmbratile signum penditur
Ezechiæ, vt illibato sole vmbra graderetur re-
trorsum, & spatium, quod cucurrerat, repe-
tiisset; & cùm non esset solis latio spatiosior,
esset vmbra diuturnior. Bene in horologio ex
voluntate humana conquisitum signum nota-
tur, vbi ad vmbram mortis momenta decur-
runt, irrequietóque suæ reuolutionis gyro vitæ
vertiginem repræsentant: vmbras enim mor-
tísque captat reliquias, qui verba Dominica
nonnisi miraculis suscipit solidatat. Et vide.
Qui nanciscendæ salutis signum quæsiuit, in
vmbra mortalis lubricitatis, & fluxus inuenit,
vt salutem bonámque valetudinem nonnisi de
memoria mortis, futuráque salutis amissione
nutriret.

195. Cur in horologio Achaz decernitur signum:
4.Reg.20. sic enim habes vers.11. *Inuocauit itaque Isaias*
11. *Propheta Dominum, & reduxit vmbram per li-*
neas, quibus iam descenderat in horologio Achaz,
retrorsum decem gradibus. Quoniam Achaz si-
gnum à Domino petere recusauerat, ne quod
voluntatis esset, tantationis piaculo adrogare-
Isai 7.11. tur. Isaiæ 7.vers.11. *Et adiecit Dominus loqui ad*
Achaz dicens: Pete tibi signum à Domino tuo in
profundum inferni siue in excelsum suprà. Quid
ille? *Non petam, & non tentabo Dominum.* Imò
seueram iustitiam tentas, qui dum iuberis ex-
poscere, renuis, tuo arbitrio magis, quàm obe-
dientiá Dominicá delinitus. Qui electionem ha-
buit petendi, se à prece subripuit, metuens ne
tandem signum, quod de proprij nutus pullula-
ret gleba, fructum sibi punitionis educeret.
Adeò superbiæ supercilium exasperat homo, vt
qui à Deo suo rogatur vt roget, ne & in libito
voluntatis obediat, eligat sortem electionis re-
spuere, inuidens voluntati diuinæ quod prima
sit, nec humana libertas proprij fiat origo fa-
uoris. Si ne peteret, imperaretur, pungeret pru-
rigo petendi, & iniussus subsiliret ad placita,
intendens, Dominum suis obsequiis procacibus
inseruire. Vt magis voluntatis esset, quod à Nu-
mine extorqueret prodigium, noluit tunc eli-
gendi potestate frui, donec nolente Domino,
omnipotentiam contenderet exprobrare, dum
probans. Ergo in horologio Achaz, Ezechiæ
Regi signum præstatur; vt addisceret ab exem-
plo, humanum nutum non debere prorumpere
in cœlestis virtutis examen.

196. Sed incomptam inurbanámque Achaz indo-
lem, qui à dulcedine muneris inuitatum pa-
latum æger abduxit, in cæteris Iudæis Do-
4.Reg.20. minus plectit, proclamans vers. 14. *Propter*
24. *hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce Virgo*
concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius
Emmanuel. Cur largitate signi remunerat, quos
voluntaria signi repulsa callo rebellionis obdu-
xerat? Vt hominem erudiret nonnisi ingeni-
tum diuinæ voluntatis signum hominibus esse
proficuum, quod qua medullitus à Dominico
amore procedit, non est aliud quàm ipse Deus.
Ioan.1. *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium.* Si Virgo
concipiet absque appulsu viri, non ex voluntate
carnis, nec ex voluntate viri, vtique Spiritu
sancto fœcundabitur obumbrata. Quid autem
Spiritus sanctus est, nisi amor, & æternæ vo-
luntatis nobile pignus? Si filium Virgo conci-
piet; ne absque Patre filius genitus inueniatur,
erit equidem filius superi Genitori, qui cùm
non voluntate, sed intellectu genuerit, nonnisi
voluntate & amore in rosea Virginis vulua con- Ioan.3.16
sedit: sic enim Deus dilexit mundum, vt filium
suum vnigenitum daret. En quia signum Filius
fuit dilectionis supernæ, quidquid Dei perfe-
ctionum arcanum est, quidquid æternorum Sa-
cramentorum in Deitatis abysso latebat, homo
redemptus pariter & edoctus percalluit faculâ
fidei: nec aliud miraculum opus habuit appete-
re & petere, qui vniuersa diuitiarum Dei docu-
menta in hoc vno signo lustrauit.

Sed eheu! adeò placitis inhiat superbus ho- 197.
mo, vt quoniam non proprium, sed Dei hoc
immensum signorum compendium erat, illicò
contradicit, & nouitatis pruritu, ab hoc signo
alia signa virtutis, rusticus & insipiens, incredu-
litateque obduratus quæsiuit. Nonne Simeon
in Virginis gremio infantem verbum aspiciens,
dixit ad Matrem Lucæ 2.vers.34. *Ecce positus est* Luc.2.34.
hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in
Israël, & in signum cui contradicetur. Diuini
Patris *dicere* gignere fuit: dedit, quem genue-
rat, in signum; & contradicere maluit homo,
odiíque verbum proferre, qui verbum amoris,
genitum à Patre dum dictum, quasi signum sa-
gittando transfixit. Cur hoc signum, quod in
populi columitatem abstruso mysterio homini-
bus Pater exhibuit, in ruinam contradicentibus
fuit? Quoniam suo arbitrio, qui contradicit,
tenaciter adhæresciit, & signum ambitiosus ex-
petens, quo resurgat, in ruinam & cladem no-
scitur experiri. Recole quid Iudæis dixit Do-
minus Ioann.2. vers.18. dum illi blaterabant: Ioan.2.18.
Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Re-
spondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, &
in tribus diebus excitabo illud. Vtrobique cùm Do-
minus prouocatur ad signum, nonnisi mortis &
resurrectionis impendit; quippe iam audiisti
Matth.12. vers.39. *Signum quærit, & signum non* Matth.12.
dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ: sicut enim fuit 39.
Ionas in ventre ceti tribus diebus, &c. Ergo ruinæ
& resurrectionis est signum; ruinæ, dum moritur
erga crucifigentes; resurrectionis erga pios, dum
triumphator mortis & inferni, impercusso lapi-
de surgit.

Leprâ candebat Naaman, & de diuitiarum 198.
colluuie scabies in corpore redundabat: Syriæ
deserit aulam, vt ad Elisæi virtutem confugiat,
qui purulenta vulnera abstergente manu dilue-
ret. At Propheta 4 Reg.5. vers.10. *Vade*, inquit, 4.Reg.5.10.
& lauare septies in Iordane. Quid nunc Naaman?
Putabam, quod egrederetur ad me, & stans inuo-
caret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua
locum lepræ, & curaret me. Melior est medicus,
qui simplicibus naturæ curat subsidiis. Qui
pharmaca miscet, & de herbarum tormentis
exugere salubritatem studet, magis marsupio
inuigilat, quàm saluti. Quid latice limpidius?
quid vndâ communius? non caro emitur, quod
fluit; non pungit, quod refrigerat; quod ele-
mentum est, nihil de pretio & arca consumit.
Et tamen fabrefactor miraculi ipsemet æger esse
cupiuit, florémque carni reddere de superbia.
Remedium, quo sanaretur, suimet pharmaco-
pola

pola trahebat, Domini manuducēs Prophetam, & inſtruens, ne præterquam à Magiſtra arrogantia educeretur, adhiberet medelam. Falleris Naaman, falleris: imò ſi Eliſæus manum ſuprà lepram imponat, aduerſus legalem obſeruantiam delinquet, quæ contingere vetat leproſum. Bonam legem afferebat Prophetæ, qui immundus redderetur tangendo, inſanatúſque ad Syriam redires. En ſigni detornati ad modulum voluntatis fructus, diſpendium eſt ſalutis, quæ quæritur. Deſine medico, quod ſuum eſt, nec omnipotentiæ artes velis omnipotenti ſuggerere.

Non ſimilibus delectatur inuidia, vritur, quo alius lucet; paruíque ducit, ſociâ claritate clarere.

SECTIO XXXIII.

199. ALIENA ſublimitas deprimit inuidum, qui de alieno culmine experitur ruinam, præcepſque colliditur, quo alius aſſurgit. Quid inuides tauro, quòd impetit cornu? Hoc illi corona eſt, ſed tibi cuſpis, qua, ſi contra niteris, transfigeris. Aſſyriorum delicta Iuditha exaggerans ſic Deum exorat: *Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt ſe violare Sancta tua, & deiicere gladio ſuo cornu altaris tui.* Odit communionem inuidia, paruíque æſtimat pretioſum, quo fulget, ſuperbus, ſi pretium de raritate non ſumat. Flocci penditur, quod ſingulare non eſt, à ſui ſimilibus extenuatur. Vnde nouit Iuditha, Perſas in altaris Dominici cornua deflagraturos? Quoniam Perſarum inſignia & ſtemmata cornua ſunt, nec obſcura, nec dura, ſed radiis acuminata ſolaribus, & de cœleſti lampade totam lucis ambitionem trahentia. Dedimus in littera Chryſolog. ſerm. 120. *Ne ſcimus vt Perſarum Reges, qui ſubiecta nunc pedibus ſuis ſphæra, polorum ſe calcare vices mentiuntur, nunc radiato capite, ne ſint homines, Solis reſident in figura, nunc impoſitis ſibi cornibus, qui viros ſe eſſe doleant, effœminantur in Lunam.* Ergo procliue fuit cogitare, ſtatim in altaris cornua inuaſuros, ne quo Perſa in ſuperbia verticis ornabatur, luceret altare: cornua deiicere ſatageret, & ab ipſa Dei maieſtate deponere, ne videat in Numine, quo ipſe nobilitatur in capite. Imò quid iactantiæ amabilius, quàm eodemmet ſtemmate hominem redimiri, quo Deus ſuo redimitur in throno? Nec vult homo ſe comparem eſſe Deo, ne titulorum & inſignium etiam cum Numine partiatur portionem.

Chryſol.

200. Quàm ſecus Dominus, qui qua ab inuidia longiùs abſcedit, ſuæ cornua gloriæ impartiri homini non detrectat, mortalémque circumdare frontem immortalium luminum claritate. Exodi 34. verſ. 29. *Cúmque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.* Ergo inuidus non fuit, qui voluit hominem ſuæ gloriæ habere conſortem, de ſeruóque contubernalem effecit, tam longè à ſingularitatis ſtudio, vt non alia cauſa cornutæ frontis fuerit in Moyſe, quàm Dominici ſermonis conſortium. Expende medullitus illud: *Ex conſortio ſermonis Domini.* Se velut in comparem diffudit maieſtas; nec res arbitrij dicitur, ſed ſequelæ à Deo luminoſa cornua communicare, qui quos ad ſui ſodalitium admittit, non inuidet de ſua purpura colorare. Nouo munere opus non fuit: qui ſermonis conſors, fit & luminis; radiantémque coronam de Regis contubernio ſuſcepit, qui in ardens ſui Domini ſolium ſubditus, & mancipium intrauerat. Cur ignorat Moyſes, quo facies ardet, nec ſuæmet frontis conſcius efficitur? Quoniam carebat ſupercilio frons, quæ quod oſtendebat videnti, abſcondebat habenti. Qui lucidum munus acceperat, hauſit vtique muneris qualitatem. Erat claritas Dei, quæ nec eſt inuida nec ſuperba. Vt longè fieret à iactantia iubaris, quo flagrabat, iubar ab ipſo iubare didicit ignorare, nec ſplendidam Dei gloriam ſibi tribuere, quàm ipſemet Deus humili quà ignoranti tribuerat. Meruit in fronte exaggerari fulgorem, qui ſingularitatem fulgoris adhuc ſoli Deo pectore deuoto reddebat, etiam cùm partem acceperat claritatis.

Exod. 34. 29.

Sermo & Verbum Dei, manus eius meritò nuncupabatur; quippe manus ad donum eſt, & idem eſt Deo, Verbum ſuum ad hominem loqui, ac Verbi ſplendorem homini, ad quem loquitur, redonare. Nonne Verbum ſplendor gloriæ eſt, aſſerente Paulo: *Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portánſque omnia Verbo virtutis ſuæ.* Ergo meritò ex conſortio ſermonis Domini, glorioſi ſplendoris cornibus Moyſes affulget, cui idem fuit, ſuprà auriculas mutuatis luminibus irradiare, ac auribus percipere verbum. Nulla liberalitas eſt profuſior, quàm quæ ſermone, antequam manu, donat, quod habet. Attendiſti-ne: *Portánſque omnia verbo virtutis ſuæ.* Manu non verbo, qui præſtat liberaliter, vtitur. Sponſio ſine digitis vacua eſt. Sed adeò Deus gloriam, qua ſingulariter ardet, ſuis auditoribus impartitur, vt illi verbum pro manu ſit. Quid in altaris cornua inſultas inuidus, Barbare Perſa, accede, & illuminaberis: non curta eſt & auara throni maieſtas, ſi cornua non amputes, promerebis. 201. Ad Heb. 1. 3.

Habacuc 3. verſ. 4. *Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.* Cur cornua in manibus non in fronte? Ne aliud organum & membrum munifico donatori adſcribatur, quàm manus. Totus manus eſt, qui dare ſolicitat quidquid eſt. Cornua ſunt ſplendor & lux. Nulla liberalior eſt lumine creatura, per aërem in inſtanti diffunditur: ſe euacuat in æthram, nec portionem retinet, quam non præſtet. Homo erat Moyſes, qui cornua geſtabat in fronte, Deus geſtat in manibus, non in manu qui vtraque vtitur ad donandum pro dextra, mauúltque abſcondere verticem luminoſum, & à iubare ſequeſtrare, ne à fronte in manu tarditas beneficij intercedat, nec lucem inuideat homini, quem formauit. 202. Habac. 3. 4.

Somnum fratribus referebat Ioſeph, Gen. 37. verſ. 9. *Vidi per ſomnum quaſi Solem & Lunam & ſtellas vndecim adorare me.* Quid tunc pater & fratres? *Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti? Num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui:* Si pater Sol eſt, ſi fratres ſtellæ, fortunato lumine munerantur, quibus cœleſtis ſtatio pro ſphæra eſt, lucíſque diuitiæ pro cenſu. Quid ſomnianti inuident, à quo de humili terrenorum ſtatu, 203.

stato, conditionéque mortali & obscura in orbis lampades transiguntur? Ne Ioseph stella sit, despiciunt esse sydera fratres, paruíque ducunt solem genitorem habere; & inter se primigenium lucis partiri, dummodo alter partis claritate non gaudeat. Respuunt adorare, à quo habent computari inter stellas; cùm tamen clarior & nobilior splendor debuit esse Ioseph, syderibus vtique & sole, quem sol & sydera coruatis luminibus adorabant; & procul aberat ab inuidia lampas illa fulgentissima Ioseph, qui minutos ignes, subditásque stellas coram se pariter nitescere permittebat. Oriente sole lux syderum erubescit, cum noctísque tenebris sepelitur, nec in imperium lampadis superioris nitentes guttulas audet iactare. Sed ecce & sol & stellæ pari luminis consortio fruuntur coram iubare præsidente Ioseph. Nulla inter familiam lucis intercessit inuidia; quippe in somniantis iuuenis cogitatione occurrerunt; quo expergefacto fratres dote luminis munerati cœperunt inuidere somnianti, propriam claritatem exosi, ne colere cogerentur alienam.

Vers. 12. Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur.

Vers. 13. Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis charitatis meæ.

Vers. 14. Da mihi in animo constantiam, vt contemnam illum, & virtutem, vt euertam illum.

Superbus & elatus solâ amputata gloriæ, honorúmque parte, totus occumbit.

Sectio XXXIV.

204. Svperbia sibi inimica est, ciuili & intraneo bello intra liuida præcordia concutitur, nec opus est illi extranea cicuta ad mortem, gestat in visceribus, quo arrodatur, venenum. Non sine gladio est, quem sibi strictum altiùs affigit, dum elationis celeritate mouetur. Expetit Iuditha, quòd superbus Holofernes de suo proprio trucidetur armario, latentémque ruinam in vagina iactantiæ experiatur, officiúmque carnificis subeat pariter & occisi: *Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur.* Si de indole serpentinâ superbia est, quoties amputata, vitam multiplicabit in frustis; secta pars viuet, faciétque gladius de vno corpore plures angues, de angue vno plurium agmen. Hydræ si caput amputes, caput emergit; semen est sequentis sectio prioris; pullulat ex vulnere seges; aratrum est Herculis claua, quot facit surculos, grana producit. Quidquid in superbo est, superbia est; cùm scinditur, geminatur, non perit; imò exundante sanie vitium recrudescit, obductoque callo constrictus liuor ad vulneris obduratur vindictam. Ne poscas ó fœmina prudens, quòd superbia amputetur, sed pereat; ne plures Tyrannos in vno amputato producas. Sed ideò exorat, non alieno gladio amputari, sed proprio, vt & parti dissectæ suus remaneat gladius, quo insuper amputetur, nec quiescat occisio, cui intimior est ad necem gladius, quàm vita. Sat est pro clade superbo, quod aliquid ei de rerum, quibus inflatur, possessione cædatur: odit partes, qui ambitioso conatu inhiat esse totum, non partem fortunæ quodlibet decrementum, totius est amissio superbo: sat est amputes summum digitum, vt ambitiosi corpus intereat. Qui affluentia voluptatum, diuitiarúmque, & fastus opulentiâ nutritur, si ademeris guttam, satiscet; integer est Oceanus sitis est, cùm vndæ stilla ad herbulam vicinam confugiat.

Iudic. 1. vers. 6. *Fugit Adonibezec, quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum* 205. Iudic. 1. 6.
eius ac pedum. Dixitque Adonibezech: Septuaginta Reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Adduxerúntque eum in Ierusalem, & ibi mortuus est. Cur superbus iste, cui septuaginta Reges sub mensa pro canibus, pro felibus erant ad deciduas micas vorandas, non vno occiditur ictu, sed supremi digiti resecantur, mauúltque Israeliticus populus, quòd superstes maneat hostis, etsi mutilus? Quoniam beneficium fuisset superbo, semel eum occidisse. Dirior mors arrogantiæ fuit, portiunculas abscindere digitorum, vt priùs à dolore ignominiæ quàm à cuspide moreretur. Sat fuit cultello, breues vnguium cecidisse sedes, vt elatus ille parui duxisset, corpus cæterum inuulneratum ab hostibus retinere, cui vnguiculæ defecissent. Nonne vides? Statim mortuus est. Alienus gladius solùm extremos digitos amputauit, proprius, quem strinxit superbia, breuiori mora, corpus reliquum interfecit. Et quidem septuaginta Reges, quibus idem casus à superbi seueritate contigerat, non afflauerunt spiritum, sed diutina seruitute vixerunt, dum obsoniorum, panis que ramenta sub eius mensa rictu decertante rapiebant. Sed illi humiles, hic superbus: illi, etsi mutilum corpus, micis innutrire studebant, hic corpus despexit, cui extremæ fimbriæ defecerant. Grande sui pronuntiauit elogium, qui micas Regibus protulit permisisse. Superbia auaritia est, nec micas patitur erogari in famem alienam. Recole diuitem epulonem, qui superbiâ, dum purpurâ vestiebatur, & famelico Lazaro inuidebat micas, quas opipara mensa inuisa profundebat in terram.
Lucæ 16. vers. 21. *Et erat quidam mendicus nomine* Luc. 16. a. 21.
Lazarus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Qui negabat oculos inopi iacenti in vestibulo, quidni negauisset & micas, ne ab elationis statu decideret, si eodem alimento se & inopem sustentaret. Vacua crederet plena fercula, si & reliquias gulæ amisisset. Citiùs quàm superbia impletur stomachus inter pateras, & obsonia ieiunat, si de integris cibis, quos primo spiritu deuorauit portio, quam in furtum guttur fastidit, amputetur extraneo. Manu integra prendit, quod mandit, ne si vnus otietur digitus, curtetur voluptas.

Balthasari se in delitiosis epulis ingurgitanti. 206.
Danielis 5. vers. 5. *Apparuerunt digiti quasi manus* Dan. 5. 5.
hominis scribentis contra candelabrum, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis. Si possessionis symbolum manus est, cur non integra manus, sed articuli apparent, in cladem eius, qui manus in altaris vasa protenderat, & ne aliquid eius superesset ambitioni, vsque in diuinam

ſupellectilem miſerat digitos? Conſule commentarium Danielis. Inter plura ſic inquit v.22. *Tu filius eius Balthaſar, non humiliaſti cor tuum, ſed aduerſum Dominatorem cæli eleuatus es, & vaſa domus eius allata ſunt coram te.* Et ſtatim. *Porrò Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas non glorificaſti. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus, quæ ſcripſit hæc.* Denique: *Phares; diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt medis & Perſis.* Expende illud: *Porrò Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, &c. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus.* Si ſuperbus nuncupatur inflatus, erit vtique flatus ſuperbia. Si ſuperbiam Balthaſaris Dominus habebat in manu, cur ſolùm manus articulum ei monſtrauit? Quaſi tota ſuperbia eius, etiam in vno digito conſtitiſſet, quo amputato à manúque diuulſo periret, ſatis que vnus digitus eſſet, vt ei mortis ſententiam ſcriberet. Qui manum amputauit, amputauit & regnum. Ideò in vltimis characteribus *Phares* fuit, quod eſt amputatio & diuiſio. Quid quòd totis artubus, diſſolutis compagibus ſcinderetur ſuperbus, qui manum, in qua eius flatus inerat & ſuperbia, quaſi à ſuis digitis conſpiciebat præciſam.

Dan.5.22.

207. Vide ſi vel in breuiore digito ſuperbia eſt. Roboam regni nouitate ſuperbiens, conſilium ab arrogantibus aulicis ſumpſit, vt populo diceret, 3.Reg 12. verſ.10. *Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei.* Quæ manus prendit, onera portantur in dorſo. Tam auidus vectigalibus populi, ſubditorúmque cenſibus Rex inſolens inhiabat, vt vel in minimo digito tanquam in onerariis nauibus & vehiculis, tanquam in baiulorum dorſis, quidquid erat in regno bonorum præſumeret poſſe geſtare, ne ſi ſarcina digitulo defuiſſet, tota manus plecteretur de inertia.

3.Reg.12.10.

208. Dominus inſultauit Adamo poſtquam vetitum pomum decerpſerat, Geneſ.3.verſ.22. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum.* Qualéne conuitium hoc pro ſupplicio? Si vt vnus ex Deitate profertur Adam; qui arrogantia deliquerat, arrogantior euadet, & ex diuinitatis conſortio ſuperbiam innutriet, qui ex ficu vetito iam nutrierat. Imò non vnum ex Diis, ſed Deos plures eſſe affectauit, qui placidis auribus auſcultauerat à ſerpente verſ.5. *Eritis ſicut Dij.* Plurimum fuit pœnæ ſuperbo, cui Deitatis portio amputata, & quaſi vnus manſit, qui plures eſſe lenocinio maieſtatis cupierat. Non idipſum dictum eſt Euæ, ne duo iam vt Dij putarentur: ne qui duo in vnam carnem euaſerant, in duos Deos præuaricationis ingenio euaſiſſe ſe crederent. Periiſti Adam ad vnius tantùm Deitatis contumeliam auulſus, qui cùm totius paradiſi, excepta vna arbore, Dominus incederes, ſuperbiam inopem cogitaſti, niſi pomum raperes nondum tuum. Idoneum ad ſuggeſtionem oſtium reperit ſerpens in ſtolidæ fœminæ verbis, Gen.3.v.2. *De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo, veſcimur; de fructu vero ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus.* Dæmon, qui ſuperbiâ ceciderat, hominem de ſuperbia irritauit, miſerum illum indicans & mendicum, cui integri viridarij Principi vnum defeciſſet lignum ad vſum. Non ſe ſaturum cogitauit ex reliquis, ſi ab vna arbore ieiunaret, amputatáque paradiſi portione ob mutilam decideret arrogantiam.

Gen.3.22.

Gen.3.5.

Gen.3.2.

209. Sed en ſerpentis ſuperbi pœna verſ.15. *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Contrito capite, quæ in exanimi trunco poterunt ſuppetere inſidiæ? Si priùs fœmina caput virulentum calcando perfodit, liber erit à calliditate calcaneus, nec habebit quid à cadauere pertimeſcat. Verùm ſi & ſerpens eſt, & Dæmonis ſuperbi vagina, adhuc amputata reſilit ad vitam liuoris, ſuperéſtque quid fœminæ inſidietur veſtigio in caudæ viuentibus ſpiris. Ergo non erit meritum ſerpentis ſupplicium, dimidium illi mortis incutere, quæ vitam in partibus duplicauit. Imò vtrique condigna pœna eſt, fœminæ conterenti, contrito colubro. Ille patitur integram contumeliam, cùm partem ſui ſub planta mulieris amiſit; illa adhuc poſt victoriam, ne ſuperbiâ turgeat, vrgetur, cui pars ſerpentis remanet ad inſidias.

Gen.3.15.

Deſiderium habendi à Deo beneficia, beneficiorum præoccupat poſſeſſionem, vt præſentibus fruitur; quæ vt futura peroptat.

SECTIO XXXV.

210. Qvod tempus procraſtinat, præoccupat deſiderium, inquietudinéque poſſidendi, impatienſque moræ, ſibi quod expectat, præſumit, cognitionémque præſentiæ generat de futuro. Propheticum lumen, temporis interualla præteruolat, & quod tarditas ſpatioſa protelat, ad viſus illuſtrati retrahit claritatem. Anne deſiderij vehementia prophetat, & quod ſegnia temporis inuolucra concludunt, ſecuro poſſeſſionis prænoſcit intuitu: quo nondum potuit veſtigio, peruenit affectu, totúmque votum præcucurrit ſtadium; quamuis nondum à carcere; corpore deceſſiſſet? Inde eſt, quod ſibi præſens iudicat, antequam inuenerit, quod perquirit, ſcientiáque oculorum congaudet, nondum explicatis palpebris in obiectum, quod à cupientis manu diſgregauit diſtantia. Inquit Juditha: *Fac Domine vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur;* & in littera præmonuimus, his verbis ſe oſtendere propheti ſſam, quæ concupitæ victoriæ ſic ad lineam momenta percalluit. Diximus ibi, ſic cenſuiſſe Lyram: *Videtur hic propheticè loqui, quia ſic factum fuit poſteà.* Sed quod Propheta præuidet, non efflagitat; quod prædicit, non orat, ne certitudinem vaticinij ſupplicationis dubio conturbet. Sed feruidæ preces conatum exprimunt percupientis, exuberantiámque explicant voti, deſideriíque ardorem. Ergo Iuditha ſeu propheticum lumen explicuit ſub indole deſiderij, ſeu deſiderij efficaciam de prophetiæ claritate diſpoſuit. Cupiditatis ardor ſolet eſſe pro lumine, quo quis præuideat vtique quod deſiderat; & cognitionis iam prendat manu, quod negabat abſentia.

Lyra.

211. Filium immolaturus Abraham pergebat in montem; ignis, gladius, lignum & victima officioſo apparatu à Sacerdote patre, holocauſtóque genito ferebatur, & tamen famulis inſequentibus ſic Pater loquitur Geneſ.22.verſ.5. *Expectate hic cum aſino: ego & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad*

Gen.22.5.

ad vos. Loquuta est religio, an natura? genitor, an obediens? Vt quid lignorum strues in pignoris scapulis? Vt quid ferrum & ignis in manu senis? vacua adoratio non his celebratur obsequiis. Sed quà Dei seruus, gladium in iugulum parabat immittere; quà pater, ne viscera genitum negauissent, aciem potuit incruentam cupiisse. Ergo vitæ genitæ desiderium de genitore fecit Prophetam, reuersionísque nescius se reuersurum esse prædixit, non mentitus, non indeuotus, sed quasi ex ingenito desiderio portans. Sed qui alacer ad humanum holocaustum currebat, iuraque patris oblitus, totus se in cædis ministrum transfuderat, non præcepti remissionem cupiuit, nec indulgentiæ spe animositatem obedientiæ præsumpsit, ne si absolui, cùm iam in corde sobolem mactauerat, cupiisset, fidei meritum fefellisset. Ita fuit. Verùm licèt genitoris natura votum non explicuit, intra latebras venarum obuoluit, & erga Deum desiderium, etiam non ostensum, habenti sufficiens est, vt desiderata præuideat, & quod naturalis affectus expetit, etiam cùm contrarium efficit, consequatur.

212. Magdalena, quæ fuerunt ornamenta libidinis, nardum vnguenti, capillorum cincinnos, manuum candorem, exuctúmque ex floribus cordis feruentibus imbrem in Dominicum caput attulit & vestigia; ipsamet, quæ aromata erat emptura, vt Dominicum cadauer condiret. Stridebat dentibus Pharisæus, auarúsque discipulus pretiosi odoris inuidebat dispendio. Quid
Marc.14.8. tunc Dominus Marc.14. v.8. *Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam.* Imò Domine, viuum te solicitat, & quem Deum credit, recusat cogitare mortalem, quæ auida ad sepulchrum recurret, vt etiam post mortem te vt superstite possit frui. Sed quæ desideratura erat, defunctum corpus aromatibus æternare, odoribúsque pangere exequias, plangentibúsque oculis vngere & manu, id ipsum prouenit, quod nesciebat; nondúmque sibi reuelata cupiditas, quod futurum fuit, reuelauit. Cùm vnguentariâ phialâ viuum perungit, præoccupat iam vngere vt mortuum; simúlque consequuta est vtrumque, desiderio mortuum condire, possessionéque viuum tenere.

213. Nec discedas à fœmina amante. Ardet cupiditate videre defunctum, pergit ad lapidem monumenti, redundans aromatibus, quæ ferebat. Stat retrò Dominus, hortulani figurâ, Ioan.20.
Ioan.20.5. vers.5. *Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras, quem quæris? Illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei: Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni.* Quid est quòd Dominum nuncupet horti colonum, & quem de sago credidit hortulanum, voce, qua assueuerat Iesum appellare, vocauit? Quod si agricola visus illi fuit, est ne coloni officium, mortuos è sepulchris eruere, qui solùm olera è cultis glebis eruere curat? Inueniendi Dominum desiderium quem oculis ignorabat, præuidit affectu, in verbáque possessionis erupit, nec solum in spem vota, sed in rei concupitæ transfudit præsentiam. Velut si prophetauisset ignorans, eodem sermone, quo defunctum, & ablatum corpus Dominicum innuebat, viuum explicuit, & auiditate, quòd viueret, visam præuidit, rata se cum Domino loqui, cum de igueniendo Domino solicita satagebat. Bene ait: *Si tu sustulisti eum.* Ipse se Dominus sustulit à sepulchro; qui suamet virtute surrexit. Habuit, quod voluit, studium habendi, votúmque possessio fuit. En inuerso modo idem quod in Pharisæi domo contigerat. Viuum ibi quæsiuit vt vngeret, & tamen tunc iam præuenit vngere mortuum: vngere nunc mortuum intendit, viuúmque inuenit quem quærebat. Vtrobique fuit desiderij potentia, quod suæ machinæ ingenio tempus anteuertere nouit, & vt præsens prendere quod futurum. Maria fuit, quæ ex materno nomine didicit distans beneficium præripere manu votorum. Desuper cœlesti pignore fœcundatur Virgo pudica in floridaque vulua filium Paternæ charitatis ingereret. Anne eius merito filium Dei traxit è sinu superi Genitoris? Non cadit sub meritum Incarnatio. Sed Incarnationis celeritas debetur Virginis desiderio. Quid pro potestate desiderij viuacius? æternæ sobolis amore voluntariam violentiam in sobolem æternam induxit. Cupiditas Dei fervida fuit pro semine, & ne sine fructu otiaretur, Deum præsentissimum germinauit.

Vis aliud? Ioan 2.vers.3. *Dicit mater Iesu ad* 214.
eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid Ioan.2.
mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Si miraculorum tempus nondum aduenerat, vt quid institit pro miraculo mater, aquæque fugus in vim feruorem credidit erudiendum, ad docilémque obedientiam instruit ministros? Quod nondum aduenerat tempus prodigio, venerat desiderio: miraculi tempus votum effecit; nec verbis Creator fefellit, qui quod si Mater non cuperet, protelaret, præsens reddidit, quia cupiuit.

Psalm.77. vers.34. *Et manducauerunt & satu-* 215.
rati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: non Psal.77.34.
sunt fraudati à desiderio suo. Quisne attulit, quo desiderabat populus ali: *Et desiderium eorum attulit eis.* Attulitne Dominus desiderium? Imò ipsi sibi attulerunt, qui sic carnibus inhiabant. Sic construerem. Ipsummet desiderium, quo ardebant, eis attulit desiderata, altiliáque posuit in gutture, vt & fieret manus desiderantis & esca prandentis. Recole quod subiecit: *Non sunt fraudati à desiderio suo.* Nemo à suis desideriis fraudatur, vbi pignus non est, fraus non est: vota non promittunt, sed cupiunt, nec dolus intercedit, nisi cùm perditur, quod habetur. Sed diuini beneficij adeò possidens est desiderium, vt fraus videretur inferri, si quod quis desiderio prenderit, sublabatur, nec dentibus iam conterat & manducet, quod desiderat manducare. Quàm aduersa indoles est humanarum rerum desiderio, quod ab homine gestat! fugiunt desiderata contactum, fallunt ambientem, amant futuritionis periculum, tarditatéque lacerata depereunt: perdendi, non habendi sunt vaticinium. Qui priùs promisit, anguis fuit,
Eritis sicut Dij: quid quòd ab angue desiderata Gen 3.5.
bona labantur, & de reptili lubrico indolem lubricam didicissent? Etsi tenacibus digitis contrectaueris, apprehensæ pellis leuitate deciperis. Quid manus vacuitatem causaris, si impleuisti pugnum anguilla?

Improbo peccata pro membris fiunt, constat de vitiorum compage.

SECTIO XXXVI.

116. NOn sat est vitiis, peccatorum suis sarcinis onerare; se in membra baiulantis insinuant, ea inuiscerationis industria, vt sint illi vitia pro membris; instrumentáque delictorum delinquentis organa fiant. Scelerum amica societas de socio corpore peccatoris peccati corpus efficit. Si ducas lineamenta peccati, artéque penicilli transcribas in linteo, membrorum pingendorum prototypus peccator erit. Criminum vultus in imagine iactis coloribus spirabit, si habeas scelestum hominem pro exemplari.

117. Rom. 6. 6. Ad Rom. 6. vers. 6. *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltra non seruiamus peccato.* Nonne peccatum incorporeum est? Solidatúrne ossibus, distenditur neruis, venarum nexibus implicatur, sanguineis rigatur riuis, medullis palpitantibus incrassatur, innectitur musculis, carne vestitur, tegitur pelle? Sed si deciso semine generatur in prole, quibus membris constiterit, quibus insidet? Manus est auaritia, supercilium superbia, stomachus gastrimagia, collum gula, lumbi lasciuia, concupiscentia oculus, frons crudelitas. Quod coalet ex his partibus totum, peccator est. Recognosce quid dixerit Paulus: *Vt destruatur corpus peccati, & vltra non seruiamus peccato.* Serui corpus, Domini fit, heriléque nomen porrigitur in mancipium. Quintepor, Marcipor, Publipor nuncupatur puer vel seruus Quinti, Marci, Publij: cur non Peccatipor, seruus peccati? Qui peccato dat corpus nomen recipit à peccato.

118. Orat Iuditha: *Fac Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur.* Estne amputanda superbia Holofernis, an ceruix? iugulum, an iactantia? Quæ petiit amputari superbiam, caput amputans, precem obtinuit. Transiuit in vocabulum vitij caput Tyranni, de suo Domino nuncupatur, cui incorporata superbia inter humerorum & capitis nexum, vt totius corporis confinia teneret, & membrorum vniuersitas censeretur, iacebat; ne quid per gutturis fistulam ad inutrienda membra traiiceret, nisi de superbiæ sapore.

119. Dæmonis sunt nomina mille, quia mille nocendi artes; suggestionum suffuratur vocabula, quæ, cum incubat homini, large donat.
Luc. 11. 14. Lucæ 11. vers. 14. *Et erat eyciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cùm eiecisset dæmonium, loquutus est mutus.* Obserua non dixisse: *Et ille erat mutus*, nempe qui à Dæmone agitabatur; sed *& illud erat mutum*, nempè dæmonium. Et tamen exsufflato dæmonio energumenus est, qui dicitur mutus: *loquutus est mutus*, nec dæmon fuit loquutus, sed homo. Nomen nocumenti reliquit vaginæ suæ, qui de habendi dæmonem consuetudine transactus fuit in vocabulum dæmonis. Infamiam in eo, à quo abscessit, vitij deposuit, qui torpentem linguam, fecerat suam. Si de reliquiis abeuntis hæc portio energumeno mansit, totus erat dæmon, cùm à dæmone replebatur. Marci 9. vers. 24. Marc. 9. 24.
Comminatus est spiritui immundo dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi: exi ab eo. Quid tunc? *Exclamans & multum discerpens eum exyt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent: quia mortuus est.* Estne dæmon mutus aut surdus, qui etiam irrationali serpenti auditum indidit & loquelam? Adeò peccatoris membra fiunt dæmonis, vt dicantur dæmonis vitia membrorum, quibus dæmon membra sauciauit. Quid quod membra discerpserit velut sua, etiam coram Domini dæmonem eiicientis imperio? Cur coram vitæ artifice fit sicut mortuus, à quo nequam spiritus abscedebat, ita vt circumstans turba clamaret, quia mortuus est. Moritur, qui spiritum suum afflat, non alienum; sed adeò dæmon horum membrorum spiritus fuerat effectus, vt afflato dæmone, energumenus spiritum efflauisse credatur.

Psalm. 35. vers. 12. *Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.* 120. Psal. 35. 18.
Quisne peccator iste est, cui manus propria, superbiæ pes? Superbus quidem, qui malignitatis suæ membra communicat. Cuius est fundamentum, eius vtique est ædificium: eiusdem generis sustentaculum corporis est ac corpus: Pedem, non aliud membrum, nuncupauit superbiam, vt de hac indole membra cætera censeretur, Superbia fuit radix peccati, quæ manum ad inhibitum pomum admouit, peccatorémque reddidit de innocente. Ergo cui pes, tanquam radix superbia est, quid quòd manus sit peccatoris?

Infamauerat terram Cain fraterno cruore, 121.
recentiusque humanorum viscerum germen parricidalis furoris falce messuerat, & qui germanam vitam ademerat, timet pauidus, ne Gen. 4. 14.
occidatur. Genes. 4. vers. 14. *Ecce eycis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me.* Obserua mordicus illationem. A facie Dei nonnisi peccatum abducit: profugus aberrat à Numine, quem à conspectu gratiæ malignitas erroris arripuit: igitur à quocumque fuerit Caïn inuentus, velut carnifice legitimo interibit? Quisque erit vltor commissi sceleris in extraneum? Ita fiet. Quisne feriendi potens, feram, quam inuenit, non transfigit, suámque libertatem exosus, omnium inimicum non vulnerat? Si carne vestiretur peccatum, in monstrum hoc quisque innocens tela iecisset, cui vultus deformis, cui horridum mentum, cui de terrorum cumulo compago membrorum. Qui primus post originalem labem peccasse profertur, Caïn fuit, qui ideò iniquitatem ebibit abundantiùs, quoniam in ipso nondum diminuto fonte bibebat. Ergo parricidij peccatum se in agreste crudeleque corpus insinuans, per faciei speculum conspectoribus exhibebat, mobile viuénsque flagitium ostendens. Quid quòd pertimesceret Cain, à quocumque transfigi, qui sub larua hominis, personatáque cute rationalis viuentis, corpus iam gestabat peccati?

Sed Dominus eluit timorem vers. 15. *Posuit* 122.
Dominus Cain signum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum. Quale signum hoc? Gen. 14. 15.

Eucherius. Eucherius dicit: *Ipsum videlicet signum, quòd tremens & gemens, vagus & profugus semper viueret.* Quòd tremisceret artubus, carnisque mollitudine palpitaret, sanguinisque spiritibus concitatis articuli tremuli cruciarentur. Equidem sanguis à venis effusus velut spirituum mobilitate inquietudinē exprimebat clamoris v.10.
Gen.4.10. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Si sanguis extra venas occisi ad vindictæ precem tremulo fluxu agitatus clamabat, quòd in venis occisoris tremiscat, membráque agitata concutiat, signum est facta fuisse membra peccati: inibique parricidale viuere scelus, quod fecit tremere sanguinem innocentem. Ergo si peccati signum est, non erit vtique peccatoris defensio, ne à peccati inuentore occidatur. Verùm quia sanguinis tremiscentis vox iam à Domino vltionem petierat; quòd sanguis tremeret in Caïno, humanos vltores ab vlciscendi facultate ablegauit.

223. Ille Dei Vates, qui Dominica iussa suscepit, vt ad Ieroboam alloqueretur, nec ab eo susciperet munera, ieiunúsque & aridus absque esca & aqua per diuersam semitam se reduceret, à doloso Vate deceptus comedit & bibit, vixque ieiunium soluerat, arripuitque viam, cùm à
3 Reg.13.19. leone laceratus occubuit. 3. Reg. 13. vers. 19. *Qui cum abyisset, inuenit eum Leo in via, & occidit.* Hunc locum superiore volumine Acad. 34. morali num. 12. sic expendebamus: Quid est quod insipiens leo Vatem Domini non agnouit, nec curuato furore, tanquam poplite verso, vestigia lambit, sicut leonum exerti vngues, rictúsque famelici in Danielis obstupuerunt obsequium, despicientes famis iniuriam, cicuratíque & mites, vt Domini honorarent Prophetam.
Dan.14.39. Chrysost. Danielis 14. vers. 39. *Et ecce Daniel sedens in medio leonum.* Diximus inibi ex Chrysostomo: *Peccauit Propheta, & leo in via inuentum morte affecit. Erat mendacij fuligine atratus, & leo eum non cognouit.* Ergo in peccati figuram leo hirsutis iubis irrupit, quem inuaserat inobedientiæ persona, mendacisque facies in peccati corpus transfegerat. Peccatorem non Vatem occidit leo, qui à criminis forma delusus, crimen voluit occidere, non Prophetam. Falsitatis næuus vultum obduxit, cutémque fuligine denigrauit. Time, ne vel breuem peccati carunculam tibi ingeras, vltero leone imminet pœna.

224.
1. Petr. 5. 8. 1. Petri 5. 8. *Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Quid quærit vt deuoret, dum hominis auidus se vndique reducit in orbem, indefessóque gyro rotatur; cum faciliùs esset, absque studiosis voluminibus hominem ex aduerso vorare? Si membra fiunt dæmonis peccatores, in toto hominis corpore quærit, si aliquod sit membrum peccati, quo corpus suum leo iste ex similibus membris innutriat. Ideò à planta vsque ad verticem, à pectore vsque ad scapulas coram & retro se circumducit, spirisque reuoluit, si aliquid inuenerit suum. Ideò sobrietatem indicit Petrus, aridúmque à vitiis ieiunium, ne membra peccato alita, & vegetata, de peccati corpore censeantur.

Vt possibilis sit victoria de vitio, fac impossibile quòd vincaris. Castitas triumphat, cum fugiens periculum, facit criminis impotentiam.

SECTIO XXXVII.

INNOCENTIÆ tenera est salus; nedum à periculo visa, sed à visu periculi fascinum patitur: carò valetudinem emit, paruóque vendit. Non cum hoste viuo virtutis congressum intendas, priùs expecte quòd sit mortuus, deinde manus confere, triumphabis. Vt possibilis sit victoria, fac impossibile, quód vincaris. Hæc castitatis indoles est: si cum iuuene viuo luctetur, nondum succumbés, quia proxima succumbere, parit arma, quibus feritur, oculi sunt, sat est casui quod oculis prǣderit, quem non brachio. Obseruabamus in littera, horum verborum ordinem præpostérum esse. *Fac Domine vt gladio proprio eius superbia amputetur:* & deinde: *Capiatur laqueo oculorum suorum in me:* Siquidem priùs illaquetur fera, deinde perimitur; cur laqueum iniceris iam occisæ? Priùs compedibus reus irretitur, posteà suspenditur in patibulo. Quid defuncto vincula prosunt? Si semel Holofernes stricto pugione trucetur; quid vltra exposcit fœmina prudens, quòd à cadaueris oculis laqueus demissus, victum denunciat, premat occisum, illigétque sub carceris neruo. O benè, & de innocentiæ, castitatisque schola? Vt honestæ fœminæ impossibile fuisset succumbere, à flatúque inhonesti Tyranni florem pudicitiæ marcescere, priùs poposcit, quòd proprius eum interimeret gladius, deinde quòd iaceret in eam oculos, quos cupiditatis flamma reliquerat: vt pulchritudo puellæ dimicans cum cadauere nullas in inimico pateretur vitæ reliquias, sed de impotētia libidinis laurum erigeret virginei viroris. Ideò signatè efflagitat, vt gladio proprio amputetur, ne si fœminæ fuisset gladius, videntem inueniret & viuum. 225.

Sic age quisquis in te virtutem superstitem amas, & illibatum pudicitiæ candorem. Si opus est, ob Dei opus te in periculum virtutis immittere, expecta criminis impotentiam, quòd priùs hostis decesserit, quàm accedas, quòd non cadat sub arbitrio piaculum, sed impossibilitas sit cadendi. Oculi, quos mortalis sopor conclusit, lethique obcæcauit lethargum, securiùs manum fœminæ admittent, quæ non à visu hostis luxuriosi libata, impurum sanguinem in ara pudicitiæ libabit Altissimo. Gen. 39. v. 7. *Iniecit Domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum.* Tentáti pellici formosus iuuenis quid respondit? *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquā est, quod in mea non sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es quomodo ergo possū hoc malum facere, & peccare in Deum meū?* Quem solicitabat lasciua seruū eunuchi, se protulit criminis impotentem. Noluit differere de flagitio, quin priùs impossibile iudicaret. Quod impotentiæ causas subtexit! In sua potestate omnia esse protulit præter culpam, & qua in herili domo se vndique potētem esse perhibuit, ex vtraque parte fassus est impotentiam, & sui erga crimen, & criminis erga se; nempe quod nec crimen adulteriique reatus 226. Gen.39.7.

habere

haberet in iuuenem poteſtatem, qui omnium, quæ erant in domo, poteſtatem habebat, nec ipſe poteſtatem in crimen, quam vterque Dominus, cæleſtis vtique & humanus non dederat *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo ſua*. Subintellige: *præter, te qua vxor eius es*. Ergo non poterit cognoſcere vxoré, quod non ignorabat, ignoratis cæteris herus. Quod iuuenis eam cognoſceret fæminę appetitu, ignorantiam oppoſuit; nec poteſt in incognitum ferri voluntas. Se mancipium protulit Domini, nec Dominam manu capere poſſe. Non eſt res mancipi vxor, nec forenſibus apta cómerciis. Sed ipſa manu capere mancipium non deſtitit, quod amabat. Vide quod acciderit v. 12. *Illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit & egreſſus eſt foras.* Ordinem obſerua verborum. Prius fugiſſe dicitur, dein egreſſus, cùm tamen donec egrederetur, non fugerat. Sed qui adhuc intus erat corpore, toto exierat, & ab oculis Dominæ elongauit affectum, ne prendere potuiſſent diſtantem. Terga vertit, qui fugit. Faciem, quam amabat pellex, dorſum effecit; quod illecebroſæ fœminæ voluptati impoſſibile erat. Ergo, etſi pede immotus, fugias affectu. Vt adimas piaculú, piaculo adime voluntatem, cum poteſt ſine voluntate patrari.

227. Angeli incenſuri Sodomam, in Loth tabernaculum ſeceſſerunt; præpoſteráque libidine faucij viri ciuitatis domum circumdant, vt virgineos ſpiritus ſub humana cute libarent. Aſt illi ſe protegunt intra murum cubilis. Foris erat Loth in veſtibulo, nec vt hominem à laſciuiente turba defendant, Angeli foras egredi audent, Geneſ. 19. verſ. 9. *Vimque faciebant Loth vehementiſſimè, idmque propè erant, vt effringerent fores. Et ecce miſerunt manum viri, & introduxerunt ad ſe Loth, clauſerúntque oſtium, & eos, qui foris erant, percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire non poſſent.* Cur non totum corpus, ſed manum exerunt, quos nec oſſa ſolidabant, nec caro molliebat, & quà ſpiritus, non erat poſſibile contrectari. Spiritum non amat libido: tota in carnis volutabro de fæculentis ſpurcitiis nutritur. Nequit Angelus à flammis luxuriæ circundantibus prægustari. Anne Angelica puritas timuit à carne, & ſuprà ſpiritus impotentiam impoſſibilitatem addidit de diſtantia? Lapides ædificij obiecere, vt in frigus lapideum laſciuia impingens, propudioſam aciem obtunderet, ne poſſet ad Angelum peruenire. Sat eſt quòd ſit, Angelus, ne à procacium periclitetur incurſu: ſed corporis lineamenta geſtabat, carnis, etſi vacuæ & euanidæ, exhibebat figuram. Studuit prius obcæcare appetentes, ne videntes, licèt inaniter, pateretur Recole illud. *Ita vt oſtium inuenire non poſſent.* Impotentia tandem præſidium fuit, vt quia pulchri Angeli ex ſuamet ſpiritalis puritatis natura non poterant inhoneſtè libari, Sodomitici ciues nec formam iuuenum, vtpotè iam cæci libare potuiſſent. Vtrobique fit impotentia, in tentatore vtique & in tentato, ne vel ex vna parte, etſi claudicans, ſerpat peccatum. Quoniam de caſtitatis triumpho agebatur, maluit Angelus oculos, qui ſunt hoſtes, cæcare, quàm ſe impudicis ſpiritum exhibere.

228. Stat Angelus coram Virgine genitrice Dei mox futura; diuinæ ſobolis generandæ diuinus expectat interpres. At illa Luc. 1. v. 34. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Vbi Gregorius Nyſſenus ſtudiosè à nobis expenſus tom. 1. de Maria & Deo incarnato Arcad. 9. num. 33. *Etſi ſis Angelus, tamen quod virum non cognoſcam, ex impoſſibilibus cernitur.* Quid eſt virgo pudica, quod impoſſibilitatem, obiicias cœleſti nuntio cognoſcendi virum, cuius vt vxor flammeum ſubiblit? Abſque alio epilogo abegit caſtitatis periculum impotentia, & omnipotentis Dei ſobolem aſſertatur progignere, ſi vulua timeat de virginitatis iniuria. Vt cum paranympho cœleſtium nuptiarum ſecura caſtitatis diſſereret, pudoris læſionem impoſſibilem eſſe præmiſit, cui ſe tenaci voto deuinxerat. Nóne potentiæ magis difficile, abſque viro virum producere? Imò Angelus ad virginitatis ſtupens prodigiú, quaſi aſſentiens & faſſus, impoſſibile eſſe virgineam puellam, etiam ſub Dei generandi mercede, virum cognoſcere cuius erat, potiùs impoſſibile non eſſe reſpondit, Verbú Dei abſque appulſu viri in eius vtero generari: *Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbú* Illicò ſubiecit aſſenſum, quæ ab impoſſibilitate læſionis ad poſſibilitaté Dei gignendi peruenit. Remorata fuit Angelum, nec virgineam vuluam deuouit, donec thalami impotentiam perſuaſit: iam ſecura periculi loquitur: *Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum.*

229. Quàm ſecus procedit indurati peccatoris poteſtas! In impoſſibilia naturæ conatum voti extendere non veretur, & malignitatis imperio, flagitioſis digitis negata ſydera cótrectare Superbi artifices culmine ſuperbioris turris de bitumine iniquitatis, cui hæſerant, cælum ferire contendunt, aſtráque lateribus tundere, quaſi aſtrorum inuidi claritati, Gen. 11. v. 4 *Habuerunt lateres pro ſaxis, & bitumen prò cæmento; & dixerunt: Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum* Etſi imponatis Pelion Oſſæ, montéſque aggeratis ad montes, cœlum latè liberum remanebit, nec lateres accedent ad ſydera, humiſq; erit pauimentú cæleſte, donec ex humo conſtans homo, per decliué humilitatis aſcéſú illuc peruenerit regnaturus. Curta eſſet malignitas, ſi quod ſolùm poteſt, intenderet? ſe ſupra Dei omnipotentiá non alia ratione cupit extollere, quàm quod ille facere peccatum non poteſt, quod homuncio, de iniquitatis potentia, etiá digitis ludentibus poteſt. Quid tunc Sancta Trinitas, vt auerteret ſuperbiæ delirium? v. 6. *Ecce vnus eſt populus, & vnum labium omnibus: cœperúntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.* Quid ais Domine: *Donec eas opere cópleant?* Poteſtne enormis cogitatio compleri, quæ cœlum turri percutere meditatur? Etſi ſæcula in ſtructuræ rebellione conſumat, omnéſque terræ plagas in lateres coquat, eliquet in bitumina; quò magis aſcendat turris, cœlum fugiet; & per inane ducta faſtigium, inané cogitationem oſtendet nunquam complementi capacem. Sic eſt, ô mortales. Quantùm diſtat cœlum à terra, maligna cogitatio percurrit; nec frænat impetum impotentia, cùm iniquitatis poteſtas frænos orbi iniicere tentat. Non vna cogitatio ſufficeret, vt turris faſtigiatæ ædificium vſque in cœlum intendiſſet ſuperbia, ſed poſt plures cubitos iam conſtructos, aliam operis fuit ſuccedere cogitationem, quæ ſibi nouum terminum taxauiſſet, vt ſic paulatim altitudinem, quam meditabantur, complerent. Hoc eſt igitur quod Dominus inquit: *Nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.* Non quòd poſſit compleri

compleri cogitatio, cœlum turris cuſpide ferien-di, ſed quòd in infinitum cumulis cogitationum abiret, nec impietati credere impoſſibile, tàm arduam deuorare diſtantiam.

Dona diuina quem imbuunt, ab omni terrena contagione emaculatum exoptant.

Sectio XXXVIII.

230. O Qualis ſerenitas eſt virtutis, quæ integra de cœlo in animũ influit, nec humanarum ſordium contagione miſcetur! Quidquid ſingulariter eſt à Deo, nihil de humani cordis ſtipe participat, nec de calliculo, per quem tranſit, trahit debilitatis ſaporem: eſt ſolidum, nobile, ex vtraque parte perfectum, &, etſi ſit in homine, altius homine. Stude totum à Deo, totúmque Dei eſſe, quod præſtas, nec næuum ſubeat, ne ægritudinis humanæ qualitate ſaucietur. Subtus Lunam, etiam lucente die, nubium pallor obducitur; ſudum & ſerenum ſuprà eſt. Polluit inferioritas claritatem. Petit Iuditha: *Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum.* Adnotauimus in littera, non ſolùm virtutem, ſed & donum fortitudinis expetiiſſe. Quid intereſt in-
D.Thom. ter virtutem & donum? Docebit S. Thomas de virtutibus q. 2. art. 2. ad 17. & ad Galat. 6. lect. 6. *Virtutes perficiunt nos ad actus modo humano, dona verò modo diuino.* Vt iuxta ſtylum ſuum homo operetur, virtus infunditur, donum, vt ſtylum Dei imitetur, nec operis nobilitas à Numine donante degeneret. Ergo donum fortitudinis Iudith efflagitat, nec ſolà virtute contenta eſt; vt quidquid egerit, Deo adrogetur, nec de virili gigantæóque prodigio facinoris tenella fœmina delicatis digitis portionem attribuat. Vt longiùs ab elatione iaceret, ſuperbiæque culmen in humilitatis execraretur radice, ea fortitudine petit imbui, quæ tota Dei ſit, nec poſſit ſibi præſumere victoriæ reliquias. Sic age vt diuino nutui, manuíque potenti te totum tuáque relinquas, váſque fias vacuum atque paratum accipiendis cœleſtis largitatis liquoribus, reddendíſque idoneum: ne ſi vel guttam ex tuo turbido fonte adiicere non verearis, nectar de ſapore imperfectionis inficias.

231. Paulus nondum Chriſtianus, imò nondum Paulus, ſed Saulus, totus in diſcipulos effectuebat, & de promptuario malignitatis arma capeſſiit, vt Dominicæ viæ viros vinctos perduceret in
Act. 9. 1. 3. Hieruſalem. Act. 9. 1. *Saulus autem adhuc ſpirans minarum & cædis in diſcipulos Domini.* Ne aliquod membrum à ſeueritate in diſcipulos ſequeſtraret, ſpiritum, quo membra animantur, deuouebat minis & cædibus. Quid tunc? Verſ. 3. *Subitò circumfulſit eum lux de cœlo. Et cadens in terram audiuit vocem dicentem ſibi: Saule Saule quid me perſequeris? Qui dixit: Quis es Domine?* Denique. *Tremens & ſtupens dixit: Domine quid me vis facere?* Si non nouerat quis protulit verba, cur Dominum nuncupauit, ſe iam, quidquid erat, Dominico nutui ſubiiciens, & de ſeruili ſtigmate, cuius ſe tradidit poteſtati? In nitidæ lucis tempeſtate inuolutus, munereque claritatis donatus agnouit nihil iam poſſe retinere de ſuo, qui in cæleſtis iubaris qualitatem tranſibat. Fulgor lucis in inſtanti diffuſus, nullam noctis portionem, nullam patitur tenebrarum reliquiam. Totum eſſe Numinis cœpit, à luce eruditus, cuius ſe in dominium tranſegit. Ergo inquit: *Domine quid me vis facere?* Cur non illicò obſequia diſponit, officiáque præparat, & opera meditatur virtutum in eius cultum, quem à luce cognouit? Sed nec auſus eſt arbitrium deuouere in ſeruitium, voluntatem diuinam ſibi ad electionem præcipiens. Nec velle voluit iam quidquam cognoſcere incipiens, quàm prauè eligit voluntas humana, quam ipſe dudum aduerſus diuinam armabat. Se euacuauit in Deum, ſe in eius egeſſit imperium, ne quid vltra eſſet hominis, qui ab effræni equo arbitrij ceciderat. Brutum pertranſiit Saulo dimiſſo, fugit animal ſpiritus manſit. Quod vas erat iniquitatis, vergens in terram, liquorem improbitatis effudi: manſit vaſculum expeditum & vacuum, vt imbribus cæleſtibus impleretur. Vides? ad Ananiam ſic loquitur Dominus v. 15. Act. 9. 15.
Vade, quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Cur electionis vas nuncupatur? Quoniam electio actus eſt voluntatis, ipſéque exinanitus, voluntatéque propria vacuatus, implendum ſe obtulit voluntate diuinâ: *Domine quid me vis facere?* Nec potuit ei electio ad opera permanere, quæ tota effluxerat, cùm ab equo cecidit vaſe eiuo. *Oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Cur non & agere? quoniam cœleſti dono perfuſus, totus erat Dei, nihil ſui; patiebatur diuina qui humanam à ſe ppulerat voluntatem. Vaſculum non agit, ſed patitur quidquid fert. Si nomen iam portabat diuinum, patiebatur vtique, nomen baiulans, non agebat; quid quòd pro nomine pateretur? Sortem probauit euentus. Vacuum vas ſubitò fuit impletum. Quo ſi putas? Dei voluntate, quippe illam illicò efflagitauit. Nonne Spiritus ſanctus ex diuina voluntate procedit, totúſque Dei eſt, qui in Deum à Deo irrequieta emanatione progreditur. En quid accidit è veſtigio. Ananias inquit verſ. 17. Act. 9. 17.
Salue frater. Dominus miſit me Ieſus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas & implearis Spiritu ſancto. Non eſt boni medici percutere vt curet, & ſanitatis gratiam ab eo, quod inflixit, vulnere priùs dirus, quàm beneficiis extorquere: Cur obcæcantur oculi Paulo, vt à manus contactu lucem recipiat? Crudelis eſt cuſpis, quæ ferit vt ſanet. Imò lumen de cœlo luminibus Sauli viſum ademit, vt cùm videre inciperet, non vltrà fuiſſet de penu oculorum, ſed totum de cœleſtis munere charitatis.

Iſaiæ 5. verſ. 8 *Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam? Et quis ibit vobis? Et* 232. Iſaiæ 5. 8.
dixi: Ecce ego, mitte me. Duo dixerat Dominus, vnum tantùm Vates ſubinfert: Domini erat mittere; Iſaiæ, ire. Vtrumque Dominus ſciſcitatur, ille vnum reſpondit: *Ecce ego, mitte me.* Cur non *& ibo*? Ne quid ſuum adieciſſet propheta, qui totum voluit eſſe mittentis. Curſum peragunt ambulantis veſtigia; locus in quem tendit, à mittente decernitur. Ne, ſi de ſuo pergeret, cæſpitaret pedes, quibus iret, ſubticuit, miſſum ſe à Domino cupiens, non à ſe euntem. Noluit vectaculum eſſe humanum, quod diuina iuſſa ferebat. Qui niſi mitteretur, non iret, non delegit ex ſua ire voluntate etſi miſſus; vt eſſet obedientia perfectior, quæ totum à Deo deriuabat arbitrium. Pati, non agere; progredi,

Illi

non gradi contendit; vt quicumque greſſus, fieret progreſſus, qui à Deo, non ab homine mouebatur. Maius ſpatium miſſus peruolauit, quàm iens; torpentes pedes depreſſit, vt volucrior perueniret ad metam. Alæ ſunt impulſus cæleſtes; cælum amant, quà pergant, ne curſus terram conterens inquinetur.

233. Danielis 14. verſ. 33. *Dixit Angelus Domini ad* Dan. 14. 33.
Habacuc: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine Babylonem non vidi, & lacum neſcio. Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis ſui, poſuitque eum in Babylone ſuprà lacum in impetu ſpiritus ſui. Quiſne tulit prandium? Angelus, an propheta? Prophetam dixeris, ne inobediens appareat: quippe iuſſerat ille: *Fer prandium.* Et tamen gerulus fuit Angelus prandij, qui prandio onuſtum baiulauit Prophetam. Quid Habacuc poſuit de ſuo? Capillum. Flocci & pili ſubſeruiuit ad opus, & tamen ei celerrimus volatus adſcribitur quoniam dicitur: *Poſuitque eum in Babylone ſupra lacum in impetu ſpiritus ſui.* Cuiúſne ſpiritus? Angeli, an Vatis? Vatis equidem, nam præceſſerat: *Et portauit eum capillo capitis ſui:* nec capillus fuit Angeli, ſed Prophetæ. En cæleſtium donorum natura. Vbi nihil miſcetur humanum, totum fit hominis, quod eſt Dei. Eſt opus volucre, abſque tarditate perfectum, abſque reluctantia quietum, ſine næuo pulchrum, & purgati animi mundum. Quia ſolùm Habacuc dederat pilum, eius ſpiritui integer adrogatur impulſus, momentóque confecit ſpatium, & de cæli vicinio agilem indolem fuit ſortitus. Quà altiùs à terra, per campum ætheris peruolauit ſecuriùs, paſſúſque non agens, duplicauit ſpiritum; nam ab ſpiritu in cincinno capitis ferebatur, & proprij ſpiritus impetu peruenit ad lacum. Nonne ſarcinam corporeæ grauitatis membra poſuerunt, quæ in altum ſublata non fregere capillum, quaſi pilo leuius corpus euaderet, quod ſe totum tranſegerat in ſpiritum? Ideò ſignatè ſubditur, *in impetu ſpiritus ſui*, vt crederes, corpus ſpiritalibus dotibus eruditum potuiſſe conſtanter è capillo pendere.

234. Sic Eliſæus precatur Heliam 4. Reg. 2. verſ. 9. 4. Reg. 2. 9.
Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus. Qui reſpondit: Rem difficilem poſtulaſti: attamen ſi videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petiſti: ſi autem non videris, non erit. Quid intererit viſio abeuntis, vt geminetur ſpiritus in vidente? Anne per oculorum ſemitas deſuper elapſus ſpiritus in pectus ingrediens, ad oculorum numerum geminabitur; vt oculi patiantur, non agant; non radios emittant, ſed capiant; ſéque exhibeant inſtrumenta accipiendi, cùm ad donum largientis, manus in palpebris explicatis extendant? Et Benè. Tunc cæleſtia munera duplicantur, cùm nuda intentio fertur medullitùs in cæleſtia, & oblitus homo quod eſt, derelinquens quod habet, totus expectat de cæleſtibus irrigari. Sinum diuini largitoris expandit, incrementáque doni multiplicat, cùm à rebus mundialibus, ponderéque arbitrij terreni inquietas pupillas & ſerenat & vacuat. Quid quod duplicibus redonetur, qui duplicem portionem, animi nempe & corporis duplicem oculum, ſenſus videlicet & rationis, in vnum diuinorum expendit intuitum, nec alio vtrobique imbui ſpiritu deprecatur, quàm qui è cæli ſtatione deſcendit.

Inde quidem dona, pro vt à virtutibus diſtinguuntur, ſub ſpirituum nomine veniunt, vt habes apud Iſaiam 11. *Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, &c.* Ex quo S. Tomas mirè diſcrimen penecalluit 1. 2. p. 68. art. 1. in corpore. 235. Iſai. 11. D. Th. ...
Ex quibus verbis, inquit, manifeſte datur intelligi, quòd iſta ſeptem enumerantur ibi, ſecundum quod ſunt in nobis ab inſpiratione diuina. Eſt enim conſiderandum, quod in homine eſt duplex principium mouens, vnum quidem interius, quod eſt ratio: aliud autem exterius, quod eſt Deus. Pergit ille pluribus. Ergo dona, ſpiritus ſunt, nequid niſi vnanime, & ad nutú Dominicum mobile ſpiritalis homo ſibi detribuat? ab alióque vegetetur & viuat. Quia in primigenia teſta nihil viuum, nihil eius, ſed totum lutoſum, & vacuum inuenit artifex in primordio, è ſuis viſceribus ſpiritum afflauit ad vitam, vt quoties ſpiraret homo, erga ſuum ſpiraret auctorem; indoléque natiua, ad fontem, è quo emanauerat, latex animoſus rediret.

Quibus inſident dona diuina, hi ſunt, qui ſpiritu Dei aguntur, & velut portiones Dei, qui cum iugiter ei adhærent, vnus ſpiritus fiunt cum eo. 236.
Exodi 7. 1. *Dixit Dominus ad Moyſem: Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Nonne impartibilis eſt diuinitas? anne impertibilis eſt? Ne Moyſes vltrà, linguæ cauſaretur balbutiem, imò quia rudem ſe coram Domino faſſus erat; ne quid ampliùs ſuppeteret hominis, in Deum tranſigitur Pharaonis; erga quem erat miracula patraturus. Vt totum quod ageret, eſſet Dei, Deus in hominem ſe transfundit, non metuens à Deitatis diſpendio, quæ potiùs cum homo ſe euacuat à proprio, transfuſa in hominem ſolidatur. Si Deus Pharaonis Moyſes euadit; quid opus ad miracula virgâ? Non eget Deus baculo, qui ſuſtentet. Sed virga fuit; Moyſis imago. Sicut rudis & ruſticus ſcipio nonniſi à manu agitante mouetur, & ſpiritus vigoriſque impos, à brachio ſpiritum mutuatur, nec eſt eius gloria, quòd feriat, nec vitæ quòd agat; ſed de alieno victitat pulſu, ſic Moyſes, quò peragat glorioſiora prodigia, adeò quidquid erat, dimiſit, vt iam non homo, ſed Deus putetur, qui quà à Deo agitatus, tranſiuit in Deum. Exod. 7. 1.

Crudeliùs punit qui blanditur ad culpam, quàm qui torquet ad pœnam.

SECTIO XXXIX.

DIRIOR hoſtis eſt, qui te amat ad culpam, quàm qui te odit ad pœnam. Terribiliora ſunt blandimenta nocendi mentita fauoris officium, quàm tormenta; non fucata delitiis, ſed quæ toto minantur apparatu torquendi. Anguis, qui viridioribus maculis adulatur, ſtromatáque pulchra viſu geſtat in corio, de molli herbarum virore facit campum ad pugnam, atrociùs pungit lenocinij tegumento, quàm dente. Fuge à colubro, qui terrorem non incutit: dum eſt magis tractabilis, fit terribilior. Amant ſpeciem auri potentiora venena; in pretioſa phiala bibitur cicuta mortalior. Hiſtriones & comœdi ſunt voluptates? faciem gerunt alienam, ſed proprium cerebrum, toxicúmque medullæ ſub larua illecebrarum occultant. Qualis 237.

generi humano libertatis affulsisset fortuna, si ad serpentis intuitum fœmina terretur, quæ saliente mure solet tremulo pauore suffundi! Sed quæ crudelitatem sub amica & humana voce contexit, fefellit incautam, quæ magis debuit fugere à serpente loquente. Genes. 3. *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem.* In quóne callidior? Quoniam *dixit* Terræ animantia muta sunt: ne loquela insidiatrix furorem abscondat; sed protinus exhibeant quo terreant; nec diriùs feriant, cùm absque rationis luce pelliciant ad irrationalia consilia. Absiste fœmina, totóque à paradiso discede: irrationalis serpens loquuta est, odium tibi sub amore conciliat; blanditiarum visco te allectat, nunquam fuit horribilior, quam cùm in amœnitate sermonis deposuit horrorem.

Gen. 3. 1.

238. Orat Iuditha: *Da mihi in animo constantiam vt contemnam illum, & virtutem vt euertam illum:* Puellæ procos contemnunt, non hostes; aptiores sunt amori, quam bello, nec Martis, sed Cupidinis stipendia merentur: faciliùs contemnunt amantes quàm interimunt odientes. Cur non priùs solicitat, quòd virtute ex alto suffulta Tyrannum conterat, hostémque crudelem configat, quàm quà amantem contemnat? Quoniam crudeliùs periculum rara est à blando, quàm à truci Tyranno, à crudeliùs amante, quàm à seueriùs odiente. Priùs efflagitat, quòd contemnat lasciuum, quàm quòd conterat inimicum. Inimicitius est agmen illegitimi amoris ad culpam, quàm ad cladem cruentam præpotens & virilis exercitus. Iam pulchris artubus contremiscit, ne Tyranni subeat oculos concupita, quàm ne crudeles manus occisa: ideò in animo constantiam exposcit, ne si lubricus sit ad piaculum, superstite corpore decessisset. Ad amoris irritamenta medullitùs horret, diuitias, thalamum, labiáque benigna Holofernis, & quotquot in castitatem retia tendit libido; quæ impauida est ad ignes, ad gladios, & tela: Hæc constantior virtutis fortitudo est, vel vmbram timere periculi pudicitiæ, sed despicere corpus tormenti. Quippe certior est clades, quæ sub specie delitet fauoris iniqui, & sub voluptatum spongia insidiosè scalpellum abscondit, quàm quæ manifestat arma necandi.

239. Sisara inimicus Israëlitici populi dixit ad Iahel, Iudic. 4 v. 19. *Da mihi, obsecro paululum aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit eum.* O lactea benignitas fœminæ liberalis! Plus dedit quam rogata est: curtum credidit beneficium aquæ communis, nisi proprij lactis poculum tribuisset. Parum abfuit, quin de vberibus, vt tenerum lactauisset infantem, quem horridum mentum, robustáque membra crudeliorem effecerant inimicum. Ergo vinces fœmina prudens, quæ, vt pusionem, iam eneruem & imbellem, hostem fortissimum iudicasti, dum lacte potasti, confodies manu Tyrannum, quem ad lactis vbera, gremio molliori, blandè simulas amplexari. Sanguinem pro lacte merebis, erues pro mercede cruorem. Sic sunt amoris blanditiæ, acorem sub lacte ferunt, feritatem sub candore concludunt. Quid inde?

Iudic. 4. 19.

Iudic 4. 21. Versu 21. *Tulit itaque Iahel vxor Haber clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa absconditè & cùm silentio posuit supra tēpus capitis eius clauum, percussítque malleo defixit in cerebrum vsque ad terram: qui soporem morti consocians defecit & mortuus est.* Quàm optima cōsequentia! *Tulit itaque Iahel clauum.* Illecebrosi lactis sequela ferrum vtique fuit. Lac fœmina dedit, sed vt soporaret incautum. Qui ægritudine insomnij laborat, hoc pharmaco refrigeratur ad somnum, vt ascendens ad cerebrum vapor spirituum inquietudinem denset. Ergo quo lac ascendit, descendit clauus, vt in ipso lacteæ illecebræ situ, quem voluptas fouerat, confodisset. Mortalem fumum liquor in cerebrum concitauit, qualem impudici feruor agit amoris. Candor lactis fuligo fuit, quæ adhærens in superbiæ camino, caput dormientis obstruxit, eiúsque gloriam cadentis à fœmina denigrauit. Cur clauum in tempus infixit? Nonne suppetebat ensis ad cædem? An vtè clauo suspendisset trophæum, immortaléque relinqueret anathema, occisi hostis, quem voluptatis lac trucidauit? Et vt tenaciùs terræ affixisset, terrenísque inhiantem hominem demonstraret, qui sub blanda terrenorum bonorum specie nesciuit coram lacteo blandimento terreri. Prouerb. 23. vers. 34. *Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo: & dices: Verberauerunt me, sed non dolui, traxerunt me, & ego non sensi. quando euigilabo & rursus vina reperiam?* Sopitus fuit Sisara Princeps exercitus & Dynasta, clauúmque sopore non amisit, sed tenuit, nunquam magis naufragus in profundo, quàm cùm magis clauo delitiarum affixus. Amisisti clauum, misere nauclere, amisisti; te tranquillitas pelagi sereni fefellit, cui lacteum mare Syrena fuit, æquore placido terreri debuisti, dum cùm fœmina nauigasti. En clauum tibi restituit, quæ te Ducem vult, sed occisum. Hæc tibi in posterum remanebunt insignia, clauus dominationis, qui te transfixit, fœminæ manus: quæ emulso lacte te dum blandè mulcet, occidit. Sed quid est; *Verberauerunt me, & non dolui; quando euigilabo & rursum vina reperiam?* Quid aliud delitiæ seculi, quàm verbera sunt; quæ molliter videntur cutem gustare, & vsque ad animum vulnus infligunt: palpant hominem, dum percutiunt, nec terrent crepitu, sed deliniunt. Time magis non sentire flagellum, qui serica licia putasti, quot sunt asperi funes, quibus insensibilis dilaniaris: sume exemplum à volucre, quæ magis euolat, dum fundæ crepitaculum à serico licio, quod gestat, clariùs sonat.

Prou. 23. 34.

140. 2. Reg. 20. 9. *Dixit itaque Ioab ad Amasam: Salue mi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasæ quasi osculans eum. Porrò Amasa non obseruauit gladium, quem habebat Ioab, qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, nec secundum vulnus apposuit, & mortuus est.* Imò secundùm vulnus apposuit, qui post vulnus osculi latus vulnere penetrauit. Sed si in suauio vulnus latebat: quid quòd vnum vulnus credatur ex oris osculo, & lateris percussione conflatum? Acriùs cecidit ore, quàm gladio, qui de amoris promptuario strinxerat mensem, locúmque pugioni per oris semitam amicè disposuit. Quid intererat, quòd obseruaret Amasa gladium An debuit ab osculi lenocinio terreri; quasi vagina ferri fuisset, quod blandientia labra tegebant? Stolidus perit & inobseruans, qui coram hostis blandimento non timet, faciémque non negat amori, qui ex vtraque parte labiorum tunc vtrobique acutum eximit gladium, cùm labris

2. Reg. 20. 9.

labiis ſuauitatis perungit. Miſer non miſerabilis eſt, qui os gladij in ore Tyranni non videt: furore crudeliùs ludet, cùm amplectitur mitiùs; cùm ridet amabiliùs, irridet. Sic eſt adornatæ libidinis os, quos cùm fortunæ riſu aperit dentes, ad mortalem morſum exacuit.

241. Meliùs ſapiebat vxor Manue, quæ quem viderat Angelum, referens ad maritum, dixit Iudic.13.verſ.6. (Iudic. 13. 6.) *Vir Dei venit ad me habens vultum Angelicum, terribilis nimis. Quem cum interrogaſſem, quis eſſet, & vnde veniſſet, & quo nomine vocaretur; noluit mihi dicere; ſed hoc reſpondit: Ecce concipies & paries filium.* Si non nouerat, quiſnam eſſet; cur Angelicum vultum agnouit? Adeò roſea pulchritudo genarum, corporiſque elegantia amorem fœminæ conciliauit, vt adhuc ignaræ nonniſi Angelus videretur. Sed cur terribilis? Quia formoſus. Ne in prauam ſuſpicionem coniux veniret, poſt frontis pulchritudinem commẽdatam, præmonuit ſedula, ſibi mordacius incuſſiſſe terrorem, vt pudica mulier conſtans ſuæ caſtitatis proderet teſtimonium, quam viri venuſtas priùs terruerat, quàm allexerat. Ceram vitij opinione trepidat virtus, quà meticuloſa, conſtantior. Si vir prædixit, quòd conceptura erat, fuitque nimia pulchritudine commendabilis, quid quòd territa fœmina fugeret ad maritum, quaſi à viſa pulchritudine concipere timuiſſet, ne gladium ſibi pareret pro conceptu? Sic age quæcumque ab eleganti formâ videris: etſi Angelus tibi videatur in luce, virum cogita, à cuius poteris concipere voce, quàm venuſtas ſpectata fœcundat. Pro viſu terrorem retribue, quaſi hoſtem, cùm venuſtum vidiſſes.

Vegetatur in periculis fortitudo. Qui in fortunæ otio iacet eneruis, animoſius præualet in ærumna.

SECTIO XL.

242. PERICVLA fortitudinem nutriunt, ieiuna ſine certamine languet, & quot ictus ſuſtinet, tot ſpiritibus animatur. Laceſſita fera ferociùs furit: taurus, quem ſpicula transfigunt in circo, igneo veneno animoſior cornua conſpergit, alacriùs impetit, altiùs ferit. Lampas, cùm extinguitur, clariùs rutilat, ardorémque exaggerat, qui defendat à morte. Gladiatorum laceri, & ſemianimes artus ſtrictiùs comprimunt aduerſarium, & à propria laniena diſcunt inimicum laniare. Generoſos ſpiritus ſtadium creat: marceſcit in thalamo virtus, quæ amat pernoctare ſub diuo, obligatis ſtare vulneribus, ſpectaculúmque edere de patientia. Cutis obduratur agricolæ, cùm cœli æſtuante cane frontem retinet inter ſegetes. Vel ipſa fit valetudo validior, cùm maiora ſalutis diſcrimina ſubit. Infortunij calamitas, quà potentior eſt, vires in reſiſtente producit, quas fortunæ benignitas detenuauerat. Quàm exanguis, meticuloſáque Iuditha iacet in cubili proſtrata, orans fortitudine cœlitus imbui. *Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum.* Et tamen inter inimicos cuneos inſerta, nec minacibus gladiis terretur, nec ad belli fremitum animum in pauore deponit; ſed vegetior & viuidior animatur ad triumphum. Quid? Diximus in littera, hanc fortitudinis eſſe ideam, quæ inter culcitras & ſtromata languet, moritur in littore vt piſcis, vitámque recuperat in naufragio. Nauis, quæ tranquillæ margini adhæſit, ſepulchrum inuenit in otio; peior illi charybdis, mollis arena fuit quæ cum fluctibus compoſita ad pugnam, in medio mari fortunatior euaderet. Sic ſtrenua fœmina timebat in domo, quæ inter timenda ſtetit inter hoſtes ſecurior. Dedimus ibi Auguſtin. ſerm. 66. (Auguſt.) *Prodit ſecura vnius puellæ comitatu contemta, & hoſtium ſecuris greſſibus properauit in caſtra: intra muros ſolicita fuit, ſecura vt ad timenda peruenit.*

243. Contribules Iudæi Samſonem venerant illaqueare, vt Philiſtinorum manibus traderetur, Iudic.15.verſ.12. (Iudic.15.12.) *Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manu Philiſtinorum. Ligaueruntque eum duobus nouis funibus.* Cur ſuſtinet, vt elumbis vinciri, & aſpera patitur retinacula, ſtrenua iuuenis fortitudo? Exſpecta v. 14. (Ibid. 14.) *Cùm Philiſthim vociferantes occurriſſent, irruit ſpiritus Domini in eum: & ſicut ſolent ad odorem ignis lina conſumi, ita vincula, quibus ligatus erat, diſſipata ſunt & ſoluta. Inuentámque maxillam, id eſt mandibulam aſini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros.* Cur priùs vt enermis funibus ſtringitur, nec articulos manuum exaſperat ad iniuriam, marcent muſculi, torpent lacerti, cùm poſteà in certaminis puluere poſtquam illigatus, ferocior euaſit, qui ſegnis & mitis fuerat, expeditus? Quid? Laqueum iniiciebant amici, robuſtáque membra, & de villis hiſpida, de intortiſque dura cincinnis, quaſi in ludicrum ſpectaculum nouis rudentis deuinxerunt: ludus ei viſus eſt ſub aſperitatis ſpecie. Nondum æſtus impendebat periculi, nondum luctæ ſtadium: Cum Philiſthinorum irruit tempeſtas, fortitudo erigitur, quæ iacebat, & de quietis ſomno expergefacta, ſpirituoſior irrupit. Diſcrimen vitæ ſpiritum Domini prouocauit, & in vno Heroe plurimum virium ſatellitium inualuit: tum aggeſta eſt multitudo virtutis poſtquam pupugerunt irritamenta. Pugil ad certamen gymnicum oleo perungitur; priùs adipe blando molleſcit, vt deinde inſertus in ſui athletæ lacertos furorem depoſitum reproducat, & de olei, ceromatiſque manſuetudine ad olympici certaminis gloriam ſopitas vires excitet animoſior. Qui nondum viſo periculo times, aggredere impauidus, aderit virtus in pugnæ momento, fortior quà cruenta, quà vulnerata, crudelior. Ad defendendum membra impetita, totum corpus validè confluit, ſuccúſque exugitur ex medullis, vt partem vindicent laceratam. Quiſque eſt virilior in momento certaminis, quàm ſibi videbatur in quietis hora. Roſtrum acuit volucris, ſi pullos arripere tentet auceps, quæ in nidulo ſegnis cubabat.

244. Ad Eſau occurſum pertimeſcit Iacob: digerit familiã in turmas, & è domeſtica pace componit exercitum. Seceſſit ſolus, vt recolligeret animum, quem diſperſerat pauor. Gen.32.v.24. (Gen.32. 24.) *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit.* Cur ſic impauidus, & ſtrenuus luctatur cum ſubitario pugile, quem prendebat, homóque hominis timens, Deum exuperat in duello, & adhuc neruo poplitis marceſcente, de Numine victo

canit triumphum? Anne ad luctam fuit lacessitus, & sonante classico prouocatus ad pugnam? Imò repentè contrarium pugilem inuenit in brachiis. Quid quòd de instante discrimine, virium sumeret incrementa, sicque obduraret virtutem, vt brachiis Deum stringere non desisteret, & exercituum Dominum in aestuoso sinu comprimeret? Magis fuit eruditio quàm lucta. Gymnasiarcha fuit Dominus pariter & athleta, instruens Iacobum, quantùm in periculis animositas valeat, fratrémque, quem timebat absentem, dum præsens committeret bellum, strenuo Marte debellare potuisse. Inde subdidit
Gen.32.28. vers. 28. *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines praualebis?* Attende nominis impositi causam. Idem est Israël, quòd videns Deum; & tamen noui vocabuli ratio redditur: *Quoniam si contrà Deum fortis fuisti.* Quid profuit fortitudini visio Dei? Quantùm prodest viribus visio periculi. Si Deum fortissimum solum quia subitò viderat in brachiis intextum, prodigio fortitudinis superauit, fortis redditus à periculi visu; quid quòd idem sit appellari Israël nempe videns Deum, ac fortem in Deum pugilem præualere?

245. A Dauidis militibus perduellionum exercitus fugabatur, quorum dux Abner cursorem Azael velocissimum iamiam appetentem ad tergû fugiebat. Vrgens celeritate fugacé, cuspide fermè scapulas prægustabat. At post tergum respiciens Abner hosti dixit 2.Reg.2. v.22. *Recede, noli me*
2.Reg.2.22. *sequi, ne cõpellar fodere te in terram.* A quóne poterat compelli, vt confoderet, quem timens, fugiebat anhelus? A noua fortitudine, quam periculum infundebat, quæ adeò succo, sanguinéque imbuit artus, vt vel nolentem vrgeat ad vulnus potentiori infligendum. Accidit quod prædixerat: *Percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodem loco.* Plus potuit auersa hasta fugientis, post tergum immissa, quam sequentis in tergum directa; quippe hæc sine vitæ discrimine vibrabatur, illa virium fortunam à periculo sumpsit, & ex situ timoris, qui tergum est, inguen, in quo roboris & virilitatis est locus, transfixit refugâ fortitudine. Quid vires præstitit? Desperatio. Ausculta
2.Reg.2.26. quid Abner occisor inimici dixit vers. 26. *Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait: Num vsque ad internecionem tuus mucro desauiet? An ignoras quòd periculosa sit desperatio*: Tunc ille: *Viuit Dominus, si loquutus fuisses, manè recessisset populus sequens fratrem suum.* Ergo ab hostium desperatione cœpit timere, qui victoriæ gladium in sanguine saturabat. Quid est illud: *An ignoras quòd periculosa sit desperatio?* Nonne qui despondit animum, spei alacritate priuatur, neruos amisit, nec contra illi superest ei, à quo per vulnera fluxit vigor? Imò extremum periculum, desperatio est, & in desperante animositas surgit atrociùs, & cui remedium fugæ non superest, accipit de impossibilitate præsidium. Extrema spes in desperatione est, quæ cùm a desperatione gignatur, ipso sui adolescit in partu. Plures sunt à desperatione, victoriæ, quàm ab spe: nihil enim iam timet, qui perdidit omnia, nec quam amissam cogitat, conseruare vitam studet, sed vitæ pretium accipere ab hoste, inflicta morte, in cuius manibus vitam perdidit, quam habebat.

Vers. 15. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus fœminæ deiecerit eum. *Vsque ad finem capitis.*

Diuina victoriæ non nisi brachijs infirmioribus agitur; humana de superbiæ fortitudine delectatur.

SECTIO XLI.

PVDOR est homini, debili manu partus triumphus, verecundatur vincere infirmitate, cui est odiosum auscultare sibi Pæana victoriæ, quam non ei modulatur superbia. Sed Dei gloria est, instrumento fragili vincere, fœmineis digitis conterere exercitus, & qua humiliore milite debellauit, clariori victoris titulo gaudet. Nominis stemma diuini, facinoraq; generosa non de pompa superborũ agminum generantur: non in fortunæ aleam digerit ordines militares; inermibus brachiis, sagóque leui armatis vtitur, vt vincat solidiùs. Quisquis bella Dei agis, erras si immensas studeas ordinare phalanges, copiis exsiccare flumina, equestrique pondere implere regiones; qua plenior, periculosior procedis, tuúmque satagis vocare triumphum, qui nisi ab infirmitate productus, Dei non est. Piè Domino adulatur Iuditha, spondens eius fore victoriam, si manus fœminæ conterat inimicos: *Erit enim hoc memoriale nominis tui; cùm manus fœminæ deiecerit eum.* Ergo si præliaribus cuneis Israëliticus populus consternat Assyrios, non Domino pangetur victoria? Sanè non gloriatur Dominus apparatu superbo, qui in humilitatis vallem montes conculcat, vincendi fortem in debilitate confirmat, relinquet populo gloriam, si stipendiis militaribus adortatur; diuini nominis memoriale nonnisi in tenero lacerto fœminæ stabilitur. 246.

Iudic.4. dixit Debbora ad Barac vers. 9. *Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara.* Quid proderit ad victoriam manus fœminæ assueta fuso? Barac in ore gladij multitudinem deuorabit: Cur puellæ adrogabitur triumphus? Quoniam Domino. Quæcumque Domini victoria est, nonnisi infirmitatis manu tenetur. Si Debbora cum Barac procedat ad pugnam, quoniam aliquid exercitus fœmina fuit, quot Dominus conteret hostes, fœminæ viribus deputauit. Vides? vers. 15. *Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersámque multitudinem in ore gladij ad conspectum Barac.* Quid est ad conspectum Barac? Imò ad conspectum Debboræ; quippe solùm Debbora aspiciebat non pugnans; Barac, & eius agmina militabant. Sed quoniam Debbora inermis hostes conterente Domino conterebat, nec Dominus nisi manu fœminæ debellabat, muliere per ignauiam sexus, teneritudinémque oculis militante, Barac manibus militans, solùm aspexisse profertur. Oculi fœminæ fuerunt Dei manus, & quem ipsa dixerat sibi attribuendum esse triumphum, Deus sibi arripuit, quippe ex manu fœminæ gloriosiorem. Sed tandem nec Deus se solo, nec Debbora cerebrum Sisaræ perforauit, sed Iahel vxor Haber, superstitéque exercitus Duce, nondum plena 247. Iudic.4.9. Iudic.4.15.

victoria

victoria recinitur. Ergo alterius fœminæ triumphus fuit, quæ in Tyranni tempus clauum transfixit v. 21. *Et cum ſilentio poſuit ſupra tempus capitis eius clauum, percuſſúmque malleo defixit in cerebrum vſque ad terram, qui ſoporem morti conſocians, defecit & mortuus eſt.* Sed ideo Debbora ſignatè prædixerat: *Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi; quia in manu mulieris tradetur Siſara:* non inquit in manu Debbora, ſeu in manu mea, ſed *in manu mulieris*, vt vtriuſque fœminæ ariolaretur triumphum, vnius quæ exercitum aſpiciendo contriuit, alterius quæ in ſilentio, & intra cubile, in quo acui inſidebat & fuſo, ducem non alio pugione, quam parietis clauo confodit. In fœminarum medio Deus eſt, qui vicit; hoc gemino ſcipione confiſus, cui vtraque manus fœmina fuit.

Iudith 4. 21.

248. Cant. 1. 8. Cantic. 1. v. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* Tenella venuſtáque puella quid equitatui ſimile geſtat? An quia Domini nomen pro integro equitatu falcatíſque curribus eſt? Scis illud: *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini inuocabimus*; ac ſi diceret: Nomen Domini integer exercitus eſt: quod de aëris inſonat percuſſione impulſúque debili vocis, aëreas poteſtates contundit. Idipſum igitur eſt, Dei ſponſa, quàm nomen, ſiquidem manus eius, cùm vincit, aſſerente Iuditha, memoriale nominis eius eſt. Cùm ſigna conſerebantur, committebatúrque bellum, in ipſomet irruptionis feruore nomen exercituum Domini vocabatur: hoc claſſicum inſonabat, vt pugnacior eſſet conflictus. Ergo ſi fœmina nomen eſt, vide quo vincat Dominus exercituum. Sed ſignatè dicitur: *Equitatui meo in curribus Pharaonis.* Cùm Ægyptij equitatus, curruumque Pharaonis tempeſtas in Hebræos irruebat fugientes, quibus armis Moyſes in fundo pelagi ſepeliuit exercitum? Virgulâ Exod. 14. verſ. 16. *Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & diuide illud.* En Dominicus equitatus, cui ſponſa ſimilis perhibetur. Tam debilis eſt virguncula, ac virgula, quæ in manu Domini conſtans, & recta inimicos conficit in profundo.

Pſal. 19. 8.

Exod. 14. 16.

249. Iudic. 15. 14. Amat ſpiritus Domini imbecilliora ſubſidia, præcauens, ne ei furetur ſortem vincendi, militaris agminum arrogantia. Cur expectat quòd Samſon nouis funibus illigetur, nec illum fortitudine imbuit, donec ad maxillæ locum accedat, Iudic. 15. verſ. 14. *Qui cùm veniſſet ad locum maxillæ, & Philiſthijm vociferantes occurriſſent ei, irruit ſpiritus Domini in eum, & ſicut ſolent ad odorem ignis lina conſumi, ita vincula, quibus ligatus erat, diſſipata ſunt & ſoluta. Inuentámque maxillam, id eſt, mandibulam aſini, quæ iacebat, interfecit ea mille viros, & ait: In maxilla aſini, in mandibula pulli aſinarum deleui eos, & percuſſi mille viros.* Obſeruaſtine? Nondum in eum ſpiritus Domini irruebat, quouſque ad mandibulæ aſpectum excitaretur quaſi firmum ſatellitium inuenerit, cuius copiis mille viros truncaret. Sed cui in pilo inerat fortitudo, quid quod in pullo vincendi repererit inſtrumentum? Quid pilo leuius? Quid pullo ignauius? & tamen inter pilum & pullum ſpiritus Domini Philiſthinos confregit. Quò ſunt arma ſegniora, ſecurior eſt à Domino debellatio, nec eget integro aſini pullo, nec viuente, ſed de mortui portione vnus illi ſufficit dens, quo mordeat ad cladem vniuerſi exercitus vitas.

CAPVT X.

1 FACTVM eſt autem, cùm ceſſaſſet clamare ad Dominum,
ſurrexit de loco, in quo iacuerat proſtrata ad Dominum. 2. Vocauitque Abram ſuam, & deſcendens in domum ſuam, abſtulit
à ſe cilicium, & exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ. 3. Et lauit
corpus ſuum, & vnxit ſe myro optimo, & diſcriminauit crinem
capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe
veſtimentis iucunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola, & lilia & inaures & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornauit
ſe. 4. Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio, non
ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideò Dominus hanc in illam pulchritudinem
amplianit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. 5. Impoſuit itaque
Abræ ſuæ aſcoperam vini & vas olei, & polentam & palathas, & panes & caſeum, &
profecta eſt. 6. Cúmque veniſſent ad portam ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam,
& Presbyteros ciuitatis. 7. Qui cùm vidiſſent eam, ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius. 8. Nihil tamen interrogantes eam, dimiſerunt tranſire dicentes:
Deus patrum noſtrorum det tibi gratiam, & omne conſilium tui cordis ſuâ virtute corroboret, vt glorietur ſuper te Ieruſalem, & ſit nomen tuum in numero Sanctorum & Iuſtorum. 9. Et dixerunt hi, qui illic erant, omnes vna voce: Fiat, fiat. 10. Iudith
verò orans Dominum, tranſiuit per portas ipſa & Abra eius. 11. Factum eſt autem,
cùm deſcenderet montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Aſſyriorum,

&

& tenuerunt eam dicentes : Vnde venis, aut quò vadis? 12. Quæ respondit : Filia
sum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quod den-
tur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vltrò tra-
dere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro. 13. Hac de causa
cogitaui mecum, dicens : Vadam ad faciem Principis Holofernis, vt indicem illi se-
creta illorum, & ostendam illi, quo aditu possit obtinere eos, itavt non cadat vir
vnus de exercitu eius 14. Et cùm audissent viri illi verba eius, considerabant fa-
ciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabar-
tur nimis. 15. Et dixerunt ad eam : Conseruasti animam tuam, eò quòd tale re-
peristi consilium, vt descenderes ad Dominum nostrum. 16. Hoc autem scias, quo-
niam cùm steteris in conspectu eius, benè tibi faciet, & eris gratissima in corde eius.
Duxerùntque illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam. 17. Cúmque
intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes. 18. Dixe-
rúntque ad eum satellites eius : Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam de-
coras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus? 19. Vi-
dens itaque Iudith Holofernem sedentem in coponeo, quod erat ex purpura & au-
ro, & Smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum. 20. Et cùm in faciem eius inten-
disset, adorauit eum, prosternens se super terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis,
iubente Domino suo.

Litteralis Commentarius.

Vers. 1. Factum est autem, cùm cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum.

Vers. 2. Vocauitque Abram suam, & descendens in domum suam abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ.

1. FACTVM *est autem.* Stylus est de inopini euentus narratione, velut qui præter existimationem acciderit. Quid nouitatis Historiographus facer protendit, sic orsus : *Et factum est?* Verborum pondera libranda sunt. Ex ipsamet institutione sermonis animus lectoris allicitur, vt ad prodigium se præparet auscultandum. Turbida fletu, squalida puluere, concreta crinibus, horrida sacco labiisque humum verrens iacebat Iuditha; vixque perorauit & dixit, cùm illicò assurgit, & faciem, quam imber lachrymosus attriuerat, pigmentis illinit, crines intorquet, & quos cinis implexerat, pecten impectit, corpus, quod vile cilicium dehonestauerat, hilari theristro lætificat, auro & gemmâ grauat aures, armillis incarcerat brachia, totámque genialem pompam spirat fœmina, quæ nuper de spoliis mortis procumbebat vestita. Ne igitur ab extremo in extremum subitò veniret auditor, ex consilio dicitur : *Et factum est*, vt rei singularitas indicetur. Vel, si mauis : Iam incipiunt mysteria, iam miraculum fœmineæ fortitudinis primos radios narrationis emittit : adolescens & pulchra fœmina, vt se morti deuoueat, floribus & liliis vestitur; vt exercitibus se inserat inimicis; venustatis arma capessit, quibus incautos perimat, non inermes. Ideò dicitur: *Et factum est*, vt ad prodigium reddamur attenti, quòd muliebris sexus se alacrem mortalibus periculis offerat. Quem sensum suspicor in Lyra (Lyra.) in scholio ly *factum est autem*, dum sic inquit: *Postquam Iudith se muniuit armis orationis, hic consequenter offert se periculo mortis.* Græcè idem verbum est :

2. *Cùm cessasset clamare ad Dominum. Cessare* non infrequenter cum *dicere* coniungitur, éstque finem orationi imponere. Terent. Phorm. 2. 3. (Terent.) *Nunquam cessauit hodie dicere:* quin absolutè *non cessare* dicere est. Cicero ad Quint. fratr. (Cicero.) *Cicero noster, dum ego adsum, non cessauit apud rhetorem.* De precibus & votis 5. Æneid. (Virgil.)

——Cessas in vota precésque
Tros ais, Ænea? Cessas.

Seruus exponit : *Tardus es in vota facienda.* Non ex hac segnitie, tarditatéque cessauit in vota, precésque Iuditha; sed quia, quidquid intererat, coram Domino loquuta est; opúsque vrgebat, arripere ornamenta decoris, quibus prenderet inimicum.

3. *Surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum.* Græcè est : καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῆς πτώσεως. (Græca.) Vatablus vertit: *Surrexit procubitu.* (Vatabl.) Meliùs Montanus : (Montan.) *Et surrexit de ruina:* πτῶσις quidem propriè *casum lapsúmve* significat. Obserua venustam esse contrapositionem inter πτῶσιν, & ἀνάστασιν, idest, *casum & resurrectionem*, qualis inuenitur Luc. 2. (Luc. 2. 34.) οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν, καὶ ἀνάστασιν πολλῶν. *Iste positus est in casum & resurrectionem multorum.* Idipsum hic : ἀνέστη ἀπὸ τῆς πτώσεως, vbi resurrectio Iudithæ contraponitur ad eius casum. Verba singula demonstrant, non de geniculis tantùm orauisse, cùm tam Græca, quàm Latina proprietas illam toto corpore procumbentem ostendat. In re simili nempe precum, si cupis lapsum seu ruinam; ausculta Vlyssem supplicantem apud Homer. (Homer.)

O rex Alcinoë, en tibi stratus supplicat hospes.
Non decet, vt lapsus iaceat, sub puluere densô
Procumbens adeo.

4. *Surrexerunt de loco.* Inlatet in hac corporis erectione securitas exauditionis. Se erigere post procubitum, impetrationis indicium fuit. Obseruauit Roa (Roa.) lib. 4. singul. cap. 1. quoties admittuntur vota precantium, erigi & eleuari supplices, qui in puluere & ad genua iacent. Psal. 112. vers. 6. (Psal. 112. 6.) *Suscitans à terra inopem* : vbi Genebrardus (Genebr.) : *Eleuans, propriè è loco humili erigens, faciens surgere, extollens.* Hinc Alcinous, vt votorum (Homer.) compotem

componem redderet, ſeque munificum præſtitiſſet, de puluere Vlyſſem erexit.

Tunc rex Alcinoüs parens erexit Vlyſſem. Ambitioſus eſt propriæ cognitionis ſqualor, cilicina veſtis, ſparſóque puluere concreti crines; & inter lachrymas humentes, quæ cadant in humum, oratio feruens, multum de exauditione præſumit. In orationis ſuæ coronide dixerat Iuditha cap. præcedenti verſ.17. *Exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem:* id eſt, præproperà celerique manu iamiam pietatis tuæ beneficia ſumentem, & quaſi ſub confidentiæ meæ dominio vindicantem, præſentiſſimum tui adiutorium. Hæc ſumma ſanctæ ſpei, fideliſque animoſitatis & ardentis orationis auctoritas eſt, ſibi Deum in adiutorem præſumere, deuotáque prendere violentia. Id in Iuditha laudat Ambr. lib.3. de offic. c.3. *Quanta honeſtatis auctoritas, vt Deum adiutorem præſumeret! quanta gratia, vt inueniret!* Ergo quæ proſtrata præſumpſit, erecta inueniſſe denunciat. Pro ſuæ orationis reuerentia exaudita eſt, in cuius ſignum iam ſe de puluere excutit, iam, quæ egena erat & afflicta, de puluere ſuſcitatur, vt debellet Aſſyrium. Quò puto reſpexiſſe Auguſtinum, dum ſerm.229. de temp. dixit: *Exorata conſurgens, abluit aquà corpus ſuum, imponens ſibi ornamentum, &c. Exorata*, id eſt, obtento iam & impetrato, quod orauerat. Eſt illud Plauti Pſeud. 3. *Puniceos oculos habeo, non queo lachrymam exorare*; id eſt, elicere Sat. 5. Sylu. 3. *Cur nihil exoret Chelys*, id eſt, *impetret & conſequatur.* Fortè quem dedimus ſenſum, ſuboluit Vatablo hic: *Poſteà ſe erexit, ſummáque animi fiducia ad pulcherrimum facinus edendum ſe contulit.* Nec diſtat Lyra: *Surrexit de Dei adiutorio confiſa.* Ad honeſtatem retulit Ambroſius, quòd ſic ſurgeret de Deo præſumens. Huic accommodarem illud Cicer. 12. Philip. *Semel cecidi ſciens, vt honeſtiſſimè ſurgere poſſem.*

[Iudith.9.17.] [Ambroſ.] [Auguſt.] [Plaut.] [Stat.] [Vatabl.] [Lyra.] [Cicer.]

5. *Proſtrata ad Dominum.* Conſultò *ad Dominum* additur, ne caſus & ruina illa, quam libita pœnitentiæ forma, ſtatúſque orationis induxit, caſu accidiſſe videretur. *Ad Dominum*, ne triſtitiæ deiectioni irrogares, quòd ſic cecidiſſet; nec eſſet animum deſpondentis indicium. *Ad Dominum*, ne alterius, quàm à Domino expetiiſſe crederetur auxilium. Plantas & genua ſupplices contingebant, quorum pietatem amabant. Arnob. lib. 6. *Quorum plantas & genua contingentis & contrectatis orantes.* Saluian. epiſt ad Hypat. *Aduoluor veſtris, ò parentes chariſſimi, pedibus.* Miſericordiam Domini funditus proſtrata implorabat Iuditha, non ab aliquo ſimulacro, & idolo. Nulla Hebræis Dei imago permiſſa fuit: non ad genua alicuius effigiei precatura procubuit. Id gentibus moris: obuia eruditio eſt: adi Gerdenſem 10. Æneid. ad illud: *Et genua amplectens.* Diuorum genibus vota dedit Apuleius 1. Apolog. ex quo *genua incerare Deorum* apud Iuuen. ſat. 10 tract. Roa lib. 4. ſing. c. 5. eò quòd genua miſericordiæ fuiſſe ſacrata, docuit Seruius 3. Æneid. Aſt Iudith, quæ Deum verum adorabat in animo, abſque corporis lineamentis expreſſum, ne genua Numinis contrectare videretur, dum dixerat dicto verſ. 17. *Exaudi miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem*, totum corpus iecit in humum, & iam apprehenſo miſericordiæ dono reſurgit.

[Arnob.] [Saluian.] [Cerda.] [Apul. Iuuen. Roa.] [Seru.] [Iudic.9.17.]

6. *Vocauitque Abram ſuam.* Quid Abra, & quæ hæc ex puellis Iudith, abundè diximus ſuprà ad cap. 8. verſ. 32.

Et deſcendens in domum ſuam. Ac ſi domus non eſſet ædicula, quam in ſuperioribus incolebat. 7. Non mireris: oratorium quid à domo diſtinctum cenſebatur, cui *ædicula* nomen. Iudic. 17. verſ. 5. *Quod fuit in domo Micha, qui ædiculam quoque in ea Deo ſeparauit.* Inde Larariū in extrema domus contignatione diis Laribus deſtinatum: Petronius cap. 29. *Grande armarium in angulo vidi, in cuius ædicula erant Lares argentei poſiti.* Sed eſto Iuditha non deſcenderet de oratorio, ſat fuit de ſuperioribus deſcendiſſe, vt aptè dicatur appuliſſe in domum ſuam. Tecta etenim & mœniana, quorum plurimus Hebræis vſus, vbi de ambulatoria ſolariáque & cœnacula ad amœnitatis vſus, ſeu domeſtici ſeceſſus conſtructa, quaſi à domo inferiori diſcernebantur; nec plenè ſub domus, ſed ſub domatis nomine veniebant: quod pluribus confecimus ſuprà c. 8. à n. 89. præcipuè ex Hieronymo, qui id contendit. Refragatur Cerdens in 10. Æneid. ad illud: *Eſt domus alta, iacent penitus defoſſa talenta:* obfirmat ſe ex Homero, qui *domus* & *doma* eodem ſignificatu efferet. Quidquid de Poëta ſit, cuius ingenium in tropis, ſtylus Bibliorum eſt, tectum diſtinguere à domo. Matth. 24. verſ. 16. *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.* Idem diſcrimen ſub conceptis verbis in Poëta Latino inuenio inter tecta & domum 2. Æneid.

[Iudic.17.5.] [Petron.] [Hieron.] [Cerda.] [Homer.] [Matth.24.16.] [Virgil.]

At domus interior gemitu, miſeróque tumultu
Miſcetur, penitúſque caua plangoribus ædes
Fœmineis vlulant. Ferit aurea ſydera clamor.
Tum pauida tectis matres ingentibus errant.

Iam adnotarunt alij bifariam diuidi domum ſuperiorémque portionem *Gyneconitida*, id eſt, fœminarum incolarum, inferiorem autem *Andronitida*, id eſt, virorum habitaculum nuncupari. Quidquid ſit, ſcitum eſt in vna domo ampla & magnifica plures alias ſubdiuidi, ex quo ædes abſque ſingulari numero: qui ſtylus, nempe *domata* ſeu *domos* vni Principi adſcribere ſub palatio vno, Homero increbuit, nóſque Hiſpanè *Caſas* dicimus, præcipuè de vna ampla domo. Nec abit hic ſtylus ab ablectis ædibus Iudithæ, quæ, vtpotè ex viro diuite, & nobili vidua, ſpatioſum par eſt habuiſſe domicilium. Profectò quòd æſtiua, hyemaliſque domus eſſet Hebræis, liquet ex Ierem. c. 36. verſ. 32. nec id de diſſitis ædibus, ſed de eiſdem erga varias temporum ſtationes ad frigus nempe defendendum, ſeu æſtum, accipit Abulenſis in cap. 3. Iudic. verſ. 20.

[Homer.] [Ier.36.32.] [Abul.]

8. Græca tranſlatio offert, quid adnotemus: *καὶ κατέβη εἰς τὸν οἶκον, ἐν ᾧ διέτριβεν ἐν αὐτῷ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν σαββάτων, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῆς. Et deſcendit in domum, in qua morabatur in ea in diebus Sabbatorum, & in feſtiuitatibus ſuis.* Sic ad litteram Arias Mont. vbi libet adnotare tria. Primum hîc *domum* à *domate* diſcerni, nam ſuperiora faſtigia, editúmque tectum, quod ſuo incolatui Iuditha deuouerat, prius Græcus *doma* nuncupauit ſup. cap. 8. *Καὶ ἐποίησεν σκηνὴν ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ οἴκου αὐτῆς: Fecit tabernaculum in domate domus ipſius*, núncque *εἰς τὸν οἶκον* in domum deſcēdiſſe profertur. Secundum, quòd repetitur, *ἐν ᾧ διέτριβεν ἐν αὐτῷ: in qua morabatur in ipſa*, vt vniuſmet domus ſegregatæ diſtinguātur portiones: ac ſi diceret: Tota hæc domus Iudithę erat, eius ampliſſimæ familiæ conſona; ſed in ipſa, ſeu in ea portione,

[Græca.] [Mont.]

portione, in quam à laquearibus tectique descé-
dit, otia festiua, aduentantiúmque in nobilibus
fœminarum, hilarem excipiebat frequentiam.
Tertium, quòd frugi fœmina edita domus suæ
culmina non confabulationibus temerabat, nec
fastigiata cœnatoria vrbanis matronarum collo-
quiis, etsi viduitatem castam decentibus, ma-
culabat, quoniam ibi oratorium struxerat ad
precum abscessum, secretáque silentia, syderibus
cælóque vicina: cùm tamen huiusmodi tecta
in iucundos vsus inoleuissent Palæsticis, quæ
& viridi pompa & omne genus oblectamenti
solebant sterni; de quo Neoterici satis agunt,
Sherlog. & vsque ad plenam segetem P. Sherlogus 2. tom.
in Cant. vestigat. 17 à n. 15.

9. *Abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis
viduitatis suæ.* Satis superque de cilicio Iudithæ
diximus volum. 1. cap. 8. num. 101. & hoc cap. 9 à
num. 6. De vestimentis viduitatis cap. 8. n. 107.
& seqq. Iam adnotauisse me memini, cilicium
hoc, id est, saccum, quod nunc Iuditha depo-
suisse fertur, non sub interula & indusio expan-
sum ad stimulandam cutem, sed extimum fuis-
se & cæteri vestimenti opertorium, vtpotè pœ-
nitentiæ & squaloris habitum. Id non inuita
hæc verba admonent, siquidem priùs à se cili-
cium depulit, dein viduitatis vestimenta depo-
Græca. suit, Græcâ dictio non absque lepore est, Καὶ
περιείλατο τὸν σάκκον: quod si propriè vertas, leges
Mont. cum Montano. *Et euoluit saccum*, quasi obuolu-
tum absque vllo decore & elegantia esset, nec
quadratum, sed rotundum, & cilicino habitu
corpus obnubens, vel certè funiculo cinctum,
strictéque absque sinibus & vmbilico, cætera
vestimenta premens. Dicam illicò nonnihil de
vidualibus indumentis.

Vers. 3. Et lauit corpus suum, & vnxit se
myro optimo, & discriminauit cri-
nem capitis sui, & imposuit mitram
super caput suum, & induit se vesti-
mentis iucunditatis suæ, induitque
sandalia pedibus suis, assumpsitque
dextraliola & lilia & inaures & an-
nulos, & omnibus ornamentis suis
ornauit se.

10. *Et lauit corpus suum.* Sanctius censuit totum
Sanct. aquis tinxisse corpus, vt abstergeret contractam
illuuiem, quàm ieiunia, maceratio, hispidíque
cilicij setæ, contemptúsque cutis situ quodam
obduxerant. Vix suspicor, etsi à deliciis absti-
nentis, fœminæ sic corpus sorduisse, vt integro
ad abluendas maculas indigeret lauacro quippe
quæ domestica frequentauisse balnea, seu reli-
gionis ergo, seu honesti nitoris & munditiei,
non procul à coniectura est, quando etiam in
extraneis inimicísque castris fontem sedula, quo
se pluries tingeret, adinuenit infra cap. 12. v. 7.
Et quidem licèt sordida vestis iuuet ad oratio-
nis ardorem, quid immunda cutis iuuabit? sat
est, pigmenta neglexerit: non viduitatis lex est,
sabulo spurcitiisque carnem intimam defœdare.
Nec cœna pura, frugalésque dapes limpiditati
carnis obsistunt; quin membra exiccant, sudo-
rem exugunt, & è superfluo alimento deuorant
recrementa, fœtorem ex cibaria colluuione auer-
tunt, aquæ limpidissimæ more, quæ, dum irri-
gat corpus, à superfluis solet humoribus exicca-
re: quod dixit Poëta 10. Æneid.

Vulnera siccabat lymphis, corpúsque lauabat.
Castitas & ieiunium arctum habent cum limpi-
ditate commercium, sistunt enim refluas sordes,
quæ tanquam fuligo quædam, ex foco nimium
nutrito eructantur ad carnem, quas frugalitatis
censura coërcet. Quò fortè respexit S. Clemens
Alex. lib. 3. Pædag. cap. 5. *Eo veniunt intemperan-
tia, vt cœnent, & sint ebria, dum lauantur:* quasi
abstemia & impransa fœmina alio lauacro non
indigeat: & quæ simul se cibis ingurgitat, dum
in gurgite est; pariter se inquinat, cùm abster-
gitur. Crapula & balneorum, vnguentorúmque
luxus amica sibi germanitate congaudẽt. Effœ-
nis luxuries balneis, mero, vnguentóque madet.
Seneca de vita beata cap. 7. *Circa balnea & suda-* Senec.
*toria mollem, eneruem, mero ac vnguento maden-
tem* Artemid. lib. 1. Oneir. c. 66. *Num vero alij non* Artemid.
*priùs edunt, quàm lauerint; alij vero etiam accepto
cibo lauantur, inde sumpturi cœnam: est & nunc
balneum nihil aliud quam via ad cibum.* Vina &
vnguenta iunxit Horatius lib. 2. carm. od. 3. & Horat.
Ambrosius lib. 1. de Cain & Abel, cap. 4. Epu- Ambros.
lantium cruditatem, edentium ructum, ebrio-
rum sitim, hesternam crapulam, hodiernam te-
mulentiam cum vnguentis & oleis copulauit.
De rege Hormilda dixit Simocata lib. 4. *Vnguen-* Simoca.
*tis distentus vndique, cui infinita ciborum varie-
tas blandiebatur.* Non ergo ferendum est, quod
dixit Sanctius, Iuditham se eluere à sordibus, Sanct.
lymphaque repellere illuuiem, quàm à ieiunio
puriisque cœnis sordidata contraxit. Hierony-
mus Mercur. de arte gymn. lib. 1. c. 2. *Quæ exina-
nitioni subsunt, sudoribus, stercoribus, sputis & alijs
omnibus similibus continentur. Extrinsecus ac-
cidentia aqua, aëre, salsugine, mari, oleo, & huius-
cemodi constituuntur:* quasi hæc vltima sint, quæ
aduersus priora conantur.

Ergo quòd lauisset corpus Iuditha, vel prior 11.
cineris conspersio coëgit, cùm è vertice pulue-
reæ, reliquiæ cecidissent per collum; vel potiùs,
quoniam primus nitor ab aquis est, & ad reci-
pienda pigmenta in venustatis poliendæ studio-
sis lympha substernitur. Non distat Lyra, qui Lyra.
scholiat: *Et lauauit corpus suum, vt melius reci-
peret vnguentum:* aquis enim caro lota mollescit,
annuente Pindaro Θερμὸν ὕδωρ μαλθακά, *Calida* Pindar.
aqua mollit membra Quòd aqua ad recipiendum
ceroma oleúmque aptissima sit, suadet, in gym-
nasiis, vbi vncti pugiles colluctabantur, balnea
apud veteres extitisse; quod prodit Mercurialis Mercurial.
lib. 1. c. 10. vbi videbis plura. Hinc molles aquas
vocauit Poeta 9. Æneid.

——Ille suo cum gurgite flauo
Accepit venientem, ac mollibus extulit vndis.

Nec interest, quod Aristot. lib. 4. Meteor. cap. 4. Aristot.
docuit: *Aqua non est mollis, quippe cuius pars
summa compressa intrò non cedat, sed circum obsi-
stat:* id enim de frigida, non quidem de tepen-
te, cuius hîc vsus. Sanè non totum corpus la-
uisse, sed solam faciem, in Græco est, nec sim-
plici crederem aquâ, sed medicatâ, de qua Gale- Galen.
nus lib. 3. de medicam. localib. Non procul ab
his in comenda Venere Claudianus. Claud.

Cæsariem tum fortè Venus subnixa corusco
Fingebat solio, dextra læuáque sorores
Stabant Idaliæ: largos hæc nectaris imbres
Irrigat:

Et vnxit se myro optimo. Græcè ἐχρίσατο μύρῳ 12.
παχεῖ, idest, *vnxit se vnguento pingui.* Post laua-
crum & balneum aptè se perfricuit vnguento:
id

Homer. id & apud Homer. antiqui moris, ſic in 3. Odyſſ.
*Αὐτὰρ ἐπεὶ λοῦσεν, καὶ ἔχρισεν λίπ᾽ ἐλαίῳ. Poſtquam
lauit & pingui oleo vnxit*: & alibi: *τὸς δ᾽ ἄρα
δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ. Hos poſtquam famulæ
lauerunt, & vnxerunt oleo* Quin aquam oleo
miſtam, vt interiùs peruadat, ad lenienda mem-
Ariſtot. bra, perhibuit Ariſtot. 5. problem. Quis fructus
Galen. vnguentorum poſt balnea, dedit Galenus lib 6.
de tuenda valet. c. vlt. Rem vnguentariam tam
odoræ litteraturæ meſſibus, tam ſuaui benéque
Sherlog. olente elegantiæ ſuffitu Sherlogus meus 2. tom.
in Cant. veſtigat. 2. tota ſect. 1. tractauit, vt vſque
ad hanc paginam, aura flante, illa poſſint odora-
menta venire: non enim aliquid ſpicarum ex
area fertili, quod noſtra manus carperet, dereli-
quit. Certè ſi vetera, (profana, ſacráve ſint)
euoluas, nullam arboris guttam, nullam corticis
lachrymam, nullum rami vulnus abſque vn-
guenti miniſterio reperies: è plenis phialis, con-
chis & glandibus aromaticus liquor emanat, ſeu
procurandæ ſaluti, ſeu artubus vegetandis, ſeu
hilarando pectori, ſeu auertendo veneno, ſeu
toros, limina, veſtes ſuffitibus honorando, ſeu
nuptialibus inſeruiendo delicijs. Parciùs iſtud
fœminæ ſacræ, quæ non vſque ad ebrietatem ſe
vnguentorum gurgite proluit, nec è varijs pul-
ueribus, quos illecebra attereret, odores arte vo-
luptatis extorſit; tantùm ſe myro optimo tinxit.
Gentian. Gentianus Heruet. in ſcholijs ad S. Clem. Alex.
lib. 1. Pædag. *Eſt*, inquit, *μύρον, id eſt, vnguentum
medicamentum liquidum, quo vngi poſſunt externæ
partes corporis: conſtat autem ex miſtione diuerſo-
rum medicamentorum.* Cùm myra ſeu vnguenta
à diuerſa materia ſeu loco diuerſum nomen ac-
Dioſcor. cipiant, de quibus Dioſcorid. lib. 1. Athen. l. 15.
Athen. non alia nota hîc adijcitur, quàm quod optimum
fuerit: nec eſt, quid curemus, è quibus granis
contuſis eliquatum, qualem odorem ſpirabat,
quæ vnguentarij manus condierit: non iſta
commentatoris ſunt.

13. Tantùm prætetire non licet, ſub ſuſpicioni-
bus eſſe, an totum corpus liuiſſet vnguento, an
ſoli crines liquorem hunc ebiberunt, vel faciei,
pedúmve cutis. In lauacro quidem, & vnguenti
imbre diſcrimen aliquod odoramur: nam cor-
pus lauiſſe profertur, ſe verò vnxiſſe, id eſt, me
iudice, eas tantùm corporis portiones, quæ in
pudicis fœminis ſolent admittere vnguenta. In
Græco os vtrique imbri, aquæ nempe & vn-
guento datur: *Et lauit os aqua, & vnxit vnguento
pingui.* Decet ſic cogitare de decenti fœminæ
manu, quæ illecebroſi luxus ignara, nunquam
didicerat, in odoribus membra ingurgitare, qua-
Antiphan. liter ex varijs vnguentorum generibus Antipha-
nes Poeta, quidquid corporis eſt, vngentem de-
ſcribit apud Athen. lib. 15.

Lauat is in aureo quodam ſolio: vnguento
Ægyptio pedes linit & crura,
Phœnicio buccas & vbera,
Si ſymbrino verò vtrumque brachium,
Amaricino ſupercilium & comam,
Serpillino ceruicem & genua.

14. Quòd Iudith comam capútve vnguento non
liuerit, ſubindicari videtur, tum quia in Græco
os tantùm madefecit, in Latino, myro ſe perun-
xit, & deinde ſignatè additur, quòd *diſcri-
minauit crimen capitis ſui*, nec aliquid de odo-
rato nectare ſuper crines effertur. Satis conie-
cturatum eſt, noluiſſe prudentem fœminam
liquore ſuaueolente caput ſpargere, quoniam
id apud Hebræos iucunditatis hilaritatíſque fe-
ſtiuæ erat indicium, vt S. Hieronymus auctor Hieron.
eſt ad illud Matth. *Tu autem, cum ieiunas, vnge* Matth. 6. 7.
caput tuum: vbi ait: *Iuxta ritum Palæſtinæ loqui-
tur, vbi diebus feſtis ſolent vngere capita.* Quod
non ſolùm viris, ſed & fœminis fuiſſe ſolemne
firmat Nouarinus lib. 11. ſched. num 35. ex Nouar.
Abraham filio Ezræ in cap. 3. Ruth Cùm igitur
Holoferni dictura eſſet Iudith, quòd profuga à
Bethulienſibus ibat, quorum animos occupaue-
rat tremor, dolórque funeſtus attriuerat; ne ali-
cuius feſtiuitatis, alacriſque animi apud He-
bræos vigentis præſtaret indicium, ſi caput vn-
cta proceſſiſſet, odoribus crinium pepercit: ſat
fuit illi de vnguentaria phiala deſumere, quod
intererat venuſtatis, cutémque molliret, ſplen-
doríſque inderet maieſtatem. Viri quidem Iu-
dæi, dum feſtiuos agerent dies, caput ſolùm, &
ad ſummum pedes vngebant, vt ab extremis
funderetur fragrantia, qua in ieiunijs abſtinuiſſe
diximus volumine 1. in c. 8. n. 122. ex S. Hieron. Hieron.
in Daniel. c 10.

Quòd Iudith ad oblectandas Aſſyrij nares, 15.
ſeu tergendam cutem vnguento ſeſe polierit,
in cauſa non fuit fœtoris halitus, & è corpore
graueolente vapor emiſſus, qui ſolet attribui
Iudæis, quem & contendit Sanctius ab illorum Sanct.
inteſtinis moleſtè eructari in cap. 2. Eſth. n. 16.
Quid noſtræ mentis ſit de hoc inamœno anhe-
litu, & an hæc calamitas ingenita Hebræis, non-
nihil prælibauimus volum. 1. cap. 4. n. 24. & in
c. 8. n. 122.

Quondam ante Romanam editionem non 16.
myro optimo, ſed *myrto* legebatur. An quia myr-
teus odor victricem fœminam præmonſtraret,
ſicut myrto coronatos milites dixit Tertullia- Tertull.
nus de coron. milit. telaque myrtea hoſtibus
terrorem incutiunt, de quo Cerdenſis 7. Æneid. Cerda.
in fine, vbi probat, quòd myrtus ſymbolum
fortitudinis ſit; quam quidem in oratione à
Numine popoſcit Iuditha? An ex myrto con-
fectum elegit vnguentum, quaſi in pulchritu-
dinis elogium, quia myrtus corona fuit Vene-
ris, cùm ad certamen pulchritudinis prodiit?
An quia Veneri myrtus dicata, vnde eam fru-
ticem notiſſimum eſſe Amori cecinit Auſonius: Auſon.
quaſi è myrteis granis contuſis dilutíſque in vn-
guentum, ſymbolum alliciendi amoris geſtaret
in fronte, venuſta fœmina, quæ ad flammas in
Holofernis pectus iaciendas ornabatur? Sic fa-
bulâ luſit Ouidius 3. de arte, vbi cum Venus lo- Ouid.
quuta eſſet ad puellas:

Nil niſi laſciui per me dicuntur amores:
Fœmina, præcipio, quo ſit amanda modo.
Quid vos perdiderit, dicam; neſcîſtis amare,
Defuit ars vobis: arte perennat amor.

Tandem finito Veneris alloquio, Poëta:

Dixit: & è myrto (myrto nam vincta capillos
Conſtiterat) folium granáque pauca dedit.

quaſi è granis & folio myrti eas de amoribus
erudiret.

Et diſcriminauit crinem capitis ſui.

*Diſquiritur quid ſit granos facere cri-
nes?*

Et diſcriminauit crimen capitis ſui. Græcè eſt: 17.
καὶ διέταξε τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, quod Græca.
Montanus eodem modo vertit, *Diſcriminauit* Montan.

Vatabl.
crines. Magis ad vocis significatum Vatablus *digessit*; vertit enim *Capillis capitis sui digestis*: *διατάσσω* enim est *compono in ordines*, *digero*; dictio de agminibus digestis, & in stationes compositis, apud Herodot. & Xenophon.

Herod. Xenoph. Ambros.
Erga cincinnos simili voce vtitur Ambr. lib.5. de Virg. *Alios cincinnos Nazaraeus habet, qui non calamistris compositi & arte digesti, sed multiplici crispantes virtutum nitentium gratia.*

Hieron.
Verùm scitè *discriminauit* Hieronymus vertit, quod propriè est *diuisit & discreuit*; quippe concreti erant cinere crines, puluereisque sordibus implexi, qui priùs pectinis dente diuidendi erant, vt in cincinnorum gratiam prodirent.

Pollux. Sanct.
Apud Pollucem lib.2. cap.3. capillos implicitos sordibus Comici appellant Σιβύνγγας. Sanctius alludi sensit ad discriminalia apud Isai.

Isai.3.19.
cap.3. vers.19. vbi autumat *discriminale* non esse instrumentum, siue *pectinem* dicas, siue *calamistrum*, discernendis crinibus accommodum, sed vittas, fascias, aut tænias, quibus innodantur capilli, instringunturque, ne volucres per collum vagentur aut genas. Do ego huic censioni firmum Mecœnatem,

S.Isidor.
S. Isidorum lib.11. Etym. cap.1. *Dicti crines, eò quòd vittis discernantur. Vnde & discriminalia dicuntur, quibus diuisi religantur.* Verùm *discriminale* idem alijs est ac *discerniculum*, quo capillus à capillo discernitur apud Varron. lib.4. de ling. Latina,

Varro.
& acus est, quæ crines diuidat ante frontem, cui se deuouet sententiæ Tiraquellus in

Tiraq. Lucil.
lib.3. connub. verb. *Discriminale*, ex Lucilio lib.30.

Emplocamo digitis, discerniculúmque capiuo.

18. Equidem *discerniculum* Græcis καλαμὶς est, cui in re hac duplex solet significatus affigi. Nempe ornamentum sit, quod circum capillos fœminæ gestant. Acum iam argenteam, in cuspidémque, detornatam, qua diuisêre capillos, etiam compta crispatáque, tænisque & vittis adstrictâ comâ, ipsismet capillis affixam, nostrates fœminæ venustatis gratiâ, quasi casu solent in turrito capillamento relinquere. Est

Henr. Steph.
& alia huius vocis notio apud Henric. Steph. qui inquit: *Græcos καλαμίδας propriè dixisse acus ex arundine factas, quibus mulieres cincinnos & velamenta capitis firmabant.* Id nunc & fœminei ingenij est: substernunt etenim ad firmandos gradus crinitos, capillitiúmque turrim, quid ferreum, quod *zaula* vocant; siué ad plicandos nodos arundineas inserunt acus, quæ rotundos capillorum orbes sustineant. Ego quidem sub vna voce *discriminauit*, tum acciperem pectinis officium, quod implicitos disiungat capillos, & quos concreuerat cinis, tricisque sordidis tumultuario ligamento deuinxerat, explicaret: tum quod in ordines, orbiculósque digessit; fingunt enim fœminæ quosdam ex capillis rotantes orbes, Hispanè *rodetes*, quibus vt diximus, arundines illæ ad firmitatem substernuntur, *discerniculáque*, id est, καλαμίδες possunt appellari, cùm non solùm capillum à capillo discernant, sed & à cincinno cincinnum.

19. Claud.
Orbes vocauit Claudianus de nupt. Honorij & Mariæ, qui impensè nobis conducit:

Hæc morsu numerosi dentis eburno
Multifidum discrimen arat: sed tertia retro
Dat varios nexus, & iusto diuidit orbes
Ordine.

Vbi vides, prima diligentia fuit pectine multifidum discrimen arare. *Multifidum discrimen*; Quod nequaquam significat, vt eruditi censuerunt, canales sulcósve, quales crinium manipuli distinguunt, hos enim arare non pectinis est; sed capillos ipsos quos natura multifidos coniunctimque diuisos dedit: quod discrimen multifidum puluis in Iuditha turbauerat, humúsque, siue cinis implicuit, & quasi ex vda humidaque qualitate glutinauerat. Inde opus, in naturale discrimen illos instrumento deducere atque diuidere, Simile quid omnino cecinit Callimachus: Callimach.

Οἴσετε καὶ κτένα παγχρύσεον ὡς ἀπὸ χαίτας
Πέξηται λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον.
Pectinem & ex auro producite, possit vt vdos.
Extergens crines pectine diuidere.

Inde pectine multifidus dens Martial. lib.14. epigr.22. Mart.

Quid faciet nullos hic inuentura capillos,
Multifido buxus qua tibi dente datur?

Dixit vlteriùs Claudianus: *Et iusto diuidit orbes ordine*; vt videas, quàm aptè, quòd Hieronymus vertit *discriminauit*, Græcus apposuit *digessit*: nam *digerere in ordines* proprij styli est. Orbiculos igitur ex capillis tornatos digessit in ordines Iuditha, Abræ ministerio, quæ retrò varios nexus dabat, orbiúmque aggerem componebat. Eodem fermè charactere Iuuenal. Sat.6. Iuuen.

Tot premis ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput.

Hæc est diuidua coma, discerniculis compta, & totis diuisa, quam dixit Ouidius 1. eleg. Ouid.

Candida diuiduáque colla tegente comà.

Ergo Iuditha crines in cincinnos disposuit, aggerítque rotatos circulos in super imponendæ mitræ firmamentum.

Sabaro in not. ad Sidon. lib.1. epistol.2. ad 20. Sabaro. Sidon.
illa verba; *Aurium Legulæ sicut mos Gentis est crinium superiacentium flagellis operiuntur*, perhibet, quòd hîc vetus Interpres pro *discriminauit* scholium subdidit, id est, *granam fecit*: ex quo contendit expendere, quid sibi voluerit Concilium Gotthicum Braccarense 1. Conc.Brac.
canon.29. dum sic sancit; *Item placuit, vt Lectores in Ecclesia in habitu sæculari ornati non psallant, neque granos Gentili ritu demittant.* Quidve intelligat S. Isidorus, dum lib.19. origin. S.Isidor.
cap.23. dixit: *Nonnulla gentes non solùm in vestibus, sed & in corpore aliqua sibi propria quasi insignia vindicant, vt videmus cirros Germanorum, granos & cinnabar Gotthorum, stigmata Britonum.* Igitur Auctor iste eruditè *granos* esse coniectat, sparsos & effusos crines, dictionémque merè Gotthicam & illius ætatis. Iuerunt in Sabaronis placitum, imò & verba, Cerdensis in aduers. cap.177. numero 13. Salmasius in Solin. pagin. 763. Cresolius mystag. lib.4. cap.12. lection.4. multisque ex sua litteraria apotheca, locupletat Sherlogus tom.3. in Cantic. vestigat. 32. numero 12. lattusque probat Gotthicæ capillaturæ fuisse, demissis crinibus aures obtegere, superiacentémque fluitare comam. Cerdas. Salmas. Cresol. Sherlog.

Multa nobis in his auctoribus placent: displicet tamen, granos cum diffusa coma confundere,

fundere, vt nescias, an cirri, an cincinni sint. Et quidem, quòd non absolutè crines sint demissi & liberi in aurium latibulum, seu ad comæ libertatem, quæ per collum, tempora, seu genas fluat, ipsummet veteris Interpretis scholium ad nostrum *discriminauit*, luculenter admonet: non enim Iuditha crines euentilandos ab aura reliquit, nec à vittarum compedibus carceréque, vt aures flagellarent, demisit, vtpote quæ mitræ non relinqueret fulcrum, pulchritudinique inuideret, non ædificato vertice, nec in orbes capillamento digesto. Nec sic lux datur Isidoro, qui, cùm *cirros Germanorum* præmiserat, addit quasi quid distinctum *granos Gotthorum*: S.Isidor. cirrus enim, vt ipsemet Isidorus edocet lib.11. Orig.cap.1. non differt à coma diffusa fluentéque: tamen quam vel natura crispauit, vel ferrum. *Coma*, inquit, *sunt propriè non cæsi capilli. Nam comas Græci calmos à secando nominant: vnde & cirrin κείρειν tondere dicunt. Vnde & cirri vocantur, quod etiam idem Græci μάλλον vocant.* Quod si consulas, quid propriè μάλλον sit? dicam, quòd vellus seu lana promissa, ex quo Hispanè *guedeza*, quasi *vedeza*, Couar. à vellere, vt obseruauit D. Sebastian. de Couarru. in thes. ling. Hispan. Ex quo liquet, quid distinctum significari in granis, quàm influentibus crinibus: quod enim à superfusæ comæ redundantia aures flagellentur, qualiter de Sidon. Gotthorum rege Theodorico dixit suprà Sidonius, nil inserit nouum, quòd sub granorum Pollux. nomine efferatur; cùm, vt obseruauit Pollux lib.2.cap.3. μάστιξ, quod *flagellum* significat, à promissis capillis nomen deducat: etsi semel cirri, id quod apud nos *guedejas* significent, nonnisi aurium flagella sunt; diffusis etenim crinibus legulas abscondunt, &, etiamsi intorqueat calamister, liberè serpunt & fluitant, genarúmque vsurpant spatia.

21. Sed & maximè si explicatum Sabaronis amamus, præterquam quòd Iudithæ capillamentum vagans nimiùm, incultáque negligentiâ pererrans relinquimus, nec quid fronti, quid apici capitis ornamenti criniti concedimus, non Conc.Brac. multâ luce donantur Concilij Braccarensis verba: *Nec granos gentili ritu dimittant*: quid enim opus de Gentili ritu promissam comam plectere; crinésque laxos per aures, siquidem id sæcularibus moris erat, sátque fuisset Ecclesiasticos admonere, ne in profuso capillo libidine Conc.Tolet. laicali torperent, sicut fecit Concilium Tolet.4. can.41. vbi iubetur Sacerdotibus à Leuitis, quòd solam circuli coronam infrà verticem derelinquant, subditúrque: *Non sicut hucúsque in Gallaciæ partibus facere Lectores videntur, qui prolixis vt laici comis, in solo capitis apice modicum circulum tondent.* Nec cum *laicos* dixit, *Gotthos* vtique subintellexit, vt eos à Sacerdotibus discerneret & Leuitis, cùm ex Gotthica origine plures tunc initiatos Sacerdotes & Leuitas, quis inficias ibit? Accedit, quòd Gentilis ritus à Concilio vocatur, demittere crines, auricularum percussores: non ergo de Gotthis agebat, ne illis paganismi iniuriam inureret.

22. Quid igitur sub *granorum* nomine venit? Suspicor, cincinni hac voce efferuntur speciali forma, seu figura constantes. Adnoto, quòd *cirros & cincinnos* synonymè solent accipi: proprietatis tamen amator Isidorus, in cuius enu- Isidor.

dationem conantur, *cincinnos* esse dixit lib.18. Etym.cap.5. idem quod *vncinoli*, sic fatur; *Capreoli dicti, quòd capiant arbores; sunt enim cincinni siue vnculi, quibus se innectere vites & suspendere solent arboribus: quo adminiculo freti palmites ventos turbines contemnere queant.* Ex quo vox ad crines deducta, cùm adstringuntur in nodos. Ausculta Pollucem lib.2. cap.3. Pollux. *Cincinnos, capillorum nodus. Vnde etiam fumi reuolutiones plocami dicuntur.* Hinc *plocamus*, quæ Græca vox est, apud Hesychium significat ἀνάδυξις τῶν τριχῶν πεπλεγμένων, id est, *nodi crinium nexorum*: vnde globuli illi seu vertices, quos densos fumus rotare solet, hac voce efferuntur. Quòd grani huiusmodi, cincinni rotati, vinctique, seu ex ipsa capillamenti natura, quæ crines crinibus aliquando plicat; seu ex cinerarij diligentia, seu ex tæniarum subsidio, suadet mihi nomen ipsum, licèt Sabaroni visum sit barbarum & absque nitore. Quidquid ad vites pertinet, luxuriantésque racemos, venustè ad capillamenti studia deducitur: de cincinnis iam vidimus, vtpote quibus se vites innectunt; Corymbos & annulos de capillorum nexibus dicimus; vnde etiam *comantes corymbos* dixit Plinius lib.2. cap.8. Plinius. & tamen corymbi, docente Isidoro supr. *sunt annuli, qui proxima quæque ligant, & comprehendunt, ne longius laxati palmites ventorum flatibus dissipentur. Racemi* vox accersitur ad comam. Nonnus lib.10. Nonnus. *Reiecta post tergum coma racemi flexuosi super splendidos currebant humeros, non complicat, suaui verò vnà concitati aurâ flatu leues inerrabant.* Cincinni quidem, quà nodati, racemorum exhibent formam, quod pulchrè innuit Apollon. lib.2. Argon. dum vocauit φλοχμοῖσι βοτρυόεντες, Apollon. Henr.Steph. id est, vt vertit Henricus Stephanus *capilli cincinnati, & in racemi formam nodati, seu nexi aut intorti*: vox est composita ex *plocamo*, seu *proxmo*, & *botro*: agnata cincinnorum formæ dictio; racemi enim, vt Plinius Plinius. dixit lib.16. in orbem circumaguntur. Profectò racemi acinus Hispanè dicitur *grano*: quid ergo mirum, quòd idiotismo Gotthico seu antiquo Hispano, cincinni, qui specialiter in acinorum formam desinebant, queis Gotthi vtebantur, *grani* dicerentur, sicut & Latinè & Græcè sub *racemi* forma, nominéque proferuntur?

23. Vide iam, si omnia conueniant. Præmisimus, quòd Iuditha capillitium in orbes deduxit, quod discriminare fuit, nempe intorquere, in cincinnósque rotare, seu tæniis, seu flexibus, inter quos sparsim curiositas fœminea consueuit, quosdam è pilis ipsis orbiculos seu globulos ad modum acinorum eruere, quos meritò Hispanè dices *granos*. En scholium veteris Interpretis expensum, qui pro *discriminauit* adiecit, id est, *granum fecit*, id est, in cincinnos diduxit, vt ipsamet Iudith clarè exponit infrà cap.16.vers.10. *Et colligauit cincinnos suos mitra.* Cincinnos nodo vinctos, luxuriantéque studio coactos, *granos* nuncupauit Concilium Braccarense, lectoribúsque inhibuit, ne de Gentili ritu sordidè fœdarentur: cincinnos enim innodare, fœmineóque more in resticulas cogere, non Christiani nominis, sed Ethnici fuit. Id prodidit de Atheniensibus Alexand. ab Alex. Alexand. ab Alex. lib.5.cap.18. *Produnt Auctores Atheniensium vetustissimos capillis colligendis cicadas aureas anne-*

Lucian. ti*cere*. Lucian. in nauig. *Maioribus nostris decorum videbatur senes coma luxuriare; religantes crobylum aurea cicada exceptum*. An vetulentis Gotthis & horum nodorum vsus, & racemi more in acinorum formam; quos *granos* dicamus, seu arctus, seu effusus cincinnus staret? Contemplare, Lector erudite, effigiem victoriati Gotthici, quam effigere studuit in sui scholij subsidium Sabaro supr. non inuenies vtcumque promissam comam, aures flagellantem, sed cincinnos, seu natura, seu arte diuisos, solidéque siue stantes, siue cadentes, qui in figuram acini, globulique desinunt: annuli enim in extremum sic gyrantur, vt modicum orbiculum oculis studiosis exhibeant; & licèt non exterius nodus appareat, quo cincinnus quisque vinciatur, non semper his opus, si ab arte seu natura sufficitur; sat est, quod cincinnorum proprium sit coercere capillum. Tertull. de cultu fœmin. c. 7.

Tertull. *Alia gestiunt cincinnis coërcere, alia vt vagi & volucres elabantur*. Quid simile Alexand. ab Alex. lib. 5. cap. 18. *Quamuis tradatur Parthorum esse capillum effundere, Germanorum iungere, Scytharum spargere*.

Alexand. ab Alex.

25. Vt ex præfatis aliquantulum quiescat animus, scrupulus quidam subsilit erga verborum Isidori seriem: *Vt videmus cirros Germanorum, granos & cinabar Gotthorum*. Si grani sunt vincti nodo crines, annulisque illaqueati, non Gotthi differunt à Germanis, nec cirri à cincinnis: dixit enim de Germanis Seneca, ex quo fortè verba nuper data exscripsit Alexander; dixit, inquam, epist. 125. *Quid capillum ingenti diligentia comis? Cum illum vel effuderis more Parthorum, vel more Germanorum vinxeris, vel, vt Scythæ solent, sparseris*: & tamen cirrus Germanis adscribitur. Sidon.

S. Isidor.

Senec.

Sidon.

Inter cirrigeras sitùm cateruas.

Et Germanica verba sustinentem.

Imò ex hoc scrupulo plenè res constabit. Germani non in plures nodos capillos illaqueant; vnicus cuique nodus est, quod innuit Alexand. ab Alex. supr. *Idem apud Germanos Cattósque, quibus rufus erat crinis; coactus in nodum*. Sic Martialis infra dandus. Non sic cincinni, qui dicebantur *grani*, vno quasi manipulo ligabantur, nec vittis vt plurimum egebant; sed ita inter se discriminati in globulos desinebant, vt granorum speciem redderent. Non omni crispitudini vna forma est, nec vnus cincinnis mos: ars, natura & acus sub vno torquendi genere dissimilia dederunt tormenta capillis. Esto cincinnos, si velis, quòd non diffideant à cirris, gestauissent Germani, alia forma cincinnorum erat, quos *granos* Gotthi appellitabant, sicut aliter Æthiopum crines cirrati sunt & intorti, aliter Sicambrorum, qui inter Germanos computantur. Martial. in Amph. epigr. 3.

Alexand. ab Alex.

Mart.

Crinibus in nodum tortis venère Sicambri,

Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.

Quod idem adnotare licet in rufatum horum gentium capillis; *cinabar* enim Isidorus Gotthis adscribit, nempe quo in ruborem crines extorquebant: & tamen Brittani comam etiam croco inficiebant, quibus autem quasi in peculiarem tesseram solùm stigmata dat Isidorus. Quin & flaua coma Germanis fuit, Claudian. de 4 consul. Honorij.

Claud.

Ante ducem nostrum flauam sparsère Sicambri Cæsariem.

Gotthi vniuersali voce *capillati* vocantur à Cassiodoro lib. 4. variar. c. 49. & certum est id moris pluribus gentibus, capillatas incedere. Ergo sub hoc genere adhuc capillamentorum species figuræque restant, quibus gens à gente discernitur. Esto igitur, quòd cirrati sint Germani, cirrati, & cincinnati Gotthi, species modulúsque diuersus in statione cirrorum cincinnorúmve effecit, vt Gotthorum cincinni *grani* dicerentur; quò à cæteris irent distincti, Gotthos non solùm promissa coma, sed & incrispata, calamistratáque visos, innuit Iulian. infrà dandus in aduers. num. 416. Cassiod.

Et imposuit mitram super caput suum.

Et imposuit mitram super caput suum. Non facilè est, quale vertici ornamentum addiderit Iuditha. Lyra censuit sibi imposuisse, quod nos *cofia*, Latinè autem siue *Calanticam* dixeris, siue *Credemnum*, siue *Catapasma*, de quo Pollux lib. 7. cap. 22. Adhæret huic censioni aliquantulum Sanctius, qui tamen putat vittas esse, siue fasciam bracteatam, qua vertex fœmineum solet redimiri. Ego quidem à vittis & redimiculis mitram hanc, qua Iudith vsa, disiungerem: nec Sanctius his tantum debet esse contentus, quippe qui discriminalia pro tæniis & vittis, quibus crines ligantur, in præcedenti dictione accepit. 26. Lyra. Poll. Sanct.

Mitra non vnius significatus est. Scholiastes Aristophanis μίτρα, inquit, διάδημα, ἢ ζώνη, *Mitra est, diadema aut zona*. Equidem primarius significatus *cinctus*, seu *cingulum* est à Græco μίτος, id est, *licium*, seu *filum*: quare μίτραν λύειν *zonam soluere* de nouis nuptis apud Apollon. Argon. 1. Vnde & fœmineæ, mitræ non tantùm vertici adscribuntur, ipso Apollonio teste lib. 3. Argon. apud quem Medea radicem quandam mitræ imposuit, quæ illi circa vbera pendebat: inde etymon solet deduci ἀπὸ τοῦ μίτρα ζώνη, id est, cingulum seu balteum ad illa adstrictum. Certè hoc significatu non gaudet, cùm fœmineum verticem ornare dicitur: potiùs sublimis quædam coronula est à calcaritiea distincta, quæ eminet ex subtili quadam lamina, seu papyraceo, bracteolis argenteis, seu aureis vestito, quale nunc respicere est, etsi non pluries in vrbanis puellis, in his tamen fœminis, quæ rurales sunt, & diebus festis turriculam quandam gestant in vertice, quæ à longè eminet, vibrátque & tremit ex laminiculis splendentibus, signúmque notissimum nobis ingerunt, ab Arabibus fœminis quibus olim Hispania nostra scatebat, instructum huius diadematis traxisse suggestum. Quò more Africanæ fœminæ adhuc apud nos ornarentur, perhibet Iulian. in aduers. num. 416. *Afferunt fœmina cyclades & crepidas & mitriolas in capitibus; gestant pallia diuersis coloribus variegata, quæ habent super mitriolis, pendent vsque ad talos; vtuntur sericis thoracibus, capillos incrispant more Gotthico, & calamistrant*. En in Africanis Palæstinarum mulierum ex ornamentorum ingenio specimen. Inde Catullus in Argon. de Ariadna. 27. Aristoph. Apollon. Iulian. Catull.

Non flauo retinens sublimem vertice mitram.

Alij legunt *subtilem*: subtilis quidem & sublimis erat. Nec distat, quòd Isai. 3. vers. 19. *mitras* Isai. 3. 19.

vertit

Hieron.
vertit Hieronymus, vbi Hebraïcè *rabbaloth*, quæ vox tremorem ſignificat; à ſubtilitate enim & ſublimitate tremebat, ſiue quia lamina aurea tremiſcere ſolet radiis obiecta.

28. Innoc.
Ex quo, ni me mea fallit opinio, cenſeo Pontificum diadema mitram apicis Pontificij dici ab Innocent. III. ſerm. in Feſto S. Syluestr. quam primi Eccleſiæ Antiſtites imitati ſunt ex S. Iacobo Apoſtolo, qui bracteatam laminam gerebat in capite, vt dixi tom. 1. Obfirmet noſtrum

Euſtath.
placitum Euſtathius, qui mitras ait eſſe *στεφάνας*, id eſt, *coronas*; & propriè *στεφάνους γυναικείους*, *fœmineas coronas*. Fuiſſe autem hoc ad exaggerandam pulchritudinem ornamentum, ſuadet, quòd cecinit Claudian. lib. 2. de rapt.

Claud.
——Libertatémque comarum
Iniecta voluit tandem frænare corona.

Quòd mitra hæc ſeu corona reticulis ſeu redimiculis ad caput illigaretur, occaſionem dedit cogitandi, non aliud in mitra ſignificari, quàm in redimiculis & vittis. Mitram ligaminibus

Propert. Ouid.
nectit Propert. lib. 2. el. 19. & Ouid. in epiſt. de Hercul. etiam redimiculis adiungit: non tamen velim, quòd ſic delufus redimiculum eſſe contendas id primum quòd mitra hic, vt ſit quod Hiſpanè dicimus *redezilla* ſeu *cofia*; licet verum ſit, quod hæc Iudithæ mitra cincinnos capitis colligabat, vt ipſa infrà canit cap. 16. verſ. 10.

Iudith 16. 10.
Et colligauit cincinnos ſuos mitra; non enim vna mitra plures colligaſſet cincinnos, niſi qua ſuper verticem hæc coronula eminens inferiùs impexos plocamos conſtantes, & firmos conſtringeret. Hæc ſi tibi inſideant, agnoſces quantum mitra nuptiali flammeo diſſideat: quod tamen cum mitra cognationem habere contendit

Sherlog.
Sherlogus tom. 3. in Cant. veſtig. 28. n. 8.

Et induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ.

29.
Et induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ: id eſt, quæ genialibus gaudiis inſeruierent. Nec aſſen-

Vatabl.
tio vtcumque Vatablo, qui ſcholiat, id eſt, *quibus diebus feſtiuis & lætis ornabatur tunc cum floreret cum marito ſuo Manaſſe*: Licèt enim hæc expoſitio non diſſideat à verſione Græca; veſtes iucunditatis ſuæ velim ſignatè dici, quibus ornata fuit in nuptialibus tædis, primóque lætitiæ genialis apparatu. Quidquid enim iucundum, quidquid de hilaritatis fonte manabat, in connubij facibus ad lætitiæ cumulum trahebatur: vnde veſtes dicebantur iucundæ ſicut & dies & cubile & voces & conuiuia. *Hilariorum dies*, ſeu *hilarij* nuncupabantur, cùm quis pri-

Max. Monac.
mùm vxorem duxerat, apud Maxim. Monach. in Scholiis ad S. Dionyſ. Areopag. Inde *nuptialia*

Auſon. Burd. Ier. 25. 10.
feſta, apud Auſon. Burdegal. epiſt. 13. Ierem. 25. verſ. 10. *Perdámque ex eis vocem gaudij & vocem*

Chryſol.
lætitiæ, vocem ſponſi & vocem ſponſæ. Chryſolog. ſerm. 31. *Qui quærit ſponſam, reliquit auſtera, totum ſe dat gaudiis, totus amabilis, totus feſtiuus incedit.*

Catull.
Catullus.

Sed connubia læta, ſed optatos hymenæos.

30.
Igitur è diuite repoſitorio veſtes reproduxit Iuditha, quæ nuptialem pompam hilararunt; vel potiùs quas ſponſus Manaſſes in antenuptialium donorum præſtiterat numerum: quod pro-

Suidas.
bare potero ex Suida in Holoferne: *Iudith ſponſæ ornatu egreſſa decollauit Holofernem*. Ornamenta, quibus indueretur ſponſa, à ſponſi liberalitate veniebant; inter quæ præcipuè veſtes Iu-

lian. orat. 1. de nupt. Conſt. *Exquiſitarum veſtium ac donorum generis omnis, & monilium ac coronarum ab Imperatore miſſarum ingentem quendam cathalogum iniſtituimus*. Iulius Capitol. in Maxim. Iul. Capitol.
iun. *Præter veſtes auratas & omnes regias, cæteraque inſignia ſponſaliorum.* Iucundam ſponſalitij pompam ſedula Iuditha reduxit, damnatáſque tenebris, & ſub furuo viduitatis latibulo tectas veſtes luci reſtituit, vt quaſi ſponſa prócedere de thalamo ſuo, bellatríxque exultaret ad hoſtile tentorium. Auguſt. ſerm. 67. *Gemis* Auguſt.
ſua vindex ſumpſit ornamentorum arma, non de bello nuptias ſubitura, ſed vt de ciuitate bellatrix procederet ſponſa: ac ſi tunc iucundos duceret hymenæos, virúmque reduxiſſet è funere, vt reaccenſis tædis, noua antiqua ſponſa prodiret. Ea eſt viduitatis caſtæ, honeſtæque fortitudinis virtus, vt fauillas videatur, frigidóſque viri cineres animare, flammâ nobilis vigoris afflatâ. Vinces, vinces Heroina; non vidua iam, ſponſa pergis, marito graderis comitata, vitam refudiſti ſepulto, vt viuenti Holoferni mortem incutias.

Non reluctabor, largè veſtes iucunditatis accipere, quas poſt tranſactos hilariorum dies, 31.
nuptialíſque feſto peracto, coram coniuge ſuo veſtiebat, vt Ambroſio morem geram lib. de viduis: *Vt commentitium strueret dolum, veſte illa* Ambroſ.
iucunditatis, quam viuente viro veſtire ſolebat, ſe induit, quaſi placitura viro, ſi patriam liberaret. Oportuit teſſeram caſtitatis geſtare, dum in inimica caſtra pergebat, venuſtatiſque lenocinio erat perditura Holofernem, vt à fortitudinis datore Numine noſceretur. Coniugalis ornatus ſignum & tutor pudoris fuit, ne inter præcipitia virtutis, inermis & eneruis fœminæ caſtitas caperetur. Ne alium ſibi cogitando parauiſſet maritum, cui videndo nupſiſſet; ſe priſtini viri nouiter præoccupatam, in habitu nuptiali demonſtrat, quo & procos arceret, & liberè facinus intentaret. Pergit Am- Ambroſ.
broſius: *Et bene coniugales pugnatura reſumpſit ornatus, quia monimenta coniugij arma ſunt caſtitatis. Nec enim vidua aliis aut placere poſſit, aut vincere.*

Quas iucunditatis veſtes reſumpſit Iuditha, 32.
quis coniectabit? Si fuerunt prima ſponſalitij ornamenta, ſuſpicari poſſes Flammeum tuliſſe, quòd ſponſarum tegmen eſt Martial. lib. 11. Mart.
epigr. 79.

Flammea texuntur ſponſæ: iam virgo parata eſt.

Hoc quidem amabant coniuges in connubij ſtabilis auſpicium, quippe quo Flaminica, ſcilicet Flaminis vxor, quæ diuortij incapax erat, tegebatur: Flammeis autem Hebræas ſponſas vſas fuiſſe vult Sherlogus tom. 3. in Cantic. ve- Sherlog.
ſtigat. 28. num. 8. Nullum ſtabilius connubium, quàm quod poſt viri cineres perſeuerat. Si adhuc defuncti mariti quaſi ſibi ſuperſtitis Iudith ſponſa procedit, coniugali veſtimento dotata, quo aptiùs quam Flammeo tegetur in ſymbolum conſtantiæ nuptialis? Accedit, quòd Ca- Caſtal.
ſtalio Geneſ. 24. quod *theriſtrum* Græcè vertit, Gen. 24.
Flammeum. Nec ſuſpicionis expers hæc Caſtalionis verſio videtur, quoniam theriſtrum *meſſoria veſtis* dicitur à Gualthero; nuptiæ autem hoc præcipuè anni ſitu in Palæſtina celebrantur.

Obſeruauimus non ſemel, quòd Aldhelmus 33. Gualth.
de laud. virginit. cap. 18. dixit: *Iudith filia Me-* Adhelm.

viri post obitum Manasse, sumpto viduitatis theristro, & strato sponsali peplo, blanda procorum lenocinia contemnens, &c. Viduitati Theristrum inauditâ nouitate attribuit, cùm potiùs de Tha-
Gen.38.14. mar dicatur Gen.38.vers.14. *Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum.* Quin Aldhelmus peplum à theristro discernit, illúdque sponsæ, hoc viduæ adscribit; cùm tamen, vbi Cant.5.
Cant.5.7. Septuag. Ambros. vers.7. *Tulerunt pallium meum mihi*, Septuaginta vertant *theristrum*, Ambrosiúsque exponat *nuptialem peplum*: quo pallij genere etiam theristro apud Septuaginta, nuptura Rebecca dicitur se
Gen.24.66. obtegisse ad futuri sponsi conspectum, Gen.24. v.66. Non sine conatu, oleíque sumptu, morali licèt calamo, sensum aliqualem Aldhelmo præstitimus tom.1. in catena Paneg.n.53.

34. Hæc nobis nunc sententia insidet, neutiquam theristro ornatam perrexisse Iuditham, nec Flammeo velatam: Flammeum enim siue Theristrum, capitis velamentum erat S. Isidorus
S.Isidor. lib.19. Orig.cap.24. *Quo vsque hodie Arabiæ & Mesopotamiæ mulieres velantur, quibus in æstu tutissimo teguntur vmbraculo*: desinebat quidem in humeros, æstum defendebat à cute. Obuius est
S.Hieron. Hieronymus ad cap.3. Isai. *Theristra, quæ nos palliola possumus appellare, quibus obuoluta est Rebecca, & hodie quóque Arabia & Mesopotamia operiuntur fœmina.* Græcè θέριστρα, *ab eo quod in θέρει, hoc est in æstate & caumate, corpora protegant fœminarum*: *corpora* intellige, id est, *capita*. Dedi obuia verba, quæ nullus reticet, vt verticis & frontis tegmen fuisse compareat, quin &
S.Basil. occuluisse vultum. Quare S. Basilius ad Isai.3. *Theristrum vestis est superior, quam sibi per æstatem circumponebant, ne immoderato æstu grauarentur.* Ex quo duo animum à theristri suspicione inter Iudithæ vestes abducunt: primum est liberam, non velatam pulchritudinem tulisse in hostem, oculorum laqueo capiendum, nec sub theristri; etsi non densi, sed subtilis, latibulo debuisse abscondere venustatem, quæ erat negotiatura victoriam. Vnde vix extulit à muris Bethuliensibus pedem, cùm Assyriorum excubiæ non auarâ licentiâ, nec à velamine præstitâ facultate in faciem fœminæ oculos iniecerunt, infrà vers.14. *Considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur.* Idipsum acciderat vers.7. Principibus ciuitatis, qui expectabant in porta; & vers.17. Holoferni, qui *statim captus est in suis oculis.* Quid ergo theristri inuolucrum opus? Defensio ab æstu: Imò secundum est, quod à coniectura mentem auertit; theristrum vestem
Pollux. esse messoriam, vt liquet ex Polluce lib.7. c.17. Quin ex quadam coniunctione huius vestis ad
Varin. messem, *theristrum* apud Varinum falx messoria nuncupatur. Quòd æstium velamen sit, ne cutim torreat, obtenebrétve Solis ardor; humerósque leues relinquat, commune placitum est
Suidas. Hesych. Hieron. Basil. ex Suida, Hesychio, datísque iam Hieronymo & Basilio. Anni tres & menses sex fluxerant, postquam Iudith viduitatem agebat marito sepulto, quem in diebus messis hordeaceæ, manipulis incumbentem, æstus falce mortis demessuit, vt liquet suprà cap.8.v.2. Non igitur nunc, cùm Iuditha secedit à domo, æstiui rigoris tempestas est, nullæ metuntur spicæ, ac proinde messorio theristro peregrina nostra indigere non valuit. Certè in diebus messis ad Damasci fata appulit Holofernes, indéque plures prouincias inuadens, denique in terra Gabaa castra metatus est, & per triginta dies præliaribus copiis otia permisit. Vtramque supputationem si bene perpendas, inuenies non anni statum proprium nunc esse theristri, cuius pallioli subtilitas cogit nos de eo dicere, quod aliàs Petronius: Petron.
Æquum est induere nuptam vestem textilem; palam prostare nudam in nebula linea: quod Hispanæ fœminæ dicunt *manto de sopillo y de humo.* Suprà cap.8. n.87. innuimus in mense Augusto facinus suum egisse Iuditham, quod sic intelligas volo, si in principio Martij occubuit Manasses: cæterùm si in fine, September fuit, quando ad Holofernem progressa est. Verùm quia annis tribus & mensibus sex ante Holofernis cædem mansisse in domo viri perhibetur Iuditha suprà cap.8. Si penitus transacti sex menses accipiantur, & occubuit Manasses, declinante iam Martio, mensis October egressui fœminæ è Bethulia, concedendus est.

Sciscitemur ab ipsa Iuditha, quemnam gestauit amictum, qui comptam pulchritudinem, 35.
nobiléque corpus vestiret, non de meretricio signo turpem, sed honestam Matronam, decentem; non de togaro scurrilium impudicarúmque grege, sed de generoso strenuæ fortísque mulieris subtegmine textum. Respondebit illa: Stola fuit; nam infrà cap.16.v.10. canit. *Accepit* Iudith 16. 10.
stolam nouam ad decipiendum illum. Hic erat nobilium Matronarum, & de castitate, non de corpore prostituto merentium honoratior ornatus. Hac insignitus pudor ab impudicitiæ victimis distinguebatur. Mutuemur tria loca à Tiraquello Tiraq.
in l.3.connub. Valerius Max.lib.6.cap.1. cui *de* Valer.M
pudicitia titulus est. *Te custode, Matronalis stola censetur.* Ouid.lib.3.de ponto epist.3. Ouid.

Scripsimus hæc illis, quarum nec vitta pudicos
Attingit crines, nec stola longa pedes.

Tibull. lib.1. eleg.6. Tibull.

Sit modò casta, doce, quamuis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes.

Cuius generis & caloris vestis Iudithæ fuerit, percontaberis. Scis iam stolam fuisse, cui ad- 36.
modum adridet attributum titulúsque, quem vestimentis suis applicuit, nempe *vestes iucunditatis* appellans: quippe in Pontificali, dum Antistes collum Leuitæ circundat stola, hæc verba pronuntiat: *Stola iucunditatis induat te Dominus*: quàm cum ad sacrum ministerium sibi Leuita componit, inquit: *Gaudium merear sempiternum.* In cœna, quæ falsò inscribitur S.Cypriano, ad calcémque operum eius habetur, éstque etiam apud Morel. & in M.S. Dunensi & S.Nicolai Tornac. discordátque nimium à Cypriani decore & stylo, veteris & noui Testamenti personæ variis vestibus induuntur. *Dabo,* S.Cypri.
inquit, *singulis singulas cœnatorias vestes. Primus itaque omnium accepit Zacharias albam, Abraham passerinam, Loth sulphurinam, Lazarus lineam, Ionas cæruleam, Tecla flammeam, Daniel leoninam, Ioannes triclinam, Adam pelliceam, Iudas argirinam, Raab coccineam, Herodias cardinam, Pharao marinam, Enoch cælinam, Agar variam, Dauid neruinam, Helias aéream, Eua arborinam, Iob biplagiam, Esaias mesotropam, Maria stolam, Susanna castalinam, Moyses conchylinam, Abel purpuream, Leui spartacinam, Thamar colorinam, Azarias carbasinam, Aaron murrinam, Iudith hyacinthinam.* Cuique ex vestiario iuxta meritum, & operi suo vestem accommodat Auctor iste, cu-

iúsque

iúsque auctoritatis sit, cui non multum defero, vtpote qui ridenda plurima interserat. Cur Iudithæ hyacinthinam applicat?

37. Dissidium non modicum est cuiúsne coloris sit hyacinthus; siue flos, siue gemma? Erudito plenóque calamo disserit Alcazar in cap. 21. Apocal. vers. 20. notat. 30. Diuersus, imò aduersus illi color solet appingi; furuus ei, ferrugineus, nigérque & funestus datur. Virgil. 4. Georg. *ferrugineos hyacinthos* dixit. Philo lib. de congressu ait: *Hyacinthus niger est naturâ.* Columel. *niueum & caruleum* vocauit, *purpureum* Manil. & S. Isidor. innuítque Plinius. Solinus ait: *Vitiis est non parcè obnoxius: nam plerumque aut violaceo diluitur, aut nubilo obducitur, aut albicantius in aquaticum eliquescit. Optimus in illo tenor, si nec densiore fuco sit obtusior, nec propensa perspicuitate detectior.* *Candidum* nuncupauit Pamphil. *Luteolum* Remaclus; *rubeum* Faustus & Virg. in Bucolic. Equidem quòd alicuius funesti symbolum sit; testis est Ouid. 10. Metam. Hyacinthi pueri fabulam canens:

Ipse suos gemitus foliis inscribit, & hya
Flos habet inscriptum, funestáque littera ducta est.

Quasi querulus flos sit, vocalísque coloris lamentis suam funestam eiulet cædem: quare Theocr. in epitaph. Bionis ait: *Nunc loquere hyacinthe tuas litteras ai ai;* quod eruditè tractat Cerdensis lib. 4. Georg.

38. Ergóne Iudith hyacinthina vestis tribuitur, quasi hoc sit viduitatis insigne, magísque gaudeat funesto subnigróque amictu, quali defunctum coniugem eiulabat, quàm splendenti & rutilo, quo Tyrannum occidit? ideò enim ingulato Holoferne ad pristinas se viduitatis sordes reduxit, vt semper agnosceretur ex veste, quæ castitatis eius tessera fuit. Non alio quàm hyacinthino ornamento etiam post victoriam sibi blanditur, & in die retributionis hanc in beatitudine vestem resumit. Vnde *vestes iucunditatis* nominauit, quas ad breue interstitium depositis vidualibus accepit, vt notaret, vidualem amictum lugubrem esse, eóque hyacinthum suas fenestras querulásque litteras geminat *ai ai.* Ambros. lib. de viduis. *Nec his tamen elata successibus, cui vtique gaudere & exultare licebat iure victoria, viduitatis reliquit officium; sed contemptis omnibus, qui eius nuptias ambiebant, vestem iucunditatis deposuit, viduitatis resumpsit; nec triumphorum suorum amauit ornatus, illos existimans esse meliores, quibus vitia corporis, quàm quibus hostium arma vincuntur.* Hieronym. epistol. 10. ad Furiam. *Vincit viros fœmina, & castitas truncat libidinem, habitúque repentè mutato, ad victrices sordes redit, omnibus seculi cultibus mundiores.* Quid? Iam non semel monuimus, quòd Iudith ad Gotfridum viterb. idem sonat quòd *vidua:* vt vestis & nomen cum statu viduitatis conueniant.

39. Quisque color ex præfatis hyacintho detur, vidualis, absque nimio oleo potest probari. De furuo, nigro, ferrugineóque constat. Si purpureus aut violaceus est, nigredinem etiam refert, iuxta illud 4. Georg. *Viola sublucet purpura nigra.* Scribítque Baronius tom. 4. ann. 393. num. 48. violaceo colore, Ecclesiæ ministros antiquitus vestiri, qui postea quasi ex paruo discrimine flexit in nigrum. Ex quo Sherlogus tom. 3. in Cant. vestig. 32. num. 34. obseruat, Christi Domini vestes ad hyacinthinum colorem, siue obscurum azurinum declinauisse. Alcazar supr. adnotat, quod Dionis. Afer, interprete Eusthatio, ait Indorum cutem quasi hyacintho similem esse, Hispanè *verdinegro.* Si niueus & albicans sit, quod non intelligas de primo niuis candore, floréque albido lucis, sed potiùs de subalbido, vel in aquaticum liquescente, non à coniectura abhorrebis, si viduali amictui deputetur. Scio communi litteratorum calculo receptum esse in funestis & lugubribus euentibus nigricare indumenta, & non nisi pullis vestiri, quos tetigit dolor. Attamen in veste candida, funera celebrata non vnus protulit Plutarchus cap. 25. problem. sed & Siracusanis candidus fuit amictus sepeliendo Timoleonti, & Græcis fœminis ad inferias pangendas publico in luctu vestis albicabat. Quid de Hebræis? Vestes candidas eis fuisse pœnitentiæ signa, ac proinde luctus, perhibet R. Leo in suo rituali c. 6. p. 3. Fortassis ideò, quia candida Sindon corpora defunctorum solet inuoluere. S. Eulogius lib. 3. memorial. Sanct. c. 10. *Nec mora, vt erat lineis indutum cadauer,* &c. Sat est illud Dominici corporis tegumentum Lucæ 23. v. 53. *Depositum inuoluit sindone.* Quid quod ornatui viduali aliquantulum concedamus candorem, vt apud nostrates antiquissimi moris est? viduæ etenim super pullam pallam candida ad caput & humeros amictoria prendunt: quem morem Garzia de Loaysa in not. ad Conc. Tolet. 4. can. 56. autumat manauisse ab albis velaminibus, quæ olim religiosis viduis imponebantur. Hæc quidem amictoria ex sindone sunt, vtpote linea seu lintea. Scio, quòd antiquè sindones, annuente S. Thoma in cap. 3. Isai. subtilia velamina erant, quibus operiuntur humeri quorum formam depingit Leui Benzemerah in cap. 31. Prouerb. apud Ramirezium in not. ad Luitprand. Chron. *Commune,* inquit, *in Palæstina, Arabia & Ægypto indumentum erat; hoc tamen discrimine, quod à viris humero nodatum sinistro, ad talos vsque demissum ferebatur; à fœminis verò venusto redimitum ambitu per brachia ad summitatem capitis aptabatur: & sic nuptis ornamentum & peplum, virginibus verò ornamentum & velamen erat.* Adderem: & viduis, si ex densiore solidioréque licio sit: eandem equidem formam præferunt vidualia amictoria, quæ nos *tocas de viuda* dicimus.

Redeamus iam: In veste hyacinthina, viduitatis emblema probauimus, cuius elogio amat adhuc vestiri Iuditha. Sed & potest non sine soliditate cogitari, illi hyacinthinum ornamentum aptari, vtpote regium & cum purpura de nobilitate contendens: hoc enim non solùm Proceritas, & sed Maiestas incedebat vestita. Esth. 8. v. 15. *Fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & aëriis.* Ezech. 23. v. 6. *Vestitos hyacintho Principes & Magistratus.* Eccles. 40. v. 4. *Ab eo qui vtitur hyacintho & portat coronam.* Non iniustus hyacinthinus ornatus Iudithæ, quæ *nobilissima* ab Origene nuncupatur homil. 11. in Indic. cap. 7. *imperatrix* à Chrysostomo homil. 60. in Ioann. *Venerabilis* à S. Iacobo Thadæo, apud Clement. lib. 8. constit. c. 51. 40.

Induítque sandalia pedibus suis.

Induítque sandalia pedibus suis. Nú scitè dicitur indui, quod calceatus? Sanè apud Non. Lucilius? 41.

Cernuus ex templo plantas conuestit honestas.

Cernuus autem calceamenti genus est. De Socculis Plinius (Plinius.) lib.37. cap.2. *Qui super omnia muliebria Socculos induebat è margaritis.* Vbi vulgata (Isai 3.18.) in Isai.3 vers.18.legit: *In die illa auferet Dominus ornamenta calceamentorum*, Septuaginta legunt (Hesych.) *vestimenta.* Hesychius βλαυτοῦν esse, *induere sandalio.* (Salmas. Plinius.) Quare non fero emendationem Salmasij in Plinium lib.33.cap.11. *Nostráque ætate Poppæa coniux Neronis Principis delicatioribus iumentis suis soleas ex auro quoque induere solebat*; scribit ille *inducere* pro *induere*; sicut in Apuleio (Apul.) lib.2. *Et cum dicto iuuenem quempiam linteis amiculis intectum, palmeis baxis indutum* scribendum contendunt Critici, *inductum.* Abeant quotquot sic emendant, cùm, vt vidimus, latissimè dicatur induere calceum. Scio quod Tertullianus de (Tertull.) pallio cap.9. dixit: *Inducit calceum.* Et cap.5. *Si quid calceus inducitur.*

42. *Sandalium*, notissimum calceamenti genus est, quod supernam pedis faciem liberam relinquit & nudam; ligulis desuper stringitur & obstragulis: quare à crepida non distinguerem, de qua Plinius lib.9. cap.35. cùm sermonem de (Plinius.) Margaritis instituit, inquit: *Quin & pedibus nec crepidarum tantum obstragulis, sed & totis socculis addunt.* Quòd à crepida non dissideat, liquet ex Athen. lib.8. vbi planè sandalium confundit (Athen.) cum crepida, quæ Græcè est βλαύτη. Crepidas exponit Agellius lib.13.cap.21. *Quibus plantarum* (Agell.) *calces tantùm infima teguntur, cætera propè nuda & teretibus habenis iuncta sunt.* Fœminis hic calceus quondam in deliciis, in quibus cura olim, ne pes stricta pelle angeretur, sicut è contrà viris, vt Hieronym. epist. ad Eustoch. dixit: (Hieron.) *Si pes laxa pelle non folleat*: id est, ne laxitatem cauitatémque follium imitetur. Plurimus in sandaliis luxus, quorum redimicula vnionibus spargebantur: quin Menander in Mysogyne di- (Menand.) xit: *inauratas sandalothecas*, id est, *capsulas sandaliorum.* Inde & Diis calceus iste, vnde Apollo *sandaliarius* apud Sueton. in Aug.c.57.& Cupi- (Sueton Philostr.) do cum sandaliis inauratis apud Philostr. in imaginib. Sandalio Mineruam induit Phidias apud Polluc. lib.7.c.22. Ex quo miror, quòd vbi Satyrographus sat.8. dixit:

(Iuuenal.)
Inter carnifices & fabros sandapilarum,
Et resupinati cessantia tympana Galli.

Vetus scholiastes, sandaliorum sutores, ac per hoc abiectæ sortis homines intellexerit: cùm potius fabri sandapilarum sint, qui faciebant sandapilas, id est, feretra, quibus damnatorum corpora, plebeiorúmve iam spiritu vacantia portabantur, vt ibi probat Ioann. Britann. ex (Ioan.Britan. Fulgent. Tranquill.) Fulgentio & Tranquillo, notáque eruditio est. Non igitur *sandalium* nisi honori decorique fuit, etiamsi verberibus incutiendis solebat aptari, iuxta illud Terentij in Eunucho: *Vtinam* (Terent. Donat.) *tibi commitigari videam sandalio caput*: vbi Donatus inquit: *Mirè calceamento caput verberari.* Quod non miretur, agnoscat, sandalium, vt diximus, corrigiis obstragulísque ad pedem circumuolui: vincula autem hæc & quasi lora verberibus & flagris apta sunt. Quare Hesychius (Hesych.) id, quod Græcè dicitur βλαυτοῦν, significare ait ὑποδέειν ἢ παίειν, id est, *induere* ait *verberare sandalio.*

43. (Lyra.) Lyra hîc pro sandaliis scholium subdit: *Id est, calceamenta æstiualia, corium desuper non habentia.* Iam obseruauimus supra non æstiua tempestate, cùm sol incandet, Iuditham è Bethulia in inimica castra perrexisse: quoniam tres anni séxque menses lapsi erant, ex quo fuit viduata viro, qui in diebus messis ab iniuria deflagrantis æstus occubuit. Quare nunc, si Martio mense iam declinante, hordeacea spica metitur Palæstinis, de quo egimus ad cap.8.v.2.n.57. aliquot dies confecerat October, cùm suum facinus Iudith aggreditur: nec ab æstu potuit cutem defendere, pedúmque deligere nuditatem, ne concitatus gradus, solísque radius nimium incussissent calorem. Cur ergo pudica fœmina pedes sibi seminudos permisit, nec, quòd frigus constringeret, putauit iniuriam, nec, quòd paterent oculis, censuit calamitatem pudoris? Nudus pes in fœmina non bene cum vestitu decoro connectitur, multúmque adiumenti pulchritudini detrahit, formæque nobilitatem extinguit. Terent. in Phorm. act.1. scen.7. (Terent.)

Nihil adderat adiumenti ad pulchritudinem
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida,
Lachrymæ, vestitus turpis: vt ni vis boni
In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent.

Plutarch. in præcept. connub. num.31. inquit: (Plutarch.) *Ægyptiis mulieribus vti calceamentis patrius mos non fuit, vt sese domi continerent*: Alexand. ab (Alexand Alex.) Alex. lib.5.c.18. *Cum nudo pede extra septa prodire nefas foret.* Bene hæc. Sed pulchritudinis amor, venustatísque publicandæ studiositas multum sibi de patientia conciliat: in media bruma Aquilonis rigoribus, dum spectatoribus obiiciat, non solùm cum lata scapularum portione, sed & orbes vberum non dimidiatos obiicit. Venustas nec in æstu calet, nec alget in frigore; dum canis vrit, Indorum pondera baiulat, dum gelu sistit fluenta, sericis & bombycis vestiri gaudet, vt nunquam magis sit nuda, quàm cùm vestita. Non vsus ingenij sancta Iudith; sed quæ laruam assumpserat amatoriæ fœminæ, & spectantium oculos pellicientis personam gerebat, sub eisdem debuit conditionibus processisse. Ad certamen igitur pulchritudinis apta sibi Iuditha calceamenta disposuit, vt eius pulchris gressibus, sandaliorúmque corrigiis laqueum iniiceret Holoferni. Dedimus suprà Iulianum, (Iulian.) qui Africanas fœminas depingens inquit: *Afferunt fœminæ cycladas & crepidas & mitriolas in capitibus.*

Assumpsítque dextraliola, & lilia, & inaures & annulos.

Assumpsitque dextraliola, & lilia, & inaures & annulos. Quid singula hæc, versio Græca de- 44. (Græca.) promit: ϗ ἐνεδύσατο τὰς χλιδῶνας, ϗ τὰ ψέλλια, ϗ τοὺς δακτυλίους ϗ τὰ ἐνώτια. Ad litteram iuxta Arias Montan. *Et induit brachiorum ornamenta* (Arias Mont.) *& dextraliola & annulos & inaures*: vbi, vt vides, quod apud Latinum legitur *lilia*, ornamentum nouum est, à Græco omissum. Nec fero, quòd aliqui sentiant mendum irrepsisse, vt pro eo quod est *pselia* in Græco, prauè exscriptum sit in Latino *lilia*: constat etenim, quòd *pselia* sint, armillæ & dextraliola, vt ibi Montanus vertit, ac proinde non est in Græco, cui *lilia* correspondeant. Scitum est, quid *dextraliola, dextrocheria, dextraliáque* sint, scilicet, dextri brachij ornamenta, sicut armillæ, brachialia in genere sint, nobis *brazaletes.* Non est, quid addamus Tiraquello, qui in lib.3. connub. affatim de eis (Tiraq.) agit.

agit. Illud tantùm adnotare libet *armillam* pedi etiam adtribui, quæ ſuffraginem cingat & premat; de qua Sanctius intelligit illud Ambroſij lib. 1. de virgin. *Collum catena conſtringit, pedem compes includit, nihil refert, auro corpus oneretur, aut ferro, ſi ceruix premitur, ſi grauatur inceſſus.* Non quidem armilla ſuffraginis compes Ambroſio eſt, ſed calceus iſte, qui hoc nomine nuncupatur, éſtque anguſtus, pedémque arctat. Pollux lib. 7. c. 22. eum vocat *κοινικίδα*, de quoque agit Heſychius, quo calceatas fœminas tradit Alex. ab Alex. lib. 5. c. 18. *Quas etiam ferunt compedes habuiſſe ex argento, cùm ex auro vetarentur.*

(Sanct. Ambroſ. — Pollux. Heſych. Alex. ab Alex.)

45. Lilia quale genus ornamenti ſit, plenè nondum comparet, ſuſpicionibus paſſim luditur. Floridas veſtes putat Serarius & Sanctius ex Polluce; quarum ſi copiis pro veſtiario floridiſſimum Tempe, adi Sherlogum tom. 2. in Cantic. veſtigat. 15. vbi inuenies ex veſtium liciis verſicolorique ſubtegmine innatos ſub ingenioſæ manus cura floſculos & omnem, qua ver induitur, pompam, veri veris imitatricem. Sed cur *lilia* ſignatè? An quia vox hæc pro cunctis floribus ſupponitur nam vbi Pſalm. 44. titulus eſt *pro liliis*, ſolet legi *pro floribus*; & vbi 2. Cant. eſt, *ſicut lilium inter ſpinas*, Græcè *κρίνον*, id eſt, *quiſque flos.* Quin illud: *Ego flos campi & lilium conuallium*; vbi *lilium* etiam pro flore ſupponit. Longè à coniectura diſſidet *lilia* hîc liliorum eſſe ex veſtium liciis imitatrices imagines; nam quaſi quid diſiunctum aſſumpſiſſe dicitur Iudith lilia. Nec aurea gemmatáve lilia aſſuiſſe veſtibus credam, vtpote quas iam induiſſe ſibi profertur, tardaque diligentia fuiſſet aptatæ iam corpori pallæ pretioſa pondera intexuiſſe. Nec itidem ſuſpicabor fuiſſe monile, quo collum diuite carcere redimierit, quod baccatum gemmiſque diſtinctum fœminæ ſibi ambitioſa ſeruitute deuinciunt.

(Serar. Sanct. In Cant. Sherlog. — Pſal. 44. Cant. 2. 1. Cant. 2. 2.)

46. Ergo *lilia* me iudice, ſunt pectoralia quædam aurea, quæ liliorum exhibebant ſpeciem, ſicut quæ apud nos *flor de lis.* Lamella quædam pretioſúmque emblema per thoracem pendebat è pectore, quæ lilium liliáve prudentis artificis referebat ingenio. Ex Margaritis dixeris, albidíſque ſcrupulis hæc lilia formata: Margaritarum enim conſors inter ſe ſimilitudo eſt, nimiúmque his ingeniis apta, vt ſcribit Plinius l. 9. c. 35. *Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus, in tantum, vt nulli duo reperiantur indiſcreti: vnde nomen vnionum, Romanæ ſcilicet impoſuêre deliciæ.* Equidem dicet aliquis non aptam eſſe lilij figuram, vt gemmata pendeat ex pectore: deſcribit eam Plinius l. 21. c. 5. *Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus effigie calathi, reſupinis per ambitum labris, tenuique filo & ſemine, ſtantibus in medio crocis.* Aptior floris facies, vt opere Phrygio in ſtamine licióque & ſerum labore in textrina pingeretur, qualiter ſunt, qui dicant in Salomonis veſte ex auro lilia depicta: in quem ſenſum verba Chriſti Domini trahunt, Matth. 6. v. 28. *Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.* Neutiquam hæc expoſitio arridet: non enim à diuinatione innocens eſt, qua textus non eget; de quo alias. Accommodum lilium ſtudioſæ acus operio licet fateatur, gemmeo emblemati in ornamentum

(Plinius. — Idem. — Matth. 6. 28.)

mulicbre non incommodum eſſe dicimus, præcipue, ſi ſolum lilij caput radici illico innexum affigatur thoraci. Nec id à ſymbolo vacuum: nam lilia aurea floridè & pretioſè ab exordio candelabrum ornarunt, quod iugiter ardebat in templo, ipſo Domino manuum artificis præmonente. Exod. 25. *Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile & calamos, ſcyphos & ſphærulas ac lilia ex ipſo procedentia.* Vlterius 3. Reg. 7. in columnarum vertice imitatrix lilij prominebat figura, verſ. 19. *Capitella autem, quæ erant ſuper capita columnarum, quaſi opere lilij fabricata erant*: & verſ. 22. *Et ſuper capita columnarum opus in modum lilij poſuit.* En lilium emblema ſacrum eſt & luminis & ſoliditatis: vel ſi mauis, caſtitatis, quà ſplendidæ, quà ſtabilis, ſiquidem & ſponſæ venter in virginitatis decus liliis perhibetur vallatus. Aptè itaque Iuditha lilium gemmeum pectori affixit, vt caſtitas eius ſplenderet, quà pulchra; non poſſet labefactari, quà ſolida.

(Exod. 25. 31. — 3. Reg. 7. 19. 22.)

Nec vacat ab amoris ingenio liliorum imaginem delegiſſe, quoniam inter flores lilia ſunt, quæ maximè amorem conciliant, & quaſi amoris lenæ: vnde amaſij lilia ſolent ad amaſias mittere. Cyclops apud Theocritum; *ἔφερον δὲ τοὶ ἢ κρίνα λευκά*, *Ferrem autem tibi lilia alba.* Virgil. 2. Eclog. — 47.

(Theocr. — Virgil.)

Huc ades ô formoſe puer, tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis.

Quòd lilia pendula fuerunt è Iudithæ pectore, qualia plura ſolent artificum ingenioſa phylacteria è fœmineo pendere proſpectu, firmat Auguſtinus in Append. ſerm. 67. libet verba producere: *Quæ exorata conſurgens, abluit aquâ corpus ſuum, imponens ſibi ornamentum, pendulas aureas diuitias ſuſpendit, & manibus lapillatos circulos ſplendentes induxit, fluentes ſinus purpureæ veſtis gemmato collegit pectore, caſto vultu priùs dimicatura quàm ferro. Monilium tela pudori ſemper aduerſa hoſtem ferire didicerunt.* Obſerua illud: *Pendulas aureas diuitias ſuſpendit*: niſi enim accipias de liliis, aliud ornamentum pendulum præter inaures textus noſter non exhibet. Nec in liliis monilia credas, quippe ſubdit Auguſtinus: *Monilium tela*, &c. nam S. Hieronymus in c. 3. Iſai. docet, quòd monile vno dictionis compendio omnia ornamenta muliebria ſignificat; in quem ſignificatum fertur Auguſtini mens, vt liquet. — 48.

(Auguſtin. — S. Hieronym.)

49. Quid eſt autem, quod nobis inſpirant præfixa Auguſtini verba: *Fluentes ſinus purpureæ veſtis gemmato collegit pectore?* Vnde nouit ſuccinctam, pedeſque nudantem veſtem Iudithæ, eamque ad pectus in gemmeum nodum complicatam? Certè non puluerem verriſſe fimbriam, limboque laxo ſtolam fluitauiſſe Iudithæ liquidò indicatur ex cap. 16. verſ. 11. vbi canit: *Accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum. Sandalia eius rapuerunt oculos eius*: non enim Holofernis oculos ſandalia rapuiſſent, niſi patuiſſent oculis, nec ſub ſinibus & anfractibus tunicæ deliterent. Id opus fuit iter meditanti, maturantique curſum, ne pes in ſuperfluo limbo cæſpitaret. Venatricibus fœminis mos iſte fuit: liquet ex 1. Æneid. Quidni & bellatricibus? ideò ſubdit Auguſtinus: *Caſto vultu priùs dimicatura, quàm ferro.* Fortaſſis gemmea fibula, aureuſque nodus, quo rugæ ſinuoſæ ſtolæ, laxitáſque coërcebatur ad pectus, lilium fuit, cuius adſonat ſpecies ſuis reſupinis

(Iudith 16. 11. — Virgil.)

resupinis labris, stratisque foliis redundantes plicaturas colligere, & quasi in vmbilicum diducere. Studiose Augustinus dixit: *Gemmato collegit pectore*: gemma enim erat, quæ ad mammas & pectus torto dente, siue labro refusam vestis abundantiam stringebat. Sat sit ex multis Sidon. Apollin. in Paneg. Maior.

Ostricolor pepli textus, quem fibula torto
Mordax dente vorat; tum quidquid mamma refundit
Tegminis, hoc patulo conclusit gemma recessu.

Nec abit à coniectura, quòd lilium hæc fibula fuisset; sicut P. Sherlogus tom. 3. in Cant. vestigat. 35. n. 11. suspicatur scyphum vmbilicatum fuisse fibulam, quæ sponsæ vestem gemmato morsu colligebat. Nam in lilio calix quidam effingitur à natura; sic nuncupatur à Plinio supr. cap. 5. *Ita odor, colórque duplex & alius calicis, alius staminis, differentia angusta.* [Sherlog.] [Plinius.]

Vers. 4. Cui etiam Dominus contulit splendorem: quoniam omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideò Dominus hanc in illa pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret.

50. *Cui etiam Dominus contulit splendorem.* Anne lumen genis, frontique, & oculis infudit, lucidósque afflauit honores, vt eâ visâ, prospectantium oculi stupore attonito caligarent: sicut accidit primis spectatoribus Assyriis, qui illicò ad eius venustatem hæsêre infrà vers. 14. *Et erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis?* Id quidem adrogare Plutarchus nimio splendori, quem Iudithæ vultus eiaculabatur, ad quem excipiendum exilis & languida erat intuentium pupilla: sic enim ait in sympos. lib. 1. *Dicemus spiritum lucis similem ex oculis excidere, & cum luce, quæ circa corpus est, commisceri, ac cum ea concrescere. Porrò mistio ea fit vnius cum altero, ratione proportionis cuiusdam.* Et statim: *Visus eorum diurna luce, cùm sit imbecillis, obruitur, cùm non possit cum magna & valida luce facultas exilis & languida commisceri.* Nec par est subticere, quòd in hoc splendore, qua cœlesti, quà diuinitus afflato, prominebat castitatis insigne, ne passim Iudithæ pulchritudo corusca incenderet libidinis flammas; sed potiùs spectatores opprimerentur à gloria. Id de splendenti S. Mariæ Virginis venustate dixit Alexander Alens. 3. p. q. 2. *Cùm Maria pulcherrima fuerit, à nullo tamen vnquam potuit concupisci.* Præstitit id S. Spiritus obumbratio, quasi faciei nimia lux vmbra intuentibus esset, qualiter docebat virgines S. Basilius lib. de Virginib. *Naturalem corporis pulchritudinem de industria obumbrare.* Nonne cœlitus splendor accrescens in facie Iudithæ petulantes coërcuit Assyrios, ne quid indecorum statim in Matrona casta aggrederentur? Nonne obstitit Holofernis incendio, ne illicò formositate eximia inescatus in vetitos ruisset amplexus? Quis non huic splendori tam inopiam sobrietatem adscribet? [Plutarch.] [Alens.] [Basil.]

51. Præterea Deus dicitur addidisse splendorem, quasi hæc tessera diuini Numinis fuisset, ne absque Deo socio incomitata venustas iuisset, & quasi in ignotam, in castam fœminam impudica procacitas irrumperet. Splendor etenim tam apud prophanos, quàm apud nostros, insignis nota diuinitatis est: sic de venere Dionysius apud Nonnium lib. 4. *Tenuem mittens splendorem.* Sat est illud Virgilij 2. Æneid. [Dionys.] [Virgil.]

———Et pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa Deam, qualisque videri
Cœlicolis, & quanta solet.

Ad spectaculum ostensionémque Deitatis Christus Dominus in cacumine montis splendorem elegit: *Et resplenduit facies eius sicut sol.* Oportebat hoc quasi satellitio splendoris munitam perrexisse Iudithum, vt ostenderet, opus Dei esse, quod agebat; sic enim sub Dei habitu familiarisque luce circumfusa prodibat, nulláque potuit irrepere suspicio, aliquid contra Deum intentauisse, quæ medio splendore, Deo ipso impleta tendebat. Species quidem, ornamentorúmque luxus quandam de meretriciis artibus poterat opinionem progignere; inde diuinus splendor additus est, qui libidinis fomites excusaret, pudicitiáque vindicatâ Deum inibi indicauisset latere. Aptissimè ad rem Hieronymus in epist. ad Gerunt. *Sic Iudith ob libertatem ciuium, vel salutem se sub specie fornicationis impleuit Deo, & inermis armatum, & mulier virum occidit.* Pulcherrimè *se sub specie fornicationis impleuit Deo.* Quòd in hoc pulchritudinis ferculo tanquam in quadriga gloriosa Deus portaretur, additus splendor ostendit, qui ab igneo Solis orbe intra animum latitante eructabatur ad faciem, & quas scintillas opinio libidinis emittebat, sua potuit illuminatione consumere. Quòd hic sensus germanus sit, causa statim adiecta probat: *Quoniam omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat.* Species amatoria fuit, sed Spiritus sanctus, qui intus agitabat euntem, tanquam si à pulchra fœmina vestiretur, in vestem suam fecit egeri lumen: lumen enim proprium Spiritus sancti est, qui & lumen sensibus accendere dicitur. Appositè August. serm. 67. *Pergit diuino spiritu ducta, species custodit, quæ blanditur.* [Matth. 17. a.] [Hiero.] [August.]

Cur tamen dicitur additus splendor? Quasi splendori, quem natura vel ars conciliauerat fronti, noua luce Dominus incrementum dedisset. Quidquid pulchrum est, splendidum dicitur, vt nota eruditio est. Variis succis seu cuti seu vestibus splendor accitur. Ouid. 10. Metam. *Corpora splendescunt succo*: & epist. 10. *Palla splendida multo croco*: & 8. Metam. *Crinis splendidus ostro.* Tibull. 1. eleg. 9. *Quid succo splendente comas ornare?* Accedit, quòd omnia ornamenta Iudithæ, mitra, inaures, pectorale, teniæ & armillæ à radiis obiectis tremiscebant, vt adnotauimus ex Hieronymo, qui Isai. 3. ex voce Hebræa, quæ *tremorem* significat, transtulit *mitras*; trementia autem splendere dicuntur: quare tremor splendorem ipsum solet significare; sic Lucret. de syderib. 52. [Ouid.] [Tibull.] [Lucret.]

Dum tremor est clarus, dum cernitur ardor eorum.

Et lib. 6.

Humor & in lucem tremulo rarescit ab æstu.

Nec malè in splendore addito Iudithæ quandam inditam maiestatem coniectabis, qua sibi subiugaret omnia, Assyriósque exercitus quasi regali purpura, imperatoriisque trabeis sibi deuinceret. Purpura quidem insigne maiestatis est, quæ splendere, fulgeréque dicitur. Cicero 2. Catil.

Qui

Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. Quin purpura de faciei pulchritudine dicitur. Statius 1. Achil.

Illius è roseo flammatur purpura vultu.

Et alibi.

——Niueo notat ignis in ore,
Purpureus fuluóque nitet, gratior auro.

55 *Quoniam omnis ista compositio, non ex libidine, sed ex virtute pendebat.* Cœlestis censura, nobile S. Spiritus testimonium! prolixa laudatio, quæ non quæritur, sed tenetur. Ab omni suspicionis næuo vindicata Iuditha manet. Nulla macula innocentiam infecit. Omnis hæc compositio, exterior in cute fuit, interius castitas dimicabat. *Non ex libidine.* Quid libido sit, Donatus explicat. *Qualibet voluntas temerè suscepta.* Ergo *non ex libidine* ampliùs, præter vsum, interpretarer, nempe non ex gloriæ anhelo desiderio, quæ ex cæde Tyranni gignenda erat, non ex pulchritudinis publicandæ appetitu, non ex temera & aduersus rationem aggressione. Quidquid dissonum à rationalis mentis moderamine est, hac vna dictione excluditur. Bene Cicero 4. Tusc. *Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat: quæ autem rationi aduersa incitata est vehementiùs, ea libido est.* Tertull. lib. de veland. Virgin. cap. 13. *Gloriæ libidinosum* dixit quod ob cupiditatem gloriæ fit. Agnosco, quòd signate hîc libido impuram præsignat illecebram: de ad'scitis enim pigmentis agitur, à concitata Venere, siue ad Venerem n solent condiri. *Sed ex virtute pen-* t ia contrapositio, si priore significatu libi eat; virtus enim sic absolute prolata huiu aduersatur libidini quippe quæ intortam . cliuémque voluntatem dirigit & erigit, virtus est.

54 Quòd si libido secundum significatum amet, virtus hîc pro pudore, fortitudine, religione & amore patriæ supponit. Pluries monui, quòd virtus propriè vires fortitudinémque præsignat. Id cum pudore innexuit Poëta 5. Æneid.

Tunc pudor incendit vires & conscia virtus.

Castus Iudithæ pudor vindicatur ex eo, quòd ornatus iste, qui in mollibus fractísque fœminis indicium solet vitiosæ pruriginis exhibere, in Iuditha, strenuâ masculáque Heroïna, ex fortitudinis instituto pendebat, ad iugulandum nempe Tyrannum. Libidinosus, euiratus est, & elumbis. Castus iustos neruos habet, nihil illi de virtute deperiit. Hunc sensum amabit Augustinus, dum ornatum Iudithæ à leuitate defendit, supr. serm. 67. *Nec fuit leuitas ornatus, qui ad homicidium tanti capitis aptabatur*: ac si diceret: Non languidæ leuiculæque fœminæ, in qua & pudor & vires præ illecebrarum sumptu fractæ sunt, hic ornatus deputandus est; quippe à valida fortitudine robustóque lacerto in Holofernis cædem tendebat. Ergo non ex libidine se perpoliit, non polluit corpus innocens odoratis vnguentis, non comam fregit, non aureis circulis se incarcerauit, vt vel suam libidinem acueret, vel alienam incenderet, quæ sic Holofernis mollitiem illecebrarúmque execrata est, vt in eum iugulandum detersa monilium & ornamentorum tela vibrauerit. Non potuit firmiùs castitas Iudithæ probari, quàm hoc asserto; fœmina etenim, quæ sic odit libidinosum viri corpus, vt illud iugulare contendat, tam procul à lasciuia est, vt sanguinem, qui solet in libidinem exundare, pugione solicitè è venis vsque ad fæcem eruere, ne impurus liquor ad amplexus suppetat impudicos. Nulla hîc functio cum Venere est, vbi non viuus, sed defunctus, vir concupiscitur.

Vlterius *virtus* solet pro religione amoréque patriæ supponere. Non ex libidine, sed ex religione, vindictáque & defensione sacrorum Iuditha se compsit. Sic exponit Ambrosius, dum eam à minus pura suspicione defendit lib. 2. de Virginib. *Et Iudith se, vt adultero placeret, adornauit: quia hoc religione, non amore faciebat, nemo eam adulteram iudicabat.* In aureo Doctore acumen non modicum est. Idololatria sanctæque religionis conspurcatio, frequenter in sacris dicitur *adulterium*, obuia loca sunt. Tam dissita ab adulterino fuit Heroïna, tam procul à Persæ mœchi blanditiis, vt potius ad religionis adulterium vindicandum, ab illuuiéque abstergendas aras se solicitè ornauerit, & in adulterum arma venustatis acceperit, vt suomet gladio confoderet. 55

Quin virtutem hîc acciperem pro prudentia, sagacitate & industria, vt commentarius sit: Non libido fuit, sed ingenium, non voluptatis aduersus rationem procacitas, sed mira pudicitiæ ars, quæ ex pulchritudine fœlicissima arma conflauit, tendiculas struxit, dolosque commenta est, qui in bello iusto iusti sunt. Cui expositioni fauent Patres. Paulin. natal. 8. *Arte pudicitiæ deceptum callida Iudith risit.* Ambros. lib. 8. de Offic. cap. 18. *Quem primo formæ gratia & virtutis decore perculit.* August. serm. 66. *In qua fœmina insidiosæ pulchritudinis nouitatem hostilis exercitus vehementer expauit.* Et quidem in ipsamet ornamentorum electione quanta virtus, quanta illuxit sapientiæ dexteritas! Eos præcipue delegit ornatus, qui ex similitudine quadam cum Persici Assyriique cultus & vestium vsu, Persæ Holofernis amorem sibi venaretur & gratiam. Prudens auceps, vt stolidam auem prendat in visco, supra tendiculas auiculam aliam disponit, quæ simili cantu metróque, volantem consortem ad societatis situm alliciat. Amoris illex similitudo est. Se Iuditha composuit, qualiter placitura. Stola, armillæ, & torques, propria sunt ornamenta Persarum. Alexand. ab Alex. lib. 5. c. 18. *Apud Persas stola Medica cum armillis & torque.* Versicoloribus gaudent amictibus, vt ex Strabone lib. 15. ad fin. & Curtio lib. 3. liquet. Persarum Reges muliebribus se amabant accingi, nec solùm floribus & liliis, sed & imaginariis auibus pallas intexere. Curtius suprà: *Pallam auro distinctam aurei accipitres, velut rostris inter se corruerent, adornabant; & zona aurea muliebriter cinctus, acinacem suspenderat, cui ex gemma erat vagina.* Aureas diuersi floris stirpes, gemmeásque ambitioso luxu sibi efformabant. Consule Athenæum lib. 12. vbi agit de aurea Regum Persarum vite, cui smaragdini acini pendebant, & ibid. c. 5. narrat, quòd aureis milij granis textile conspergebant. Ideò lilia gemmea tulit Iudith. Quòd fœminæ Persicæ arpidibus seu crepidis calcearentur, præter Alex. supr. innuit Pollux lib. 7. c. 22. ex quo muliebres calcei *Persici* dicti: inde sandaliis seu crepidis pedes induta processit celebris Heroïna. Quid? Mitram in capite tulit, lucimus vocabulo, *Mithra* Deus Persarum erat, vt pluries diximus. 56

En

57. En ex virtute & ſapientia ornatus,non ex libidine. Et ſi mauis, bona libido fuit, quæ amor fuit patriæ, columitatis ciuium cupido, non de ſcorti vitio, non de pellicis argumento. Saluſt. Vtamur Saluſt. in Catil. *Magis in decoris armis & militaribus equis, quàm in ſcortis & conuiuiis libidinem habebant*; & in orat. de repub. ordinandà: *Quòd ſi tibi bona libido fuerit patriæ*, &c. Sub ſpecie libidinis,ob ciuium patriæque ſalutem & amorem, quæ bona libido eſt,ornatuum elegantiis ſe inſtruxit. Hieron. Huc aduoco Hieronymum non ſemel datum: *Iudith ob libertatem ciuium vel ſalutem ſe ſub ſpecie fornicationis impleuit Deo.*

Verſ.5. Impoſuit itaque Abræ ſuæ aſcoperam vini, & vas olei, & polentham, & palathas, & panes, & caſeum, & profecta eſt.

58. Sacræ Peregrinæ viaticum frugaliſque annona deſcribitur. *Impoſuit itaque Abræ ſuæ aſcoperam vini.* Cum *aſcopa* anteà legeretur, *aſcopera* emendatum eſt. Si vocis originem ex cerebro meditarer, dicerem *vtrem* ſignificare, viatori, peregrinóque accommodum; nam ἀσκὸς Græcè *vter* eſt, περάτης *peregrinum tranſitorémque* ſignificat: at veritas ſuadet etymon eſſe ab ἀσκὸς & πήρα, id eſt, vtre & ſacco qui *pera* Latinè dicitur. Suidas. Suidas *marſupium*, expoſuit, Græca verſio habet ἀσκοπυτίνην, quod vas vinarium eſt apud Pollux. Pollucem. Lucian. Apud Lucianum Tomyris caput Cyri Perſarum Regis in vtrem ſanguine plenum merſit,ibíque eſt hæc ipſa vox ἀσκὸς. An vtrem Heroïna noſtra ad caput Holofernis mergendum parauit,vt ebrioſus ille,& madibus etiam diſſecto gutture vinum ebiberet?

59. Cur abſtemia ſobriáque fœmina, cuius bonum eſt, vinum non potare, portare non veretur, & quæ in cubilis ſui recluſorio dies noctéſque ieiunium pro conuiuio colebat, quomodo ad iter accincta viámque publicam attritura,nedum vini detrectat odorem,ſed & vinariam vas ſibi ad poculum geſtari diſponit? Leges & decreta Romana cellaria de vitis ſucco fœminis occluſerunt, & ſi quæ reſignauit, mulctata eſt. Noti tritique ſunt, qui hoc tractant Auctores: Tiraq. ſat ſit vnius Tiraquellus in lib.9..connub. num.106. non paginam communi ſarcina onerare par eſt.

60. Eſt qui putet Neotericus, vel vtrem vini tuliſſe,aſt non vino,ſed aqua impletum; vel ideò ad vini ſe poculum conformaſſe,quoniam aqua defecerat in Bethulia:fœmina religioſa potum, qui apud Barbaros erat ex Deorum ſalutationibus conſpurcatum,vel primis labris libare non debuit. Vtraque expoſitio non quadrat. Non prima,ne nimis ruſticam, vrbanóque ſapori inimicam,rudémque pauperculam dicas Iuditham, quæ vinarium vas ſuo potui delegit;nec ad priſtinas fæces marcidique vini reliquias exhorruit fœmina diues,nobiliſque:niſi eſſet aſſueta loræ, quæ ex aqua iniuncta vinaceis fit,illámque fœminis Romanis bibendi licentia, vt perhibet Gell. Gellius lib.10.cap.23.Niſi etiam quòd in Palæſtina vinum vtriculos non inquinet ſeu inficiat, quippe quod niues exuperet in candore, iuxta Corripum Africanum lib.3.in laud.Iuſtin. minor.

Priſca Palæſtini miſcentur dona Lyei,
Alba colore niuis, blandóque leuiſſima guſtu.

Hanc omnino cogitationem detrudit ipſamet tum Latini, tum Græci textus ſeries. *Impoſuit Abræ ſuæ aſcoperam vini,& vas olei.* Si non vino plenam, quid in aſcopera latebat? niſi quod & vas olei dixeris, non tamen oleo infuſum, ſed ex præiacti olei amurca ſpurciſſimum. Certè *vter* & ἀσκὸς quid indifferens eſt, vt vinum ſeu lympham accipiat:quare Plutarchus in Artoxerxe,in vtriculo aquam portatam refert. Plutarch. Vnde ly *vini* adiunctum clarè decernit vinum inibi iniectum.Quòd ſi renuas vinum in vtre,qui abſtemiam contendis Iuditham; ad quid vter vini in viduæ nobilis domo, puellis comitatæ, quas de dominæ ſuæ more victitaſſe certum eſt? quòd domi bibebat vinum, non extra, vel ab aliquo ex ruralibus famulis ſaccum vtricularem arripuit,qui vino egeſto aquam ad herilem hauſtum reciperet. Nec ſacer Hiſtoriographus curaret in perpetua monimenta relinquere,quibus vſibus vtriculus ille antea deſeruiſſet, viníque calorem in frigidam commutaſſe.

Nihil meliùs ſecunda expoſitio fert, nempe 61.
quòd aqua defecerat in Bethulia, nec eam debuit religioſa fœmina ab Aſſyriorum poculis exhaurire.Multa peccat hæc enodatio:tum quoniam non ſic Bethulienſibus aruerat aqua,vt vel nobili fœminæ, quæ ad liberandum populum cum Abra prodibat,latex non ſuppeteret familiaris. Profectò quinque dierum ſpatia taxauerát Bethuliæ Principes ad obſidionem deditione ſoluendam, non alia de cauſa (vt vult Lyra ſu- Lyra. prà cap.7.v.25.) niſi quòd aquæ menſura vſque ad illud ſpatium ciuibus diſpenſandæ ſufficeret; nec Iuditha opus ſuum victoriæque ſortem ad longius interuallum deſtinauerat, vt cap.8. dixit verſ.31. *Ego exeam cum Abra mea, &* Iudith 8.31. *orate vt ſicut dixiſtis, in diebus quinque reſpiciat Dominus populum ſuum Iſrael:* nec ſub auara cenſura debuit Iudithæ. Abræque eius ſua portio negari; ſiquidem per capitationem ciuium ſuus cuique vrceolus implebatur. Quid ſi aqua non ſuppetebat? Anne fœmina prudens & ſuperſtitionis inimica aquam vereretur è Bethuliæ fonte, ſuo legitimo potui exhaurire, in quo ſe ſingulis noctibus baptizabat, niſi quæ caſtum corpus in illis laticibus immergere non timuit, aquam in corpus immergere timuiſſet;qua ſi incantationibus & ſpurcitiis Aſſyriorum pollutam? Eſto, de amphoris barbarorum lympham ebibere recuſaſſet, ne ab idololatriæ libationibus ſorduiſſet; Bethuliæ fons quid peccauerat, quàm è proprio domeſticoque iure potare religioſum erat; præcipuè præuia oratione expiatum,ne vel in humidis venis,puríque laticis meatibus aliquid vitioſi contagij adhæſiſſet. Nec credam vinum, quod in aſcopera portauit, non aqua dilutum ebibiſſe, cùm Palæſtinæ Lyæa, quà commendatiſſima ſunt, nimio vigore accendantur, & pulchræ fœminæ capiti non innocua. Niſi ignoraret Iuditha, quod aliàs Plato de vino aqua diluto ait apud Plato. Plutarchum: An ſeni ſit ger.Reſp. *Inſanum Deum alio ſobrio coërceri, atque temperari*: generoſúmque ex Phœnicia vite liquorem conſtante cerebro non dubitaſſet potare, cuius præcipua laus in ſobrietate, & ieiunio eſt. Si niſi lymphâ temperatum coram Aſſyriis vinum in regali menſa bibiſſet, & iure poterat in eorum ſuſpicione

cione accuſari, quippe apud quos lex Lacedæmoniorum forſitan viguiſſet, quæ nonniſi ad aquatiſſimum vinum fœminas admittebat, vt Xenophon auctor eſt. Xenophon.

Nec ad tantas anguſtias religioſam fœminam arctare conemur, vt in Aſſyriorum tentorio, ſcrupuloſiori ſibi cauerit cultu, nec aliquid ex Aſſyriorum ſupellectile fuerit cauſa contrectare? aliàs neceſſe fuiſſet, ne vtceolo vteretur alieno, ab ipſomet vtre vinum nobilibus labiis exugere, familiarique communione poſtea in Abræ famulæve palatum ab ipſomet vinario ſacculo potum intrare: quàm id indecens fœminæ, quæ ſe nobilem etiam hoſtibus publicabat, tu videris. Profectò cæſo Holoferne, exercitúque ſeu domito ſeu fugato, quidquid ſupellectilis Perſicæ Aſſyriæque fuit, quidquid mobile, fauſta deprædatione Bethulienſes ſibi arripuerunt: nec puto ſic eos ſcrupuloſos, vt quæ contrectauerant, non ad vſus familiares tractarent. Infrà cap. 15. v. 8. *Hi verò, qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam, omnia, quæ erant illorum, attulerunt ſecum ita vt non eſſet numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuerſis mobilibus eorum.* Sed Iudith manum abſtinuit, ne à contagione ſorderet, ſeque attactu vtenſilium inficeret. Imò verſ. 14. ſcribitur: *Porrò autem vniuerſa, quæ Holofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederunt Iudith in auro, & argento & veſtibus & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo.*

63. Ergo communis & vera enodatio ſit: fœminis Hebræis vitis ſuccum non eſſe inhibitum, & ſi plurimarum gentium leges id mulieribus denegabant, vt de Romanis, Italis, Mileſiis, & Maſſilienſibus tradunt Polybius lib. 6. Alcimus Siculus apud Athenæum lib. 10. cap. 13. Arnobius lib. 2. aduerſ. gentes, & alij. Paleſtinæ fœminis non interdictum, quæ ſub veri Dei cultu degebant, liquet ex 1. Reg. c. 1. n. 15. ibi cum Anna de temulentia ab Heli carperetur, reſpondit: *Nequaquam Domine mi: nam mulier infœlix nimis ego ſum, vinum & omne quod inebriare poteſt, non bibi:* vbi non quà mulier ſed quà infœlix, id eſt, duris acta doloribus, delitiosiſque ferculis non aſſueta, ſe à vini ſuſpicione eluit. Num. 6. v. 3. *Vir ſiue mulier, cùm fecerint votum, vt ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare, à vino & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt.* En Nazareatus lex: quæ ampla probatio eſt, aliàs fœminis vinum licuiſſe. Iudicum 13. v. 4. Vxori Manue genituræ Samſonem ſic indictum ab Angelo: *Concipies, & paries filium: caue ergo ne bibas vinum ac ſyceram, nec immundum quidquam comedas, quia concipies, & paries filiũ, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex matris vtero.* Quid eſt *ex matris vtero?* quaſi nec in vtero matris, vini guttulas lambet, quod vtique mater ipſa non bibet. Idipſum in Baptiſtæ generationis auſpicio, Luc. 1. v. 5. *Vinum & ſyceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.* quaſi vtrumque, me iudice, ex vtero matris euenturum prædicitur, nempe & quod vini ſapor non proluet infantem, & quod illum plenitudo ſancti Spiritus immerget: non proluet, inquam, quoniam & genitrix à vinario ſucco indicatur aliena, quæ in vtero abſtemio abſtemium generabit infantem. Quid ſimile de matre Samſonis & Samuelis dixit S. Ambroſ. lib. de Helia & ieiun. c. 6. *Dignos ſe præbuerunt, qui ieiuno gremio diu foti, & quodam abſtinenti effuſi vtero viderentur.* Denique ſacris *legibus fœminas non arceri à vino,* conſtat ex illo Pauli ad Tit. 2. v. 3. *Anus ſimiliter non multo vino ſeruientes.*

1 Reg. 1. 15. — Num. 6. 3. — Iudic. 13. 4. — Luc. 1. 5. — Ambroſ. — Ad Tit. 2. 3.

Certe lacteum vinum fœminas Paleſtinæ bibiſſe non reluctabitur, qui eius regionis niueos vinearum ſuccos probauerit, qui colore albido non iniucundè oculos fallunt, poſſúntque à matronis ſub gelidi liquoris ſpecie potari. Huius cogitationis guſtum ſensère, qui illud Cant. 5. v. 1. *Bibi vinum cum lacte meo* ad albedinem vini reducunt, quaſi de liliis confecti; vt lac credideris potauiſſe, quicumque craterem huius lyæi ebiberit. Locupletare, firmaréque poſſumus ſenſum iſtum ex Plutarcho in qq. Romanis, vbi cùm quæſierit, cur matronæ myrtum non inferunt in ſacellum muliebris Deæ, quam bonam appellitant; ſic fatur: *An credendum eſt fabulæ, quæ perhibet Fauli cuiuſiam aruſpicis vxorem, cum clam poto vino non fefelliſſet, à merito virgis myrteis fuiſſe caſtigatũ: ideòque mulieres myrtũ nõ inferre, ſed vinũ ei ſub lactis appellatione libare:* En lactis ſpecioſa appellatio à Romanis fœminis vino impoſita, ne iterũ myrteis vapulẽt flagellis, & ſub honeſto ſucci colore ſibi germanum lac potare putentur. 64.

Cant. 5. 1. — Plutarch.

65. Nec tamen ita leuerè credendum eſt, potionem vini prohibitam alicubi fuiſſe matronis, vt nullus caſus eas à rigore diſtrictionis eriperet; quoniam ſaltem ſacrorum causà, certiſque diebus par erat eis, calidum vitis poculum communicare cum viris, vt Seruius adnotauit lib. 1. Æneid. ad finem. Et tamen ſi vini langueſceret vigor, generoſúſque calor ſeu arte, ſeu defectione deperiret, fœmineo potui in vſu fuit, vt Gellius lib. 10. c. 23. inquit: *Bibere autem ſolitas ferunt loream, paſſum, myrrhinam, & quæ id genus optant potu dulcia.* An non huiuſmodi, viri appellatione cenſentur? Conſule Paulum Iuriſprudentem lib. 3. ſentent. tit. 7. & Vlpian. in l. 9. ff. de tritico, vino, & oleo legato, vbi inquit: *Si quis vinum legauerit OEnomeli planè, id eſt, dulciſſimum vinum continebitur, & paſſum.* Quin aromatibus infectum, ſiue ſtacte, ſiue maſtiche, ſiue cynamomo, Veneris contundit ſpiritum, firmat cerebrum, nec dedecet fœminam pudicam: de quibus vini condimentis habes Shetlogum tom. 3. in Cantic. veſtig. 35. n. 35. Quò reſpexiſſe puto dicterium bibaciſſimæ fœminæ apud Plautum in Curculione, quæ hęc elogia incondito, ſinceróque vino cumulauit:

Seruius. — Gellius. — Paul. Vlpian. — Shetlog. — Plaut.

66. *Nam omnium odor vnguentorũ præ tuo nauſea eſt.*
Tu ſtacte, tu cynamomũ, tu roſa, tu crocũ, & caſſia es.

Ac ſi diceret: Quiſquis ſis, liquor ex vua, nõ eges adminiculis vnguentariis, vt liceas fœminæ tibi amicæ, coctio queq; ex redolẽtibus herbis abeat.

Hucuſque pacata res eſt: manet quid diſquiramus. Eſto Matronis liceret Hebræis, an deceret fœminam de ieiuniorum laude merẽtem, de virtutis teſtimonio probatam, pudoris ideam, decoriſque omnigeni paradigma? Ieiunabat quidem omnibus diebus vitæ ſuæ. An dimidiam gulam Deo ſuo immolauiſſet, ſobriáque exiſteret in cibis, in poculis ebria? Tertull. lib. aduerſ. Pſychic. c. 9. diſſimiliter arguit: *Qualis eſus, talis & potus. Veriſimile non eſt, vt quis dimidiam gulam Deo immolet, aquis ſobrius & cibis ebrius.* In primis ſtatuendum de ſobrietatis præconiis plura elogia pangi Iudithæ: ſobrietas autem propriè potus temperat abundantiam, dirigit qualitatem, & à liquoribus, quæ palatum pelliciunt, acuunt illecebram, dántque corpori lenocinia caloris, penitus arcet. S. Laurentius Iuſtinianus

Tertull. — Laur. Iuſtin.

de ſobrietate cap. 2. *Iudith quoque omne tempus viduitatis ſuæ his ſobrietatis armis, & abſtinentiæ munita peregit, & omnem Aſſyriorum circumuenit exercitum.* Ambroſ. Ambr. lib. de viduis: *Ita vnius viduæ temperantia, atque ſobrietas, non ſolùm naturam ſuam vicit; ſed, quod eſt amplius, fecit viros etiam fortiores.* Imò ſobrietati deputatur victoria. Fulgent. Sanctus Fulgentius epiſt. 2. de ſtatu viduali cap. 14. *Ille pugnabat armis, iſta ieiunijs; ille ebrietate, iſta oratione.* Ambroſ. Inſignis eſt Ambroſij locus dicto lib. de viduis. *Nec cibo, vt legimus, maculata nec adultero. Quid ſobrietatem loquar? Temperantia enim virtus eſt fœminarum. Nam ſi Iudith bibiſſet, dormiſſet cum adultero: Sed quia non bibit, haud difficilè ebrios exercitus vnius ſobrietas & vincere potuit, & eludere.* Non te pupugit illud: *Nam ſi Iudith bibiſſet, dormiſſet cum adultero?* Vndéne poſt ebibitum vinum probra de adulterio ſuſpicio in fœminam, quam caſtitas illibita commendat? Si forſan Ambroſius intendit ad Romuli verba: *Si vinum biberit domi, vti adulteram puniunto* Imò vide Beate: bibit quidem fœmina ſobria: nam poſtquam illi Iudith 12. 17. dixit infra c. 12. verſ. 17. Holofernes: *Bibe nunc, & accumbe in iucunditate:* illa reſpondit verſ. 18. *Bibam Domine.* Et ſtatim ſubditur verſ. 19. *Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipſo ea, quæ parauerat illi ancilla eius* Et tamen cum adultero non dormiuit, quæ poſt poculum, adulterum pugione truncauit. Sed maior inter crateras & phialas ſobrietatis eſt honor; primis labris oréque tenus, quem Abra propinauit, potum exſuxit, tam parcéque guttulas hauſit, vt Ambroſio viſa ſit non bibiſſe.

67. Quibus ergo vſibus vino aſcoperam impleuit? An vt ſenior ancilla, quæ viaticum baiulabat, pondus hac potione reficeret, nec eſſet illi ingratum vectationis officium? Imò cauſa fuit, quoniam omnis cogitati euentus fortuna ab Holofernis ebrietate pendebat, vt è Bacchi ſucco delibutus, temulentiáque iacens acinacem in gutture ſepeliret, biſque madidus, à Baccho nempe, & à ſanguine, truncus remaneret in lecto, Cùm palatum irritatur ad pocula, ex libatiſque crateribus Bacchus laceſſitur, & inter conuiuas geminantur ad concupitum madorem prouitationes, ſecurior procedit ebrietas, iuxta illud laceſſentis ſponſi deſiderium Cant. 5. Cantic. 5. 1. verſ. 1. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.* Inde apud antiquos poculum propinationi, Athenæus. de quo Athenæus lib. 11. de Ioſephi fratribus in Regis aula conuiuantibus dicitur Gen. 43. 35. Geneſ. 43. verſ. 39. *Biberúntque & inebriati ſunt,* quod à propinatione Ioſephi euenìſſe innuit Philo. Philo in Politico: *Poculum herile pulcherrimum, & precioſiſſimum, ex quo vobis præbibit, ſurripuiſtis.* Præbibiturus erat Holofernes, libaturúſque pateram, vel Iuditha, ne ab adulteri ſpiritu conſpurcatâ phialâ pollueretur, vinúmque, quòd ille guſtauerat, exhauſiſſet, ſecum ſtuduit vinum tuliſſe, quo & compotationis legi pararet, & acueret, incenderétque Holoferni pruritū ad vini gurgitem ebibendum. Statuit ſibi non pati è vino impudici Ducis labra polluere, ne per crateris commercium primis amplexuum conatibus Philoſtrat. conſentiret. Philoſtratus enim auctor eſt, quòd ideò inter conuiuas pars libatur ex phiala, pars amico remittitur, vt quaſi cum vino relicto mittatur & oſculum. Id apud Perſas & Aſſy- Xenophon. rios in vſu fuiſſe; quippe, vt perhibet Xenophon 1. an. Cyrus non ſolùm prælibatum poculum, ſed prægustata edulia mittebat amicis. Tract. hæc Credenſis in 1. Æneid. ad illud. Cerdenſ. *Primáque libato, &c.* En dixit Ambroſius ſu- Ambroſ. pra: *Si Iudith bibiſſet, dormiſſet cum adultero,* ſcilicet ſi ex præbibita phiala, vinóque prægustato à Perſa non detrectauiſſet haurire, dormiſſet vtique cum adultero, cui oſculum per craterem dediſſet. Quam benè igitur prouidentia ſucceſſit non ex amphoris madoris Aſſyrij, non ex calice, non ex ſcypho bibacis Ducis ſe polluit fœmina, & tamen vinum habuit, quo epulonis laceſſeret ebrietatem, ingurgitationéque, & æſtu ſopiret ad ictum. Vtique, vtique ſic Iudith 12. 17. 18. accidit. Audi propinantem Holofernem: *Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inueniſti gratiam coram me.* Et dixit Iudith: *Bibam Domine, quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipſo ea, quæ parauerat illi ancilla eius.* Qualiſne fructus? Cardo totius victoriæ: nam illico adnectitur: Iudith 12. 20. *Et iucundus factus eſt Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita ſua.* Nunquam fœlicior generoſæ vitis propago, nunquam fortunatius temetum. En cur Iuditha biberit, nec biberit ex alieno, vt & prouitaret ad calices, nec calicis cum adultero commu- Ambroſ. nionem obiret Appoſitè nimis Ambroſius lib. de viduis: *Quid eius ſapientiam prædicemus, quod huiuſmodi eſt commenta conſilium, vt dum potentem elicit intemperantia à ſe inferiores arceret, occaſionem pararet victoriæ, abſtinentiæ meritum, pudicitiæ gratiam reſeruaret.* Quòd iſte fuiſſet totius inſtituti ſcopus, ſe vadem dat Auguſtinus Auguſt. ſerm. 66. *Sobria iugulat ebrioſum. Paratur conuiuium Regi; Iudith intereſſe iubetur: illa conſentit, vt vincat, accedit ad conuiuium, nihil de cibis, aut de poculis hoſtium guſtatura, quæ ſuis vtenſilibus voluit eſſe contenta.* Hinc profertur, Philipp. quòd Iuditha vino deceperit Holofernem; Philippus Abbas Bonæ ſpei cap. 111. *Iudith elegantem vultu miſit ad Principem Baccho & venere ſeducendum.*

68. Accedit, appendíxque eſt præfixæ rationis, ideò vinum tuliſſe Iuditham, ne de Barbarorum cellariis pudica, delicataque fœmina æſtuantia vina libaret; ideò bibiſſet, vt gratiam Holofernis, quam ambiebat medullitùs, venaretur. Nonne à compotatione illam ſortita eſt; Recognoſce illud: *Quoniam inueniſti gratiam coram me, &* poſtquam Iuditha bibit adiicitur: Iudith 12. 20. *Et iucundus factus eſt Holofernes ad eam.* Porrigere poculum, amoris eſt argumentum. Inde Philotheſius crater, Philotheſiámque propinare, quæ de amicitiæ conciliatione efferuntur. Sat ſit Plutarchus in Sympoſiaco lib. 4. Plutarch. *Et Luctantium quidem complexus, atque tractiones puluerem deſiderant: amicis apprehenſionibus, vinum ſermone temperatum anſas præbet; vino enim oratio humanitatem, & comitatem adijcit, & à corpore in animum quaſi per canales deriuat.* Nonne labia charitatis expetebat anteà Iudith? En quia ſobria fœmina labia guſtui Bacchi non denegauit, per labia inter poculum charitatem Holofernis inuenit. Inde ſympoſij *chariſtia* apud Valerium Valer. lib. 2. cap. 1. Clem. Alex. Clemens Alexandrin. lib. 2. pædagog. cap. 1. *Et ſit quidem cœna propter charitatem, ſed non eſt cœna charitas, verùm ſocialis beneuolentiæ,*

beneuolentia, & quæ sua lubenter impertit, indicium.

69\. Præfatæ rationi innexus animus quiescit, sed & aliæ cogitationes subsiliunt, licèt minùs solidæ, non silendæ. Anne Abræ humeros grauauit vtriculo vinario fœmina prudens, vt panderet Assyriis Bethuliensis glebæ vbertatem, quæ adhuc in extremis casibus, obsessis ciuibus, illis tribus abũdaret, quibus quæque regio de opimitate laudatur, videlicet vino, oleo, tritico, aut hordeo. Harum frugum nimis ferax Iudæa. Paral. 2. c. 2. v. 15. *Triticum ergo & hordeum, & oleum, & vinum, quæ pollicitus es Domine mi, mitte seruis tuis. Nos autem cædemus ligna de libano, quot necessaria habueris.* Iacobeæ stirpis benedictio fuit Gen. 27. *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini.* Opus erat Iudithæ, cuius facinus quatriduanæ lucis occasionem expectabat, sic Holofernis mentem demulcere, vt non illicò in Bethuliam irrueret, agnoscens à fame sitique deiectos, qui fontium formas cædens, obducentique calliculos iam ab æstu ciues putabat arentes. Ergo viatici sui indiciis hanc illi suspicionem euertit, vt aliquo interuallo irruptionem protelet; & tamen, vt securiùs fallat, non veretur Holoferni prodere sitim, qua Bethulienses anguntur, dicens infra cap. 11. v. 10. *Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur.* Aliud persuadet, aliud lingua. Vinum & panes suppetebant viatici, Bethulia præ ariditate calidum halabat spiritum. His technis delusit stolidum, vt & se à celeri inuasione reprimeret, & victoriæ animum obfirmaret.

70\. Anne vlteriùs corij vinacei gerulam esse voluit ancillam, si forte in præsẽtissimo mortis periculo corã barbaricis phalangibus se adituram esse considerans, languidam animi deiectionem subiret, & in grandem conatum pectorisque imbecillis audaciam vinum sibi prouiderit, de quo Seneca de tranquillit. c. 15. *Animum vegetiorem & audaciorem in omnes conatus facit.* Hanc vini virtutem, quæ sponsæ deliquiis medela fuit, latè lautéque probat, Hebræisque notissimam euincit Sherlogus tom. 2. in Cant. vestig. 2. n. 21. Sed non patiar Iuditham cœlitus audacem, quæ strenua fortitudine de cœlestibus fuit afflata, his subsidiariis egere succis, ne per inimicorum castra hæsitanti gressu nutaret: habebat odoratius vnguentum donum nempe fortitudinis, è Spiritus sancti apotechis non stillatum tantùm, sed & largè profusum, quo irrigata viriliterque madens, tanquam gymnico oleo membra ad venustatem leniret, obduraret ad robur.

71\. An sicut vnguentario priùs se balneo proluerat, nec ad breue interstitium delicias quasi precariò commodatóque accipere renuit, fontémque postea frequentauit Bethuliæ, sic & vinum ferre delegit, ne morosam, austeram & inurbanam, siccique squaloris amicam eam Holofernes censeret, seque à conuiuando reprimeret, cum stomacho atque fastidio; totiúsque doli argumenta perirent? Profectò hilaritatem animi, & ad quidquid placuisset, flexibile pectus debuit ostendere, quæ de iucunditatis instrumentis, voluptatisque armis suam sperabat victoriam. Vinum, balnea & fontes socia sibi germanitate connectit Plin. lib. 2. epist. 2.

72\. *Et vas olei.* Solemne nimis est, hanc geminam frugem sociis dictionibus copulari, quod pluries in sacris videre est. Sic *leguli* apud Varron. lib. 4 & 5. pariter dicebantur, qui legebant vuas & oleas. Obseruauit id Sabaro ad Sidon. lib. 8. epistol. 4. in illa verba: *Vineis atque oliuetis, vestibulo, campo, colle amœnissimus.* An oleum sicut vinum potatura fert, vt vtroque liquore ad bibendum prouocet Holofernem? Certè id de suæ tempestatis bibacibus fœminis dolet Seneca epistol 95. *Non minus peruigilant, non minus potant, & oleo & mero viros prouocant.* Quid est prouocare oleo, meróque simul? An vt post merum haustum oleo ad vomitum irritentur? Subdit enim: *Æquè inuitis ingesta visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur*: erat enim inter illecebrosi gustus lenocinea vomitio, quam luxuriæ causâ madidi frequentabant, vt liquet ex Plinio lib. 26. cap 3. & Celso lib. 1. cap. 3. Potiùs tamen mens Senecæ est, fœminas oleo vnctas merumque libantes, viros ad vtranque illecebram prouocare: vinum enim post vnguenta & oleum in deliciis fuit, vt ipse Seneca auctor est epistol. 15. inquiens: *Homines inter vinum & oleum occupati, quibus ad votum dies est actus; si benè desudauerunt, si in locum eius, quod effluxit, multum potionis alterius, ieiuno gutture ingesserunt.* Scholia ibi Lypsius: *Inter oleum & vinum, est, vnguntur & bibunt.* Iudithane, quæ se oleo seu optimo vnguento illiuerat, pariter & vinum adducit, vt ex pigmentis & mero petulantia Persæ prouocetur? In quémne vsum, olei vas? An vt geminaret vnctionem, ne, si extenuaretur adiciti splendoris vigor, nouum deficeret studiosæ venustatis nutrimentum? Sanè oleum in sacris significare solet vnguentum, quo & pulchritudo curatur, & membra per odores mollescunt: constat: ex Cantic. cap. 1. vbi *Oleum effusum nomen tuum*, apud Septuaginta est, *vnguentum.* Oleum, potus, & panis, quasi annona & victus fœminarum est, & de meretricante dixit Oseas cap. 2. vers. 5. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, oleum meum, & potum.*

73\. Ast abeant ista. Imò vas olei prouida fœmina semina secum tulit, vt ex hordeacea farina polentáve edulium sibi abstinentiæ alimoniam conderetur. Pultes quidem in oleo coctæ, seu hordea contusa sobriam ieiunij mensam coronant. S. Paulin. epistol. 3. ad Seuer. *Non solùm refectionis nostræ, sed & parsimoniæ curam gerens, facilem nos victum cibi simplicis capere coctis in gutta olei & aquæ copia pultibus docuit: sed eas tanto gratiæ sale, tanta dulcedine charitatis condiebat, vt coquos & condituras non desideraremus.* *Salem gratiæ* dixit Paulinus, quia hæc pura frugaliaque condimenta abstinentiæ, *sales* non immeritò dicebantur. Pelag. lib. 10 num. 97. *Et apposuit eis panem siccum, & aquam & sal dicens: Ecce propter vos felicitatem habemus hodie: & misit parum aceti in salibus istis.* Olei loco laridum solebat ad frugalitatem apponi. Vulcat. in Auidio: *Præter laridum & buccellatum & acetum.*

74\. *Et polentam, & palathas, & panes, & caseum,* Bellatrix fœmina castrensia sibi alimenta disposuit, quæ & de militari instruerent sobrietate, & se militem enuntiarent. Non dissimilibus milites vsi, Spartianus in Adriano: *Cibis etiam castrensibus in propatulo libenter vtens, hoc est, larido, caseo, & posca exemplo Scipionis Æmiliani & Metelli*

[Heruet. Heribert.] *telli & authoris sui Traiani*. Heruetus censuit *poscam* esse *prisanam*, licèt dissentiat Heribertus Rosuueydus in Onomast. *Prisana* autem idem fermè est, quòd hîc polenta, nempe hordeacea farina seu hordeum pistum, de qua [Athen. Suidas. Hesych. Marcell.] Athen. lib. 10. Suidas, & Hesychius Græca versio habet ἐπλήρωσεν ἀλφίτων *impleuit farina*. Idem sensus est: nam apud Marcellum in Dioscorid. *alphita* farina est hordeacea, aquâ humoreve alio macerata, quam [Plin. Budæus. Const. Cæs.] sub *polenta* nomine effert Plinius, probátque Budæus: adi Constant. Cæsar. lib. 12. de agricult. Quod ex hordei farina oleo tincta parsimoniæ [S. Paulin.] pascetur edulium, eleganter descripsit Paulinus suprà: *Lentem quoque & hordeum & viciam miscuisset in cumulum, vt æstuantibus extra vasis labra feruoribus, dissimilium sibi frugum quasi repugnante coctura, fatiscēs rimis olla crepitaret*. Nónne farina hordeacea militibus alimoniæ portio est? Pluribus id confecimus tom. 1. c. 8. à n. 67. Hinc hordeariis militibus nomen de hordearia farina [Leo Imper.] acciperem Leonem Imperat. in Tacticis cap 12. §. 123 *Ipso belli die vnusquisque miles gestet ad cellam suam secum aquam in phlasciis, & paxamadium in sellorungio, & farinæ vnam atque alteram libram.*

75. *Palathas* insuper fert Iuditha. *Palatha* massa est ficorum & caricarum, ex qua fiunt offæ, quæ diu [Plin. Theophrast.] illæsæ manent: quare Plinius vertit *offas*, & Theophrastus perhibet ex prunis, nucleo dempto, [Plin. Hieron.] contusis fieri. Abundat caricis Syria. Plin. lib. 13. c. 5. Hæ suauissimæ sunt Eremitarum dapes, Hieronym. in vita S. Pauli, c. 5. *Quinque caricis per singulos dies sustentabatur*. Ex his primus Atheniensium victus, apud quos primùm reperta ficus, quibus & pecora nutri ... *caresque* solet núcupari.

76. An de tenola Epicuri fœmina sacra, quæ aduersus epulonem Holofernem in parsimonia vi[Laert. Ælian.]ctus legem Epicuri præsumit; de quo Laërtius in vita eius, & Ælianus de varia hist. lib. 4 scribunt puris cœnis indulsisse, siccísque hortorum frugibus, ne hæc illi pars deficeret voluptatis, quæ in abstinentia est. Ex præfatis Auctoribus victum [Alexand. ab Alex.] eius Alex. ab Alex. narrat. lib. 3 c. 11. *Epicurus quoque summus voluptatis assertor, victu frugali & modesto contentus, aqua & polenta, aut pane hordeaceo victum quæsiuit, non quod voluptates auersaretur, sed quod in tenui victu se plus voluptatis experiri aiebat*. In polēta & farina hordeacea luxum noui aduersíque Epicuri, Holofernis scilicet, illudit Iuditha. Si Epicurum addiscere gliscis, ó Holofernes, habes in frugali puella, quid imiteris, ne infarcias ventrem, vt per luxuriæ semitam egeras: sed exicca corpus, arentésque delige cibos, vt minus humoris per ceruicis vulnus eiicias.

77. *Et panes & caseum* Græce est ἄρτων καθαρῶν id [Græca. Vatabl. Serar.] est, *panibus mundis*, seu, vt scholiat Vatablus, *puris* nempe *azymis* & *infermentatis*. Serar. vult mendum irrepsisse, legendumque esse ἄρτων καὶ τυρῶν id est, *panibus & caseis* scilicet impleuit peram. Vix suspicor emendationis locum. Quid enim, quod subticeat Græca versio aliquid, quod Latina subintulit? pluries id accidit in hoc opere, cùm & alias pluribus superfluat. Ego quidem in *panibus puris* non azymos interpretarer, sed coctos, plurimúmque de siccitate ferentes, quę ex nimia recoctione vliginosam exufflauissent qualitatē, & ad ignis appulsum solius frumenti puritatem seruarent. Oportebat panes exiccauisse, vt si fortè moras traheret facinoris sors, abstinentiæ edulium duraret. Præcipuè, quia siccitas panis non infrequens ieiunantibus est. Rufin. lib. 11. c. 7. de Apollonio. *Erant autem eis pauci tantummodo & sicci panes*. Ioannes libell. 111. n. 2. *Dedit eis securim, & sportam plenam panibus siccis*. [Ioann.] Consule Rosuueidum in Onomast. verb. *Paximates*, vbi [Heribert. Ro.] plura huic centoni mutuaberis. Id genus exiccati panis *Paximatius* Eremitis notus dicebatur, qui ex recoctione est diuturnitati opportunus: vide in vita S. Antonij c. 11. dicitur. [in vit. S. Ant.] *Panes mensium sex, vt Thebais mos est, secum recondens; nam crebrò per annum incorrupti durare solent.*

78. Si huic cogitationi indulgeas, emendationibúsque delecteris, legendum putabis pro ἄρτων καθαρῶν, ἄρτοι δίπυροι, id est, non mundi panes, sed panes secundò cocti, vt exponit Hesychius; qualem panem subidum vide esse Isidorus lib. 20. [Isidor.] Etymol. c. 2. & Paximatium Rosuueydus suprà. [Rosuueyd.] Ast non vertenda sunt terga veritati: ἄρτος καθαρὸς, apud Græcam versionem ille ipse est, de quo agit Athenæus, quem opponi ait lib. 3. ἄρτῳ τῷ συγκομιστῷ. [Athen.] Si autem petas, quid sit ἄρτος συγκομιστὸς, Hippocrates exponet panem sordi[Hippocrat. Galen.]dum: Galenus illum, qui ex omnibus farinæ suæ partibus absque vlla detractione constat, vtique vocis significat confusaneum, nempe, quia tumultuariò, nec cribrata farina, cōpingitur. Quare propriè ἄρτος καθαρὸς, quem Iuditha fert, est panis nitidus, ex primoque frumenti candore, qualem nos *Pan floreado* dicimus. Subsilet Græcus caseos; habet Latinus. Diximus iam intra alimenta castrensia nuncupari: quæ si recolas, nihil de militaribus omissum à sacra bellatrice reperies. l. 6. C. Theodosiano de erog. milit. annon. [L. 6. C. Theodos.] *Expeditionis tempore buccellatum ac panem, vinum quoque atque acetum, sed & laridum*, &c.

79. Quod peram hac annona infartam humeris Abræ suæ imposuisset, è militari disciplina venit. Confirmat Ammianus in Iuliano. [Ammian.] *Bucellatum, vt vulgò appellant, humeris imposuit libentiùm militum*. Suidas: [Suidas.] *Saccos pelliceos in humeris ferentes, in quibus nihil aliud, quàm panes biscoctos domi imposuerant, abibant*. Et bene ad quinque dies hanc cibariam annonam disposuit. Sic enim de militibus Liuius lib. 3. [Liuius.] *Armati cum cibarijs in quinque dies, vallísque duodenis, Martio in campo adessent.*

Vers. 6. Cúmque venissent ad portam ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam, & Presbyteros ciuitatis.

Vers. 7. Qui cùm vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius.

Vers. 8. Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium cordis tui sua virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero Sanctorum, & iustorum.

Vers. 9. Et dixerunt hi, qui illic erant, omnes vna voce: Fiat, fiat.

80. *Cúmque venissent ad portam ciuitatis*. Speciosum prodigium, extra limina domus Iuditha oberrans; vidua, quam editam reclusorij tectum sub nobili carcere concludebat, popularem semitam terit, per compita tendit ad mœnia, & ad portas

portas ciuitatis cum ſuo debili, forſánque ſenili comitatu contendit. Benè delegit honeſta matrona non aliter è tecto prodire, niſi depoſito viduitatis amictu, ne venerabilis, pulluſque viduæ color per biuia popularia ſorderet. Satius fuit, ſub aliena ſecularis puellæ ſpecie, adſcitiſque ornamentorum delitiis gradum extra domum mouiſſe, quam ſub propria viduali figura, oculorum ſe dediſſe commercio. Quid ageret confuſa plebs; Confertiſſimas ciuiũ copias hoc nouũ ſpectrum attonitas poſt ſe traxiſſet, metamorphoſim mirarentur, nempe Iuditham comptam, olentem, nitidam, & de genialibus tædis iam totam. Inde ſuſpicor, niſi quos obſcura nox inſcios effecerit, ſequacibus greſſibus populum iuiſſe poſt fœminam, nouitate conductum. Facile argumentum eſt: nam poſtquam exceſſit è ciuitate, dicitur in Græco verſ. 11. *Speculabantur autem eam viri ciuitatis, quouſque deſcendit montem.* Qualiſne ciuium congeſta cohors, cum ſoli Ozias & presbyteri, quorum in conſeſſu decreta res, callebant egreſſionis ſecretũ? Quos poſt tergum traxit venuſta ſpectri inſoliti ſingularitas, oculis vſque ad montis deſcenſum fœminam deſerere paſſi non ſunt, à cuius præſentia, nitoréque faciei, tanquam ſubita fugâ nitidi fulguris, orbabantur.

81. *Inuenerunt expectantem Oziam.* Benè inueniſſe dicuntur, quos quærebat ſtudioſa ſedulitas. Non ſubitò reperti ſunt quos ex condicto prouidentiæ Iudithæ ad portas deſtinauerat ciuitatis. Velox Spiritus ſancti impetus eſt, & qui ab initio ſuper aquarum peruolabat fluẽta, alas ſuis vectaculis induit: ad factum vrgebat Iudithá, quæ tardi molimінis impatiens, ne obſtricti portarum vectes licentiam Principis expectarent, vt exitũ abeunti tribuerent, cauerat priùs, quòd Ozias & Presbyteri iuxta veſtibulũ ciuitatis perſiſterent. Dictis fœminæ paruere ſeniores. Quid eſt quòd emineat, venerandorum Principum obedientia, venerabilióne maieſtas in vidua, quam virtus ſpectabilem & ſupremam aſſeruit? *Cùmque veniſſent ad portam ciuitatis.* Non modica humilitas, in plurali, promiſcuáque dictione ancillam copulare cum domina. Multum Abra de nobilitatis, dominíque partibus ſortita eſt, quæ pro populi libertate ſarcinam annonæ vectabat. Incepit promiſcuè cum domina computari, quæ popularis ſoſpitatis inſeruiuit officiis. Niſi honor Iudithæ ſit, illam, regali more, plurali numero retuliſſe. Sed imò commendabilior excellentia eſt, talis famulæ ſatellitio Iuditham vti, quæ vnum cum domina numerum ſubingredi valeat.

82. *Qui cùm vidiſſent eam.* Viderunt illicò, etſi ſub noctis palliolo, tenebrarúmque inuolucro contectam: neſcit cœleſtis ſplendor diurnis lucibus adiuuari. Fronti geniſque addiderat Dominus ſplendorem: quidni propriæ; non alienæ lucis ſtipendio, nitidi vultus venuſtas abſque obſcuritatis impedimento traiiceret? *Qui cùm vidiſſent eam.* Benè *eam* additum eſt: tum quia, iuxta Nazianzenum, pigmentorum lenociniis in *alteras* fœminæ tranſeunt, & quæ *ea* ingreditur vngenda comandaque, egreditur *altera.* Eam Principes viderunt, quaſi principalioribus teſtibus opus eſſet, vt quæ viduale depoſuerat luctum, pro funeſtáque toga ſtolam aſſumpſiſſet iucundam, Iuditha legitimè probaretur. Græca verſio habet: *Vt autẽ viderunt eam, & erat mutata facies eius, & veſtem mutatam eius.* Ergóne perſonata facies Iudithæ extra cutem, alterá profert? Imò ipſa facies eſt, nec natura diuerſa, ſed gloria. Hæc cœleſtis ſplendoris indoles eſt, manentibus lineamentis; nec diſſipata naturá, nouantiquã reddit ſpeciem. Sed admodum pulchra erat Iuditha, cùm nuper in cubilis ſui ſecreto à Principibus viſa eſt. Vidualis amictorij in elegantiam comæ, facieíque delibutæ pigmenta tranſitus, & tranſgreſſio immutari facit & faciem. Quæ ſepeliſti virum corpus tuum ſepelis, cùm ornaris: verè iam non es, quæ in forma viduali non es. Appoſitè Paulus: *Honora viduas, quæ verè viduæ ſunt*, id eſt, quæ verè ſunt, dum viduitatis cineres ſub igne illecebroſi cultus non decoquunt, & abſcondunt. 1. Tim. 5. 3.

Stupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius. 83.
Vultus, quem Deus, luminis formoſitate conſpergit, ſtuporem excitat, non libidinem. Sancta pudoris pulchritudo eſt: adorationem vincat, frænat audaciam. Stupent oculi, non concupiſcũt, quando roſeam elegantiam faciei purpura maieſtatis commendat. Regalis ſplendoris præſentia præ metu legitimo reuerentiæ, non pectus ad impuros conatus, ſed poplitem ad humilitatem incuruat. Si ſtupere, totis artubus hærere eſt, ſanguinémque per venarum ſemitas gelidari; quis calor ad illecebræ cogitatum in Iudithæ ſpectatoribus potuit manere, quem attonitus ſtupor extinxit? Forma (vt placuit Donato in Ter. phorm. act. ſcen. 2.) à feruore nomen aſſumpſit, vtpote ex qua ignis ſolet amoris oriri fornax, & forma parilibus flammis, tangentes illa, videntes iſta comburit. Forma Iudithæ de cœleſtibus focis inflammatá neſcit vrere, ſed lucere; & inter laſciuæ voluptatis vrticas, aculeos, quos non patitur, in ſui reuerentiam accendit; ſicut ſacer ignis ſpinas rubi virentes fecit inſeruire pietati. Donat. Exod. 3. 2.

Stupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius. 84.
Antea c. 8. v. 7. elogiũ Iudithæ fuit: *Erat eleganti aſpectu nimis*; & tamen nullus ab eius aſpectu ſtupor eueniſſe profertur: nunc non nimia pulchritudo perhibetur in fœmina, ſed in intuentibus nimius ſtupor. A facie ad ſpectatores tranſiuit exceſſus: iam tota Dei Iuditha eſt, quæ ſe pro liberando populo Deo contexit: Nulla in deitatis formoſitate nimietas; nimius fit tremor, exceſſúſque panidus & ſtupor, qui lumini diuino debetur. Nihil nimium fert iam in facie Iuditha, etſi ab vnguentorum lenocinio, fucorúmque additamento incrementum accepit: vt noſcas, quàm naturale fuerit talibus pigmentis ornari, quæ non ſe ex libidine, ſed ex virtute perunxit. Extranea artis pigmentaria ſubſidia in propriam venuſtatis tranſiere naturam. Nihil alienum homini eſt, qui ob Dei amorem rebus creatis vtitur ad obſequium. Quæ natura dedit, nimia non ſunt, etſi alteri ſpeciei viderentur ſuperflua: Nimium dixeris, quod extraneum: tota pulchritudo Iudithæ de natiua eius ſuppellectili fuit; ſplendórque ab oleo, commodato receptus, diuini Numinis annuente licentia, quaſi in ingenitam poteſtatem tranſiuit.

Quid nouum videtis in fœmina, ô Bethuliæ 85.
primates, quod ſic ſubiugat ſtupore præcordia? Nuper in cubiculo obiurgatricẽ audiſtis, vidiſtis ſeueram, nec animos ſtupor inuaſit. Non mutata perſona eſt, ſed mutatur officium: iam pro Dei religione, patriâque vindex pulchritudo triumphum in propriis ciuibus addiſcere incepit, quem perficeret in alienis. Stupebunt Aſſyrij, cum ſic Bethulienſes ſtupent. In ciuitatis portis victoria incepit ad conſummatæ, plenæque

de inimicis libertatis auspicium. Se quasi in siccopuluere exercebat vincens Principum animos pulchritudo, vt postea etiam inimica Assyriorum corpora detriumpharet. Vide si verax præludium fuit: stupent nunc ad fœminæ faciem Ozias & presbyteri, & post modicum interuallum similis stupor ex visa venustate tenuit Assyrios. Eodem omnino verborum stylo infra v. 14. *Et erat in oculis eorum stupor: quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.* Et stupor, & nimius fuit, quem conspecta pulchritudo prouocauit in hostibus. Nulla maior de victoria aduersus militem extraneum securitas, quàm disciplina, exercitatióque victoriarum in proprio. Disce domestica vitia victrici dextera subiugare, vt faciliore Marte aliena possis imperio fortitudinis subdere castra.

86. *Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire.* Nunquam sublimior Principum ciuitatis auctoritas, quàm cùm in sanctitatis obsequium deprimit supercilium. Non interrogant Magistratum supremi, quid sibi conscia Iuditha prætenter, ne fastidiosæ vitio elationis conceptam spem fortunatissimæ sortis turbarent. Garrula nimis & curiosa superbia est: amat silentium & ignorantiam humilitas; quæ vsque ad extremum sui fastigium peruenit, cùm in Regibus & Principibus sedé locauit. Nil gratius coronæ Regali, quàm de infimis humilitatis lapidibus redimiri, qui dum lucent ad gloriam, agnatum puluerem, imaque terræ cunabula recordantur. Vestra iam est victoria, ô Bethuliæ Primates, dum subiicimini fœminæ, quam Deus impleuit: pro meriti fœnore vobis inimicus exercitus subiicietur. Oportuit diffidentiæ peccatum, quam anteà seniores ciuitatis sorduerant, hac humilitate expiare, in qua & fides emicuit, & sinus suos expandit prudentia. Multum enim de prudenti consilio trahit, qui curiositatis mitigato appetitu se temperat ab alienis arcanis, diuinæque prouidentiæ profundum iniecto perscrutationis fune rimari non tentat. *Nihil tamen interrogantes eam.* Loquebatur facies, aures erant intuentium oculi tacitum intercessit reciproci eloquij commercium. Quid opus erat interrogationis conatu intimum penetrare secretum, si fœminæ insolita pulchritudo totum, quod pectus silentio religioso occultabat, emissis luminibus publicauit? Pergit, ô vos, pergit hæc fœmina ad conterendum Persarum Ducem non manu, sed fronte, non tam digitis, quàm oculis, non ferro, sed venustate: quod fecit in vobis, in eo perficiet: ille stupebit ad mortem, si vos tenuit stupor ad vitam.

87. *Dimiserunt transire.* Græcè est: *Et dixit ad eos: Præcipite aperire mihi portam ciuitatis, & exibo in consummationem verborum, quæ loquuti estis mecum: & præceperunt iuuenibus aperire ei, sicut loquuta est, & fecerunt sic.* Cui se lectioni

August. visus est conformare Augustinus in appendice serm. 67. *Spes omnium populorum procedit: felicitos populos reddictura securos suâ sapientiâ consolatur, quæ promittens victoriam, quam omnis natio miraretur, portam sibi paulum remotis obicibus postulat aperiri.* Infaustum omen obsessis ciuitatibus apertio solet esse portarum, quæ arietis impetum sustinent, nec flectuntur. Id tetigimus suprà tom. 1. cap. 8. num. 290 Verùm non ominosus fuit vestium recessus, serarúmque resignatio, vt exiret Iuditha, in cuius abscessu libertas in Bethuliã ingredi parabatur. Vindex ciuitatis egreditur quæ & arrhabo victoriæ fuit, & columitatis pignus: ideò portarum cardines non grauantur attolli, nec solùm portas aperiri: amplum enim exigebatur spatium, vt ampla & magnifica populi egrederetur redemptrix, quæ grandi sarcina, nempe Holofernis capite, victoriæque pondere onusta, grandior & excelsior erat regressura per spatium, quod apertum fuit ad egressum.

Deus Patrum nostrorum det tibi gratiam. Maior emphasis in Græco est: *Deus Deus Patrum nostrorum det te in gratiam, & perficiat studia tua ad gloriam filiorum Israel.* Vatablus scholiat: *Det te in gratiam, phrasis Hebræa est pro ponere aliquem in gratia apud aliquem, cúmque gratiosum reddere.* Ergo iam percalluerunt Ozias & presbyteri, quid in cordis penetrali altum sibi Iuditha defixerat, nempè & verborum & vultus lenocinio seuerum & trucem Persam cicurare, fouerêque blandimentorum spongiâ, vt securiùs iniecto vulnere sanguinem effudisset. Quid est igitur, quòd institutum fœminæ dicitur occultatum, nec interrogationi peruium, nec quæstioni subiectum, siquidem præcessit: *Nihil interrogantes eam?* Sed ornatuum nouitas, viduallium sordium depositio, crinium per gradus & redimicula decor, vniuersáque de pompa geniali species animos Principum edocuit, ad ambiendam Holofernis gratiam pergere fœminam, quam omnia artis & naturæ documenta beabant. Latuit eos iugulationis cogitatio, latuere verborum technæ, quibus parabat illaqueare inimicum; solùm ex gratiosa facie, ineundæ gratiæ cum hoste argumenta proni traxerunt. Sed qui de gratia sic casu vaticinati sunt, quidquid in facinore fuit, compendioso oraculo prædixerunt: nulla enim absque gratia cœlitus afflata occisionis portio successit. 88.

Græca.

Vatabl.

Vers. 10. Iudith verò orans Dominum, transiuit per portas ipsa & Abra eius.

Disquiritur, an meritum, an culpa fuit, Iuditham in periculum pudoris & vitæ se inter inimica castra iactare?

Peridoneus locus iste est, vt discutiamus, quo iure, quôve merito Iuditha in præsentissima mortis, sordiúmve pericula se proiicit imperterrita? Immunis ne erit à temeritatis piaculo, ab iniuria pudoris, à vitæ dispendio, quæ fœmina, quantumuísque virago, non vir; mollis quà mulier, flexibilis quà venusta se in militum phalanges, & barbaros, & idololatras, & salaces immittit, quos nulla portio lucis irrigat rationalis? Quid si ad primas Assyriorum excubias violenter contuso castitatis flore animam ageret, ne pudici pectoris consumeret honestatem: Quid si in Holofernis tentoria procedens, de insidiarum coniectura pateretur in neruo, vel de transfugij flagitio torqueretur in fune, vel de religionis ardore vreretur in rogo, vel de pulchritudinis illice, si impuros recusaret amplexus, vitam absolueret per tormenta; nullóque ex prædictis in casu, Bethuliæ solueret obsidionem? An ideò martyrij mereretur aureolam, & in Sanctorum numero, sicut Bethuliæ Principes promiserunt, censenda veniret: Non inamœnæ disceptationis est. 89.

Profectò

90\. Profectò hoſtem prouocanti, & pellicienti, ſéque in periculũ danti denegát martyris gloriam (Clem. Alex.) Clemens Alexandrin. 4. ſtrom. cap. 2. *Eos,* inquit, *qui de induſtria mortem quærunt, dicimus ſe ipſos producere abſque vllo martyrio.* (Menſur.) Menſurius Carthaginenſis Epiſcopus apud S. Auguſtinum in Breuiculo collat. die 3. cap. 13. eidem ſententiæ ſuffragatur: lectum enim fuit ex litteris Menſurij: *Eos, qui ſe offerunt perſecutionibus non comprehenſi, & vltrò dicunt ſe habere ſcripturas, quas non traderent, diſplicuiſſe Menſurio, & ab eis honorandis eum prohibuiſſe Chriſtianos.* (Petr. Alex.) Petrus Alexandrinus in canon. de reſtitut. lapſorum: *Ij, qui tanquam ex ſomno ad certamen, quod eſt conſideratione parturiendum, proſiliunt, pugnaque maritima, & multa fluxuum inundationis tentationem attrahunt, potiùs fratribus, peccatorum carbones accendunt.* Sic & (Nyſſen.) Gregorius Nyſſenus in vita Gregorij Neocæſarienſis, (Athanaſ.) Athanaſius in Apolog. (Nazian.) Nazianzenus orat. 10 cuius hæc verba *Lex martyrij eſt, vt nec nos vltrò ad certamen accedamus: hac ratione tum perſecutoribus, tum minoribus athletis conſulentes: nec cùm præſentes ſumus certamen detrectemus.* (Clem. Rom.) Adi Clementem Romanum lib. 5. conſtitut. c 5. Dum igitur Iuditha libens in certamen prodiuit, non quidem laceſſita à tyranno, ſed vt illum laceſſeret, & irritamento feriret, non videtur de honeſtatis diſciplina hauſiſſe conſilium: nec cum pugnis martyrum comparanda, etſi carnifici collum dediſſet.

91\. Aſt ex aduerſa factione eſt, hanc animi in mortis pericula iactationem perpetuis laudibus celebrari: nam quæ ſe pro libertate patriæ communique bono morti litauit, quaſi mortem, quam intulit, ſubiiſſet, tota de luce laudis monumenta ſortitur. (Lyra.) Lyra in huius capitis veſtibulo ſic orditur: *Poſtquam Iudith ſe muniuit armis orationis, hîc conſequenter offert ſe periculo mortis.* (Iſidor.) Sanctus Iſidorus de vita & morte Sanctorum, cap. 64. *Iudith filia Merari in gloria virorum præſtantior, pro ſalute populi morti ſe obtulit.* (S. Thom.) Sanctus Thomas 2. 2. quæſt 110. art. 3. ad 3. *Iudith laudatur, non quia mentita eſt Holoferni, ſed propter affectum, quem habuit ad ſalutem populi, pro qua periculis ſe expoſuit.* (Auguſt.) Auguſtinus ſerm. 66. *Prodit ſecura vnius puellæ comitatu contenta.* Ambroſius lib. 3. de offic. cap. 13. *Horruerunt Perſæ audaciam eius, Vtique (quod in illa Pythagoreus duobus mirantur) non expauit mortis periculum, ſed nec pudoris, quod eſt grauius bonis fœminis; non vnius illum carnificis, ſed nec totius exercitus tela trepidauit.* Alludere videtur Ambroſius ad fortitudinem in martyrio, quæ vnius carnificis non pauet ad ictum, palmámque de præſtantia, Iudithæ dat, quæ non vnius ictum carnificis, ſed nec totius exercitus tela trepidauit.

92\. (S. Thom.) Si petas quot ſunt ad martyrium conſtituendum virtutes, præſtò aderit S. Thomas 2. 2. quæſt. 124. art. 1. & 2. nempe fortitudo, quæ principaliter elicit ſtrenuum actum; patientia, quæ ſuſtinet; charitas, quæ imperat; fides, quæ finis eſt. An hæ in Iuditha virtutes? Illuxere quidem omnes in hac ad pericula iactatione. Si patientiam demas, vtpote quæ contrariæ, ſed fœlici ſorte pugionem tyranni non in corpore, vt caderet, experta eſt; ſed in manu, vt tyrannum occideret. (Clem. Alex.) Cupis fidem? Clemens Alexand. lib. 4. ſtrom. cap. 4. *Ingreditur quidem in caſtra alienigenarum, omne periculum contemnens, pro patria ſe ipſam tradens hoſtibus in fide Dei.* Fortitudinem? (Rupert.) Rupertus de diuinis operibus lib 12. cap. 15. *Iudith fortitudinis ſpeciem in hoc nimirum prætendit, quòd immaniſſimo tyranno pro liberatione patriæ ſe oppoſuit.* Charitatem? (Ioan. Sareſb.) Ioannes Sareſbarienſis: *Charitas fuit, quòd nulla formidauit pericula, dum fratres & populum Domini ab hoſtibus liberaret.* Vide ſi in omnibus his teſtimoniis concordi decantatur accentu, mortis periculo ſe ob patriæ bonum deuouiſſe Iuditham. An id ſatis, ſi non deficeret carnifex, vt verticem redimiret aureola? Satis quidem in Deum relata patriæ columitas? aliis partibus, & conditionibus accedentibus. (S. Thom.) Auſculta S. Thomam in 4. diſt. 49. quæſt. 5. art. 5. quæſtiunc. 5. ad 11. *Cum quis propter bonum commune non relatum ad Chriſtum mortem ſuſtinet, aureolam non meretur; ſed ſi hoc referatur ad Chriſtum, aureolam merebitur, & martyr erit. Vtpote ſi rempublicam defendat ab hoſtium impugnatione, qui fidem Chriſti corrumpere moliuntur, & in tali defenſione mortem ſuſtineat.* Nunquam vacua à ſacra religionis vindicta, à diuini honoris clientela, à reuerentia Numinis vlla portio in hac Iudithæ profectione, ſtrenuique facinoris auſu. Quidquid ſiue loquuta, ſiue operata, intento pectoris inſtituto collineabat in Deum, è cuius afflatu, & de ſupernis irrigatione in tam nobile ſe dedit audaciæ genus. Nec deberet illi quæſtio moueri de aureolæ iure, ſi ob religionem, ſeu caſtitatem, & patriam necaretur ab hoſte, quæ animoſa, fidelis, patriæque vindex, religionis cliens in pericula inimica proceſſit; cui greſſus non de inconſulta temeritate veloces, ſed de ſancti Spiritus pennis circumdati in Aſſyria tentoria victricem pulchritudinem induxere. Ergo ab alto ſpiramen fuit, vbi Spiritus ſanctus ductor eſt, conſilij dator, fortitudiniſque largitor, nequit fœmina in iudicium de temeritate accerſiri. (Auguſt.) Hinc Auguſtinus ſerm. 67. inquit: *Pergit diuino ſpiritu ducta.* (Hieron.) Hieronymus in præfatione: *Qui caſtitatis eius remunerator virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus vinceret, & inſuperabilem ſuperaret.*

93\. Nec hoſtes laceſſere, inimicóſque fidei iuſti certaminis aculeo pungere, ſemper martyrij purpuram decolorat; imò plures honoramus de martyrij merito celebres, qui libentes ſe in pugnam iniecere, periculúmque mortis adierunt, vt dum vitam perderent, palmam arriperent. Antonius Preſbyter, Zebinas Eleutherpolitanus, & Germanus Maximium prouocarunt, deſiderio martyrij incenſi, ſiccámque arenam infuderunt ſpontaneo cruore. (Euſeb.) Conſtat ex Euſebio 8. hiſtor. cap. 19. S. Abibus, Edeſſenus Diaconus Præfectum Lycinium, vt mortem incuteret, inſtigauit. Marcum Epiſcopum Arethuſum, voluntarium athletam vocat (Nazian.) Nazianzenus orat. 3. qui ſe tyrannorum furori lubens deuouit. Quid de Babilæ, quid de Eulaliæ impetu in ſæuientis tyrannidis tormenta depromam? Quid de ſanctis Martyribus Cordubenſibus, qui in Mahometicas acies ad laurum ſanguinis proruperunt? (S. Eulog.) Conſule ſanctum Eulogium lib. cap. 16. Ineluctabilis ratio pro martyrij corona in præfatis caſibus exhibetur; quippe non mors directè quæſita fuit, ſed fidei exaltatio; nec inconſulta in immania pericula progreſſio, ſed conſule ſpiritu, qui quà ignis, quaſi tormentariam pilam, impetu religioſo in

in tormentorum exercitus, tyrannorúmque arma mitteret.

94. Scio quòd Rex Cordubensis Saracenus, & persequutor Christianorum Habdarragman, conuocatis Cordubam sui regni Præsulibus, edici curauit: *Illicitum esse ad palæstram processionis discurreret*, id est, martyrio se committere. In quæ verba confectum fuisse ab Episcopis decretum obseruat S. Eulogius lib. 2. cap. 15. vt tyranno vtcúmque satisfieret, nec veritas læderetur: nam id verum in bono sensu, id est, seclusa idonea causâ, vel peculiari Spiritus sancti flamine. Non pateam Tertulliani verbis ad Scapulam cap. 5. vbi agens de vltroneis certaminibus Christianorum, qui se tyrannis vestigatoribus libitò obiiciebant, sic inquit: *Crudelitas vestra gloria est nostra. Vide tantùm ne hoc ipso quòd talia sustinemus, ad hoc solum videamur erumpere, vt hoc ipsum probemus, nos hæc non timere, sed vltro vocare.* Oportuit ad fidei alacrem, generosámque confessionem sacro irritamento Christianitatis hostes ad arenam certaminis prouocare, vt assertoribus crdelitatis constaret, quanta esset fidei nobilitas, quæ de tormentis facit illecebram, benéque Christiano sapori pœnas in blandimenta conuertit: Pergit Tertullianus: *Arrius Antoninus in Asia cùm persequeretur, instanter omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius se manufacta obtulerunt: cùm ille paucis duci iussis, reliquis ait: O miseri, si cupitis perire, præcipitia, aut restes habetis.* Neutiquam igitur obsistit martyrij aureolæ, quòd si casus exigit, si cœlitus infusa promouet concitatio, quis se libens tyranno præsentet, vt infœlicibus Christiani nominis nundinis æternitatem pro vitæ temporalis stipe mereatur. Quare si extracto sanguine, vigilatoque collo gladium tyranni purpurauisset Iuditha, mortémque oppeteret in fide Dei non illi martyrij palmam eriperet, quòd ipsa vltroneis gressibus se in inimicorum arma dedisset. Præcipuè, quia nulla illi temeritatis nota incutienda est; quippe quæ de cælestibus instructa, inter mortalia pericula, secura mortis incedebat. Ambrosius lib. 3. de offic. cap. 13. *Stetit inter cuneos bellatorum fœmina, inter victricia arma, secura mortis.* Augustinus serm. 66. *Hostium securis gressibus properauit in castra: intra muros sollicita fuit; secura fit, dum ad timenda peruenit.*

95. Aliò ex capite poterit forsan Iudithæ aureola martyrij (si apud hostes cecidisset enecta ob religionem, fidem, patriam) in quæstionem litémque vocari, nempe quia non, vt ipsa caderet, sed potiùs vt tyrannum occideret, in hostilia castra perrexit: quare more militis potiùs se gessit, qui alienis cruendis cruoribus studiosus insistit: quòd si ipse aduerso sydere cædatur, casus est, non voluntas. Equidem quod contrapugnatio & resistentia claritatis obsistat martyrij, videtur fateri S. Bonauentura in Psalm. 33. vbi è tribus quæ expetit ad martyrium, nempe finem idoneum, perseuerantiam vsque ad mortem, & voluntariam perpessionem, hoc tertium efficit esse formale, vt non reluctante ceruice securim admittat; sileat, non resiliat, nec refragantis animi vindictâ repugnet. Ausculta S Cyprian. epist. 57. *Intellexi milites Christi vigilare iam sobrios; vinci non posse, mori posse & hoc ipso inuictos esse, quia mori non timent: nec repugnare contra impugnantes, cùm occidere innocentibus nec nocentem liceat, sed promptè, & animas & sanguinem tradere.* Accinit Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 39. *Oues dixit, quia nemo oues appellat eos, qui in bello armati, & ipsi ex eadem feritate certantes cadunt, sed qui in sua proprietate, atque patientia dedentes potius semetipsos, quàm vindicantes, trucidantur.* Hinc martyres Thebæi, licèt ob multitudinem agminis, & artis bellicæ peritiam potuissent non inulti perire, tamen vt martyres occumberent arma non obiecerunt, sed abiecerunt, & sicut agniculi in sanguinis proprij balneo natantem, non renitentem vitam suffocarunt. Rursus apud Ciliciam S. Andreas in bello Persico agmen agens duo millia quinque virorum in angustiis Tauri montis ab exercitu Seleuci Præsidis non reluctans, sed otiatá militiâ, pariter cum exercitu trucidatus interiit, vt perhibet Vsuardus, & Ado.

Hac ducti ratione, nempe quòd contrapugnatio martyrio obsistat, Christianos milites, qui in bellis iustis ab inimico Marte cadunt, ab albo martyrij expungunt. Lessius lib. 3. de iust. cap. 5. dub. 3. Henriquz lib. 3. de baptismi sacramento cap. 58. Theophilus Reinaudus in lib. de martyrio per pestem part. 2. cap. 5. n. 4. Tum quia Christus institutor, & doctor martyrum fuit, qui cùm pateretur, non comminabatur. Tum quoniam qui alieno sanguini eruendo insistit, si pugnans moritur, non libens, & ex electione, sui mortem oppetit, sed appetit alterius; nec acceptat mortem nisi indirectè, quatenus se periculo deuouet. Denique quia moriendo non præstat testimonium veritati, vtpotè qui non formaliter moritur vt fidelis, sed vt miles debellatus ab hoste: nec lethalia instrumenta, mansuetudinis clypeo retundit, sed furentis animi strenuitate in hostium detrimentum reducit.

Profectò si Iuditha apud hostes decederet, eius mors iuxta militaris congressus lineas metienda veniret; licèt enim non armata ferro, sed virtute, sed venustate è mœnibus ciuitatis prodiuit, multum de Marte animus bellator accepit, qui in fœmineo pectore plenas acies militares instruxit, & ex pulchritudinis officina, herbis sub virore lethalibus, medicata spicula fabricauit, quæ in hostium oculos, cordáque proiiceret. Patres de strenua Heroina quasi de bellatrice tractant: Augustinus suprà: *Iudith bellator animus alienum pectus obsedit. Illa abiecta formidine fœminarum, victoriam in periculis quærens, nec mortem in periculis timuit, nec ambiguitatem formidauit.* Et paruo interuallo: *Gentis suæ vindex sumpsit ornamentorum arma, non de bello nuptias subitura, sed de ciuitate bellatrix procedit sponsa* Ambrosius suprà: *Quantum ad molem spectat periculi, moritura processit: quantum ad fidem, dimicatura.* Nec negandum est, Iudithæ institutum fuisse, è tyranni humeris caput excindere, in quam sortem caput suum & vitam periculo mortis obiecit. Origenes homil. 9. in Iudic. *Quæ iam perditis pene rebus, non dubitauit sola succurrere, séque suúmque caput immanissimi Holofernis neci sola subiicere, & processit ad bellum non in armis, neque in equis bellicis, aut in subsidijs militaribus freta, sed virtute animi, & confidentia fidei, consilio simul & audacia hostem peremit* Obserua illud: *Séque suúmque caput Holofernis neci sola subijcere*, id est, sub fœnore mortis tyranni propriam vitam effundere. Scopus ergo fuit, et si ipsa

Marginalia: S. Eulog. — Tertull. — Ambros. — August. — S. Bonauent. — Cyprian. — Tertull. — Vsuard. Ado. — 96. Lessius. Henriq. Reinaud. — 97. — August. — Ambros. — Origen.

ipſa occideretur, occidere; nec vitæ propriæ amiſſio directè amata, niſi ſi Holofernes ab occiſa ſimul occideretur: id de militari indole eſt,
Virgil. vt de milite Niſo canit Poëta 9. Æneid. *Et mo-*
Euripid. *riens animam abſtulit hoſti.* Sic & alias Euripides in Oreſte: *ἔκτανες ὢν ἔθανες*: ideſt, *occidiſti,*
Sophocles. *vt cecidiſti.* Et Sophocles in Antigone: *θανὼν ὄλει*, *moriens perdit*: amat enim miles, vt dicebat Ennodius, *quòd, dum vincitur, triumphet.* Annè ſancti milites, quos ſub martyrij infulis colit Eccleſia, in hoſtium vitas deflagrarunt, & impetiti inimicam tyrannidem ſtuduerunt retundere, ſed vaginatis pugionibus, nunquam de meliori victoria triumphatores, ouabant? Chriſtianos exercitus decem millium ducentorum trium, cui S. Martyr Zeno Tribunus dux, Romanas potuit minas compeſcere; & tamen ebibere mortem non reluctati; ſolùm potuerunt in tanta multitudine coronarum de viridioribus foliis decertare; aduerſus inimicos omne
Baron. depoſuere certamen, vt liquet ex Baronio anno 298. qui & anno 297. ſimilia perhibet de Floriano, eiúſque militibus. De ingenti militum agmine abſque retruciatione occiſo in occidête,
Euſeb. conſule Euſebium lib. 8 c. 4 De militibus Mauri-
Heliand. tanis Helinandum in lib. de milit. coron.

98. Quantumuis præfata ex contraria non poſſent argumentatione nutare, & verum vſquequáque eſſet, quòd contrapugnatio de martyris purpura partem non ferat; Iudithæ ab Aſſyriis occiſæ martyrij palmam ratio huiuſmodi non infringeret, cuius exercitium non fuit perimere, nec minus teneras, pulchritudinémque digitorum puluere bellico, ſordidóque inimicorum ſanguine defœdare; nullo in id iuriſiurandi ſacramento addicta, nullo ſtipendio conducta, nec contra pugnans occidit, nec inimica tela retudit. Quare, ſi cæſo Holofernis iugulo, illic à ſatellitibus necaretur, non iuxta occumbentium in bello militum regulas eſſet exponenda, cùm iam extra reluctationem pugnæ occubuiſſet. Quòd ſi ante tyranni cædem ab hoſtibus interiret, quæ in imbelli fœminâ repugnatio partæ lauri vigorem inficeret: Quæ vt periclitaretur pro patria, vt patrios ritus, ſacramentáque vindicaret indemnia, & barbaros diuini nominis hoſtes iamiam ingruentes in aras auerteret, ſe caſtris inimicis inſeruit? Hoc opus honeſtatis fuit, perimendi hoſtem intentio ex fide, ex fortitudine, ſpéque cæleſti manauit. Quis martyrij purpuram fœminæ occumbenti inuideret?
Ambroſ. Ambroſ. 3. de offic cap. 13. *Quantùm ad molem ſpectat periculi, moritura proceſſit: quantum ad fidem, dimicatura. Honeſtatem ſequuta eſt Iudith, & dum eam ſequitur; vtilitatem inuenit. Honeſtatis enim fuit prohibere, ne populus Dei ſe prophanis dederet, ne ritus patrios, & ſacramenta proderet, ne ſacras virgines, viduas graues, pudicas matronas barbaricæ ſubijceret impuritati. Honeſtatis fuit ſe malle pro omnibus periclitari, vt omnes eximeret periculo.*

99. Quòd ſi dum ſoporatum Holofernem cadente iam acinace iugulare parabat, ille ad conquæſi motum, rugáſque ſonantes ſoporem elueret, & à vino, ſomnóque expergefactus proprium arriperet enſem, vt fœmineum in ſe facinus vindicaret, pulchrámque iugulatricem pari ſupplicio mulctaret? Non ſuſpicor guttam ſanguinis de virtutis laude perituram fuiſſe Iudithæ, quæ in fide Dei, etſi minùs cautè, decederet, & in fortitudinis campo adhuc inueniret virentem ramum, quo cadentem verticem redimeret. Sanè Samſon non ſolùm ſanctus, ſed & martyr probatur à pluribus. Sanctum
nuncupauit Epiphanius hæreſi 30. Auguſtinus Epiphan.
lib. 1. de Ciuitat. Dei, cap. 26. Ioſephus lib. 5. Auguſt.
cap. 10 Imò & Apoſtolus ad Hebræos 11. inter Ioſeph.
eos, qui fide ſalui ſunt, nectit. Martyrem vo- Ad Hebr. 11.
cat S. Baccharius epiſt. ad Ianuarium: probát- S. Bacchar.
que Palludanus in 4. diſt. 49. quæſt. 8. art. 4. con- Palludan.
cluſ. 4. D. Antoninus 3. part. tit. 30. cap. 8. §. 1. latè S. Antonin.
Serarius in lib. Iudic. cap 16. quæſt. 32. Et tamen Serar.
moriens inimicorum copias demolito ædificio ad puluerem vſque moliuit: occidit, vt cecidit, moriénſque perdidit Philiſthæos.

Quin quòd contra pugnatio, ſtudiúmque ini- 100.
mici ſanguinis effundendi, gloriam non impediat martyrij, non ignobiles habet auctores, qui cenſent milites Chriſtianos, qui ob reipublicæ columitatem, religioniſque obeunt in bello, ſi cætera adſint, quæ martyrij exoptat aureola, & aduerſus fidei hoſtes dimicent, aliquando ad martyrij aureolam aſſurgere poſſe: quod lucu-
lenter docuit S. Thomas in 4. diſt. 49. quæſt. 5. S. Thom.
art. 3. quæſtiunc. 2. ad 12. S. Antoninus 3. part. S. Antonin.
tit. 30. cap. 8. §. 1. B. Thomas à Villanoua ſerm. de B. Thom. à
S. Iacobo Apoſtolo in fine, Viguerius in inſtit. Villanou.
Theolog. cap. 6. §. 1. verſ. 1. coroll. 5. Palludanus Palludan.
in 4. diſt. 49. quæſt. 8. art. 4. Soto ibi quæſt. 5. art. 3. Viguerius.
§. Ad hæc tandem. Armilla verbo *martyrium.* Sotus. Armilla.
Serarius in lib. Iudic. cap. 16. quæſt. 32. Iodocus Serar. Iodoc.
Damhouderius in Chriſtian. parenæſ. admo-
nit. 10. n. 16. Conducit Scotus in 4. diſt. 4. q. 3. Scotus.
§. 2. Gabriel in 4. diſt. 4. quæſt. 2. art. 1. dub. 2. Gabriel.
Sylueſt. verb. *martyr.* Caietanus 2. 2. quæſt. 124. Syluest.
art. 4. §. *Ad horum euidentiam.* Poteſtque hæc Caiet.
ſententia iure deduci ex S. Thom. 2. 2. art. 5. ad 3.

Scio circumferri, quòd Nicephorus Con- 101.
ſtantinopolitanus Imperator legem tulit, vt milites in bello cæſi, martyres haberentur; ſed reluctati fuere Polyeuctus Patriarcha, & alij Antiſtites, & in Imperatoriam inuecti ſanctionem
vſque ad abrogationem inſudarunt. Sic ex Zo- Baron.
nara & Glica Baronius anno Chriſti 964. Itidem Phocas Imperator martyribus interſiciendos milites ſedulis conatibus percupiuit: ſed reſtitere Orientales Epiſcopi canone 13. S. Baſilij muniti in epiſt. ad Amphilochium, vbi Sanctus decreuerat, quòd milites tribus annis à communione abſtinerent, ſi in bello internecionem intuliſſent, etſi non inter homicidas attexendi. An ſemel, an bis de martyrio militum tentatum, non noſtræ veſtigationis eſt, licèt ſemel, ſint qui contendant, Phocáſque binomius eſſet, qui Nizephorus etiam vocabatur. Scitè ſanctéque coërcitum fuit Imperatoris ſtudium, cuius in exercenda bella libido eum in talem hæreſim traxit,
vt putaret nullam niſi in bello ſalutem. Glicas Glicas.
part. 4. p. 436. *Ponebat enim animæ ſalutem in alia re nulla quàm in bello.* Id quidem ex ethnico fon-
te: ſiquidem Dio perhibet in Traiano, eis, qui Dio.
in bello aduerſus Dicebalum, occubuiſſent, iuſſas à Traiano erigi aras, & annua ſolemnia celebrari. Ergo ne quiſquis in bello oppeteret, promiſcuâ, tumultuariaque religione martyr haberetur, benè ſancitum eſt. Cæterùm anteà nominati auctores ſolùm de aliquo, ſingularique milite agunt, qui ex fidei ardore irruens in hoſtes telorum nimbos contemnit, per alienáque vulnera ſanguine effuſo religionis ſacræ purpuram

quæritur, & imperante charitate, eliciente fortitudine; patientia obtemperante; laceros artus, & à continuis ictibus luxatos in inimicorum fidei dispendium exercet. Post hæc scripta, forte obtigit nobis liber sacrorum stromatum editus à pio, litteratissimo, & omni politura mentis exculto Patre Ioanne Eusebio Nierembergio è Societate IESV, cuius laus in Euangelico ardore est, in sacris Musis, in voluminum affluentia, quibus & Christianam pietatem in dies accendit, & Ecclesiam Dei omnigeno sapientis animi ministerio decorat. Hic stromate 11. cap. 28. plures milites refert cum martyrij corolla, & de excellentia Christianæ militiæ agit in sequentibus eruditè.

Vers. 11. Factum est autem, cum descenderet montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eam dicentes: Vnde venis, aut quo vadis

Vers. 12 Quæ respondit: Filia sum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quod dentur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vltrò tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro.

Vers. 13 Hac de causa cogitaui mecum, dicens: Vadam ad faciem Principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendam illi, quo aditu possit obtinere eos, itaut non cadat vir vnus de exercitu eius.

102. *Cùm descenderet montem circa ortum diei*, Procedente iam incubio noctis, à Bethuliæ mœnibus excessit Iuditha, siquidem iamiam appetente aurora, montis fermè ad radicem peruenit. Prima Solis cunabula parabantur, cùm illa cliuum montis non tardis gressibus decliuis atterebat. Nox forsan non illunis erat, lucéque syderum orbata, siquidem, vt suprà præmonuimus, in Græco est, quòd viri ciuitatis suprà muros glomerati, intentos oculos in abeuntem Iuditham proiecerunt, donec à conspectibus ima eam vallis arripuit, quam fortassis opaca densáque arborum series implicabat, in cuius finibus, Assyriorum absconditæ pernoctabant excubiæ. Cursum ergo Iuditha direxit, quò illam animosius vigor ductabat; non quidem per cæcos anfractus studiosa celari, latibuláque quærens, vt inimicorum manus effugeret; potiùs tetendit in rectum, nec ab æquali orbita deuiauit: scopus enim erat seriò incidere in hostes, & quòd ipsi agnoscerent, ad illos rectà dirigi deliberatum transfugium. Quem sensum planè
Græca. indicari iudico in versione Græca, quæ ad litteram est: *Et abierunt in valle in rectum.* Luculen-
Vatabl. tiùs Vatablus: *Ita profectæ sunt illæ rectâ per vallem, donec in Assyrios, qui statione pro castris erant, inciderent.*

103. Oportuit, sic instituisse progressum, vt ipsi agnoscerent Iudæi, non casu infaustave fortunâ Iuditham incidisse in excubias, sed ex consilio hanc perrexisse, & clariùs innotesceret, non dolo malo verba, quæ statim protulit, intexuisse. Admodum accommodus fuit temporis status, aptissimáque concinnitate consilio Iudithæ famulauit; quippe inter noctis dieique meditullium, cùm dubia lux est, & promiscua inter tenebras & lumen germanitas, adest fugacibus opportunitas, vt impunè recedant. Id benè percalluit Lyra ad hæc verba: *circa ortum diei*, vbi scho- Lyra.
liat: *Vt videretur fugere, populo ciuitatis ignorante: nam illa hora vigiles vadunt ad dormiendum, & sic fugientes habent tempus magis opportunum.* Nisi Lyram accuses de disciplinæ militaris obliuione, cùm quarta vigilia, nempe matutina, in locum abeuntium ad somnum, soleat subrogari. Vtcumque sit: opportunitas adultæ iam nocti ad transfugij sortem deneganda non est, quæ benè fœminæ fugitiuæ successit, quæ saltem non multum ingeniosos, milites Assyrios delusit.

Occurrerunt ei exploratores Assyriorum. Ad oc- 104.
cursum fœmina prouocauit, fortassis vel rugiente serico, vel gressuum sonitu: nec meticulosam se præbuit, nec ad barbaras manus nutantem, sed pacata lenique vultus venusti serenitate. Quæ prendi studebat, ad comprehensionem illos allexit; occurrit occurrentibus, quasi ei indicto illuc tetendisset; vt simularet prudentiùs, faciei inturbato colore, se Assyrios quærere, quæ à Bethuliensibus effugiebat *Occurrerunt ei.* Se è vallis aliquo sinuoso secessu dederunt in viam: huic enim instituto insomnes vigilias agebant. Quàm speciosa præda, pulchritudinis animatæ prodigium! Sat fuit luminis, quod in faciem eius Deus indiderat, abundantia, vt dubiam diei lucem reddidisset certiorē: nec noctis reliquiæ potuerunt fœminam abscondere, quæ se propria venustatis luce prodebat. *Et tenuerunt eam.* Non puto quòd manus iniicerent; quos venerabilis forma modestos effecit: tenuisse, detenuisse fuit, cursuique fœminæ se præbuisse contrarios, ne vlteriùs gradum geminaret, vltráque pedes moueret, quibus inimici milites obstabant. *Dicentes: vnde venis, aut quò vadis?* Facilè poterant coniectare; ex Bethulia; nisi quòd regionis ignari, aliam sub illo climate potuerunt dubitare ciuitatem, vicumve latere, ex quo fœmina tam elegans erupisset. Quare absque dubio excubiæ istæ non ex Ammonitis, Moabitisve constabant, quales ad custodiam fontium destinauerat Holofernes: Assyrij erant, Hebræarum rerum ignari. Nisi quòd verba hæc solemnia soleant esse sciscitantibus, cùm aliquem venientem offendunt; sicut Angelus Genes. 16. ancillam Saræ palantem per desertum
interrogauit: *Vnde venis, aut quò vadis?* Quid Ge. 16. 8.
interexat cognouisse, quò vaderet, prædonibus, qui spoliis inhiabant, & inconsulta prædâ, quidquid occurrerit, absque tribunali diripiunt? Reuerentia Iudithæ in causa fuit: pulchra forma, exhibitione sui, insanos animos instruit, ne nisi cum legitimo procedant examine: iudicium amentibus præstat, & de speluncis latronum erigit tribunalia. *Quò vadis?* quærunt: quasi absque singulari consilio, aliquóque deliberato instituto non posset tam liberalis speciei fœmina, in noctis secessu plenam hostibus semitam contriuisse.

Abstinuerunt manibus, sæuientésque animos 105.
ad mansueta verba coërcent. Est & in barbaris scintilla virtutis. Quid non vincat pulcherrimus

mus vultus, qui in roseis genis maiestatis purpuram gestat? Hæc prima victoria Iudithæ fuit, incidisse in manus hostiles, nec illicò hostium manuum impetu cecidisse. Non facilè est primos sæuientis inimici sistere ausus, & cùm recens furor ebullit, & resilit, illi peccatum silentium imponere. Nonnisi honesta, instructáque cælitùs pulchritudo sic efferos milites in prima irruptione temperantiam docuisset. Matutinus albor, noctísque iamiam fugientis nondum plenè dilutæ vmbræ opportunum præstarent lasciuientibus barbaris tegumentum, si ausi fuissent, fœminâ abuti, de valliique silentio latibulóque cubile construere; sed pudicitia Iudithæ castos reddidit, & humanos, quos feros inuenerat, & salaces. Culpa vestra, ô fœminæ, est etiam cùm vim patimini ab impudicis, qui non poscunt, sed extorquent libidinem: non nimius in vobis est pudor, si modesta facies conspecta non alliciat in castitatem videntes. Ecce venustatis miraculum, & passa non est, & procacem in militibus Venerem de matutino castitatis rore conspersit, qui flammas extingueret, & pudicitiæ refrigerio infunderet inspectores.

106. *Quæ respondit: Filia sum Hebræorum.* Non perterrita, non balbutiente linguâ respondit, sed integra verba, plenáque pronuntiat, ne si sermonem timor pauidus amputaret, minùs simularet transfugium. Responsum dedit; vt credas, non titubantibus labiis dubios verborum sonitus edidisse: vniuersus eius sermo sententia fuit. Sic responsa prudentum nuncupant Iurisperiti, ex animo lucubratóque consilio legitima sensa prolata, quæ quasi ex tripode oraculóque venientia omnem possint quæstionem dirimere. *Quæ respondit.* Prima eius actio responsio fuit, non trepidantis corporis casus, non lachrymosus liquor ab oculis fluens, non manuum in cœlum erectio, non hæsitantis pedis nutatio. Quasi ex condicto, quidquid nunc ageret, sibimet antea præmonuisset, statim ad interrogata respondit, nullius quæstore egens, vrgentísque ad confessionem chordæ, sed liberaliter pandens, quidquid in pectore illicò publicandum gestabat.

107. *Filia Hebræorum sum.* Non nomen depromit, sed genus; nec de genere interrogata, stirpem, gentilitiúmque producit, vt in præludio Assyrios captaret attentos, quos Hebræam gentem exosos statim curiositas allexisset, si de prompta deditione: vt sub captiuitatis gemerent iugo, meliori decreuissent consilio. Cur non dicit: Hebræa sum, sed filia Hebræorum? Se quasi totius gentis protulit filiam, vt quæ in commune bonum nata esset, pignus censeretur commune. Tam strenui animi generositas non de vnius Hebraicæ familiæ angusta potuit stirpe produci; augustiori, ampliorique propagine, quasi ex omnibus Iacobææ domus stirpibus progenita est, quæ patriam, gentem, regionem à compede seruili redemit, cæsóque Tyranno in illibatam libertatem asseruit. Filia omnium fuit, quæ omnium vindex. Quæ antea in domesticis laribus, dum pax vigebat, vnius Merari filia dicebatur; de vniuersa Hebræorum cœpit computari progenie, cùm ab impuris hostibus patriam egreditur expiare. Auspicium victoriæ fuit, vaticiniúmque nobile triumphi, se filiam Hebræorum vocare. Nunc in cuiúsque Hebræi domo nata est, quæ natalitia sui, solemnique lætitiæ pompam quibúsque familiis pro victoriæ monumentis decernit. Non dissimile est, quod obseruauit Chrysologus serm. 142. *Monita ergo per Angelum Virgo: ne præsumas hunc vocare filium tuum, sed mox vt genueris inuoca Saluatorem, quia virginitas non parit sibi filium, sed parit pignus auctoris.* Chrysol. Hebraïci populi saluatrix, non sub vnius familiæ censu veniat; vt omnibus subueniat, à nullius genere sequestretur. Sic Christus *filius hominis* nuncupatur: compendium elegit amor, nec cuius hominis esset, nempe Virginis, in ipso vocabulo retexit, vt omnium filius putaretur, quia omnium clienteiam effuso cruore suscepit. Nec præter interrogata respondit; quippe Assyrij iuxta Græcam versionem suscitati sunt: *Τίνων εἶ, καὶ πόθεν ἔρχῃ*, id est, *quorum es, & vnde venis?* Græci. Vatablus legit: *Cuius es, & vnde venis? aut quò tendis?* Vatabl. Sed hoc vltimum, *quò tendis?* nescio quomodo ex Græco transtulit.

Ideo ego fugi à facie eorum. Si cum præcedenti dictione innectas, integrum etiam absque sequentibus sensum reddere valebunt: ac si diceret: Sat est mihi ab Hebraïca stirpe nomen genúsque duxisse, vt ab eorum cœtu, rebúsque, quantâ potui celeritate, discederem; siquidem Hebræos in extrema pericula calamitas atrox adegit; & par est filiæ, parentes deserere, quos offensos Numini agnoscit. Ex hoc loco, Iudithæ veracitas solet in quæstionem adduci: an mentita fuerit apud Assyrios? texique solet non parua mendaciorum restis, quibus sancta fœmina in seueræ districtionis iudicium accitur. Sunt qui in animum suum induxere neutiquam à mendacij alicuius fuligine posse vindicari, saltem officiosi, etsi non lethalis, & quod inhonesto piaculo sanctam bellatricem commaculet. Censionis huius sunt Abulensis in cap. 1. Exodi q.6. Lyra, Sà, & Mariana hîc: fauétque S. Thomas 2.2. q.110. art. 3. ad 3. Sed Doctor Sanctus non huic se sententiæ defigit; quin in sensu mystico vera loquutam fœminam ex vltimo animi placito stabili. 108.

Abulens. Lyra. Sà. Mariana. S. Thom.

Sunt, qui Iuditham autumant contexuisse mendacia, non tamen mendacij contraxisse delictum; quippe quæ inuincibiliter ignorabat, officiosum vtiléque mendacium, auertendísque hostibus peridoneum, crimen esse: quod & Platonem latuit, qui pro patria & ciuibus tanquam innoxium infirmúmque tutamen, mendacium admisit. Huic opinioni impensiùs refragandum. Docta erat in sacris Iuditha, nimiùm de propheticis auserat disciplinis, admodum de cœlestibus erudita, quæ præter nobilia paterni generis documenta, arcana legis, bibliorúmque veterum monimenta euoluisse, ex hymnis & orationibus, quas ad Deum cecinit, compertum est. Quòd barbari & inconditi Persæ, quòd crudeles Assyrij medullitùs percallebant, turpissimum esse mentiri, nullóque posse honestari conatu, ignoraret fœmina prudens, cuius sapientia & consilium, de rebúsque altissimis dissertatio panegyristas & oratores, vniuersos Patres sortitur? Qualiter mendacium exosi Persæ, liquet ex his, quæ diximus ex Herodoto, Stobæo, & Strabone lib. 15. suprà tom. 1. cap. 5. n. 12. Damus nunc Plutarchum de non fœnerando. Plutarch. *Mentiri Persæ secundum delictum ducunt: primum æs alienum conflare; quòd mentiri soleant debitores crebrò.* Ideò fortassis datâ operâ, impenséque Iuditha apud Holofernem se de veracitate commendat infrà cap. 11. in Græca versione: *Non* 109.

ennunciabo

enuntiabo Domino meo falsi quidquam Quibus in verbis sanctionibus, indolique Persarum indulsit, Hebræamque gentem de simili veritatis studio tacito dictionis argumento laudauit. Sciebat igitur, quæ sic loquuta est, non solùm dedecus inesse mendacio, sed Deo infestum esse; siquidem in textu Latino, eodem versiculo 4. quo se apud Græcum ab aliqua mendacij coniectura præmunit, dicitur: *Sume verba ancillæ tuæ: quoniam si sequutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.*

110. Hac igitur suspicione abiecta, ab omni mendacij næuo Iuditham defendunt, quot quot Neoterici post Serarium scriptores, qui infrà cap. 13. quæst. 9. rem doctè tractans, plures vias aperit pro veracitate Iudithæ, à quo cæteri transcripsêre, quos operosum esset congerere. Scitum est in tanti ponderis functione, quam obibat fœmina sancta, licuisse omninò, verbis amphibologicis vti, æquiuocóque stylo inimicos deludere, & amputatis sermonibus, quos periodus interior complebat, inescare Holofernem; sicut
Th. Sanct. vniuersim decernit hæc eruditè tractans P. Thomas Sanctius in præcepta Decalogi lib. 3. cap. 6. Igitur in Iudithæ verbis nunquam lingua se a mente discreuit, nec degeneri eloquio ab interna cogitatione secessit; imò amussim iuxta quas linea cor intrinsecùs exarabat, ductus sermo processit, licèt stolidus & vecors auditor à sacra calliditate deceptus, styli pondus mensus non est, & quasi in monetæ effigie, obæratique numismatis visu, sine discretione falli permisit.

111. Equidem me latet, quo iure possit Iuditha de mendacio accusari; siquidem priùs à Deo tam enixè poposcerat, & doli fraudisve labia, & deceptorium astum, parantémque tendiculas linguam, vt in verborum retibus captus, in extricabilibúsque tentus erroribus Persa periret. Nec tamen mentis compos fœmina Deum sibi mendaciorum expetiisset artificem, apud quem summæ veritatis stabilitas solidatur. Ergo censeatur loquuta iuxta id, quod à Domino postulauit, nempe architecto ingeniosæ fraudis ingenio, verborum technis, miréque dolatis dolosæ dictionis ambagibus, ea arte, vt nec veritatem offenderet, nec sineret impunes Assyrios. Aliàs si texere mendacia parabat, séque indicto campo, apertóque Marte opponere veritatis, quod mulieri facillimum est; vt quid à Domino fallacem sermonem expeteret; Suprà cap. 9. in textu Græco: *Da sermonem mihi, & fallaciam, & vulnus.* Et vers. 13. *Percute seruum ex labijs deceptionis meæ.* Igitur expetiuit fœmina religiosa, sic ab eius ore dolari verba, vt & auditorem fallerent, & à consilio cordis non desciscerent; sed vox menti concordans, quod proprium veracitatis est, eo ingenio polleret, vt illæsa veritate læderet & caperet inimicum. Ipsa se Iuditha exponat. Recognosce suprà cap. 9. vers. 18.
Iudith. 9. 18. *Da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora.* Os cum corde cupit innexum, nec labia à mente difformia, sed quòd corde pariter & ore innexis per texturam sermonis, ingeniosis verborum retibus hostem illaqueent. Hæc
August. mens, si alicuius Augustini fuit, dum serm. 66. inquit: *Non decuit pudicam mentiri, non intelligentibus dixit, perfecit actibus, quod promisit. Dum Regi alto sermone, imaginarijs verbis blanditur, bellator animus lasciuiâ soluitur,* &c. Suprà modum Iuditha de sermonis elegantia, acuminati styli artificio, fraudulentæ dictionis ingenio sacraque calliditate laudatur. Ergo neutiquam mentita est: qualem enim laudis lucem meretur, quod stolidi, ignarique absque doctore didicerunt, apertissima mendacia proferre? Et quidem nisi profundæ sapientiæ salibus aspergantur verba Iudithæ, nihilque præter mendacia sint, iniustè de artifice lingua beatur. Quòd si mentiendo voluit Holofernem decipere, alia potuit facillima mendacia proferre, quibus Persam prenderet delusum. Ergo sapientia sermonis fuit, veris irretire inimicos, quem pulchrè *altum sermonem* nuncupat Augustinus, idest, qui & profundo mentis arcano, cordísque consilio accinebat, (quæ est veritatis definitio) & quà altus, idest, profundus, nequiuit ab auditoribus penetrari.

Hinc Iudithæ sermones vocat *sapientiam.* 112.
Athanasius in Synopsi: *Tertia post exitum die, sua illum sapientiâ decepit. Mirum consilium.* Baptista Fulgosius lib. 7. cap. 4 *calliditatem.* Paulinus natali 8. *Sermonis elegantiam.* Ambrosius lib. 1. offic. cap. 13. Nec itidem Augustinum subticere libet, qui serm. 66. inquit: *Illa enim tam barbaros animos insidiosi sui vultus fraude confuderat, vt eum ligaret multarum arte fabularum.* Qui fabulas audis, non interpreteris mendacia: fabula enim, teste Varrone lib. 5. de lingua Latina, propriè res est passim vulgata, etiamsi vera sit, à fando dicta. Fabulæ dictione pro historia vtitur Seneca epistol. 88. vbi cùm præmisisset: *Grammaticus circa curam sermonis versatur, & si latiùs euagari vult, circa historias, iam vt longissimè fines suos proferat, circa carmina:* statim addit: *Quid horum ad virtutem viam sternit? verborum diligentia, & fabularum memoria, & versuum lex, ac modificatio.* Suetonius cap. 7. *historiam fabularem,* dixit Paulus 1. ad Timoth. 1. 4. *Nec intenderent fabulis, & genealogijs interminatis,* vbi solet quæri quid *fabula* ibi significet. Ceterùm ab abiecta dictione *genealogijs* sensum eruendum, vt denotet historias, quæ per genealogiarum successiones de parentibus ad nepotes narralibus monumentis ambitiosè transmittuntur. Nisi quòd fabula, quid doctâ, argumentosáque ingenij textura complicatum præsignet. *In fabulis esse* apud Suetonium in Augusto c. 70. est hominum in ore versari. Horatius epod. 11.
Heu me per vrbem (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui.
Ait ergo Augustinus: *Vt eum liget multarum arte fabularum,* id est, sic artificiosè verba composuit, vt in sermonibus, qui nisi intrinsecus nucleus, mentísque profunditas retegatur, fabulæ viderentur, attonitum illum, leporéque & elegantiâ tentum irretirent. Hinc 2. Petri 1. vers. 16. *Non enim doctas fabulas sequuti:* doctæ etenim dicuntur, quas simulatoria ars, & lepiditatis, & argutiæ sale conspergit. In lance discretionis quæcumque Iudithæ verba si appendas, de stateræ examine quàm solidum pondus aduersúmque vacuitati mendacij conuinces. Singula in Sanctuarij pondere perpendamus.

Ideò ego fugi à facie eorum. Græcè est in præ- 113.
senti: *Et fugio à facie eorum.* Scitè simulauit trãsfugium, quæ dictio de exercituum militari syllaba est. Quare *transfugi* reddit Vatablus. En in prima voce lenit animos Assyriorum, vt iam de eorum incipiat exercitu computari fœmina, quæ Bethuliensem dimisit. Scitissime hac voce

Marginal notes (right column): Athanas. — Fulgos. — Paulin. — Ambros. — Varro. — Senec. — Sueton. — 1. ad Tim. 1. 4. — Horat. — August. — 2. Petr. 1. 16. — Vatabl.

vsa

vſa eſt, vt illi ſuſpicarentur fugam, quæ ſolùm
Seruius. erat velox diſceſſio. Sic Seruius illud 1. Æneid.
Dimitte fugam, celeritatem exponit. Quin fuga
Martian. exilium ſignificat. Vnde lata fuga apud Mar-
tian. in l. exilium, ff. de interdictis, & relegatis,
exilium omnium locorum præter certum locum
deſignat. Exulat voluntariis greſſibus à patria,
in patriæ libertatem fœmina ſancta: ideò ſe fu-
gere dicit, hac interim ſibi pœna decreta, donec
Cicero. liberet ab obſidionis pœnâ Bethuliam. Cicero
in Bruto 15. inquit: *Sapientes fugere negant Stoici:*
Virgil. quoniam vbique ſapientibus patria eſt. Virgil. 1.
Lucan. ecloga. *Nos patriam fugimus*. Quin dixit Lucan.
lib. 1. dixit: *In bellum fugitur*, cum tamen potiùs à
bello & hoſtibus fuga ſoleat committi. Ac ſi
diceret: Concitis veſtigiis properatur in bellum.
Itidem fugere, eſt oneri cedere, nec pondus poſ-
Plinius. ſe perferre. Plin. lib. 37. c. 13. *Factitia gemma ſca-
rificationis candicantiam fugiunt*, id eſt, ſcarifica-
tioni cedunt, molliteque intus refugiunt. Ergo
fugit à Bethulienſibus Iuditha, vtpote quæ ex-
tremam eorum calamitatem ferre non valeat,
quòd enecti à ſiti, Deoque diffidentes ſe in di-
reptionem, & prædam hoſtibus tradant: ideò
ſubdit: *Quoniam futurum agnoui*, &c. Sed clariſſi-
ma expoſitio eſt ex adiectis: *Fugi à facie eorum*,
id eſt, à conſpectibus, quod veriſſimum fuit;
quippe ab oculis Bethulienſium receſſit: quæ
Cicer. phraſis obuia eſt. Cicero pro lege Agraria: *Nec
quorum oculos offendebat, eorum ipſorum conſpectum
fugere auſus eſt*. Quis fugiat à Deo, qui in Deum
illicò non reincidat? Et tamen Ionas vt conſpe-
Ionæ 1.3. ctum Domini declinaret, *Surrexit vt fugeret in
Tharſis à facie Domini.*

114. *Quoniam futurum agnoui, quòd dentur vobis in
depradationem*: Quid veriùs? Equidem niſi ob-
ſtitiſſet Iuditha, acitiſque Principibus ad cubi-
culum, eos de diffidentia obiurgaret, iam iuxta
populi ſuffragia populus libenti deditione tra-
Iudith 7.15. deretur Aſſyriis. Suprà c. 7. v. 15. *Et nunc congre-
17. gate vniuerſos, qui in ciuitate ſunt, vt ſponte trada-
mus nos omnes populò Holofernis*. Et v. 17. *Iam tra-
datis ciuitatem in manu militia Holofernis. Et ſit
finis noſter breuis in ore gladij*. Et tunc de cœlo ta-
cta Iuditha fugam in Aſſyrios arripere meditata
eſt: quoniam iuxta populi vota futurum noſce-
bat deprædationi ſubiiciendam Bethuliam. Nec
eſt cur cum Neotericis conditionem hic ſubin-
telligamus, niſi Deus opem ferret, cùm clarè lo-
quatur iuxta populi, Principúmque conſilium,
quod niſi auerteret profectio Iudithæ, ſe iam de-
Vatabl. ditioni deuouerat. Vnde Vatablus ex Græco ver-
tit: *Ab illis transfugi, quoniam vobis tradentur de-
norandi*. ipſiſſima enim Bethulienſium verba fue-
re: *Et ſi finis noſter breuis in ore gladij*: proprium
autem eſt oris, deuorare. Non aufugi, vt de per-
duellionis piaculo accuſet, non patriam, quæ
cordi eſt, infando flagitio, apud inimicos con-
demnem; ſed quod iam futurum agnoui, conſi-
lio celeri maturaui, ne vna cum reliquis ab ore
deuorer gladij, qui iamiam aciem ſuam in He-
bræo ſanguine ſaturare feſtinat. Non potuit
aptiùs, non comptiùs potuit & arduos caſus ſuæ
ciuitatis plorare, & pro propriæ vitæ ſoſpitate
implorare dementiam. Adigor vitæ amore, non
odio patriæ: ſi illa ſemel caſura eſt, quid ei mei
ſanguinis profluuium proderit, niſi vt ſanguineo
pelago guttas addam fœminei cruoris? Si de-
fungar, ſit apud vos, non tumultuaria populi
cæde, vbi nullus fœminis honor deflagrâte gla-
dio conceditur, ſed vtraque exardet, libido, ille-

cebroſi nempe dedecoris, & furoris: *Futurum
agnoui, quod dentur vobis in depradationem*. Mauis
prædam eſſe libitam, quam violentam, non ex li-
uore, non ex infidelitate diſcedo; non accuſo pa-
triâ, ſed fugam excuſo; imò quid mihi congratu-
letur, habebit Bethulia: proditâ enim ſemita, quà
capiatur, minus ſanguinis erogabitur in victoria.

*Pro eo quod contemnentes vos, noluerunt vltrò
tradere ſe ipſos*. Verba fuerunt populi ad Oziam 115.
ſuprà c. 7. v. 13. *Iudicet Deus inter nos & te, quo-
niam feciſti in nos mala, nolens loqui pacificè cum* Iudith 7.13.
*Aſſyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in mani-
bus eorum*. Itidem verba fuerunt Holofernis ſu-
prà c. 5. v. 4. *Quare pra omnibus, qui habitant in* Iudith 5.4.
*Oriente, iſti contempſerunt nos, & non exierunt ob-
uiam nobis, vt ſuſciperent nos cum pace?*

Hac de cauſa cogitaui mecum. Benè *mecum* di- 116.
xit, quæ nec Principibus arcanum pectoris euul-
gauit. Secum cogitauit, quæ habebat intra cor-
dis penetralia conſulem Deum, cum quo securè
de facinoris ſorte decerneret. Sat eſt ſibimet fœ-
mina prudens pro ſolio & tribunali. Sancti ani-
mi ſpatioſitas, integra aula eſt, apud quam de tam
arduis rebus comitia fiant. Præſtat confertiſſi-
mis frequentiis ſilentium pectoris & ſecretum,
vbi pro Senatoribus cogitationes ſanctæ præ-
texatæ ſunt: vbi rationalis rectitudo legem ro-
gat, & iudiciū omne abſque vociferatione com-
pletur. Fœlix ex cogitatione prouentus, vbi lin-
gua non garrit, nec ſub incerto diſſertationis res
euentilanda committitur, ſed ſerena, quietáque
eloquentia ſub Deo conſule ſententia conclu-
ditur. Pluries fœmina repetit, quòd ſecum co-
gitauiſſet: infrà c. 12. v. 4. *Donec faciat Deus in* Iudith 12.4.
manu mea hac, qua cogitaui. Et quæ à cogitatione
inceperat, de facinoriſque euentu ſe inſtruxit
cogitans, in ipſamet cogitationis dictione, for-
titudinis prodigium impleuit. Infrà cap. 13. v. 7.
Confirma me Domine Deus Iſraëls & hoc, quod crè- Iudith 13.7.
dens per te fieri poſſe cogitaui, perficiam. Caput Ho-
lofernis excidens, primam cogitationem recor-
data eſt, vt finis concordaret principio, opúſque
Dei ſuis numeris ſemper eſſe perfectum, doceret.

Vadam ad faciem Principis Holofernis. Directè 117.
iam reſpondet quæſito. Aſſyrij ſciſcitati erant,
quò vadis? Interrogationi ſatisfacit, propalatque
inſtitutum: quòd non quidem indiſcreta, & in-
terminabilis fuga ſit, ſed cui ſitus ſcopus finíſque
decernitur, nempe Principis Holofernis præſen-
tia. Demirare fœminæ prudentiam. Ne Aſſyriæ
excubiæ ſibi hanc pulcherrimam prædam adro-
garent, fœminamq; venuſtam occupationis iure
ſibi vt legitimam vendicantes, totius triumphi
impedirent fortunam, præmonet, profectionis
eius ſcopum ſolùm ſiſtere in Holoferne, quaſi
Maieſtatis rei futuri, ſi quæ ad Principem ibat,
vt de belli rebus conſuleret, ab excubiis milita-
ribus indecorum aliquid pateretur, qui feſtinan-
tis curſum obice tarditatis coërcent. *Vadam ad
faciem Principis Holofernis*. Nomen Holofernis
pronuntiat, indicás, quâtum pauoris in Hebræo-
rum cordibus vocabulum iſtud ſparſerit, cuius
nomen vel abſcōditæ fœminæ noſcunt, & intra
Hebræorum gynecæa, molliſque ſexus latibula
tanquam quid ſtupendum perſonat. *Ad faciem
Principis Holofernis*. Principem nuncupat, vt &
maieſtatem videretur fateri, & iam in Hebræos
dominatum: nec enim Principis Aſſyriorum di-
xit, ſed abſolutè, vt à Principatûs communis
confeſſione iamiam ſubiugatam Bethuliam de-
notaret. Quid quòd ſub tantò Principe populus

tam fragilis subſtet, ſi qui totius fermè Orientis, deflagrante Marte, tenet habenas; vnius Hebræorum prouinciæ non par eſt orbari dominio? *Ad faciem Principis Holofernis.* Faciem quærebat, quæ nouerat ad Holofernis oculis totum, quem meditabatur, pendere triumphum, vt venuſta fœminæ facies, lucem torquentibus pulcherrimis oculis, toruam & trucem Holofernis faciem vinceret. Optima antitheſis eſt. *Ego fugi a facie eorum, & vadam ad faciem Principis Holofernis*: nempe non alia de cauſa vitauit Bethulienſium conſpectum, niſi vt conſpiceretur a Perſa: in cuius oculis quidquid armorum, quidquid fortitudinis eſt, pro ſe pugnaturum ſperat. Græcè eſt καὶ ἐγὼ ἔρχομαι εἰς τὸ πρόσωπον Ὀλοφέρνου. *Et ego venio ad faciem Holofernis.* Quæ verſio pariter cum Latina, indicat, à ſe feſtinanter impletum quod cogitauit; ſiquidem quæ cogitauerat, *vadam*, opere iam complet, *venio*: ne cogitatui ſe relectantem præbuiſſet, ſed vtpote Holofernis proficuam fugam illicò maturaſſet.

118\. *Vt indicem illi ſecreta illorum.* Perlege ſequens caput, fateberis Iuditham Bethulienſium panuiſſe ſecreta, nempe ab ariditate aquæ iamiam ſpiritum afflare Bethuliam, ab inuaſione famis (tædet enim cibi ſtomachum, quem frigidus liquor non irrigat) iam fractis viribus corpora populorum nutare, aliáque inſuper Holoferni aperuit, quæ præfato in loco expendemus. Nihil amabilius eſt exercitus vnius Ariſtarcho, quàm alterius percallere ſecreta: nec pretium ſatis iuſtum eſt, quod militaris ſolertia, ducúmque curioſitas exploratoribus non appendat. Vt animos excubiarum demulceat, & ſub fortunatiſſimæ explorationis fœnore facilè obtineat, de ſecretorum reſeratione ſpem concitat Aſſyriorum: prodere pollicetur, quod intra mœnia, ſcopuloſiſque montis ingenitam defenſionem, ſecure Bethulienſes pertractant.

119\. *Et oſtendam illi, quo aditu poſſit obtinere eos.* Non per montis iugum, anfractúſque rupium, qui errore dubio per præcipitia texuntur, pollicetur aditum demonſtrare, quod forſitan putauerunt Aſſyrij: oſtendit aditum, quæ vnam ad obtinendos Hebræos ſemitam eſſe explicuit, in Deum ſuum reneri flagitiis: quæ ſi luere non poſſint, ſcilicet pœnitentiæ pecunia, facilè obſidentibus erit, etiam per obſeratas portas hoſtilem immittere manum. Id profectò Duci Iudith aperuit infra cap. 11. v. 9. Quod quia non Iudith 11. 9. Lyra. callnit Lyra, ſcribere non dubitauit: *Hoc verificari non poteſt ad litteram, nec verificatio videtur conueniens in ſenſu myſtico.* Iniuſtè cenſuit, ſiquidem & littera ſuffragatur, ſenſúſque luculenter ſe dat: nec dixit, quo aditu obtineat, ſed, *poſſit obtinere eos*; ſciebat enim id nullatenus opere complendum, vtpote non completis populi peccatis, quæ in illum aduocarent perniciem.

120\. *Itavt non cadat vir vnus de exercitu eius.* Se non ſolùm Duci, ſed & militibus profert beneuolam, & de cuiúſque columitate curantem: quaſi ſtudiorum eius lucubrationes eò tenderent, ne quis ex tam ampliſſimis copiis in alienum ſanguinem impetens, proprium offenderet. Græcè eſt: καὶ οὐ διαφωνήσει τῶν ἀνδρῶν αὐτοῦ σὰρξ μία, οὐδὲ πνεῦμα ζωῆς. *Et non interibit virorum eius caro* Vatabl. *vna, neque ſpiritus vitæ*; vbi obſeruat Vatablus, quod licèt διαφωνεῖν, propriè ſignificet diſſonare, & diſſidere, in Bibliis aliquando accipitur 1 Reg. 30. 19. pro deſiderare, vt 1. Reg. 30. v. 19. Quare ſenſum in textu Græco autumat: Nullus militum tuorum deſiderabitur; vel, ſic integri erunt tui exercitus ordines & numeri, vt nulla diſſonantia, diſcrepantiáve ſit. Profectò fallitur: idem enim ſenſus in Græco ac in Latino: διαφωνεῖν probis a doctoribus examinari interire quoque ſignificat: liquet ex Budæo, & Henrico Stephano, Budæus. qui ex Moſchopulo, & Chryſoſtomo id probat. Quid eſt: *Non interibit caro vna, neque ſpiritus vitæ?* Nec vulneratus erit, nec occiſus: nullius corporis patietur compago; iuſtà cuique ſua membra manebunt: integris lacertis & cruribus opima reuehent ſpolia; nihil à perfectione mutilum; omnibus & vita & integritas arridebit. Nullus felicior triumphus, quàm qui à proprio cruore non tinctus. Nil charius, quàm caro victoriam non emere, ſed abſque mercede ſanguinis, quaſi beneficio præſtitos violenter inimicos triumphare. Non tamen hæc verba cum tota Iudithæ ſententia cohærere videntur. Se perhibuit Hebræos fugiſſe, vtpote qui à minaci clade deuicti ſe in deprædationem Holoferni fuiſſent daturi. Quid ergo intererit conciliatrix Iuditha, vt iam tradenda ciuitas, per ſecurum aditum penetretur, incruentóque ſubiugetur exercitu? Ne vllam in ſenſu & verbis diſcrepantiam admittam, obſeruo, quòd illa præfata verba: *Quoniam futurum agnoui, quòd dentur vobis in deprædationem,* non intelligenda ſunt de libita deditione: deditis enim voluntariè ciuibus nulla ſolet vis deprædationis imponi, quæ potiùs accidit, cùm armorum ſtrepitu deflagrante, anhela bonorum libido milites per ciuitatis irruptæ domos, ordinibus confuſis, diſpergit. Idem ergo eſt, ac ſi diceret, ſe agnouiſſe, ciuitatem prædæ eſſe futuram, & à deprædantibus copiis diripiendam. Aliàs ſi ex conſilio, reſipiſcentiaque ſeipſam Bethulia ſubiugaret Aſſyriis, iuxta quem profert Iuditha cogitatum, vt quid fœmina tutandæ ſalutis amore profuga a domeſticis laribus receſſiſſe ſe diceret? Verùm & ſic conſtituto ſenſu, argues: Quid adhuc opus obſcuri aditus fœmina magiſtra, ſi ſemel ab Aſſyriis deprædanda noſcitur vrbs? Imò admodum operæ pretium potuit cenſeri; quippe aditu reſerato, ſemitáque notatâ, quâ exercitus, quaſi tento fune, ductetur in vrbem, nullo ſumpta victoria continget, nullius militis comparabitur pretio, nec poterit Hebræus magno ſuam vendere columitatem, cui poſſe reſiſtere non præſtabitur.

Verſ. 14. Et cùm audiſſent viri illi verba eius, conſiderabant faciem eius, & erat in oculis eorum ſtupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.

Verſ. 15. Et dixerunt ad eam: Conſeruaſti animam tuam, eò quòd tale reperiſti conſilium, vt deſcenderes ad Dominum noſtrum.

Verſ. 16. Hoc autem ſcias, quoniam cùm ſteteris in conſpectu eius, benè tibi faciet & eris gratiſſima in corde eius. Duxerúntque illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam.

Et cùm audiſſent viri illi verba eius. Emphaſis eſt 121. non modica in Ly. *Et cum audiſſent*: quaſi totius barbaræque crudelitatis prodigiú eſſet, ſic ſe leones, à furoréque deferuentes præſtitiſſe verbis Iudithæ

Iudithæ, vt vſque ad plenã periodũ expectarent, nec aliquid amputato ſermone tinnitẽt, ſed arrectis auribus orationi fœminæ obſequerentur, & niſi ipſa dictis imponeret finẽ, veriti eſſent impedire dicentẽ. Nullum maius eloquentiæ flumen, quàm quod vt argenteis eloquij currat laticibus, leniterque fluat, duras rebelleſque quercus aquâ lambente, nec ferociente deponat. Mirabile fuit, nec niſi melleı ſermonis, leporiſq; Iudithæ proprium, ſi vocis flexu duritiẽ Aſſyriorum flexiſſe, vt coram non muſſitãtibus ex animo diceret ad votum, & ſtuporem audientium. *Cùm audiſſent viri illi verba eius*; illi, viri; ea, fœmina; illi Aſſyrij, ea Hebræa, illi efferi, illa mollis: audiere tamen, auditus ſuffragium fuit, cum auribus ſubiecerũt & pectora, & ab incantante ſapienter primum per aurium vas, ſpecioſũ hauſere venenũ.

122. *Conſiderabant faciem eius*. An dum audirẽt, ieiunos à pulchritudine faciei oculos permiſerũt? Imò audire, & videre, vnum fuit barbaris lenocinium. Non plurimum ab oculis auriculæ diſtãt: per hos aditus in animã demittitur, quo paſcatur. Sed ideò poſt auditum fœminæ eloquiũ, intentè faciẽ conſiderauiſſe dicũtur, quoniam non illicò proruperũt in verba, ſed in auribus hærentes & oculis attonito ſtupore obrigueꝛunt. Non potuit elegãtiùs fœminæ pulchritudinis vis explicari. Siſtere potuit fluenta verborum, quæ ex Aſſyriorum pectoribus reſtagnare cupiebãt: ſed volubilis lingua coërcita fuit, ligatáq; fun..., quẽ per oculos Aſſyriorũ, fœminæ venuſtas immiſit. Ante quam linguam ad reſponſa explicarẽt, parúper fixis obtutibus in Iudithæ faciẽ hæſerũt, quaſi à maieſtate faciei verborum põdera dimetiẽtes. Multũ animæ expatiatur in vultu: ibi ſuprema portio eſt, velut ſi tota facies feneſtra ſit, per quam in reſiduo corpore ſuſtentata ſe aſpicientem aſpicientibus præſtet. Qui ingenium, & conſilium per officiũ linguæ, ſermoniſq; ſanum in fœmina iam agnouerũt, reliquas animi dotes in facie conſiderant. Vel, vt annuant dictis, nec Hebrææ verbis diſſideãt, faciẽ remetiuntur cum verbis: ſicut enim deterſiſſimi vultus & illiberales, mẽdacis animi, publici accuſatores ſolẽt eſſe; ſic venuſta modeſtoq; decore perfuſa forma nullam cum verbis patitur diſſonantiã. Corpus veſtem animæ Senec. nũcupauit ep. 92. *Quod de veſte dixi, idem de corpore me exiſtima dicere: nam hoc quoque natura vt quandã veſtem animo circumdedit; velamentũ eius eſt*. Dicerem nigrũ fœdumq; corpus, multumque de naturæ fæce conducens, veſtem quidem animæ eſſe; ſed quod coactile dicitur, ſtrictiuſque ex villis craſſioribus cõpactum, ſeuerè tegit, quod in animo eſt, imperuiúmque reddit pectus, quod obdurat. Cæterùm pulchra facies, tenuiſſima, pellucidáque veſtis eſt: denudat animum: quã formoſiter tegit: non poteſt de mendacio damnari. Sicut vitrea vnda vſque ad fundi lapillos admittit oculos ſpectantium, ſic vſque ad altum animi põdus ſe ſtatim ſinit pulchritudo tentari. Intuebantur Aſſyrij Iuditham, vt ex faciei lumine omnem, ſi in verbis eſſet, obſcuritatem depellerent, ex vultuque veracitatem probantes, nullũ aptius quærerent argumentum.

123. *Et erat in oculis eorum ſtupor*. Cur in oculis, cùm potiùs eos atterreret, clauderetque, nec immotas palpebras permiſiſſet, quales ſibi formoſitas vẽdicabat? Imò quia ſtupentia mẽbra neſciunt ſuis officiis incumbere, qualiter ea ſtupor inuenit, ſic relinquit; apertos Aſſyriorum oculos, & in Iudithæ faciem intentos ſtupor reperit, nec compliet. Demiſſus ab equo Paulus apertis oculis nihil vidit: præ lucis fulgore, vidẽtes oculi obſtupuere, eodémque ſitu immotæ pupillæ manẽtes, quaſi miniſterio iam functæ, ad videndi officium enerues hæſerũt. Inde in oculis Aſſyriorũ ſtupor: Act. 9. 8. *Quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis*. Vera pulchritudo eſt, quæ non ab oculorũ pendet arbitrio, nec in incerto votorũ fundata, iuxta intuentium æſtimatur affectum. Venuſtas, quæ quidquid eſt, de veritate cõtraxit, vt vna ab omnibus æſtimatur, nec à flexibili vnius oculi pupilla laudem amittit, quam in alterius oculi ſuffragio ſortitur. Hæc ipſa Iudithæ pulchritudo eſt, quæ Bethuliæ Primatibus in porta ciuitatis ſedentibus dum præſentiam abſtulit, ſtuporẽ reliquit: idẽ inibi à viſa facie manauit affectus, ſuprà v. 7: *Qui cum vidiſſent eam, ſtupẽtes mirati ſunt nimis pulchritudinẽ eius*. niſi quod illi *mirati ſunt*, quoniam ſtatim ab eorum oculis exulauit; hi *mirabantur*, quia adhuc intentos oculos in conſpectum eius tenebant. Oris gemina elegãtia, nempe & faciei & linguæ, perfuſo ſtupore Aſſyriorum mẽbra contraxit, quare poſt audita verba faciem conſiderãt, ſi forſan ipſa, quæ ligauerat artus & verborum & vultus lepore, iterum ſoluat, lumenéque quod vibrat, quos iniecerat funes, incendat. Habetis ſpecioſũ mancipiũ: quis vetat manu capere, eò milites? Imò ſtupor obortus, littoris apparitoriſve geſſit officium, quo felicior Iuditha non iam præda, ſed prendens, pulchritudinis manu illaqueauit Aſſyrios. Metus & reuerentia ſtupor fuit: incuruarunt barbari pectorum poplitem, séque ſubiugandos abſque dubio Marte Heroïnæ dederunt. Firmum ſatellitium formoſitas eſt: ipſa non captiua captiuat: vbique terrarum patriam inuenit nunquam exul.

Et dixerunt ad eam. Non mediocrẽ violentiam hærenti captæque ab ſtupore linguæ fecerunt, 124.
quæ non niſi ad beneuola verba, multúmque cordis inter lenes ſermones trahentia, ſolueretur. Manu ſolent reſpondere prædones, non ore, quibus omnia corporis organa in vna diripiente manu complentur; ſed quibus diriguit manus, labia præſtitit amica benignitas: animus enim cicuratus & mollis cõtinuò per os geſtit effluere: neſcit enim intra ſecretum corporis cõtineri. *Dixerunt ad eam*. Quo idiomate, quóve ſtylo? An Hebraïcè nouerant? an Aſſyriam linguam Iuditha callebat, quæ protinus barbaros intellexit ſermones, & à barbaris intellecta? Si forſan ibi diſparis vtrinque dialecti interpres fuit, qui conceptiones mentis vtrique recluderet? Vix ſuſpicor; imò Aſſyria lingua vtpote familiaris & vicina inſedit Iudithæ, quam Deus tunc temporis, officio interpretis adiuuabat.

Conſeruaſti animam tuam. Quaſi corpus, quà 125.
elegans & venuſtum, ſuamet comptæ liberalitatis arte poterat conſeruari, nec alio tutamine egeret, vtpote quod venerabilitas propria tegebat. Imò anima hic ſalutem vitámque ſignificat, cuius columitatem iam inde præſagiunt Aſſyrij, vtpote quod nulla potuit iniuria tentare. Anima eò diſtat ab animo, vt illa corpus quod informat, concernat, hic ſpiritum abſque reſpectu ad membra præſignet. Animam, quà vegetatur homo, ſentit, & ratiocinatur, omnique vitæ genere pollet, conſeruauiſſe fœmina dicitur, quia omnis illis vitæ poteſtas in Aſſyriis caſtris manebit, cui facultas liberaliter competet in aula Holofer

Holofernis, quæcumque vitalia munia exercere: qua rationalis, consilium de rebus arduis, subtiléſque cogitatus coram Persicis Senatoribus aget. quà vegetans, & sentiens, conuiuiorũ, apparatu, illecebrisque diuitiarũ fruetur: nihil illi de valetudine, integráq; corporis qualitate peribit.

126. *Eò quòd tale reperisti consilium. Reperio* distinguitur ab *inuenio*, quòd illud casus est, nullaque præmissá diligentiâ contingit; hoc studiosam, inquisitionis sedulitatem supponit: ac si dicerẽt: Non potuit fœmina in tam nobile consilium præuia studiositate venire: fati, Numinísque fuit beneficium, quòd non quærenti tale se consilium obiiceret. Ne quid laudis vacuum in tota Iuditha maneret, postquam pulchritudinem admirati, consilij dexteritatem, sagacísque animi ingenium deprædicant, quod non facilè solet cùm venusta mollíque facie connecti. Cur non vlteriore examine excubitores isti procedunt, primoque sermoni fidem præstantes, absque militari solertia, nec ab exploratricis calliditate vetentur, nec dilatato vestigationis fune latebras animi fœminei peruadunt? Illecebrosus amor nullum patitur erigi tribunal, imò quos inuenit Magistratus, legúmque seueros censores, à chlamyde prætextáque nuda; &, si rea pulchritudo est, statim absque forma iud. cij, dum dissoluit, & dirimit pectora iudicantium, iudicium dirimit & absoluit. Excubiæ destitere ab officio; iã non vestigatores se volunt, rati se plenam tenuisse causam, dum Iuditham tenebant: quo munere obcæcati, quid quòd in sententia oberrarent?

127. *Vt descenderes ad Dominum nostrum.* Abstinens nimiùm, & suprà prodigium temperantia in vltimæ fæcis hominibus, qui in vallis illius finibus, deprædationibus inhiabant: fatentur illicò, tantam ad se prædam pertinere non posse, legem militarem colentes, nobilius spolium nonnisi Aristarcho deberi. Adnotauimus sup. tom. 1. c. 4. n. 18. non ex communi sorte prædam ducibus impertiri, sed illis pulchriora seruari, præmiumque singulare esse, quod Principibus exhibetur, De pulcherrimis fœminis Ducibus in sortem adscitis exempla quamplurima sunt. Sat est Euripid. in Troad. Homer. 16. Illiad. *Puella quã mihi in premium exemerunt filij Achiuorum.* Ergo Assyrij nunc signate Holofernem Dominum vocant, vtpote in cuius potestatem laturi formosam puellam, cui ex præliari disciplina debetur. *Ad Dominum nostrum.* Id ex Persico supercilio; quippe Reges *Domini* vocabantur, quicumque illis substabant, serui. Polæmon in orat. funebri Callisth. sub Dario militantes, Δαρείου δούλους appellitat, id est, seruos Darij: qui apud Curtium l. 5. Nabarzanum *pessimum mancipium* vocauit. Agesilaus in Xenoph. l. 4. Ἑλλήνων Pharbazi Regi Persarum subiectos appellat ὁμοδούλους.

Eurip.
Homer.
Polæmon.
Curtius.
Xenoph.

128. *Hoc autem scias, quoniam cùm steteris in conspectu eius, bene tibi faciet.* Mollissima Holofernis indoles per tentoria militum increbuerat: promptum hominem ad libidinem quisque ex gregariis militibus, velitibúsq; didicerat, nec gratius illi munus deuoueri potuisse, quàm salacibus oculis pulcherrimam faciem. Nil antiquius cordi militum est, quàm Ducibus morem gerere, & quò Regem cupido fert, illuc admotis ciere calcaribus. Plura peccat, qui in arce, principatúsque fastigio peccat: ad subditorum numerum piaculum geminatur, qui hoc vnum auent, Ducis auiditatem formosis ferculis enutrire. *Hoc autem scias.* Gratam Iudithæ scientiam inspirant, quæ rerum per causas cognitio est. Non est opinio sed sententia, non dubia coniectura, sed veritatis soliditas, gratam fore Holoferni fœminã, quam pulcherrimus splẽdor beabat. Ex subiugatis prouinciis similia forsitan munera assueuerant milites offerre Holoferni, in quibus procacem libidinem saturaret, mercedémque beneuolæ cõplacentiæ prædonibus ferentibus retulisset. Inde solidè noscũt, in hoc dono immodicum ei blandimentum parari, & à gratitudine Persæ admodum munerandos. *Hoc autem scias.* Scit iam, ô vos, scit Iuditha, quæ nisi antea sciisset, nec viduitatis linqueret reclusorium, nec cilicinis sordibus assueta membra de phiala vnguentaria liuisset. Facilè serpit mala, cursúq; fama per vrbes, lasciuiẽtis fœtor, etsi nullus vẽtus perflet, spargitur; lasciuia Persæ etiam nondũ occupatas ferro regiones, improbis iam rumoribus occupauerat.

Cùm steteris in conspectu eius. Ad Iudithæ vota ignari Assyrij verba producunt, populi Redemptrici deseruiunt, dum suspicantur Domino deseruire. Stabit, stabit Iuditha, non cadet: stabilis eius est pudor, & in ipso vertice præcipitij nequiquam eius caput nutabit ad ruinam: cadet ille stante fœmina, etsi marmorea fulcra, auráque robora, quo sedet, solium immane sustineant: coram pulchritudinis maiestate, genibus elisis procumbet, cui non dabitur cum pudica cubare. *Cùm steteris in conspectu eius.* En honestatis castæ prodigium. In conspectu flammarum nec censuræ perdidisse capillum, nec ab ignis facie, facu- lísque ardentibus fluere, sed iugiter compotem sui stante castitatis flore persistere. *In conspectu eius.* Annuunt illicò fœminæ dictis: non audent eius institutum turbare. Dixerat, se in faciem Holofernis venire; non solùm faciem, sed conspectũ eius promittunt, scientes non illum posse oculos modestè claudere, qui etiam iniussi se ad tantæ pulchritudinis intuitum præbebunt apertos. *In conspectu eius.* Ergo iam actum de Holoferne est, vicisti fœmina, Ducis pollicentur conspectum, laqueum oculorum iam habes, quo tyrannum prendas, vt iugules. Non aliam corporis partem de Holofernis corpore destinauerunt Iudithæ, nisi oculos: his solùm membris Persa fœminam contrectabit, cætera illibatus Iudithæ pudor iacebit; etsi hinniat infeliciter, totum corpus cum mancipio nobili commiscere. Videbit, & peribit, qui continuò fœminam deperibit. Causam decernunt excubitores Assyrij; nonnisi nudum conspectum Persæ permittet, quæ vestita, non nuda, non in communi lecto, sed in simplici decollauit tyrannum. 129

Bene tibi faciet. Dicite iusto quoniã bene, quid non illi cooperatur in bonum? Adhuc inseruiens sceleri scelestus hostis præclarè Iudithæ facinori famulatur. Malefactor ex flagitiorum conflatus colluuie bene fœminæ faciet, quæ pro Deo suo vindex accedit Quæque creatura pro sui creatoris armatur pietate Nonne pugnabit orbis terrarũ contra insensatos, si insensatus ipse contra semetipsũ depugnat; & vecors Holofernes, vt Dei obtemperet institutis, benéque faciat religionis vindici fœminę, sibimet perniciosus laqueũ, quo strangulетur, oculorum radiis prætexit? *Bene tibi faciet.* Carnificẽ sui præuiis honoribus munerabit; dum aciẽ oculorũ defiget intentus, per mediã gladij aciem ceruicẽ immittet, & pendulus è manu victricis adhúcq; vita functus, bene tibi faciet emortuam 130. Isai. 3.10. Sap.

emortuam linguam ad triũphi carmen exercens.
131. *Et erit grauiſſima in corde eius.* Amor ſi exar-
det, inſania eſt, ſolis exceſſibus delinitur, ſuper-
latiuis gaudet, nec temperato ſtylo ſuffert expo-
ni. Etiam in primo viſu antequam grata, gratiſ-
ſima erit in Holofernis corde Iuditha: non per
gradus ſubſcreſcet amor; in omni flammarum
cumulo incipiet. Quàm excors Holofernes eſt,
qui cor non in pericardij mœnibus, nec in na-
turæ latebris habet, ſed publicè in oculis geſtat,
vt quà viſum in fœminam iaciat, proiectet &
cor: & ne mora inter oculorum diſtantiam à
corde trahatur, cor per palpebras aperitur, vt
fœmina, quæ grata ſit oculis, nullo interſtitio
grata ſit cordi.

132. *Duxerúntque illam ad tabernaculum Holofer-
nis, annuntiantes eam.* Quid eſt, *annuntiantes
eam?* Suſpicor, poſitum ex Regij ſupercilij apud
Perſas lege, quæ vetabat, ne quis non accitus,
in tabernaculum Principis ingredi auderet. Ma-
giſter admiſſionum decretus erat, cui munus, ad
Ioseph. Regis oculos admittendi: liquet ex Ioſepho
lib. 11. antiq. cap. 10. Id nos tradidimus ſuprà
tom. 1. ex Herodoto & Xenophonte cap. 2. n. 4.
Luculentérque liquet ex cap. 14. infrà verſ. 10.
Iudith 14. 10. *Nullus enim audebat cubiculum virtutis Aſſyrio-
rum, pulſando aut intrando aperire.* Ergo excubi-
tores iſti, vt copiam haberent ingrediendi in
Ducis tentorium, claris priùs vocibus concla-
marunt: Hebræam fœminam inter ſinuoſæ val-
lis errores offendiſſe, cuius pulcher aſpectus,
facundaque labra quid grande in corde geſtare
pollicebantur. *Duxerúntque illam ad tabernacu-
lum Holofernis.* Compendio plurima cinguntur
Duxiſſe fuit, & ſe præbuiſſe comites, ne quid in-
dignum à palantibus per vallis planitiem mili-
tibus pateretur; & per ignotam fœminæ ſemi-
tam direxiſſe, & quidquid comitatis eſt, quid-
quid honoris, depoſitis gentis furoribus, impen-
Græc. diſſe. Id Græca verſio laxiori ſermone diffundit,
quem iuuabit exſcribere. *Elegerunt ex eis viros
centum, & currum iunxerunt ei, & ancillæ eius: &
duxerunt eam ad tabernaculum Holofernis: Et fa-
ctus eſt concurſus in omnibus caſtris: Diſſonuit enim
in tabernaculis aduentus eius, & venientes circum-
dabant eam, quia ſtabat extra tabernaculum Holo-
fernis, quouſque nuntiauerunt ei de ipſa.*

133. Obſerua illud: *Et currum iunxerunt ei:* ex quo
duo noſces: alterum non breuis diſtantiæ inter-
capedinem fuiſſe inter Holofernis tentoria &
Bethuliam; ſiquidem opus fuit vectaculo, vt
infatigata Iuditha, nec à puluere ſordida, nec è
cute ſudans ad tentorium Principis perueniret,
gratius illi cenſentes donum, quod nullus labor
attriuiſſet. Sanè ſuſpicor, quòd non Iudithæ re-
uerentia, ſed Ducis in tam inopinam vrbanita-
tis pompam barbaros impuliſſet; quippe qui di-
gnum non putabant, puluerеam fœminam, &
ab anhelo curſu agitatam in Ducis ingredi ta-
bernaculum, ne minùs comptam, acquiſitiſque
ex curſu coloribus faciem Holofernes vidiſſet.
Præcipuè quia tam innumeras copias ex debel-
latis regionibus Aſſyriæ victoriæ coëgerāt præ-
ter ingentes exercitus, quos in Niniue buccina
congregauerat, vt ingentia ſpatia camporum
obruerent, nec modica milliaria diſpoſitis ca-
ſtris complerent: quare cum Prætorium Ducis
ob columitatem & honorem in ſuprema & fir-
miore ſtatione figatur, neceſſe fuit fœminam
tendentem ad Ducem, in curru leuare, tum vt
ocyor eſſet acceſſio, tum vt pacatior, & lenior,
quietáque pulchritudo veniret.

Perſarum Principes tentoria ad Orientem fi- 134.
gebant, ex inſtitutione vsúque Cyri, de quo Xe- Xenoph.
nophon. l. 8. παιδ. *Cyrus hoc inſtituit, vt tentorium
ita figeretur, quo Solem Orientem ſpectaret.* Quaſi
vt Sol primus, qui Perſis Deus, in tabernacu-
lum Regis intraret! Diximus ſolemne eſſe Du-
cibus in ſuprema ſtatione extendere ſibi tento-
rium. Supremam intellige; in medio videlicet
Ducum, quorum tabernacula in ſuperiore ca-
ſtrorum parte locantur, vt de Romanis probat
Lipſius l. 5. de milit. Rom. dialogiſmo 3. Idipſum Lipſius.
fermè de Perſis coniectarem, cùm non pluri-
mum diſtet de Cyro agens Xenoph. ſuprà: *Ac* Xenoph.
*primum quidem ipſe caſtrorum in medio ſe colloca-
bat, quòd is locus eſſet quàm munitiſſimus. Deinde
circa ſe fidiſſimos quoſque, ſicut & aliàs conſueue-
rat, habebat; atque horum in ambitu proximi tum
equites, tum curruum ductores erant.* Licèt id ſalu-
tis columitati que ſtudioſus, in hac expeditione
obſeruauiſſet Holofernes, adhuc eius tentorij
diſtantia non modica liquet, ſiquidem per ambi-
tum tot caſtra ſidebant, quæ ingentibus exerci-
tibus tecta præſtarent. Numerum caſtrorum ſi
cupis, quē Cyrus ſtatuit, dabit Xenoph. l. 8. παιδ. Xenoph.
*Tabernacula, quod numerum attinet tot eis inſtruxit,
quot erant Præfecti cohortium; magnitudine verò
tanta, ſingulis vt cohortibus ſufficerent. Atque hoc
modo centuriatim in tabernaculis degebant.*

Ad Ducis ergo tabernaculum perrectura Iu- 135.
ditha, opus habuit vehiculo, iam excubiarum
cogitatu cubicularia, ne dicam concubina, ſeu
Holofernis coniux putata, quàm irreligioſum
erat plantâ pedis puluerem verrere, & aulæ pe-
riſtromata conſpurcare: Dicturus enim erat illi
Holofernes infrà c. 11. v. 21. *Tu in domo Nabu-
chodonoſor magna eris,* vbi Græcus habet: *Tu verò
ſedebis in domo Nabuchodonoſoris:* vbi dubio pro-
cul ſedem Reginæ pollicetur: Eo autem lenoci-
nio pretioſóque faſtu ſe Perſarum Reges gere-
bant, vt dedignarentur terram terere pede; imò
è curru deſcendentibus aurea ſedes præſtò ade-
rat, ne humus nuda plantam exciperet. Athe-
næus l. 12. c. 3. ex Dione: *Cùm verò Rex de curru* Athen.
*deſcenderet: neque deſiliebat, quamuis exigua eſſet
altitudo à terra, neque hominum manibus fulcieba-
tur, ſed aurea ſedes illi ſemper apponebatur, in quam
deſcendens, exibat: atque Regi ſedem ferens ad hunc
vſum, ſemper aſſequebatur.* En in maieſtatis au-
ſpicium ferculum paratur Hebrææ non quale
ambitionem decebat, argenteum; gemmiſque
excultum, quale Claudianus de quarto Honorij Claud.
conſolatu deſcribit, & Sidon. epithalamio Ru- Sidon.
ritij, & Iberiæ; ſed quale præpropera dedit oc-
caſio, excubitoribúſque tunc erat ad vſus.

Profectò maximoperе inſtituto Iudithæ in- 136.
dulſerunt, vectaculum illi meditantes, cuius
ſandalia in Holofernis pectus aureas corrigias
immiſſura pro laqueis erant, & ab elegantia
barbaricum animum allectura, vt ipſa cecinit
infrà c. 16. v. 11. *Sandalia eius rapuerunt oculos* Iudith 16. 11.
eius. Quòd ſi per ſalebras, pulnerulentúmque
ſeu roridum campum pedibus iret, multum de
ſordibus contraxiſſent, extenuataque pulchritu-
dine, nudíſque parumper digitis, ex humi vici-
nia inquinatis, non ſic delitioſum Perſam mul-
cerent: tales enim geſtauiſſe crepidas dixeris,
quales in ſimilem victoriam deſcribit Sidonius Sidon.
lib. 8. epiſt. 11. ad Lupum.

Sed tales crepidas ligare curâ:
Quales Harpalice, vel illa vinxit,
Quæ victos gladio procos cecidit
Perge sic melius volante saltu
Si vestigia fasceata, nudi
Per summum digiti regant citatis
Firmi ingressibus, atque vinculorum,
Concurrentibus ansulis reflexa
Ad crus, per cameram catena surgat.

137. Alterum non minoris obseruationis sit, adeò apud Persas & Assyrios, præliarium curruum vsum viguisse, vt ipsæmet excubiæ exploratorésque milites, quibus proprium est per incerta vagari, etiam curribus vterentur: aliàs nulla erat causa, cur in valle Bethuliæ excubitores isti illicò paratum currum haberent, in quo consideret Iuditha. Plura diximus de Persarum curribus suprà tom. 1. c. 1. n. 37. Festiua itaque frequentique pompa in ferculo fœmina ducitur ad tabernaculum Holofernis. Ignari Assyrij hoc opere nobile vaticinium dedêre, Iuditham Holofernis copias victuram, quam theatrali fastu in illius tabernaculum ducere non verentur. Sanè lex vincentium erat apud Persas immitti in tabernaculum victi. Amœna sunt Curtij verba lib. 3. *Tunc verò impotentis fortunæ species conspici potuit, cum ij, qui cum Dario tabernaculum exornauerant, omni luxu, & opulentiâ instructum, eadem illa Alexandro, quasi veteri Domino reseruabant: namque id solum intactum omiserant milites, ita tradito more, vt victorem victi Regis tabernaculo exciperent.* O fausta proscænia! O triumphi præludia! In curru iam victrix, antequam vincens, fœmina vehitur, vt victi Regis tabernaculum pede terat. Curtius.

Vers. 17. Cúmque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.

Vers. 18. Dixerúntque ad eum satellites eius: Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?

Vers. 19. Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in coponeo, quod erat ex purpura & auro, & Smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum.

Vers. 20. Et cùm in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super terram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente Domino suo.

138. *Cúmque intrasset ante faciem eius.* Stat sua cuique & fortunæ, & infortunij dies. Quasi rotante globo, regyrantéque rota fœlicitas & aduersitas in puncto est: qui cecidit, expectet volubilis rotæ motum, leuabitur; nec qui laboribus attritus puluerem verrit, despondeat animum, iam sursum erit. Quantum de fortunæ prouentibus vsque adhuc hauserat Holofernes! Quantum de puluere & sordibus obsessa Bethulia! En incipit rota moueri: ante faciem Ducis obiecta Iuditha, ille decidet & cædetur, Hebræas desuper in victoriæ fastigio superborum prospectabit permutatim. Optimè Lyra commentatur hîc: *Cumque intrasset. Postquam descripta est superius Hebræorum persecutio, hic consequenter ponitur persequentis deiectio: & primò quantum ad eius mentem, secundò quantum ad eius vitam corporalem.* Vertente petauro versa fortuna est. Intrat Iuditha, & ille oculis obuiam exit, iamque totam hauserat, cùm è primo tentorij vestibulo graderetur: antequam aspiceretur, aspexit. Vt cruentiùs pulchritudo feriret, non subitò fœmina totam faciem expressit, non oculos torsit, sed sub palpebrarum redimiculis modestè continuit, quousque sensim plenam lucem effunderet, ne spectator in primis oculis caligaret. Modestissimè historiographus tacet enarrat, ne prima in conspiciendo virum fœmina esset, lasciuiens viri prurigo celerrimos oculos iecit in eam, vt vnius honestas, alterius procacitas probaretur. Lyra.

139. *Statim captus est in suis oculis Holofernes.* Si ab alienis oculis caperetur, non sic statim quo illaquearetur, haberet. Ne laqueus distaret, iniectióque vinculi moraretur, proprius oculus laqueus fuit, qui quà proximus, illicò videntem innexuit. *Statim captus est.* Nihil est in bello celeritate felicius. Si sensim primus ardor accederet, medio forsan frigesceret in itinere. Tota simul cupidinis flamma pectus intuentis inuasit: ne, si moras necteret, perdidisset. Nonnisi subitò possunt debellari potentes. Qui cadit ab alto, celeriter cadit: quò maius fastigium est, ipsamet volubilitate ruinæ vsque ad imum velocitas geminatur. Quàm bene fœmina cœpit, quæ statim sui cœpit spectatorem! Sed potiùs indecens erat, lasciuum à pudica capi, nisi cùm digitis eius comam apprehendit, vt solidius acinacis ferrum imprimeret: Ipsemet suis oculis captus est; non aliis apparitoribus dignus erat, qui laqueum inicerent impudico. Non oculorum Iudithæ, si culpa, tuorum fuit, illicò prendi: volantes oculos tumet in speciosum rete iniecisti, pennatis volucribus leuior, qui sic ad viscum, mansurus in ieiunio aduolasti. *Statim suis oculis captus est:* non oculis tantùm, sed corde: cor in palpebris erat, quod libitâ se sagittâ transfixit, qualem solùm fœmina acuerat, quæ nondum tetenderat arcum, vt integra mentis occisio, peróque animæ cædes non visæ fœminæ, sed inuiso Duci tam citò videnti adrogaretur. Nimia viri infelicitas immaculatâ fœminâ virum maculari, & quam non libauerat, sorde detingi! Quid immundius, quàm in ipsa inquinari munditie, in floréque venustatis solùm per lumina conspurcari, in albidísque foliis spinosi liliis feriri, antequam manus tenderet ad legendum. Quadrat appositè illud Musæi de Herone & Læandro. Musæus.

Pulchritudo enim celebris immaculatæ fœminæ
Acutior hominibus est veloci sagittâ:
Oculis vero via est.

Nondum nudatâ pharetrâ Dux sagittatur: tela fuerunt oculi spectatoris, quæ incruento Marte vulnerarunt lasciuum. Statim captus est, quia statim fœminam formosam aspexit. Nihil iam de bellicis negotiis curauit, sed in primo conserto pulchritudinis bello accumbere desiderans, irretitus occubuit. Modestior, & cautior fuit Cyrus, ad cuius conspectum cum aulici similem venustam puellam induxissent, ad vnum ex suis aulicum dixit apud Xenophontem lib. 5. pæd. *Si nunc postquam te audiui, eam esse formosam, persuaderi mihi patiar, vt ad spectandum illam abeam,* Cyrus.

abeam, non admodum otioſus: vereor, ne multo citius illa mihi, rurſum perſuadeat, vt ſpectatum redeam, ac deinde neglectus fortaſſe rebus iis, quæ mihi gerenda ſunt, oculis in hanc fixis deſideam.

140. *Dixerúntque ad eum ſatellites eius.* Qui iam oculis contabuerat, medicantibus ſatellitibus ampliùs contabuit. Hæc auliculorum medela eſt, non à Regis corde telum eruere, ſed ſub adulatoria blandimentorum ſpongia altiùs immittere. Si forſan non integrum ſpiculum hauſerat Holofernes, familiari curâ, verborum impetu ſatellites impenſius imprimunt, ne vlla pars ferri in extima cute maneret. *Dixerúntque ad eum.* Nil loquutus erat Dux, cui ſtupor linguam plicuerat: haud multus eſt ignis, niſi vna irruptione organa loquutionis inuadat. Nimius amor, qua amentem, mutum illicò reddit amantem: nec ad componenda verba facilis eſt, quem ſubitus laqueus implicuit. Non ſic arſere amore puellæ effuſi aulici per circuitum, quibus ſermo ad adulandum Regi ſuppeteret. Timuerunt ſuſpicioſi, ſi non ad pleni deſiderij placitum fœmina grata Duci apparuiſſet; ſiquidem non è veſtigio in pulchritudinis elogium Perſa prorupit: ideo verbis intuentem inſtigant, materiámque flammarum adulationis titione reuoluunt, vt illicò crepitet, & ſplendidior ignis aſſurgat.

141. *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent?* Miſera virorum laus eſt, à venuſtate fœminarum extolli: mollis laudatio, quæ à molli ſexu componitur. Non à fortitudine laudatur Hebræus, non ab ſtrenua in armis dexteritate, non à robore lacertorum, ſed à beneuolo pulchróque climate, quòd naturali cultu ſic comit fœminas, quas producit. Et benè: iam incipit Aſſyrius progeniem Hebræam æſtimare: ferocior illi venerabiliórque exercitus eſt, quem tenet, & lacteus fœmineæ pulchritudinis grex conſtituit. Ab hac armorum elegantia, quò magis hinniunt, magis barbari timent, quæ non ſolùm cominus feriunt, ſed eminus vulnerant intuentes. Magno ducitur, quod amatur; id pretioſum, quod cordi eſt: Inuiſus erat adhuc Hebræus; amari incepit, cùm fœmina incepit videri. Falleris, Aſſyrie, falleris: vna Juditha eſt, quæ noctis cœleſtes ignes ad lucis certamen ſui oris prouocat venuſtate; non alia in Hebræorum gynecæo manet, quæ de formoſitate contendat: ſat eſt iſta ad præliares tuæ ſuperbiæ copias vno oculorum motu frangendas. Qui mercaturam exercet, non primis oculis, quod contemptibilius eſt, apponit, ſed pulchriori merce in indicium exhibita, accurato lenocinio ad commercium laceſſit ementes. Fortè quæ apud Hebræos reliquæ ſubſident fœminæ, nullam de formoſis vultibus laudem merentur: hanc vnam emiſit Bethulia, vt à ſpecioſa vnius forma decipereris in reliquis pro voto libidinis iudicandis. *Quis contemnat populum Hebræorum.* Quaſi increbuiſſet anteà rumor, inepto conſilio inſtructas acies in illa detineri planitie pro obtinendo Hebræorum populo, quem nullus commendabat fauor naturæ, nulla gratia ſpectabilem efficiebat. Erratum corrigit viſa fœmina. Imò vſque ad internecionem pugnandum eſt pro tam ſalubri benignáque fœcundæ telluris gleba, quæ in tam nobilia germina erumpit, venáque fertili in tam celebres pulchritudines ſe diſtendit. Iam flocci ducunt quidquid æſtus, quidquid frigoris, quidquid laborioſæ moræ rigor incuſſit, dummodo regione potiantur, quæ hæc fœminea prodigia de æſtimabili nimiùm cæſpite fert. Græcè additur. *Quoniam non bonum eſt relinqui ex eis virum vnum, qui dimiſſi poterunt decipere omnem terram:* Vbi ſcholiat Vatablus, *formâ videlicet mulierum illecebroſa ac fallaci.* Vatabl. O benè de totius orbis ſalute meriti! ô de gentium religioſa columitate ſoliciti, qui parcendum non putatis Hebræis, ne per muliebria ſpectra facilè illudant populos conſpectores. Pia charitas, quæ bono vniuerſitatis inuigilat; ſed malè pius cæteris eſt, qui ſibi impius eſt, nec propriæ mentis incumbit ſaluti, decipi facilis à libidine, difficilis à virtute molliri. Videat Aſſyrius, ſi ſuiſmet verbis iam ſibi ominetur perniciem: Decipientur ab vna fœmina Hebræa, qui cauent ne à cæteris mundus ſtolidus decipiatur.

Videns itaque Iudith Holofernem. Græcus textus, multa exhibet non inquieto calamo digna. 142. An Holofernes illicò in proſcænio, primáque tentorij aula ſe præſtitit intuendum? Græcè eſt: *Et exierunt qui dormiebant apud Holofernem, & omnes famuli eius, & introduxerunt eam in tabernaculum. Et erat Holofernes requieſcens ſuper lectum ſuum in conopæo, &c. Et annuntiauerunt ei de ea, & exiit in proſcænium, & lampades argenteæ præcedentes eum.* Plura de Perſicis delitiis, ambitioſóque faſtu nos edocent præfata verba. In Holofernis tabernaculo tot diſtendebantur cubicula, ac in ampla domo, ſiquidem familiaribus & aulicis in penetralibus erat pernoctandi habitandíque copia. Credentes ædificia mobilia, quæ ars ex pretioſo pondere, non perforato pauimento, in extrema campi facie locabat, quaſi animatis pedibus gigantis moles, collíſve fabrefactus niteretur. Quare hîc deſcribitur & domus interior, puerorúmque cubilia, & veſtibulum, qualibus ſuburbana conſtant palatia. Non diſtat Curtius lib. 5. *Ille cum paucis armigeris in tabernaculo, in quo captiuæ erant, peruenit, miſſúmque ſe à Rege nuntiare iubet. At hi, qui in veſtibulo erant, vt armatos conſpexêre, rati actum eſſe de dominis, in tabernaculum currunt.* Curtius. En quam ſpatioſum tentorium, vbi à veſtibulo ad tabernaculum ampla curſui tendebatur planities. Ex quibus Curtij verbis, quibus veſtibulum à tabernaculo diſtinguit, erit qui ſuſpicetur, extra tabernaculum fuiſſe Holofernem egreſſum, vt transfugam exciperet fœminam, ſiquidem ad proſcænium exiit, quod & veſtibulum vertit Vatablus: *Prodiit in veſtibulum tabernaculi.* Vatabl. Aſt ſicut atrium, ædificij, domúſve portio eſt, tentorij proſcænium iniuſtè à corpore tentorij diſcindes; licèt domus nuncupetur portio illa, quæ decernitur incolatui; quod idem in tabernaculo, ſtylo ſuo, Curtius obſeruauit. Nec tamen puto Holofernis tabernaculum aliis quàm cubiculariis, qui iuxta Regis ceruical decumberent, inſeruiiſſe, vt ex præfatis Græci textus verbis innuitur, non quidem piſtoribus, non panariis, nec qui coquinaria parabant obſonia, quorum tentoria non procul à tabernaculo Principis aberant ex lege Cyri, de qua Xenophon. lib. 8. *κυρ.* *Quanto ex interuallo à tabernaculo Regio abeſſe ſatellitum tentoria deberent, ordinauit. Poſt hos locum dextrum iis, quibus eſſet mandata panis conficiendi cura, adſignauit; quibus obſoniorum, ſiniſtrum,* Xenoph.

equis item dextrum, sinistrum iumentis cæteris. Neque est tam cur Tertullianus lib. ad Martyres, dicat: *Nemo miles ad bellum cum delitiis venit, de cubiculo ad aciem procedit, sed de papilionibus expeditis, & substrictis: vbi omnis duritia & imbonitas & insuauitas consistit.* Illum papiliones Persicas prætereúnt, quos non passa est illecebris in gula substrictos, aliquaque imbonitate subtristes, sed quos totius luxus laxabat ambitio, totius aureæ glebæ pretia ditabant, quibus textiles sigilli pro lienis erant, quibus pro pauimenti textura, gemmarum errores, vnionumque emblemata. De his, si plura cupis, adi Athenæum l.12. Plutarchum in Pompeio, Valerium lib.9. cap.1.num.4.

Tertull. Athen. Plutarch. Valer.

143. Iouius. Nec his solùm artis animíque lasciuientis prodigiis se iactet antiquitas, cùm Iouius, l.20. scribat, quòd Franciscus I. Galliæ Rex, & Dynasta Brittannorum Henricus XII. vt ex condicto ad mutuum conuenirent sermonem, ille pretiosa tabernacula, papilionesque quam plurimos struxit, hic domum edidit ligneam, quam spatiosæ Regiæ non poterat superare amplitudo, cui porticus, & cœnacula animi votis laxiora, quæ simul pictura, aurique pondus adornabat: eo tamen ingenio, vt variis vertebris volubilis non vnam semper exhiberet speciem, sed versipellis, callidæque frontis more in dissimilia ad nutum cubilia poterat explicari. Nec dicas hæc magnificentiæ portenta solùm ab Imperiali Regalique pompa venire, vt qui diademate rediminuntur, baiulent post se ædificia currentia, quibus ars & pretium cum ædibus fixis contendat; non verò aliis ab Imperio similes aulas pro papilionibus construi, è quorum numero fuit Holofernes, qui solum Aristarchus non Rex. Sed imò & proceribus militibus luxuries ista in æmulationem regum inualuit, vt de Mardonij tabernaculo auctor est Herodotus l.9. qui Xerxis exercitus Dux fuit, in cuius tentorio præter pretiosa quæque, tum vel maximè equorum præsepe ex ære totum, spectatu dignum, inuentum est. Nec inferiora scribit Xenophon. l.4. *ἀναβασ.* de tabernaculo Tyribasi.

Herodot. Xenoph.

144. Sanct. Nec prætereundum ex calami celeritate, quod ex Græca versione audisti: *Et lampades argenteæ præcedentes eum.* Sanctius supra cap.3. Persicæ superstitioni, religiosóque in ignem cultui lucernarios istos attribuit: quòd Persis insedisset in deuotamentum Solis, qui supremus ignis habetur, non nisi igne præcedente procedere etiam in diurna luce. Non abnuo quod pluries retuli, in Persici exercitus præludio ignem sub crystalli gemma compertum, sed nec suspicor his faculis allusum ad ignis religiosam pompam Persicis propriam. Potiùs eas ad ambitiosioris festi apparatum deflecterem; cùm & aliis gentibus in delitiis fuerit, Tychnos funaliaque adhuc Sole procedente, ad illustrius lumen accendere, quoties vel celebrata natalia, vel genialis luxus indictus, quasi aucturi diem ascitis lucibus, vt longius ad lætitiam duraret. Quo ingenio dictum existimo in Panegyrico Theodosij: *Quid aulæis vndantes plateas accensisque funalibus auctum diem referam?* Nisi hæ lampades in tentorio Holofernis accensæ pro tædis nuptialibus fuissent in aliquale vaticinium, quòd Hebræa fœmina iam futura coniux accesserat, cùm & Augustinus dixerit serm.67. *Bellatoris animus lascinia soluitur, in amore armorum torpent vires innumerabiles militum. Luxu Regisico, nuptiarum pompa nullo nubente construitur.* Quòd enim adueniante Hymenæo accenso igne micarent lampades, iam notus Ouidius cecinit in carmine Medeæ ad Iasonem.

Panegyr. Theodos. August. Ouid.

Verum cùm Lampadarij isti extra tentorium progredienti Holoferni, nunquam alibi præluxisse dicantur, subit animum, in causa fuisse, lampades nunc è tabernaculi penetralibus accensas præiuisse, quoniam cum tentoria papiliones essent extenti desuper, non sic in illis fenestrarum vsus plenum diem, integrúmque Solis iubar in cubiculum admittebat, vt aula clarissima redderetur, & ad lucidiorem ornatum, arte quæsitis lucibus opus erat, quæ maiestatem conciliant, & illustriùs solium adornant. Nec passus est Persa aliquid suis oculis de decantata iam transfugæ pulchritudine deperire ex sinuosis tentorij latebris, quas aliqua nox adhuc obscurabat in die. Quòd si solidæ veritati morem geras, aptè textus Græcus retulit lampades, quas siluit Latinus: nam apud illum nox adhuc erat, decumbebátque in lecto Holofernes, cum & progrediente post: à sermone cap. sequenti v.4. Iuditha dixerit. *Nec mendacium hac nocte Domino meo enuntiauero.* Quod ne discrepet à Latino, apud quem iam recens albescebat dies, cùm ad excubitores Assyrios appulit fœmina, non malè intra Holofernis tentorium adhuc nox agebatur, cùm & adulto iam Sole, qui nondum cubilia luxuriantium in somno Primatum admittit ad cubile, noctis obscura forma intra tentorium erat: præcipuè cum nondum processerat Phœbus, nec se aurora certissimis lucibus explicauerat. 145.

Lampades argenteæ dicuntur, ne quid libidinis prodigalitati deficeret, quæ & balsamum solet pro flammæ nutrimento profundere, nec vitro contenta est, sed vel gemma crystallo, vel ex argenti nobilioribus venis quasi in pretioso carcere ignem includit. Certè Heliogabalus apud Lampridium: *In lucernis balsamum exhibuit.* Obseruare libeat, quod Dion. Chrysostomus perhibet, Cyrum Cambysis filium lucernarum opificem fuisse, in orat. de seruit. & libert. 146.

Lamprid. Dion.Chr.

Cur autém ad proscænium, seu vestibulum, portamve tentorij conspiciendus exierit Holofernes, si petas, cùm decentius videretur in intimiori aula solium ei construi, in quo coram effusa militum frequentia à fœmina adoraretur? Dicam, etiam in fictilibus ædificiis, mobilibusque castris Principem Persam vrbanum morem studuisse percolere: non enim nisi ad Regiæ, ciuitatisve portas thronus Persis Regibus extruebatur, vbi legatos audiret, iurísve dicendo sederet. Narrat id de Persis Athenæus l.12.c.3. *Quod si ad portam exiret, aderant cum illo etiam pellices, thronúsque in quo ius dicere consueuerat, erat aureus; circa quem quatuor aureæ columnæ lapillis distinctæ mirum in modum circumponebantur, inter quas purpurea vestis variegata extendebatur.* 147.

Athenæus.

Quæ Athenæi verba non modicè nobis inseruiunt ad enodandum, quod sequitur. *Vident itaque Iudith Holofernem sedentem in conopæo, quod erat ex purpura & auro, & lapidibus pretiosis intextum.* En thronus fictilis, qualem Dymnosophista descripserat, non cedens stabilibus 148.

libus foliis; siquidem & omni pretio excultus, & de purpura flammans, & de auri pondere grauis, & de pretiosis lapillis cum superbioribus thronis contendens. Dictum obserua *sedentem in conopæo*, non *sub conopæo*; quasi conopæum thronus esset. Nec modicam difficultatem ingerit, tum aliqua ex Græco textu discordia, vbi habetur: *Et erat Holofernes requiescens super lectum suum in conopæo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum:* tum ex cap. 14. infrà vers. 10. vbi apud Latinum dicitur: *Et abstulit conopæum eius à columnis.* Et vers. 19. illud coram Bethuliensibus exhibuit: *Et ecce conopæum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua.* Ex quibus suspicio non modica est, non vnicum fuisse conopæum.

149. Ego quidem sic censeo: proscænium ipsum ex conopæo tento constitisse; non quod operiundis lectulis inseruit; sed potiùs quod throni more, tentorij primam faciem ornabat. Quis abneget, quòd conopæum idem quòd papilio sit? papilio autem vox militaris est, castrense tentorium significans. Audisti ex Tertulliano lib. ad Martyres: *Sed de papilionibus expeditis, & substrictis.* Exod 33.8. Num. 16. 27. Exod. 33. vers. 8. *Stabat vnusquisque in ostio papilionis sui.* Num. 16. vers. 27. *Cúmque recessissent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum cum vxoribus & liberis, omníque frequentia.* 2. Reg. 11. 11. 2. Reg. 11. 11. *Arca Dei & Israël, & Iuda habitant in papilionibus.* Ergo quid vetat, quòd conopæum dicatur aula prima tentorij, in quo spectabilis sedit Holofernes: quamuis enim ab arcendis culicibus nomen sumpserit, lectulísque tegendis institutum, ad tentorium significandum transfertur; sicut *papilio*, cùm in origine sua significet culicem: Plinius. de quo Plinius lib. 11. cap. 19. *Papilio etiam hîc ignauus, & inhonoratus luminibus accensis aduolitans.* Qua dictione Plinius vtitur, etiam pro tentoriis lib. 5. cap. 3. *Numidæ verò Nomades, à permutandis papilionibus.* Excultioris latinitatis magistri *conopæum* tentorium exponunt, sicut & *papilionem*. Iuuen. Iuuenalis satyra 6. testudineum conopæum dixit, quod in cameræ morem incuruatur. Quod tentorium Holofernis testudineum esset & rotundum, suadet quòd Imperatoris prætorium, id est, tabernaculum Ducis, à formæ rotunditate *testudo* nuncupari solebat. Varro. Varro lib. 4. de lingua Latina: *In cauædio si locus nullus relictus, sub diuo qui esset, testudo dicebatur, à testitudinis similitudine, vt est in prætorio in castris.* Et quidem orbicula figura non tantùm in tentoriis ipsis, sed & in castris amata. Ammian. Ammianus Marcellinus lib. 24. *In valle graminea prope riuum in orbiculatam figuram metatis tutiùs castris quieuimus.* Sit ergo conopæum idem quod papilio, non tantum, quod operiendis lectulis desuper sternitur, sed & tentorium ipsum castrense, quod auro gemmísque in luxuriam vsque texebatur: sub hac enim significatione auratos papiliones lego. Trebell. Trebellius de triginta tyrannis: *Homo Orientalis, & Græcæ luxuriæ; cui erant sigillata tentoria, & aurati papiliones.*

150. Igitur Holofernes sedebat in conopæo, subingrediente Iuditha, nempe in ipsomet tentorio seu papilione eleganter exculto, & ad diuitiarum prodigium intexto, eademmet fermè arte & pretio, quo Atila Hunnorum Rex tentorium extruxit; de quo Bonfinius lib. 7. dec. 1. Bonfin. scribit fuisse ex serico, auro, gemmísque intextum, pretiosis interiectis lapidibus, cuius mali aurei, quorum commissiones atque iuncturas vniones splendidi ornabant. Nec dissimilia perhibet de tentorio Alexandri Ælianus l. 9. var. Ælian. histor. c. 3. De tabernaculo Darij mira, si cupis, suppeditabit Plutarchus in Alexandro. Plutarch. Nec infrequens est, tabernaculum militare vocabula thalami, lectíve sortiri, ac proinde conopæi & papilionis nomine efferri, siquidem è tentoriis militaribus traxere tori, aulæis desuper circumuolui. Mutuemur Seruij verba 1. Æneid. Seruius. *Ideò etiam in domibus tendebantur aulæa, vt imitatio tentoriorum fieret, sub quibus bellantes semper habitauere maiores; vt & in thalamis hoc fieri hodie conspicimus.* De aulæis, quæ in Persarum tentoriis extendebantur, agit Plutarchus in Themistocle; Plutarch. vbi & adnotaui, etiam in vehiculis solita extendi tentoria, sub quibus, curru vecti, velut sub habitaculo, tegerentur. *Neque enim, inquit, vxores solùm, sed ancillas quoque emptitias & pellices anxiâ sepiunt custodia. Per viam vndique septa in tentorium vehuntur curribus. Tali Themistocles tectus vehiculo gerebatur.*

Alterius itaque rationis fuit conopæum, quod 151.
cæso Tyranno è lecti communis Iudith reuellens in victoriæ anathema plicatum reseruauit in pera. Quod signatè crediderim tegendo honorandóque lecto desuper inseruisse, non ita gemmatum pondere graue, nec de auri textilibus impedimentis implexum, sed quale Estheris 1. vers. 16. Esther. 1. 16. *Pendebant ex omni parte tentoria aërij coloris, & carbasini, ac Hiacynthini, sustentata funibus byssinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur.* Ne si solidioris subtegminis esset, stragulísque grossioribus, neutiquam tam breui sacculo caperetur; licèt refragetur non segniter textus Græcus, qui conopæo lecti eadem pretia, elegantiámque & artem præstat, atque Latinus tentorio, in quo thronum spectandæ Iudithæ Holofernes habebat. Signatè adstruitur quòd conopæum erat ex purpura auróque contextum, videlicet vt tentorium ipsum maiestatem spiraret Imperatoris, essétque paludatum: nam, vt dixit Isidorus: Isidor. *Palludamentum pallium fuit imperatorium, croco, purpura & auro distinctum.*

Et cùm in faciem eius intendisset, adorauit eum. 152.
Quid ergo de pudore, matrona casta? Cur in lasciui Dynastæ faciem intendis? Nisi sagittarij more, vt arcum tenderes, priùs oculos collineasti in scopum. In faciem intendit, non de videndi lenocinio, non de meretricandi ingenio, non de muliebris leuitatis indole; sed vt hac comitate gratiam venaretur tyranni, quæ operæ pretium erat ad fortitudinis castæ peragendum prodigium. Sed malignitas Persæ officiosum fœminæ decorem in improbi amoris incendium conuertit, & vt ex oculorum suorum laqueo strictiùs, & valentiùs sagitta tetendisset ad cor, ex intendente Iuditha in faciem eius, arcum tetendit, vt recentiùs periret ad ictum. In faciem intendit fœmina sacra, vt in illum tanquam in Dynastam, à Deóque in fastigium Principale sublatum, vrbanam adorationem dirigeret, ne in alterum putaretur directa, seu ex superstitioso alicuius pagani cultus studio manare.

In

153. In faciem quidem intendit, non verò poſt
viſum Holofernem manum admouit ad labra,
ne quid de Gentili cultu traxiſſet: ſimulacris
etenim viſis cernuus ſpectator ori manum apta-
Minutius. bat. Minutius in Octauio: *Cæcilius, ſimulacro
Serapis viſo, vt vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manum
ori admouens oſculum labiis impreſſit.* Duo quidem
idololatræ in hoc ritu agebant, priùs intendere
faciem in fictile Numen; dein extenſam ma-
num labris allidere. Hæc duo negat peregiſſe
Iob 31.26. Iob cap.31. verſ.26. *Si vidi Solem cùm fulgeret,
& Lunam incedentem clarè.* Et ſtatim verſu 27.
Et oſculatus ſum manum ore meo. Quid eſt quòd
ſe vidiſſe Solem neget, cuius diurna lampas à vi-
uentibus cernitur? Id eſt, ſi ſignatè ex adoratio-
nis ritu in ſolarem faciem intendi. Amputauit
Iuditha, vrbana comptáque fœmina, ritum
hunc, ne de piaculo accuſaretur, nec manum
per aërem emiſſam, remiſit ad os, vt execrabi-
lis adoratio ferebat. Quamobrem hæc nugatoria
propriæ manus oſculatio? Non fero rationem
P.Roa. Martini de Roa 1 part. ſingular. l.4.cap.3. quaſi
Numinis, quod adoratur, potentiam, quæ in
manu eſt, quis oſculo impreſſo pronunciet. Pro-
prius flector, vt opiner, hoc ſymbolo indicari,
pro oſculo, quod adorato ſimulacro, vel po-
tenti quis imprimere vellet, niſi obſiſteret re-
uerentia, manum ſuam ore libare; vel potiùs
aërem ſaltem illum, qui adoratum circumdat,
quaſi manu trahere, oréque prendere, vt in ali-
quo idoli, ſeu Principis, flamine nempe, hali-
tuve ori adoratoris admoto optata reuerentia
monſtretur. Poſt quem cogitatum gauiſus ſum
Pineda. Pinedam adiiſſe, qui in dicto cap.31. Iob, pri-
mam rationis noſtræ partem expromit. En cur
indecens erat, quòd Iuditha, poſtquam in fa-
ciem Holofernis intenderat, labia vibraret,
manúmque, quaſi vt attraheret ſpiritum, priùs
extentam redderet ori: non enim oſculum
figere viro, hoc ritu indicare debebat, quæ,
vt aciem gladij figeret, profuga acceſſerat à Be-
thulia.

154. *Adorauit eum proſternens ſe ſuper terram.* Sci-
mus, ex arrogantia Perſica Perſarum Regibus
adorationis famulitium impenſum, cuius pri-
Arrian. mus auctor ſcribitur Cyrus apud Arrianum l.4.
de rebus geſtis. Quare quòd Iuditha mori in-
dulgeret, indolíque ſe dederet gentis, non vide-
tur ad tribunal trahendum, quam hac ratione
Serarius, & Sanctius excuſant. Aſt cùm mos ille
ſuperbus inoleuerit, vt eo indicio diuini hono-
res Perſarum Regibus præſtarentur, ſuſpicari
quis poterit, in religionis diſpendium huic ritui
Iſocrat. fœminam indulſiſſe. Certè Iſocrates in Panegy-
rico ob hoc piaculum percutit Perſas; *Vt qui ad
ipſam Regiam præſtolentur, & procumbant, &
omnibus modis abiecto eſſe animo meditentur: cùm
quidem hominem mortalem adorent, & Deum ap-
pellent: Deos autem magis quàm homines contem-
Lamprid. nant.* Et quidem Lampridius in Alexandro Se-
uero ait: *Adorari ſe vetuit cum iam cœpiſſet He-
liogabalus adorari Regum more Perſarum.* Hanc
Perſarum adorationem, Deitatis nuncupationi
connectit. Martialis l.10.epigr.22. Proſunt Co-
Æmil. Prob. nonis verba apud Æmilium Probum: ſe ab
ingreſſu Regio conſpectuque Regis orbauit,
dummodo non procumberet, oréque puluerem
adorationis lingeret ritu. Rationem edidit:
*Mihi non eſt graue, quemuis honorem habere Regi:
ſed vereor ne ciuitati meæ ſit opprobrio, ſi cùm ex ea
ciuitate ſim profectus, quæ cæteris gentibus imperare
conſueuerit, potiùs barbarorum, quàm illius more
fungar.* Cur non & ſimilia Iudith patrij moris,
quàm alieni ſtudioſior? Sanè Aman ſicut Holo-
fernes, quibus æqua fortè ex Regis beneficentia
poteſtas, ſibi more Regum Perſarum adoratio-
nem à ciuibus extorquebat. Sulpitius Seuerus Sulpitius.
l.2. ſacræ hiſtor. id Artaxerxis præcepto attri-
buit: *Erat*, inquit, *ea tempeſtate Regi Aman
quidam perfamiliaris, quem æquatum ſibi adorari,
more Regum, præceperat.* Nonne reſtitit Mardo-
chæus, & in periculum capitis auſis ſacrilegis
renunciauit, non alia ratione fretus, niſi, ſicut
perhibet Ioſephus l.11. antiquit. cap.6. quòd Ioſeph.
honor, qui Deo debetur, non debet homini-
bus exhiberi? Id maximè cordi figendum fuiſſe
Iudæo, prodidit ille exprobrantibus pueris Re-
gis; Eſther 3. verſ.4. *Dixerat enim eis ſe eſſe* Eſther 3.4.
Iudæum.

Ex quo non affatim antiqui & Neoterici 155.
adorantem Iuditham abſoluunt, quaſi hæc ado-
ratio politica fuiſſet, nec Hebræo indigna; ſi-
quidem Gen.23. Abraham adorauit Ephronem, Gen.23.12.
& Iacob fratrem Eſaü, Geneſ.33. Non, in- Gen.33.3.
quam, hæc animum pacant; quoniam in præfa-
tis & aliis caſibus, qui politica comitate ado-
rabatur, nihil ſibi de diuinis honoribus, ad-
rogare geſtiebat, & ideò non vrbanæ venera-
tionis, conſternatio corporis, oriſque ad ter-
ram alliſio legem politicam tranſiliebat. Verum
in hoc corporis conſternati habitu, humilíque
deiectione, & procubitu, Perſarum Reges gli-
ſcebant ſuum de diuinitate ius obfirmare: quare
tenaciter homini ſugi & religioſo refragandum
fuiſſe videtur, ſicut à cœleſtis lucis, veræque re-
ligionis ſpiritu deſtituti impensè reluctati ſunt,
quantumuis in aleam, vitam columitatémque
proiicerent: vt conſtat de Spartiatis, Sperchies,
& Bulis apud Herodotum l.7. & Theagene Herodot.
apud Heliodorum l.7. hiſtor. Æthiop. Pelopi- Heliodor.
da, & aliis. Præcipuè nam, vt Caietanus auctor
eſt 2.2. quæſt.84. art.1. ad 1, mos inoleuit Iudæis,
ſoli Deo vtrumque poplitem incuruare. Vnde
Actor.10. Petrus Cornelio ſibi obuio ad ſuos Act.10.26.
pedes procidenti, vt eum adoraret, dixit: *Surge,
& ego ipſe homo ſum.* Quin de Gentili ritu ſti-
mulatur, vnúmque ex Diis ex idololatria cen-
ſetur Petrum putauiſſe, ſicut Lycaones adora-
uerunt Paulum vt Mercurium, Barnabam vt Io-
uem, Actor.14. Cur igitur procumbens ado- Act.14.
ránſque Iuditha ſic Perſarum inſolentiæ blan-
ditur, quibus lenocinium erat affectatio Deitatis
vt ſcribit Trebellius Pollio in Zenobia, Hero- Trebell.
dianus l.1. Ariſtoteles 1. Rhetoric. Plutarchus Herodian.
in Artaxerxe, Rupertus l.8. de victoria Verbi, Ariſtot. Plutarch.
cap.6. Curtius l.5. & 8. apud quem Cleo Sicu- Rupert.
lus dixit. *Perſæ non piè ſolum, ſed etiam prudenter* Curtius.
Reges ſuos inter Deos colunt, deinque addidit ſe,
cùm Rex iniiſſet conuiuium, *proſtraturum humi
corpus.*

Aſt ideò ſancta fœmina animum ritui, corpus 156.
humo ſubmiſit; ne ſi tenax reluctaretur, non
ſubiret Holofernis conſpectum, qui totius fa-
cinoris cardo fuit. Ad Iſmeniam Thebanum ſic
Regis Perſæ admiſſionarius loquutus eſt apud
Ælianum l.1. de var. hiſtor. cap.21. *Lex eſt apud* Ælian.
*Perſas recepta, vt is, qui in conſpectum Regis ve-
nit, non ante cum eo ſermonem conferat, quam eum
adorauerit. Quòd ſi igitur vis ipſe eum adire, ne-
ceſſe eſt, vt quod lex iubet, peragas.* De columi-
tatis

tatis ſpe actum eſſet, niſi mori Iuditha aſſentiret, in quo nihil aduerſus veram religionem incommodi: cùm licet nomen & geſticulatio adorationis videretur, vrbana tantùm, & de comitate fluens veneratio fuiſſet. Quare venerationis nomine Perſicum hunc ritum exponit Æmilius
Curtius. Probus & Curtius, qui lib. 5. inquit: *Procumbens ſæpè me venerari voluiſti, inhibui.* Quin & *ſalutatio*, & quædam *adulatio* dicebatur; ipſemet lib 8. *Itaque more Perſarum Macedones venerabundos, ipſum ſalutare, proſternentes humi corpora.* Inſuper quid vetabat, quod, licet corporis geſtu ſe in humum dediſſet Iuditha, vt humana adoratio præſtita Dynaſtæ appareret, illa ex animi voto in Deum adorationem dirigeret, cuius cultui nunquàm ſe deſtitit mancipare, ſicut & ipſi
Iudith 11.14 retulit Holoferni infrà c. 11. v. 14. *Ego enim ancilla tua Deum colo etiam nunc apud te.* Ac ſi diceret: Neutiquam de Perſica ſuperſtitione tingor: quidquid operor, in Deum dirigo, cui medullitus cor affigitur: hic mihi cultus & religio. Alio ingenio Perſicum faſtum deluſit Regem nominatus Iſmenias: de quo ante eius fa-
Ælian. ciem ingrediente ſic fatur Ælianus ſuprà: *Cùm in faciem Regis ventum eſſet, annulum, quem geſtabat, è digito detractum, clàm abiecit ad pedes, confeſtímque procumbens, tanquàm adoraret, ſuſtulit eum iterum, & opinionem quidem adorationis Perſarum Regi præſtitit: nihil tamen commiſit, quod ignominioſum, aut indecorum foret Græcis.* Se in hac procumbentis corporis forma geſſit Iudith, ſicut in aliis factis & verbis, quæ ſic artificiosè compegit, ſparsóque diſcretionis ſale condiuit, vt iuxta animi votum, nec Religionem læderent, nec veritatem, licèt in extima cute Perſarum ſtudiis cenſerentur proficua. Non minùs inimicum videbatur pudori, fœminam intra vnius anguſtias cubilis noctem tranſigere cum Dynaſta, cui plurimus ad libidinem fomes, quàm religioni adoratio; & tamen ſicut primum Iliatæ caſtitatis conſtantia, pudicitiæque ars mirâ temperantiâ conſperſit, nec de vitij fuligine quid contraxit, ſic adorationi ſua inſtitit ſingularis intentio, quæ, ſicut Iſmeniæ annulus, procubitus fuit occaſio, nempe directio in Deum, quæ conſternatam fœminam ab animi ſuſpicioſa ſorde expiaret. Cur Mardochæus adorationem Amani inficiatus, ſat vexat eruditos. Non deſunt Thalmudici, qui ſomnient, fuiſſe intertextas in Amanis veſte Deorum effigies: & ne tenderet in idola adoratio, eam recuſaviſſe pro-
Serar. Burgenſ. Druſius. fertur. Aliter Serarius in lib. Eſther c. 3. Burgenſis in addit. Druſius, & alij. Suſpicor, iuſtè renuiſſe religioſum Hebræum, quippe nulla cauſa nimiùm potens adigebat, vt illud genus adorationis impenderet, ad quam ſolus ambitioſus hominis faſtus potuit impellere adoratores.

157. *Adorauit eum proſternens ſe ſuper terram.* Procubitus iſte & conſternatio, quid propriè ſit adoratio, pandit. Sunt qui putent etymon corriuari ab eo quod eſt manum ori admouere: de
Plinius. Apuleius. Pitheus quo Plinius lib. 28. cap. 2. Apuleius apolog 1. Petrus Pitheus lib. 1. aduerſ. cap. 7. Potiùs ab huius humiliationis ritu dimanat: eſt enim adorare, in terram procidere, oréque & oſculo tangere. Græci cum verbo προσκυνεῖν iungunt πίπτειν ἐπὶ γῆν, id eſt, cadere in terram. Dio lib. 36. Tigranem inducit. *Cadentem in terram & adorantem.* Liuius lib 45. *Submiſit ſe, & oſculo curiæ limen tetigit.* Indicatur, Iuditham non nimis propinquam fuiſſe Holofernis ſedili, cùm libito caſu ſe in humum dedit, ſed à longè & ſtatim atque ingreſſa veſtibulum fuit; quippe intendiſſe in eius faciem profertur, quaſi eminus, & aliquo diſiuncta interuallo. Hæc enim erat Perſis lex, ſtatim ac facies Regis aſpiciebatur etſi longâ intercapedine ſtatim demittere corpus, vt
innuit Lucianus in Nigrino. Optimus harum Lucian.
rerum compilator Briſſonius eſt, qui de regno Briſſon.
Perſico ſcriptum edidit.

EXPLANATIO
Moralis inſtitutionis ad Cap. X.

Verſ. 1. Factum eſt autem, cùm ceſſaſſet clamare ad Dominum, ſurrexit de loco, in quo iacuerat proſtrata ad Dominum.

Orationis potentia beneficij tarditatem abſumit, donúmque cum prece coniungit.

SECTIO I.

DEI manus, largitatis amica, commer- 1.
cium habet cum manu precantis. Votum eſt pretium muneris, forenſes nundinas orationis feruor inſtituit, vbi pro nudæ petitionis pecunia à Deo emit abſque argento fauorem. Sat eſt os explicare, vt manum illicò ad accipiendum extendat. Quin labra digiti ſunt, qui continuò prendunt, quod orant. O diues marſupium capacitas deprecantis! dum aperitur, impletur, rumpítque ſacculum abundantia, cùm corrumpitur flagitantis, vt maiorem ſinum expandat. In potentum domibus durus ianitor obſidet fores, eget qui oraturus accedit, vallum liminis tranſilire, vectigal dare miniſtris, tanquam pontium cuſtodibus, in admiſſiones digeri; & cum tandem ad Principem venit, laſſata vota, trepidantiáque metu vix exponit: quòd ſi repulſam non ferat, ſæculum labitur ante donum. Deus vbique petentibus præſtò eſt: non aliis officiis capitur diuinæ maieſtatis ambitio. Vbicumque abſque oſtiario oſtium patulum inuitat euntes; pulſare ſat eſt, non vtique manu, ſed linguâ, vt rogati reſponſio, beneficium ſit pro ſermone.

O ſi his ambitionibus aſſueſias! Deum illicò 2.
habes, dum habere deſideras. Qui genu vertetis inops, diues & onuſtus leuabis. Sic eſt orationis potentia, quæ reddit de mendico potentem. Iuditha ſe proſtrauit ad Dominum precatura, ſtatímque de exauditione præſumpſit, quæ corpus erexit exorans, ſtatim ac orans deflexerat. *Factum eſt autem, cùm ceſſaſſet clamare ad Dominum, ſurrexit de loco, in quo iacuerat proſtrata ad Dominum.* In explicatu litteræ diximus, ſurgere poſt preces, eſſe pignus exauditionis: quippe corpus extenditur, vt recipiat, quòd

compreſſum

compressum in terra petebat. En facilitas beneficij diuini. Sicut compages, articulique membrorum cardines sunt corporis, qui facili celeritate vertuntur, sic inter supplicationem & munus oratio feruida cardo est, qui dum pectus vertit orantis, largitoris manum conuertit.

3. Cœlestem pluuiam deponere precibus cogitabat Helias, nondúmque genua flexerat oraturus, cùm iam sonitum imbris sibi visus est
3.Reg.18. 41. auscultare 3.Reg.18. vers.41. *Et ait Helias ad Achab: Ascende, comede, & bibe, quia sonus multæ pluuiæ est. Ascendit Achab, vt comederet & biberet; Helias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terra posuit faciem suam inter genua sua.* Denique plura transierunt, & iussa Heliæ, & officiosi pueri ministeria, qui septem vicibus prospexit in mare, cum tandem subditur vers.45. *Ecce cœli contenebrati sunt, & nubes*
3.Reg.18. 45. *& ventus, & facta est pluuia grandis.* Quid est, quòd tam præpropero sonitu, nubium crepitus, imbriúmque liquidus clamor, adhuc sereno cœlo, claróque sudo, aures tetigisset Heliæ; siquidem post temporis interualla cœlum imbres emisit, arentémque terram benignis imbribus insuccauit? Anne idem fuit, pluere cœlum, & orare Prophetam? Imò antequàm in genua se deiecit oratio, & in Carmeli verticem Helias precaturus ascenderet, iam vtræque aures à sonitu pluuiæ tinniebant. Idem equidem fuit à longè venientis sonitum orationis audire, ac haurire sonitum pluuiæ, morâ non angustâ distantis. Cœlum est, mihi crede, nubésque fœcunda, lingua petentis; sonitum edunt nondum aëri commissa verba, qui est sonitus imbris futuri, cum beneficio de celeritate contendens. Priùs est pluuiam cadere, quàm sonare: sed petitio, tarditatis impatiens iam pluuiis liquoribus madet, auscultátque impulsum aquæ, antequàm clarè nubem oratione pulsaret. Tam certus redditur doni, qui efflagitat, vt priùs sentiat, quæ sequuntur ad donum, quàm donum acceperit à rogato.

4. Scis illud orationis Dominicæ Matth.6.v.12.
Matth.6.12. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Nonne prior est substantia, quàm modus? Dimissio, quàm qualitas dimissionis? Veniæ impetratio, quàm taxatio pietatis? Cur Domino modum imponimus beneficij, antequam de beneficio securi? Sed ipsamet oratio munus ipsum fit, quod expetitur. Quid quòd à petente taxetur, qui iam habere inceperat, quod inceperat flagitare? Dixerat: *Dimitte nobis.* Quasi iam acciperet, quod orabat, conditionis subintulit qualitatem. Nec ait: *Dimitte nobis, sicut nos dimittemus*, sed *sicut nos dimittimus* de præsenti: quoniam Deus de præsenti dimittit, cùm dimitti nobis, rogatur.

5. Genes.24.vers.14. sic Abrahæ seruus orabat.
Gen.24.14. *Puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam vt bibam, & illa responderit: Bibe, quin & Camelis tuis dabo potum: ipsa est, quam præparasti seruo Isaac: & per hoc intelligam, quòd feceris misericordiam cum Domino meo. Necdum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur*, &c. Omnia verborum momenta sedulus Domini fauor compleuit, velut si obediret, non donaret oranti, & quas ille leges dederat, obseruaret. Puella egreditur hydriæ gerula, quàm virginea commendabat venustas; vrceum aquæ in ministri sitim producit, nec Camelis dedignatur, quod sibi hauserat, poculum impertiri. Ergóne seruus iste de doni indole, quantitate Deum præmonet largitorem, & in tribunali cogitationis internæ benefico donatori documenta proponit? Verùm, qui seruus venerat, Dominus fit cùm incepit orare; nec erubuit Deus inseruire mancipio, cui herilem potestatem præstitit orationis industria. Eò exauditionis securitas in pectore famulantis inualuit, vt integra indicia puellæ, omniaque muneris lineamenta, qualitatem & modum Deo non vereretur aduertere. Nec opus fuit, amputata verba orationis conficere, iam oculos pulchritudine puellæ pascebat, antequàm pectoris lingua periodum votorum perficeret. O nobile vaticinium oratio! temporis prætervolat moras, cogit in præsens sæculorum segnitiem, & quotquot cogitationis penicillo lineas deducit, tot in veritatem transfigit beneficij.

Nominis in cruce Dominus liuoris iniuriis, 6.
vulnerúmque, & mortis mercede peccata redemit, sanguine liturauit chirographum, quod generis iniquitas exarauerat. Expecta. Criminibus obsita Magdalena, redimi satagens & mundari, in domum Simonis, vbi cubabat Dominus peccatorum membra subintulit, & ne vnum fuisset instrumentum petendi, capillos, oculos, manus, vt sonantes linguas, obtulit Redemptori; flet in vestigia, & quod humectauerat oculis, crinibus siccat, Lucæ 7.vers.38. *Stans retro secus* Luc.7.38.
pedes eius, lacbrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Cur os non mouet orando? Vt meliùs labris vteretur prendendo. Curtæ essent preces, quæ ab vno organo processissent: comâ, manu, oculis precata fuit; ósque, quod orationis est instrumentum, fecit symbolum possessionis, quo iam consequuta tenebat, quem membris cæteris implorabat. Nonne integri Domini corpus obtinuit, cuius pedes prendere meruit? Verùm adhuc viuus Dominus scelera redimet peccatricis? Ideò vnguenti phialam, vt lineret, fregit, mortémque præuenit orando, ne crucis tarditas nocuisset. Vides? Ipse Dominus se iam à cruce depositum cogitauit, corpúsque suum conditum vnguentis, quæ in redemptionis suæ pretium pœnitens ingeniosa detulerat, Marci 14. vers.8 *Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam.* Marc.14.8.
O efficax orationis prodigium! redemptionem sibi anteuertit, superstiti parat vnguenta, vt incruentâ amoris morte defunctum sibi consequatur ad vitam. Quid quòd redempta & mundata rediret, quæ & Domini fouendis vulneribus attulit oleum, & illinendis suis vnguentariam medio obtulit medicinam? Illa ægra erat, plagísque protuberans peccatorum, adeóque pharmaco redundauit, vt vtrique superesset liquor ex nardo, vngendæ peccatrici, & medico vngendo.

Perfida Pharisæorum cohors in horti se secreta discusserat, vt irrumperet in Iesum. Stringit gladium Petrus; restitui iubet Dominus in vaginam, dicens Matth.26.v.53. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum?* 7. Matth.26. 53.
Quid opus rogandi, cui maiestas insidet imperandi? Qui facit spiritus suos ignem vrentem, cur non nictu oculorum militiam Angelicam in vindictam deponat, séque Patre minorè innuat inferio

inferioritate precandi? Anne omnipotentia ſecurior, oratio eſt, & de efficacia cum diuinitate contendit? Produxit orationis virtutem, qui vt prona oſtenderet Angelica miniſteria, maluit vti rogationis potentià, quam Deitatis imperio; velut ſi velociùs accurrerent caſtra cœleſtia roganti, vt homini, quàm, vt Numini, tunc iuberi,

Verſ. 2. Vocauitque Abram ſuam, & deſcendens in domum ſuam abſtulit à ſe cilicium, &c.

Mundialis ambitio nonniſi famulorum, & apparatus pompâ procedit; ad Deum piè ambiendum ſolitudo & egeſtas meritum.

SECTIO II.

8. HOMO, vt cum homine negotietur, vt opera ſæcularia conficiat, quot eget adminiculis ad fortunam, quot apparatibus & ſarcinis ad ſortem cupiditatis humanæ! Niſi ei clientela præſidiariúmque famulitium tulerit opem, nequit ſolus & imparatus abſque extranearum rerum redundantia procedere. At ſolus ſufficit erga Deum, cui ſolus Deus ſufficit, nec indiget mundialibus pompis, ſupervacuáque turba ſeruorum, cui totum præſtat diuitis ſolitudo cótemptus. Operoſa res eſt, nec abſque comitatu, ponderúmque catenâ ambitio mortalis: Dei ambitioſus ſibi ſatis eſt, ſibique ſatur: nullo ſumptu clientelam, nullis faſcibus & pediſequis, maieſtatem ſupernam in inopia ſortitur. Iudith Deum exoratura ſola ſeceſſerat, & in recluſorio pudoris, oratoriíque latebris Deum promeruit: Vix perſonam ſumere meditatur humanam, negotiúmque ſæculare adoriri, cùm præſidiario comite incepit egere: *Vocauitque Abram ſuam, & deſcendens in domum ſuam, vnxit ſe myro optimo, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola, & lilia, & inaures & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe.* O quantis non eget, qui ſe ſolius Numinis amat egenum! O quale rerum ſatellitium mendicat, qui mundialibus exercitiis incumbit. Nulla ancillæ miniſteria opus fecerunt fœminæ ad Dominum deprecanti? precum ædiculam dereliquit, in dynaſtæque ſe parat conſpectum, & ecce ancillaribus vti eget officiis, & de promptuario ſæcularium gazarum multitudinem ſibi aggerere.

9. Si quis plus plenus, plus diues eſt; cui minus deficit, magis diteſcit. Qui cum Deo agit, magis eſt opulentior: incomitatus & nudus, creatorem omnium ambitioſiori egeſtate præſumit. Abraham iugulaturus ſobolem, quam genuerat, pergebat in montem, famulorum ſtipatus ſeruitio. Vix altaris verticem vidit, cum pueros &

Gen. 22. 4. aſinum derelinquit, Geneſ. 22. verſ. 4. *Eleuatis oculis vidit locum procul: dixitque ad pueros ſuos Expectate hic cum aſino: & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* Cur ſeruorum obſequia procul deſerit à cacumine, miniſtriſque nobilitatus renuit accedere, qui ferant onera ſacrificij? Oculine clientem faſcinabunt holocauſti decorem, quod potiùs à frequentiá ſeruorum poterat glorioſiùs euadere, Ille cauſam exhibuit, non vltra iam famulis indigere, qui à mundi negotiis, ſe in diuina tranſigere ſatagebat. Quòd ibat adoraturus admonuit, velut ſi inopportuna inciperent ei eſſe mancipia, qui in Dei mancipium cultu adorationis tranſibat. Verùm ſi procul locum ſacrificij conſpexit, cur ſaltem vſque ad montis radicé ſatellites non retinuit, & holocauſti ſarcinam, lignáque cremanda præproperus à ſubiugali depoſuit? Sat fuit oculis, licet nondum veſtigio, locum adorationis tenuiſſet, vt à ſe abiiceret, quidquid humani faſtus & ponderis eſt. Agnouit nec egere iumento, qui nec victimâ egebat, cui totum filius præſtabat officium, victimæ vtrique & ſubiugalis. Ab aſino in prolem tranſtulit onus, conſcius naturam hominis nudam ſufficere in Deum, cui eſt ceruix ad patiendum gladium vt victima, cui eſt dorſum, ad ligna ferendum & brutum. Inde poſt victimæ cædem nihil Abrahæ deperiit: integer vterque rediuit pater & filius: quoniam extraneas apparatus humani partes, nempe brutum & ſeruos, ſecum baiulare cótempſerat. Hinc verború fides, veritáſque conſtans enituit: *Poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* Anne fuit in ſene mendaciú, qui enſem in Iſaac iugulum intendebat immittere? Imò humanarú rerum deſpicientiæ nobile vaticiniú, qui totum ſe rediturum præuidit, qui vt totus iret, noluit ſe per famulorum multitudiné diſſecare. 10.

Crede cui Deus eſt omnia, totus eſt. Cant. 1. 3. Cant. 1. 3. *Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguētorum tuorum.* Cur quæ ſingulariter dixérat *me*; illicò pluralitatem adiecit: *Poſt te curremus.* Anne ipſa erat tractura pediſequas, ne incomitata puellarú choro intraret in ſponſi cubile? Imò ſe multitudinis incepit vocabulo nūcupare, cum ab ſpōſo trahi cogitabat. Ac ſi diceret: Quæ vna trahar, plures efficiar; omnes ero, cùm ſola; ſat erit pulſu tui luminis agitari, cum ſubeá multitudinis incrementa, & quæ tumultum ancillaris ſtrepitus deuota tibi deſpexero, ipſamet ſolitudinis nuditate, pro pediſequis & Domina tota ſim. Deus, qui numerú Deitatis non patitur, pluralitatis nomine ob maieſtatis amplitudinem circumfertur, Dyque ſolet Hebraicè vocari, & *Elohim*, vt liquet Gen. 1. *In principio creauit Elohim cœlú & terrá:* Geneſ. 1. quoniam dum ſe ęternè contemplatur, affluétia infinitatis eſt ſolus, nec indiget aulicorum conſortio: túcque pluralitatis titulo iure inſignitur, quoniam adeò creſcit ſolitudo cum Deo, vt vel ipſa Deitatis vnitas indiuiſa, videatur, ſi potuiſſet, numeri incrementa capeſſere, non indiuiduitatis diſpendio, ſed immenſitatis elogio. Quid ſimile Dei ſponſa ſortitur, quæ circumdata varietate adſtat à dextris; quæ vna trahebatur, peruenit plures: quoniá ſolitudinis & inopię fœnus eſt de abundantia bonorum numerum experiri.

Iacob, qui ad obuiá Eſau amplæ familiæ ſtrepitu procedebat accinctus, ad obuiam Dei ſolus 11. abſque ſæculari cultu remáſit. Meditare apparatum Gen. 32. v. 13. *Separauit de his, quæ habebat,* Gen. 32. 13. *munera Eſau fratri ſuo, capras ducentas, hircos viginti, oues ducētas, & arietes viginti, camelos fœtas cum pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, aſinas viginti, & pullos earum decem. Et miſit per manus ſeruorum ſuorum ſingulos ſeorſum greges, dixitq; pueris ſuis: antecedite me.* Quid inde, v. 23. *Traductiſq; omnibus, quæ ad ſe pertinebant, māſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſq; mane.* O quàm caró emitur ſæculi contuberniú, Gen. 32. 23. quam paruo, Dei O cótumelioſum múdi ſeruitium

tium! Quàm pretiosa supellectili libertas hominis venundatur! Frater erat Esaü, gemello fœtu vtrumque pariter materna viscera baiulauerant. Quid opus hac pompa, vt à proprio sanguine æstimaretur, honorémque superfluitas conciliaret, cùm vterque nudus in genitricis vulua primum didicerint sodalitium? Et tamen ad diuini Numinis brachia merenda, depositis facultatibus, exinanitóque diuitiis fortunæ thesauro, solus abscessit. Contigit quod quærebat. Et frater delinitus fuit vberis muneris splendore, soláque bonorum nitentium specie, & Deus ab inope solitudine allectus. Eadem brachia, quæ in studio amoris Deo inseruerat, quà nudus, fratri inseruit, qua diues. Vtriusque indoles patefacta remansit, & hominis superbis opibus, feruorumque gregibus inhiantes, & Dei sæcularium contemptui.

12. Hæc ipsa Iuditha, quæ Abræ sumpserat comitatum, vt dignior coram Assyriorum phalangibus appareret, nec vna de vulgaribus fœminis, in iugulationis momento vide quid egerit, (Iudith 13.5.) infrà cap. 13. v. 5. *Dixitque Iudith puellæ suæ, vt staret foris ante cubiculum & obseruaret. Stetitque Iuditha ante lectum orans cum lacrymis & labiorum motu in silentio.* Denique dicens: *Confirma me Domine Deus in hac hora; & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopæum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum.* Nunc opus est ancilla, ô Heroina, cur eam amoues à negotio facinoris operosi? vel crines epulonis & epoti Abra corripiat, vt vtriusque tuæ manus virtus in iugulatricem dexteram transfundatur. Quibus nisi his officiis ancilla dereliquit Bethuliam? conopæum à columnis reuellat, eruat corpus truncum à lecto: Vt robusta membra, dimoueas in stratum, obuoluásque stragulis cruétos artus, manus aspera ancilla deseruiet. Sed quoniam oratione cædem peregit, & coram oculis sopitis Tyranni non tam visa, sed carnifex assistebat, inutilem cogitauit ancillam, sæculari que splendoris officia, vtpotè cui natura dederat, quibus ageret. Promeruit Dei satellitium, quæ proprium abiecit; & quæ orauerat sola in Bethuliæ cubili, túncque Abram assumpserat, cùm mundialia ornamenta, quasi de alieno penu sibi, vt sæculo placeret, admouerat; iam iterum oratura, famulam spernit: intenta quippe Deo, parui duxit quidquid humanum.

Domus Dei artifice Oratione construitur.

SECTIO III.

13. HVMANA tuguria oratio artifex in cœlestem aulam transformat. Domus orantis, fit Dei, opificióque precum, possessore Numine melioratur. Quid est quod Iuditha in suam domum descendisse profertur, cùm ab ædicula orationis abscessit, quæ in suprema domus contignatione, precum inseruiebat officiis? *Et descendens in domum suam, abstulit à se cilicium*; cùm tamen præcessisset. *Cum cessasset clamare ad Dominum, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum.* Nónne superior domus & Iudithæ erat? Sed quà orationis, non sua. Adeò rogari auidus pientissimus benefactor insistit, vt quà precum illicò singulariter Dominus esse appareat, ipsius materialis ædificij, in quo oratio iacitur, singulari titulo Dominus efficiatur. Se medullitus in orationem insinuat, quasi transfigatur in eam, vt idem fit orationis locus, quàm Dei. Furtum vtrique sacrilegum perpetrabis, si impia commutatione templum forensibus negotiis inuoluas; quippe Dei portionem in sortem sæculi deprædatis.

14. Ioan. 2. 15. Ioan. 2. vers. 15. *Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit; & his, qui vendebant columbas, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Cur in suæ prædicationis exordio, pietatísque Dominicæ magisterio mansuetudinem sic deponit, commerciaque flagellat in templo, qui ordiebatur cursum patientiæ, qualem consummauit, & probauit in cruce? Verùm qui terrena bona temnebat, elegerátque ad natiuitatem præsepium, & ad mortem, ligni cubile, diuina bona statim aggreditur vendicare, censúmque paternæ substantiæ ab impiis arripere Deitatis prædonibus. Se Filium Dei illicò protulit, priùs opere, quàm sermone, qui pro Patris facultatibus militabat. Attinet ad sobolem successionis iure substantia Parentis. Nonne & ad Dei Filium, vnitatis naturæ? Ergo succensuit in reos, qui inducta tyrannide immobilia Patris iura rapuerant, & in negotiationis dominium, hæreditatis cœlestis abstulerant possessionem. Obserua illud: *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis*, vbi idem stylus est inter negotiationem & Patrem, velut si negotiationis esset effecta templi possessio, sicut erat superi Genitoris, adeóque in aliena dominia Altissimi domus transisset, vt vel ipsius commercij, publicæque licitationis, vagíque contractus possessio reddita videretur. Obstrepunt illi vers. 18. (Ioan. 2. 18.) *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Admouétque sedulò Euangelista: *Ille autem dicebat de templo corporis sui.* Ergóne sacrum ædificium, vbi victimæ feriebantur, redolebant suffitus, orationúmque fumus gratissimus vaporabat, Dominici corporis vocabulo nuncupatur? Adeò proprium sibi templum esse probauit, ab vsibusque alienis extraneum, vt velut cuicumque insidet sui corporis iusta potestas, quod vitæ spiraculum imbuit, mouet, & vegetat, sic corpus Dei templum esse protulerit, tam alienum à viri ditione, vt cùm fuerat in virginea vulua compactum, vir non appulerit, sed Altissimi virtute obumbrante coagulauerit Spiritus sanctus.

Cur corpus Christi templum vocatur? An quia illud incolebat corporaliter plenitudo Deitatis? Et quia oratione genitum fuit; siquidem Genitrice precante, domus pudici pectoris templum repentè fuit Dei, cùm intacta nesciens virum, virgo concepit filium. Quo verbo Altissimi Verbum concepit? *Fiat mihi secundùm verbum tuum.* Ergo si orauit vt fieret; quidni genitum corpus templum euaderet, ita medullitus in Deitatem immersum, vt vnum fieret cum Filio Dei?

15. Apoc. 21. 2. Apocalypsis 21. vers. 2. *Vidi sanctam ciuitatem Hierusalem, descendentem de cœlo, à Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiuí vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.*

Quæ ne

Quæne Hieruſalem ex cardine cæleſti deuolui-
tur quaſi ab adamantinis fundamentis euulſa,
vt eiuſdem ciuitatis indigenas & colonos, Deum
pariter recipiat & hominem? Vide quid orare
Luc.6. didicerit homo. *Pater noſter, qui es in cœlis: ad-
ueniat regnum tuum.* Ergo aſcendens oratio de-
ſcendere fecit & regnum, Patrémque euocauit
è cœlis, vt, velut ſi cœlum eſſet, in ipſamet ora-
tionis ciuitate veniret. Extulit faſtigium in pre-
cibus, traxitque ſibi Dominum inquilinum, dum
nouum ei, quod incoleret, ædificium conſtru-
xit. Deſcendit ciuitas, quæ aſcendit oratio, nec
alienam à ſua maieſtate donum Deus cenſuit,
qui cœlum pro orationis tabernaculo commu-
tauit. Erat vtique regia ſuperna, Numinis vrbs?
ſed in qua ſola Trinitas habitabat. Vt cum ho-
minibus ageret contubernium, ampliorem ciui-
tatem fabrefecit oratio, quæ ſic inquilino cæle-
ſti adhæreſcit, vt in vnum corpus conflata ap-
pareat, ſicut viri corpus cum ſponſa. Notauiſti-
ne: *Sicut ſponſam ornatam viro ſuo.* Vir non alter
à coniuge eſt: nuptiale ingenium, ſubſtantiam
geminam compegit in vnam: in vna carne duo
ſunt, poſtquam ex vno oſſe ſexus geminus eru-
Gen.2.22. pit ad vitam Geneſ 2. verſ. 22. *Ædificauit Domi-
nus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mu-
lierem.* Si ædificium fœmina fuit, cur non di-
ſtinguitur à colono? Vt immobilis contigeret
habitatio, ex eadem ſtructurâ habitaculum fe-
cit & habitantem, inquilinum & prædium. Iam
inde Eccleſiæ Deo ſuo habitatore compleræ Sa-
cramentum auſpicabatur. Fœcundiſſimus inter-
Ephes.5.32. pres eſt Paulus. Ad Epheſ. 5. verſ. 32. *Erunt duo
in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego
autem dico in Christo & in Eccleſia.* En Eccleſiæ
ædificium viri ſui vnitate congaudet, vnius cor-
poris compagem diſſoluit, ſi in alterius iuerit
poſſeſſionem. Cur fornicatio & adulterium ido-
lolatria nuncupatur in ſacris? Quoniam nonni-
ſi precibus idola coluntur, & oratio, quæ Dei
domus eſt & ſponſa, nequam Numini proſtitui-
tur, fornicéſque, in quibus reſonant verba pre-
cantum, ſurdi fiunt ſimulacra lupanar.

17. Templum, quod ſtruxerat Salomon, dum ſuo
Domino conſecraret, ſtatim nebulâ conſpexit
3.Reg.8.10. impleri, 3. Reg. 8. verſ. 10. *Factum eſt autem
cùm exiſſent Sacerdotes de ſanctuario, nebula im-
pleuit domum Domini, & non poterant Sacerdotes
ſtare, & miniſtrare propter nebulam: impleuerat
enim gloria Domini domum Domini.* Cur nebulâ
perfunditur domus, denſáque fuligine taberna-
culi claritas obſcuratur? An Altiſſimi virtus eam
obumbrauit, ſponſi vmbram, maritique flam-
meum iniiciens nuptiali more, vt connubij ſym-
bolum eſſet, nube ſanctuarium obducere, ſicut
velo fœminæ caput; Scis illud Pauli ad Cor. 11.
1.Cor.11.7. *Vir quidem non debet velare caput ſuum: quoniam
imago & gloria Dei eſt: mulier autem gloria viri
eſt.* Ergo nebuloſum velamen gloriam viri re-
præſentat in fœmina; quippe quæ ſit ædificium
mariti, nec ſub diuo, ſed tecto obuolutum fa-
ſtigium capitis debeat attollere. En quæ nebula
dicebatur Domini impleuiſſe ædificium, è ve-
ſtigio gloria vocatur: *Impleuerat enim gloria
Domini domum Domini:* vt ſtabile connubium
inter domum & Dominum intercedere, mem-
bráque transfunderet in colonum, quæ viri ca-
piti corpus adfibulauit. Quid tunc Salomon?
3.Reg.8.27. verſ. 27. *Ergóne putandum eſt, quòd verè Deus ha-
bitet ſuper terram? Si enim cælum, & cæli cælorum
te capere non poſſunt, quantò magis domus hæc,
quam ædificaui?* Sed reſpice ad orationem ſerui tui,
& ad preces eius Domine Deus meus: audi hym-
num & orationem, quam ſeruus tuus orat coram
te hodie, vt ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc
nocte ac die. Cur toties ingeminat ſynonyma
orationis vocabula, preces, hymnum, oratio-
nem, tautologiæ vitium non timens? Ne immen-
ſitati incuſſiſſet iniuriam. Dixerat Deitatis lati-
tudinem ſpatioſam, nec cœleſtis amplitudinis
poſſe coërceri cancellis, cùm ſuppetat integra
Deitas, adhuc cùm in orbium laxitate tenetur.
Inutilis igitur erit domus huius capacitas, quam
ſtruxerat in immenſæ habitaculum maieſtatis.
Ideò ingeminat, domum extitiſſe orationis, quæ
ſola ſcit in ſuis terminis ſtringere immenſum,
cingeréque infinitum, non immenſitatis dede-
core, ſed ingenio pietatis, vtpotè quæ pars eius
incipiat eſſe, & capiti vt membra connecti, ſicut
ſponſa viro, ſub cuius nube nuptias peregit.
Ideò adiecit: *Vt ſint oculi tui aperti ſuper domum
hanc,* cùm tamen ſubdat: *Vt exaudias orationem,
quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus.* Quid ad
auditum proderunt oculi, qui non ſonitum, ſed
colorem percipiunt? Sed oculos, vt nobiliora
capitis organa poſuit pro capite, Deúmque ca-
put Eccleſiæ perhibuit, qualis caput coniugis
eſt maritus. Quorſum hæc? Ne adulteres nego-
tiis ſæcularibus templum, quod in Dei ſponſam
orationis conſecratio ſequeſtrat, & in Dei do-
mum connubiali iure tranſiuit, precúmque fre-
quentia in Dominicum corpus tranſegit.

Lapidem pro puluino ſuppoſuit capiti pere- 18.
grinus Iacob. Geneſ. 28. verſ. 12. *Viditque in ſom-* Gen.28.12.
*nis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius
tangens cælum: angelos quoque Dei aſcendentes &
deſcendentes, & Dominum innixum ſcalæ.* Quid
tunc expergefactus lapidis hoſpes, verſ. 17. *Non
eſt hîc aliud niſi domus Dei & porta cœli. Surgens* Gen.28.17.
*ergo Iacob manè, tulit lapidem, quem ſuppoſuerat
capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum de-
ſuper.* Cur euigilans, vbi Dominum adeſſe co-
gnouit, quem ſoporatus in ſupremo gradu ſca-
læ præuiderat, & Dominum innixum ſcalæ?
Anne ſoporem eluens correxit erratum, & aper-
tis palpebris, meliùs vidit? Anne momento ſi-
tum mutauit, qui ab arduo cœli faſtigio in ex-
tremam ſcalæ cuſpidem ſe dimiſit. Quid? Ince-
perat periodum Iacob, quà dicturus erat, do-
mum Dei inibi eſſe, iámque celerem Dominum
ibi conſpexit, ne diſſitus videretur à domo: ſin-
gulari præſentia, loci, in quo orandus erat, poſ-
ſeſſionem accepit; adeóque veloci dilapſu ſe
dedit in terram, vt ipſemet locus, qui domus
Domini vocabatur, illicò ipſe Dominus dicere-
tur. Ideò Angeli aſcendebant, & deſcendebant
quaſi ſuper corpus Dominicum in Filij homi-
nis vaticinium. Vides? Id de ſe protulit Domi-
nus Ioan. 1. verſ. 51. *Amen amen dico vobis: Vi-* Ioan.1.51.
*debitis cælum apertum, & Angelos Dei aſcenden-
tes, & deſcendentes ſuprà Filium hominis.* Ergo
orationis locus, lapiſque, qui domus fuit Dei,
Incarnationis extitit vaticinium, vbi ſic ſe Deus
tranſfudit in hominem, vt Deus homo euade-
ret, in myſterio.

Inde Iacob ſedulus obſeruauit, quod priùs 19.
Angeli aſcenderent, quàm deſcenderent, cùm
tamen ſupernum cæli faſtigium locus ſit An-
gelorum, in quem non aſcenderent, niſi priùs
à ſuperis deſcendiſſent. Verùm quia in Dei do-

mum lapis transierat, Dominicique corporis fuit auspicium, tàm subitò Angelicis spiritibus fuit impletus; vt priùs in superna ascendere visi sint, quàm è cœlo ad lapidem descendisse. Ideò consequentiâ procliui studiosus Iacob lineamenta templi in erectione lapidis duxit, ne qui domus Dei dicebatur, absque symbolo orationis mansisset. Adnota consequentiam: *Surgens ergo Iacob manè tulit lapidem & erexit in titulum.* (Gen. 28. 18.) Si habes templi figuram cur nō oras? Imò illicò se laxauit in preces v. 20. (Gen. 28. 20.) *Si fuerit Dominus mecū, & custodierit me in via, & dederit mihi panem ad vescendum, reuersúsque fuero prosperè ad domum Patris mei; erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei.* Si benè mediteris, similes sunt ac orationis Dominicæ petitiones. At si iam Die appellauerat domum, quid plurimùm spondet: *Vocabitur domus Dei?* Quoniam orationem præmiserat: & quasi securior esset oratio, quém reuelatio; quod reuelatione cognouerat, oratione firmauit, instabiléque vaticinium prorupit, domum vtique Dei fore vocandam, quam oratio consecrauisset.

Vestitu innocentiæ caliditatem operiri peccati, extrema improbitas est.

Sectio IV.

20. Vestis nō fallat etsi fallat, intētio. Habitu decepit calliditas versipellis, Ouina pelle si tegitur lupus, quot oues de similitudine deuorabit? nulli erunt greges, quos priùs vellus non dilaniet, quàm dens, dilaceret vagina quàm ensis, & in socia mansuetudine crudeliùs experiantur rigorem. Etsi legitima sit Tyranni deceptio, temet priùs decipis, si alienam suffuratus figuram, & sub extranei vestimenti larua de altero in alterum te traducis. Meretrix, quæ se operit honestatis insignibus, & sub matronali stola zonam dissolutam abscondit, capútque vsque ad vnum oculum nebuloso stamine velat, plures iuuenes in pallij retibus aucupio seueriore venatur, quàm si illicò manifestet, quæ sit. Velamen deuotionis mentitum, quam de solo mendacio accusaret, si proprium, quo deciperet, ferret, de religionis sacrilegio condemnat, quæ virtutis habitu vitium vestiuit. Tolerabilior est dolus, qui non totum fingit, sed partem, & aliquid veritati relinquit. Qui squalidis & pullis indutus, obuolutúsque cilicino sago, zonáque pellicea præcinctus corpus peccati gestat sub vmbra virtutis, integer dolus est animatus & mobilis, nullámque portionem veritatis permisit.

21. Iuditha deponit saccum, laxat cilicium, exuit viduitatis nigrorem, & de geniali vestiario serica ornamenta resumit, incarcerat digitos auro, armillis brachia, monilibus collum, discerniculísque capillos, & omnem scenam de promptuario sæcularis fœminæ reproducit. Quid agis, honestæ viduitatis exemplar, pudicitiæ prodigium, frugalitatis idea? Tædásne nuptiales reaccendis, meretriciísve luxus non vereris vestibus inquinari? Nónne securior religio procedet, viduitatisque constantior honestas, quàm hispidus sagus, sicut vrtica lilium, obarmet? Nónne faciliùs virtutis, & squaloris specie decipietur Tyrannus, qui à religionis habitu non timebit? Sed prudens fœmina noluit vel hosti in veste mentiri, portans ad eius cædem cruentum animum sub veste pietatis. Verita est, ne religiosus habitus, deceptionis inseruiret officiis, pugióque mortalis absconderetur sub cilicij clementia. Religiosis operimentis reuerentiam seruauit, malens prodere se spectandam, vt vnam fœminam de sæculis pompa, de mundialíque luxu, quàm de virtutis habitu & innocentia, vtque capere, percuteréque venustate oculos Tyranni pergebat, proprium habitum de illecebrosa vanitate tulisset.

Resipuítne illicò homo primogenius post culpam, qui postquam ex arbore manducauit, se vestiuit ex arbore, Gen. 3. v. 7. *Cúmque cognouissent se nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata?* Cur ficulneæ frondem applicuit ad cutem, qui præuaricator comederat ficum? Nónne prudentius esset, alij è paradiso seu frondibus seu corticibus pudorem subitum operire, quàm ipsiusmet portione peccati, falleréque oculos indumento religioso & pio, nec criminis perpetrati præcone? Imò pars pœnitentiæ fuit, perizomatum specie confiteri delictum, nec crimē abscondere, innocentis pallij figura. Qui nudum se videbat à fructu depranso, nudum se iterum voluit, ipsius fructus tegumento vestitus, non tegens nouo crimine crimen, sed ex frondosa criminis redundantia frondem gestans in lumbis, quæ ficum probaret in ventre. Inde forsan vocem Domini audire prometuit, qui tacita vestimenti loquelâ præuaricationem, quam commiserat conclamauerat. Vide quid respondit Domino interroganti v. 10. *Vocem tuam audiuit in paradiso & timui, eò quod nudus essem, & abscondi me.* Si initium sapientiæ timor est, iam incepit sapere, qui ob scientiæ cupiditatem saporem decerpserat ligni. Sed non timuit, quia manducauit? timuit, quia nudus erat? Quomodo nudus, quem frons vestierat? Ergo postquam opertus fronde, concepit timorem, rediréque incepit ad Deum, à quo secesserat manducando. Nudum se protulit, postquam se induerat de ficulneæ reliquiis, vtpotè qui hoc operculo corpus tegens, crimen nudauit. 22. (Genes. 3. 7.) (Genes. 3. 10.)

Anne Deus disciplinam sumpsit ab homine? Mandauit pulueri, mortémque, quam minatus erat, infligit, vers. 19. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Quid deinde? vers. 21. *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* In aulusis à bruto pellibus mortalitas adumbratur. Cur portione mortis suum hominem Creator induit, depulsis foliis quæ homo sibi assuerat ad sceleris confessionem? Quoniam iam morti damnauerat membra, oportuitque membra morte vestire. Si intus erat mors, quidni foris mortalitas in vestibus appareret? Ille, qui peccatum manducauerat, peccati se operculo obduxit; Deus, qui peccati pœnam, nempe mortem in terrenum corpus immiserat, extrà, peccati pœna præcinxit. Vtérque appositè: nam homo crimine delinitus intùs & extrà crimine immergitur, obliuiscens, quod impendet, supplicium; Deus, qui per pœnam reducere peccatorem contendit, eam vult ad exteriora depromere, vt memoriam oculi reproducant, nec specie innocentiæ fallatur, qui intrinsecùs gestat peccatum. 23. (Genes. 3. 19.)

Thamar Genes. 38. vers. 14. *Depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum, & mutato habitu sedit in biuio itineris. Quàm cùm vidisset Iudas,* 24. (Gen. 38.)

suspicatus

suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur. Cur si iam meretrix erat voto, socerique brachiis inseri satagebat, perfrictam frontem ipsomet operuit theristro, quo se pellicem demonstrabat? Ne vestis mentiretur, quæ vultum viduæ, habitu tegeret meretricio. In faciem se tradens scorti, quam à propria specie eius priuauit, pro cute pudica lasciuum theristrum imponens. Maluit integram meretricem ostendi: quàm partem viduæ, partem scorti. De vestiario Veneris ornamenta libidinis sumpsit, quæ in libidinem parabatur, vt responderet habitus intentioni, nurúsque desineret esse inhonestè succumbens, quam luxuriæ apparatus cupiditásque concubitus in personam meretricis transegerat. Non se decepit, quæ decipere socerum voluit, explicuit veste, quod intus erat; & quæ de altera transiuit, in alteram, tota iam fuit vestimento & corpore scortum.

25. Gen 37. 23. Cur veste polymita Ioseph à fratribus denudatur, Genes. 37. vers. 23. *Nudauerunt eum tunica talari, & polymita: miserúntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam?* Prima inuidiæ diligentia fuit, tunicam auellere à fratre, quem quia pater præ cæteris diligebat, odio habebant, nec poterant cum eo pacificè loqui. Tunica talaris liuorem medullitùs concitauerat, quæ in liciis, & subtegmine paternum exprimebat amorem. Recole illud Genes. 37. vers. 3.

Gen 37.3. *Israël autem diligebat Ioseph, fecítque ei tunicam polymitam. Videntes autem fratres eius, quòd à Patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.* Ergo tunicam, quà inuidiosus innocens tegebatur, amouent fratres, eum totum iudicantes à veste, quasi iam non vltrà remanere potuisset, quem inuidebant, si auferretur vestis ab eo. Est ne totus Ioseph hæc polymita vestis? Innocens quidem seipso vestitur, totum se in habitu prodit, ne oculos extraneo tegumento decipiat. Lætantur fratres, vniuersum Ioseph abstulisse, dum abstulerant tunicam. Vnde, velut si iam eorum sub dominio mansisset, iuuenem mercatoribus vendunt, rati possedisse totũ cuius tunicam possidebant. Iacob non tunicam amabat, sed filium, quem tunicâ ob amorem vestierat; sed quia inuidentes tunicam fratri, fratri inuiderunt, vlti sunt in tunica quasi in fratre. Odium est hominis, quando quæ sunt hominis, odio sunt: natura non excitat inuidentiam, sed naturæ operculà, diuitiæ, honos, apparatus seruorum, vestium nitor, extrinseca incrementa fortunæ. Non substantia, sed mobilia accidentia, rixas, & inimicitias progenerant. Vel ipse pater in veste delusus est, qui filium à fera deuoratum putauit, vestem à fratribus pro spolio recipiens, vers. 33.

Gen 37.33. *Quam cum agnouisset Pater, ait: Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph, scissísque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum.* Imò quæ consequentia hæc: *Tunica filij mei est, bestia deuorauit Ioseph.* Si fera deuorasset, laceraret vtique vestem, partémque tunicæ deglutiret, quæ vestitum aggrederetur, non nudum. Censuit filium pater à veste, suspicans non potuisse vestem eius decipere, qui verax & innocens erat. Vacuata à suo corpore tunicâ corpus cogitauit amissum, nec ferinam inuidiam potuisse, tunicam deuorando, diuellere, quin deuorauisset & corpus. Cur sua vestimenta discidit, qui vestem accepit? Quasi cum filio mori contendens, partéque sui, nempe filio à bestia discisso, non vltra integrum remanere parentem. Discissis vestibus discissam naturam ostendit, vt quoniam filius totus visus fuerat in tunica, pater etiam indicaretur in veste, qua discissa se ostenderet discissum relinqui.

A meliore Ioseph vestes in patibulo dimouentur, Matthæi 27. vers. 35. *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes.* Qui prodierunt lacerata segmenta, ô latrones, qui a bie... cum ...onibus suspensis in crucibus societate furandi & diuidendi indolem didicistis? Agnouere, eamdem debere esse vestibus innocentis fortunam, ac innocenti, qui non extraneis, sed propriis vestimentis induitur, quæ foris manifestent vestiti virtutem. Postquam corpus lacerauerant, lacerant vestes, quasi carnea pellis tunica fuisset, eius in quo dolus non est inuentus. Sanies in tunica completa fuit, velut si aliquid corporis remansisset integro superstite tegumento. Nondum saturauerunt furorem, donec carnis reliquias, vestes vtique vorauissent. Sed Ioannes, qui sedulus obseruabat sub cruce, studiosis oculis adnotauit, quid ageret militaris industria, cap. 19. v. 23. *Acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum: dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit. Vt scriptura impleretur dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi; & in vestem meam miserunt sortem.* Qualis fuit culpa militum hæc sortis studiositas super tunicam inconsutilem, quam tot delapsis sæculis eloquia prophetica conclamarunt, Ioannésque aduertit, & curiosè literis consignauit? An maius piaculum exurit, integram tunicam deducere in aleam, quàm cætera vestimenta partiri? Creuit iniuria, dum sorti commissa est tunicæ inconsutilis vendicatio; opprobriúmque crucifixo durius incussum, cui erat contumeliosa super suam vestem aleæ fortuna. Cur si putas? Quoniam integra vestis, vt corpori inseruiret alieno, ducta est in sortem, & qua innocentia induebatur, fieri vestis malignitatis incepit. Dissectum pallium mutat figuram, nec prodest integro corpori contegendo: tunica, quæ illibata remansit, postea peccatorem vestiuit, qui innocentiæ habitu vitium ornauit; dúmque operiret diaboli membra, innocentem in habitu figurabat, callidáque specie, sanctitatis protendebat personam. Quo Deus vestiebatur, vestitur iniquus? quo veritas, dolus? quo innocentia, piaculum? Doluit Deus vestis suæ dolum, quæ operiendæ iniquitati suppeteret, Iesúmque ostenderet oculis, cùm intus dæmon in milite nequam vestito, pro corpore lateret.

26. Matth. 27. 35.

Gen. 19. 23.

Vers. 3. Et lauit corpus suum, & vnxit se myro optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ, induítque sandalia pedibus suis, assumpsítque dextraliola & lilia & inaures & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se.

Vitia suismet pugionibus iugulant peccatorem, quibus ad victoriam virtus armatur.

SECTIO V.

27. A vitiis inflictam iniuriam, vitiorum armis virtus vlciscitur, ancillatúque voluptatum iugulat voluptates, ipsismet hostibus militantibus hostes fortunatò debellat. Ducit, imperat, summo loco stat, quidni turba vitiorum de popinis, & lupanaribus glomerata, eius mancipetur obsequiis, seruiátque pugnanti? Hæc virtutis imperij excellentia est, vti satellitio vitiorum, & de armamento libidinum aduersus libidines tela eruere. Quem non feriet, si semet malignitas ferit? Quibus non altior virtus erit, si ei vitiorum suggestus subiicitur pro scabello; Cur in lasciuum pugnatura Iudith, sibi lasciuæ spicula sumit, & quibus irritatur libido, de meretriciis castris luxuriantium ornamentorum agmina digerit? *Vnxit se myro optimo, discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mithram super caput suum,* &c. Si vt virtutis vindex ad Tyrannum iugulandum procedit, cur pugione voluptatis accingitur? Si castitas asserenda est, cur medicamentis polluitur, vnguento madet, fuco distenditur, odoribus sepelitur, cutem emollit, eneruémque & elumbem se perhibet ad conflictum? Nonne virtus, attritâ nigráque pelle, neruósque monstrante, obductáque callis, & de puluere sordida, frigus æstúmque ferente, aduersus vitiosam ignauiam, marcentémque luxuriem progreditur? Cur eius indolem sic inficit fœmina prudens, & de suaueolentibus balneis, genialibusque apparatibus, habitu insolito virtutem bellaturam producit? O auspicatò! nullus gloriosior triumphus ab hostibus, quàm qui hostium præsidiariis manibus paritur. Nulla cum minori sumptu victoria, quàm quæ ære alieno ab aduersis agminibus emitur. Trucidare inimicum ipsiusmet inimici macharâ & brachio infamia victi, supremaqe est gloria victoris. Ergo libidinis specie libidinem Persæ Iuditha nititur obtruncare, vt minùs fidas vitiis, quæ extraneo carnifice non indigent ad vindictam, semet iugulanti, suísque intercidunt blandimentis.

28. Vt incendant Sodomam præposterè luxuriantem, sub iuuenum pulcherrima forma Angeli mittuntur è cœlo. Quid tunc Sodomitici

Gen. 19.5. ciues, Gen. 19. vers. 5. *Vocauerúntque Loth & dixerunt ei: Vbi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoscamus eos.* Si erat plectenda populi nefarij luxuries, cur deligitur pulchritudo, quæ priùs incendit sanguinis procacis feruorem ad culpam, quàm corpora comburat ad pœnam? Egregia elegánsque cœlestium adolescentium venustas suos reos priùs cupiditatis igniculis, quàm ardente sulphure concremabit. Quid? Vt quæ rosea facies cupiditatem inhonestam in nequissimis spectatoribus ad illecebram acuebat, non cœlestium iuuenum intentione, sed malignitate videntium; ipsamet gehennale supplicium effunderet. Nulla potentior vis aduersus libidinem est, quàm libido. Lenocinium formositatis pugnacior fuit hostis in formositatis amicos ne extraneo vltore interiret, quàm quem sibi parauit lasciuiæ fomes. Vide quid appetas homo: te petit oculis, te transfigit frons pulchra quàm ardes: si ardebas iuuenes, à iuuenibus in æternum ardebis, vt in vernaculis concupiscentiæ tuæ flammis incipiat gehenna, nunquam igneum positura supplicium.

Ammon proprium sanguinem maculauit incestu, cum Thamar sororem suam, concusso flore virginitatis, impuro dolo libidinis inquinauit. Considera quibus verbis ad infandos amplexus allexit 2. Reg. 13. vers. 11. *Veni, cuba mecum soror mea.* At illa, *Noli frater mi, noli opprimere me.* Nonnisi sanguinis auditur vocabulum: propria nomina subticentur vtriusque; vt nonnisi sanguinis putaretur delictum. O stulte! Ne memineris quòd soror tua est, cùm corrumpere paras cruorem, quo ab eadem genitrice profluxo & tuæ, & sororis, quam adamas, venæ complectentur. Si quà frater es, & quà illa soror, virginem propudiosè corrumpis, ipsemet sanguis aderit vltor, qui in alio fratre ad iniuriam abolendam ebulliet. En quid acciderit vers. 20. *Dixi ei* (idest Thamar) *Absalon frater suus: Numquid Ammon frater tuus cõcubuit tecum? Sed nunc soror tace, frater tuus est.* Illicò à fraterno vocabulo meditatur vindictam. Eadem quæ fuerant verba delicti, prima fuerunt verba supplicij. Dixerat ille: *Cuba mecum soror mea.* Et illa: *Noli frater mi.* Ergo qui occidere fratrem parabat, eodem stylo progressus est: *Soror tace, frater tuus est.* Ac si diceret: Ipsemet sanguis, qui voluptatis extitit lenocinium; suimet aderit vindicator. Qui accubuit vt frater, occumbet à fratre. Ita fuit. Vino temulentum Absalon percussit Ammon; vino, in quo est luxuria: vt à sanguine proprio corrueret, qui proprij sanguinis blandimento mollem virginem temerauerat, & secunda ebrietas, quæ libido est, à prima, quæ vinum occideretur. Si vitia sic vitia vlciscuntur, quid quòd vitia virtus iugulet vitiis, & ab eorum vagina enses stringat, quibus vitia perforet absque sumptu.

29.

2. Reg. 13. 11.

2. Reg. 13. 20.

Ab initio fuit sic. Abusus fuit fœmina serpens ad generis humani ruinam, instillauit piaculum, à creatoris familiaritate detrusit suimet portione hominem primigenium. Quæ pœna indicitur malesuadæ serpenti. Genes. 3. vers. 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem: ipsa conteret caput tuum.* Emphasis est egregia in ly *ipsa.* Cuius illecebra vsus es ad flagitium: ipsammet experieris ad pœnam. Capite subdolo, & de aliena loquela parato, mulieréque ad hominem blandimento vincendum vsus es: hoemet lenocinium erit tibi supplicium; caput tibi, & à fœmina, contereretur, nec alia contra te opus erunt arma nisi quæ tua, vt iniquitas iniquitatẽ mulctetur, pereásque domesticis instrumentis. Qualis in hominem vltio? scientiam appetierat Deitatis, Genes. 3. vers. 5. *Eritis sicut Dij scientes bonum & malum.* Ergo in paradisi valuis sistitur Cherub, qui à suimet viridarij ingressu hominem arceat, vers. 24. *Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherub.* Cur non potestas aut Dominatio? cur non Seraphim, aut virtus ad muniendam arcem indicitur? Cherub est plenitudo scientiæ. Illecebra, quæ suggessit piaculum, scientiæ ambitio, quæ sponsionis oblectamento insipientem fefellit, inuigilat ad vltionem. Scientiæ Angelus stat pro

30.

Gen. 3. 15.

Gen. 3. 5.

Gen. 3. 24.

pro foris ad pœnam, quoniam scientiæ auiditas intus asserat ad flagitium. In suis concupitis mulctatur homo, vt didicerit, quibus pelliciatur ad crimen, eamet sunt, quibus promptius vtique castigatur.

31. Ioan.2.15. Ioan.2. vers.15. *Cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit.* Cur sic serius artifex, funiculorum interserit licia, vt flagellum conficiat, qui poterat nutu è templo repellere negotiantes? Vndéne funes hi, quos plectit, vt verberet, cui manus suppetebat inermis ad abigenda ex sacrario commercia? Funes pecorum erant, quibus vel oues ad templi caulam ducebantur constrictæ, vel ne incitata victima calcitraret, ligatæ immolabantur in aris. Erant funiculi, quorum & commercium in templo, ne quid deficeret de forensibus nundinis. Ergo quibus irretiebatur, flagellatur auarus; quibus illaqueantur bruta ad truncum humanæ cupiditatis, verberantur; vt impio & auaro, quod est illex ad culpam, flagellum dirum sit ad supplicium. Funes pro peccatis censentur, sint & pro pœnis. Scis illud Psalm. 118. v. 61.
Psalm.118. 61. *Funes peccatorum circumplexi sunt me.* Anne peccatorum, id est, peccantium? an, id est, criminum? Vtrumque. Adeò suisinet scelerum funibus stringitur altè peccator, vt eis intrinsecùs penetratus, & funibus vsque ad viscera sulcorum profunditate compressus, funes gestet pro carne, finisque fiat, vt à continuitate neruorum transfigatur in neruos, sintque ei carceres & flagella, quibus tenaci blandimento adhærescit.

32. Prou.7.16. Prouerb.7. dicebat meretrix vers.16. *Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto, aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus.* Vide quibus ad porpudiosa vincula alliciat. Idémne sunt amplexus & funes? voluptates & laquei? Lectulus intextus funiculis, ac extensis brachiis paratus? Egregiè. Idem. Ignorans pellex in ipsamet protitatione se prodidit, nec aliud quàm laqueum in titillamenta proposuit. Meretricij lacerti funes sunt; torus, puluinus & culcitra, retia; viscus libido, stimulus peccatum, piscatio mors. Vides? *Aspersi cubile meum myrrha & aloë, & cinnamomo.* Nónne hæc sunt cadauerum condimenta? Consule Nicodemum, quæ tulerit ad Dominicum corpus vngendum, inserendúmque tumulo, ligamina, myrrham, & aloen, Ioann.19.
Ioan.19.39. vers.39. *Ferens mistur am myrrha & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.* Quid agis, ô scortum? riualem pellicis ac piaculum, & libidinis pignora præmittis esse apparatum sepulchri, funes pro institis, pro feretro lectum, pro aromatibus amara vnguenta; & tamen vbera & amplexus promittis, & quem viuum desideras ad delicias, præpropero vaticinio iam defunctum prædicis? Ita est. Ne distaret lethum à lecto, mœror à lætitia, à scelere mulcta, expectabat procum in thalamo mors, vt citior esset pœna, quàm culpa. Ne post primum voluptatis æstum, si absens esset supplicium, remoraretur; totum, quem scortum, mors occupabat.

Ab industriâ meritorum adiuuetur iustitia: quâ ingeniosior est solicitudo merendi, non vereatur doli incurrere suspicionem.

SECTIO VI.

NE integram sortem rationi fidas, nec tibi 33.
de merito blandiaris. Adiunge industriam: adhuc pro tuis debitis negotieris: labetur ex manibus, quod tuum est, si te geras socorditer quà securus. Iustitia plerumque artibus adiuuatur; ne obrepat desidia ob tepidam fiduciam bonorum. Satage solicitus nec desistas: fertilior solet esse solicitudo ad habendum, quàm habita iam fortuna. Quod semel tibi competit seu merito, seu iustitiâ pretio diligentiæ mercare; vt obuiam eas sorti, nec te imparatum sortem inuitaturam speres. Dei prouidentia omnia in tribunali maiestatis decernit: An ideò segnis dormias & sterias, nec admoueas operi diligentiam? Adeò quæ iam nostra sunt, curis & lucubrationibus, piáque ambitione promereri debemus, vt, si legitimè possit, aliquando solicitudo in calliditatem deflectat, & quà ingeniosior & subtilior sit studiositas, quod iustitiæ debitum est, nanciscendi, non vereatur de astutiæ vocabulo pati calumniam. Sit absque peccato versutia. Non semper simplex prudentia est, nec sua pelle vestita procedit; quà negotiatrix est recti, quà alacrior & viuidior incumbit, doli non semel repræsentat speciem, cùm cerebrum, & substantia virtus sit.

Cur Iuditha, quæ iam populi libertatem erat 34.
à Domino precibus consecuta, cædémque Tyranni vaticinio prædixerat, & labia doli & ornamenta deceptoria resumit, nec nisi fraudis armis ad iam partam oratione victoriam in Assyriorum campum progreditur? Nónne hic habitus alicuius de fœminis mundialibus erat, theristrum, vittæ, odores, sandalia, armillæ, inaures & annuli, & quidquid luxuriantes deliciæ ad oculos capiendos expendunt? retulimus non
semel verba Hieronymi epistol. ad Geruntium. Hieron.
Iuditha ob libertatem ciuium, vel salutem se sub specie fornicationis impleuit Deo, & inermis armatum, & virum mulier occidit. Ergóne speciem fornicationis sub corpore ferebat virtutis? Imò sub illecebroso spectaculo Deum intrinsecùs baiulabat, quasi Deus qui iam oranti dederat triumphum, sic se fœminâ contegeret, vt triumpharet. Prudentiæ, quà calliditas fuit. Se suspicione vitij obtexit extrinsecùs, & quæ diligens erat ars, non timuit doli coniecturam subire, vt hoc deberetur heroïdi, quæ nihil in solicitando triumphum omisit, postquam voto victrix, sponsionéque triumphatrix à sacello precum prodiuit.

Quàm officiosus Iacob extorquere nititur 35.
primigenium à fratre: momento peregit industriâ quidquid frater corporis conditione, temporísque tarditate tenebat. Pergit Esaü, vt syluam venatione fatiget, cibósque venabulo con-
diat, quos benedicturo præparet genitori, Ge- Gen.27.3.
nes.27. vers.3. *Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras: cùmque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, & affer vt comedam,*

ceia dom, & benedicat tibi anima mea. Quid inde Iacob ingenio tantis eductus? Anceps & venator repentè fit: dedit induſtrio cibum celeriore manu te temus, quam coqueret mater, & ad coniugis palatum condiret. Sed villis erat hiſpidus Eſaü, animique ferocitas per cutem reliquias amiſerat. Vicit deligentia naturam verſ. 15.
Gen.27.15. *veſtibus Eſaü valdè bonis induit eum: pelliculáſque hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.* Quid opus alieno vellere ad obtinendam primogenij fortunam, quod iam Iacob iure legitimo debebatur? Nónne ob lentis edulium mercatus fuerat primogenita à fratre, qualem
Gen.25.23. contractum iuramento firmauit Geneſ. 25. v. 33. *Iurauit ei Eſaü, & vendidit primogenita, & ſic accepto pane, & lentis edulio comedit & bibit & abijt, paruì pendens quod primogenita vendidiſſet.* Nónne Deus antequam quidquam boni vel mali geſſent, nec vſuram lucis auſpicarentur, Iacob elegit, Eſaü autem odio habuit? Si tot titulis primogenita iam obtinuit, vt quid ſtudioſitas obtinendi, quæ calliditatis ferebat ingenium. Vt quid pelliculas reuellit ab hædis, lenitatémque carnis hirſutâ aſperitate deformat, quot pilos obducens, tot de ſe ſegetem mendaciorum ſuſpicioni producens? Ne ſocordia amitteret, quod iure tenebat: Ideò creuit ſubtilitas negotiandi, vt quod fuit veritas, fraus appareret, & procurandi ingenium videretur verſutia. Titulus artis legitimitatis titulo fuit fortunatior, Deíque prouidentiam viſus eſt adiuuiſſe, quæ præſidium à noſtris operibus non detrectat.

36. Cui benè ſucceſsêre ab ouinis pellibus vota, iterum in ſimplici ouium natura, verſipellis, ſed legitimæ, aſtutiæ intentati induſtriam erga Laban, qui paſtoritij ſalaria debita retrahebat. Fœdus cū ſocero ferit, huiſque arbitras vuluas capellarum conſtituit, vt quotquot maculoſi fœtus prodirent, variegatiſque vellerum liciis reſperſi, cenſui adſcriberentur paſtoris, qui in verſicolore fortuna fidebat. Ergone dolo naturam extorques, vt obligationem ſoceri diluat in partu, quam vix ille doloribus parturiebat? Vide quid agat, vt ad ſtromata vellerum, genitalia viſcera inclinent. Saltuatim virides virgas deglubit, vt candor & viror ſubſiliret in oculos, dum
Gen.30.39. oues ab arietibus complerentur. Geneſ. 30 v. 39. *Factúmque eſt, vt in ipſo calore coitûs oues intuerentur virgas, & parerent maculoſa & varia, & diuerſo colore reſperſa.* Speculatis aqua vitrei laticis penicillo labilem reſcripſit colorem, & quas ſumpſerat varietatis ſpecies, imprægnantibus oues reſtituit arietibus, vt verſicoloris obiecti figura vitalibus ſpiritibus animata per caliculos oculorum tranſiret in vuluam, fœtúſque limpidè macularet. Contigit vt ſtuduit. Natura obſecuta eſt artifici paſtoris ingenio, nec putauit iniuriam, ab induſtrio decipi ad ſobolem ouinam augendam, ſicut nec cenſuerat virgarum dedecus, natiuá coloris per corticis auulſionem qualitate priuari.

37. Quid? Accuſabit de dolo Laban, quem non accuſauit natura, ſed arti obediuit, & miniſterio fullonis, docili ſubiectione vellera infecit? Si ingenita naturæ proprietas non dedignatur à negotiatore ſubtili documenta capeſſere; ſileat ſocer, ſibíque congratuletur, tam diligentem inueniſſe paſtorem. Quòd ſi dolum nuncupet, Deus eſt qui ſuggeſſit ingenium. Ipſe faſſus eſt Iacob, Geneſ. 31. v. 10 *Leuaui oculos meos, & vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper fœminas varios & maculoſos, & diuerſorum colorum. Dixitque Angelus Dei ad me in ſomnis: Leua oculos tuos, & vide vniuerſos maſculos aſcendentes ſuper fœminas, varios, maculoſos, atque reſperſos. Vidi enim omnia, quæ fecit tibi Laban, Ego ſum Deus Bethel.* Gen.31.10.
Cur ſic ſibi Deus variegati velleris adrogat artificium, maculoſáſque pelles ſoporato Iacob repræſentat, velut ſi ei gloriam æmularetur induſtriæ, qui ſic naturam ingenioſâ violentia coëgit, vt natiuis coloribus gregem veſtiret; quos ex decordicatis virgis amygdalinis hauſtos aqua in arietum oculos reuibrabat? Adeò arte delinitur natura, vt & naturæ deliniatur creator, diligentiæ præſtans, quod ignauiæ negaret, induſtriæque technas admittens, quæ extorqueant debitum à negante. Patrocinatúrne dolis? In eo dolus non eſt inuentus. Sed dolus non eſt, diligentis ſubtilitatis acumen, quod fraudis ſuſpicionem de conatu promptæ & laborioſæ mentis progignit. Securius omnium vectigal eſt gnauia acquirendi arte, quod ſeruitio debetur, vt geminatus titulus, iuris nempe & operis intercedat; nec iuſtas technas renuit iuſtitia, quæ per tricas & ambages ingenij creditoribus ſubuenire non timet. Sit intentio ſimplex, licèt plicata & compoſita media. Debitum negantis iniuſtitiá verſutâ verſutiis vincitur, qui non mendacium baiulent, ſed ingenium. Inextricabilis labyrinthi error, vbi ad facultates alienas beſtia latitat deuorandas, nonniſi induſtriæ mentis filo explicatur, nec poterit accuſari de dolo, qui dolum, doli ſpecie deuicit.

Rachel pulchritudinis elegantiam cum bonæ mentis dexteritate coniunxit, ne ſemper fœminea formoſitas ſit inſipiens. A paternis laribus eripuit idola, non auri inuida, nec exoſa parentem, ſed relinquere amans veram religionem pro filia, quæ ſponte ſecuta coniugis, in domum coniugis eſſ gieba... Pater magis dolens Numinum abſentiam, quàm prolis, ne abſque penatibus penetralia maneret, concito gradu inſectatur euntes, inſimulans de rapina Deorum, ſeque de ſtoliditate conuincens, qui Deos putauit, qui furto poterunt amoueri. Tentorium Rachelis exploraturus ingreditur. At illa Ge- 38.
neſ. 31. verſ. 34. *Feſtinans abſcondit idola ſubter ſtramenta cameli, & ſedit deſuper, ſcrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait: Ne iraſcatur Dominus meus, quod coram te aſſurgere nequeo, quia iuxta conſuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. Sic deluſa ſolicitudo quærentis eſt.* Gen 31.34.
Ergóne & venuſtæ mentiuntur, & ſolicitudinem genitoris ſolicitior filia deludit? Sed ſi verba contexuit religionis ſtudium, abolendæque perfidiæ conatus, artem falſitatem vocabis? Rationem adiuuit fraudis ſpecie, vmbráque mendacij mendacia Numina ſuffocauit, ſatiùs ducens, falſitatis accuſari ſermonem, quàm idololatriæ parentem. Imò de idololatriæ errore non ineptum concinnauit reſponſum, ſubitóque mentis acumen inuenit ſemitam, qua patrem in ſemitam veritatis impelleret. Fictilium ſpurcitiam Deorum de fœminei fluxus ſordibus iudicauit, & immundi exuberantiam cruoris, quæ pœna in fœmina fuit ob amatam pluralitatem Deorum, idipſum eſſe, quod immundi Dij iudicauit. Rhetore lingua cauſam nūcupauit nomine effectus, vt quæ ſubtus ſe fluxa ſimulacra,

cra, quaſi menſtrui ſanguinis occultauerat fluxum, ſcite diceret fœminei ſupplicij menſtrua ægritudine laborare. Nonne idola *immunditiæ* dicuntur in ſacris? *Iuxta conſuetudinem fœminarum nunc accidit mihi.* In Deorum pluralitatem effluere prima fœminæ conſuetudo fuit. Ergo filia Euæ adhuc dum falleret, non fefellit, quæ ſubtus lacinias veſtium, quaſi à ventre fluxiſſent, Deorum numerum operiebat. Sic agit induſtria iuſtorum: verba quibus iniqui ad falſitatis ſortem vtuntur, in veri ſubtilitatem reducit, vt collineet ad ſcopum iuſtitiæ, etiam dolos legitimos vrget.

Verſ. 7. Qui cùm vidiſſent eam, ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius.

Niſi pulchritudo vulgata terreat videntes, irritat ad flagitium quos ad reuerentiam prouocat occultata.

SECTIO VII.

39 NIMIA pulchritudo vulgata ſi terrorem non incutit, præſtat vtique fruendi licentiam. Facies, quam venuſtate ſplendor adornat, ſi ſpectantium oculos non obruat caligine, prouocabit. Niſi formoſitas ſit prodigium, quod comprimat ſtupore videntes, reddet cupientes. Ideò pulcherrima frons digna eſt imperio, quoniam veneratione, non concupiſcentiâ pectus aſpicientis perfundit. Time à tua venuſtate, niſi non terreat; peribis viſa, quæ te cogis deperire videntem. Publicata elegantia genarum, niſi ſanguinem iuuenum ſtuporis vinculis gelidet, accumulat flammas incendio libidinis: niſi ſagittas iaciat horroris, iaciet amoris, quæ vtrumque ſolent vno vulnere ſauciare, videntem & viſam.

40. Iuditha cœlitus ſe ipſa formoſior egreditur è cubiculo. Probet, ſi pulchritudinis miraculum geſtet, ſi de luxuriæ arte, laſciuiæque pigmentis colluceat vultus. Stupor aut cupiditas erit argumentum vtriuſque. Quotquot vident, ſtupent & horrent, ſiue ſint Bethulienſes, ſiue & Aſſyrij. Ad ciuitatis appulit portam, vbi Ozias & preſbyteri, ciuiúmque frequentia expectabat: vix videre formoſam, cum attoniti metus pependerunt tributum verſ. 7. *Qui cùm vidiſſent eam, ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius.* Fuitne ſpectatorum modeſtia pulchram venerari, non cupere; frigore ſtuporis coërceri, non igniculis fomitis concitari? Imò idem & Aſſyriis procacibus contigit; ne virtuti videntium, ſed viſæ pulchritudini tribueretur. In laſciuiæ Holofernis ſchola diſcentibus, vide ſi ſubſiliit cupiditas, priuſquam ſtupor, verſ. 24. *Et erat in oculis eorum ſtupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.* Cur nam vtrobique admiratio? Quoniam eadem pulchritudo vtrobique, quæ non natura, ſed miraculum erat. Nonne conciliata ab vnguentis, & de pigmentarij pulueribus acquiſita? Myrus quidem optimus cutem illiuerat, comam in gradus torſerat pecten, ſtrinxerat mithra: bracteata formoſitas rutilabat: vbi natura, pondus non eſt; gemmis, annulis, dextraliolis & inauribus fœmina hæc procedit onuſta; nec homo ſolet ab auro terreri, audet in montes, per ſcrupea ſaxorum viſcera, ignotaſque cauernas grana p[r]o q[uæ]rere non veretur: lenocinium eſt auiditas pretij, metum adimit ſpecioſitas diuitiarum. Sed ideò Dominus de ſuo genis contulit ſplendorem, vt quæ non eſt libidine, ſed virtute dexteritas vultus pendebat, virtutem, non libidinem protitaret verſ. 4. *Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio, non ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideò Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret.* Obſerua ly *appareret.* Apparere cœleſtibus ſpectaculi eſt, nec niſi prodigiorum ſtylus. Fulgur quà ſubitò lucidius apparet, orbem facit tremere, quid non homines? Exuberantia nitoris oculos claudit; aperit aut oculos ad ſtrepitum. Apparuit de cœleſtibus ornata puella; ad luminoſum venuſtatis ſpectrum, cur non contabuiſſent ſtupidi ſpectatores, ſpecioſitatémque prodigam iudicarent prodigium? Diſcite fœminæ: niſi ſic de ſuperis adornemini, amate latibula; vnio ſecurior ſub conchā eſt.

Cœleſtes ſplendores facici iure optimo *cornua* dicuntur: vt petat oculis quotquot videntur, fugetque territans, ne feriantur. Bracteatus taurus, frontémque geſtans gemmis ſplendentem & auro, ferocem pulchritudinem tranſtulit inmanſuetam: vel à puero deſpicitur, qui ferundæ beſtiæ arma contrectare non pauet. Si ab impedimentis pretioſis explicet cornua, impetit animoſus in circo, nobilior ei pulchritudo ferocitas eſt. Moyſes è conſortio Domini pulcher exibat: cur timent contribules à manſueti Ducis aſpectu, Exod. 34. verſ. 30. *Ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini. Videntes autem Aaron & filij Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt propè accedere.* Cur non tractabilis erit Moyſi facies, quàm roſeum lumen de cœleſti gloria beabat? Quoniam pulcherrima ſpecies deſpicitur, ſi non terret; manus impetentium admittit, marcet à vulgari contactu, niſi petat cornibus, quibus ardet. O ſacræ venuſtatis idea! arma ſecum fert, vt procedat ſecurior: non concupiſcibilis, ſe de horrore luminis venerabilis. Et tamen velamen fronti Moyſes obducit, mallens cæcitatem pati, quàm viſum, ne familiaritatis vſu minutus ſtupor contemptum aliquando genuiſſet, verſ. 33. *Poſuit velamen ſuper faciem ſuam, quòd ingreſſus ad Dominum & loquens cum eo auferebat, donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſraël.* Quid opus velamine viro, & Principi, & adulto in ætate? Pulchritudinis fuit diligentia, quæ in quocumque ſexu amat abſcondi, etiamſi primitus viſa terreat, ne terror à conſuetudine detenuetur.

Vix Rebecca didicit futurum ſponſum, cùm illicò ſe velamine operuit, famulum ſciſcitata de viro pro reſponſo pallium obuoluit, Gen. 24. verſ. 65. *Quis eſt ille homo, qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei: Ipſe eſt Dominus meus. At illa tollens citò pallium, operuit ſe.* Cur tam præpoperè, nondum accenſis tædis, flammeum mariti ſubire contendit? Non fidit pulchritudini ſuæ, quod terrere ſponſum potuiſſet; ideò ſe contexit, ne ſi non ſtuporem viſa, ſaltèm operta

Margin notes (right column): 41. (beside "Cœleſtes ſplendores…"); Exod. 34. 30. (beside "ſueti Ducis aſpectu, Exod. 34. verſ. 30."); Exod. 34. 35. (beside "por contemptum aliquando genuiſſet, verſ. 33."); 42. (beside "Vix Rebecca didicit…").

operta inderet reuerentiam. Densitas & opacitas sylux nexibus ramorum intexta admirationem vmbræ producit: timet quisquis accedere ad latens tenebrarum silentium. Nigrorem pallij luci vultus fœmina obduxit, vt eam priùs timuisset iuuenis, quam amaret.

43. Cant.6 9. Didicit Rebecca indolem ab sponsa cœlesti, cuius apud sponsum elogium est Cant.6. vers.9. *Quæ est ista quæ egreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?* Quale hoc pulchritudinis attributum? Post roscidæ auroræ gemmeum decorem, post Lunæ argentum, post Solis & aurum, quas dotes vna sibi formositas congregauerat; terribilis, vt digesta in ordines castra, ab sponso vocatur. Lenitas allicit, quos amouet terror. Ferocitas agminum de asperitate cutis agrestis, de puluere sordida, de tormentarij ingenij nebulis nigra, fumique caligine opaca, quæ laus pulchritudinis est? An zelotypia laborabat sponsus, quæ sibi auroram, Solem, & Lunam volebat esse amasiæ elegantiam, aliis terrorem. Solùm Deum non terreat formositas nimia puellæ, si aliis non ingerat stuporem, suspecta est. Ideò & Moyses solùm Deo loquuturus deponebat velamen, à quo acceperat venustatem; aliis studiosus curabat faciem non ostendere nisi opertam. Vt castrorum acies non confusa, quæ vinci posset, sed ordinata, quæ vinci posset, sed ordinata, quæ vincere & debellare, sponsa vocatur, vt aspera sit inspicientibus, quò formosior.

44. Imò & terrendi consuetudine, aliquando ipsummet terruerat sponsum, qui ab Amasiæ oculis auolauit, sicut à castrorum strepitu conterritus viator aufugit. Paulò ante præcesserat
Cant 6.3. Cantic. 6. vers. 3. *Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Et te Domine auolare faciunt oculi sponsæ, quam in eadem periodo suauem dixisti? Suauitas non abigit, sed demulcet, pellicit, non auertit: decor placidus pondere blandimenti solicitat; inuitat, non euitat amantem. Sed suauitas pulchritudinis erat; & sibi gratulatur sponsus, adeò in virginitate securam inuenisse amasiæ elegantiam, vt & ipsummet coniugem, à quo nullum obrepit honestatis periculum, præ terrore coëgerit auolare, quasi volucrem, cui fundæ strepitus pœnas celeriores addit ad fugam.

45. Nec tamen sat ei visum fuit, sic horribilem sponsam habere, quin & de horribilioribus muniat, ne occursantibus pateat incursus,
Cant.4 8. Cant. 4. vers. 8. *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sannir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Nónne sat secum terribilis sponsa est? quid horrorem exaggeras de verticibus montium, quorum proceritas & specus saxis excelsis penitus, & suspensis timorem perfundit, bestiísque ferocibus cubilia parat? Sat erat sponsæ, si pulchritudinem non vulgaret: verùm quia compellauerat, vt veniret; timuit sponsus, ne formositas publicata parumper cicurata mitesceret, nec iam sic familiariter visa terreret, vnde eam studet montibus minacibus obtudere, Quin cùm ter dixisset *veni*, triplici eam monte sepiuit, Amana, Sannir, & Hermon, vt cuicumque progressui vnus mons suppeteret ad munimen, & triplici *veni*, triplex scopulorum vertex assisteret.

Inde postquam sic occultatam amauit, terribilemque de rupium veneranda custodia, clamat 46.
vers.9. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in* Cant.4.9.
vno crine colli tui. Cur tantùm in vno? Quia iam adeò septam inuolucro scopulorum videbat, vt nec sponso permitteret totam faciem, & vno oculo liberato contenta, vnóque librato crine dimidiam lucem, aërísque tantillam portionem gustare maluisset, quàm totum caput videntibus prodere.

A pulchra coniuge timuit Abraham, ne quam 47.
non timerent Ægyptij, in coniugij iniuriam
temerauissent Gen. 12. vers.2. *Noui quod pulchra* Gen.12. 1.
sis mulier, & cùm viderint te Ægyptij dicturi sunt, vxor ipsius est, & interficient me, & te reseruabunt. Dic ergo obsecro te, quòd soror mea sis. Calamitosa dos, vxoris pulchritudo est, quæ in aleam mortis maritum trahit. Nónne se poterat defendere Sara, terribilísque, vt acies militaris, & in castitatis clypeo spicula videntium retundere? Sed interriti erant Ægyptij, qui crocodylos, rapaciáque animalia colebant, quorum & Magi præ artis suæ ludo & superbia, serpentium spectacula temporibus Moysis eduxerunt de virgis. Quem serpens non terret, pulchritudo terrebit? Quoniam non pauit prima fœmina ad serpentis intuitum: non verita est, religionis commisisse adulterium, mortémque in pomi illecebra manducare. Quid? Magis debuit primigeniæ innocens & casta venustas terrere serpentem, quàm illa metu concuti ad eius aspectum. Sed quia faciem ei ostendit amœnam, hilaremque cum bestia crudeli conseruit loquelam, nec exasperauit frontem, séque velo castitatis muniuit, miserè delusa contabuit, Inde in secunda Genesi, orbe post diluuij naufragium ex Noemitica naue renouato reliquiis, sic Dominus perhibetur loquutus Noë & filiis eius
Genes. 9. vers. 1. *Crescite & multiplicamini &* Gen. 9. 1.
replete terram; & terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis, quæ mouentur super terram. Cur de terrore promulgauit edictum, qui
in prima Genesi tantùm dixerat, Gen.1.vers.28. Gen.1.28.
Crescite & multiplicamini & replete terram, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ habentur super terram. Quoniam fœmina blandè insidiantem serpentem non terruerat, sed cum eâ familiariter fuit loquuta; ne vlteriùs homo periret à versutia animalis, eius terror indicitur. Ergo Sara consulit Abraham, ne eius pulchritudo alliciat Ægyptios, quorum terror ob eorum malignitatem super animantia terræ non erat, vtpotè quibus sacrilegum adorationis genu flectebant. Verùm si à formositate Saræ non timent, à Dei flagellis totis artubus contremiscant: terrorem, quem ipsa non incusserat, Deus incussit. Vide
quod sequitur Gen.12.vers.17. *Flagellauit autem* Gen. 12. 17.
Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter vxorem Abraham. Cur timor Dei incubuit super eum? Quoniam cum fœmina cubare parabat, non territus à lumine frontis. Horrorem Dominus suffecit pro fœmina, docens illum defuisse matronæ elegantiæ, quo à se procos auerteret & fugaret.

Melius fuisset Thamar sorori Ammon, si pre- 84.
ces

ces conuertisset hoc in minas, gladiúmque stringeret honestatis, quo percuteret incestus amantem. Postquam Amnoni fratri ancillaria ministrauit officia, incepitque leniter inseruire, seueritatémque frontis in blandimenta iuuenis deponere, ille quasi sororis iam Dominus, qua
2.Reg.13.11 vtebatur ad cibum, abuti non timuit. 2. Reg. 13. vers. 11. *Cúmque obtulisset ei cibum, apprehendit eam, & ait: Veni cuba mecum soror mea.* Sta fœmina, non cadas; maiestatem exhibe, quæ honestæ pulchritudinis est: acue minas, crudelis esto; irascere, noli succumbere: ne roges. At illa
2.Reg.13.12. vers. 12. *Noli frater mi, noli opprimere me, nec enim hoc fas est in Israel: noli facere stultitiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel.* Incapax est eruditionis insanus, amans quà amens, preces non audit. Incepit succumbere, cum rogare. Quæ se exhibuit humilem, patrocinata est incestui. Timentis non furentis deprecatio est; debuit furere, non precari. Seu fuge à fratre, seu fratrem fuga: non te ostende supplicem, sed supplicium. In te libidinis impetu victoria tenetur, non lenitate. In hoc vno proficit iracundia, officit mansuetudo. Quia terribilis non restitit, liliique virginitatis spinas non explicuit, emarcuit. Non otiosè rosæ purpura armatur vepribus, vt & sanguinem in formositate minetur, & in spinarum satellitio vindictam.

Vers. 8. Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire dicentes: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum in numero Sanctorum, & iustorum.

Silentio antequam manu victoria decernitur: amat fortitudo secretum.

Sectio VIII.

49. Tacere docet Philosophia, non docere. Maiora facinora silentium patrauit, quàm lingua. Egregij Ducis est, non bullata verba victoriæ ante, victoriæ sortem profundere, ne crepitu arrogantis sermonis, quasi strepitu fundæ volucrem fortunam deterreat. Aucupium tacitum fœlicius est: auspex qui clamat, inutiliter viscum sub retibus posuit: Nonnisi silentio prædantur aues. Si sonitus tormentariæ pilæ antea ad feram perueniret, quàm ictus, inops venatur post fatigatam syluam rediret ad domum. Qui totum vigorem, effutiendo verba, consumpsit; imbellis remanet ad conflictum. Non opus habet ore, sed manu, quisquis scholam militarem frequentat. Nulla sunt arma, quæ linguæ ministerio iaciuntur, omnia quæ brachij. Illustre opus, quod virtutis officio peragitur, patitur fascinum non tam à vulgi oculis, quam ab oribus. Aduersus publicationis venenum præsidium taciturnitas est. Tenerior & mollior caro periculosius obiicitur fascinantibus oculis. Inde lacteis infantibus inter crepundia, taxi siue melis suspenditur vnguis, qui inuidum contagium à visu teneri pusionis amoueat. Nondum adulta, sed nuper genita strenui operis cogitatio, nullo salubriori vngue contra ictus defenditur, quàm silentio: hoc illi pro crepundiis sit, non crepare. Dei celebriora facinora, quæ iustus, eius adiutorio peragere tentat, nonnisi occultatione fouentur, donec fortior seminis virtus intra pectoris glebam non euaporato vigore firmetur. Granum non pullulat nisi sepultum, in abscondito solidatur non vno mense sub frigida crusta, donec de culmo roborando erudiatur.

Inditha magnum opus pro patria liberanda in pectore versat. Cur consilium magistratibus non reuelat, nec illi interrogant, quid gestet in corde, in quo salus integra vertitur. Vers. 8. *Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire dicentes: Deus Patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret.* Ergo iam agnouerunt, grande opus fœminam cogitauisse: cur non tentant eruere è latebris pectoris, & in senatu discutere, quale sit? O benè! vt corroboraretur quà intimiùs, nec illicò tenerum erupisset, iniuriis expositum venti, aëréque exsufflatum verborum. Cur sic profunda fœmina sepeliuit secretum, quæ poterat de insolitis ausibus mercede gloriæ ante meritum munerari, famámque de spectatione subire, antequam periclitaretur victoriam? Circulatores blaterant operanda prodigia, tenéntque attonitos auditores, mirabilium sponsione producta. Semper garrulitas fortissima est, victrix in sicco, sine puluere triumphans labris mira promittit, & quà magis est vacua, ad aëris pulsum, maiorem strepitum edit. Dolium in tactu probatur si plenum sit; minus habet, quò magis sonat. Qui tacet, plenus est; qui blaterat, nimiùm inanis. 50.

Rasin Rex Syriæ aduersus Ierosolymas ascenderat; cùmque non præualuisset, in Iudam conuertit exercitum. Tunc Isaias Numine imbuitur, vt Achaz Regi fortitudinem ingerat, Isaiæ 7. vers. 4. *Dices ad eum: Vide vt sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris.* Cur prima ad fortitudinem diligentia silentium indicitur: *Vide vt sileas?* Exordium pellendi timoris taciturnitas fuit. Qui robore & neruis animosus duratur, nullam membrorum portionem timori permittit, intraneis viribus pro exercitu solidatur. Ergo argumentum fortitudinis edet Achaz, si sileat: quoniam ignauiæ indoles est, in verba distendi, & qui intrinsecùs timet, foris in pomposo sermone strenuus nititur apparere. Si sileat Achaz, Iuda in pace ab inimicorum silebit incursu. Per oris rictum, ostiúmque labiorum, quasi per caminum, totus ignis in fumo deuolutus egreditur. Quò plus fumigat lignorum strues, minus apte suscipit flammam, vtpote quæ siccis quercubus, plus quàm humidis folliculis immutritur. 51 Isai.7.4.

Ad prodigia Dei peragenda in Ægypto deligitur Moyses. Rubus apparet igneâ pluuiâ rigatus. Nihil magis crepita in incendio, quam manipulus verticarum: cur spinetum non crematur in æstu. Exod. 3. v. 2. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.* Quare non comburitur rubus? Si vrerentur viticæ, citò deficeret 42. Exod.3.2.

deficeret spectaculum. Vt tardiùs duraret prodigium, nullum crepitum vrtice dedere, quæ si cremarentur, strepitum edidissent. O dignum Numinis insidentis morâ, rubi silentium! quâ tacita, spatiosius in corde ignem Deitatis continuit. Quoniam non loquuta est Numinis influentiam, nec per clamorem ardentium sentium totum montem de publicatione miraculi impleuit, diutino beneficio solium præstitit maiestatis. Quid? In corde rubi Dominus sedit, nec se egrediebat ad extrema, vt implexis latebris spineti non euaporatus duraret. Vides?

Exod. 3. 4. Vers. 4. *Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi: & ait: Moyses, Moyses.* Cur non illicò Dominus loquutus est, sed Moysis oculos pauerat, nondum aures? Quoniam omnium miraculorum elenchus, compendiúmque virtutum, quæ erant in Ægypto operandæ, in rubo fiebat, priúsque videri quàm audiri debuerunt. Inde loquuturus Dominus, adhuc in medio rubo latebat, ne se totum prodidisset è corde, vt solidior firmaretur virtus ad opera. Inde & Moyses, qui solùm accesserat vt videret, meruit vtique & vt audiret; oculósque nitore, aures & sermone satiauit.

53. Iubet Dominus vt nuntius procedat ad Pharaonem, & in prodigiorum potentiâ Regem emolliat, vt populum à seruitute dimittat. Ingerit ei miraculorum virtutem, & ad arbitrium virgæ, quam tenebat in manibus, elementa submittit. At ille post experientiam signorum

Exod. 4. 10. ait Exodi 4. vers. 10. *Obsecro Domine non sum eloquens ab heri & nudius tertius: & ex quo loquutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum.* Si virga sat est, vt miracula patret, quid causatis linguæ balbutiem? O! incepit esse aptior miraculorum minister, qui tardiorem linguam confessus est. Oris muti virtus confluet in manum: quoniam quod vni potentiæ deficit, aggregatur in alteram. Cæcus viuidiore memoria pollet; cui deficit manus, vtitur dociliore lacerto; alterum pedem citiùs mouet mutilus in altero. Obfirmauit prodigiorum euentum, qui silentium promisit, magis ex natura, quàm ex arbitrio. Nulla sunt facinora celebriora, quàm quæ à balbutiente Moyse in Ægypto patrata sunt. Tardus ad loquendum, Deitatis ornatur elogiis, & linguæ ægritudo tacitæ humilitati deseruiit, vt verè opera cælestia edidisset, quorum laus in silentio est. Multum trahit de Deitate, labiorum quies, obmutescentésque lingua, cum manus operatur egregiè. Quoniam Moyses culti sermonis, stylíque abundantis defectum obiecit, Deus constituitur Pharaonis Exodi 7.

Exod. 7. 1. vers. 1. *Dixítque Dominus ad Moysem: Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus.* Fœlicissima silentij fortuna, fausta asperitas linguæ, & ad vocis modulos ægrè volubilis! Dei nomen erga Pharaonem sortitus est, quoniam erga eum facturus erat signa in silentio.

54. Mira proles promittitur Zachariæ, & de effœta coniuge nobilis fœtus. Ille senectæ memor, politíque vigoris, prodigij signum nititur

Luc. 1. 20. extorquere: tunc Angelus inquit, Lucæ 1. v. 20. *Ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant.* Cur Prophetæ genitor mulctatur in lingua, dúmque genitalis feruor à frigidis visceribus aperitur, obstruitur organum vocis, & antequam vox deserti nascitur, obtumescit? Oportuit operis ingentis artificem, pangendíque nobilissimi filij parentem, non priùs se euulgare tantæ sobolis fortunâ fœcundum; ne si vocem iactando minueret, non tam sonoram gigneret vocem, fertilémque virtutem publicatione gloriæ tenuaret. Illicò ac nascitur Ioannes, loquitur pater; quippe post opus editum opportunè sermo succedit.

Si tacuisset Samson, fortitudinem retinuisset. Cur fortissimus virorum sic redditur imbecillis, vt nec à fœminæ sinu vires suppeterent ad recessum? Periculosa fortitudo erat, quæ in extremitate corporis insidebat, non intus in neruis, sed foris in crinibus, quasi eructata & egesta per cutem contrectari facilis, non difficilis euulgari. Quæ in capillorum inerat publico, per linguam incauti Herois diremit secretum. Vix Dalila agnouit causam fortitudinis euulgatam, cùm illicò sibi gratulata est de Philisthinorum victoriâ. Statim iudicauit eneruem iuuenem, cuius per os iam tota effluxerat fortitudo, cuius in crinibus, nempe in capitis limine, robur manifestum insederat. Pluries deceperat Amasiam vir: illa irrequietis curis organum fortitudinis inquirebat. Tandèm ille Iudic. 16. vers. 17. ait: *Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus, id est, consecratus Deo sum de vtero matris meæ: si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea.* Quid tunc fœmina? *Videns quòd confessus ei esset omnem animum suum, misit ad Principes Philisthinorum, ac mandauit: Ascendite adhuc semel, quia nunc mihi aperuit cor suum.* Vnde percalluit, non alterum ex pristinis hunc Samsonis dolum fuisse; sed statim de mysterio gauisa, Philisthinos confidenter accersit? Incepit fœmina? paruipendere vires, quæ sic suspendebantur è capite, & per capillos quos aër euentilat, fluctuabant. Gloria Samsonis erat fortitudinis causa, nempe Nazaræatus sacer, religiosáque coma. Ergo se ab illustri virium iactauit origine, vt nobilior apud fœminam videretur. Quid quòd illa iudicaret penitus aperuisse cor suum, nullúmque obrepsisse in reuelata veritate mendacium, qui fortitudinem non neruis membrorum, sed sacramento attribuerat, secretúmque retexerat, sibi blanditus, quod cœlitus viribus imbueretur. Cælestia dona, quibus te superi locupletant, medullitùs sile, ne si prodas incautè inanescant.

55.

Iudic. 16. 17.

Vbi voluntas consulit & non mens, amens illecebrosæ voluptatis consilium sit Fœminæ, vtpotè absque capite, à consulis arcetur officio.

SECTIO IX.

PESSIMA consiliatrix voluntas est. Vbi intellectus habenas rationis in appetitus manu deponit, totus rationalis hominis orbis improbi aurigæ culpâ crematur. Cæcus nonnisi in foueam ducit errantem: in vertice mentis oculi sunt, non frontem oculatam gestat voluntas; malesuada est, qua luminibus carens, nescitque nisi de tenebris iudicare. 56.

Voluntas

Voluntas & voluptas nonniſi litera diſcernuntur, amicâ ſibi familiaritate congaudent; ſed inteſtino dolo decipit hæc, capitur illa. Qui conſulit voluptatis ſenatum, aditque illecebrarum comitia, quot ſuffragiis ad concupita ſuadetur, tot ſagittis configitur ad ruinam. Iure damnatur, qui Magiſtratus prætextam dedit arbitrio, ſtetitque ante cordis tribunal, è quo praua cogitationum decreta, ſubdoláque mortis vota procedunt. Hæc vna potentia ſuperflua in Senatoribus eſt, voluntas. Si illa ſedeat, & intellectus ſtet; ſi amor ferat leges, intellectus auſcultet, corrumpitur ordo iudicij. Non præſideat pectus, ſed caput, ne euadant amputata conſilia, cùm ab hominis medietate proueniunt, non à verticis altitudine, quæ ſub ſe, quaſi in arduo ſolio, inferius membrorum vulgus gubernat. Fœminæ, quæ abſque capite ſunt, quarum nempe caput vir eſt, quà mente pollent minùs excultâ, plúſque voluntatis, quam intellectualis acuminis ſortiuntur, ſolo pectore, vbi amoris eſt ſedes, conſtare putantur. Qui conſiliatricem fœminam deligit, magiſtrum ſibi parat amorem, & ex appetitus ſchola, inepta & fragilia documenta requirit.

57. Multum de viro maſculáque virtute Iuditha traxerat, ſed fœmina fuit. Debilioris rationis non debilem coniecturam ſexus præſtabat. Magiſtratus Bethuliæ licèt ei poterant fidere, qua Iudithæ, potuerunt diffidere, quà mulieri; ne in delicati ſexus conſilio periclitarentur populi vitam? vtpote quæ non mente ſed pectore, non intellectu, ſed corde, non ſcientia, ſed voluntate tribuere poſſe videretur conſilium. Ergo efflagitant ciuitatis Primores, quod pectoris fœminei conſilium à virtute Dei roboretur, & quod à ſexu tenero tenerum & enerue effluebat, ſuo Deus robore ſolidaret, verſ.8. *Deus Patrum noſtrorum det tibi gratiam, & omne conſilium tui cordis ſua virtute corroboret.* Expende illud: *Omne conſilium tui cordis.* Cur non *tuæ mentis*, quæ conſul ſolet eſſe, non cor? Cor palpitanti inquietudine fatigatur, irrequietíſque ſaltibus à ſe continuâ agitatione mouetur: nonniſi quietum iudicium eſt, ne ſi vertigine circum agitur, in tota ſua cadat. Sanum dixeris: quod celeribus pulſationibus agitur? Imò inſaniæ ſuſpicio vertigo eſt. Malè ad populi ſanitatem intereſſit conſulentis inſania. Nihil inquietius amore, qui à cordis ſitu inquietudinem didicit. Ergo cordis conſilium non tutum erit; vtpote non pacis, ſed tumultus amicum, impetuoſum, varium, & quia cæcum, vbique caſurum, plurium angulorum, quippe tentando impingit in angulos, multiplex & diſſimile ſibi. Ideò vt ſibi conſtet, & euadat immobile, occularíque perfundatur nitore, radicéſque agat, nec impulſibus venti ſubiaceat, exigitur robur diuinum, virtúſque ſuperna, quæ ſupra circulos orbium, qui irrequieto gyro rotantur, perſiſtit immota: *Deus ſua virtute corroboret.* Adeò enim timendum eſt ab humani cordis, flexibiliſque voluntatis conſilio, vt propugnotre firmitatis nullum niſi Dei robur ſuppetere poſſit.

58. Cur Angelus primus, qui totus mens, & intellectualibus luminibus abundabat, in primo ſui ortus aberrauit diluculo, ceciditque, cum ſurgebat ad vitam, & in beneficio munificæ lucis inuenit tenebras inſipientiæ? Quoniam Dei ſimilitudinem appetiuit. Qui potuit tam ſtolide ambire, à cuius intellectu ſapienti, quæcumque erroris arcebatur iniuria? Ignorantiæ piaculum perpetrare non valet, qui iugiter illuſtrantur iubare ſcientiæ; nec obrui ſtoliditatis caligine cui ingenita lux aſſiſtit: ſicut nec ſitire fons, qui natiuâ ſui ſcaturigine madet. Verum eſt. Non fuit vſus intellectu ſed corde; vectes obiecit luminis aulæ, quæ licèt intrinſecus ſibi lucebat, vtpote clauſa, non præſtitit toti Angelo claritatem. Cur ſi putas? Quoniam conſulem ſui appetitum effecit; ſubdidit moderamen arbitrio, clauúmque, qui rationis erat, cordi porrexit, otiantéque ſapientia, in medio lumine cæcutiuit. Non credis? Audi Iſaiam cap.14. verſ.12. *Quomodo cecidiſti de cælo Lucifer, qui dicebas in corde tuo: In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ero ſimilis Altiſſimo.* Conſidera in quo dicebat: *In corde.* Intellectus dicit, non cor. Verbum non ex voluntate progignitur, ſed ex intellectu procedit. Qui conſilium eruit ex corde, quid quòd adhuc intellectu ſapiens erraret? Iſai.14.12.

59. O ingens ſtoliditas & ſocordia! Similem ſe cupit Altiſſimo, & ab Altiſſimi indole ſe diſcernit. Supernus genitor non amore dicit, ſed verbo, intellectu, non voluntate: qui dum dicit, generat; nec niſi opere intellectus completo, in amorem ſpirandum procedit. Quod ſi aliquando dicere corde proferatur, præter verbum, quod gignit dicendo, Spiritus ſancti bonitas ex indiſtanti adiicitur proceſſione. *Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.* En verbum & Bonum, en Filius & Spiritus ſanctus, quippe indiuiſa nec partibus variegata natura, ne in diuerſæ naturæ germina erupiſſe putetur, vnius vocabuli fonti, licèt officij duplicis, geminam proceſſionem adſcripſit. Quod ſi maius, quod Altiſſimus Pater corde ſuo dixerit verbum, dicas tu & corde, ſi tam fœcundum cor habeas, in quo abyſſus ſcientiæ & amoris indiſcreto pelago exuberat. Nonniſi cor Dei apertum eſt conſiliis ſapientiæ, vbi amor non conſulit niſi ſapiens, nec ſapientia dirigit, niſi amans. Et tamen ne cùm conſulit, aliqua voluntatis & arbitrij irrepat ſuſpicio, totus vult nuncupari ſapientia, & in eruditionis ſchola priùs magiſterium, quàm Magiſtratum obire. Prouerb.8. verſ.12. *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Meum eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo.* Pſalm.44. 1. Prou.8. 12.

60. Nemo Deo calumnioſior, quàm Achitophel, de quo 2. Reg.16. v.23. dicitur: *Conſilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quaſi ſi quis conſuleret Deum: Sic erat omne conſilium Achitophel.* Quis erat hic, qui quaſi ex tripode conſilia mittebat, nec vnum ab oraculi aberrabat elogio? Quis non crederet, nihil fœmineum, nihil fluxum, & laſciuiente pectore lubricum, virum, cui Senatoria Dei tribuebatur prætexta, aliquando potuiſſe conſulere? Et tamen illecebroſo corde, fœmineáque ſocordia conſuluit verſ.20. *Dixit Abſalon ad Achitophel: inite conſilium quid agere debeamus. Et ait Achitophel ad Abſalon: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimiſit ad cuſtodiendum domum: vt cùm audierit omnis Iſraël,* 2. Reg.16. 23. 2. Reg.16. 20.

quod fraudauerit patrem tuū, roborentur tecum manus eorum. Bonus consilio, qui continuit libidinem, & è bellicum gynecæo efformauit senatum. Quid nisi fœmineos propudiosi piaculi consuluisset amplexus, qui vt lasciuo cordi Absalonis consilium luxuriosum ingereret, non virilis intellectus, sed fœminei cordis visus est magisterio, appetitúque iudicauit, non mente, robúrque Absalonis in concubinarum lupanari deposuit: *vt roborentur tecum manus eorum.* Non roborat, sed eneruat lasciuia: robur Martis a venere conquiritur. Consilium bene censuit infirmum, quod nonnisi cum fœmineis haberetur. Ipsamet insipientiâ fassus est, quòd vbi intercedit fœmina, quæ est libidinosi amoris obiectum, robore sit opus alieno. Castitatis & fortitudinis erat prodigium Iudith, & tamen Bethulienses, ne periclitarentur à sexu, iure optant, quòd consilium cordis sui corroboret Deus.

61. Quæ pœna pessimo consuli Achitophel infligetur a Deo, vt Numinis diluatur iniuria: quippe qui in consulendo vt Deus habebatur, diuinique consilij sapientia improbo pungebantur opprobrio. Nulla aptior vindicta fuit, quam qui voluntatis flaxæ consuluerat errore, suamet voluntate consiliatrice mortem oppeteret, arbitrióque proprio delegisset suspendium. Sic contigit 2. Reg. 17. vers. 23. *Porrò Achitophel videns, quod non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, surrexitque & abijt in domum suam, & in ciuitatem suam: & disposita domo sua, suspendio interijt.* Quo iudice, quove consule ferente sententiam affectus nequissime consul? Tumet reus, tumet iudex, tumet carnifex es. Non vi, sed voluntate suspenderis, qui non intellectu, sed voluntate dabas consilium. Sapienter se Deus vltus est, qui tuo arbitrio laqueum permisit, nec ipse volens, sed sapienter permittens, infamis, & flagitiosi supplicij consilium passus est, à tuomet non violento nutu perferres. Nonnisi mortis, est voluntatis consilium, quippe de fœmina venit, quæ admonuit virum, vt de pomo comederet, sub quo mors generis latitabat.

2 Reg. 17. 23.

62. Sanicm radebat Iob in stercore pro subsellio. Desolato viro quale coniux consilium suggessit? Iob 2. vers. 9. *Benedic Deo, & morere.* Abiste mulier; caput non habes, nisi maritum, non ex intellectu loquens, sed ex pectore: Mentis consiliatricis sedes in vertice figitur: tu è latere viri auulsa, vbi cor insidet, nonnisi latus es pro corpore toto. Inde vt moreretur consuluit, quæ quod appetebat, admonuit. Nolebat vlteriùs partem viri pauperis remanere, vtpote cum quo ex coniugij nexu vna caro erat, quam nouerat lepra scadentem, fluentémque tabo, purulentísque vulneribus oblitam. Si Iob moreretur, mulier impoliata maneret, totaque absque plagis prolomitatibus intrepida, cuius pars in marito decederet. Ergo quod desiderabat, consuluit, nec mentis, sed cordis monitio fuit. Quidni ad mortem impelleret, quæ tali consiliatrice vsa est? Quid tunc Iob? vers. 10. *Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es.* Insimulauit illicò de stultitia, quæ ad suæ voluntatis palatum stolida consulebat. Agnouit esse intellectus extorrem, quæ in solius cupiditatis addiscebat schola.

Iob 2. 9.

Iob. 2. 10.

Vers. 12. Quæ respondit: Filia sum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quod dentur vobis in deprædationem; pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vltrò tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro.

Calamitosi infortunium, vt Aquilo, dispergit amicos, quos fortunæ blandus Zephyrus congregauit.

Sectio X.

Amicitiæ & cogitationis nouerca aduersitas est. Nemo habet amicum nisi vt habeat: non perdere, sed opulentum esse contendit. Voluptati, pretio, fortunæ charitas humana deseruit, natiuáque sanguinis qualitas solùm fatetur cū prosperitate agnationem. Qui coniunctior est genere, periclitantem contribulem, naturâ refragante, fugere non veretur. Solidior affinitas est fortuna; societatisque crimen, discrimen subire bonorum. Pestis, qua contabuit domesticus, domesticos fugat. Procliuior contagioni putatur sanguis in eiusdem generis successoribus, quasi genitalis communionis commercium culpa sit, quæ pœnam nititur euitare veneni. Qua tenerior & mollior amicitia est, infœlicitatis luem in amico auersatur, ne in teneriore carne toxicum prendat. Filius deserit desolatum parentem, & a malo sydere tactum, quà intimior, execratur familia, quæ & recidit à lateribus, ne ferat de calamitatis fumo portionem. O bona mortalia! cum natura de fœcunditate contenditis: nullus est fertilior vterus affluentiâ. Innumera prole se conspicit stipatum, quem diuitiarum grana, seménque fauoris impraegnat: absque patre, absque sobole est, quem calamitosa bonorum sterilitas infamauit. Amicus dicitur vsque ad aras: quas si putas ex interpretatione mundialium? opulentiæ, nobilitatis, insignium, purpuræ, splendoris, & throni. 63.

Idolo in altaris solio bracteato, integrámque Numinis referente figuram, quisquis adorationis poplitem vertit. Si manus simulachri, seu frontem fulmen calamitatis tetigerit, opprobriíque fuligine cutem denigrauerit speciosam, non cultus deuouetur, sed dorsum: expungitur ab albo Deorum, cui manus ad præstandum defecit. Azotij colebant Dagon, cuius societatem in templo, non sustinens arca, in pauimentum simulacrum allisit 1. Reg. 5. v. 3. *Cúmque surrexissent diluculo Azotij alterâ die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini, & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. Rursúmque mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen; porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* Cur manus ab idolo scinduntur, æreæque palmæ à cætero aulsæ metallo in limine iacent? Vt deciderent Numinis adoratio, cui manus ad munera non suppeterent, sed pellundarent palmas in limine 64.

1. Reg. 5. 3.

limine, eiúſque infortunium calcarent. Nulla abolendę adorationis certior eſt medicina, quàm ab adorato manus auellere; pedibus illicò in veſtibulo contereretur, cui amputata fauoris & diuitiarum facultas eſt. Si qui rogat, non qui ex ære conflat, Deos facit, Deus eſſe deſinit, qui & ob inopiæ initium incepit eſſe impotens vt rogetur. Fugient iam ab aris Azotij, quarum erat auaritia Sacerdos, nec niſi pro pretio donorum victimæ mactabantur. Cur in priore ruina ſimulacrum integrum manſit, & maieſtatis pondus, quò maiorem ictum ſuſtinuit, ſuomet caſu in fracturas non iuit. Altiori ſitui maius imminet præcipitium: qui à culmine decidit, non totus peruenit ad radicem: longitudo ruinæ in quolibet ſcopulo membrū laceratum relinquit. Sed oportuit inconcuſsè cadere ſimulacrum, ſi vel ſolus caſus ſuffeciſſet ad odium. Verùm quia idololatræ non calamitoſum putauerūt idolum, quod adhuc poſt ruinam manus habebat, ſolumque commutauerat ſupremum locum pro humili pauimento, facileque eſt leuare quod cecidit, ſi nihil amiſit in caſu: ideò ſecunda vice fatiſcit diſcerptáſque palmas cadendi impetus proiecit in limen; vt calcatis inſtrumentis fortunæ, cultum iam tranſigeret in opprobrium. Ideò qui ſine manibus Dagon iacebat, ſolus dicitur remanſiſſe: *Porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo.* Lyſolus coniungerem cum *Dagon*, vtpote qui ſolus, & deſolatus iacebat, abſque comite, abſque miniſtro, qui cum palmas habebat extentas, manúſque continuas brachiorum metallo, plures numerabat amicos, adorantiúmque turba pollebat.

65. Humano more Iuditha loquuta eſt, v. 12. *Filia ſum Hebræorum: ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quod dentur vobis in deprædationem.* Expende cautam, Cur fugiſſe ſe dicat. Quoniam erat Hebræorum filia: ideò ſuos dereliquit, quos dira calamitas obruebat, infortuniorúmque tempeſtate ſubacti, iám ori gladij ſe deuouerant deuorandos. Quoniam parentes agitantur fluctibus in naufragio, deprædationiſque periculum ſubeunt, filia concito gradu fugit. Fugam non tam impulit calamitas, quàm cognationis, & quæ debuerat commune ſuſtinere diſpendium, ne partem pateretur doloris, totam agnationem deſeruit. Niſi eſſet callidiras eloquentiæ, fœminam accuſares, quæ à parentibus laborantibus, vt diſcederet citiùs, fugam arripuit, fugere enim eſt velociter ire. Sed mores humanos prudens Heroina percuſſit: nihil enim tam frequens in ſæculo, quàm in ridenti fortuna potentibus adhærere, à calamitoſis diſcendi, etiamſi fugæ infamiæ condemnet.

66. Matth. 26. Irruente in Dominum, Phariſæorum cohorte, quem tres diſcipuli comitabantur in horto, meditare quod contingit v. 11. 56 *Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt.* Non ſat fugiſſe, ſed & relicto eo? Quem fugitis? Scribas & Phariſæos, armatúmque Dæmonis ſatellitium? Imò qui quæritur, lictoribus ipſis fatentibus, ſolus eſt Ieſus Nazarenus, cui oſculum figit perduellio diſcipulus, ne manus aberraret prendentis. Sed Ieſum fugerunt, qui inter infeſti agminis impetum reliquerunt. Si relicto eo fugerunt, fugiunt tantummodò, vt eum relinquant, feralibus flagellis expoſitum, quem patrantem miracula ſequebantur. *Non ſat, quòd abirent lentò, ſed diſceſſiſſent veſtigio? Sanè Dominus,* Ioannis 18. verſ. 8. dixerat: *Dixi vobis quia ego ſum: Ioan. 18.*
Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. vt impleretur ſermo, quem dixit: Quia quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemquam. Aliud eſt fugere, aliud abire. Si ſinit abire cohors inimica, Cur ſodales Domini fugiunt? Vt velociùs deſererent, quem inuaſerat clades, & calamitas obſidebat. Abire permittant hoſtes: infortuniū cogit, quòd fugiant; expeditores alas cadentis à dignitatis ſtatu infœlicitas addit, quam proprio metus impendentis periculi. Quid intereſt Domine, quòd non perdideris quamquam ex tuis? cùm te perditum inter hoſtes concupiſcunt, ſuamet libertate te perdunt. Prima inopia, & exauctoratio leuior labor & aduerſitas eſt; diriùs concutit prompta derelictionis ſequela: comitata calamitas mitiùs pungit.

Pſalm. 30. verſ. 12. poſtquam dixerat: *Infirmata eſt in paupertate virtus mea,* dolet congeriem, 67. Pſal. 30. 12.
quæ fuit adglomerata malorum: *Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde.* Exaggerauit appendices inopiæ; inimici conuitiantur egeno; ſed egenum timent amici, ne per ſocios ſerpat contagium, & in amicitiæ inguine adhærens lues vulnus efficiat. Creuit derelictio, titulo familiaritatis creſcente. Benignius eſſet, opprobria incutere, cùm viderent. Ne vel oculos iacerent in amicum, quem fortuna nudauerat, fugiunt celeriter à conſpectu; nec foras fugerent, niſi intus eſſent. Modeſtiùs ſe inimici geſſerunt, dum perfricta fronte calumniabantur egenum: ſaltem vident, quem iam præ inopia inuidere non poſſunt. Sed nec ſuſtinent videre ſodales, qui vt tergum cæcum verterent deſolato, fugerunt, vixque auerterunt oculos, cùm obliuio ſucceſſit, ne vel in cogitatione conſpicerent, vultúmque inopiæ in imagine detinerēt.

Iob deciderat ab ſtatu, & in ſtadio patientiæ 68.
cum laboribus luctabatur ad laurum, ſterquilinium erat pro arena, pro aduerſo gladiatore cumulus lepræ, teſta ſaniem radens pro brachio quo ſuum pugilem contundebat. Inopia reddiderat nudum, ne quid deficeret de gymnicis legibus. Nihil ei de familia remanſerat, niſi coniux, quæ non vt vngeret, ſed vt pungeret, ad ſuſtinentiæ athletam acceſſit. Iob 2. v. 9. *Dixit autem illi vxor ſua: Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo & morere.* Et tu, cui dæmon vt amicæ pepercit, infeſtas virum calamitatibus actum? Suprà Dæmonem audes, cui cum vita Iobi conceſſa non fuit, viuum, etſi vulneratum, reliquit. Mortem, quam Dominus, certaminis ſpectator inhibuit, incutere tentas, quaſi paruum putes intentare diuortium à viro, quem mutauit egeſtas, niſi & eum mori ſatagas, ne inopis mariti portio perſiſtas. Sic fuit. Quaſi cum diuite fortuna, non cum homine iniſſet connubium, vix agnouit mendicum, cùm iam recuſat confiteri maritum, fœderáque ſolicitat connubialia ceſſare, & vt illa diſcedat, ille decedat, obliuionſque datus ſit tanquam mortuus à corde. Non potuit amplius fugere à viro, quàm iam cogitare defunctum, à fortunæque iactatione, regaliſque throni caſu non ſolùm eliſum putare, ſed mortuum. Etiam ipſa pars hominis auelli procurat ab homine, quem aduerſitas debellauit. Vxor vna erat cum Iobo caro, vixque nudata per mendicitatem oſſa conſpexit, cum hæc

caruncula, quæ ei suppetebat, à cætero corpore auelli conatur. Quid tunc ille vers. 10. *Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?* Quæ responsio hæc, vt vxoris sisteret petulantiam? Imò & malum suæ pere coniux suadebat, quæ ad extremum malum, mortem videlicet, instigabat. Percalluit Iob, qua coniux ægritudine laborabat, nempe appetentiâ bonorum, quæ præ viro bona æstimabat, nec thalamum amauisse plenum viro sed opibus. Ergo quod resiperet erudiuit, nupsisséque cum homine, non cum bonis, quæ commodato Dominus dat, vel potiùs deponit, non præstat, nec diem expectat cedere, vt dimoueat depositum; sed ad nutum, quando libet, abducit.

69. Accedit Iesus, vt à mortis fouea Lazarum suscitet: lapidem iubet attolli sepulchri, Ioan. 11. v. 39. *Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat: Domine iam fœtet, quatriduanus est enim.* Euangelistæ diligentiam obserua. Quid opus admonere, quod quæ talia protulit verba, & Martha erat, & soror, & eius, qui mortuus iacebat, cùm iam præmisisset, Martham dixisse: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Humanæ felicitatis expressit indolem studiosus Euangelista, quæ si suaues gloriæ amisit odores, priùs fœtet contribulibus, quàm alienis. Extraneis spectatoribus non fœtebat, fœtet sorori. Nondum, ô mulier, inamœnus halitus nares infestat, nec exesum vermibus corpus, putréque olidum, donec adimatur lapis, fœtidè perflat. Ne dicas *fœtet*, sed *fœtebit*, siquidem pondus tumuli impedit, ne fœtor erumpat. Sed adeò soror cumulauit fratris miseriam anteuertitque mortalis calamitatis reliquias, vt sibi de præsenti iam fœteat, qui fœtorē in futuro exhalabit. Priùs erubescentiam publicandum cadauer excitauit in fœmina, quam nares grauis odor attingeret; & ne cognatæ carnis spurcitias constantibus oculis intueretur, oblatâ accusatione fœtoris, impediebat tumulum aperiri. Nonne melius erit resurgere post fœtorem, quàm in putida cauea remanere cadauer? Parui ducit spem resurrecturæ fortunæ, qui se elongauerit à cadente. Solùm præsentibus inhiamus; futura iacentis gloria, amicorum non detinet sodalitium, qui solùm æstimant, quod spectant, non vtique quod expectant.

Ioan. 11. 39.

Beneficentia in omnes, nobiliori, augustiorique prosapiâ Filium vniuersitati progignit.

Sectio II.

70. BENEFICÆ indolis generosa progenies non vnum sustinet habere parentem, nec angustis laribus delectatur. Omnibus natus est, qui in omnium nascitur beneficium. Curta & sterilis vulua auaritiæ, immisericordiæque vterus sibi soli fœtum producit, nec communem partum exponit, ne de vulgari origine dedecus ferat. Magnificentia & liberalitas communem omnibus edit prolem, quæ omnes reputat vt parentes, pro quorum libertate & fauore vniuersa vitæ parat momenta. Aliquando opus est, filium sibi generet orbis, qui in familias diuisus producit singulos pro numero genitricum. Augusta totius mundi cunabula illi soli contingũt, quem omnium procurandæ saluti peperit mundus; nec in vnius censu pariter computari, quem communi bono, cunctorum viscera effudisse potantur. Adoptio imitatur naturam, adiiciens sobolem ei, qui non genuit: verùm non pluribus, sed vni attribuit, qui in locum filij non habiti sufficiatur. At spatiosior & largior magnanimo viro contigit vulua, qui velut si ab omnibus gigneretur, vniuersum orbem parentem appellat, vt impius in omnes censeatur, nisi omnibus officia filij pro accepta generatione rependat.

Iuditha respondet Assyriis vers. 12. *Filia sum Hebræorum: ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quo dentur vobis in deprædationem.* Quibúsne impendet deprædatio, ô Heroina? Nonne cunctis Hebræis, Bethuliæve ciuibus, quos obsidio dura perurget? Horúmne filia es, quæ nonnisi à gemino sata parente, edita fuisti in lucis vsuram? Sed ampliauit prosapiam benefica fœmina, adeoque patriæ amans euasit, vt se patriæ sobolem nuncuparet: ne quod pro patriæ conabatur salute, liberalitas censeretur, sed debitum; obligatio sanguinis, non clementiæ; natiuitatis retributio, non donum. Nunc iterum nata est de meliore stipite, quà latiori: vnum genitorem dederat vita, sed fœminæ virtus plures effecit. Nunc à communibus Hebræorum visceribus nascitur puella, quæ pro primis vagitibus verba libertatis producit. Patriæ columitatis amor in omnium familias inserit, quam pro cunctorum salute, magnanima peperit fortitudo? sibíque visa est, ære alienò vitæ teneri, donec pro omnibus vitam effundat. Si vis mutare natalia, vtpote quæ ignobilitas defœdauit, & de rudi tugurio in aulæ regiæ hæreditatem & cunabula transigi, strenuus esto, fortiter labora pro singulis; vniuersitatis vocaberis filius, qui vnius eras. 71.

Cur Filius Dei, postquam carnem assumpsit, Filius hominis nuncupatur, nec alio vocabulo libentiùs vtique delinitur? Vt qui pro omnibus mori venerat, filium omnium assereretur, nec à paterna maiestate degenerans, curtam, vt nasceretur, vuluam deligeret. Deus est & omnia supereminens genitor; singularis est Deitas quà vna, sed quà Deitas, vniuersitas est. Ne in multiplicitate pateretur dispendium, nec defectum in numero, absque pluralitate infinitas est. Vt semel diceretur, quod est, nec eius vniuersitas expectaret numeri moram, omnia illicò nominatur, qui dicitur vnus & Deus. Ergo vt aliqualiter humana Christi Domini origo assimilaretur diuinæ, vniuersim Filius hominis nuncupatur, qui vniuersim Filius Dei est? nec signatur cuius filius quà homo, ne in angustias singularitatis abiret. 72.

Cur Virgo decernitur ad conceptum, prolé- 73.
que diuina vterus efflorescit, non virili aratro contusus, quem nonnisi genitus ipse tractauit? Ne vir diceret esse sui, quem libera virginitas peperit. Quidquid sine masculo arbitrio illibata natura producit, omnium est. Suam fecit segetem agricola, postquam seuit, nec ex alieno grano manipulis assurgentibus extraneus, nisi prædo falcem immittit. Quod intussa gleba, nec officiis incitata coloni edidit lilium, omnium est. Campus fit commune peculium, qui nonnisi pluuia cœlesti, communísque naturæ conatibus aperitur in flores, maturescit in fructus, herbosíque fœtus pompam in publicis cunabulis fouet,

uet, ablactatámque ſobolem omnium manibus
leuandam, carpendamque gremij largitate pro-
ponit. Ergo communis fœtus Filius Virginis eſt:
Cant.2.1. Cant.2.verſ.1. *Ego flos campi & lilium conuallium.*
Cúrne campi? Imò horti concluſi; & vbi ſera
claudit, indicat ſingulare dominium. Sed qui
qua virgineus, concluſus, & hortus vterus fuit;
qua florem omnibus germinauit, nec paſſus eſt
ex virginitate colonum, campus meritò nuncu-
patur. Nec lilium perhibetur conuallis, ſed &
conuallium, ne vallis vna ſibi gratuletur de por-
tio, cuius & cæteræ iure publici puerperij, do-
minium habent. Regiones & prouinciæ, ciuita-
tes & regna vocabula ſunt proprietatis: terra
quæ vt genitrix vulgaris ſubſternitur, commu-
nionis; non ſingularitatis eſt vox. Quis nubes
ſub ſua ditione concluſit, munetaque promiſcua
pluuiarum reduxit ad calculum, computauit in
cenſum? Cœlū quacumque aſpicias ſiue Hiſpa-
nus ſis, ſiue Gallus, ſiue Sarmata, ſiue Hibernus,
tuum eſt: ſupera terminos non patiuntur, nec fu-
niculis & aratris ſignantur, quæ ſupra nos ſunt;
ne limitata dominia, limitaneaq; prædia, quod in
commune bonum diſtendit natura cæleſtis, de
anguſtiis priuatæ poſſeſſionis dicatur. Vide quæ
cauſæ Filio hominis oriundo tribuantur, nubes
Isai.45.8. & terra. Iſaiæ 45. v.8. *Rorate cæli deſuper & nubes
pluant iuſtum: aperiatur terra & germinet Salua-
torem.* Omnia communia ſunt, ros, cælum, nubes,
pluuia, tellus & germen? & qui ex tot publicis
generatur, Saluatoris nomen accepit. Commu-
nis ægritudo communem Saluatorem petebat,
quem pietatis largitas dedit omnibus, quæ cur-
tis neſcit detineri cancellis, ſed appetit totius
orbis vocari progeniem.

74. Dominus in Sabbatho cæcorum oculos ape-
riebat, conſtrictos neruos, ſtupidáque membra
laxabat, imperiique pharmaco ægris inſperabat
ſalutem. Conuitiantur Phariſæi, quòd officiis
Sabbatha temeraret. At ille Matth.12. v.8. in-
Matth.12.8. quit: *Si ſciretis quid eſt: miſericordiam volo & non
ſacrificium nunquam condemnaſſetis innocentes:
Dominus enim eſt Filius hominis, etiam Sabbathi.*
Ergóne quia Filius hominis eſt, nullum cum
tempus à medici ſequeſtrat officiis, nullæ feriæ
otia beneficæ manui largiuntur? Qui totus
Saluator eſt, eſſe deſinit, cùm non ſaluat. Si
Saluator viuit in Sabbatho, in Sabbatho nequit
otiari; ne vita ſine vita ſuperſit, eſſéque & non
eſſe in eodem temporis interuallo contingat. Se
prodidit Filium orbis, cum dum orbis irrequie-
to gyro deuoluitur, operandum ſibi pronunciat;
ne niſi communis filij miniſterium exhibeat,
ceſſatione finiat viuendi cauſam.

75. Sed quid eſt: *Dominus enim eſt Filius homi-
Gen.2.2. nis, etiam Sabbathi.* Sabbathi eſt filius, qui Sab-
bathum, vt requieſceret, fecit: Geneſ.2. verſ.2.
*Et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod
patrat, & benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit il-
lum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod
creauit Deus vt faceret.* In Sabbatho ſaltem Do-
mine quieſce: has tibi inducias iam patratus
orbis permiſit. Ceſſa detornatis ſphæris, omni-
potentiæ abſterge ſudorem: nihil Creatori ſu-
pereſt, qui hebdomadam creando compleuit.
Anne ſe filium Sabbathi nominaret (ſi id rigor
literæ pateretur: cùm potius ſenſus ſit, quod
Filius hominis eſt Dominus etiam Sabbathi) ne
ſi ægra ſit Sabbathi valetudo, impietatis ſubeat,
medicinam retrahendo, delictum Filius Dei ſe-

mel totus genitus à Parente refulxit: an ceſſat
genitor, poſtquam ſe totum per generationis
commercium egeſſit in Deum? Imò iugiter gi-
gnit, nec eſt illi Sabbathum, vt remittat genera-
tionis officium, ne deſineret eſſe Pater, ſi pater-
nam parumper deponeret affectiam. Igitur Do-
minus, qui Filius hominis eſt, etiam ſe Sabbathi
dicat filium, & ipſius requiei ſobolem irrequie-
tam, vt & in Sabbatho negotietur, quaſi pro-
prij Parentis miniſteriis incumbens. Non credis?
Relege quod præceſſit: *Quia in ipſo ceſſauerat ab
omni opere ſuo, quod creauit Deus, vt faceret.*
Operoſa ceſſatio eſt, quæ quieſcit vt faciat, Si
iam vniuerſum creauit, quid ſupereſt, vt faciat,
Creatori; Dicendum videretur, *Quod creauit
Deus, vt eſſet.* Sed ne deſiſteret a faciendo, ipſam-
met quietem, vt faceret, procreauit. Imò ſcopus
creationis vt faceret, fuit, ne vnquam manum ab
opere leuauiſſet. Quod ſi mauis Filius Sabbathi
aliquali tropo ob morum diſciplinã appelletur;
quaſi totius orbis creati filius, ab hebdomadá-
que operaria progenitus, qui ex rerum in ſex
diebus creatarum fertili vulua ſe in Sabbathi
lucem erupiſſe perhibuit. Fac vt Filius Sabbathi
ſis, dum omnium creaturarum ſaluti operoſus
incumbas, nec ſuſtineas hebdomadam inaniter
fluere, vt totius lucis filius cenſearis.

Dicente Domino Ioan.12. *Oportet exaltari Fi-* 76.
lium hominis, auditoribúſque reclamãtibus: *Quis* Ioan.12.34.
eſt iſte Filius hominis Ille inquit v.35. *Adhuc mo-* 35.
*dicum lumen in vobis eſt Dum lucem habetis, cre-
dite in lucem, vt filij lucis ſitis.* Quid intererit ad
Filium hominis cognoſcendum, quòd homo
Filius lucis euadat? Quoniam nonniſi imitatio-
ne cognoſcitur, qui quà hominis, eſt Filius lu-
cis. Momento luce pingitur vacuum, & appe-
tente Sole, ſubiti iubaris largitate conſpicuus
ornatur orbis; nec eſt regio, quæ, vt propriam,
ſibi vindicet luminoſam portionem, & ab aliis
plagis ereptam ſibi reſumat. Ergo Filius lucis
Filius hominis eſt, vtpote, quà lux, omnibus na-
tus, vúltque ſibi conformes fieri, quos ex lucis
puerperio in omnes illuminandos producit.

Vis tibi filium lucis oſtendam? Ioſeph fuit. 77.
Poſtquam incepit omnium eſſe quod erat, ſe-
ptémque abundantiam annorum fecit annis ſte-
rilibus deſeruire, quaſi in lucem nouiter edi-
tus, anguſtum primæ natiuitatis nomen depo-
ſuit, cui communis appellatio ſucceſſit, Ge-
neſ.41. nomenclatorem ſe benefici iuuenis Pha-
rao dedit verſ.45. *Vertitque nomen eius, & voca-* Gen.41.45.
uit eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi.
Fuiſtne priſtini nominis commentatio? *Ver-
tit*, ait: quaſi quod Hebraicè Ioſeph ſonabat,
Ægyptiè verteretur *Saluator.* Quandóne com-
mentarius vocis præluſit? Quando apparuit
in ſomno, filium lucis eſſe, quem pro mundi
ſalute luminoſi præſides orbis, nempe Sol &
Luna pepererant, Geneſ.37.verſ.9. *Vidi per ſom-* Gen.37.9.
*nium quaſi Solem & Lunam & Stellas vndecim
adorare me.* Statim pater præſtitit ſe interpretem
ſomnij. *Quid ſibi vult hoc ſomnium, quod vidiſti?
Num ego & mater tua & fratres tui adorabimus te
ſuper terram?* O ex lucidis genitoribus lucidus
fœtus! Vndéne nitidi per ſomnium ſpectri Ia-
cob commentarium accepit, vt pro mundi lumi-
naribus adorantibus vtrumque interpretaretur
parentem? Iam percalluit, Ioſeph mutauiſſe
familiam & in clara cunabula de clariſſima vul-
ua erupiſſe, quem pariebat orbis pro columitate

communi. Quidni euaſiſſet mundi Saluator, quem fulgentes mundi præſides, obſtetricante lumine produxiſſent? Non niſi incubante Sole annus aperitur ad ſegetem; nec niſi menſtruis Luna enixatur influxibus, frugifera terræ ſoboles parturitur. Ergo meſſis diſpenſator opimæ, mundi alitor, vniuerſæque ſalutis nutritor, nonniſi à gemina orbis lampade generatur, vt qua mundi Saluator, eſſet & proles; & priuatam ampliaret ſtirpem, qui omnibus magnificentiæ amplitudine ſuccurrebat. Sol & homo generant hominem, ſed hominem, qui vnius hominis ſit: quem generat Sol & Luna, omnium eſt. Gauiſus eſt Iacob, in nobiliorem familiam filium aſſertum, nec perdidiſſe ſobolem, quam genuerat, cùm in ſpatioſiorem gremium Solis nempe & Lunæ traduxit; ſibi potiùs reſeruauit in commodum, qui in medicinam famis cum tranſtulit ad extraneos, ratus iam non tantummodo ſuum eſſe, qui communibus adoptabatur cœli parentibus. Vides? *Num ego, & mater tua adorabimus te ſuper terram?* Vt quid matris meminit, quæ deceſſerat? Rachel verno tempore obiit in partu: reſurget nouiter, vt adoret? Sed aliam ei ſuper matrem præuidit, cui noua ſuppetebat genitrix vniuerſitas.

78. Paulus ſe filium abortiuum appellat ad Corinth. 1. 15. 8. *Nouiſſimè autem tanquam abortiuo, viſus eſt & mihi.* Nonne integer Paulus, nec in aliqua corporis parte mutilus, è maternis viſceribus emanauit? An quia de tribu Benjamin erat, qui enitentem Rachel mortali retributione donauit, deditque illi mortis vmbram pro luce, de matriſque ſepulchro ſibi efficiens cunabula, funus & vitam in vno natalitio confudit? Inuidit ne Benjamin Genitrici vitam, quam dabat, mortale qui vulnus pro munere vitali rependit? Maluit, illicò abſque matre cenſeri, anguſtum vterum ſibi putans, qui vnius tantùm fœminæ fuiſſet. Gignendus erat de ſtirpe Benjaminica Paulus, qui toti orbi natus, meritò ſingularem mortis tenebris occultauit parentem, & à luce naſcendi auidus funeſtam noctem in Rachele reliquit, vt nouam ab ampliori gremio orditetur progeniem. Abortiuum ſe maluit, qui celeritate naſcendi, menſtrua non patitur expectare interualla; ſatiùs ducens, nondum plenè naſci compactum, quàm prolatæ lucis moram ſubire. Ergo à luce patitur Paulus, cùm eum, vt infantem, terra ſuſcepit, ab equo, quaſi à valua cadentem, Actor. 9. verſ. 4. *Et ſubitò circumfulſit eum lux de cœlo. Et cadens in terram audiuit vocem* Qui completis menſibus naſcitur, non in terram cadit, ſed exit; editur, non eliditur à natura. Abortiuus vtique cadit, qui impetu naſcendi euellitur à viſceribus, vteriſque lacerat moras, ſaltúque temporis agitatus, fecit de puerperio ruinam. Caſus magis quàm natiuitas fuit abortiui, qui cadere maluit in lucem, quàm erectus in vteri tenebris perſtitiſſe. Sic Apoſtolo contigit, qui matrem naturalem obliuione ſepeliens, cucurrit vt nouiter oriretur à luce, & celeritate naſcendi, cecidit vt abortiuus in terram. Cuius filium dixeris qui ſic oritur? Lucis equidem, ſiquidem rapidus lucis amor à viſceribus eum auulſit. Ideò vt ſubitò naſceretur, circumfulxit eum lux de cœlo, ne niſi à luce gemitus appareret, quem cœlum omnibus parturiuit. Statim conſtitit, quibus hæc clara ſoboles naſcebatur, gentibus, regibus, mundo: ipſa enim lux teſtimonium perhibuit v. 15 *Quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Iſrael.*

1.Cor. 15. 8.

Act. 9. 4.

Act. 9. 15.

Verſ. 14. Et cùm audiſſent viri illi verba eius, conſiderabant faciem eius, & erat in oculis eorum ſtupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.

Nimia de mundialibus bonis voluptas ſuffocat immodeſtè fruentem.

SECTIO XII.

Volvptatvm moles enecat voluptates: in mellis ſui pelago ſuffocantur. Gaudia, quà grauidiora ſunt immodicis dulcedinis fœtibus, inſolenti nixu parturiunt dolorem, pondéreque fauoris vterum rumpunt. Non vnus fuit Dionyſius, nec Sophocles, qui nimiæ lætitiæ telo perierunt; plures ægros fecit fœlicitas, quàm calamitas. Vtraque manu fortuna nocet, ſiue læua aduerſitatis, ſiue dextra nimij fauoris. Non qualitas, ſed nimietas venenum eſt; parum toxici ſolet nutrire, non ſemel ſacchari abundantia necare. Nihil eſt amabilius oculis, quàm ſplendor: ſi ſe in fontem lucis Solem immergant, in ſpeculari cæcitate caligant. Plures ſurdos effecit ſonitus grandis, cùm à medioctri crepitu alliciantur auriculæ. Excellens ſenſibile obturat ſenſum, qui ſui obiecti granditate corrumpitur. Quò diuturnior eſt illecebra, eneruat vires; qui durat in concubitu, exinanitur. Humanum cor ſpei amplitudine dilatatur, conſtringitur multitudinis poſſeſſione; plures quàm vacuitas, plenitudo interfecit. Viſcera non fame, ſed ingluuie rumpuntur; niſi ſuccedat vomitus, à tumore epularum fatiſcet ſtomachus, qui ſibi in inedia conſtaret. Quid bonis inhiatis mortales, quæ nonniſi deſiderata retinent bonorum ſpeciem; quà plurimùm acquiſita, & ſe interimunt & habentem? 79.

Quale oculorum lenocinium eſt dulcius, 80.
quàm venuſta frons, ingenitóque elogio commendata pulchritudinis elegantia? & tamen quà nitidior eſt facies, ſtuporem generat in vidente. Formoſitatis prodigio Iuditha florebat: Vix illam conſpexerunt Aſſyrij, cùm in granditate lucis caligant, & in roſeis genis non viſus patrocinium, ſed ſtuporem inueniunt, v. 14. *Conſiderabant faciem eius, & erat in oculis eorum ſtupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.* Quis ſic crederet de pupillis, quas tutudit fœminæ pulchritudo, amœnitáſque corrupit obiecti. O curta capacitas oculorum! in amico ſibi ſpectaculo perierunt. Stupor hebetat membra, quæ delectat lenta lætitia. Meliùs illis fuiſſet, toruum vultum vidiſſe, quos pulcherrimus incantauit. Non tam hæc fuit venuſtatis in fœmina laus, quàm humani pectoris vituperium; quippe quod anguſtum eſt, facileque ſaturatum, difficilè permanet in ſtatu. Sed mortalis gaudij conditio fuit, ex ſuperfluitate nocere. Apis, quæ plus æquo inſedit in flore, cùm ſtimulo vitam relinquit; ſi modeſtiùs ſuccum arriperet, non ſibi amaritudinem, ſed mel aliis

condiret

condiret in fauo. Quo diutiùs detinetur vermiculus, dum sua viscera ad pectenda serica net, quot glomerat licia, casulámque filis adornat, sibi fabrefecit sepulchrum, foueámque nectit suomet labore sepultus. Abstinere bonis, quæ obruunt suo pretio, moléque possidentem alliduntur.

81. Magnitudo victoriæ confodit Eleazarum, qui quà triumphus fuit nimior, occubuit 1. Machab. 6. v. 43. *Et vidit Eleazar filius Saura, vnam de bestijs loricatam loricis Regijs: & erat eminens super cæteras bestias; & visum est ei, quod in ea esset Rex.* Quid aggressus est virorum fortissimus, vers. 46. *Et iuit sub pedes elephantis, & supposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic.* Cur cadis vincens, optimè Heroum, qui maluisti cadere, quàm non vincere? Qua bestiam adoritur grandiorem, immaniúsque trophæum gestiuit attollere, in victoriæ interiit exuberantiâ; non tam ab elephantis pondere perit, quàm à triumphalis magnitudine sortis. Qui bestiæ molem in visceribus perforauit, magnanimóque spiritu non veritus est, in victoriæ suæ medium intrare, satietate fœlicitatis interiit, cui spiritus in abundantia defecit, qui non defecerat ad periculum. De gloriæ portu fecit naufragium, & qui in prælij fluctibus animosus vigebat, obiit in serenitate victoriæ. Quidni sic studioso laudis accideret, qui ingurgitari voluit pelago gloriæ, & de victoris titulo fecit sibi ex bestiæ ossibus mausolæum? Vide quò impulerit ad fœlicitatis excessum. Præcessit, vers. 44. *Dedit se, vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum.* Quomodo poterat æternitas contingere mortali, nisi priùs afflauisset spiritum? Se perdidit, vt acquireret nomen, & in magnitudine durationis immersus, & diuturnitate nominis obrutus, tempus, quo viuebat, amisit. Homo fragilis & caducus excessu immortalitatis conteritur; si simul gestit viuere totum, quod æternitas est, moritur tantæ tempestatis impatiens.

82. Primigenius Adam vix per esum pomum se putauit æternitatem sortitum, cùm se doluit illicò mortuum, & in plenitudine superbæ Deitatis se nudum & egenum conspexit, Genes. 3. vers. 4. *Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij scientes bonum & malum.* Etiam fictæ æternitatis comestio, & in vno pomo simulata Deitatis amplitudo vorata, saturitate sua comedentem oppleuit; sicque exuberauit in vestem, vt & tegumentum abrumperet innocentiæ, corpúsque solidum in puluerem minutum contereret. Edocuit Adamum, quantum nimietas granditatis officiat; siquidem vel granditatis mendacium breuem hominis capacitatem sic saturitate discidit.

83. Idem ac Eleazaro contigit & Samsoni; ab immodico triumpho decubuit. Iudic. 16. vers. 29. *Apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alterámque earum dextra; & alteram laua tenens ait: Moriatur anima mea cum Philisthijm: concussisque fortiter columnis cecidit domus super omnes Principes & cæteram multitudinem, quæ ibi erat: multóque plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat.* Anne cæcam victoriam dixeris, quam cæcus peregit? Nondum affatim se strenuum credidit & victorem, donec Samson Samsonem vicisset. Vt plenior esset triumphus, sé cum Philisthinis maluit occidere, quàm extremam fortitudinis sortem de immani facinore non tenere. Quid agis robustissimè vir? Si superes Samsonem, occumbes. Samson debellari non potest, nisi & moriatur, qui Samsonem occidat. De te triumphus, quia omnium validissimus es, in suamet fælicitate te contereret, nec tu, & à te victor euades, nisi tu & à te victus occumbas. Sciebat hoc Heros, nec fortis ignarus miraculum roboris adoritur; siquidem sibi priùs cecinit epicidium, parentaliáque fecit, dicens: *Moriatur anima mea cum Philisthijm,* iam certò habens nimietatem victoriæ mortem fuisse incursuram vincenti. *Multóque plures interfecit moriens, quàm ante viuus occiderat.* Cur si interficit, ipse moritur? Vtique quia plures interfecit: à pluralitate decessit, qui si abstinenter se gereret in vincendo, superstes duraret in triumpho. Quia moriens, interfecit plures; moritur, quia plurimos interficiens. Nonnisi cùm propria morte, fortunæ exuberantia componitur.

84. Paruus est triumphus, ex quo ad dulcedinem victoris & vitam superest mel: amplissima sors absynthium mortis derelinquit in dente. Sic ipse Samson, postquam leonem discerpsit in frusta, lusitque cum ferocibus iubis, imperatámque Regis animalium coronam cum fragmentis ossium auulsit, olidúque oris rictum formidosum manibus ampliauit, mellis fauum reperit in maxilla, quasi sanguis victoriæ dulcedo fuisset, Iudic. 14. vers. 8. *Declinauit vt videret cadauer Leonis, & ecce examen apum in ore Leonis erat, & fauus mellis.* Deuora totum succum triumphi fortissime vir, qui ne deuorauerit à bruto, vitam ei medullitus auulsisti? ferocitatis expressus succus ille est, gloriæ nectare saturare. Imò vetitus est, ne ab ingluuie fortunæ, triumphique immensitate rumperetur infartus: absti nenter solam partem libauit, ne si totam deglutiret, lacerati leonis posthumi dentes suum victorem arroderent ad ruinam, vers. 9. *Quem cum sumpsisset in manibus, comedebat in via veniénsque ad patrem suum & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederunt: nec tamen eis voluit indicare, quòd mel de corpore leonis assumpserat.* Cur partitur cum parentibus fauum, melleúmque saporem communicat, cùm hanc annonam robusto gladiatori integram victoria dedisset? Incepit ab excessu sortis timere, qui à leone non timuit; qui bestiam in frusta diuiserat, in portiones diuidit fauum, ne si plenam manderet gloriam, vel vomitum subiret, vel mortem. Nisi abstinens sit laudis libatio, pársque nec tota gloria voretur, opprimit helluonem satietas, qui ad totas reliquias facinoris post facinoris sortem, incapax est. Quin & Samson nec gloriæ patrem, quam in mellis comedebat portione, ausus est integram deglutire? siquidem occultauit, occisi leonis esse medullam, ne & in parte dulcedinis totam gloriam occisoris comederet. Nondum est victoria, dum est secreta; marcescit in abdito triumphus; currus, & pegmata, sonantísque gratitudo clamoris, non hostium clades, facit victorem; ore, non manu decernitur Imperator. Ergo nondum leonem vicerat iuuenis, qui eum in abscondito lacerauit: tunc vincere potuit incipere, cùm inciperet euulgare. Ideò & frustum mellis haustu modesto absorbuit, nec bestiam lacerauisse nuntiauit; ne satietate triumphi, gastrimargiáque laudis obiret, Gen. 3. 4.

& à gloriæ apoplixi mortem, quam bruto dederat, oppetiisset.

Bona cœlestia quæ primò territant inexperta; gustata, ruminatáque consuetudine fruendi ... delectant.

SECTIO XIII.

85. DIximvs in præcedenti sectione, humana bona esse lethifera, quà excedentia, & quò magis exaggerantur, magis esse bona desinere; quippe in sortem malorum de nimia multiplicatione feruntur. Quod est magis bonum, optimum dicitur; sed caduca bona (quæ videntur, non sunt) dum magis augentur, pessima fiunt, numerus siue quantitas speciosæ, spatiosæque in sæculo bonitatis, in malignitatem deflectit. Admonet Vates Psal. 61.
Psal. 61. 11. vers. 11. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Cur non apponatur cor, quod, vbi thesaurus insidet, est? Ne apponi supponi sit, & à metallorum onere premi. Si specus excelsis saxis montem suspendat, cui debilia in radice cæmenta; quis impauidus sub minante supponetur ruina, non timens scopulorum discisso pondere sepeliri? Quid quòd lapidea, seu aurea sit moles? pretiosum onus sic conterit corpus, ac vile. Cor desuper diuitiarum cadente metallo, opprimetur à gloria, & licet pretiosè, peribit. Non qualitas, sed quantitas ponderosa est & acuta; seu argentea, seu ferrea, ferit & terit.

86. An & bona cœlestia, quæ mortalibus sensibus obiiciuntur, illos ex sensibilis nimietate conturbant, & angustas esse hominis potentias euincunt, qui nec cœlestibus, quibus natus est, dum mortalem vitam agit, capacitatis amplitudinem habet? Certè Assyrij libantes oculis, fœminæ venustæ decorem, illicò defecerunt stupore correpti; obstrictáque pupillarum acies contabuit, nec potuerunt respicere, quam videbant vers. 14. *Considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor; quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.* Nonne hic frontis & genarum splendor de cœlestibus erat, nec quem pigmenta sæcularia adiuuarunt, sed quem de diuini iubaris penu Deus indidit amicæ puellæ? Ita certè vers. 4. præhabitum est: *Dominus hanc in illa pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret.* Lactea cœlj serenitas, benignáque radiorum temperies nonnisi vespertilionis oculos pungit; ægritudo potentiæ est, non lucis rigor, pupillas oculorum à lumine vapulare. Quidquid è superis venit, modo suo constat, non immodestum est, nec prodigis excursibus temerarium; ex pondere venit; in lance prouidentiæ libratur: si fluidum est, mensurâ decernitur; numero, si diuisum. Non sic quæ sæculum bona dispensat; alij granum, alij totam messem attribuit; vni guttam stillat, alteri pelagus vniuersum effundit, stipem egeno, cumulum diuitiarum potenti. Sic tumultuaria sunt mundi donaria, vt alter fame, alter satietate, & vterque miserè, pereat. Cur igitur ad fœminæ formositatem cœlestem, tanquam ab excessu, stupent Assyrij, hæsitantibúsque palpebris, attonitísque luminibus nutant. Quoniam hæc est inter bona terrestria, diuináque non incognita differentia: hæc visa, non gustata, seu stuporem generant seu fastidium; illa prouocant appetitum dum visa, stomachum dum glutita: quibus haustis siue vomitus siue nausea succedit, prodúntque in experientia venenum, quæ inexpertis oculis cutem bracteatam ostendunt. Hæc ipsa pulchritudo Iudithæ; quæ de cœli iubare resplendebat, primùm spectata indidit stuporem; tractata iam, & de familiari eloquio, consuetudinísque manu possessa, non stupidos reddidit, sed amantes. Vix parumper in vsu fœminæ perstiterunt, cum quod obstrinxerat stupor, blanda lenitas cor laxauit, & amore capti pro similis pulchritudinis fœminis se vsque ad necem iure pugnaturos promittunt, dicentes vers. 18. *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro eis meritò pugnare contra eos debeamus?*

Quin postquam stuporem detenuauerat mora, pacatúsque terror sensum restituit; cogitant, hoc miraculum venustatis Holoferni Principi deuouere: gratissimum ei fore putantes, in pulchro mancipio omnes fortunæ dotes sortiri. 87.
Inquiunt etenim vers. 16. *Hoc autem scias; quoniam cum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius.* Si à visa fœmina vestros artus stupor inuasit, sensúsque defecit, & animus medullitus caligauit, quale munus dabitis Duci, quod eius pectoris sanitatem redigat in insaniam, neruos perstringat, & oculos, quos accipiat, stupore remuneret? Vndéne fore gratissimam præuideris, cùm nulla fiat attonito & stupido gratia, si hæc ægritudo ex gratia muneris ei contingat? *Cùm steteris*, inquiunt, *in conspectu eius*, id est, cùm perstiteris, & durauerìs: cœlestia enim dona, Deíque lucida beneficia, dum experientiæ tarditate fouentur, incipiúntque gustari quæ sunt, subiti spectri stuporemdeponunt, amaritudinémque terroris assuetudine fortis vertunt in mel. Obuium est illud Psalm. 33. vers. 9. *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.* Psalm. 33. 9.
Priùs gustus, deinde visus indicitur; quippe quæ suauitas documentorum cœlestium, solùm visa socordes & inertes deterret; gustata delectat, palatúmque de dulcedine informat, quæ oculis deformis apparet. Paupertas, infirmitas, & eremus, sæcularium contemptus, orbitas & ab orbe secessus, quæ supernæ beatitatis sunt dotes, oculos & aures amaricant: nonnisi in gutturis exercitio, vsúque saporis, argumenta suauitatis efficiunt.

88. Deus, qui oculis mortalibus horror, gustus lenissimus ori est; dentibúsque ruminantibus, absque satietatis periculo sapida delectatio, palpebris teneris intuentibus pondus & nox. Igneum spinetum, siue spinosum ignem Moyses conspexit. Pergit vt examinet spectri prodigium Exod. 3. vers. 3. *Vadam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Exod. 3. 3.
Si attonitum priùs eum reddidit admiratio, cur propiùs accedere non veretur, quasi mederetur terrori, si diutinâ morâ oculos in spectaculo pasceret? *Videbo visionem hanc magnam.* Visio non videtur, sed visione videtur obiectum. Studuit in videndo morari, vt si visionem, quam viderat, reflexis oculis conspexisset, ab experto iam lumine palpebræ non stuperent. Spineti ardor

Verbum

Verbum Dei erat, quod ſtatim per implexa vrticarum latibula ſermonem diuinum effudit, verbaque fecit audienti Moyſi, ignémque oſtendit ſuæ vocalem. Nuntium ad Pharaonem Moyſem decernit, legationiſque ſuggerit verba, & de eloquentia maieſtatis, facundiáque Dei diſcentem erudit. At ille cap. 4. verſ. 10. *Obſecro Domine, non ſum loquens ab heri, & nudius tertius: & ex quo loquutus es ad ſeruum tuum, impeditioris & tarditioris linguæ ſum.* Quid ais, ô rhetoris magiſtri diſcipule: Ex quo verbum Dei auſcultaſti, inurbanâ ruditate lingua laborat, ægráque balbutie ſyllabas nectis? Quid? Verbum Dei, quia vocalius eſt, quia exculti ſermonis immenſitas, & affluentiæ flumen facundum, dum primum ab homine auditur, non ſermonis, ſed obmuteſcentiæ ingerit diſciplinam. Si vis facere mutorum ſcholam, adhibe in ſuggeſtu Magiſtrum Verbum: à fandi copia, ineffabilique exceſſu ſermonis lingua muteſcit, & quà infinitum audit, minus præualet, reſponderet. Obtunduntur organa vocis ad immenſæ vocis impulſum, & niſi laxat neruos ingentis aſſuetudo clamoris, neſciunt labia vocabula detornare. Quam medelam balbuties habebit? Ad ſonorum torrentis ſtrepitum cantores ſolent rumpere guttur; & æmulatione ſequendi pelagi frementis tenorem, puſillitas organi, impedimentúmque linguæ ſenſim per conſuetudinem eruditur. Ergo Moyſes, qui ad primas Verbi Dei voces balbutit, quo pharmaco linguam expediet? Audi quod ſequitur. Tarditatem Moyſis Dominus vt ſanaret, inquit verſ. 15. *Loquere ad eum* (id eſt ad Pharaonem) *& pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo.* Domine, ſi cùm vix te Moyſes loquentem audiuit, rudis & ineloquens manſit, indociliſque oris ad volubilitatem ſermonis; quanto rudior, & hebetior euadet, ſi in eiuſdem ore loceris? Facundi ponderis grauitatem eneruis lingua non poterit ſuſtinere. O indoles cæleſtium bonorum! Imò qui ſolùm viſus, & parumper auditus ſermonis humani ſpiritum obturauit, acuet & vigorabit poſſeſſus: eloquens erit Moyſes à guſtu, qui è primi ſermonis crepitu ruſticâ balbutie conſtrictus manſit. Totus Deus in ore non grauat, cuius pars in aure debilitat. Poſſeſſionis blandimento fit leuis, & ad rocidum eloquium tractabilis, qui nondum in ore guſtatus, oris inſtrumenta terrebat.

Exod. 4.10.

Exod. 4.15.

89. Cur Iacob Deum in gymnico puluere ſuperauit? Quoniam non aliis armis, Quàm lacertis prendêtibus luctabatur. Si ſolùm pugilem ſuum vidiſſet, eneruaretur iuuenis fortitudo, & ex reflexo ſui athletæ vigore ad primum impetum ſtuperet. Vix brachia implicuit, conſeruitque cum Numine fortiſſimo manus, cùm ſe potentiorem inuenit, ſibique pugilis robur inſinuans, fortitudinem aduerſarij reddidit ſuam, & per ſinus femoram, qua medullitus Dominum comprehendebat, in pectus humanum Dominicos neruos immiſit, continuitatéque luctæ robuſtior euaſit, Geneſ. 32. verſ. 24. *Ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui cùm videret, quod eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius & ſtatim emarcuit.* Dum productior eſt lucta, membra laſſantur, & quæ in primo conflictu recentes vires animoſo ſucco vigebant, in extremo fatigatæ decumbunt. Quid eſt quod Iacob, qui totâ nocte pondus ſuſtinuerat gigantis, appetente aurora, ab athleta ſuo brachiis conſtantibus non amotis, victor à ſuo luctatore clamatur, & de perſeuerantia duelli, roboris incrementa capeſſit? Quoniam vſque ad mane pugnauit, tractu temporis in feruore virium conualuit, Deúmque homo ſubegit, quà diutius in pectore validiſſimum Dei pondus digeſſit. O quoties Deus, qui in prima orationis acie reſiſtit, & omni apparatu aduerſi roboris obduratur; dum pugna durat, vt tenellus puſio deuincitur, protelatáque meditationis feruidæ quiete, complicatis viribus, quaſi plicatis funibus deuincitur, & incipit apparere ſuauis in longanimo meditantis palato, qui adhuc in ſicco illibatóque puluere aſper videbatur & ferus.

Gen. 32. 24.

90. Lux prima cæleſtis Saulum deiecit ab equo, nimiáque claritatis tempeſtas impetens oculos obcæcauit. Actor 9. verſ. 4 *Et ſubitò circumfulſit eum lux de cælo. Et cadens in terram audiuit vocem.* Nec ſat fuit caſus, ſed & luminum ſtupor. v. 8. *Apertíſque oculis nihil videbat.* Cur initiandus Domini miles ſic in primo iubaris ſpectro terretur, & oculis, quibus lux amica blanditur, ſpecieſque præparat obiectorem, tenebras impetuoſus fulgor ſpargit: Quoniam eum ſubitò lux inuaſit. Si diuturniùs in oculis perſiſtat ſplendor, proficiet viſui, redimet cæcitatem. Tres effluxere dies, & iam Pauli lumina aciei Aquilinæ forte pollebant. Anne minus Dei habuit poſt triplicem diem, qui iam poteſt ſuos oculos gubernare? Imò quà permanentiorem Dei claritatem quieto iam impetu, animo ruminante fouebat, qui cæcus in primo lucis ſpectaculo cecidit, tractatâ luminis maieſtate videt acutiùs, & in trium dierum ſpatio, quo magis iubare Numinis implebatur, moribus nitoris aſſuetus, potentiores didicit palpebras experiri. Act. 9. 4. 8.

91. Sapientia Salomonis de cœleſtibus erat. Regina Saba ſapientem Regem ambitioſa videndi, cum ingenti mercedis pretio appulit ad Ieruſalem; víxque incepit conſpicere, quem quærebat, cum elanguit exanimis, nec effluentem ſpiritum poterat contineri. 3. Reg. 10. verſ. 4. *Videns autem Regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, & domum, quam ædificauerat, & cibos menſæ eius,* &c. *non habebat vltra ſpiritum.* Cur pauet fœmina, animúmque deponit, ſpiritalibúſque viribus deſtituitur? Sapientia, quæ ex Deo eſt, pectus roborat, non eneruat. Quoniam ſapientiam ſolùm viderat, nondum hauſerat: hoſpes adhuc erat, nec niſi diuinæ ſcientiæ primum ſplendorem libauerat oculis. Si diutiùs remaneret in aula, ſpiritus, quem primo perdiderat, redderetur. Vides? Auſculta Reginam verſ. 8, *Beati viri tui, & beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam.* Imò ſi coram Salomonis ſapientia videntium ſpiritus detennatur, fugit animus, ſenſus obruitur; neutiquam ſunt ſerui beati, in quibus iugiter ſpiritus ſtupore ſuſpenditur. Sed beatos meritò nuncupauit, qui audiendi ſapientiam fœlicitatē continuâ in eius ſeruitute manebant, ſempérque ſtabant coram eo, ſtuporémque primum experientiâ poſſeſſionis ſedauerant.

3. Reg. 10. 4.

3. Reg. 10. 8.

* * *

Liberalis

Liberalis & elegans aduocatæ fœminæ facies Magistratum subornat, corrumpit iura, iudicémque prostituit. Secum fert in candore suffragium.

SECTIO XIV.

92. NULLUM citiùs munus, quàm ostensæ pulchritudinis reæ, seueritatem tribunalis subornat. Si oculi fiunt manus, quæ fœminæ venustatem capiunt, quà vident; à stabilitate iustitiæ iudicium cadit. Dum litigat fœminæ decor, non linguâ, non calamo Magistratus, sed dicentibus palpebris sententia fertur. Omnis suffragiorum candor consumitur, si candida facies accersitur ad ius: pudet nigrum calculum non abscondere, quippe vti rogat fœmina, lex rogatur. Merendi iudicem patrocinium formositas est, nec gratis absolutio confertur, quippe præproperâ solutione, visus pro futura sententia pretium accepit. Omnium clarissimus senatus est, qui cæcus. Omnium oculatissimus, & ad veritatem asserendam paratior, qui sine fenestris, in tenebrosa venerabilitate consistit, nec fœminei vultus splendorem admittit; ne si ab aliena, fucataque luce clarescat, caliginem iudicij de pulchri splendoris corruptelâ sustineat. Non patiaris, fœminam pro se coram prætextâ tua consulatúsque sisti præsentia; ne cùm illam absolueris, te condemnes. Obliuionem legum spectata venustas inducit, quæ iura derogat, & decreta liturat; nec potest persistere in iudice seueritas frontis coram suauitate genarum. Dicat pro formosa aduocatus, ne illi rostra committas; quippe argutiis rhetoris vultus, antequam voce, animo, persuadet affectui. In nostra tempestate per Consulum domos iurisperitæ fœminæ cursitant, vxores aduocant pro maritis, & vt causam obtineant viri, ædificium suum, quod est vxor, mobile faciunt, & gressiuum, rati ab hac vna pulchritudinis aurâ solidos montes Magistratuum moueri. Malam causam habet, qui bonam coniugis faciem præmittit: sed facit optimam vertere muliebris forma, dum pro allegationum strepitu stuporem ingerit Auditori.

93. Ad Iudithæ pulchritudinem stupent Assyrij, nec verborum pondus diiudicant; sed qui omne iudicium oculis præstitere, illicò luminibus edidere sententiam, vers. 14. *Et cùm audissent viri illi verba eius, considerabant faciem eius, & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis.* Considera seriem textus præiacti. Postquam audierunt verba, faciem considerabant: quasi sermonis pondus de faciei lenitate constaret, & verborum qualitas in lance pulchritudinis debuisset appendi. Auribus fuit indicta cessatio, cùm omne tribunal visus arripuit, & quasi intenti auditus formositas fuisset obiectum, meliùs fœminam putauerunt audire, videndo. Vicisti in causa, decora puella; sile linguâ quæ loqueris fronte: efficacior taciturnitas est, dum rotunda rosei vultus periodus pro te sonat in oculis Assyriorum: Obturantur auriculæ, dum palpebræ reserantur; & licèt stupentes oculi, magis vident, cùm non stupentes, sed apertæ, & patulæ nimis aures minùs auscultant. Attendamus, quam tulere sententiam, vers. 15. *Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam, eo quòd tale reperisti consilium, vt descenderes ad Dominum Deum nostrum.* Si in Holofernis tribunali Senatores oculi sunt, animam tuam, ô Heroina, meliùs quàm loquax, tacita conseruasti. Vide quod sequitur: *Hoc autem scias, quoniam cùm steteris in conspectu eius, benè tibi faciet, & eris gratissima in corde eius.* Non audita, sed visa; muta non garrula; cùm in conspectu steteris, non in aure; beneficum iudicem experieris: in oculorum silentio sine iudicij strepitu causam habebis.

Etsi Hortentius aut Cicero aduersas partes 94.
pro rostris agant flumine eloquentiæ manante, pro rea venustate silente iudicabit Lycurgus, seueræque leges ridebunt coram fœminæ splendore ridente. Nullus est Assuerus, qui virgam tetricam non deponat, leniátque supercilij rigorem, si aliqua Esther vel à longè subintret. Esther cap. 15. vers. 8. roseo colore vultum perfudit, & primam regis appetiuit ad ianuam: *Cùmque eleuasset faciem, Assuerus, & ardentibus* Esther 15.1.
oculis furorem pectoris indicasset, Regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput. Cur purpura genarum emarcuit, roseúmque colorem tam subitò pallor absumpsit? Progredere fœmina? quot gressus dederis, rosa redibit: nam oculi Regis, qui te primùm conspexere formosam, pulchriorem, quà palloris notis respersum vultum illicò iudicauit. Ingenium pulchritudinis fuit, se parumper abscondere, vt Regis oculos ad visum iam decorem iterum conspiciendum, impulisset derelinquere solium. Sic contigit vers. 11. *Et festinus ac* Esther 15.
metuens exiliuit de solio, & sustentans eam vlnis 11.
suis, his verbis blandiebatur: Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Si pro omnibus, ergo & pro Esther. O miser! Imò quia pro omnibus, non pro pulchra: quoniam erga legis seueritatem non inter omnes, venustas fœminæ computatur. Conscientia pulcherrimæ reæ quà nouerat esse Iudæam, et fuerat seuerior quàm iudex, quæ palloris calculo illam damnauerat, cùm Rex non ad nouum, sed ad pristinum colorem respiceret. Adeò tribunalia formositas vrget, vt quantumuis pallore velata, causam obtineat, quæ à iudicis manu statim virgam eripit districtionis. Non potuit Assueri sceptrum perstitisse leuatum, Estheris venustate cadente. Corruit cum fœmina sceptrum, & ne in potestate Regis esset attolli ad furoris indicium, super ipsum collum reclinatæ fœminæ cecidit, vers. 14. *Accede igitur, & tange sce-* Esther 15.
ptrum. Cúmque illa reticeret, tulit auream virgam, 14.
& posuit super collum eius, & osculatus est eam. Cur sic immutauit vices imperij. Maiestas non tangere debet, sed tangi, osculum accipere, non præmittere; tangat fœmina, non tangatur; non libetur, sed libet? Inflexa virga, adhúcque in sua permanens rectitudine potest ab adorantibus tangi, tangere nonnisi flexa, & curuato pondere maiestatis. Sed ea est pulchritudinis velocitas ad iudicis rigorem flectendum, vt, ne tarditas intercedat, priùs virga curuetur ad fœminam, quam fœmina ad osculum poplitem curuet. Immota reâ mouetur iudicium, nec aliis ad fauorem eget organis vti, quàm immotum vultum ostẽdere. Adhuc post curuitatem virgæ, & osculum Regis tacebat Esther, ne oculorum officium sermo fœminæ turbaret in Rege; quippe experiebatur,

riebatur, eloquentiori stylo Assuero persuasisse decorem. *Osculatus est eam, & ait: Cur mihi non loqueris? Quæ respondit: Vidi te, Domine quasi Angelum Dei.* Opportunè post obtentam causam respondit, vt non sermonis sed faciei ostenderet fuisse victoriam. Semper pulcherrimæ tar liora sunt verba, seróque post triumphum accedunt, etsi nimirùm sit prompta ad loquendum: nam impetuosior in primo aspectu formositas vicit.

95. Abigail, vt Dauidis cicurarct furorem, ne inurbanam Nabal plecteret stultitiam, egreditur ad occursum, opimis ponderosa muneribus. Linguæ facundiam obtulit pro vberiore donario, rethoricísque modulis cecinit suauissimum melos. Dauidis ardor post auditam fœminā tepuit, irísque depositis propter fœminam viro pepercit.
1.Reg 25. 35. Dixerat vxor, ille respondit 1.Reg.25.v.35. *Vade pacificè in domum tuam, ecce audiui vocem suam, & honoraui faciem tuam.* Ordo præposterus, sed ob reuerentiam fœminæ commutatus. Priús audiuisse dicitur vocem, quàm honorauisse decorē. Mulieris honestati consuluit, quæ magis visa fuit in merito causæ, quam in oris pulcherrimi filamentis. Lautam & comptam, & de rhetoricæ opulentam momentis orationem texuerat, securitatem sortis, non genis, sed verbis splendentibus credens. Inde Dauid sermonibus victoriam attribuit; sed nec faciei oblitus est, quam in eadem periodo copulauit. Cur faciem meminit, cuius nondum præcesserat laus? Ne absque comparte pulchritudinc absolutio cōtingeret. Quod lingua peterauerat, formositas exorauit. Ideò in extremo, faciei honos appositus fuit; vt impotēs crederetur stylus, nisi accederet pulchritudinis efficacia. Vt serius iudex, inceperat ferre sententiam, sed finiuit vt amans; nec passus fuit integram efflaxisse periodum, nisi eam decor fœminæ compleuisset. Imò quæ verbis egerat, vt Dauid pepercisset marito; vt maritus esset, pulchritudine effecit; in vnóque compendio responsi; prima verba iudicis fuerunt, futuri mariti secundā. A similibus aduocatis causarum absistite iudices, ne coniugij fœdus (fœda non dico) sub velamine sententiæ deliteat, dúmque fœminam absoluitis, vinculo connubiali ligemini. Equidem Dauid eodem ac fœmina tenore processit. Nam quem illa verbis sedauerat, sed allexerat venustate, loquutáque & visa vtrumque sortita est, fauentem vtique iudicem & fouentem maritum. Sic ille cùm Abigailis connubiales intendisset amplexus, quod incepit in loquutione, finiuit in thalamo, v.39 *Misit ergo Dauid & loquutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi in vxorem.*
1.Reg.25. 39.
Expende ly *ergo*. Procliuis consequentia est, post alloquium fœminæ pulchræ thalami meditatio. Priùs Dauid loquitur, deinde nubitur: quoniam priùs illa loquuta fuerat, deinde faciei blandimenta in Dauidis pectus immisit.

Vers. 15. Et dixerunt ad eam: Conseruasti animam tuam, eò quòd tale reperisti consilium, vt descenderes ad Dominum nostrum.

Vers. 16. Hoc autem scias, quoniam cùm steteris in conspectu eius, benè tibi faciet; & eris gratissima in corde eius. Duxerúntque illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam.

Luxuriosus libertatem reputat vincula deliciarum; voluptatum durationem nuncupat vitam, per vitia succedentia computat annos.

Sectio XV.

NVLLA miserior captiuitas est, quàm cruribus carceratis in neruo, compeditísque pedibus se liberum, suíque compotem appellare, lacumque strepentem catenis non hospitium tantummodò, sed & dicere ciuitatem. Qui remigum transtra habitare lætatur, melioremque puppi, vinctorum ad tundendas vndas reputat locum, miser non miserabilis est, dúm malignitatis compedes osculatur, & inter vitiosorum cateruam quasi cum conciuibus delectatur. 96.
Omne tulit punctum hominis sceleritati, qui cum sceleribus ludit, putátque blandimenta viuendi instrumenta mortalia. Callum in peccatis obducit, qui sibi robustis manibus constare blanditur, quas cruenta vitiorum asperitas obdurauit. Desperatæ salutis æger est, qui vt salutem ægritudinem amat, & in lectulo infirmitatis se putat ambulare, dum cubat. Credere quòd ala illecebræ viscus, nonmisi stomachus potest, qui passiuo aucupio nutritur, & quò magis laqueis lethalibus irretitur, se expeditum & mobilem arbitratur. Non meretur computari inter viuos, qui inter vitam non discernit, & mortem; sed vitam nuncupat funestum apparatum moriendi. Nullus longior à semita aberrat, qui mentis stupore rebelli præcipitium iudicat esse viam, & quò magis volubiliter rotatur in ruinam, stare se inquieto culmine profitetur. Quibus vitia sub virtutis nomine obrepunt, nullum ad sanitatem superest pharmacum, nisi vera mors, quæ mendacis speciem vitæ mortis veritate reformet.

Assyrij adulantur Iudithæ, quòd animam, id est, vitam seruauerit prudentis fugæ consilio ad lasciui Holofernis tentorium: quasi vitæ columitas sita sit in ædibus lethalis libidinis. Quoniam iam luxuriosi Ducis pulchram fœminam in scortum decernunt, vitam ei augurantur fœlicem, nomine lucis tenebrarum caliginem appellantes, animæque constantiam luxuriæ propudiosæ ægritudinem, v.15. *Conseruasti animam tuam, eo quod reperisti consilium vt descenderes ad Dominum Deum nostrum.* Vndène pulcherrima hospes, vitæ sospitem inueniet inter patrocinia inimici? Adiiciunt: *Quoniam cùm steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius.* Cor est fons vitæ, ex quo ad membra manat scaturigo salutis. In corde Holofernis fœminam meditatur locandam, vt ab eius vitalibus spiritibus èbibat vitam, quæ mortem Bethuliensium fugiebat. Aut desipitis, aut decipitis, barbari; compendiosa mors est luxuriosum cor salacis Tyranni: bonum fœminæ xenodochium paratis, vt à periculi infirmitate conualeat. Imò in præcordia mortis descendet, si procax & lasciuum pectus subintret, & inter aurata venena, pestésque pudoris asylum ad vitandam mortem arripiat. Sed iniquitatis alumno delicatum hic salubcrrima potio censetur, & desperati animi valetudo, libidinibus innutriri. 97.

Isaiæ 3.

98. Isai.5.20. Isaiæ 5.vers.20. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Cur væ percutitur, diriìque mulctatur, qui solùm dicit? Nonnisi insipientiæ delictum est, vocabula transmutare, & vitiorum elenchum in syllabũ virtutum transfigere Quod malum est, dicere bonum, de stultitiæ errore procedit: solùm in idiomate peccat, qui voces fatuitate corrumpit. Imò sermonis lasciuia argumentum luxuriæ est, nec alius est linguæ ac animo stylus. Qui dicit malum bonum; dum malum patrat, bonum peregisse lætatur, priúsque malignum pectus corruptela æquiuocauit, quàm syllabas. Si non credis, relege quòd adijcitur *Ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Qui priùs dixerat, ecce iam ponit, socordiamque linguæ traduxit ad opus. Ergone arbiter lucis potest esse peccator? Esto sit nomenclator, cur artifex? Nemo potest opacare tenebris diem, nisi decidente vespere nox: nemo lucem spargere per inane, nisi diurni iubaris præses, quem in arduo claritudinis solio opifex rectissimus collocauit. Per dierum & noctium vicissitudinem distenditur vita mortalium, & de lucis tenebrarúmque successione, viuendi deuoluuntur momenta. Ergo qui vitia & voluptates oblongat, vt diuturniora sibi interualla vitæ disponat, de vitiorum sæculis suos dies nouus artifex eruit, inuersísque successionibus tempus coagmentare solicitat, diem tractans vt noctem, noctem vt diem. Sub noctis tenebris agitur vitiosorum Respublica: tunc luxuriæ tribunal, furúmque aperiuntur comitia, cùm obscuritate clauditur orbis. Non aliam lucẽ scelerati agnoscunt, quàm noctem, qui in meridie dormientes, noctuarium nidulos comitantur. Saltem, ô vos hospites tenebrarum, imò noctis expergefacti sodales, agnoscite in obscuritate degere quidquid viuitis: aliqua lucis reliquia latet in nocturna caligine, si non pro luce, sed pro nocte putatur. Non potest post tenebras sperare lucem, qui lucem credit, in tenebris possidere. Non breuis portio luminis est, tenebras tenebras nuncupare. Qui se ægrum esse cognoscit, semitam aperuit medelæ: pars sanitatis est, pretium pro salute erogare. Qui mori se videt, nondum est mortuus, imò cognationis mercede spem vitæ redimendæ mercatur.

99. Languorem simulauit Amnon, vt sororis frueretur amplexu, & ægritudinis fictæ mendacio, luxuriosi morbi veritatem explicuit 2.
2.Reg 13.6. Reg. 13. vers 6. *Accubuit itaque Amnon; & quasi ægrotare cœpit.* Cur libidinem ægritudinis voce vestiuit, & sanguinis impuri feruorem pulsu palpitante monstrauit? Non diu voluit, in libidinis infirmitate durare, qui non vitam, sed ægritudinem libidinem esse cognouit. Per falsitatis speciem ad veritatem accessit, se cupidinis febre perire non dubitans, cùm vsum deperibat sororis. Ergo à luxuriæ ægritudine conualebit; qui, etsi fingendo, morbi qualitatem præuidit. Sic contingit. Tandem vsque ad summum, febris exarsit, corruptúmque venarum cruorem,
2.Reg.13.14. scissâ venâ pudoris emisit, vers. 14. *Præualens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea.* Quid inde? *Et exosam eam habuit Ammon odio magno nimis: ita vt maius esset odium, quo oderat eam, amore, quo antè dilexerat. Dixitque ei Ammon: Surge, & vade:* Cur tam celeriter tepuit libido, ægritudinisque malignitas se deposuit? Quoniam eam priùs vt ægritudinem iudicauerat non vt vitam, qui, licet simulando, in infirmitatis suæ lecto iacebat. Breuis durationis fuit vaticinium, qualitatis morbi cognitio, impositióque vocabuli proprij: Si lasciuum amorem, vitæ nomine nuncupasset; ne vitam emitteret, non tam velociter sororem, vt fugeret, impulisset. Saltem fingite mortem esse luxuriem, vt tinnitu vocis perterriti vitam appetatis virtutis.

In balneo & vnguento Susanna legitimis la- 100.
boris & æstus inducus pulchra parumper membra fouebat; & ecce senes, qui de voluptatis annis emarcidam iam recensebant ætatem, de arborum latibulis, quasi de fornicibus, egrediuntur, dicentes, Daniel 13. vers. 14. *Nos in concupi-* Dan.13.14.
scentia tui sumus: quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum; quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quòd fueris tecum iuuenis. Si rugis senilibus frons exarata, ætatísque pondere curuata terga eorum profitetur senectam, vt quid iuuenem memorant fœminæ amplexibus incubantem? Tempus ab illecebris computabant, quasi non alia vitæ momenta cognouissent, quàm vitia. A florenti lanugine vsque ad effœtæ canos senectæ annos voluptatis trahebant, non aliam vitæ iudicantes periodum, nisi quam luxuries vegeta protendebat. Vniuersam hominis in oblectamento libidinis ponebant ætatem, qui à iuuenili flore vsque ad senile mortis confinium, annos per illecebras, quasi per Consules numerabant. Quibus viuere fuit delectari, non alia temporis videbantur spatia, quàm quæ in lasciuiæ volutatione currebant Iuuentus & senectus, integra scilicet duratio, lasciuia est iis quibus libidinum cursus in dies numerantur & annos. Quid tunc matrona pudi-
ca, v. 22. *Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ sunt* Dan.13.22.
mihi vndique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem egero, non effugiam manus vestras. Adnotauimus suprà, inuersè videri loquutam. Potiùs mors imminebat, si in criminantes manus senum incideret, quæ in adulterij damnatum lapides iacerent ad vindictam. Verùm ingeniosè fœmina exoletorum senum stultitiæ repressit ardorem, qui non aliam esse vitam, quàm libidinem cogitabant. Mortis nomine extulit voluptatem, in qua iuuentutis pariter & senectæ tempus illi ponebant; erudiens pariter & repellens, ne vitiorum mortem vitalibus vocabulis insignirẽt. Statim se iudicauit defunctam, si flammis libidinis prenderetur. Ergo viuet Susanna nec lapidum frangetur impulsibus, quæ qualis vera vita sit, nempe castitatem agnoscit. Lætitiæ fugacies propudiosa possessio lethum est: lapidum crepitum iam audire incipiebat, quæ lapidea, frigentiáque lasciuientium corpora senum è funda cupidinis in se crudeliùs iactari conspexit. Potiùs senes impetuosa lapidationis morte perierunt, qui vitam asserebant esse luxuriem.

Dicebant illi vitæ illecebrosæ lenones, Isai. 22 101.
vers. 13. *Ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos,* Isai.22.13.
& iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: Comedamus & bibamus: cras enim moriemur. Imò si hodie bibitis & comeditis, gulámque & gulæ appendices, ebrietatem & libidinem deuouetis ventris idolo, hodie morimini, cur ad cras spem vitæ dilatatis inanem? Sed qui timent, crastinâ luce cibos libidinis amittendos,

quibus

quibus hodie se ingurgitant vsque ad frontem, vitam, quam hodie per momenta scelerum ducunt, cras ieiuniis defecturam esse pronuntiant, mortisque festum præueniunt vespere per delitias. Sibi cras morituris hodie in ingluuie fœtida parentantur, quibus illegitimè bibere & manducare, viuere est. Sed adhuc errantes, inopinâ sententiâ falsi sunt veritatem, qui se cras morituros esse ariolantur, quoniam hodie voluptatum lenocinio capiuntur. Sagina victimæ, vaticinium est occidendæ. Nitor bouis & adeps altaribus destinat bouem, & lætioris pastus ingluuies, futuræ cædis exordium est. Vitiosam crapulam causam mortis illicò prædixerunt, qui vitæ causam in delitiosis ferculis collocabant. Comedunt hodie & bibunt, quia cras morientur: morientur cras, quia bibunt & comedunt hodie. Vtrumque argumento se volubili infert: inter vitia & mortem cornutus est syllogismus.

102. Sap. 2. 5. Sapientiæ 2. vers. 5. *Vmbra transitus est tempus nostrum. Venite ergo & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creaturâ tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis.* Adnota consequentiam. Vmbra vapórque solubilis tempus est; ergo fruamur bonis quæ sunt: quasi delitiarum tempus sistat vitæ tempus occiduum, ætatísque labentis fluxum compescat, & rapidas horarum vndas aggere voluptatum detineat. Nonnisi quà vetitis oblectamentis fruuntur, se viuere credunt, & vt flos temporis sæculo æstuante non marceat, florem temporis carpere non desistunt. *Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis.* Imò nulla citiùs pruina decoquit florem, quàm manus auellentis à culmo: præterit, dum carpitur flos; &, si temporis est, illicò, dum legitur, marcet. Ita est. Qui non fructu temporis, sed flore lætatur, nec in durationis horreo grana vitæ sollicitat conseruare, sed omnem æstatem præsumere contendit in vere, vt in vnius horæ delectatione totam sæculi congerat vitam; quà pleniùs & vberiùs viuere credit, falcéque cupiditatis in flore demetit vitales aristas, in ipsa anni moritur iuuentute. Floribus coronatur vt mortuus, qui vitam nonnisi de floribus innutriuit.

103. Luc. 12. 19. Auarus ille in lecto cubabat insomnis, dicens Lucæ 12. vers. 19. *Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.* Si lætus ager prouentu segetum redimitur, nec granorum fœnori horrea sufficiunt: cur sic iste diues irrequietus in lectulo volutatur, nec ab opulentiæ pondere fessa membra fouet blandimento soporis? Nox negotiosa non est: si cubas, dormi? cur laboris puluerem è culcitra facis? Vt ampliùs viueret in voluptatibus auaritiæ, nolebat nocturni somni parenthesi interrumpere vitam; sed peruigil in cogitatione lætari, ne temporis momenta absque oblectamento fluxissent. Mortis imaginem nempe somnum, quâ lucri libidinem pertractabat, in vitam redigere procurauit, qui non alios annos nisi diuitiarum viuebat. Vide qua solis latione, durationéque temporis computet annos. Annorum multitudinem pro bonorum multitudine recensebat, & ex horreorum spatiis, sæculorum computabat spatia; cùm tamen nec illa nox illi suppeteret

Luc. 12. 20. ad viuendum. Illicò audiuit v. 20. *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* Meritò de stultitia damnatur, qui à fortuna bona parata, pro sæculis habuit. Nec inquit *repetent à te*, sed *repetunt*; cùm tamen anima nondum repeti videbatur, quæ nondum afflabatur à diuite. Imò benè. Inceperat mori, cùm annos per diuitias inceperat numerare. Mortem vitæ nomine nuncupabat, qui auaritiæ fœnora vitam dicebat.

104. Iacob. 4. 13. Iacobi 4. vers. 13. *Ecce nunc qui dicitis: Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis, quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur: pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud.* Expende illa: *Et faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus.* Quid est iste temporis opifex, qui tempora quasi ex omnipotentiæ sinu dispendit, facit annum, segetúmque ætates distendit? Qui facit lucrum. Ergóne lucrum annus est? Si vsurarium est tempus; quis nisi nummularius, eius artifex erit, qui temporis fluxi vaporem ære ponderoso lucrorum didicit solidare? Non alius annus auaro est, quàm cuius dies & menses inter mensas diducit & arcam: horas horologio auaritiæ discernit, numerátque momenta, dum nummos; & ex vsurarum funibus metalla, quibus inhiat, librat & suspendit ad pondus. Idem est negotiatori, dicere: Si vixero, ac, si lucrabor. Corrigit stylum Iacobus, erudiens auaros vt dicant: Si *vixerimus*, ne mortalia lucra titulo vitali pronuntient.

Vers. 17. Cúmque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.

Iniquitas celerrimè & absque oratore, virtus nonnisi cum mora, & repetitio consule hominem mundialem allectat.

SECTIO XVI.

105. MVNIFICÆ indolis vitium est, non solùm totum, sed & citò se dat, vt celeritate præstandi duplex beneficium euadat. Virtus in mora est; etsi cedat dies, protelat: non quia mali debitoris subit incuriam, sed quia homo, malus est creditor, qui procrastinat accipere oblatam. Repente vitiosus fit: nullis elementis tyrocinium iniquitatis in pilum Magisterij deducitur. Tot magistri sunt, quot discipuli, nec auditus negotiatur sed oculus, penitus hauritur visa malignitas; nullis instillari sustinet rudimentis. Quamuis discincta voluptas, & antequam se lauet, & ornet, inculta nec repurgata se conspici sinat, allicit vestigio videntem, imò quà magis nuda, & de ingenitis sordibus impolita, magis spectatoribus adulatur: non apparatu, non clientibus eget, ne per interualla tepescat: Nisi virtutem persuasorum turba præcedat, & procedat ornata, induciásque deliberationi producat, vix in se hominis familiaritatem immittit. Sat est vitij cutis, vt vincat; virtutis vix medulla persuadet. In triumpho de homine fœlicior omnium malignitas est; solùm classico, nondúmque conserto bello debellat.

106. Ante Holofernis faciem Iuditha subintrat, quem

quem illicò absque prologo subiugauit vers.17. *Cumque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.* Fuitne celerrima victoria puellæ? sed animata virtus fœmina erat, quæ nónnisi tarditatis negotiator præsidio. Imò quia statim captus est in laqueo tyrannus, nó in Iudithæ oculis, sed in suismet oculis se irretiuit. Iniquitas erat in palpebris, quam statim vt aperuit illas, inuasit. Cur continuò in noui mancipij se mancipium deuouit, nec examinauit transfugæ qualitatem, quot dolos, quæ verba ferebat, cuius esset artis oris splédor, quale venustatis genus & mores, nec sub herbæ virore astutiam colubri vestigauit? Nullas moras nectit impetus abruptis libidinis; ne accusetur de incuria, omnem intercapedinem salit. Quoniam vicimores erant Duci lasciuo sui, quàm fœminæ oculi, in suis illicò se illaqueauit; ne si in fœminæ oculos expectaret incidere, de distantia tarditatem subiret. Mométo peragitur iniqui ruina; quicumque casus celerrimos est. Armis seniuum militant vitia. Antequam pharetrā propriam denudent, iam proprijs telis, nec à neruo solutis eneruis spectator tráfigitur. Plura sunt bonitatis officia, donec in hominis cor descendat; quippe semper alienis agit; nulla in ipso homine inuenit patrocinia: malignitas verò quæ foris venit, de intraneis vincédi hominis roboratur. Quid quòd agat citò, si & futuræ actioni passio præsens hominis suffragatur?

107. Meridianum somnum abstersurus Dauid, in
2. Reg 11.2. aulæ Regiæ promeniana se dedit. 2. Reg. 11. v. 2. *Viditque mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde.* Celeritatem visus cupiditas fuit æmulata: ab ictu oculi cor contabuit: antea cecidit in illecebræ desiderium, quàm descenderet è solario. *Missis itaque Dauid nuntijs tulit eam, quæ cùm ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea: statimque sanctificata est ab immunditia sua.* Quos curiositas oculos aperuerat, clausit illicò dormitio lasciua. Quale momentum in oculorum nutu explicandisque interest & plicandis, inter visum, & thalamum intercessit, nec post fœminæ ingressū vlla mora fuit ad concubitum, sed quasi iam soporata venirct & dormitans, prima erga Regem actio dormitio fuit. O velox lenocinij fortuna! Vix appetentia lumina iam somnus possessionis perfudit, totáque voluptas effluxit, cùm iam non de negotio libidinis, sed de quiete agebatur. *Statimque sanctificata est ab immunditia sua.* Ergóne sanctitatis amans amplexus fuit, lasciuúsque ardor in primo sui feruore deferuens, de religiosa cæremonia curauit, vt statim ablueret, quam statim polluerat? Tam citò completa res fuit, vt antequam immunda, videretur esse mundata, non quidem limpiditatis amore, sed celeritatis in impuro voto tenendo. Quæ non sordida venerat, à sordibus statim abstergitur, quas subitò in ingressu contraxit: ideò ablutio fuit subitaria, quoniam fuit subitarius concubitus.

108. Hic ipse Dauid tam velox ad casum, nonnisi ambagibus moræ per montis, è quo ceciderat præcipitium ascendit: & qui sine lenone fœminam adamauit, virtutis consule, nempe Propheta, ad virtutem resumendam indiguit. O quantas intexuit eloquétis parabolæ moras Nathan, vt cor Regis reduxisset ad semitam! Per anfractus ænigmatis sensim se submitit in aures, cuius oculi sine præfatione pulchritudinem fœminæ córrectauerant. Qui proprijs se de malignitate iugulauerat instrumentis, de alienis apparatibus suscitatur, scilicet de parabola ouis, quæ in inopis caula, furante diuite, detrimenta sustinuit. Oratio vatis plurima interualla consumpsit, nec nisi per apologos, doctamque parabolam expatiatus, persuasit Regi, donec in illa verba prorupit: *Peccaui Domino.* Et tamen celerrima pœnitentia visa est, quæ post tam longum contigit oratorem. 2. Reg. 2.Reg.12.
12. v. 13. *Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad* 13.
Dauid: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Cur non inquit: *transferet*, sed *transtulit*: cùm solum de præsenti pœnitentia concepta fuisset? Vt semper ocyor appareret & Domini venia, tardiorque obedientia virtutis.

Nullum est breuius, pleniúsque, quàm iniqui- 109.
tatis compendium; obscuritas mali cingitur sub cur à periodo, nec sermonis patitur dilationem. Vis in paruis syllabis multitudiné vitij? Ausculta Aaroné, qua ingenij celeritate eruperit vitulus.
Exod. 32. v. 24. *Quibus ego dixi: Quis vestrū habet* Exod.32.24.
aurum? Tulerunt, & dederūt mihi & proieci illud in igne, egressusque est hic vitulus. Nihil citiùs. O fabrica compendiosa! nón sic litteræ cucurrerunt ac è conflatorio cucurrit idolū. Velocitas linguæ à vituli celerrima mole de segni tarditate accusatur. Præcisus sermo studuit idoli ocyssimum æmulari artificium, nec tamen obtinuit; plures sunt consumptæ dictiones, quàm temporis momenta fluxerunt: *Tulerunt, dederūt, proieci, egressus est.* Idololamia constitit saltu, execrandúmque simulacrum vix in ignis vulua conceptum, nulla manu obstetricante processit. Ergóne vitulus fuit egressus ab igne, & architectis flammis erupit? Quid dicis Aarō? Rudis est flamma: nullis pollet artificis instrumentis, nec imaginem didicit acumine styli dolare, quæ nonnisi vapor lucidus est. Ex quo typo tráscripsit idolum? Quomodo massam aureā erudiuit ad animal, exacuit ad cornua, librauit ad membra, leuigauit ad pellem, metallúmque ad bubulci capitis rotunda filamenta coëgit? Ipséne vitulus se ex igneis visceribus parturiuit? Non eget satore malignitas, vt oriatur, non artifice, vt compingatur, non lineamentis officiosis, vt insculpta spiret in ære. Sicut ab incensa pyra tumultuario crepitu subsilit flamma; sic ab irreligioso perfidæ cupiditatis igne velox idololatria progreditur. Nihil est celerius igne: in sphæram suam momento cietur, & ab infima valle, humilioréque quercu subitò in supernas consurgit. Sic iniquitas est: nó exteris impulsibus eget, vt in rationis vertié vaporetur. Vitulus fuit igni pro flamma, ingenitæque mobilitati, irreligionis incendium promptitudinem cumulauit.

Et tamen si petas: cur sacrilegus populus se 110.
abruptè concitauit ad vitulum? Moysis mora pro
causa subiicitur Exod. 32. v. 1. *Vidēs autem populus* Exod.32.1.
quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron dixit: Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant. Moram facit Deitatis supremæ minister, sed vitulus celerrimus est: lenta sunt virtutis vestigia, vix commouet herbam gressus cócitatus peccati. *Si morā fecerit, expecta eum, quia veniet, & non tardabit.* Imò sæculum est pectoris irrequieti cupidini hora virtutis. Morosus homo, víxque pedem mouens in itinere veritatis, præcipitium amat, ne sensim pergat, sed volubili ruina exsatiet impetū, licèt cadat. Illicò se exhibuit execrabilis vitulus, vt sanctitatis moram damnaret. Inde Dauid criminis veloci-
tatem miratus exclamat Psalmo 105. vers. 13. Ps. 105.

Citò

Citò fecerunt, obliti sunt operum eius Non tam accusantur quia male, sed quia male & citò. Quid hic fecerunt? Subdidit vers. 19. *Et fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile.* Inscita, quà cita, adoratio. Nuper erant in brachijs armillæ, inaures ab auriculis pendulæ, aureus annulorum carcer in digitis; iam sculptile sunt, quod fornax euomuit, & vt abortiuum fœtum è flammarum vulua digessit; nec cum pareret, doluit ignis, qui antequam parturiret, peperit malum.

111. Ioannis 13. v. 26. *Cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post buccellam introiuit in eum Satanas. Et dixit ei Iesus: Quod facis, fac citius.* Quid est Domine? Ad piaculum vrges, nefandóque venditionis commercio calcaria moues? Imò lentè æneóque pede trahatur ad scelus vertentibus sæculis deferendum. Non adigit Dominus ad flagitium, sed flagitij incrementa monstrauit: Scelus traditionis nefariú post Dominici corporis sacramenta conualuit, haustâque buccellâ hausit augmentum; &, si minor iniquitas cita est, citior fit maior. Molem publicauit delicti, qui fore ocyssimum designauit. Moti auidus Filius Dei crucis appetebat incursum: sæculum est amanti breuis tarditas beneficij. Sed non poterat ad infandum scelus pellicere, qui quà erat impos peccati, peccatum non præualet instigare. Ergo iactâ buccella discipulum perduellionem innuerit, quæ de irreligioso pectore toxicam malignitatis moueret, malignamque promptitudinem retegens, omnem moram in piaculo venditionis abrumperet. Sacramentum pietatis in crudeli corde resilijt, lapideoque pectore tactú saltus agebat: quidni saltiret proditor ad flagitium, animusque ebulliret ad nefas, qui alimenti fauorem in lethalius vertit peccatum? Sic contigit. Proclimis illat[illegible] est celeritas post delictum v. 30. *Cúm ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo.* Quasi medicamento buccella constabat, quæ tremuiam inquietudinem venis feruentibus insinuauit; vixque glutita gressus discipuli maturauit. Indignus conniua iudicium sibi in salutis ferculo manducauit; exaggerauit culpam, gratitudinis pignore muneratus. Ergo continuò discinditur ad delictum, quod successione gressuum celeriores spiritus capessebat, crescenteque per semitam sacrilegio pernicius per momenta volabat.

112. 1. Cor. 15. v. 52. *Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba.* Cur in momento? Quoniam omnis iniquitas deoperta è patibulis apparebit. Subibūt in momento iudicium ad improbitatem celeres rei momentaneáque non solùm quà fluxa & caduca, sed & quà velocia de iniquitatis impetu crimina, ad ignea supplicia momēto nouissimo retegentur; ne vlla sit in iudice mora, siquidem in peccante non fuit. Inde vt breuius agat cum reprobis, sapiens iudex amputat verba, periodumque libelli, quam in iustorum causa laxauit, in peccatorum damnatione præscidit, Matth. 25. v. 42. *Esuriui enim & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus & non cooperuistis me: infirmus & in carcere, & non visitastis me*; cū tamen nuperrime dixisset ad iustos: *Infirmus & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me.* Cur præcincto sermone reprobos ad gehennam impellit, vnamque dictionem absorbuit, cuius proferendæ momentum profuisset dilationi supplicij? Vt citiùs plecterentur in igne, qui deliquerant citiùs, ac in virtutum operibus iusti benedicti meruerant.

Reprobus & flagitiosus contrahit sordes de limpiditate virtutum, facit sibi de propitiatione supplicium.

Sectio XVII.

Misera sordium infœlicitas est, quæ in lauacri nitore magis sordescunt, aquæque virgineæ fluentis de candoris inquinatur appulsu. Desperatæ limpiditatis spurcitiæ sunt, quæ in vitreis immersæ laticibus, immunditiæ callum obducunt, & quà ablutioni perfricantur studio, medullitus sub cute inquinamenta sepeliunt. In lucis beneficio experiri caliginem, & in niuis claritate nigredinem, extrema calamitas est. Si palatum amarescit à melle, qualitatémque absynthij gustat in sacharo, indicium ægritudinis præbet: nisi repurget bilem, impos est sui candi saporis. In nullo est infamior anguis, quam quod è floris succo venenum in viscere condiat, cuius stillâ fauum apis studiosa dulcora. O deploranda socorditas reproborum! quibus abstergiuntur iusti, fœdantur, subeúntque fuliginem de nitore virtutum, mysteriáque pietatis in vitiorum irritamenta conuertunt. 113.

Statim ac Iuditham aspexit inquinatur Tyrannus, intemeratâque fœminâ temeratur. v. 17. 114. *Cum intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.* Quo visco polluceris pariter & ligaris, o immunda volucris? Hæc fœmina limpiditatis flore præfulget, virtutisque puritate perfunditur. Quo sabulo tui pedes hæserunt, qui sic vt in immunda fouea pressi sordescunt? Candida, roséoque croco picta puella cælestem in facie gestat munditiem: cur tibi lutum est, quod de flore iubaris commendatur? Sic contingit, spurcissimi peccatores, sentinam facitis de limpiditate virtutum. Nulla immunis in decoris priuilegio rutilat rosa, quam si post nares contrectat mundus, non de contusâ fragrantiâ inquinet abutentem, pressæque purpuræ fluxum in digitis sorditatis relinquat. Fontis labrum, quod peruius oculis humor vsque ad fundum pulchritudine politâ decorat; si cœnum admittat, non cœni fœditatem abstergit, sed potiùs turbidis incrementis inficitur, cœníque impuram qualitatem adauget.

Apoc. 22. v. 11. *Qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc.* Cur sic Angelus de sordibus augmentandis erudit, nec vt abluantur maculæ, præstat lauacrum, sed vt aggeratur situs, tabusque concrescat, consulit sordes? Indolem peccatorum explicuit, qui de adhæsione iustórum profundiora bibunt sordium contagia. Reprobus inter iustos, inter immundos sordidus fit sordidior, recrementaque iustorum, quibus in vitæ conuersatione sociatur, iniquus in inquinamenta conuertit. Quoniam periodo vna copulauit vtrosque, sanctum nempe, iustum, & sordidum, illicò expressit ex vicissitudine societatis, alterutrius qualitatis augmentum. Iustus etiá ex adhæsione vitiosorum contrahit nitidioré candoré: qui vitiorum instrumenta redigit in virtutum, & de iniquitatis sabulo, lubricæque vitæ periculis turrim solidissimam construit, qua se erigat in superna. 115. Apoc. 22. 11.

Margin notes (left): Ioan. 13. 26. — Ioan. 13. 30. — 1. Cor. 15. 52. — Matth. 25.

Peccator ex contubernio iustitiæ, sodalicatéque nitidæ sanctitatis deteriore aspergitur fœditate, de ascensionisque rupibus parat sibi nobile præcipitium.

116. Quid immundius lepra, quid thuribulo, & altari limpidius? Solius irreligiosi, scelerati que ingenium est, lepra maculari inter aras. Vt Ozias adoleret incensum, Pontificiâ licentiâ, thymiamatis locum ingreditur, ex pietatis thure iniquitatis suffitum vaporare contendens. Regis ausum Sacerdotes compescunt. At ille 2. Pa-
2.Par.26.19. ralip. 26. vers. 19. *Tenens in manu thuribulum, vt adoleret incensum, minabatur Sacerdotibus, statímque orta est lepra in fronte eius coram Sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis.* Vnaquáque syllaba impensiùs exaggeratur prodigium. Non sat, quòd inficeretur leprâ latente: in fronte scabiosa tabes obriguit, vt in vertice capitis, vultúsque suggestu sordes publicatæ apparerent. Non sat quòd in fronte maculosa plaga prodiret, sed coram Sacerdotibus mundis spurcitia frontis comparuit. Nec adhuc satis; imò dum thuribulum manu voluebat, iámque paratis prunis grana religiosa præstabat, quæ suaui suffimento, ne in templo inamœnus halitus inolescat, aërem Sanctuarij perfundunt. Quin & in domo Domini, & super altare thymiamatis, à quo per fragrantiæ nubeculas omnis spurcus fœtor arcetur, frontis spurcissimæ lepra monstratur. Vt quid hic exaggerationis conatus? Vt execreris sordidum Regem, qui inter munditiei instrumenta immundissimam lepram contraxit. Thuribulum, ignis, & thus, domus Domini, Thymiama, & Sacerdos nonnisi puritatis organa sunt; his apparatibus limpiditas adornatur; & tamen stolidus Rex inde miserè inquinatus euasit, vnde decoris claritas dispensatur. O! hæsisti in sicco: contaminatus es in decore, & quo alij ad propitiationis agunt fortunam, pessimum opprobrij incurristi supplicium.

117. Giezi famulus Elisæi, ne Naaman absque salutis recessisset mercede, post mundati tergum cucurrit, vestes mutatorias, talentúmque geminum accipit, ne sui Domini miraculosa potestas famulum haberet egenum. Vsuram facere de prodigiosæ sanitatis fœnore cogitauit, & pro simplici curatione duplicia vestimenta sortiri. Quid tunc Elisæus, 4. Reg. 5. vers. 27. *Sed &*
4.Reg.5.27. *lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum, & egressus est ab eo leprosus, quasi nix.* Annè per vestimentorum licia, palliique duplicati subtegmina in famulum serpsit contagium, laténsque lues, antequam obtegerent velamina corpus, obrepsit in cutem? Sed caro Naaman in mollem pueri leuitatem, sanamque munditiem ex leprosa scabie redierat; nec abundè Prophetæ virtus se extenderet, si membris Syri ablutis à tabe, congestam lepram deposuisset in vestibus. O famuli infœlicis calamitas! Quo sanatur extraneus, proprius ægrotat; familiaris percutitur, quo curatur alienus. Eadem vox, quæ saucio medelam ingessit, aggessit ægritudinem sano, & à domestico medico plagam sustinuit, à quo alienigena reportabat salutem. In virtutis Dominicæ pharmaco, quo Syrus à vulneris liuore cõualuit, vulneratus mansit Hebræus, nec alterius lepræ contagionem subiuit, nisi quæ ex Prophetæ miraculo ab extersi carne secessit. Vatis fuit ingeniosa potestas, in vno morbo contrarias indicere curationes, pœnæ nempe Syri mederi, culpæque Hebræi. Non aliud debuit Giezi supplicium imponi, quàm quo iam absolutus plectebatur Naaman; vt noscat peccator, ex valetudine pœnitentis sauciari, & in purificati lauacro abusu inijci medicinæ. Illegitimi lucri auaritia, Domini sui æmulata est prodigium, quæ in duplici fœnore vestis Prophetæ miraculum duplicauit. Tam prodigiosum fuit, leprâ contabescere sanum, quàm abstergi immundum à lepra; sed alterum Elisæi virtus imperiosa patrauit, alterum Giezi auara malignitas, quæ vires beneficas ad medelam, sibi ad infirmitatem protraxit. Sic est supra naturam, peccatoris potestas; imò quasi satagit, esse supra supernaturalem virtutem, quæ fauorem cælestem didicit transferre in perniciem, ex sanisque floribus & benignis infame condire venenum.

Pudicæ Susannæ sanguis, iuxta lasciuam opinionem iniuriosè fundendus, senes inquinabat lasciuos, quem procaci deperibant amore, vt in fœdo concubitu de eius puritate sordererent, Daniel 13. vers. 20. *Commiscere nobiscum:* 118.
Dan.13.20. *quod si nolueris dicemus cõtra te testimonium.* Fontis puritas, nitórque matronæ de limpiditatis contendebant elogio. Erat inter latices fœmina, vt specularibus lymphis castæ carnis reddidisset speculum, & quæ vitrum claritate vincebat, superabat lapidem in constantia pudoris. Si in aquis matrona est, quæ illuuiem abstergunt, vt qui conamini ex liquido inquinari candore, purúmque sanguinem extorquere, qui ab aquarum consortio & friget ad libidinis æstum, & ad munditiei enitet claritatem. Sed lutosum sabulum senibus fuit, quod siccæ sobriæque fœminæ limpidissimus fons. Solùm quà vitreum fluidúmque liquorem, non quà purum, imitari volebant vitrei fluidique senes, quos iam fregerat cadendi appetitus, & effuderat libidinis ardor. *Dicemus*, inquiunt, *contra te testimonium.* Quale? Sordium, & spurcissimi in matrona piaculi. Ergo quod in fœmina, virginea puritas est, fœditatem miseri reputatis, qui de splendentis riui fluore cloacam facitis & sentinam. Ad lapidationis patibulum ducebatur Susanna: Et ecce. *Suscitauit Dominus Spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel:* Dan.13.
Et exclamauit voce magna: Mundus ego sum à sanguine huius. Cur Spiritus sanctus ad clientelam fœminæ suscitatur. Scis, ab exordio *Spiritus Domini ferebatur super aquas*; quippe dum cælum rude, tristis abyssus, terraque imparata sordebat, solus liquor, semper materia perfecta, læta, simplex, de suo pura dignum Deo vectaculum subiiciebat. Ergo pertæsus Domini spiritus, quod improbi senes, se lauantem in aquis fœminam de immunditia accusarent, ex aquarum vectaculo in Danielis munda labra subsiliit, vt sordentium accusatorum spurcam indolem publicaret, qui liquentis fontis mobilem puritatem thalamum cogitarunt ad sordes, & ablutam fœminam turpitudinis condemnarunt, hærentes in niueo liquore, de delictique cœno pulcherrimum laticem criminantes. Considera quid Daniel exclamet: *Mundus ego sum à sanguine* Gen.1.2.
huius. Si sanctus Spiritus loquutus fuit in ore iunioris, annè hæc illi verba sunt adscribẽda? Ipsemet Spiritus sanctus in Susannæ sanguine mundus

dus est, imò à sanguine? quasi si possibile foret, castus fœminæ cruor posset spiritui conciliare munditiem. Igitur extrema contaminatio est, ibi inquinari hominem, vbi, si egeret, ipsemet spiritus se mundum, & limpidum fateretur. Neutiquam deliquit hic sanguis, ô exoleti immundique senes, de cuius illibatæ puritatis reliquiis superest, quid possit spiritum puriorem infundere, nisi totius esset puritatis largitor.

119. In crucem agi Dominum perfida Pharisæorum turba solicita. Vt se Præses strepitu interpellatus ad noxam, à cruento ablueret sacrilegio Matth. 27. vers. 24. *Acceptà aqua, lauit manus coram populo dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens vniuersus populus dixit: sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Cur in sanguinario negotio, aquà manus Prætor perfundit, & quasi effundendi sanguinis iam aspergine tingeretur, præoccupat abstergi lymphæ nitore? Sic purum sanguinem censuit Redemptoris futuri, vt eius crocum iudicauerit esse candorem, dum substituit aquam pro sanguine. Sancti cruoris typus fuit vnda, purpureique symbolum imbris albidus latex, qui non inficit, cui adhæret, sed aspergit innocentiæ splendore, etiam quas sordentes manus contingit. Proprium erat sanguinis agni lauare polluta, macularúmque tenebras in claritatis sortem redigere. Se illicò credidit innocentem, quem gutta tergebat, sub cuius typo sanguis Dominicus inlatebat. Verum si aqua substituta pro sanguine idololatram Prætorem abstergit, sanguis ipse Hebræum crucifixorem contaminat, qui excandet in ira, ne candeat in imbre. Inde integrum sanguinem conantur ebibere: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* Vt mundet? Vt inquinet. Vt largiùs eius sanguinem effudissent, priùs sorbere gestiunt, eiusque recrementa ad hæredes transmittere, ad filiósque exundare gignendos, dum in vteri sputeria originariæ labis maculis immerguntur. In iniquitatibus concipitur homo, qui in primigenio capite innocentiam amisit. Vt innocentiæ candorem sanguis reproduceret Christi, è crucis torculari exprimi parabatur. Iam inde innocentiam adoratus est Prætor, qui innocentiæ vocem in sanguinis symbolo, videlicet in aqua, profudit. Ergo nocentissimi Pharisæi ibi fœtus suos producendos ingurgitare ad originarij piaculi sordes intendunt, vbi ipsius piaculi ad innocentiæ sortem fluebat lauacrum: vt quod humano generi ad fortunam mundissimæ gratiæ manabat, Hebræorum generi sordidè stagnaret ad culpam. Color innocentiæ albor est. Sanguis agni, quo intingitur innocentia, stolas intinctorum dealbat. Apoc. 7, vers. 14 *Ei sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauarunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni* Qualis hic purpureus humor, qui immersas stolas albore clarificat, dum in licia vestium subintrat, deponit colorem, albedinémque exprimit de vermiculi succo? Sanguis Christi est; vt doleat rebellis impœniténsque peccator, qui de communi dealbatorum lauacro retulit nigredinis vetustatem, & albori restitit, vt persisteret in fuligine. Iuxta se in sanguine intingentis arbitrium color à sanguine dispensatur, pœnitens albedinem, accipit proteruus nigrorem.

Matth. 27. 24.

Vers. 18 Dixeruntque ad eum satellites eius: Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus.

Imbellis fœmina, & nonnisi de Veneris armis instructa, bella progignit.

SECTIO XVIII.

EX ossis robore constitit fœmina: nihil- 120.
que est imbellius ad arma, Sexus structura Genes. 3.
fœmineí, ædificati ex masculá costa, ædificij nomen in exordio suscepit: nihil est ad constantiam fragilius, quasi tota sit caro, nec os in fœmina fœminæ sit proprium, sed viri. Et tamen vel fœminæ vox ad bella concitat, agmina ciet, sanguinem fundit, dirimit pacem, & quasi è tuba sonet, exercitus congregat, vt disperdat. Sicut de forti dulcedo fuit ænigma Samsonis, sic de dulcedine fortitudo, de ignauia robur, de eneruí fœmina impetus militaris non obscurum problema, sed facilis sententia est. Mulierum causà tot inuenies occisos, quot de thalamo notos; siquidem & prima mulier, quà extitit origo nascendi, ex bello in diuinitatem conserto, fuit & moriendi.

Versu 18. Satellites dixerunt ad Holofer- 121.
nem: *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?* Ergóne & meritum & debitum pugna fit, quæ alias illegitimè sæuit, si præliaris litis fœmina sit occasio? O sexus, qua imbellis, bellorum amicus! Mulier concupita; ambita, possessa tot, milites præstat, quot lenones, quot procos, & quot maritos. Pugnam appetit qui virginem; obtinet, qui mulierem: & illibata & libata, sponsa & coniux, pugna est & riualibus & maritis. Pacata iam est Nabuchodonosoris causa? flagrantiùs exardet ob fœmina prælium: non ad potiunda regna bellatur; pulchritudo fœminea Assyrias copias prouocat ad pugnandum. Toruo vultu, asperoque, & neruoso prælij ferocientis imago depingitur, & mollis sexus formositas, lenitásque muliebris hispidas & callosas manus Martis impellit, vt pro pulchritudine pugnet fœditas militaris. Fuge, si pacem amas, à muliebribus castris; acus, & fuso, thalamis, & puluinis assuetæ tela, funditoresque mouent camposque teneritudine digitorum, hostilium manuum pondere complent. Animatam rixam fœminam dicas, tota sanguine constat, quæ meritò menstruis fluxibus fuit mulctata, vtpote à qua, sanguinei belli scaturigo manauit.

Dum nonnisi vir hospitabatur in orbe, licèt 122.
immitibus animantibus abundaret, armatísque de suo feris, pacata & tranquilla terra sedebat. Vix mulier detornatur ex osse, cum incepit ad bellicas concitari, sensus restiterunt rationi, Numini ratio, suo Præsuli serpens, & ex semet tellus reuoluta consurgens, glebarum societatē dispersit in puluerem, qui fuit præuaricatoris

Gen. 3. 19. ſententia, Geneſ. 3. verſ. 19. *Puluis es & in puluerem reuerteris.* En illicò puluis, poſtquam hoſtilia agmina in vno homine proruperunt, & vtraque portio, rationalis vtique & animalis reciprocis fuit vulnerata conflictibus. Hinc militia eſt vita hominis ſuper terram. Quod ſi militia, puluerulenta quidem, totáque de ârena certaminis. Iob. 7. 1. Qua puluereus, arenarius eſt homo: habuit ex fœmina, cum quo; ciuili bello confligeret.

123\. Inuidus Saül Dauidicæ gloriæ, virum triumphatorem gigantis, vt deuoueret ſanguini, deuouit vxori, & in puluerulentam prælij nubem ſub connubij ſpecie iuuenem bellatorem dicauit. Vt in prælio caderet, quòd caderet deſtinauit in thalamum: maiorem filiam pollicetur in coniugem nonniſi ſub dote cruoris. 1. Reg. 18. 1. Reg. 18. 17. verſ. 17. *Dixitque Saül ad David: Ecce filia mea maior Merob, ipſam dabo tibi vxorem: tantummodo eſto vir fortis, & præliare bella Domini.* Ergone pro fundo dotali campus decernitur, claſſicum pro arrhabone, pro nuptialibus tædis præliare incendium, & pro tota ſponſa militare periculum? Manus connubiales conſerere, ſigna conſerere eſt; in coniugium filiam committere, committere pugnam, daréque impetum, dum vxorem? Vt compendio iuuenem bellicis tumultibus adrogaret, ſub eius manum præſtitit fœminam, non vt totum ad gignendos prouocaret nepotes, Regiúmque ſanguinem ex genero ſuſpiciendum &, filia, ſed ad generi ſanguinem effundendum in pugna. Cum Rege cognationem recuſabat Dauid, ne ſuæ tribus fines excederet, ſi fieret affinis imperio. Merob igitur obnubitur alteri. Perſiſtit Saül in cædis Dauidicæ deſiderio, alterámque filiam 1. Reg. 18. 25. promittit, paciſcens verſ. 25. *Non habet Rex ſponſalia neceſſe, niſi tantùm centum præputia Philiſthinorum, vt fiat vltio de inimicis Regis. Porro Saül cogitabat tradere David in manus Philiſthinorum.* Qualis hæc pactio connubij? Non aliter tradere coniugem in manum mariti, niſi poſtquam maritus in hoſtiles Philiſthinorum manus tradatur. Quid? In manum ſponſi tradere coniugem, formula fuit nuptialis; cenſuitque Saül, connubiali ſatisfacere formæ, ſi ſponſum in manus traderet inimicas; pro eodem reputans bellum & fœminam. Sponſalia ſunt Philiſthinorum præputia; fœduſque ante nuptiarum donorum, vt feriatur ſponſus, feritur; & matrimonialis caſtitas de abſciſſis honoratur præputiis: non enim ſponſi concubitum, ſed occubitum intendebat, qui eum priùs ſatagebat occumbere, quàm accumbere. Pacto obeditur, Philiſthini cæduntur, Michol ducitur, & qui, vt futurus ſponſus, in aleam vitæ diſcriménque ſanguinis iactabatur alienigenarum iris obiectus; incurrit bella domeſtica iam maritus; nec clanculum, ſed palam conſanguinei Saülis auidum ſanguinis experitur furorem. Nec procul à thalamo certamen eſt: de geniali toro contenditur ad ſanguineam mortem abduci. 1. Re-
1. Reg. 19. 13. gum 19. verſ. 13. *Tulit autem Michol ſtatuam, & poſuit eam ſuper lectum, & pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius*, ſimulans in lecto iacere, qui quærebatur, vt defunctus iaceret in aula. Quid tunc Saül, verſ. 15. *Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur.* Si ad genus Regium ſobole propagandum nuptialis thalamus ſternebatur, viróque completur & fœmina, vt à mutuis amplexibus vita protenditur in prolem, quid eſt quòd in eodem lecto gener Regis vocatur ad ſanguinem, vt ibi iaceret cadauer, vbi vt maritus filiæ iacebat? Non aliud voluit decreuiſſe patibulum, niſi fœminæ lectum, ratus ſe mortem viro præſtitiſſe, cùm fœminam.

Nec diſtant Dinæ coniugalia fœdera cum Sichem. Filius Regis libauerat virginem & licet, dum legeret florem, pungentis lilij non ſenſit ſpinas, vix lilij pulchritudine fuit potitus, cùm à fratrum ſatellitio ſpinoſo prouocatur ad vulnus. Non aliter ei promittitur in coniugem, niſi priùs punctus ſanguinem mittat, Gen. 34. verſ. 15. *In hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur in vobis omnis maſculini ſexus; tunc dabimus & accipiemus mutuò filias veſtras ac noſtras: ſi autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam noſtram, & recedemus.* O calamitoſa ob fœminam ſors? Ipſamet naturæ inſtrumenta, quibus agitur legitimè in fœminam, non niſi vulnerata fruuntur. Ne diſtet effuſio cruoris à corporis fœminei contactu, priùs in maritali organo thalami decernitur plaga cruenta, & pignus fœminæ vulnus eſt. Niſi cedat conditio, cæſo præputio, Diana non ducitur in vxorem Nec ſat eſt, quòd feriatur pellicula; tota corporis pellis abraditur, quia fœminæ intercedit negotium. Verſ. 25. *Et ecce die tertio, quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt, arreptis duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingreſſi ſunt vrbem confidenter: interfectiſque omnibus maſculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam.* Quale robur in duobus viris aduerſus confertiſſimum populum? Quomodo gemina falx tot ſegetes viriles demeſſuit, duóque decem millia confodiunt? Quoniam non duo præliabantur, ſed tres: nam & Dina pugnabat. Quòd ſi Dina, ingens fuit in fœmina exercitus. Plures abſque gladio, quietáque in aula Dina necauit, quam armati fratres in vrbe; quippe quotquot à fratrum ſunt occiſi pugionibus, vna puella confodit inermis. Augurium ſtragis ſponſa fuit, quæ & prædixit effundendum ſanguinem, & effudit: cœpit ciuitas deuaſtari, cùm cœpit fœmina ciuitatem adire, nec ceſſaret à regione calamitas, niſi poſt dirutæ vnius vrbis ſtragem fœmina receſſiſſet. Habitante puellâ ciuitas Sichimorum manſit eremus. Ergo eremum pete, vbi fœmineus hoſtis non imperat. Iurgia cupis, nec columitatem ſanguinis amas, ſi illegitimè fœminam capis & amas.

124\. (right margin, at "Nec diſtant Dinæ…")

Gen. 34. 15. (right margin, at "priùs punctus ſanguinem mittat…")

Gen. 34. 25. (right margin, at "negotium. Verſ. 25.")

Rex aulicis aſſentatoribus circumdatus, à quibus ad iniuſta placita prouocatur, propellitur ad ruinam. Nunquam ſolus peccat qui in alto eſt.

SECTIO XIX.

QVI in alto eſt, quotquot aſſentatorum ventis perflatur ad gloriam: tot impulſibus 125
agitatur ad caſum. Quò officioſiores ſunt nubes, quæ verticem coronant imperij, ſi ſtrepitu fauent, vocaliſque adulatione blandiuntur, mitiore flatu adigunt ad ruinam. Non à ſe, ſed à clientum

ſtipatâ

ſtipatâ coronâ concidit è vertice Princeps, qui pondera lapidum aſſentationibus congerunt in diademate, vt vergat in decliue velociùs. Leuiùs Rex peccaret ſi ſolus: nunquam niſi comitatâ iniquitate delinquit. Malè ſtatum cognouit imperij, qui faſtigium throni ſolitudinem nuncupauit confertiſſimus aulicorum locus eſt, qui adhærendi impetu ab anguſto, & vnius ſitu Regem propellunt. Tenera in Antiſte venalis criminis cogitatio, illicò aulicorum adoleſcit in gremio, adulationiſque lacte nutrita, vinóque valente potata ſubitò in mortalem ſenectutem producitur.

116. Primus ille illegitimi Principatus ambitor vide quid cogitet, Iſaiæ 14. verſ. 13. *Super aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis.* Qui ſe ſolùm in montis apice cogitauit, nullis aſtrorum ſocietatibus comitatum, vix ſe in ſolio meditatur confidere; cum iam lateronibus præuidet circumdandum. Quid proderunt latera, ſi Aquilonis ſunt? Quid venti rapidi ſodalitium, aëriíque miniſterij apparatus? Qui ſibi ventoſos aulicos præparauit, etiamſi fixè robuſtéque ſedeat, ventoſi flaminis impetu propelletur, illicóque pro montis radice faſtigium ſuperum commutabit. Sic contigit. Vix ſuperbiam cogitauit in culmine, verticémque imperioſum tenere, cùm ratus eſt à lateronibus ſuis ambiendum, qui Aquilonari turbine, ventoſóque crepitu in eius auribus inſonarent. Sed continuò caſum expertus eſt, qui Aquilonem aulicum concupiuit. His lateribus vti, cadere fuit, primúſque cum cogitationis impulſus, Sedis appetentem pepulit in profundum, verſ. 15. *Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci: qui te viderint, ad te inclinabuntur, téque proſpicient.* Qui inclinatur, erectus erat; non cadit, ſed deprimit corpus. Qui ſunt, qui, vt proſpiciant Luciferi caſum, tergum è ſupernis inclinent? Anne ipſimet laterones, qui auræ blandientis aſſentatione depulerant, ridéntque à miniſtris erectis ſic propulſum Dominum cecidiſſe? Imò & ipſi pariter ceciderunt. Sed & in ipſo caſu ſe erectos iudicant vt Principem, quem aſſentatione pepulerunt, irrideant. Quotquot in Regis amicitiam aſpirant, dum leniter ei ad blādimenta criminum ſerpunt, viuum Regem expirare compellunt; adminiſtratorij ſpiritus ſunt, non in miniſterium ſalutis, ſed in inſtrumenta ruinæ. Qui clauum tenes, compeſce hos flatus: auras iſtas depones, ſi obtures aures, & incantatoribus ventis ſurditate reſiſtas, aërémque exſufflatis nimbis ſerenes.

Iſai. 14. 13.

Iſai. 14. 15.

127. Vix coram Holofernes Iuditha ſtetit, cùm iniuſſi ſatellites prorumpunt in elogium puellæ, vt ſi fortè Regis malignitas non plenè biberat cupidinis inſtillatæ venenum, his pincernis pellicientibus integram libidinis cicutam hauriret, verſ. 18. *Dixerúntque ad eum ſatellites eius: Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus.* Quid ſuggeritis improbi Conſules? *Vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus:* Pugnam, quæ furoris erat, & de iniuſta dominandi luxuria, de obligatione iuris adornant. Dicunt debitum, quod eſt nefas. Sic Aulici obrepunt pectoribus Principum, auróque Iuſtitiæ pateram flagitij deliniunt. Imò iræ votum, proteruitáſque libidinis eſt, alienas inuadere ſedes, pro virginum raptu ciuitates exteras demoliri, geminámque ebrietatem, ambitionis & laſciuiæ peragere. Sic ſunt improba miniſtrorum ſuffragia. Violenta illecebrâ ad vetita Reges inclinant, & ſub religionis titulo, vinculíſque legitimi ſpecie pacatum Principem ad bella protrahunt inhoneſta.

Non ſic malus Dæmon decipere nouit incautos, ac iſti humani Dæmones ſub Angelicæ lucis figura. Dixerat Dominus 3. Reg. 22. verſ. 20. *Quis decipiet Achab Regem Iſrael, vt aſcendat & cadat in Rhamoth Galaad?* Dæmon ſubſiliuit ex turba verſ. 21. *Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſtetit coram Domino & ait: Ego decipiam illum. Cui loquutus eſt Dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies & præualebis: egredere & fac ita.* Non ſatis verſutiæ in ſpiritus nequam eſt, vt callidis technis decipiat Achab? Quid opus interrogandi, quo doli artificio procedet, cui mille nocendi artes, ingeniáque mille fallendi? An in Regis deceptionem, & ex aſtu nequiſſimo iniuriam, parum Dæmon muneris habet, vtpotè cui nequiores ſe aſſiſtunt ſatellitum greges, qui verſare dolos, & ſub verſipelli conſiliorum flore noſcunt inſtillare venena? Inde vafer ſpiritus illicò fortunam falſitatis, quam texere parabat, explicuit, ſe videlicet in ore Prophetarum Regis, tanquam in calliditatum promptuario, teſſarum, & exinde benè medicata tela, herbáque efficaciore curata iactaturum ſpicula, vt ni pectus Achab ſub obſequij ſpecie certiſſimam perniciem immitteret. Adfuit ſtatim Domini vox: *Decipies & præualebis:* quaſi ſolus decipere non potuiſſet, niſi hoc famulitio iuuatus. Non valent quidquam Dæmonis artes, niſi ex didaſcalia clientum; rudis eſt & ignauus, donec à miniſtrorum ore fallendi documenta recipiat, præſidiariaque aulicorum malignitate fruatur. O vos infœlices, qui tectos paſcitis inimicos, quos vmbra fauoris ad ſcholam deceptionis erudit! qualiter vmbras captat doloſus amicus, & in promptis officiis ſeruitij occulata cuſpidem, quâ cruentet? Nunquam nude peccat Dynaſta: veſtita tectáque auro & purpurâ crimina ſanguinea committit: quippe à qua miniſtrorum reuerentiâ veſtitur, ſub obſequij tegmine occultata ſibi adaptat flagitia, citiúſque ad caſum prenditur, quâ veſtitus. 128.

3. Reg. 22. 20. 21.

Etſi inter ſe prauorum Conſiliatorum aduerſentur ſuffragia, in hac vna Regis clade ſociantur, per diuerſáque ſuggeſtionum præcipitia trahunt Principem in profundum, vt quacumque inclinet aſſenſus, declinet in foueam, quam ramoſis rectitudinis fictæ texturis operiunt, ne illicò videat cauitatem ruinæ. Achitophel conſilium dederat Abſaloni, vt duodecim millia virorum irruerent in Dauid, cui licèt placuiſſet ſuggeſtio, Senatorem alterum accerſiuit, ſi forſan nouitate ſuffragij meliora conſuleret. 2. Regum 17. verſ. 5, *vocate Chuſai Arachitem, & audiamus quid etiam ipſe dicat.* Adeſt accitus Conſul, nec vti rogauerat prior, exequendum eſſe propoſuit. Cenſet, pleno exercitu Iſraëliſque congregatis phalangibus, in Dauid irruendum. Tunc Abſalon, v. 14 *Melius eſt conſilium Chuſai Arachitæ conſilio Achitophel.* Si in ſententia diſferunt Senatores, diſſimiliſque mens eſt, cur vna vtrique iuuenis Abſalonis pernicies, parricidaliſque admonitio piaculi, nec alter diſſidet in paternæ obedientiæ ſuaſione, ſed ambo per 129.

2. Reg. 17. 5.

2. Reg. 17. 14.

extrema opinionum in vno flagitij copulantur scopo? Quis sic crederet in aduersitate sententium, quòd eûm alter esset contrarius alteri, vterque contrariaretur Absalonis saluti? Vnam mouent Consules illi, vt à vitæ statu Absalonem amoueant, & vt dirùs deiicerent decerpendo, hunc illinc ex aduerso brachio deuellunt iuuenem & deturbant, quasi quatuor inter se colluctantibus ventis, quadratæ domus angulos demoliantur. Ita est. Iniquorum disparata suffragia in hoc vnum similitudine conuenente collineant, vt Principem dissipent insipientem, qui à contrariis impulsibus citiùs ruat.

130. Erat Achab vineæ concupitor alienæ, parúmque ducebat purpuræ maiestatem, nisi de Nabot fertili fundo viridibus palmitibus frueretur. Vxor Iezabel Consulis prætextam assumpsit, vt fieret integer senatus marito, & fœminei ingenij suffragiis causam Regi præstaret. 3. Reg. 21. vers. 7. *Dixit ergo ad eum IeZabel vxor eius: Grandis auctoritatis es, & benè regis regnum Israël. Surge & còmede panem, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Nabot.* 3. Reg. 21. 7. Considera præmium legispetitæ. Ad auctoritate Regis orditur, rectitudinem regendi commendat, sanctæque iustitiæ æquitatísque maritalis præmittit elogium; & tamen periodi finis vineæ amatæ promissio fuit, & quasi iam vuas expressisset in calice, seu in ferculo, vt manderet, propinasset; quòd comedat, & bibat impellit, ne desideria Regis & si illegitimè sint concepta, possint à celeri possessione distare. Vide, maligna Senatorij muneris rea, Achab non dono, sed pretio palmites cupit: ad contactum vineæ tantummodò meditatur contractum, non vt ab egeno gratis arripiat, sed vt profundo pactam venditionis sortem refundat. Verùm piget vxorem, quæ semel consiliatricis sumpsit officium, pigrè expectare contractus legitimi moras, morosum iudicans venditorem, qui Regi petenti vites negauit. Et vites & vitam Nabot Iezabel eripere aggreditur, ne mustum vitium absque succo vitæ, herique sanguine Regi auido porpinaret. Lapidibus obruendum decernit vineæ miserum possessorem, vt maceriæ lapides contererent suum colonum, & quasi præli molâ à vita & vitibus exprimerent largum liquorem. O egregium consilium! Rex pro vineæ mercede coniugem & Reginam amisit. Viduus & vinitor mansit Achab, vitámque vxoris iustè pro vitibus erogauit, qui tali consiliatrice ad aulæ Regiæ vtebatur perniciem. Infausta nimis Principis sors, cui vt non deficiat adhærens impetus ad cadendum, ipsa, cui adhæret vxor, & ex latere ædificata adstat ad latus, illum decipit, disiicit, & diuellit.

Improbus minister, quæ ex propria libidine Regalia iussa compleuit, computare nititur in calculum meritorum.

SECTIO XX.

131. O Quoties virtutis pallio vitiosa desideria teguntur, & sub obedientiæ cute illegitima vota complentur! O quoties minister per obsequij dominici tramitem ad amatam tendit libidinem, iussísque obtemperat, quoniam concupita iubentur, vt mystero appareat, dum peccat, habetáque de officiosa luxuria, quid intersetat in calculum meritorum. Omnium irreligiosiùs delinquit, qui religionis titulo vitium adornat, scelusque proprium in alieni imperij ingerens implementum, de iniquitate satagit suum dominum promereri. Iusserat Nabuchodonosor, vt Assyriorum exercitus aduersus rebelles ciuitates pugnaret; mandatóque Regis alacriter obedire credunt Assyrij, cùm regionem debellare contendunt, quam incolunt pulcherrimæ fœminæ; & quod libidinis erat, faciunt obediendi materiam vers. 18 *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?* Cur dicitis meritum, quod cupiditas est? Ardor venustatis fœmineæ ardorem accumulat belli, feruidósque spiritus ciet, non amor regalis obsequij. Regis mandatum titulis iustitiæ commendant; & tamen quod lacertos exasperat ad certamen, fœminarum formositas est. Virentis lauri præmium sibi de victoria promittunt, quos muliebrium mancipiorum spolia venusta, non Nabuchodonosoris Regni incrementum allicit ad pugnandum.

132. Ioab triplici lancea transfixerat Absalon: Dauid eiulat pignus occisum, funestum nimis iudicans triumphum, qui fuit ex sobolis funere partus. Quid tunc Ioab 2. Reg. 19. vers. 5. *Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum.* 2. Reg. 19. 5. Non satis ô Ioab, quòd Regium iuuenem confodisti, sed quod tui fuit blandimentum sudoris, iræque illegitimæ lenocinium, meritum Regij muneris facis, & pro tot animarum salute redemptâ pretium admonere contendis? Imò Ducis Ioab effera licentia fuit, filium Regis pendulum è quercu perimere, cùm de suo, non de Regis dono, militi, qui è ramo pendentem aspexerat, spoponderat munerandum, cap. 18. vers. 11. *Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & vnum baltheum.* 2. Reg. 18. 11. Si Dauidis ageret causam, cædémque pignoris crederet placituram parenti, non sic siclos erogaret de proprio, mercedémque carnificis, non Regi, sed suæ liberalitati adscripsisset, cui non sic erat ampla supellex, vt Regalia debita solueret. Ergo Absalonis cædes non erat in Duce rerum publicarum studium, sed iuuenis odium; & tamen in furoris pretium Dauidis fauore redonari contendit! vt pretiosus impetus euasisset, qui dum filium occideret, patrem promeruit.

133. Hic ipse Ioab vltioni fraterni sanguinis inhiabat, vindictæque lenonem obedientiam Regis effecit. 2. Reg 3. vers. 25. *Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te, vt deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum, & nosset omnia, quæ agis?* 2. Reg. 3. 25. Egreditur ab aula Dauidis, quasi vt eius plecteret inimicum, lethalique supplicio perduellonis crimen ablueret, & tamen occisi ab Abner fratris, cruoris pars ebulliebat in venis, vt Regalis obsequij pugione cædem vlcisceretur, vers. 27. *Seorsim adduxit eum Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei in dolo: & percussit illum ibi in inguine, & mortuus est in vltionem sanguinis Asael fratris eius.* Ibi. v. 27. Cuiutne sunt

hæc

hæc vltima verba? an ſacri Hiſtoriographi, an Ioab? Quid quòd vtriuſque? Cùm ſtringeret gladium ſeruitium Regis meditari fingebat; cùm fixit, & in inguine ſepeliuit, non obſequium, ſed vindictam eſſe monſtrauit: in eodem ſitu fraternam viam requirens, vbi transfixus frater occubuit. Recole qua in parte Aſaëli lethale vulnus inflixiſſet Abner, ſuprà c. 2. verſ. 23.
2.Reg.2.23. *Percuſſit eum Abner auersâ haſtâ in inguine, & transfodit, & mortuus eſt in eodem loco.* Ergo, etſi ſiluiſſet Ioab, cruentæ plagæ locus prædiceret, an Regis amor, an Abneris odium gladium in mortale vulnus direxit. Inguen teſtimonium perhibuit: ibi perempti fratris ſanguis latebat, quem vltor frater ad ſitim furoris explendam, timante cuſpide veſtigauit. Quale pro vindicta præmium exambies, Dux Regis amice, qui ſub obſequentiſſimæ virtutis auro, iræ contexiſti venenum?

134. Saül mittitur à Samuële, vt percuteret Amalec, oreque gladij facultates barbaras deuoraret, nec oculis conniueret, vt parceret cuiquam, ſed & ſpolia deflagrante Marte combureret. At ille otium pinguedine delinitus, armentorúmque nitore lætatus, quin & Rege, vt mancipio ſplendido frui, Agag & optimis gregibus ex auaritiæ lenitate pepercit; & cùm melior ſit obedientia, quam victima, cauſam victimæ religioſæ prætendit, vt concupiſcentiam oculorum religionis cultu excuſaret. Mugientes boues, ouéſque balantes Samuël audiuit. Tunc Saül 1.Reg. 15. verſ. 15. (1.Reg.15. 15.) *De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo, reliqua verò occidimus.* Lupus ſub ouina pelle delituit, auaritiæ rapacitas ſe vellere religioſo contexit, & ad aras aufugit, vt propitiationem criminis obtineret. Iniquitatis tegmen fecit altare, vt lucrum adorationis, meritúmque pietatis ambitioſam libidinem nuncuparet. *Vt immolarentur*, inquit, *Domino Deo tuo.* Cur non *Domino Deo meo*, cùm compar eſſet Saulis cum Samuele religio? Studuit vtrumque meritò gratitudinis deliníre, & Prophetam, & Deum; quaſi vatis cauſam egiſſet, qui dum prædam retinuit, vatem Domini ad retributionis præmium alliceret. Magis erit, etiam inobedientiæ flagitium ad obedientiæ ſortem inuertere, & pectoris rebellis duritiem, cupiditatémque ſpoliorum auaram, cultum & humilitatem vocare, vt dum ſibi complacuerat in præda, præcepto Domini crederetur paruiſſe. Obiurgat Samuel verſ. 19. *Quare ergo non audyſti vocem Domini, ſed verſus ad prædam es?* 1.Reg.15. 19. Tunc ille. *Imò audiui vocem Domini, & ambulaui in via, per quam miſit me Dominus, & adduxi Agag Regem Amalec & Amalec interfeci.* Dum auſus fuerat, quod ſaluâ inobedientiâ non licuit, idipſum quod deliquerat, in humilitatis opus, iuſſioniſque docile complementum conuertere ſatagit, vt præmium obtineret iuſtitiæ, in quo nefariè libidine tenendi peccauit. Ipſamet periodus inter ſe aduerſantia verba contexuit, nempe quod & vocem Domini audiuerit, & adduxerit Regem Agag; vocem Domini in clientelam adducens, à qua potiùs vt inobediens & perfidus damnabatur. Sed ſic ſunt ſubditorum officia: ſupputant in calculo debitorum facinora iniquitatis, vt de herilibus mandatis retributionem accipiant, cùm non ſubiectionis amor, ſed propriæ libidinis ardor impetrata peregerit. Nulla eſt minùs medicabilis peccandi licentia, quàm quæ bonum malæ rei quærit auctorem, & vitia ſua præceptis eſſe ſimilia nititur perſuadere, honeſtatémque mandatorum impetu voluptatis corrumpit. Sic dum ſe dicit iis, quæ à Domino audiuit, obtéperare, ſuo furori obtemperat ſeu laſciuiæ: nec timidè concupitis indulget, ſed libertaté ſuam ex Principis iuſſione commédat.

CAPVT XI.

1. TVNC Holofernes dixit ei: Æquo animo eſto, & noli pauere
in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit
ſeruire Nabuchodonoſor Regi. 2. Populus autem tuus,
ſi non contempſiſſet me, non leuaſſem lanceam ſuper eum.
3. Nunc autem dic mihi, qua ex cauſa receſſiſti ab illis, &
placuit tibi, vt venires ad nos? 4. Et dixit illi Iudith: Sume verba ancillæ tuæ; quoniam ſi ſequutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.
5. Viuit enim Nabuchodonoſor Rex terræ, & viuit virtus eius, quæ eſt in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non ſolùm homines ſeruiunt illi per te, ſed & beſtiæ agri obtemperant illi.
6. Nuntiatur enim animi tui induſtria vniuerſis gentibus, & indicatum eſt omni ſæculo, quoniam tu ſolus bonus & potens es in omni regno eius, & diſciplina tua omnibus prouinciis prædicatur.
7. Nec hoc latet, quod locutus eſt Achior, nec illud ignoratur, quod iuſſeris euenire.
8. Conſtat enim Deum noſtrum ſic peccatis offenſum, vt mandauerit per Prophetas ſuos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis ſuis.
9. Et quoniam ſe ſciunt offendiſſe Deum ſuum filij Iſraël, tremor tuus ſuper ipſos eſt.
10. Inſuper etiam fames inuaſit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur.
11. Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora ſua, & bibant ſanguinem eorum.
12. Et Sancta Domini Dei ſui,

ſui, quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt im-
pendere, & volunt conſumere, quæ nec manibus deberent contingere: ergo quoniam hæc
faciunt, certum eſt, quòd in perditionem dabuntur. 13. Quod ergo ancilla tua co-
gnoſcens, fugi ab illis, & miſit me Dominus hæc ipſa nuntiare tibi. 14. Ego enim
ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te & exiet ancilla tua, & orabo Deum. 15. Et
dicet mihi, quando eis reddat peccatum ſuum, & veniens nuntiabo tibi ita vt ego addu-
cam te per mediam Hieruſalem, & habebis omnem populum Iſraël, ſicut oues, quibus non
eſt paſtor, & non latrabit vel vnus canis contra te. 16. Quoniam hæc mihi dicta ſunt
per prouidentiam Dei. 17. Et quoniam iratus eſt illis Deus, hæc ipſa miſſa ſum nuntia-
re tibi. 18. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris
eius, & mirabantur ſapientiam eius, & dicebant alter ad alterum. 19. Non eſt
talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum. 20. Et
dixit ad illam Holofernes: Benefecit Deus, qui miſit te ante populum, vt des illum tu in
manibus noſtris. 21. Et quoniam bona eſt promiſſio tua, ſi fecerit mihi hoc Deus tuus,
erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonoſor magna eris, & nomen tuum nomina-
bitur in vniuerſa terra.

Litteralis Commentarius.

Verſ. 1. Tunc Holofernes dixit ei: Æquo animo eſto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor Regi.

Verſ. 2. Populus autem tuus ſi non contempſiſſet me, non lauaſſem lanceam meam ſuper eum.

Verſ. 3. Nunc autem dic mihi, qua ex cauſa receſſiſti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos.

1. TVNC *Holofernes dixit ei.* Intra præcordia tam ſubſiliebat flamma laſciuiens, quæ crepitans per organum vocis non potuit ſe continere, quin cum venuſtâ fœmina loqueretur. Si nihil Iuditha profata fuerat, cur in clitæ maieſtatis diſpendium primus loquitur Holofernes, nec expectat rogari, votáque ſupplicis venuſtatis audire, ſed ad oculorum comitatum lingua cucurrit, vt illis intuentibus, illa diceret: Præter vim ſubitò naſcentis amoris, qui etiam non eruditus, ſi adultus naſcitur, nullo magiſtro, benè ſcit concinnare ſermones, detornatéque verba; ſuſpicor id ex Perſico more fluxiſſe; quoniam corporis conſternatio, adorationiſq; geſtus pro vocali ſalutatione habebatur: quo nomine ſolet nuncupari, vt ſupra dicebamus ex Curtio lib. 8. *More Perſarum ipſum ſalutare proſternentes humi corpora.* Valerius Maximus lib. 7. cap. 3. *Continuò equis delapſi, vt eſt mos Perſarum, humi proſtratis corporibus Darium Regem ſalutauerunt.* Quare quaſi toto corpore loquuta Iuditha, functaque ſalutationis officio, licèt ore tacuiſſet, humilitatis ergo, tempeſtiuè reſponſum accepit ab Holoferne, qui non patiens in eleganti Hebræa reliquiam vllam deponi pauoris, eam illicò ab vllius aduerſi dedecoris ſuſpicione detergit, vt ſibi hoc debeat profuturæ, quam ſperabat, amplexum ſortis mercede.

Curtius. Valer.

2. *Æquo animo eſto, & noli pauere in corde tuo.* Si æquus animus eſt, qui non iniquus, tibi hanc virorum nequiſſime, imprecare æquitatem, cuius hæc fœmina zelo ſic ardet, vt non dubitauerit in barbaros ſe immittere cuneos, dummodò à fideli populo iniquitatem auertat. *Æquo animo eſto*, id eſt, inturbato, nulliſque fluctibus acto: neque enim æquum æquor eſt, cùm citatæ vndæ partim reuehuntur in ſydera, partim reſcinduntur in latera, ſéque diſcerpente flactu nulla planities non manet. Hinc *æquum campi* dixit Liuius lib. 5. pro *planitie.* Plautus Rud. 10. *Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum.* Æquum animum dixit Cicero ad Atticum lib. 6. id eſt, non ſolicitum, nec curantem. Nec tamen hoc ſtylo intendit Perſa ad ſufferentiam malorum, animíque in aduerſis vigorem fœminam promouere, ſicut aliàs accepit Cicero ad Brutum 4. *Qua tua eſt humanitas, æquo animo te moneri patieris.* Potiùs æquum animum in fœmina exoptat, nempe libentem, & beneuolum nimis; non moroſum, & turbidum, qui difficilè ad aliena placita moueantur, vt alias Lucretius lib. 3. accepit. Sic ferme, pulcherrimæ fœminæ aſtanti coram Cyro Perſarum Rege dixit vnus ex aulicis apud Xenophontem lib. 5. pæd. *Bono animo ſis mulier: nam tametſi præſtare virum tuum corporis & animi bonis audiamus, tamen ei te modo ſelegimus, quem ſcire debes neque forma elegantia illi cedere, neque ingenio, neque poteſtate.*

Liuius. Plautus. Cicer. Lucret. Xenoph.

Et noli pauere in corde tuo. Quis indicauit Holoferni, metu fœminam angi, & in cordis latebris caligine pauoris obſtringi? Facies quidem non indicabat, cui metus nihil de genarum roſa conſumpſerat, nihil de frontis lilio libauerat, ſed æqua toti vertici, pulchritudinis conſtantia manebat. At ideo dixit *in corde tuo*; quaſi innuens ſub formoſo tegmine vultus, luminéque ardente oculorum frigidum in corde circumuolui timorem, qui proinde laborioſior eſt, & diriùs concutit, quò minùs ad extremam cutem reſpirat, violenta repreſſione detentus? Sed benè percalluit Perſa, fœminam, quæ ſe transfugam potiùs quàm obſeſſam amauit, & de alienis caſtris mendicam, quàm in propriis ædibus diuitem, alicuius ſolicitudinis vulnere ſauciam venire, metúque perculſam, quem famigeratus Aſſyriæ ſæuitiæ rumor ſparſerat. Profectò vel ipſa conſternati corporis ſpecies, & animi ſupplicis vſque ad terram deiectio pectus pauidum indicabat? quod lenocinium ſolet eſſe 3.

potentibus

potentibus, coram ſe procumbentes non modico ad maieſtatis conſpectum timore concuti: præcipua enim reuerentiæ portio metus eſt, nec modica religionis pars, cùm reuereri, bis vereri ſit. Inde adoratio, quàm ſibi Reges Perſarum vendicabant, quâ ſupplicem, & abiectam, metuentem animum exhibebat, præcipuè in transfugis: ſic enim Antoninus, qui ad Saporem transfugis apud Ammianum Marcellin. lib. 18. *Sublata thyara, quam capiti ſummo ferebat honoris inſigne, diſſiluit equo, curuatiſque membris humum vultu pene contingens ſalutauit; Patronum, & Dominum appellans, manus poſt tergum conuertens, quod apud Aſſyrios ſupplicis indicat formam.* Simili precubitus forma Tigranes Pompeium impulit in pietatem, miſericordémque reddidit de ſupplicis habitu iam pacatum, apud Dionem lib. 36. Quare quamuis nullus metus gelidaſſet pectus Iudithæ, quem potiùs igneus animi vigor flammâ maiore depulerat; vel arrogantia Holofernis fuit eam coram ſe exiſtimauiſſe timentem; vel Iudithæ ſagacis prudentia, vt hæc eſſet prima adulatio, aliqualis metus indicium in ſe permiſiſſe. Nec tamen, etſi cæleſtis ardor cor fœminæ ſanctum imbuerat, fecit omni prorſus vacuum timore; cùm ipſamet tam inſueti horroris præſentia, toruáque & dira bellatorum facies, Ducíſque aſpera de robore frons, à tenera viduæ aſſueta domeſticæ paci, puellarúmque mollium comitatui, quem etiam à maſculis membris ſubitum extorqueret pauorem.

4. *Quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor Regi.* Si viro non nocuit cur fœminæ nocuiſſet, quam iam abſque alieno ſuffragio, propriis oculis de venuſtatis miraculo commendabat. Propter ſpectantium præſentiam, throníque faſtigium, in quem quaſi ius dicturus aſcenderat, fœminæ vocabulum proferre non auſus eſt, ne niſi maſcula verba, nec de mulieris amore mollita coram exercitu pronuntiaret. Flammam tegit, quæ iam intima præcordia adurebat, ne qui ſæuum, & implacabilem ſe in ſubiugandis regionibus edidiſſet, primo vnius fœminæ aſpectu in lenitatis degenerauiſſet ſpeciem. *Ego nunquam nocui viro.* Callidè tentauit, ſe gratiam fœminæ promereri, ſéque ab opinione defendere, quæ de eius truce indole percrebuerat; ne iam horreret fœmina cum Dynaſta Perſarum contubernium, quem mendax fama publicauerat ſæuum. Hæc prima Barbari diligentia fuit, ſe tractabilem, mitémque proferre, ne illum auerſaretur Iudith ob crudelitatis, moroſitatiſque nomen. Benè ſe lenem, etſi mendacio, profeſſus eſt, qui ab vno ſolùm viſæ pulchritudinis ictu tam facilè victus contabuit. Sed vitium ſuum diſſimulans Perſa ſubſiluit, ideò nunc ſe facilem, & beneuolum exhibere, quòd non cum viro, ſed cum pulchra fœmina agebat.

5. *Qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor Regi.* En quod pluries notauimus: Perſarum Regibus ſubiici, ſeruire fuit, & quaſi inuſta ſeruitutis vibice fronte, omnem amittere libertatem, nec enim niſi ſeruorum vocabulo ſubditi dicebantur. Imò recordare, mendaciſſime Princeps, quid tibi Prouinciatum legati dixerunt ſuprà cap. 3. verſ. 6. *Veni nobis pacificus Dominus, & vtere ſeruitio noſtro, ſicut placuerit tibi:* & tamen nullatenus detenuata ferocitas, verſ. 11. *Nec iſta tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt.* Quid non amoris inſolentia prætexta? Mendacium Perſis extrema turpitudo erat; & tamen turpior iam de laſciuis ignibus Perſa, vt fœminæ vota captaret, beneuolámque ſuæ cupidini reddidiſſet, coram Senatu, & in ſuggeſtu conſpicuus, non veretur mendaciſſima verba producere. Quid? Perculſus à formæ gratia, amens cœpit eſſe, quâ amans; nec menti iam potuit concordem proferre ſermonem, cui mentis defecerat vſus. Hæc prima Iudithæ victoria fuit, amputare priùs mentem in homine, quæ ceruicem venerat amputare, & coram multitudine, eius rationem occidere, quæ erat corpus occiſura in ſecreto. Ambroſius lib. 3. de offic. cap. 3. *Formidatum populis virum Holofernem adyt Aſſyriorum, triumphali ſeptum caterua; quem primò formæ gratia, & vultus decore perculit; deinde ſermonis circumſcripſit elegantia.* Perculit quidem decore vultus; iam ſaucius à telo venuſto innatat intrinſecus ſanguine, quem in Veneris riuos erogare deſiderat, ſed eo ſuffocatus, non poterit fœmina frui. *Seruire Nabuchodonoſor Regi.* Quia dicebat in publico, nullam ſibi maieſtatem arrogare præſumpſit, ſed Nabuchodonoſori retulit ſtudioſus, ne de tyrannide accuſaretur. Nullibi firmiùs viget cum Regibus obſeruantia, quàm in barbaris, qui quà Dei Principis ſui ignari, quam ille non præſtant, ſuis Imperatoribus pietatem ſuperſtitioſámque obedientiam accumulant. Quin tacitè ſe à ſuſcepti belli excuſat furore, crudelitatíſque famam detergit, vtpotè qui non ſuo, ſed Nabuchodonoſoris efferueat imperio.

Verſ. 2. *Populus autem tuus, ſi non contempſiſſet me* Hebræorum nomen exoſus, nec vocabulum proferre dignatur. *Populus tuus*, inquit, gentem Hebræam ſub vnius populi voce complectens. Imò aliqualis cõtemptus indicium fuit tam latè patentem regionem de fortitudine, religionéque nobilem ſub populi extenuauiſſe compendio. Sed benè vniuerſos Hebræos populum Iudithæ appellauit, in aliquale vaticinium, quod hæc fœmina populi ſui ſaluatrix aduenerat. Sic Chriſti Redemptoris nuntiator Angelus dixit ad Ioſeph, Matth. 1. v. 21. *Et vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum.* O quantum Regalis maieſtatis ſanctitas habet! Nulla ſecurior purpura eſt, nullæ trabeæ certiores! Imperio gaudet, nec nato, nec parto, totiúſque populi dicitur Domina, quem nec ferro, nec origine fuit ſortita. Iam populus Hebræus, iudice Holoferne, incepit eſſe Iudithæ, quem non proprio, ſed alieno Tyranni ſanguine ſibi acquiſiuit, & quæ à populo exiuit, quaſi iam Bethuliam amittens, potita vniuerſis Iudææ populis reuertetur.

Si non contempſiſſet me. In hac querela plurimus ſemper fuit Holofernes, ſuprà cap. 5. verſ. 4. *Quare præ omnibus iſti contempſerunt nos?* Nulla maior ſuperbo calamitas eſt, quàm quòd eius potentia alicui deſpicabilis fiat. Quod Aſſyrium iugum exprobrauiſſent Hebræi, probrum nonniſi cædibus expiabile, iudicat Holofernes, quos læſæ maieſtatis condemnat non alio iure, quàm ſuperbiæ, cui legitimum cenſet, à liberis nationibus ſeruitium impendi. Qui anteà Nabuchodonoſori Regi quidquid agebatur, tribuerat, ſoli iam ſibi contemptum arrogat, quaſi innuens indecens eſſe fateri, Nabuchodonoſorem potuiſſe contemni. Imò in re honoris nullus eſt, qui

Marginalia (left): Ammian. Marc. — Dion. — Iudith 3. 6.
Marginalia (right): Ambroſ. — 6. — Matth. 1. 21. — 7.

qui primas alteri deferat. Se iam dolet esse contemptum, qui licet non sui Regis iussa compleret nec eius nomine copias ageret, qua superbiâ inflatur, putat se à nomine despiciendum. *Ate* dixit, vt totum Iudithæ Principatum suggereret, consciamque fecisset post Regis nomen, nullum suo excellentius, cui omnium gentium curuati poplites debeantur. Nullum fuit verbum, quo non fœminam demulcere tentaret: mulieribus enim procorum nobilitas cordi est, quæ, quà fastuosæ ambitiosæque sunt, faciliùs potentioribus inclinantur.

8. *Non leuassem lanceam meam super eum.* Adhuc quidem nec leuare lanceam potuisti, nisi eam ad montes, quibus Iudæa circumdatur, allisisses: si leuasti, in scopulis ferrum obstupuit, obstrictæque gladiorum acies, nullius iam poterunt cædi seruire. O quantum in rebus mortalium vicissitudinis est! Qui efferus in Hebræos perstrepebat, & quidquid armatæ phalangis fuit, in hanc vnam debellationem intendit, sic visâ fœminâ cicuratur, vt iam vel lancea cadat à manu, vel manus à lancea; nec illi suppetat ad leuandum hastile potentia. Omnia vincit amor. Nec plenè mendacij poteris accusare Holofernem: semel enim conspectâ Iuditha, in eius populum, brachium, quod eneruè reddidit pulchritudo, leuare non præualet. Nonne nuper dicebant Assyrij: *contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent?* Ergo iam elumbis Dynasta suo contemptui facillimè patcit, ne contemnat populum, qui tam speciosam fœminam edidit. Suffert se contemni, ne formositatem contemnat. In momento, in ictu oculi sors mutata est: iecit oculos Dux, & arma proiecit, cœpitque amare populum, non alia de causa, nisi quia popularem fœminam peramabat. Quidquid amasiæ est, magno æstimat amans, & quasi eius veneratur reliquias. Vniuersa progenies pectus eius possidet, qui ab vnius de progenie amore sauciatur. Multum stadij cucurristi Iuditha, forsan, etsi non iugules inimicum, viuentem populo propitiaberis: nec enim par est, te non integram dilexisse, qui si populum tuum trucidaret, nonnisi te diligeret amputatam.

9. Vers. 5. *Nunc autem dic mihi.* Imò nunc non dicat, ne in publicum committat secreta. Sed qui occulto carpebatur ab igne, voluit diutiùs in conspectu pulchritudinis immorari, saginarique oculis, quos iam claudere non ferebat. Coram effusa caterua, quæ arrectis auribus, expansisque luminibus circumstabat, loquentem cupit fœminam experiri, quæ iam de elegantia vultus placuerat. Aures & oculi in amico sibi blandimento contendunt, sattúsque oculus delinitur, cùm pascitur auris. Vt admotum subitorum nouam in genis frontéque venustatis formam conspiceret, prouocat ad eloquium; si forsan prodigium decoris potuit augeri gesticulatione loquelæ: si elegantia sermonis se cum vultus elegantia conformans, fœminam omne genus commendaret elogiis. *Dic mihi*, ait, vt in eum solùm verba dirigeret, siúque aliquid incepisset præstare illi, qui iam tam cupiebat. *Dic mihi.* Cùm tamen Assyriorum & Persarum multitudo auscultabat; quasi adhuc permaneret secretum, quod vnius Principis mittebatur in sinum.

10. *Qua ex causa recessisti ab illis.* Græcè est: *Cuius causâ transfugisti ab eis.* Eadem verba, quæ excubiis Iuditha dixerat, suprà cap. 10. vers. 12. *Fugi à facie eorum*; hîc repetit Holofernes, innuens quanti fœminam æstimabat, cuius syllabas in alto pectoris tenebat arcanis. *Qua ex causa recessisti ab illis*, Recedere non solùm abire, sed abiurare est alicuius populi contubernium, & de aliqua ditione in alterius imperium venire. 3. Reg. 12. 19. *Recessitque Israel a domo Dauid vsque in præsentem diem.* 4. Reg. 24. vers. 20. *Recessitque Sedecias a Rege Babylonis* Quæ causa te impulit in transfugium? Nec enim nisi aliqua insolens concitatio in inopinum potuit egressum adigeret? Qui interrogationis stylus maximâ Iudithæ studiis adstipulatus est, cùm iam suspicabatur Holofernès, grauissimam extitisse causam, impulsúmque non vulgarem, quæ fœminam nobilem, & de naturæ dotibus honoratam à domesticis laribus & populo diuulsisset. 3 Reg 12. 19. 4. Reg 24. 20.

Et placuit tibi, vt veneres ad nos. Mira vrbanitas in incompto, toruóque Duce! Nullam nisi de comitate verbum effundit. Amor artifex igneo stylo duritiem momordit, molléınque reddidit & vrbanum. Benè Plutarchus in amatorio. *E morosis & tristibus in conuictu humaniores reddit atque suauiores.* Et statim de amante: *Simulátque formosum vidit, vt gallus alas trepidus dimittens pauet, omnisque eius audacia & ferocia animi penitus concidit.* En ferreus Holofernes ignem amatorium expertus, melleis verbis, dulcique stillicidio fœminam delinit; & quasi imperium eius professus, quid ei placitum sit, sedulus inuestigat. *Et placuit tibi, vt venires ad nos.* Non casu mutat stylum. Qui dixerat: *Dic mihi*: cur non subdit; *vt venires ad me?* Emphasi non modica. Vt verè transfugam esse docuisset, animumque deserendi suos in fœmina timaretur, vtpote quæ non ad Holofernem tantùm negotij causâ excessisset ab vrbe, sed vt Assyriorum conuentui se conciuis, & popularis insereret: ideò, *vt venires ad nos*, ait, vt & fœminæ, & multitudinis mulceret auditum; quippe gloria Assyrij exercitus fuit pulcherrimo potiri transfugio; & Iudithæ gaudium tam beneuolis votis sic omnium meruisse suffragia. Græcè additur: *Non enim est, qui iniuria afficiat te, sed bene tibi faciet, sicut fit seruis Domini mei Nabuchodonosor Regis.* 11. Plutarch.

Vers. 4. Et dixit illi Iudith: Sume verba ancillæ tuæ: quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum, *&c.* *vsque ad vers.* 10.

Et dixit illi Iudith. Hæc prima fuerunt ad Holofernem fœminæ verba. Quam animi constantiam non labefactaret, coram tam insolenti concessu dicere? Quale sufficere ferreum guttur in organum vocis, quam anheli bellatores auribus deuorare gestiebant; qui priùs oculis pulchritudinem vorauissent? O qualia latera in oratore requirebat oratio coram lateribus Holofernis, militaribus nempe copiis, quæ sedentem in suggestu cingebant: *Sume verba ancillæ tuæ* Si dare verba, fallere est; sumere, erit falli. Ideo forsan scholiat Lyra: *Iudith vt fallat fallacem & illudat illusorem, primò magnificat eius potentiam, &c.* Aliud est fallere, aliud mentiri. Stolidus & excors veris fallitur; verax & rectus callidè 12. Lyra.

callidè verborũ tendiculas, vt hoſtem irretiat, legitimè parat; mẽtiri tamẽ ſub nulla excuſatione præſumit. In primis verbis mentitus fuit Holofernes abſque vllo ſortis fœnore fructúque. Iudith in primo ſermone de fidem & ignauum, & iam ab amore torpentem pie fallere aggreditur, rogátque, vt ſtaterà iudicij, pondus verborum appendat, quæ vt donum tanto Principe dignum, è cordis latebris erutũ illi offert, non alius gratitudinis ſtudioſa niſi, quòd ſumat. *Sume verba ancillæ tuæ.* Ancillã ſe nuncupat, quã Dominã captiui Dynaſtæ fecerat amor; vt illicò panderet, ſe longiſſimè ab improbi Ducis votis diſtare: nec vt eum ad æquum amoris conſortium alliceret, à Bethulia venire: æquat enim amor, quos ligat; nec gradus, aut vocabula patitur, quæ amantem & amatam in generis ſtatu diſiungant. Ab ancillæ voce de ſordidã ſuſpicione ſe corã Aſſyriorum præſentia expiauit, neutiquam contuberniũ Ducis ambire, quæ ancillarũ humilẽ fatebatur.

13. *Quoniam ſi ſecutus fueris verba ancillæ tuæ.* Imò oculi ancillæ in manibus Domini ſunt: pediſſequæ trahuntur poſt tergum, Dominus non ſequitur famulantes. Sed ſi Dominum captiuauit ancilla, ſi pondus eſt amor, nonne poſt ancillã trahetur? Nec potuit vrbaniùs nec profundiùs contexere verba, quæ & ſuperbũ frangerent, nec ſtomachũ ſuperbo mouerent. Adulationis oleum in aures immiſit, quę ſe nominauit ancillam, & tamẽ illicò ſe Dominam eſſe ſubindicat, vitæ eius necíſque potentẽ, cui caput Holofernis iam diu à diuina licentia cõceſſum eſt. Quid eſt ſeruitus, niſi maxima capitis diminutio? Vide ſi maximè diminutus fuit? qui à manu fœminæ truncus ſecto capite iacuit. Ergo Holofernes ſeruus fuit, Iudith dominatrix: eius verba ſequi debebat, nutúſque proſpicerẽ, qui poſtquam eliſus ſomno, integrè ſub manu & poteſtate fœminæ fuit, quĩ armatam gladio manum ſubiuit.

14. *Perfectam rem faciet Dominus tecũ.* Quaſi verita, doléntque, quòd ſe barbari dixiſſet ancillam, ſtatim veri Domini nomẽ adiunxit, vt innueret ſe tantùm Holofernis ancillam intelligi, quã Dominus perfectam rem cum illo facturus eſſet, nempe iugulationem, quam diuinæ potentiæ ancillante fœminæ manu Dominus exercituũ erat facturus. Sicut Dei creantis, & miſerẽtis perfecta ſunt opera, ſic & diſſipantis & deſtruentis; nec enim minus perfectum agens exquiritur vt euellat, & deſtruat, & diſſipet, quàm vt plantet. Quid perfectius, quàm luxuriãtes palmites putatoriã falce iugulare, ne malignitate creſcendi, qui ad botros nutriendos eſt, vigorem extinguãt. Perfectiſſima res fuit. Holofernis demetere collum, ab humeriſque reuellere caput; quippe adeò ſe ſuperbus extẽdit, vt ad quantitatẽ hominis capitalis portio ſuperfluat. Cur non perfectã rem dicas, cui nihil de virtutibus defuit? In imbelli fœmina fortitudo, in animo muliebri cõſtantia, in indocta nec de eruditionis ſcholã conſiliũ audacia in pauido ſexu, & intra thalamos oſtro auróque nitẽtes, iuxta cubãtis viri, potẽtis, & amãtis viciniã impercuſſa caſtitas, viriliter hoſtẽ percutiens Dextera Domini fecit virtutem, nec virtus niſi perfectio eſt.

15. *Viuit enim Nabuchodonoſor Rex terræ, & viuit virtus eius, quæ eſt in te.* Sentit Lyra, nudã hic eſſe, ſimplicémque falſi aſſertionem, non verò iuramentũ, vt de ſimplicio officioſóque mendacio, nõ de graui piaculo Iuditha notetur. Imò nihil in verbis ineptiæ falſi, nec inanitas nugatoria fuit; ſed ſermonẽ hunc nucleus vetuſtiſſimus ſolidauit. Quare quòd iuramẽto obfirmaret, nec leuis criminis petitur ſuſpicionem, nec inanitas damnabilis eſt, cùm eſſet operæ pretiũ ſic ſermonis fidem fulcire, vt non nutaret animus auditoris. Cur autem Nabuchodonoſoris vitã, iurans nuncupauit, ſi petas: Dicã vt & mortẽ gereret genti, & flammæ ſuperbi Regis oleum immitteret, quò magis leniret, ſibíque beneuolum captauiſſet. Regũ Perſarũ ſalutationi proxima erat imprecatio vitæ & ſalutis. Conſtat ex Daniel. 6. *Rex in æternum viue.* Nehem. 2. 3. & alibi ſæpe. Sic Sinætas ille, qui Artaxerxi in vola manuũ laticẽ obtulit apud Ælianum lib. 1. c. 32. dixit: *O Rex Artaxerxa, regnes in æternum. Nunc ego prout poſſum, & quomodo poſſum munere dono.* Ergo vnius iuramenti aſſertione & captauit Perſam imprecationis lenocinio, & ſermonibus ſuis fidem adſtruxit. Nec ſcio quo iure de huiuſmodi iuriſiurandi formã accuſetur Iuditha, ſiquidem & Chriſtiani, cum in Deitatis fide ſupremum verticem teneant, per vitam propriam, & Regis impunè, ſi veraciter, iurant. Nec religioſa Iuditha Deitatis vmbram in Nabuchodonoſore falſa eſt, ſiquidem & poſteà per animam Holofernis iurauit, quæ potiùs de nefariorum circulo, promptuarióque iniquitatis erat, quàm de Numinis origine cenſeretur. Prudens fœmina, ne idololatriæ ſpecimen edidiſſet, & alias iuramento, quod acciperent Perſæ, ſua verba firmaret, non per Mithram, ſolẽmve, quod Perſis iuramentum erat, iurare delegit, ſed per hominis vitam, in qua imago diuinitatis elucet. Quare otioſè anguntur, qui ad vindicandam Iuditham paginas protrahunt.

Daniel. 6. Nehem. 2. Ælian.

Et vicit virtus eius, quæ eſt in te Virtus Aſſyriorũ
in hoc opere dicitur exercitus viribus armiſq; po- 16.
tens, ſuprà c. 2. v. 7. *Magiſtratus virtutis Aſſyriorum.* Et c. 3. v. 15. *Vniuerſum exercitum virtutis ſuæ.* Hanc eſſe in Holoferne, conſultò deprædicat, ſupremum illum Ariſtarchum pronuntians, quo tanquam inſtrumento coniuncto Nabuchodonoſor agit, & in regiones dominante Marte graſſatur.

Hæc ita dare libuit, ſi velis cũ Neotericis fateri 17.
iurauiſſe Iuditham. Vix tamen in animum induco, præfata verba ſpeciẽ iuramenti præbere, præcipuè quæ ex Latino textu enodamus. Quid enim rogo, concepto ſacramento ſtabilire conatur? Quod vel inane eſt, vel de adulationis penu, vel cõmuni celebritate cõſpicuũ, etſi verũ ſit, ſuperuacue iuramẽto fulcitur, quod non aſſumitur ad indubia, ſed vt fidẽ de incertioribus auditori progignat. Quod homines Nabuchodonoſori deſeruiãt, vindice, & propugnatore Holoferne, quod iugũ præliaribus ſarcinis iumenta ſubmittãt, agreſtéſque beſtiæ expeditioni militari, vectaculíſque decũbant, certius erat, Aſſyriíſq; & Duci notius, quã per ſacramẽti põderat ſtabiliendũ. Nec video quid aliud ſub iuramẽti forma obfirmauerit fœmina, niſi quod in hac vna periodo complexa eſt; ne quidquid abundè in ſequentibus eſt loquuta, ſub hoc fœdere, fidéque ſanxerit, quod vix ſuſpicio capit; ſiquidem plura interſerit, quæ aſſertiuè hiſtoricéque enuntiat, nec ſub iureiurando niſi ægrè trahenda.

Ergo ſolùm iurauiſſe probabitur: *Quoniam non* 18.
ſolum homines ſeruiunt illi per ſe, ſed & beſtiæ agri obtemperant illi. Id arrogãti Perſæ non dubium, Aſſyriis circumdantibus notum: nec maturæ prudentíque fœminæ ſacramẽti religione ſuadendũ. Itaque niſi nimiùm fallimur, concepta verba non iurãtis, ſed aſſerentis ſunt; nec ly *Quoniam non ſolum homines, &c.* materiam iuramenti conſtituunt, ſed adulatorij axiomatis aptiſſimã rationem reddunt. Diximus, more gentis inoleuiſſe, ſalutationes Primatum & Regum imprecationibus ſalutis, vitæ diuturnitatíſq; regni cõplere, vt Danielẽ Eſdrámque lectitanti compertũ fiet. Imprecandi formulam in aſſertionem Iuditha conuertit; nec iam vitã, vt frequens erat, auſpicatò precatur, ſed conſtãter aſſerit, Nabuchodonoſori competere, nempe vitalis regni late peruagantis ſpiritũ & vigorem ex Holofernis induſtria & in bello dexteritate, quæ illi homines

subiugauit, & bestias, & quidquid in illis regionibus vegetatur & sentit, eius subdidit potestati. En liquidus sẽsus: Viuit Nabuchodonosor ex virtute, quam in te deposuit: hoc spiritu animosus perdurat, imperiosa Regalique vitâ; quoniam per te non solùm in rationales creaturas propagauit imperiũ, sed & rudia animalia, iuris & rationis expertia, datis collis, chamóque coërcita obtemperant illi. Quare vtrumque ingenio artificioso commẽdat, & Imperatorem, & Ducem; sed elogium callidiùs, & intentiùs iaculatur in Ducem, quem sibi beneficũ, gratúmque cupiebat; siquidẽ eius adrogat militari peritiæ, quòd Nabuchodonosoris imperiũ talibus incrementis vitæ viguerit. Oportebat sic allicere. Persã, oleóque tingere, tum vt alacriores aures dicendis arrigeret, tum vt circumstantes monerẽtur, totius exercitus neruos in Holofernis corpore solidari, tendísque, ac proinde illo cæso, sectâq; Ducis ceruice, quidquid phalãgis erat, quidquid copiarũ, cæsũ iri, vtpotè Nabuchodonosoris vita ab huius Aristarchi columitate salutéque penderet. Prudentissimè sic viam consternit, vt post iugulatum Holofernem, animũ despondeuẽt Assyrij spe decidẽte, & vel fugam appeterent, vel oppeterent mortem. Id quàm fortunatò prædixerit, declarauit euentus.

19. Nec Græca discordant, quæ si verbatim Latinè audiant, eadem omnino verba reddunt, licèt non dictiones secutus, aliter protulerit Vatablus: *Testor enim vitam Regis totius terræ Nabuchodonosoris, &c.* Sed accipe characteres ipsos: ζῇ γὰρ ὁ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ πάσης τῆς γῆς, καὶ ζῇ τὸ κράτος αὐτοῦ, ὃς ἀπέστειλέ σε εἰς κατόρθωσιν πάσης ψυχῆς. ὅτι οὐ μόνον ἄνθρωποι διὰ σοῦ δουλεύουσιν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ καὶ τὰ κτήνη, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ διὰ τῆς ἰσχύος σου ζήσονται ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ. Quæ ad litteram sic sonant: *viuit enim Rex Nabuchodonosor vniuersæ terræ, & viuit virtus, qui misit te ad correctionẽ omnis animæ: quoniam non solum homines per te seruiant ei, sed & bestiæ agri, & iumenta, & volatilia cæli propter fortitudinẽ tuam viuent in Nabuchodonosor, & omnẽ domum eius,* Vides? Imperatoris vita explicatur, qua diuturnũ latéque propagatũ imperium est Holofernis bellica fortitudine, quæ vt ei, viueret, quidquid in illis regionibus viuum, effecit. Succo sunt plena illa: *Propter fortitudinem tuam viuent in Nabuchodonosor,* quasi imperij, imperátisque vita ideò auspicatò se vegetet, & extendat, quoniam quæ viua sunt, vitam ad illius obsequia deuoueant. Pergit eodem filo in Holofernis elogio.

20. vers. 6. *Nuntiatur enim industria animi tui vniuersis gentibus.* Nimiùm famigeratus Holofernes: suis rumoribus orientem compleuerat, bello potẽs artéque præliandi industrius in famæ calamis ferebatur. Nihil de mendacio, Iudithæ lingua cõtraxit. Prouinciarum legati, strepórque cõmunis huic veritati sua vota dederunt, quæ ad Bethuliensiũ aures sonantia fœminam in reclusorij silentio secretam, dexteritatem hanc, animíque robur, quod in duce vigebat, edocuerunt: nec tot triũphos agerẽt Assyriæ phalãges, nisi Ducis peritiæ, masculiq; roboris opinio, priusquam ferrum, debellauisset regiones. Gnauiter, strenui Rhetoris more, panegyrista Iuditha inde Holofernis præconia nectit, quo sciuerat superbum Persam impensiùs delectari: nulla enim bonitas, nulla virtus altiùs cordis votísque Persarũ insederat, quã bellicæ fortitudinis eximior splendor. Auctor est Xenoph. in Oeconom. Hæc à cunabulis disciplina, hic ab vnguiculis sudor, vt pueruli bellorum exercitamenta capesserent, vnde Persica virtus constabat, & qui boni, censebantur. Herod. lib. 1. cap. 136. *Secundum bellicam fortitudinem ocyor ducitur numerosæ sobolis procreatio;* vbi Græcè est, μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθόν, idest, *esse bonum ad bella*, Vnde subdit.

Vatabl. Xenoph. Herodot.

Et indicatũ est omni sæculo, quoniam tu solus potẽs. & bonus es in omni regno eius. Ipsum, quod ex Herodoto dedimus, verbum Græcus textus habet ὁ συνετὸς ἀγαθὸς, vt noueris quid ly *bonus* Iudithæ fuerit. Lucil. lib. 30. *Caluus Palantino quidam vir nobilis bonus bello.* Virgil. 6 Georg. *Et bona bello Cornus.* Xenoph. ἀγαθὸς τῷ ἀνὴρ αὐτὸς εὐδαιμονεῖ, *bonus quidem & fortis vir a fortuna iuuatur.* Homer. Illiad. ε. ἢ κακὸς, ἢ ἀγαθὸς, quasi malus & bonus inter se aduersentur pro ignauo & forti. Benè Sanct. obseruat, quòd *bonus* apud Latinos, benè peritum aliquando significet. Id & Græcis obuium, vt apud Polyb. lib. 6. & Suid. ἀγαθοὶ ἀκοντισταί, *boni iaculatores*: quod Æliano familiare est, τοξεύειν ἀγαθοί, *industrij & periti in sagittando.* Eustath. dixit ἀγαθὸς στρατιώτης, *bonus miles.* 21.

Herodot. Virgil. Xenoph. Homer. Sanct. Polyb. Suid. Ælian. Eustath. Lyra.

Vers. 7. *Nec hoc latet, quod loquutus est Achior* 22.
Non benè scholiat Lyra: *Hic consequenter approbat Holofernes sententiam de Achior quantum ad hoc vt debeat occidi cum filijs Israel.* Imò mira circumscriptione verborũ & Achiori suffragium tulit, & demulsum Holofernẽ fefellit; nec quòd Achior prauè loquutus; sed emphatico dicendi generè; quo nullũ lepidius est, callidè approbãs Achioris dicta, tendiculas iecit Tyranno; & illũ reddidit consciũ, quidquid minarum in Achiorẽ Hebræúmque populũ ipse protulerat, diffamatũ illicò fuisse, obsessósque graui pauore coërcuisse; siquidẽ & fœminis innotuerat, quæ in secretioribus cubiculis recluduntur. Quo compendio coram Assyriorum conspectu publicat, quod intra mœnia Achior publicitus retulit, ea sermonis arte, vt vtrique parti morem gessisset, nempe & Holoferni, qui minacem sententiam dederat, & Ammonitarum principi, qui in veritatis lance iustissimos sermones librauerat. Timeri, lenocinium Potentum est, suorúmque verborum syllabas duraturas, sicut in silice, in animis adnotari, plenior omnibus adulatio. Ideò priùs generaliter dixerat virtutem Nabuchodonosoris in Holoferne depositam, vt animas errantes corriperet, ne postea grauaretur decernere, an errauisset Achior, cui caput ex lata sententia ab huius belli fortuna pendebat.

Vers. 8. *Constat enim Dominum Deum nostrum sic peccatis offensum.* Solicitè se inter irreligiosos cuneos, barbarámque colluuiem exhibet religiosam obseruatricémque Dei, & cum alia simulauerit sepientissimo astu, hoc vnum artificiis, & technis nõ sufferet tegere, quod semper Hebræis erit Deus, ille quem ingenitus dominatus, non precariò sicut terræ Regibus, insidet ex natura, quantumis sub Assyriæ sarcinæ iugo gemant; cum tamen institutum Holofernis erat, quidquid Numinis est, demoliri, nec pati aras alio sanguine imbui, nisi quem cultus Nabuchodonosoris ex victimarum venis effudisset. O quantum spiritus, quantum laterum audacia cœlestis habet! Vna fœmina alienis in castris coram minaci lumine armorum, tribunalique Persico, incruentâ martyrij formâ, testimonium exhibet veritati. Dixerat nuper, quòd Nabuchodonosor Rex terræ est: ne suspiciosa huic fictili Numini assentiri videretur, illicò se in Deum suum proclamatâ religione deducit. Se ancillam vrbanissimè nuncupauit: ne transfugio censeretur mutauisse seruitium, magnanima licentiâ Dominum pleno ore compellat Deum, quem ausibus humanis altiorem, Assyriísque telis impenetrabilẽ confitetur. *Sic peccatis offensum.* Cui soli peccatur, ille Deus est. Sciat, sciat Holofernes priùs absolutè dixisse Iuditham, quòd Hebræorum Deus, peccatis offenditur, nec putet, quæ suus tantùm populus perpetrauit, sed & quibus quisque rationalis polluitur, nec impunem abiturum, qui scelestior est, 23.

lanceam

lanceámque vibrat, vt Dei populus cruentetur.
42. *Vt mandaueris per Prophetas ſuos.* Miror Lyram ſcholiũ hoc apposuiſſe: *Hoc apparet eſſe falſum ad litteram: nam ſic Iudith contra mandatum Dei ſcienter feciſſet impendiendo traditionem ciuitatis Holoferni* Imò Prophetæ cuncta tempora peruagantur; nec opus eſt huic ſe deuinxiſſe caſui, Hebræis minatos perniciem, ſi peccatorum funibus illaqueantur. Protelat ſe pietas, nec zona, miſericordiæ viſcera cingit, quæ nimiùm ſinuoſa eſt, limbúmque per plurima ſæcula trahit; quouſque iniquitas compleatur. Bene Interlinealis ſcholiat: *Quòd tradat eũ*, ideſt, *Tempore Titi & Veſpaſiani.* Potius altioré ſe aſcendiſſet ſuggeſtũ Juditha, ſi prophetica eloquia ex cerebro commentaretur; aduenisse caſum obfirmans extremæ populi calamitatis, quã Deus intra prouidétiæ ſanctiſſima arcana ſignauerat. Potiùs tacite Bethuliéſes accuſat & plectit, quoniá qua peccauiſſe ſe noſcunt, momentum hoc eſſe, irreligioſa curioſitate rimantur, quo Prophetarũ minæ complédæ. Inde adiicit v. 9. *Et quoniam ſciunt ſe offendiſſe Deum ſuum, filij Iſrael, tremor tuus ſuper ipſos eſt.* Hanc ignauá argutiá, deſidiſque animi cõiecturam priùs Juditha obiurgauerat, cum pauenti populo, Principibúſque Bethuliæ, excordibus iam præ metu, animos viuaces inſperſit, dicens ſuprà c. 8. v. 18. *Quonia non ſumus ſecuti peccata Patrum noſtrorũ, qui dereliquerũt Dominũ Deum ſuum, & adorauerunt Deos alienos.* Indicans, idolatriã potiſſimũ eſſe illicẽ diuini rigoris, qua adulter populus & pollutus traditur inimicis, in fornace ſeruitutis tergendus. Quòd nunc hoc ſcelere non teneátur Hebræi, ac proinde caſus non ſit extremæ vindictæ, pulcherrimè nuper, tacito licèt ingenio, Holoferni ſuggeſſit, dicens: *Conſtat enim Dominũ Deum noſtrũ*: & nunc ipſiſmet verbis: *Quonia ſciut ſe offendiſſe Deũ ſuũ*: quibus liquidò probat, alienos Deos auerſari, in fide cultuque ſui Numinis figi Hebræum populũ: ex quo ſtrenuè ſperandũ, ſupplicia, quæ pro aliis promeretur criminibus, propitiato Numine leniẽda. Licèt quòd ſibi proficuum erat, intortè Perſa intellexit, & promiſcuam ſententiam indifferentiáque verba, interpretis functus officio, ſuis placitis, votiſque inſipienter attribuit. Sed veriſſimè fœmina & quòd Hebræi timebant ob Domini offenſiones, explicuit, & an iure ſic animum deſponderent,
43. ſpémque proiiceret, ſagaciter tecuit.

Græcus textus ſilendus non eſt vtpotè illuſtris ad elucidanda præfata: *Et nunc verbum, quod locutus eſt Achior in conſeſſu tuo, audiuimus verba eius: quoniã ceperunt eum viri Bethulia, & nũciauit eis, omnia, quæ locutus eſt ipſe apud te. Ideò Dominator Domine, ne tranſgrediaris verbum eius, quoniam verum eſt. Non enim ſumitur vindicta de genere noſtro, nec praualet gladius contra eos, niſi peccauerint contra Deũ ſuum. Et cecidit mors ſuper faciem eorum, in quo irritabunt Deum ſuum, quandocumque fecerint abſurditatẽ.* En artificioſus, quã verſatilis, & anceps ſermo, ambiguáque verſutiã dolatus. Nam verè ſolùm diffidentiæ crimen, quale irrepſit Hebræis, Juditha ſubindicat; nec tamen decernit, illud ſat eſſe, vt diuinam iram obarmet: ſolùm prudentiſſimè ſubdit axioma cuíque luci notiſſimum, quòd irritabunt Deum ſuum, quandocumque fecerint abſurditatem.

Verſ. 10. Inſuper etiam fames inuaſit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur.

Verſ. 11. Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora ſua, & bibant ſanguinem eorum.

Verſ. 12. Quæ præcipit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt conſumere, quæ nec manibus deberent contingere.

Inſuper etiam fames inuaſit eos. Inuadere, hoſtium eſt, nec hoſtilior fame clades vlla cenſetur: inuadit viſcera, depaſcitur corpora, & de impactis hominibus ſaturatur. Acrior pernicies eſt ferro; quippe dum mortem protelat, vitam exedit, gladioque ligneo, lentóque furore conſumit. Sed qualis Bethuliẽſibus fames irrepſerat, quibus opima, nitentiaque pecora, non de marcidis velleribus anxia, non de brumali tempeſtate querula ſuppetebant? niſi ſi plunialibus liquoribus orbata rura, languidis herbulis contabeſcerent? Flamma quidem vitalis, nullo irrigata imbre æſtuabat: quoniam diſcerptis ſi... multis, cuniculiſque diſruptis, ex rupibus nati fonticuli non poterát ciuibus tributum aquarum tranſmittere. Aſſyriaca calliditas quidquid laticis eſt, intra venarum latebras ſtudioſius occluſerat, nec ciſternæ, quæ aliena ſtillicidia ex monte labẽtia capiebát, quid iam reſeruabant humoris; vacuis, exſiccatiſque ſpatiis, vacuũ inanéque nomen remanſit. 16.
Furatis aquis, perforatiſque euripis, miſerè Bethulia ſitiebat: an obinde fameſcere dicenda eſt? 17.
Certè cibus & potus gemelli fratres ſũt, adeò indiuiſa germanitate connexi, vt ſi vtrũque diſcindas, omnis depereat conuiualis ſpecies. Sic natura voluit eſſe coniunctos, vt primum, quo alitur infans, ſuccus lacteus ſit, in quo, vno hauſtu, bibat pariter & cibetur. Niſi ſuccidus humor, alimenti ſemitas irriget & emolliat, facilè ardore ſiccitatis dehiſcũt, obſtrictiſque meatibus tradux eſcarum medius in faucibus ſuffocator. Ergo prudẽter Judith quos extrema ſitis calamitas arefecerat, famem etiá inuaſiſſe pronuntiat, ægrè enim cibus per guttura ſitibunda traiicitur. Aqua, alimenti vehiculum eſt: neſcit eſca progredi, niſi potu. Ingenioſè extremæ ſitis prodigium fœmina explicuit, quæ ſic corpora Bethulienſium angebat, vt corá poſitis dapibus, præ anhelã, ſiccáque poculi appetentiã, nõ ſibitò parcerent, ſed violenter; vtpotè quibus deglutiendis niſi humectata cibarij miniſterij organa nõ ſubſeruiant. Aliàs ſi abundanter paſcerẽtur annonã, gratéque ederẽt, quod ſalutis intererat; quid incommodi columitati vitæ fuiſſet, aquarum carere ſubſidio, cùm vt plurimam cibis quid ſucculentum & humidum inſit, ſtagnétque liquoribus corpus humanum, fluitãtibus extis, qui multum temporis ſtomachi flammam poſſint innatis fonticulis irrigare? Caſſiod. lib. 5. var. c. 38. *Si ad potãdum vnda ſuauis influxerit, omnia noſtro victui redduntur accepta. Quando humana vita nullus cibus gratus efficitur, vbi aquarum dulcium perſpicuitas non habetur.* En igitur ſitis vltimum incrementum, ſuperfluentibus cibis; ob ariditatem fontium fameſcere ciuitaté. Simile quid de obſeſſis Judæis à Veſpaſiano elegãter enarrat Ioſephus de bello Iudaico lib. 3. c. 8. *Frumenti quidem aliarúmque omniũ rerum intus habebant copiam, præter ſalem. Aqua verò penuria eos affligebat: quia neque fons erat intra ciuitaté, & imbre contentis habitoribus rara eſt in illo tractu æſtiuis menſibus pluuia.* Et ſtatim: *Ampliorem cupiditatem mouebat,*

Caſſiod.
Ioſeph.

mouebat, quòd ius bibendi liberũ non haberent, ac ve-
lut ad extremam sitim aduentũ esset, labori cedebãt.
28. Ex quo non inscitè hæc Iudithæ verba si con-
struas: Fames inuasit eos ab ariditate aquæ, & iam
inter mortuos computantur. Ac si diceret: Aridi-
tas faucium ob fonticulorum inopiam, exuccá-
que ora præ ardore sitis, in causa est, quòd fames
inuaserit, quos sic effecta sitis dispoluit. Quem
sensum si teneas, nimis Latinè dictú est: *ab aridi-*
tate aquæ, idest, ab arentibus hominibus præ aquæ
Interlin. defectu. Interlin. scholiat *ab inopia*. Aritudinem,
seu ariditatem pro parsimonia posuit Plaut. Rud.
Plaut. 13. *Qui semper seruas gloriam artitudinis.* Nec est
cur anxius cum grammaticis crucieris, si ariditas
aquæ dicenda sit. Aliud est enim dicere, quòd
arida sit aqua, alius quòd aruerit: sicut arescit
fons, quidni aqua ariditate depereat? Siccitate, ni-
mióque ardore flumina arescunt, sitientique pu-
lucre guttæ lambuntur. Nulla propior aquæ
mors, quàm ariditas est. Cùm humor deficit, ari-
Plin. ditas ampliatur. Plin. lib. 11. c. 35. *Sitit enim ara-*
neus & omnem humorem absorbẽs, ariditatem am-
pliat. Sensum hunc luculenter reddidit Græcus:
καὶ ἐπαύσατο πᾶν ὕδωρ. Et diminuta est omnis aqua,
Vatabl. Vatabl. vertit. *Et aquarum inopia laborant.* Ecce
inopia aquæ dicitur, & tamé aqua inops non est:
cur non & ariditas aquæ, licèt aqua arida non sit.
Nugas has relinquere, calami seueritas iubet.
29. Quod grauius est, ferit animum, qualis hæc
stratagematis bellici nouitas: non solùm obsessi
populi non occludere sitim, sed argumentosis in-
dustriis exaggerare famis rigoré, nec potiùs abũ-
dantis cæspitis simulare fortunam, alimentique
copia studiosis conatibus explicare. Certè dissi-
milis ars in Iudæorum Duce sub Vespasiani ob-
sidione conualuit, in extrema siti positis ciuibus,
animámque afflantibus, quá arescentibus, dissimu-
lans sitim, aquarum simulauit fluenta; ciuitatém-
que excelsibus fontium madere, dolo celeberri-
mo finxit, nempe aquis immersas vestes de verti-
Ioseph. cibus mœnium suspendens. Pulchrè Ioseph. de
bello Iudaico lib. 3. d. c. 8 *Vespasianus non multò*
post, exhaustis puteis, ipsa sibi necessitate traditu irì
in ciuitatem sperabat. Iosephus autem, vt hanc eius
spem frangeret, iussit quamplurimos per murorũ mi-
nas demersa vndis, atque humida vestimẽta suspẽde-
re, vt omnes repentè aquâ perfluerẽt: ex quo mœror
simul Romanis ac timor erat, cùm tantũ aquæ vide-
rẽt eos ludibrio consumere, quos potu indigere crede-
bat. Dissimulatam victus & aquarũ inopiam quâ
obsessæ ciuitates premebãtur, quamplura confir-
Polyen. mant exempla, apud Polyenum lib. 6. Frontin.
Frontin. lib. 3. c. 15. Sat est quod Lactantius lib. 1. perhi-
Lactan. bet obsesso capitolio Romani in somno moniti à
Numine, omne frumentum, priùs panem effe-
ctum, in hostilia castra iecerunt, quo abundan-
tiæ præconio cessauit obsidio.
30. Auerso ingenio quæ de cælestibus eruditur,
obsidionem soluere Iuditha contendit. Non libe-
ralia fluenta, neç vbertatem annonæ in Bethulia
simulat reliquisse, ne diutiùs exercitus immore-
tur, sed iam ad mortis accessisse viciniam aridos,
& famelicos Bethuliẽses affirmat. Nobilior ars,
vincere quibus alij vincuntur, & de infortunio-
rum schola faustis auspiciis erudire fortunam.
Studuit fœmina prudens, etiam hosti, vulnera
obsessorum retegere, non spongia verborum, vit-
tisque callidi sermonis obducere, penuriamque
prodere ciuitatis, vt solicitam curam deponeret
Persa, & Hebræorum calamitatibus illusus, ma-
gis turpiter vinceretur. Humana calliditate cæ-
lestis sapientior est: scit de venenis amuleta com-
ponere, & vt valentius propugnet, infuetis vi-
ctoriæ sedet instrumentis pugnare.
Iam inter mortuos computantur. Quasi germanæ 31.
sint fames & mors, simillimæ sút in cutis colore.
Vmbra mortis in facie famescentis peterrat: mé-
bra, quæ macies excedit, hospitalem sibi mortem
præsumunt. Huic calamitati quid similium au-
scultemus à Ioseph. lib. 6. de bello iud. c. 14. *Aucta* Ioseph.
iam fames, totas domos depascebatur. Et tecta quidẽ
plena erãt mulieribus exanimatis, atque infantibus:
viarum autẽ anguli a senibus mortuis. Adolescentes
autẽ & iuuenes turgidi, velut vmbra mortuorũ, per
fora versabatur: & vbi quẽ casus occupauerat, deci-
debat. Quò respexisse puto Interlinealé, dum su- Interlin.
per hæc verba inquit: *Sicut Iosephus in eadem ob-*
sidione narrat euenisse. Imò Iosephus minimè ob-
sessam Bethuliá vllis historiæ retulit monumen-
tis. Sed quoniam Interlinealis hæc quæ Iuditha
pronuntiat, existimat prophetice dicta de Titi &
Vespatiani obsidione, vt suprà edocuit super illa
verba. *Quod tradat eum*: legitimè id addidit ex
Iosepho, qui plenam sub Tito vastationem scri-
psit. *Iam inter mortuos computantur.* Bethuliẽsibus
vmbrá obrepsisse mortis, non refragaberis quis-
quis memineris quod ipsi per compita exanimi
spiritu obmurmurabát, suprà c. 7. v. 14. *Et ideo nõ* Iudith. 7. 14.
est qui adiuuet, cum prosternamur ante oculos eorũ,
in siti & perditione magna. Et infrà: *Cũ viderimus*
vxores nostras, & infantes nostros mori ante oculos
nostros. Se ergo computant inter mortuos, qui ad
eius vestibulú per sitis & famis appulerunt im-
pulsum. Exanimes, iámque extremum spiritum
afflantes in mortuorum fermè computátur elen-
cho, vtpotè qui eo solùm differant à defunctis,
quod hos mors præterita iam demessint, illos
demetit præsens. Quasi separati à corporibus, il-
lis sicut alienis vtuntur, qui frigidis venis, succó-
que per calorem sitis exhausto nesciunt, vt pro-
priis, adiuuari membris quæ baiulant.
Denique hoc ordinant, vt interficiat pecora sua, & 32.
bibant sanguinem eorum. Ergo non eos præcipuè
fames angebat, qui pecora iugulant, non vt co-
medant, sed vt bibant. Nouum poculum istud
est, de esculentis potum conficere, gladiúmque
præparare ad liquorem, & in pecudibus obserua-
re, non quod manducantem enutriat, sed quod
irriget absorbentem. O extrema clades! stillantes
fibras pecorum suggere, otiosísque dentibus, so-
lùm quod humectat, haurire, liberalitatémque
naturæ diuertere, fontésque in macello perqui-
rere, vt liquidum fiat, quòd solidum natura præ-
stabat. Sanguinis conceptacula sugunt in armen-
tis miseri ciues, cibúmque potabilem sorbent,
humorémque exprimunt medullarum.
Vetitú erat Hebræis, spirantem viuentémque 33.
de animalibus haurire cruorem, venásque armé-
torum excindere, vt vitæ guttas ad bibendi sorté
attraherét, cùm sanguis purpurea anima dicatur;
nec par est, sic animalium vitæ inuidere, vt non
comedant mortua, sed bibant viua; nec ex animi
edulio contemptos esse, sed ipsas animas, crudelẽ
ferinóque more, deglutiẽt. Hoc fuisse legis inté-
tum, quæ carnem cùm sanguine comedere inhi-
buit, ipsa legis verba demonstrát, Leuit. 17. *Quia* Leuit. 17. 11.
anima carnis in sanguine est. Benè comméntatur Ca- Caiet.
ietanus: *Quia vita animalis consistit in sanguine,*
perinde est comedere sanguinem, ac comedere vitã
animalis, & comedere animal viuum more ferino.
Pacatos & mites lex iubebat esse Israëlitas, & ideò
non sanguinis auidos, cuius coloris crudelitas est.
Profectò

F... ... Dion Græcus lib. 2. de Cæsaribus, indolem ferinam Caligulæ adscribit nutrici, quæ papillas osculaque mammarum sparso sanguine cruentabat, vt sugens infans antequam ad candorem pacemque lactis accederet, sanguine palatum obtueret, lacteámque mansuetudinem potu crudelitatis inficeret. Quò imbutus puerulus nutricante cruore, posteà adultus imbui sitiebat, lambebatque ensem, postquam in alieno sanguine tinxerat. Ad sanguinem bibitum nauseat amor: charitas deperit hoc veneno; guttas si biberit; odium fit. Notum est pharmacum, quod Chaldæi Faustinæ coniugi Marci Imperatoris ad sedandum gladiatoris amorem decreuerunt, nempe quòd eius sanguinem labris degustasset, quo amuleto odiosus illi & infestus cœpit esse gladiator, quem antea miserè deperibat. En legalis prohibitionis hominum amicissima ratio, quæ etiam pecudum sanguinem potare non passa est, quos ad mutuam dilectionem vrgebat; ne in irrationalium odio nutriti, addiscerent, ex crudelis alimenti symbolo, seueritatis adinuicem, documenta capessere.

34. Ergone Iuditha de lenitatis incuria Bethulienses accusat? qui sanguinem æstuantem; è venisque vitalibus missum è pecoribus mulgent. Sed obsessionis calamitas vix patitur dici crudeles, qui, vt rationali consulant vitæ, irrationalium sanguini esse non verentur infesti. Nec tamen fœmina prudens in latino textu subindicat, Hebræorum lege vetitum esse, poculo cruento potari, & sanguineum humorem in aquæ ministerium arripere, cùm quidem subdat prohibitum esse de Deo oblatis, laicorum alimenta conficere. Cur subticet, sanguineum potum esse interdictum? Quoniam non modica ratio prohibitionis erat, ne cum idololatris gens Israëlitica conueniret, S. Thoma iudice 1. 2. quæst. 102. art. 1. idolorum enim cultores sanguinem, quem irreligiosa religio è iugulis victimarum effuderat, non solùm libentes libabant, sed & vsque ad fæcem sordebant, stillantibus vndique sacrificulorum membris. Sat fit Prudentius Hymn. 10. περὶ στεφ.

Quin os supinat, obuias offert genas:
Supponit aures, labra, nares obijcit,
Oculos & ipsos perluit liquoribus,
Nec iam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.

Ne vllam de idololatria Hebræi suspicionem incurrerent, non prodit Iuditha de sanguinis abstinentia præceptum; potiùs ab alienorum Numinum cultu, prudenti verborum delectu, vndique submouit extorres. Quare suspicor, calamitatis cumulum solùm exaggerare voluisse, sitisque rigorem, quæ pro frigidæ desiderio de calido percupiuit infringi liquore.

35. Verùm litem mouet Lyra, damnátque mendacij Iudithá, nisi metaphoricè, rethoricisque more loquuta censeatur. *Quomodo enim*, inquit, *posset homo sanguinem bibere? Quia si crudum sumeret, moreretur, & adhuc non videtur posse extinguere sitim: si decoqueret, non valeret potationi.* Nec plenè retunditur Lyra ex aliquarum gentium vsu ferino, quibus sanguis poculum est. Non vna ratio refertur, cui equus, & vectaculum est, & potus, qui æstuantem, quem baiulat, equitem, percussa vena recreat de cruore. Ausculta Clementem lib. 3. pædag. *Homo scytha equum capit, eque insensо gestatur, &, si fame conflictetur, equum cibariam poscit: & ille venas exhibet, quémque solum possidet, Domino suo sanguinem impendit.* Huius sanguineæ potationis exempla plurima suppetunt ex Plinio lib. 18. c. 10. Sidon. lib. 4. epist. 1. Claudiano lib. 1. in Rufin. Pulcherrimè Ennod. Panegyr. ad Theodoric. *Quis ferat aduersarium, qui pernicis iumenti beneficio currit & pascitur?* Horum exemplorum vi, non labefactatur placitum Lyræ, qui censet exitialem fore Hebræis, è pecudum venis potum quem sugerent. Nam aliæ si quæ, gentes, quæ nullum ab assuetis detrimentum accipiunt, frequentissimi sibi sanguinei potus non possunt nocumentum sentire: vsus enim antidotum solet esse veneni, & vbi frequentia moderatur alimenti rigorem, salubre redditur, quod in valetudinem vitæ, qualitatibus aduersis armatur. Ast Hebræis, quos legis inoffensa seueritas arcebat à sanguinis gustu, in pecudum cruore corporis interiora demergere, nimis noxium & insalubre videtur. Nec dignum impugnatione est, quod cumulatur ex medicis contra Lyram, qui aliquando sanguinem animalium curandis morbis bibere iubent. Sed hìc non plenus potus, sed guttarum stillicidium est: nec interest; cùm pluries quod toxicum est, suámque luem in corpore exercuit, ab aduersi veneni haustu solet inuenisse remedium.

Ergo propugnandus est Lyra ex extremæ sitis, cladisque casu: quoties enim in dira obsidione obsessos depascitur fames, aquarúmque inopia ardentior igne fatigat, etiam insalubrioribus, & inimicis vitæ alimentis æstimat famelicus vti, pretio comparans quod noxium & sordidum est; nec putat salutis incommodum, quod aliquales vitæ præbet inducias. Quid stercore fœdius? An quod semel iam suam alendi functionem peregit, postquam execrans venter excrementum eiecit, iterum per oris semitam subintrabit, vt officium nutrimenti secundò subeat, & corpus quod alat, cloacam reddere non grauetur? Et tamen id in obsidione Vespasiani Iudæis euenisse perhibet Iosephus lib. 6. de bello Iud. cap. 16. *Ne herbas quidem legere iam liceret: ad hoc necessitatis quosdam fuisse compulsos, vt cloacas rimarentur, boumque veterem fimum alimentum haberent; stercúsque collectum, quod ne visui quidem tolerabile fuerat, cibus erat.* Non ad recentem, sed ad antiquum vomitum officiosâ sedulitate apud Iosephum redeunt Hebræi, nec fœtorem diiudicant, nec oculis parcunt, dum in colluuie nutrimentum inueniant. Omnes affectus contundit fames, in furorem concitat sitis: qui sic sauciatur, insanus mente sanitatem corporis de quacumque turpitudine quærit. Lyra nauseat ad sanguinis potum, quia liber est, nec obsidionis experitur iniurias; si hostis vrgeret, dulciùs delicatis obsoniis, pasceretur equinâ, cùm non defuerint obsessi, quibus & calceamentorum coria fuerint pro cibis, vt quasi calceatus stomachus, aliquantulum per vitæ semitam graderetur. Iosephus lib. 7. cap. 7. *Denique nec cingulis, nec calceamentis abstinnere, coriáque scutis detracta mandebant.*

37. Sat est quod ipse cap. 8. crudelioris famis, indignum monumentis, exarauit exemplum, matris quæ & occidit, & comedit infantem, vt eum in viscera, quæ anteà pietatis fuerant fœtui baiulando & fouendo, crudelitas reduceret execrabilis; frustáque corpusculi inseruisset in vtero fames & sterilitas alimoniæ, quod fœcunditas naturæ

naturæ compegerat, & iterum crudelissimè fierent vnum, per miseri alimenti alitæque genitricis substantiam, quos ars generationis discreuerat. Doluit natura prodigium famis, quod lactis pretium ab infantulo exucti, infantulus ipse fuisset, quem filium natura, fames escam effecit.

38. *Et sancta Domini Dei sui, quæ præcipit Deus non contingi in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere.* Quod reuerentia dignum erat, infame negligitur, nec securæ essent aræ, si manducari potuissent. Solerti sagacitate Iuditha speciem quandam sacrilegij proponit in eo, quod Leuitis oblata, à famescentibus ciuibus, nullâ sacrorum reuerentiâ, in vsus escarum parantur adduci; non tamen id factum esse commemorat, ne transiliret veritatem; nec etiam vacuum à culpa ex iure necessitatis demonstrat, vt habeant Assyrij, quo Bethuliensium à Numine sperent supplicium. Iudæi sic seueritate superstitiosa leges suas obseruare, à gentibus censebantur, vt pro modica cæremonia, absque vlla dispensationis lenitate, & vitam, & ciuitatem amitterent. Hinc Sabbathariorum leges probro barbaricis gentibus erant, quasi ferreæ, flectique nesciæ fuissent. Ergo fœmina prudens nudam legem proponit Assyriis, exponere verò non satagit, nec æquitatis, & pro re nata, dispensationis subdit scholium. Quin adiicit, hæc ipsa manibus non debere contingi, vt Hebræorum leges acerrimæ obseruantiæ subindicet, quæ dum vsum inhibent, vt difficilior transgressio sit, tactum etiam inhibuisse creduntur.

39. *Quæ nec manibus deberent contingere.* Primitiæ, quæ offerebantur Leuitis, in gazophylatio obseruabâtur, quasi in conceptaculo sacro, quod Leuitica custodia obsignabat, ac proinde frumenta inibi, doliáque vinaria, vtpotè laicis imperuia, tangi non potuisse, quis cogitare prohibeat? Esdræ 2. cap. 10. vers. 39. *Ad gazophilatium enim deportabunt filij Israël & filij Leui primitias frumenti, vini, & olei: & ibi erunt vasa sanctificata.*

3. Esdr. 10. 39.

Petr Com. Queis vltimis verbis fortasse moti Petrus Comestor & alij censuerunt, quòd sancta hîc, quæ impendere cogitabant Hebræi, vasa sacra fuissêt, in quibus cultus dominicus agebatur. Verùm nec hæ supellectiles aureæ famam depellunt, nec pretium deficiebat, sed victus, nec textus Græcus censionem hanc patitur, qui clarè nos instruit, quibus sacris manum iniicere iam tentabant: *Et primitias frumenti & decimas vini, & olei, quæ seruauerant sanctificantes, Sacerdotibus astantibus in Hierusalem ante faciem Dei nostri, decreuerunt consumere, quæ nec manibus conueniebat contingere.* Quibus affatim proditur sensus. Nec lex aliqua profertur, quæ attactum vetaret, sed decentiæ honestatisque quædã censura, quæ religionis ergò manus contrectantium arcebat. Hæc si impentiùs consideres, potiùs validissimæ sitis, quàm extremæ famis quæsitum remedium à Bethuliensibus iudicabis, siquidem vinum & potus sunt, nec frumentum nisi per dispendij concomitantium, plenámque reserati thesauri iniuriam etiam in direptionem veniebat. Nimiùm prodiga est sitis licentia, quæ, dum auarissimè lambendis inuigilat guttis, quidquid obuium est, quasi impetu torrentis euertit, tumultuariáque prædâ, quæ solida sunt, liquida indicat ad potandum.

40. Cur dixit: *Et sancta Domini Dei sui*, non verò *Dei nostri*, volut si iam destinata censui Assyriorũ, cum patria deseruisset & Deum? Imò Hebræorum religioni consuluit, qui adhuc Deum suum colebant, etiam cùm eius diripiebant annonam: nec ideo Diis alienis submittebant assensum, qui ad sedandam sitim se in veri Numinis ingurgitare conabantur cellariis. Anceps sermo & callidus est: partim Hebræos adhuc religiosos pronuntiat, partim de sacrilegij meditatione castigat, vt & Persa habeat, quid cogitet de diuina vindicta, & Hebræus de idololatria neutiquam infametur. Stolidè Holofernes deciperis: non nisi ob derelictum Deum, idololatriæque scelus Iudæus venditur inimicis; alia crimina miseram captiuitatis cladem à clementia Domini auertunt: adhuc peccantibus Deus suus perseuerat Hebræis, de fidelibus triumphum non ages.

Ergo quoniam hæc faciunt, certum est quod in perditionem dabuntur. Vindex pro Iudithæ calamus ægrè videtur eam à mendacij suspicione defendere, quandoquidem absque spe effugij, conceptis verbis clarè decernit, certissimè Holofernianis copiis deuastandos iri, quos piacula tanta condemnant. Quod magis ex Græco roboratur apud Vatablum: *Miserunt autem Hierosolymam, quò sibi licentiam à Senatu referant. Accidit igitur, vt cum accepto responso fecerint, illo ipso die ad interitum tradantur:* quasi facultatem à Solymitanis petierint, Leuitis segregata consumere. Ast potiùs enodatio facilè subest. quippe conditionalis tacitè infertur; & cum conditio impleta non sit, fallitur auscultator; saluatur Hebræus. Vel si nauis, *in perditionem dabuntur*, non propriam vtique, sed alienam imperditi perdent Assyrios, *quoniam hæc faciunt*: siquidem sic legitimus sanctionibus student, vt in extremo periculo, quod licebat, sine implorata licentia, non ausi sunt, sitim de sacrarij liquoribus pellere. Dictionibus amphibologicis scatet periodus, & quoquo versum flectas, quid Persam decipiat, inuenies; quid Hebræos leuet à delicto, cognosces. 41.

Vatabl.

Vers. 13. Quod ergo ancilla tua cognoscens, fugi ab illis: & misit me Dominus hæc ipsa annuntiare tibi. *Vsque ad vers.* 18.

Quod ego ancilla tua cognoscens. Nunquam styli persici immemor, singulis verbis se ancillam Holofernis deprædicat: nec ancillam se nominat, nisi qua vsus gentis fert, nempe vrbanitatis ergo communisque subiectionis, non alicuius singularitatis obsequio, nec in libitum, quòd modestiam excedat, commaculétque puritatem: ea enim erat Persis in subditos arrogantia, vt vitæ, necisque Dominos se subditarum gentium præberent, nec solùm animos sed & corpora placitis suis superba ditione vincerent. Vnde perhibet Stobæus serm. 12. quod qui ad Regis obedientiam verberibus cædebatur, grato beneuoloque pectore ei gratias pro flagris referebat iniustis, quasi nimiùm beneficus, qui tam dira dona præstaret. Sed nunquam se retulit ancillam Iuditha, quin illicò Domini Dei nomen ad sermonis latus adiiceret, ne degeneri seruitute sorderet, sed eo tantùm se præberet ancillam, quo Dominica erga Holofernem peregisset officia. Id quòd obserues opto; nam è vestigio addit: *Et misit me Dominus.* Et deinde: *Ego enim ancilla tua Deum colo.* Denique: *Exiet ancilla tua, & orabo* 42.

Stobæus.

orabo Deum. Religioſa nimis ſedulitate ſolicitat, Perſicæ ſeruitutis veneno antidotum ſtatim adiungere, circumſcriptionémque doctâ ſuperbo illudere, qui tam pulchro mancipio blanditus, non ab ancillæ manu cauit, quæ Dei ſui, Dominique iuſſis obtemperans, ſe præſtitit in iugulatione miniſtram.

43. *Fugi ab illis.* Fœlix transfugium, in quo quæ veſtigio receſſit, animum præſentem reliquit, nec ſe ab amica patria deprædari voluit, ſed patriam ipſi patriæ reſtituit, quæ ſe per obſidionem ab ingenita libertate alienauerat. Se fugiſſe, non ſemel ait, quæ vt in fugam hoſtes cieret, citiſſimè in hoſtilia caſtra perrexit, fugiens verè ab obſeſſa Bethulia, ne niſi ab eius muris excederet, communi clade cum ciuitate periiſſet. Gen. 19. 24. Loth ciuitatem fugiebat, quam igneus de cœleſtibus imber inuaſerat, ſed fuga populatem non mitigauit ardorem, nec vnius abſceſſio plurimorum profuit incendio, quippe à Deo concitatus ad fugam, nec inſons cum ſontibus pariter cremaretur, innocuúſque iuſti cinis pollutos præ luxuria cineres augmentaret. Fœlicior Iudithæ caſtitas & iuſtitia fuit, quæ fugiendo & ſitis ardorem, & gentis ſuæ ſupplicium auertit, & quæ terga quaſi transfuga dedit, ſuo triumpho rediit onuſta. Ergóne fugit delicta populi, quæ adhuc ſagax fœmina exaggerauit? Quid vetat, iuſtiſſimam puellam parumper ſuorum abſtinuiſſe commercio, quos diffidentiæ iniquitas temerabat, ne ſi diutiùs in improbitatis ſocietate maneret, aliquid de contagio traxiſſet, nec ſic nitida, & ſceleris integra, vindicias pro patria nobiliſſimum munus obiret? An quæ charybdim vitauit, in diriorem incidit ſcyllam, dum ſe iniquioribus, barbaríſque inſeruit phalangibus, vt modicâ peccati fuligine tinctos fugeret ſuos? Quæ innocentiæ fugit ſtudio, etſi in ſcopulos immanes incurrat, nunquam fugientem pedem offendet; imò de naufragio portum efficiet, nec cadet à cauſa, quæ ſic erecta in ſanctitate tetendit. De hac fuga plura diximus ſuprà cap. præcedenti.

44. *Et miſit me Dominus hac ipſa nuntiare tibi.* Solertiſſima fœmina nihil loquitur niſi ad lineam, amuſſim, concinnéque librat momenta verborum. Alienarum gentium legatos Perſæ Reges accipiebant beneuolè, & liberali magnificentiâ donis Regalibus munerabant, vt perhibet Xenophon: lib. 8. παιδ. Auſculta Ælianum lib. 1. cap. 22. *Munera, quæ Rex dono dabat, venientibus ad ſe legatis, hæc erant. Vnicuique talentum Babylonicum argenti præſtantiſſimi, item armillas, & acinacem dabat, & torquem: vniuerſa hæc mille Daricis æſtimata, adhæc ſtolam medicam, quam Doryphoricam appellant.* Perpende illud: *Et acinacem dabat.* Iudith ſe transfugam dixerat, nunc perhibet ſe legationis munere fungi, non ab aliquo niſi à ſummo Deo, cuius verba nuntianda ferebat, ne nudè transfuga, ſed nuntia nobiliſſima cenſeretur: vt ſolitam à Perſis humanitatem referret, nec contra ius Perſicum, læderetur, ſed beneficiis cumulata rediret. An Perſa acinacem dedit? O lex etiam ab inuito Perſa ſeruata! Dedit quidem, ſed in proprij capitis abſciſſionem, vt Regis ſupremi nuntia, ſupremo munere donaretur, non ſolùm acinace Regis, ſed & capite. Iudith. 13. 8. Conſule euentum infrà cap. 13. verſ. 8. *Acceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat exoluit.* O inter legatos omnes nobilior! bene tibi exoluiſti pugionem, vt iure, tuo nuntio ſoluere acinacem, nec ære alieno Perſa teneretur, ſed cum proprio ſanguine debitum lueret. Prende manibus beneficium, quod adhuc Holofernes ſopitus tibi liberaliter pendit, ne ab aula Perſicâ indonata redires. Caput tibi pro munere eſt, quod in legatorem tuum pro ſtemmate duraturo reduces. Acinax iſte in generoſæ tuæ domus tholo pendebit, vt anathema ſit obliuioni, hoc te donum de cæleſti legatione traxiſſe.

Et miſit me Dominus hac ipſa nuntiare tibi. Neſcio quo merito his verbis implicentur Neoterici. 45. Quæ ſermonis elegentiam, fraudíſque fortunam à Deo antè popoſcerat, cur non hæc verba, à Numine afflata protuliſſe credetur, ſiquidem in illis, etſi callidus dolus latuit, mendacij ſuſpici non eſt; cùm longiſſimé diſtent circumſcribi auditorem, & mentiri loquentem. Qui inſpirauerat facinus, modulos etiam loquelæ ſuggeſſit, ſermoníſque ſe præſtitit architectum, qui voluit, quod iuſtum erat, veritate falli inimicum: nec potuit retibus illaqueari ſermonis, niſi ſermo captioſus fuiſſet. Legatus, ſi integrè munus ſuum obeat, nec hilum debet à verbis legatoris deſciſcere? idipſum, quo imbutus, enarrat, cùm licèt os alterum ſit, ipſa mittentis verba pronuntiet. Hæc ipſa nuntiauit Iudith, quæ in oratione conciperet; nec illegitimum partum effudit, quæ de cæleſtibus impregnata veniebat. *Miſit me dominus.* Non alio nomine Deum ſuum appellat, vt nouerit Perſa, quòd licèt Deum ſuum, Hebræorum numen eſſe recuſet, Dominum fateri, tenetur, qui vbique gentium inconcuſſum obtinet Dominatum. Caput ſubmittat, Dominus iubet, & audiendæ legationi, & iugulationi patiendæ.

Ego enim ancilla tua Deum colo. Quid eſt *ego enim?* Præcedentium optima ratio. Ac ſi diceret: 46. Quia vniuerſorum Dominus eſt, etſi me nuncupem ancillam tuam, illius priùs iuſſa exequi debeo. Prætereà: Neutiquam iure transfugij de Aſſyriorum ditione venio apud te numerari, ſiquidem & legati, adhuc ſuorum Regum ſubditi manent, quantumuis in exterorum regno nuntium relaturi coruentur. Ex iuris gentium fauore adhuc eius ſum, qui in legationem me miſit: illius erit notiſſima iniuria, ſi quam in alienis caſtris ſubibo.

Dum colo etiam nunc apud te. Magnanima fidei virtus eſt, quæ imperdita in periculis perſe- 47.
uerat, frontémque liberam coram mortis lictoribus geſtat. Perdidiſtíne cauſam fœmina ſancta? Perſa hic quidquid Numinis eſt, abolere feſtinat, omnémque poplitem in Nabuchodonoſoris reuerentiam extorquet: hæc totius belli, quo domitus oriens gemiſcit, cauſa eſt: id in ſermonis veſtibulo Holofernes admonuit. Vt quid imbellis puella ſic coram triumphali cohorte, tam effræni voce diuulgas, te adhuc Deum colere Nabuchodonoſore contempto? Quæ fiduciæ deſertores ciues ſuos obiurgauerat in Bethulia, fidem ſuâ licenter in inimicorum aula producit; quippe fiduciæ vigor fides eſt, nec potuit eſſe fiſſa de triumpho, niſi fidem liberè declamaret. Ideo Clemens Alexandrinus lib. 4. ſtromat. c. 4. Clem. Alex.
dixit. *Ingreditur quidem in caſtra alienigenarum, omne periculum contemnens pro patria, ſeipſam tradens hoſtibus in fide Dei.* In fidei ferculo ſe tradidit, quæ illicò fidem officioſâ publicatione de-

texit *Deum colo etiam nunc apud te* Inter discolos esse cultorē, inter barbaros religiosum, extremæ fidei censetur. Tam inuisus religioni fuit Holofernes, tam perosus cælites, tam infestus diuis, vt quasi pro prodigio possit haberi, apud eum in diuini Numinis cultu potuisse fœminam permansisse. Consortia praua corrumpunt mores: ab aspectu infidelis, crystallus fidei perstringitur, idololatræ halitus enecat religionem, & reguli more cum oculis iacit venenum.

48. In quacumque syllaba, fidei exaggeratur elogium: *Ancilla tua Deum colo: etiam nunc apud te.* Quamuis pedissequa nuncuper & ancilla; quæ videor tibi adhærere vestigiis, religione discedo: coram inculto, barbaróque Dei hoste cælestis cultus medullitus insidet cordi, nunc, etiam cùm in tuam promerendam humanitatem mollia blandimenta perquiro: fatua enim mollities est, in re fidei non scopulum esse, qui rigeat, & exasperetur, inflexibilis ad vota negantis. *Nunc apud te* diuinæ maiestatis inuidum religionis mastigem, infidelitatis ideam. Hæc ita præstruxit Iuditha, vt semitam ad commodum facinoris sterneret, & Dei nuntia, vatésque haberetur, cuius ad haurienda secreta, copiam exeundi extra Principis tentorium haberet, & exciso capite regrederetur impunis.

49. *Et exiet ancilla tua, & orabo Deum.* Græcè est: *Et nunc manebo apud te Domine mi, & exibit ancilla tua in nocte in vallem, & orabo ad Deum.* Inextricabile rete hoc sermone tetendit, nihil de calliditate dimisit, implicuit licia, telámque struxit totius victoriæ, Quid est, ó fœmina casta? sic tentorium Principis ambis nec iudicas iniuriam pudoris, in tabernaculo victitare cum Persa? Si castitas semel suprà saxi soliditatem obriguit, si Marpesia cautes est licèt aliquando cauta non sit, tentari quæ potest, perfringi nequit: qui in eam procaciter irrupit, impercusso saxo percutitur; scit lædere illæsa, nec sub fœnore illecebræ, sed sub supplicij vindictâ contrectatores admittit. Oportuit sub principalis tentorij tutela, Regiáque tabernaculi tegmine pulchritudinem Hebrææ occludi, ne militaris licentia, vagáque venustatis cupido pro hospitij mercede portionem voluptatis ambiret, & de vnius fœminæ sorte in impuras illecebras Assyrij iuuenes spolia diuiderent. Ne quisque huius candidi lij folia pro gestu legeret licentiori; potentioribus spinis sepiri opus fuit, & intra Ducis aulam abscondi, vt velut eius pignus ac exercitu censeretur, nec fas esset in Imperatoris fœminam desideria committere. Id percalluit Ambrosius in lib. de viduis. *Quid eius sapientiam prædicemus, quòd huiusmodi est commenta consilium, vt dum potentem elicit intemperantia, à se inferiores arceret, occasionem pararet victoria.* Ergo Iudithæ castitas, quæ rogari non sustinet, nec votis adridere procorum, rogat in Holofernis tabernaculo commorari, ne procos haberet vllos, quam Dynastæ asylum fouebat. Fœmina artifex, quæ in frequentia Bethuliæ, sibi reclusorium struxerat, & in populosa vrbe, vt Damianus epist. 8. inquit, solitudinem reperit, etiam in publicis castris secretum exambiit, & intra tentorium Ducis solitudinem meditata est, ne eius cuiquam pateret alloquium. Forsan ex prædictis textus Græci verbis accepit Georgius Cedrenus, quod scribit in Dario Cambyse. *Barbarus pulchritudinis eius captus amore, statim correptus est: At verò Iuditha cùm moneret, ne quem suorum circa se haberet, se enim ab his de stupro appellari; Holofernes fidem mulieri adhibens solus cum ea vixit, ipsa triduo cum eo tolerato, noctu, capta occasione, dormientis caput amputauit.* Exposuimus locum hunc suprà tom. 1. in catena panegyr. Ars pudicitiæ fuit, ipsummet Principis delegisse cubiculum, vt milites arcerentur, nec quis auderet vel primam cupiditatem iaculari in eam, quæ de Ducis contubernio potuit censeri.

Ambros. Damian. Cedren.

Et exiet ancilla tua: in vallem vtique, vt Græcus obseruat. Iam inde cogitatu & verbis iterum vallis, per quam venerat, terebat planitiem, studiosa celerrimi reditus in Bethuliam. Vix sustinet, modicis interstitiis tarditatem temporis præstolari, quæ redire cogitat, cùm accedit; & vt viam discat, nec per decliuitatem trahatur erroris, singulis noctibus ire redíréque disponit, si capiti Holofernis vehendo vlla itineris difficultas obsistat. Vt planior semita redderetur, quâ capitali trophæo onusta pertranseat, eam priùs repetitâ oratione sternere parat; sic per viam salutis incedet, quæ mortem baiulans Holofernis, vitam reportabit Hebræis. 50.

Additur etiam in Græco: *Et exibit ancilla tua in nocte, & orabo Deum.* Vide de quibus inducens ingeniosa castitas sibi cauit; noctes præripit orationi, quas impuris amplexibus libido destinat. Bene tecum aget, procacissime Persa, venusta Hebræa, quæ noctibus à cubiculo se subripiet, in quibus reliquias vini veneri impudicæ parabas. Quid religiosius & cautius? ea tempora religioni decernere, quæ gulosus Princeps sub nocturnis latibulis ad vitiosam disponebat illuuiem. Si pulcherrimi hospitis in noctis vmbris à sorte illecebrosa repelleris, quomodo admitteris sub Sole, de cuius coloribus albido & rubicundo venusta castitas figuratur? Ideò Iuditha, etiam apud Græcum, anteà præmiserat: *Quoniam ancilla tua religiosa est, & colens nocte & die Deum.* Opus fuit *nocte* addidisse, vt nocturni vitij suspicionem abigeret, & portionem thalami repudiaret, cùm limpidissimi Numinis adorandi limpidior ara vestiganda sit, vallis scilicet & Bethuliæ fons, cuius lympha mundissima impuri tori cogitatum abstergit. Noctes diésque colit fœmina Deum, quæ pudoris lucem diurnam tenebris nocturnis inducit; & ne vnquam castitatis casu decidat vesper, Solem producit in noctem longissimúmque diem pro spatiosa victoria protelat; nec sibi vnquam obscuritas est, quæ cum pudicitiæ Sole dormit & & surgit. 51. Græc.

Et dicet mihi, quando eis reddat peccatum suum. Græcè est: *Et annuntiabit mihi, quando fecerunt peccata eorum*, seu, vt Vatablus, *quando illi peccata sua commiserint.* Si sic; facilior exicitus huius versiculi est; quippe nulla opinio extari potest mendacij, cùm conditionalis sermo sit: & accinit illis, quæ Græcus textus præmiserat, de consumenda Leuitarum annona, quod adhuc erat, tantùm sub voto, nondum autem aliquid de cellariis sacris libatum. Quod si executioni mandetur, Juditha, cùm contigerit, se renuntiaturam spondet. Sed nec in Latino causa periclitatur veracis fœminæ: *Quando eis reddat peccatum suum.* Commentantur omnes, id est, pœnam pro peccato, ex Bibliorum stylo. Nec vna in enodando semita est. Censent aliqui ly *eis*, etsi Hebræis Holoferni significari videtur 52. Vatablus.

a

à Iuditha de Aſſyriis poſitum. Sed claudicaret omnino ſenſus, cùm minimè ſequentia cohæreant; *Et veniens nuntiabo tibi*: quod enim illi ſcholiant, ſcilicet non ſermone, ſed abſciſſione capitis fœminam nuntiaturam, ex cerebro quidem, non ex ſoliditate videtur. Sanctius in his verbis non ſupplicium Hebræorum, ſed liberationis beneficium rimatur: ſic enim pientiſſimus Dominus ſolet reddere pro iniquiſſimis piaculis munera gratiæ, in celebris bonitatis documentum, vtpote qui donis malefacta rependit, libertatéque iniurias auertit. Admittunt quidem hunc ſenſum verba, non abſque ipſius phraſis ingenio. Peccatum enim hominis in Deum Redemptorem transfertur, quaſi ipſi Domino affigitur, vt cùm illud peccatori reddat, mutetur in veniam, & de pientiſſimo ſinu ſecum trahat adhærentem clementiæ portionem. Inde miſericordiam expetebat Dauid
Pſalm. 50. non alia ſuffultus ratione, niſi hac: *Tibi ſoli peccaui*: quaſi ipſe peccatum alliſiſſet in Deum, è quo nonniſi remiſſionis dono contracto reſilire potuiſſet. Confitenti, pœnitentíque Dauid
2. Reg. 12. 13. ſub illis verbis *peccaui Domino*. 2. Reg. 12. v. 13. Natha reſpondit: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum*: quaſi illi reddidiſſet peccatum, iam è pietatis diuinæ viſceribus illitum, veniáque perfuſum. Hæc pientiſſima Domini indoles eſt, cùm atrociùs exarſit iniquitas, liberaliore indulgentia peccatorem inſpergere, velut ſi illex beneficæ pietatis ſit extrema miſeri in ſarcina peccatorum calamitas. Quòd hæc expoſitio à littera non abhorreat, luculentus teſtis
Iſai. 40. ſit Iſaias cap. 40. *Quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius: ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.*

53. Sed alia facilior enodatio ſubeſt, ſi ſenſus ſit, non quòd Deus Iudithæ dicet, quo tempore de Bethulienſibus ſupplicium ſumet, ita vt ipſa noſcat, antequam vltionem infligat; ſed potiùs quam inflixerit, tunc fœminæ ſanctæ reuelabit, & illa veniens Holoferni nuntiabit. Vbi nihil aſſeritur, ſed alterum ex altero ingenioſè pendet, nec vlla falſitatis ſuſpicio inſidet: ſiquidem nouerat Iuditha populum liberandum iri, nec diuino ſupplicio quatiendum. Quare inutili redditâ conditione, nonquam nuntiandi caſus poterat euenire. Qui ſenſus liquidus eſt in ipſis verbis: *Et dicet mihi quando eis reddat peccatum ſuum*, id eſt, non tempus, in quo redditurus ſit, ſed tunc dicet, quando iam inceperit reddere: *Et veniens nuntiabo tibi*, id eſt, poſtquam reddat. Sapienti aſtu tendiculas eiecit, hoſtémque fefellit doctis verborum ambagibus, quas ille vecors luminiſque impotens extricare non potuit.

54. *Ita vt adducam te per mediam Ieruſalem.* Græcè eſt. *Et exibis cum omni exercitu tuo, & non eſt qui reſiſtat tibi ex eis, & adducam te per medium Iudææ, quouſque venias ante Ieruſalem.* Quæ verba ex Græco non leui tactu diſturbare videntur ſenſum, quem apud Latinum fœmina prudens intrinſecus componere videbatur, nempè quòd non quadrigâ vectus ſpoliiſque pretioſis ditatus coram nouis mancipiis Holofernes victor in Bethuliam intraret, ſed potiùs in caſto, limpidóque ferculo, manu nempe victricis viduæ pendulum caput adhuc calido cruore reſperſum per ouantem populum vehendum iri. Quæ quidem expoſitio non ineptè latitat ſub textus latini ſerie; quaſi nuntiationis euentus ſit, è capillis prenſum in fortunatiſſimum trophæum, caput abſciſſum per mediam vrbem circumferre: quem ſenſum ſubeunt illa verba. *Et veniens nuntiabo tibi; ita vt ego adducam te*, &c. Obſerua illud: *ita vt ego*: ac ſi dixiſſet: Hoc erit nuntiandi genus, Sed ea Græcæ verſionis verba: *Et exibis cum omni exercitu tuo: & non eſt qui reſiſtat tibi ex eis*, præfatum explicatum videntur euertere. Qui enim mulctatus capite, colloque amputatus exire valebit, exercitum victorem agens, cuius truncum corpus cum inſtitis conopei vinctum in ſtrato iacebit, & præter compedes mortis funeſtis ligaminibus præpedietur? At à præmiſſo ſenſu non diſſidet. Par eſt enim credere, Holofernis corpus exangue, à ſuis militibus in meliorem ſepulchti ſortem deuectum; acephalúmque cadauer, quà tumultuarius fugæ exitus dedit in humerorum, equorúmve pheretro fugacem exercitum ſecum tuliſſe, his ſpoliis onuſtum, quæ fœmina caſta dimiſit, ne corpus adulteri, qui cogitatu procaci ſanctam viduam inficere aggreſſus fuit, ſub Bethulienſi puluere conderetur. Cinis erat corpus exanime, quem effecerat flamma laſciuiens; ne ſub adhuc tepentibus reliquiis ardor delituiſſet, qui ſcintillam ederet inhoneſtam, victrix Heroina luxuriæ organa, corpuſque reliquit, contenta capite, cuius oculi laqueum ſtruxerant, quo irretitus interiit. Ergo Holofernes truncus exibit cum omni exercitu ſuo, dum celeri fugâ ſe ſubripiet. Nec dixit, *intrabit*, in aliquo verbo veritas læderetur.

Et non eſt qui reſiſtat tibi ex eis. O callidè & 55.
& prudenter! Qui fugientem inſequitur, non reſiſtit: ſagittarum pharetram in inimica terga denudat; non illi ferreus thorax opus eſt, vt irruentem retundat exercitum. Fugient, fugient Holofernianæ phalanges, non erit Hebræus, qui imperentibus vllis reſiſtat; quiſque curſum celerem maturabit, vt præ pauore fugitantes equo velociore pertingat. Et tu Holofernes in alienos liberalis & tuos, partim cum abeuntibus ibis, partim cum victoribus remanebis, vtrinque diuiſus, ſtolidis Aſſyriis truncum, ſapientibus Hebræis caput committes. Vt regiones diſſitas poſſidendi ſaginetur libido poſt mortem, diſſitâ complebis ſpatia, corpore Niniuem, capite Iudæam.

Si iam Iudith ludentibus verbis gratulatur 56.
de triumpho: *ita vt ego adducam te per mediam Ieruſalem.* E pulchris digitis pendebit trophæum, nunquam è meliore tholo. Solymitana compita mirabuntur è tam leni præ niuis candore manu tam crudelem & toruum vultum ſuſpenſum: ſtantes poſt mortem crines mollem dexteræ cutem aſperabunt, quaſi ſtudioſi ab aſperiore ſexu, robuſtioréque fortitudine occubuiſſe, non à lenitate fœminea. Fermè dum hæc ſcribo, in Epiſcopale palatium miles ingreditur non diſſimili pondere grauatâ manu: ſectum caput è crinibus trahit, quod à Luſitani cuiuſdam corpore auulſit, qui poſt rebellionis incendium infenſiſſimo liuore contabuit in noſtros, abigebat pecudes, graſſabatur in vicos, nebulonúmque inſigniúmque latronum dux miſeros agricolas deuaſtabat. Horrui ad fœdiſſimi capitis monſtrum, nec permiſi oculos viſui, ſed lachrymis. O! ſic mortalia pectora cogis libido regnandi. Loquar ad te tam miſeræ cladis reum, fomitem tam ardentis incendij, verbis, quæ Bea-

tissimus meus Benedictus Regis Totilæ spatario dixit, qui Regalibus trabeis, Dominisque sui vestimentis indutus, Regis personam coram Sancti Patris oculis exhibere curauit, seque eisdemmet aulicis cinxit, quibus Totila lateronibus cingebatur. *Quem veniem[t]em* (inquit S. Hregorius Magnus lib. 2. Dialog cap. 14.) *conspiciens vir Dei, cùm iam ab eo audiri potuisset, clamauit, dicens: Pone fili, pone hoc, quod portas: non est tuum* Pergit Iuditha.

57. *Et habebis omnem populum Israël, sicut oues, quibus non est pastor.* Iactabundus Holofernes sibi blandiebatur, quòd habiturus erat omnem populum Israël, non quidem sicut oues errantes, quæ nullum pastoris caulam agnoscût, sed à grege diuulsæ crepitaculum fundæ, sibilique censuram despiciunt, magis studiosæ graminis, quàm imperij. Illudit Iuditha. *Habebis*, inquit: sat est ambitioso Persæ verbum *habere*. Imò adiicit: *Sicut oues, quibus non est pastor.* Stulte cur sic nouissimæ fraudi potuisti, si postquam habebis oues, oues non habebunt pastorem; quandóne pastor ouium eris, quæ vtique nunquam tuo sufferent in ouili teneri? Ergo tunc habebis, quando nec ab ouibus pasci, nec poteris regere oues, scilicet capite cæsus, cùm effusus Bethuliæ populus, alacrique impetu dispersi ciues in horribilis capitis conspectum nullo iam ordine militari concurrent.

58. Delrius. Exod. 11. 7. *Et non latrabit vel vnus canis contra te* Etsi adagialis formula hæc sit, de qua Delrius tom. 1. adag. 75. ex cap. 11. Exod. vers. 7. *Non mutiet canis ab homine vsque ad pecus*, id est, me iudice, nullus iurgia mouebit, oblatrantéque contradictione resistet: canis enim fragoris sui inquietudine & hominem custodit & pecus; in incubio quidem noctis ad vestibulum domus, seu limen, dum transeuntis odoratur vestigia, feruido latratu respondet, se peruigilem excubitorem esse declamans: idipsum in custodia gregis exercet. Quare sensus est: *Non mutiet canis ab homine vsque ad pecus*, id est, à cane hominis custoditi vsque ad custodiendæ pecudis canem. Canis est, qui morosiùs, gutture ad latratum dentibus ad morsum insistit, ne quis paccatè prædam, cui inhiat, arripiat. Ergo Iudith suum auditorem venustissima fraude deludit. Nunquamque concinniùs hoc adagium inductum est: dixerat enim, quòd sibi Holofernes conducet Hebræos, qui illi erunt sicut palantes oues, quibus nullus pastor incumbit. Consentaneè quidem adiicit, quòd nullus canis contra eum latrabit; siquidem dispersæ oues, nec sub vnius gregis censura compositæ, pastoralisque baculi moderamine tentæ nullo possunt cane custodiri, qui oblatret, ne per offusas noctium tenebras, bestiarum aut furum patiantur incursus. *Non latrabit vel vnus canis contra te:* potiùs absque latratu pellem capitis deuorabunt; latratus semitam fœdissima portione carnis infarcient, donec caluariam linquant, sicut in Iezabele contingisse profertur.

4 Reg. 9. 36. 4. Reg. 9. vers. 36.

59. *Quoniam hac mihi dicta sunt per prouidentiam Dei.* Prouidentia in sacris non vtcumque præmotio est, sed rerum, quæ prudenti præparatione diponuntur, vt fiant, & ad sapientem executionem dirigantur. Sic Tobiæ 9. v. 2. Act. 24. vers. 2. Quin & Latinis idem vsus. Cicero 3. de natura Deor. *Materia rerum, ex qua & in qua omnia sint fictrix, & moderatrix diuina prouidentia.* Et 2. de Diuin. *Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet, insidias Imperator, tempestates gubernator: & tamen ipsi sæpe falluntur, quia nihil sine certa ratione opinantur.* Idipsum Sap. 9. vers. 14. *Incertæ prouidentiæ nostræ.* Vt verum auspicium absque nutante fide acciperet Holofernes, id euenisse pronuntiat ex diuina prouidentia, quæ præcognita futura disponit, ne incerto tumultuario casu dispergantur euentus. Vtrumque Dei prouidentia disposuit, & quòd hæc Iuditha diceret Holoferni, & quòd hæc priùs suggererentur Iudithæ. Ergóne iam certus est Holofernes, quòd Hebræorum Deus verè Deus est, id est, videns, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, vt Iuditha putauerit, altè illi dictorum fidem fuisse incutiendam, eâ solùm causâ; quia Israëlitidum Deus illa prouiderit? Vide quàm potens fuit ad religionem Persæ mutandam, fœmineæ pulchritudinis lenocinium. Iam Assyriorum Dux conscientiâ se prodit Hebræum, qui vt fœminam sibi deuinciat, religiosum esse de Hebræorum censu non dubitat, vt ipse statim fassus est: *Si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus:* quod non Dei causâ sed cupidinis dixit. Prætereà obseruare non pigeat, quòd ne vllum verbum absque sapienti calliditate fluxisset, hæc sibi dicta per prouidentiam Dei Iuditha pronuntiat; & tamen in illis legitimus astus, & iustus dolus est, vt hac cautione infestus Dei hostis caperetur. Quippe prouidere etiam cauere significat. Terentius And. 1. *Quæ si non astu prouidentur, me, aut herum pessumdabunt.* Græcè est: κατ' πρόγνωσίν μου, id est, *per prouidentiam, seu prænotionem meam.* Quod fermè in idem recidit, siquidem statim adiicit? *& missa sum nuntiare tibi:* quibus patentér exprimit hanc prænotionem non suopte ingenio acquisiisse, sed à Deo mittente, qui illam sibi, vtpote legationis munere fungenti inspirauit.

Sap. 9. 14. Terenti.

60. Iudith. 7. 17. *Et quoniam iratus est illis Deus, hac ipsa missa sum nuntiare tibi.* Quòd Deus iratus fuisset Hebræis, ipsimet fassi sunt suprà c. 7. v. 17. *Contestamur hodie cælum & terram, & Deum Patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra.* Sed hæc iracundia non in perniciem erat, sed in medelam flagellat enim Deus, quos sub verbere cupit esse sanatos, & more chirurgi, vt innocentior caro, floréntque redeat, putridam resecat, ignéque tribulationis comburit, & vt callum obducat vulnus, spongia dilectionis luem sugit; quod anteà Iuditha persuaserat cap. 8. vers. 26. *Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella Domini, quibus quasi serui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus.* Bene hæc. Sed causalis ipsa aliquam mendacij videtur gignere suspicionem: ideo enim missam se perhibet ad eiusmodi nuntium, quoniam iratus est Hebræis Deus; & tamé missio ex diuina misericordia fuit, quæ in patriæ vindicem Iudithâ elegit. Sed Dei indoles est, iracundiæ tenorem misericordiâ respergere, & se ad amicam reducere pietatem in primis functionibus iræ, vixque iustitiam prouocat ad vindictam, cùm illicò allectatur ad veniam: imò ea solet aptior illi ad pietatem occasio subesse, cùm se conspicit in homines iracundum, vt potissima ratio miserendi sit prima flagellorum incussio: In misericordi lenitate deferuet ira, cui proprium est misereri semper & parcere. Iudith. 8. 26.

Tob. 9. 2. Act. 24. 2. Cicer.

Habac 3.2. parcere. Scis illud: *Cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis.*

Verſ. 18. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris ſuis, & mirabantur ſapientiam eius, & dicebant ad alterutrum, &c. *vſque ad verſ.* 21.

61. *Placuerunt autem omnia verba hæc.* Quia placuit fœmina, placuit & ſermo. Quid amaſiæ non placebit amanti? Aſſentiendi compendium amor eſt, qui facilè poteſt accuſari de ambitu; ſua ſunt in tribunali iudicia, nec vllus illi calculus deficit de numero ſuffragiorum. Nullus fauſtior pulchritudine orator. Dicere ſolemus, quòd Poëta naſcitur, Rhetor fit. Natam pulchritudinem inter quos computabis? inter rhetoréſne, an Poëtas. Suprà rhetorem Iudithæ formoſitas perorauit: vix dixerat, & cauſam obtinuit. Quamuis fauſta & amœna promittenti, ſuperflua pulchritudo eſt: adulatorius ſermo ſcit de pulchritudine fucata placere. Habent & mellita verba præter ſaporem auribus, oculis immittere blandimenta, quæ dum beneuolentiam captant audiendis, videntem obcæcant.

62. *Placuerunt omnia verba hæc.* Nullus fuit in ſyllabis apex, qui auſcultantibus diſpliceret. Vitiatus eſt iudicantis auditus, qui nullum verbum diiudicat, ſed abſque examine & libera in lance paſſionis appendit, quidquid à grato reo prolatum auſcultat. Commune votum in Holofernis ſenatu pro Hebræa dictante ſucceſſit. Si oculis tribunal commiſſum erat, quam aliam expectares ſententiam? *Coram Holoferne, & coram pueris ſuis.* Imò quia Holoferni placuerunt, placuerunt & ſeruis. Studioſa nimis aulicorum aſſentatio eſt, qui vtpote ambitioſi ſerui, in manibus Dominorum ſuorum oculos habens, & hi non ſolùm in manibus, ſed in oculis. Suis oculis in ſermonis veſtibulo captus fuit Holofernes; quidni caperentur & pueri, qui in oculis erant? Communis fuit laqueus, qui ab oculis Domini protelatus in ſeruos, adſtantem Aſſyriorum turbam irretiit. O quot auiculas vnum rete complicuit, quæ ad cantum dicentis fœminæ aduolauerunt!

63. *Et mirabantur ſapientiam eius.* Mira fœlicitas ſapientiæ eſt, quòd & ſtolidiſſimis ſapiat, dulcedinéque ſua palatum inſipientum inungat. Talis eſt forma virtutis, quæ & vitioſis videtur pulcherrima, & amariori guſtui dulciſſima. Ingenitum à natura eſt, generoſæ virtutis votum: illam etſi diſcoli colunt, & mirantur in aliis, cuius in ſe exercitium habere contemnunt. Sed fucatum ſermonem ſapientiam dicunt, quibus nihil cordi eſt præter fucum. Quod fraus eſt, ſapientiam iudicant fraudulenti, & qui verſipellis eſt, pulchriorem iudicat pellem, quæ magis fallit. Sapit, ſapit fœmina, & bene ſapit, quæ ſic ſapidum vobis inſtillauit venenum. Ægrum eſt palatum, cui non amareſcit amatum, ſicut quod abſynthium iudicat, quod mel eſt. *Et dicebant alter ad alterum.* Nullum à communi ſuffragio ſequeſtrauit affectus: non ſolùm nutibus, ſed & vocibus annuerunt; nec tamen primus Holofernes in verba prorupit, cuius organa ſtrictiori modo libido deuinxerat. Imò, ne Magiſtratus ſeueri læderet grauitatem, aulicorum expectauit encomia, vt quod ipſe prolaturus erat, non libidini tribueretur.

Non eſt talis mulier ſuper terram. Quos vaga luxuries in cognitione mulierum inſtruxerat, benè potuerunt tale pro luxiſſe ſuffragium. Sed vituperium eſt, fœminam à laſciuis laudari: niſi quod Iudithæ ſignatiſſimum ſit encomium, ab impudicis non potuiſſe libari, laudari potuiſſe. *Non eſt talis mulier ſuper terram.* Bene ſuper terram; quippe de cœleſtibus illa veniebat. *Nouum faciet Dominus ſuper terram: Fœmina circumdabit virum:* ad cuius vmbram & figuram, nouum in Iudith præſentiſſe Dominus, quòd virum fœmina circumſcribat. *In aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum.* Recta ſeries eſt, priùs de pulchritudine extollitur, deinde verbis, ſiquidem quòd verba placuiſſent, pulchritudo peregit. Id calluit Ambroſius lib. 1. offic. cap. 13. *Quæ primo formæ gratia, & virtutis decore perculit, deinde ſermonis elegantia circumſcripſit.* Græcè eſt: *Non eſt talis mulier à ſummo vſque ac ſummum terræ, in pulchritudine faciei, & prudentia verborum.* Cur non ab imo vſque ad ſummum? Ne cum imæ terræ fœminis excelſum fœminam compararent. Nulla eſt illi cum fœminis infimis ſocietas, quæ pulchritudine ſua non ad cæleſtia deſideria, ſed ad profunda præcipitia prouocant intuentem. Hæc ſolis proceſſio eſt, qui in cœlis lampadibus obtinet principatum: A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius. 64. Ierem. 31.22. Ambroſ. Græca.

65. Pſalm. 18.7. *In aſpectu, & pulchritudine.* Quid aſpectus à pulchritudine differt? Sunt quarum pulchritudo non in ſe eſt, ſed in aſpectu videntium, ab alienis oculis pendet: quibus nudus fucus, apparens formoſitas, non veritas eſt. Cauent Aſſyrij, ne de iniuſta accuſentur ſententia, & qui capti fuerunt oculis, ab aſpectu ſolùm putentur delaſi: ideò poſt aſpectum, pulchritudinem laudant, quæ ſi ſolida eſt, non eget ſpectatorum arbitrio. Non ſolùm Iuditha pulchra videtur, poſtquam viſa eſt, ſed & antequam videretur, pulchra fuit. Sunt quæ pulchræ videntur, ſed non ſunt; imò quòd ſint videntur, quia videntur. Grande pulchritudinis elogium Iuditha tulit, quæ ſuffragium promeruit à perſis venuſtatis palmam abſque adulationis fuco tribuentibus; cum Perſicæ fœminæ de præſtantia pulchritudinis celebrentur apud Xenophontem ἀνάβας lib. 3. Ammian. lib. 23. & Plutarchum in Alexandro. Eadem met fermè verba de pulchra fœmina aulici dixerunt ad Cyrum apud Xenophontem lib. 5. pæd. *Scito, mi Cyre, tam mihi, quàm aliis eam intuentibus viſum eſſe, nunquam mulierem in Aſia vel eſſe natam, vel extitiſſe talem ex mortalibus.* Xenoph. Ammian. Plutarch. Xenoph.

66. *Et in ſenſu verborum.* Qui ſenſibus tantùm iudicat, & non mente, profundum ſermonis ſenſum veſtigare non præualet; hæret in ſuperficie, & verè hæret, qui illicò ligatur in viſco. Ignari ſapientiſſimum edidere iudicium. Nihil in Iudithæ eloquentia ſapientius fuit, quàm ſub vno verborum ſenſu, qui alliciebat, alterum incluſiſſe, qui intrinſecus trucidaret audientem. Quia de verbis mendacij poſſit fœminam accuſare, eo quod ſenſum ſub accuratis verbis implicuit, ſiquidem & ipſi Aſſyrij non verborum cutem, ſed profundum ſenſum collaudant? Niſi quòd qui ſenſuum voluptati, extremæque ſpeciei ſe deuouit, nullum alium ſenſum præter apparentem veſtiget. De ſapientia Iudithæ, elegantíſque ſermonis

ſermonis inſtructo, plurimi ſunt Patres, quos in eius paregytico dedimus ſupra tom. 1. in catena à num. 90. Has aulicorum laudes tribuit Lyra. Lyra irritamento coniugij ſcholians: *Ex hoc videbantur innuere, quod eſſet aptiſſima coniungi ſuo Principi vinculo matrimonij.* Non ſuſpicor ſic ſcrupuloſos Aſſyrios, vt nonniſi coniugem cuperent Holofernis, quam abſque nuptiarum onere facilioribus amplexibus deſtinabant: niſi quòd virtutis reuerentia valuiſſet aulicos reddidiſſe modeſtos.

67. *Et dixit ad illam Holofernes,* Adhuc nutibus dicebat, nunc lingua: oculorum palpebris loquebatur; & alacritate beneuolentiæ, quæ toruum vultum explicauerat in ridentem, iam plurimum tacitè ſermonem confecerat; qui tandem ore locutus eſt. *Dixit ad illam.* Non de illa ad pueros aliquid profatur encomij: ebullientes laudes in pectoris ſtagno continuit, ne maieſtatem deflecteret in obſequium, degenerique deiectione Perſicum ſupprimeret ſupercilium. Altum vulnus, quod per oculorum ſemitam à venuſtate ſuſceperat, ſub cenſoria grauitate recondit; ne retegeret ægritudinem, ſeque victum à fœmina proclamaret. Maieſtatis thronus, editúque iudicis ſitus ſuggerit ſeueritatem ſedenti, & vt venerabilem reddat, paſſionum temperat abundantiam, nec ſuffert, quòd qui altus ſedet, flexus à cupiditate ſubiaceat. *Benè fecit Deus.* Et quid Deus bene non facit? Dij gentium dæmonia ſunt, neſciunt facere niſi malum; ſic de malignitate vocabulum trahunt. Imbonitas, vitiorúmque prurigo malignis ſpiritibus inſidet; Deus eſt, qui malum non fecit, ſed nec eſſet malum, niſi omnipotens & bonus de malo contenderet bonitatem eruere. *Bene fecit Deus.* Ergo iam incipit noſſe Deum, qui nuncupat; vicinus fidei eſt, qui in Dei nomine erudiri contendit. Marc 7.37. E nomine perueniet ad Numen; ſi nunc vocat, pòſt inuocabit. Schola cognoſcendi, à nominandi rudimenti orditur. Et bene didicit nominare, qui à bonitate cœpit cognoſcere. Nemo bonus niſi ſolus Deus, qui benè omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. Auribus & lingua Holofernes rigebat, cuius auditus imperuius fidei, óſque confeſſionis impotens rationales ſemitas veritati occludebant. Poſtquam Dei nomen inſonuit, pollicetur fore fidelem: *Erit & Deus meus,* &c.

69. Pergit: *Qui miſit te ante populum,* id eſt, antequam Aſſyriorum manibus ſubiugaret, te miſit legatione fungentem, vt hoc munus eximium deuouiſſes, daréſque populum in manibus noſtris & quem ſumptu ſanguinis, mortiſque mercede exercitus erat empturus, tu abſque argento effuſi cruoris vendidiſti populum ſine pretio: *Vt des illum tu in manibus noſtris.* Emphaſis eſt non modica, nec vacua Perſicæ arrogantiæ: ac ſi diceret: Gladius noſter niſi veniſſes, cruento Marte populum domaret rebellem; in nos veniret, etſi reſtagaretur, inuitus. Verùm tu ideò ante populum veniſti, vt quod aliter violentia foret, nunc donum ſit, & detur manibus in libitum munus, qui diripienti militi præda foret.

69. *Et quoniam bona eſt promiſſio tua.* Id eſt, non ficta, ſed de pectoris ſinceri bonitate producta. Quam amicum boni ſe iactat nequiſſimus Perſa, qui & Deum laudat, quia bene fecit, & fœminam, quia bene promittit. Sed hanc adamat bonitatem, quæ guſtui aſſentatur, dominandíque ſuperbiam ſaginat. Scit malefactor, quod bonum eſt, de ſua indole in malignitatem traducere, ſicut ſalubrem floris ſuccum eſt qui ſugens transfigat in venenum.

Si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus 70.
Diſquiritur quo iure hæc dixerit Holofernes, cuius officium erat, omnes Deos terræ abolere, vt infixa genua ſolis Nabuchodonoſori procumberent. Anne ſe ſperat Hebræorum regione potiri, & ex Perſa Hebræum, religione traductà à Nabuchodonoſore deficere? Imò huic cenſioni textus Græcus obſiſtit, apud quem præceſſerat: *Miſit te ante populum, vt eſſet in manibus noſtris fortitudo, in contemnentibus autem Dominum meum perditio.* Quin clarè refutatur hic ſenſus ex his, quæ illicò adiiciuntur: *Et tu in domo Nabuchodonoſor magna eris.* An gentis Deos ſe fore abiuraturum promittit, ſi in manu fœminæ Bethuliam occuperet? Sed qui abiurandi ſupererant, quos vnica Imperatoris abſorbuerat religio? Si idololatrare facit inſanus fœminarum amor, anne faciet de idololatrà, veri Numinis fieri cultorē? Agnoſco vim amoris, qui ſic in vnū binos animos tranſfigit; vt non patiatur religionem eſſe diuiſam, alterutrius cultus in alterutrum trahitur, ne corporum officia cæremoniæ diſiungant, quos ardens dilectionis fornax conflauit. Obſeruo quòd non dixit: *Erit & Deus noſter* ſed *& Deus meus* nec enim vult Imperialem exercitum vitio tyrannidis vſurpare, nec quòd ab Imperatore deſciſcat, ſed qui *ſibi ſoli* Iuditham deligebat in ſortem, ſibi ſoli Iudithæ Deum decernere ſpopondit in Deum. Quod minùs iniurioſum Nabuchodonoſori potuit cenſeri, quoniam Hebræorum Deus in profundo pectore colebatur, nullis dolabatur in lignis, nullus æs in ſimulacra erogabat: quare præ ſpiritualitate, & inuiſibilitate Numinis, non in Deorum numero gentibus cenſebatur. Iuuenalis ſatyra 14. de Iudæis. Iuuen.

Nil præter nubes, & cæli Numen adorant.

Qui ignotus Deus putabatur. Quare etiam in domo Nabuchodonoſoris abſque offenſione Regis hunc Deum cordi medullitus affigendum, potuit ſpopondiſſe Holofernes. Præcipuè nam plures extitere idololatræ Reges, qui ſimul cum idolis ſuis Deum Iſraëlis colebant, eiuſq; templa erexere, ſeu in Ieroſolymitanum templum ingentia munera dedicauerunt, vt conſtat ex Ioſepho lib. 12 antiquit 6. *Idcircò ab omnibus Aſiæ Regibus maieſtatem eius loci honoratam donarijs.* Ioſeph. Id ſubindicauit de Athenienſibus Paul. Act. 17. verſ. 23. *Videns ſimulacra veſtra inueni & aram, in qua ſcriptum erat: Ignoto Deo.* Paul. Exemplum ſimile inuenies 2. Machab. cap. 3. verſ. 2. quod pluribus tractat Mendoza in Reg. tom. 2. verſ. 9. c. 4. in explicat. litteræ. Sherlogus tom. 2. in Cant. veſtig. 7. n. 27. 2. Mach. 2. 2. Mendoz. Sherlog.

Quæ quidem promiſſio, me iudice, plus vrbanæ gratitudinis, quàm religionis habuit; ſiquidem ſolitum erat apud gentes, quemque beneficum, Dei vocabulo nuncupare: ſibíque præſcribere in Numen: quaſi beneficentia diuinitas crederetur. 71. Cicero 2. de natur. Deor. *Multæ aliæ naturæ Deorum ex magnis beneficijs eorum non ſine cauſa à Græciæ ſapientibus conſtitutæ nominatæque ſunt.* Cicero. Maternus lib. ad Conſtantium & Conſtantem cap. 7. *Amat Græcorum leuitas eos, qui ſibi aliquid contulerint, vel qui conſilio aut virtute ſe iuuerint, diuinis appellare nominibus: & ſic* Matern.

ab

ab ipſis beneficiorum gratia repenſatur, vt Deos dicant, & Deos eſſe credant, qui ſibi aliquando profuerint. Inde Holofernes conditionem adiecit: *Si feceris mihi hoc Deus tuus.* Id Perſico ingenio non abſonum: Reges enim Perſarum Dij habebantur. Ergo Deum, id eſt, Regem ſe facturum eſſe promittit eum, qui Regali poteſtate regionem difficilem ſubiugauit, ſicut Appianus in Syr. Sauctor eſt, quòd Milleſij Antiochū Dei nomine appellauere, quòd Timarchū tyrannum pepuliſſet. Nec Hæbræi Numinis legibus ſe obligandum iri promittit, cutémque reſecare præputij, qui ad Nabuchodonoſoris aulam regreſſurum eſſe ſubindicat,

72. *Et tu in domo Nabuchodonoſor magna eris.* Bono conſuli nobiliſſimum præmium decernitur ſolitum apud Perſas, fuit, Æliano Auctore lib. 12. var. hiſtor. quòd qui ingrederetur regis aulam, vt de rebus dubiis illi largiretur conſilium, ſuper aureo latere ſiſteretur, quo donatus redibat, ſi vtile & honeſtum monuiſſet; ſin, flagris tundebatur in pœnam. Inde promiſit Holofernes: *quia bona eſt promiſſio tua*: quaſi ſi prauè conſuluiſſet, promereretur vindictam. Quod legatis, qui vtilia fauſtáque ferebant, in domo Regis pararetur annona, Regiæque menſæ conuictus, Herodotus perhibet lib. 3. Hinc Nabuchodonoſoris domus Iudithæ promittitur, ſi dicta firmarentur euentu. Simili honore Themiſtocles à Perſa donatus eſt, de quo Plutarchus in Themiſtocle. Quin ſubit animum, quòd quæ magnitudo Iudithæ promittitur, aliqualis Principatus præferet vmbram, ſiquidem *Magni* titulus Perſarum Regum erat inſigne, vt Dio Chryſoſtomus orat. 3. de regno, inquit, *Solus iſte vocatur Magnus Rex.* De quo & Plutarchus lib. 2. de fortuna Alexandri.

73. Nec abibit à iuſtæ ſuſpicionis indicio, qui putauerit, non cum Holoferne coniugium, vt cenſuit Lyra, ſed cum Nabuchodonoſore promiſſum eſſe Iudithæ: nec enim coniugatæ Duci conuictus decerneretur in aula, ſedéſque proxima Regi. Nec inuidioſum Perſico imperio, Reges pluribus coniugibus copulari, vt Ioſephus perhibet lib. 12. antiq. cap. 10. & Cicero 5. in Verrem. Id de pulchritudine Iudithæ ſperandum iri, quis abneget. Nec enim alia magnitudo in domo Regis ſub pollicitatione fuiſſet. Simile Seuerus Sulpitius lib. 2. ſacræ Hiſtor. de Eſther enarrat. *Iuncta Regi, breui vt fit, vi pulchritudinis totum eius animum facilè cepit: adeò vt eam æquatam imperio, inſigni Regio, veſte purpurea donaret.* Nec alia ratione Arſacam Reginam in *domo Regis magnificatam* dixit Heliodorus lib. 7. hiſt. Æthiop. Non enim inter pellicum greges, quibus Regia ſcatebat, adnumerandam eſſe fœminam tantam, promiſſio patitur: de quibus non tam nobilis æſtimatio proferatur, cùm multitudo, magnitudinis ſingularis impatiens ſit. Conſule Curtium lib. 3. & Iuſtinum lib. 10. Nec diſſidet Græca verſio: *Et tu in domo Regis Nabuchodonoſor ſedebis.* Is honos ex Perſica largitate Primoribus conceſſus, vt ſecundus à Rege locaretur: de quo Plutarchus in lib. περὶ φιλαδελφίας, & Ioſeph. lib. 11. antiq. c. 6.

74. *Et nomen tuum nominabitur in vniuerſa terra.* Plures ciuitates, ſpatiaque diffuſa terrarum coniugi Regiæ à Perſis in muliebrem mundum adſcripta, profitetur Cicero 5. in Verrem. *Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat; hæc in collum: hæc in crines. Ita populos habent vniuerſos, non ſolum conſcios libidinis ſuæ, verum etiam adminiſtros.* Nominatam fore in omni terra pollicetur, ſiquidem ſub Reginæ vocabulo ciuitates illi deſtinatæ cenſebantur, vt ex Socrate Plato refert in Dialogo, qui dicitur Alcibiades. Hæc autē celebritas, quæ Iudithæ ſpondetur, etiam vertentium ſæculorum monimentis adſcribenda eſt: quoniam in Regiis commentariis exarabantur, qui aliquod ſingulare beneficiū Regibus intuliſſent, vt conſtat ex c. 2. Eſther quos Regi beneficos, Herodot. ſcribit lib. 8. nuncupari *Oroſangas.*

EXPLANATIO
Moralis inſtitutionis ad Cap. XI.

Verſ. 1. Tunc Holofernes dixit ei: Æquo animo eſto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor Regi.

Curtè amat qui vel breuem mœroris, ſiue metus ſpinulam non prauiè geſtit ab amato depellere.

SECTIO. I.

NVLLVM doloris ſtimulū amans patitur in amato, nec anteà beneficia amoris impendit, quàm eius curas leuet lenitudinis medicinâ. Parum diligit, qui non illicò vel vulneris cicatricem, quam acus punctio reliquit, ab amati pectore abradi, vmbrámque timoris auertit; ne ſi vel leui inquietudine placida lætitia cordis turbetur, omnem amoris voluptatem corrumpit. 1.
Age cum proximo, ſi eū medullitus diligere ſtudes, quaſi cū puerulo, cuius facetiis & teneritudine delectaris: minuta ſunt, quæ eius oculos ad lachrymas exprimūt: exicca fletū, tremulóſq; ſingultus compeſce, ſeu oblato trocho, ſeu arūdine, qua equitet, cōmodata. Si his ille caruiſſe doleat, quid intererit ad doloris iuſtitiā, parua ſint ſiue maxima, quæ mobilem eius ſenſum ad gaudij & mœroris viciſſitudinem vertunt. Curtè afficitur proximorū obſequio, qui nōniſi in magna calamitate ſuccurrit: debes eos vt oculi pupillas medullitus obſeruare quas paruula feſtuca contorquet. Non expectes à clauo transfigi, vt ferrum ex oſſibus eruas: ſat eſt ſpinula intercus, vt vſque ad gemitum angat dolentem. Sunt plures, qui nondum debitores ſe putant opitulandi fratribus, quos vna Chriſti copulauit religio, niſi neceſſitas impēdat extrema, ſtragíſque minetur periculum: lentaque laboris quotidiani tormenta, & nondum plenè febrium pulſationes ſalientes lenire deſpiciunt, quaſi dilectio non febricitātibus, ſed deſperatis ſubuenire didicerit. Suſpicionē ægritudinis pater ſollicitat à pignore dimouere. Qui plenam expectat ægritudinis inuaſionē, vt abigat medicitura, ipſe priùs valetudinem dilectionis amiſit. Genitalem vuluam fert amor, tot filios ſuſcipit, quot amicos: non ſolū parentalia procurat, ſi diem ſuum obeant, ſed parentis more à longè mortales ſuſpiciones abſtergit.

2\. Fœminam Holofernes, quam primis libauerat oculis, altâ cordis profunditate dilexit; illicoque amorem explicuit, abradere gestiens ab eius animo, quem tranquillum cupiebat, vix appetentia suspiciosi metus indicia. v. 1. *Tunc Holofernes dixit ei: Æquo animo esto, & noli pauere in corde tuo.* Vnde timatus est, aculeo timoris, quæ impauida venerat, pungi puellam: Non pallor in genis, non tremulus sanguis nutabat in venis non cor in suo latibulo palpitabat: imò interritâ constantiâ nihil de vultus rosa diminuit, nec subnigrans candor dedit speciem meticulosi coloris. Robustum & integrum lilium venustatis remansit, cuius nulla spina vigebat ab intus, nec purpuræ sanguinem prægustauit: omnis spinosus terror extra pro pudoris muro iacebat. Sed nouus Amasius per oculorum speculas vestigauit, si forsan aliqua cura in puellæ pectore subsidebat, quam Regis spectaculum potentissimi, insolitaque inimici exercitus visio intra medullarum latebras concitaret. Integrum spatium amatoris cucurrit, in primo aspectu pro integra Amasiæ tranquillitate curauit, studiosamque diligentiam adhibuit, ne vel parui vlceris coniecturam insanatam relinqueret. Docet amor lasciuus, quibus debeat studere Christianus, ne indigentior sit Christi charitas, quam cupido.

3\. Malis ingentibus liberatur, qui expiatur à metu: omnia beneficia antecellit munus abluendi timoris. Hac prius quòd amicus non timeat, & antequam munificus, dona dedisti, multum de liberalitate mereris. Ampla materia benefaciendi est, vigorare metuentem, eúmque, qui nondum cecidit, sed cadere timuit, ab imaginarij casus prauia cogitatione leuare. Foderat puteum

Gen. 26. 22. 24. Isaac, cuius nomen *latitudo* vocauit, dicens Genes. 26. vers. 22. *Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terram.* Vix perrexit à puteo, cum apparens Dominus sic ei loquitur vers. 24. *Ego sum Deus Abraham patris tui; noli timere quia ego tecum sum: benedicam tibi & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham.* Si cordis latitudinem in vocabulum putei traduxerat, & de spatio pectoris loco suppetierat amplitudo, dilatatioque animi vsque ad putei cauitatem excreuerat quæ timoris angustiæ poterant constringere Isaacum; siquidem timor vacuitatem obturat, spatiúmque cordis, contracti sanguinis densitudine complet? Sed ne præsens dilatatio Isaaci, alicuius futuri mali suspiciosa inquietudine promereretur, nec ad beneficia diuina sufficiens in pectore cauitas panderetur, etiam futurum metum Dominus sanare contendit, qui adhuc prouidet distantia pericula, vt & salutis discrimini medeatur.

4\. Diuini muneris dispositio semper fuit præpropera curatio timoris, qui recipiendi doni spatiosam cauitatē primitus fodit, receptaculúmque, quod constringit timor, dilatat. Angelus ad

Luc. 2. 10. pastores ait Luc. 2. v. 10. *Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.* Quid inter mapalia assueti tenebris timeant pastores, quos nec territant bestiarum impulsus, doctos vel funda lupos abigere, vel latratu canum fures detrudere? Cauit Angelus, ne ab Angelo timeant, lucísque cæspitent in prodigio. Ne ipsa lux, quæ nocturnos solet timores expellere, quia nimio splendore fulgebat, in alicuius radij reliquiâ metum ingereret, & de beneficij abundantia periculi suspicionē deferret. Amator hominum Angelus vel breuem vmbram timoris pellere nititur, nec satis beneficus apparuisset, si minutissimam curâ in pastoribus derelinqueret. Ingentis gaudij animus nō est capax, quem præoccupant impedimenta timoris: expandit lætitiæ situm, qui prius pectus fortitudine roborauit.

Fratris obitum dolenti sorori illicò Dominus ait, Ioan. 11. v. 23. *Resurget frater tuus.* Cui statim in primo exordio totum miraculū repromittit, reductísque vitæ securitatem efficit præludium sermonis: Nōne plura suppetunt, donec fœtens animetur cadauer, institísque solutis ad lucem tractabilem redigatur? O qualis tarditas intercessit! itio ad sepulchrum, lapidis reuolutio, lachrymæ Redemptoris, ad superum genitorem oratio, discinctio funeris, mortísque ad vitæ artificē obedientia. Sed magnificus lucis redeuntis largitor è vestigio studuit angorem leuare sororis, ne in spatio miraculi lentitudo & apparatus resurrectionis spinā in Marthæ pectore retineret, meticulosáque perueniret ad sortem, voluntarijsque Dominicæ inscia periclitaretur vitæ redonandæ fortunam. O eruditio sapiens amantium! in ipso limine compendium impēdere beneficij, & ante verbis promittētibus explicare munus, quā dare, vt illicò quiescat expectantis auiditas & ad possessionē muneris tranquilla perueniat. Quæcumque mora sæculum est datori, qui non ad superbiā propriā in ingentis doni amplitudine respicit, sed ad leuandam querelam egestatis alienæ. 5. Ioan. 11. 23.

Sic illius prodigi pater ante cucurrit ad filiū, veniæ promissione, quam venia, stolæque pignore, quam remissionis beneficā largitate. Luc. 15. v. 22 *Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius.* Cur anteà ad seruos loquitur, quàm ad Filium, nec pignori pronuntiat verba p... ... donec stolæ pulchritudine amiciretur? Filius squalida nuditate vestitus, operculisque laceratis veniebat. Agnouit pater, mœrore erubescentiæ filium teneri, ne genitoris oculos, quos splēdidè vestitus aufugerat, sordidè nudatus incurreret. Ergo citissima diligentia studet sobolem operire, nec verba antequam stolam proferre, vt prius mederetur pudori, tacitusque parcere inciperet, cui multum veniæ præstabat in veste. Argumentosus nimis est amor, medullas vsque, ratiocinatione vestigat, nec admonitore eget, vt retegat & tegat egestatem amati. 6. Luc. 15. 22.

Superbus Dynasta pro apparatu & pompa gloriæ spargere procurat timorem; iustus amorem.

SECTIO II.

TETRICA facies, deformísque persona superbiæ est, spectatores suos, quâ terrore perfundit ad metū nititur concitare. Nihil solicitius gestit superbus, quàm obiectâ fronte timeri. Hoc arrogās cæteris imponit vectigal, quotquot viderint, timeant. Vanos istos gloriæ lenones cū suis terriculamentis contemne; super elatum hominem cresces, si longanima virtute humilitatis despicias. Ne te comprimas, & constringas coram his circulatoribus vanitatis Monstrum horrendum ingens superbia est, sed non aliter quàm monstrum horribilis, timeri se facit, non quoniam aliquod venerabilitatis, reuerentiæque

que ſubeat veſtigium, ſed quoniam multum cótinet mali, pluraque ſunt contemptiſſima, quæ timentur. Quidquid fœdum & turpe; quidquid eſt de feritatis arena, pariter contemnitur & timetur; néc colubrum æſtimas, licet metuas; nec morſus & venena digna reputantur honore, quoniam metum ingerunt mortis. Huius generis ſuperciliosus eſt ſuperbus, qui quà iracundiæ faſcibus præeuntibus claret, quà deſpicabiles, quotquot ſub ſe ſunt in elationis ſolio decernit, ab omnibúſque cogitat ſe timeri, ſuæmet arrogantiæ enormitate infamatur; quippe qui non honorabilem eſſe ſe iudicat, ſed timendum, ſicut paruorum culicum timetur incurſus, ſcabies, & podagra, reptile venenoſum, & peſtis.

7\. Holofernis pompoſa ſuperbia in primo ſermonis ſe veſtibulo prodidit. Quam aliení timoris inhiabat tributo, qui illicò cogitauit, ſe à fœmina conſtante timeri, formidinéque concuti præcordia puellæ, poſtquam Dynaſtæ potentis incurrerat oculos verſ. 1. *Æquo animo eſto, & noli pauere in corde tuo; quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor Regi.* Vnde tibi conſtitit, ô inutile gloriæ mancipium, ô qui hydropiſi vanitatis laboras & tumes, quod hæc fœmina pauido pectore conſternatur? ſtat tam impauida, quàm acceſſit, acceſſit tam robuſta, quàm venit; ignorat eius cor timoris impulſum, & quæ virtute ſolidatur conſtantiæ, non de infantum tenero ſanguine, his maieſtatis crepitaculis deterretur. Sed faſtuoſus & efferus homo, principatus & potentiæ ſortem in adulatione metus ponebat, ſéque cunctis formidoloſum putabat, quaſi idem ſit vereri, quam teneri, æſtimari quam metui. Quodcumque execrabile eſt, pariter horrore oculos, & pectus formidine tangit. Ergo argumentum feritatis fœditatiſque eſt timor, non pignus gloriæ: multum de draconum immitiúmque brutorum indole trahit, qui in ferocitatis ſpecie potentiæ collocat apparatum.

8\. Roboam nondum iuuenilis ſanguinis repente feruore, olei lenitudinem, quo vngebatur, ſeueritatis medicamine miſcuit, ex conſilio iuniorum, dicens ad populum 3. Reg. 12. verſ. 14. *Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego autem addam iugo veſtro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.* O ſcorpiacum degeneris in tyrannidem Regis ingenium! Si ſe illicò exhibet ſcorpionem, non ſibi reuerentiam vendicat, ſed contemptum. Timetur quidem ſcorpionis lethifer morſus, ſed ſcorpio deſpicitur, nec in dignitatis venit indicium, quòd peſtiferum animalculum timeatur, quod, quà repat in terra, nonniſi calcaneo tendit inſidias, plantámque meditatur, vt mordeat, nec in faſtigio capitis vulnus intendit; ſe totius culminis manifeſtans indignum, vt pote calcabilis à veſtigio. Quâ Roboam ſe potentem, & glorioſam prodere ſtuduit, ex crudeli ſatellitio rigoris, ſub pedibus ſubditorum ſe caſu deiecit infami, dedecoriſque vtilitatem ex timore ſubiuit. Secus qui iuſtus eſt, & de ingenita virtutis gloria ſublimis, etſi ſolium teneat imperij, timeri non ſolicitat, ſed amari; & quo metum in ſubiectis detenuat, honorem Principatus adauget.

9\. In ſacco Benjamin inuentus eſt ſcyphus, quem Ioſeph induſtriâ inter frumentaria grana poſuerat; pauent fratres, Præſidis Ægyptij frontem incurriſſe ſeueram. Tunc ille Gen. 45. verſ. 4. *Ego ſum, ait, Ioſeph frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum. Nolite pauere.* Qualis eſt iſta ſubleuatio pauoris? imò quoquot protulit verba, tot ſunt formidinis incrementa. Nonne cauſam exagerauit timoris, qui fraternum piaculum publicauit, hominiſque liberi, ſanguiníſque congeniti venditionem ad impias fratrum retulit aures? Magis coram eo ad vindictæ trepidarent periculum, quem, in propria cauſa & iudicem proſpiciebant & læſum. Acutus clauus fraterna pectora perforaret; quippe qui clauum moderabatur imperij, diſtrictionis tribunal agebat, flagitioſúmque accuſationis libellum produxit. Verùm vniuerſa incitamenta timoris vnum hebetauit nomen Ioſephi, vocabulúmque iuſti leniuit; quippe viri ſancti magnitudo præponderat, quamuis in altera lance omnia terrorum appendantur momenta. Vt ſe prodidiſſet potentem, & in ſuperna dignitate locatum, quæcumque metus argumenta collegit, benignitatiſque manſuetudine diluit, in obligationem veniæ deducens, quæ vltionis legitimitati ſeruiebant. Ergo à fraternis pectoribus pepulit metum iiſdemmet verbis, quibus poterat concitare. Fratrum trepidatio quieuit, ſanguiſque rediuit ad venas, cùm in Ægypti Præſide proprium ſanguinem agnouerunt; quippe inuento, quem vendiderant ſanguine, auxerunt illi[illegible], quem tenuauerat metus. Timebant anteà, dum ſuperbum Ægypti Principem cogitabant; vix de nomine iuſtum agnoſcunt, cum placitum illi tributum amoris impendunt, vt ſcelus venditionis redimerent.

Niſi iuſtus armetur de cæleſti terrore, ſanctitatis culmen, & potentiæ faſtigium neſcit niſi de manſuetudinis gloria adornare. Filij Iacob Simeon & Leui Sichimorum vrbem gladio deflagrante contriuerant. Dolet iuſtus pater odioſum prouincialibus euaſiſſe, incepitque propriam cladé timere, quaſi victoriæ fœnus trepidatio fuiſſet, Gen. 34. v. 30. *Turbaſtis me, & odioſũ feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. nos pauci ſumus: illi congregati percutiẽt me, & delebor ego & domus mea.* Quid in gloria triumphi nunc paues, ſiquidem duo tantùm gladij vniuerſam pepererunt ſtragem, geminúſque filiorum lacertus hominum trucidarunt myriadas? Sed pius pater, quà ſe potentiorem conſpexit, cœpit odium trepidare regionis, & quod timeri inceperit, execratur, cùm ſemper in auctores timor redundet, nec quiſquam metuitur ipſe ſecurus; quippe, vt dicebat ille philoſophiæ cultus interpres: Quod alieno metu magnũ eſt, à ſuo non vacat. Quid ergo? Si Iacob non timetur, ex odij armario incolæ regionis eruent vindictam, iuſtúſque à lenitate peribit. Ideò Dominus cælitus immittit terroré, vt victor & impunis abiret Iacob, qui recuſauerat terrere de ſuo, Gen. 35. v. 5. *Cùmque profecti eſſent, terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes.* Expende illud: *terror Dei.* Dei fuit non Iacobi terror, ne niſi per miraculum iuſtus terrorem incutiat, qui pro potentiæ apparatu mauult oſtendere blandimenta pietatis. Qui neminem niſi Deum timet, neminem terreri diligit niſi à Deo, vt cæleſte ſit totum, quo agit. 10. Gen. 34. 30. Seneca 2. de ira cap. 11. Gen. 35. 5.

11\. Ierem. 1. verſ. 17. *Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem ter-* Ier. 1. 17.

rum, Regibus Iuda, Principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ. Duo promittit: & quod nullum timeat, & quòd ab omnibus timeatur. Non satis erat, quòd à nemine terreri potuisset, vt omnibus terribilis appareret, vnáque & eâdem fronte, à qua metus aufugerat, terror sæuiret. Imò secundum miraculum opus est: adhuc enim impauidus iustus spargere nescit pauorem, dominationísque virgam, quam benignitate deflectit, in columnam ferream conuertere, ne ære alieno superbiæ teneatur, qui æream & non blandam maiestatem ostendat.

Flagitiosus de virtutum nitore se adornare contendit, vt simulatæ pretio honestatis vitia mercetur.

SECTIO III.

12. APVD philosophantium conuiuium virtus voluntatum ministra erat: sic Epicureorum delicata & vmbratica turba censebat. Hanc regulam sæculi sectatores obseruant: ancillantibus virtutibus se communiunt, vt licentiori, religiosiorique specie, vitia quibus inhiant, obducant. Nonnisi ad explendas libidines se de opibus virtutum commendant, venditoriámque luxuriam hoc pretio emunt. Se liberalem nuncupat, & pietatis alumnum, qui formosam puellam satagit promereri: se probat fortem, & in nobilitate conspicuum procus degener & ignauus: qui truci morum feritate duratur, ad amplexuum sortem lenitatem præsumit: qui auaritiæ squalloribus sordet, largitatis argumenta producit: qui illegitimis lucris incumbit, tenores iustitiæ mentitur: religionísque se aruspicem præconatur, qui idolis cupiditatum inseruit; vt de amata omnibus persona virtutum exambiant munera, quæ desiderant. Ergóne sanctitatis chorus officiis ministrabit vitiorum, nunquámque virtutis eligetur splendor, nisi ad iniquitatis lucrum, & excusationem peccati? O indoles peccatorum peruersa, solùm ad contumeliam vti virtutibus, vt de natura rectitudinis simplici technas ad decipiendum efficiant, instrumentáque bonitatis ad obsequium vitiorum extorqueant.

13. Holofernes ad nefaria pectoris vota pellicere tentabat puellam, æquúmque & benignum satagit se probare, trucémque animum de pietatis melle conspergere v.1. *Æquo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor Regi.* Imò pluribus nocuisti sæuissimè Dux; redigere memoriam portenta rigoris, quo iam subditos Regi populos de crudelitatis exundantia mulctasti.

Iudith.3.2. Suprà cap.3.v.2. Dixerant Prouinciarum legati: *Desinat indignatio tua circa nos: melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor Regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur.* Floribus consternunt strata viarũ, vt per amœna stromata pedem deducat, corollas nectunt, tædas accen-

Iudith.3.11. dunt, intexunt choros, tympana pulsant: *Nec ista tamen facientes, ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt: nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit.* Quid est igitur quod nunc coram fœminæ venustate toruitatem vultus amœnet, liuorem trucis frontis abstergat, & in pectoris stabulum furoris veritatem impellat, scenamque mansuetudinis ad spectaculum in facie producat? Comptum & vrbanum se fœminæ studuit præbere, æquitatísque suffurari figuram, vt ad amoris pretium virtutem effingeret, quæ libidinoso non placet, nisi in patrocinium lasciuiæ.

Etiam Dæmon, qui de iniquitatis fæcibus saginatur, sumit laruam religionis & cultus, vt securiùs hominem prendat. Torquebat hominem 14.

immundus spiritus, qui ad astantem Dominum Marc.1.24.

exclamauit Marci 1. vers. 24. *Quid nobis & tibi Iesu Nazarene: venisti perdere nos? Scio quis sis, Sanctus Dei* Quid tunc Dominus? *Et comminatus est ei Iesus dicens: Obmutesce & exi de homine: Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exijt ab eo.* Cur si Diabolus credit & contremiscit, Dominique sanctitatem euulgat, nullámque conuentionem esse demonstrat inter lucem & tenebras, inter Christum & Belial, Dominus os eius obturat, amputátque iustitiæ sermonem, & cogit obmutescere Dæmonem, qui religiosa verba fundebat? Ne sanctitatis elogio, vt diriùs hominem agitaret, se dolo crudelissimo obnuberet, & de virtutis pharetra spiculi tormẽtum educeret. Se Christi sanctitate nequissimus spiritus satagebat obstruere, vt rectus appareret & mitis, dum ferociùs membra torquebat. Vide dum de sãctitate vafer inimicus agebat, crudeliùs egit hominem, quem obsederat, concitatiúsque corpus discerpsit; vt illicò prodidisset, in quale opus sermonem religiosum assumpserat; nempe in seueritatis obsequium: Adorat vt destruat, pius fit, vt magis sit impius, audientésque ædificat, vt demolitetur obsessum.

Ad Dominum accessit Auarus, Lùc. 12. v.13. 15.

Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum here- Luc.12.13.

ditatem. Tunc ille: *Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Dixitque ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia.* Si vt magistrum agnouit, cur sic à Domino miti repellitur? Quoniam qui auaritiæ fœnoribus incubabat, elegit vocabulum disciplinæ, titulúmque humilitatis ad lucrum, & quasi magisterium pietatis substantiæ esset diuidundæ tribunal, de Doctoratus vocabulo Dominum insigniuit, ad hoc vnum scientiam eius confessus, vt patrocinaretur auaro. Iudicem non Magistrum volebat, vt dirimeret de hæreditate quæstionem, fidelémque auaritiam apparere coëgit, qui magisterij fidem nonnisi ad lucra reportanda delegit. Ergo Dominus intentionem castigat, solúmque ad Magistri vocem respondet, se nolens in nummularia lite iudicem exhibere, sed explere vicem Magistri, docens: *Cauete ab omni auaritia.* Nullum fuit plenius auaro supplicium, quàm de discipulatus virtute, quem ad lucri turpitudinem ille finxerat, eruditionem, quam nolebat, reueheret: odiosum est etenim virtutis opus iniquo, qui solùm virtutis speciem, vt luxuriæ ministret, obducit, nec sanctitatis rem, sed spectaculum amat inane, vt ab eius splendore præfulgeat, non in eius absumatur incendio.

Post solutam sacrilegæ pactionis pecuniam 16.

Discipulus perfidus pretij sarcinam proiectat in templo, fluctus iniquitatis tumentes timens, & de mercis in pelagus proiectione naufragium sedare contendens, Matth.27. vers.3. *Pœnitentia* Matth.27.3.

ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum & senioribus dicens: Peccaui tradens sanguinem

nem iuſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos tu vide-
ris. Cur ſi pœnitētiā arroditur, morſúmque con-
ſcientiæ fatetur, non veniam à Domino, ſed fa-
mam de perduellionis flagitio apud Principes
ſatagit reſarcire. Scapltus & arrolus pœnitentiæ
fuit nummus, quem pro pretio gloriæ ſoluere
geſtit, nec diuinam pietatem allicere, ſed ægram
opinionem ſanare; vt qui charitatis inſtrumen-
mento, nempe oſculo, traditionem peregerat,
pœnitentiæ virtutis imagine nefarium diluiſſet
contractum; & qui ſuauium amoris ideò ſolùm
in vultu Dominico fixerat, vt trāſfigeret, crucíſ-
que deuoueret fixioni, conſortis ſimulatione vir-
tutis chirographum pacti caſſaret. Vtrobique re-
ligioſam rectitudinem, ſanctámque iuſtitiam
mentitus eſt, & iuſtum tradens, & traditionis pa-
linodiam decantans. O in ſchola Domini Diſci-
pulus virtutum peruerſus; qui charitatis oſcu-
lum ſolùm vt Magiſtrum proderet, didicit; &
confeſſionem pœnitentiæ, vt honorem deperdi-
tum reproduceret. Bonus fœnerator de ſanctita-
tis ſubſtantia, qui amoris organa, videlicet labia
pietatis, fecit inſeruire auaritiæ, & doloris ſtimu-
lum pro peccato ambitioni ſæcularis fauoris. Di-
ſciplinam infamauit Magiſtri, magiſteriíque le-
ges inhonorauit, qui quod hauſerat ſacri docu-
mēti ad iuſtitiā, ſacrilegam retulit in perniciem.

17. Nonne bona pœnitentia fuit, ore confiteri
peccatum, manu reſtituiſſe denarios credens rei-
ſacræ venditionem inanem, nec filium Dei in
licitationem, & haſtam; forenſéque commer-
cium poniſſe venire? Imò animum pœnitentiæ;
deſperati peccatoris ſuſpendium explicauit. Vix
illum Sacerdotum Principes repulere, manúm-
Matth.27.5. que auerterunt à pretio, cùm ille verſ. 5. *Proiectis*
argenteis in templo: receſſit: & abiens laqueo ſe ſu-
ſpendit. Cur laqueo ſtrangulatur ad pœnam, ſibi-
met carnifex, ſibi iudex, qui culpam pœnitens
fatebatur? Quoniam eius pœnitentiam Princi-
pes ſpreuere; nec pro veniæ apud Deum, ſed pro
gloriæ apud homines mercede dolebat. Quid-
quid parauit, religioſum fuit, confeſſionem, pœ-
nitentiam, templum, & arborem, per cuius genus
iam ex Dominicæ crucis arbore diſponebatur
generis humani redemptio. Iuſtum religioſæ ini-
quitatis ſupplicium, vt qui charitatis pignore
Dominum oſculans, piaculum proditionis ince-
perat, per templi ſemitam finiret in ligno, è quo
redemptio generis parabatur, vt in religionis
imagine deceſſiſſet, qui ad delictum ſimulauit
religionis ſpeciem.

Verſ. 2. Populus autem tuus ſi non con-
tempſiſſet me, non leuaſſem lanceam
meam ſuper eum.

Sæpe ſuperbus in humillima & abiecta ſe
proijcit; à nemine magis deſpicitur
quàm à ſe.

SECTIO VI.

18. QVòd nullus ſit abiectior ſuperbo, ipſe,
ſi ætatem habet, teſtimonium præſtabit,
quem ſuamet arrogantis altitudinis fatum
inclinat in vilia, & dum in maiora erecto
ſupercilio conſurgit, libens ad minutiſſima ſe
proiectat, errans in aſcenſu pariter & deſcenſu:
quem ſuaſmet ambitioſus faſtus deludit, vt malè
componit ſuperni culminis appetitum cum de-
clivi ad infima deſiderio. Tumens pelagus, caníſ-
que & hiulcis protuberans fluctibus liquidum
ſymbolum eſt ſuperbiæ, quod inflatis vndis
montes aqueos ſubrigit vſque ad ſydera, illicó-
que in profundum deponit, & ad arenarum fun-
dum deprimitur, cùm nuper cœlum vndarum
verbere concutiebat. Sic plerúmque ſuperbus
eſt; in magna qui ſuſtollitur, ima curat. Nec eget
contemptore, qui eum conterat pede; ipſe ſe,
dum minutis inhiat, contemnit.

Quis ſuper bullas iniquitatis inflatior, quàm 19.
Holofernes, cuius faſtuoſa pompa torrentis mo-
re diſſipauerat vrbes, de ſpoliíſque regionū nau-
fragij ſarcinas opimas congeſſerat, lucos, mœ-
nia, armenta, omnéque genus diuitias rapido ſu-
perbiæ trahebat impulſu, & tamen ab vnius po-
puli imbellibus ciuibus ſe contemptum eſſe fa-
tetur v. 2. *Populus autem tuus, ſi non contempſiſſet*
me, non leuaſſem lanceam meam ſuper eum. Vani-
tatis helluo, te prodidiſti. Quod contemnitur,
deſpicabile eſt; & quò humilior eſt, qui contem-
nit, infimior eſt minore, qui temnitur. Non ma-
gnus es, qui ſperni potuiſti; vel dictionem muta,
vel mores: dic quòd populus voluit contempſiſ-
ſe, ſed nequit, quòd obriguit ſtolida rebellione,
quòd de exuberantia timoris ad repugnandum
vires aſſumpſit: pluſquam contēptibilē te fateris,
qui non ſolum poſſe, ſed & iā contēni diuulgas.

Sic naturâ comparatum eſt, vt qui alta ſapit, 20.
frontémque ad glorioſiora producit, ſeu dedeco-
ris næuos oſtendat, & ſicut *paruulum occidit inui-* Iob.5.2.
dia, quoniam paruulus eſt, qui de alieno bono ſe
cruciat; ſic & paruulum occidit ſuperbia, quia
etiam in ætate decreuit, qui alienos fortunæ an-
nos, euanidaque ſæcula gloriæ ſibi glomerare
contendit: cum tamen de puerulorum conſuetu-
dine trahat, quòd de crepundiis iurgia commo-
ueat, & pro crepitaculi paruo tinnitu pretioſa
pondera gemmarum commutet. Conſidera Re-
gis infantem, cui genua curuantur, pateris liba-
tur & auro, cui in breui corpuſculo adoleuit im-
perioſa maieſtas. Si abſcondat trochum, queru-
lus flebit; ſi terriculamenta defingas, ad nutricis
gremium aufugiet; ridebit arundine, qui paratur
ad ſceptrum. Similis eſt indoles ſuperborum: ſu-
per ſe in mirabilibus ambulant, de ſyderum cor-
nibus redimiuntur; & tamen ſi abiectus, & nul-
lius nominis homo, vel in vertice retinuit gale-
rum, vel inagreſti rectitudinem dorſo, torquen-
tur, pereunt, ſéque dolent eſſe contemptos.

Præſto adeſt Aman, qui poſt Regem primus in 21.
aula, cuius ad nutum vel ſiſtebant ſe, vel curre-
bant regiones; ſed nauim ſuperbiæ ſæculares flu-
ctus calcantem, vnius piſculi remorabatur ap-
pulſus, & à puppi vſque ad anchoras iactabatur:
quoniam vndula breuis non ad eius tranſitum
curuabatur. Eſther. 3. verſ. 5. *Cùm audiſſet Aman* Eſth.3.5.
& experimento probaſſet, quòd Mardocheus non fle-
cteret ſibi genu, nec ſe adoraret, iratus eſt valde, &
pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere
manus ſuas, magiſque voluit omnem Iudæorum, qui
erant in regno Aſſueri, perdere nationem. Quid eſt
quòd pro nihilo ducat, in vnius Mardochæi ſan-
guine tingere manum, ſi ſolus iſte ſuppetat ad
deprimendam gloriam Adminiſtri ſupremi? Imò
potentiorem quàm ſe debuit fateri, cuius non
integrum corpus, ſed vnum genu immotum, &
rectum, vniuerſam eius deprimebat ſuperbiam.
Nonne Amane maior eſt Mardochæus, qui altū
eius animum incuruatus curuauit, ambitioſámq;

cedrum deflexit inflexus? Id agnoscebat Aman; attamen attestatus est humilitatem superbiæ, quæ hominis humillimi contemptu perfringitur, in quem nec superbus ipse suas dignaretur mittere manus. Melius erat, o gloriæ stolidissime auceps, præconati Mardochæi granditatem, ne te à paruulo fatereris depressum, & quem pro nihilo reputasti, punitorem arrogantiæ substituti. Sed vide superbi peccatoris conscientiam: ideò pro nihilo iudicauit Hebræum, vt ostenderet, eam esse elationis naturam, vt à minutissimis consternatur.

22. Expecta quid posteà dixerit ad domesticos, postquam magnitudinem diuitiarum, satellitium Principium, & suorum confertissimos greges referret cap.5.v.13 *Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores Regias.* Nonne hic est, quem nihilum nuncupasti, in quem ne per digitos effluxisset vt breuis, graues manus mittere detrectabas? quomodo tam efficax potētia nihili est? Imò quia nihil, nedum aliquis homo, Mardochæus videbatur superbo, a nihilo iuste perire se dicit, qui se non solùm esse aliquem cogitabat, sed & è Regio fauore omnem & totum. Quis leone imperiosior procedit, cui ingenitum è villis diadema, cui iugiter in manibus arma, cui pro chlamyde & paludamento Regali croceus iubarum? & tamen quia superbè graditur, ad strepitus leuissimos pauet. Nec deest qui dixerit: acerrimas feras vmbra, vox, & insolitus odor exagitat. A quocumque enim trepidare fas est, qui arroganter terret quemcumque.

Esth.5.13.

Seneca 1. de ira cap.11.

23. Qui non à militari classico timet, sed ingentes phalanges acerrima fortitudine sternit, si magis superbiâ militat, quàm virtute, etiam à puellarum melodo cantico, suauique susurro pauescit, patni ducens Pæana victoriæ, gratulantiumque clangorem tubarum, si fœminæ tenera vox à socia triumphi acclamatione desistat. Plures inimicorum myriadas Saül debellauerat, plurimas in vno gigantes Dauid. Sed 1.Reg.18.vers.7. *Præcinebant mulieres ludentes atque dicentes. Percussit Saül mille, & Dauid decem millia.* Tunc ille dolebat iratus: *Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt. Quid ei superest nisi solum regnum?* O angustæ mentis homo! Qui Augustum tenes maiestatis solium, cur solidam periclitaris fortunam, & in puellarum cantu omnem Regiæ pompæ apparatum ad stabilitatem regni deponis? Quid quòd puellula canat, & ad numerosæ modulos vocis numerum percussorum deducat? Etiámne mulierculæ tibi dederunt, quòd sola tibi inuictæ fortitudinis præstitit manus? Falsus est, non se mille vicisse, sed decantatrices puellas, cum mille sibi à fœminis datos clamauit. Sic sic est curta & humilis superbi conditio: nemo magis cum deiicit, quàm ipse se, victoriam non suis validis lacertis attribuens, sed puellarum ludentium elogio. Vide à quo pendeat arrogantis triumphus, à fœmina ludente & canente: quia illa cecinit, quos ille cecîdit, numerum computat occisorum, quasi nonnisi ex fœminæ modulis cecîdisset.

1.Reg.18.7.

24. Nulli superbo deficit suus fictilis ex testa pes, sicut nulli pauoni, quantumuis versicoloribus totatę plumis, & per pennarum supercilia oculato, deformia crura, fœdáque vestigia deficiunt, quorum intuitu gyrum sui fastus, pompámque complicet vsque ad cutem. Argumentum non debile est statua, quam Barbarus ille soporatus aspexit Daniel 2.v.31. *Huius statuæ caput ex auro optimo erat; pectus autem & brachia de argento, porrò venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.* O quantum à capite vsque ad pedes degeneri metallo decreuit! Nonne hoc simulacrum superbiæ est? Cur suam partem obtinuit vilissima testa, & dum aggesto diuitiarum pondere, pomposóque apparatu nitebat, tandem sibi limum substrauit? Non eget extero luto superbus: constat sæpe pluribus, à quibus se vilipendat & sordeat: si integram compagem examines; humillima portione cōpingitur. Rimare membra: etsi aurum in vertice gestet, parumper in argentum declinat, suæque conuersationis progressu se deflectit in æs, decumbit in ferrum, neque structuram corporis complet, nisi tandem humilietur in limum.

Dan.2.32.

Nec te prætereat, quæ pars corporis ex fictili 25.
testâ constabat: pes erat. Nonne hoc membrum proprium superbiæ est? Dauidem consule Psal. 35.v.12. *Non veniat mihi pes superbiæ.* Cúrne pes? An quia nihil infimius, vtpote qui puluerem verrit, infimóque elemento sociatur? Et quia iugiter ascendere gestit, nec stare in suo gradu, sed scandere altitudinis cliuos. Scis illud Ps. 73. vers. 23. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Ergo ipsummet superbiæ organum ex limo abiectissimo fuit, ne distaret vilitatis indicium ab ascensus in superos inquietudine. Tam ingenita est vilitas, in qua suomet libito superbus & arrogans hæret, vt ipsemet pes, quo ascendere gliscit, testaceus & lutosus appareat: hoc fulcro sustollitur, vt quot gradus moueat, ab affectatæ altitudinis gradu, etiam nemine impellente, desciscat. Certè nullus est tumor, qui non de aliqua bullata scabie protuberet, si vel punxeris leui acu, humor ignobilis stillauit. Nemo nisi à pute, ventóve turget: omnis inflatio seu in fœditatem, seu in inanitatem dissoluitur. Follis per angustiam oris, ventum emittit, laciniosóque sinus per ostij breuitatem euacuat: habet etiam in ore, humili & curto, quo gloriam, qua turgebat, euacuet. Nullus supra tecta tendit caminus, nisi quem sua fuligo denigret, quæ de crepitantibus flammis, focóque fumante mordicus adhæsit ad latera. Superbus quid nisi tumor, follis est & caminus? quo nisi pute, vento, seu fuligine inflatur?

Ps.35.12.

Ps.73.23.

Iniquus iudex, vt impiæ sententiæ, quam intendit, causas reorum adæquet, errata leuia rarefacit, & exaggerat in flagitia lethalia.

SECTIO V.

FACILIVS emendantur delicta mitiore supplicio. Sit animaduersio remediū. Superstitem amat hominē medicina. Nisi citra cō- 26.
dignum castiges, cui nihil integri superest, quid perdere per peccata noua timebit? Impunitatis genus est enormitas pœnæ: citiùs in scelera se demittit, qui vniuersam veniæ amisit spem. Non sic iniustus iudex procedit, qui extendit, subditorum

ſubditorum delicta, quo extendere pœnam intendit, cauſáſque libellorum, & accuſationum exaggerat, donec ad ſpatioſam punitionis intentæ amplitudinem rarefacto crimine porrigantur. Non accommodat ſupplicia delictis, ſed vt aptet delicta ſuppliciis, ſinus flagitiorum dilatat, vt maior vindicta minoribus criminibus, ſed protractis, appareat æqualis.

27. Holofernes, vt funditus euertat Hebræos, ſe ab illis quæritur eſſe contemptum, cùm tamen ſe defendere ciues, & ſub arcis communire præſidio potius ſit timere, quàm contemnere hoſtem, verſ. 2. *Populus autem tuus ſi non contempſiſſet me, non leuaſſem lanceam meam ſuper eum.* Quandone Aſſyrias copias tempſit Bethulia, temp. ſtatémque telorum animoſâ ſpreuit ſuperbiâ? Imò totis artubus tremuit, ſanguiniſque vigorem exhauriente formidine extinxit. Recole quod præceſſit ſuprà cap. 4. 1. *Timuerunt valdè à facie eius. Tremor & horror inuaſit ſenſus eorum.* Sed qui iam decreuerat, lanceam iaculari in Hebræos, culpámque non illicò traditæ ciuitatis triumphanti, ſtrage & internecione mulctare; vt delictum æquaretur ſupplicio, traditionis moram, in cruentæ mortis mendaciſſimam cauſam produxit. Sic conſueuit nequiſſimus vltor; vt vltionem amplificet, non veretur culpam amplificare, & in altera lance iniquitatis pondus aggerere, ne grauis punitio vergat & decliner in altera.

Iudith 4. 1.

28. Dominica crux ſtatera corporis dicitur: *Statera facta corporis, prædámque tulit Tartari.* Cur ſupputas? Vt Redemptoris ſuppliciū oculis cerneres præponderauiſſe peccatis. Statera equidē vacillabat: vtraque ex aduerſo nutabat lanx; & ecce in Redemptoris momento, Ioan. 19. v. 30. *Inclinato capite tradidit ſpiritum.* Sic caput Christi Deus eſt, cur ſic decliue vergi in imum? Vt grauior appareret Dei hominis occiſi calamitas, nec humani generis ſic potuiſſe augeri delicta, vt ſupplicium Redemptoris æquarent. Vt hominem leuaret à pœna, leuiora ſtuduit apparere peccata, cùm ex aduerſo poſuit Crucifixi Dei grauiora tormenta: nec punitionis exceſſus voluit quòd in altero exerceretur, quàm in Dèo, vt ipſemet iudex eſſet, qui pateretur ſuprà culpæ grauitatem pondus ſupplicij.

Ioan. 19. 30.

29. Cur Chriſtus iudex in nouiſſimo die, vt gehennalis incendij ferat ſententiam, non accumulat grauiora peccata, ſed læſæ miſericordiæ ſolas exhibet cauſas, Matth. 25. verſ. 41. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare: ſitiui & non dediſtis mihi bibere*, &c. Cur furta, libidines, adulteria, idololatriæque ſcelera non commemorat, vt ſulphurei ignis æternitas leuior appareret quam culpa? O miriſſimè iudex! Nouerant rei, quot ingentia crimina patrauiſſent; maluítque in ſpectaculo orbis detenuare flagitia, quam in publica ſententia producere ſcelera, quæ commiſerant, licet in ſpecie verborum aliquam rigoris primis oculis ſuſpicionem ſubiret. Sed vide Domine, ne ſeueritatis notam incurras, quando ad immenſæ debitum pœnæ affatim ſuppetit enormitas delictorum. Ideò vt leuior appareret pœna peccatis, ſubdit v. 45. *Amen dico vobis: Quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.* Si in Deum reſiliuit iniuria, in infinitudinem tranſit, cui nullum ſupereſt ad condignitatem ſupplicium. Ergo qui priùs diminuerat culpam, iam pœnam diminuiſſe demonſtrat, leuiúſque fore incendium, quàm fuit iniquitas peccatoris. Non ſic homo!, ſic. Adiicit de ſuo accuſationibus incrementa, vt de ſuo, non de lege ſontes caſtiget.

Matth. 25. 41.

Matth. 25. 45.

Edixerat Nabuchodonoſor, quod quiſquis ad auream ſtatuam, poplitem humilem non vertiſſet, in fornacis mitteretur incendium. Negant tres pueri, ſe genu curuaturos idolo. Tunc ille Danielis 3. verſ. 14. de tribunali pronuntiauit ſententiam *Pronuntianſque Nabuchodonoſor Rex, ait eis: Veréne Sidrach, Miſſach, & Abdenago, Deos meos non colitis, & ſtatuam auream, quam conſtitui, non adoratis? Nunc ergò*, &c. Si ſolius Regiæ ſtatuæ adorandæ præceſſit editum, vtique tantummodo de ſtatua non cultâ tranſgreſſio fuit: cur intruditur deſpectio Deorum? Vt igneæ fornacis iuſta videretur incenſio, æqualéque tormentum flagitio, ſtuduit Rex cauſam cum Diis habere communem, de religioſáque impietate plectere pueros, vt accumulato delicto æquiſſima pœna appareretur. 30.

Dan 3. 14.

Quoniam Naboth vineam ſuam Regi vendere recuſabat, teſtes Regina conducit, cui culpam in libello producant 3. Reg. 21. verſ. 13. *Benedixit Naboth Deum & Regem* Eſto, minùs comptus & docilis erga Regem ſe gesserit; quandone in maledicta Numinis inſultauit? Comparne eſt inurbanitas ſacrilegio, impietatiſque piaculo leuior officij ſæcularis offenſa? Nonniſi in impium lapidatio impendebat. Quoniam vix euitem Regalis obedientiæ Naboth moroſus pupugerat, nec lapidum obruenti cumulo debebatur, creuit vſque ad Dei iniuriam accuſatio delicti; ne ſuum perderet iuſtitiæ tenorem, nec maiorem vindictam minori culpæ infligere videretur. 31.

3. Reg. 21. 13.

Imò, qui vlciſci auet, ſcelera de virtutibus procreat, iniurias de fauoribus eruit, & quæ laudem merentur, in flagitioſa demerita reproducit. Infœlix Aman flectitur ad genua Reginæ, ſi de veſtigiis pietatis, imbre lachrymarum ſegetem educeret veniæ, Eſther 7. verſ. 8. *Repetit Aman ſuper lectulum corruiſſe, in quo iacebat Eſther, & ait: Etiam Reginam vult opprimere, me præſente in domo mea.* Ergone hoc ſupplici ſupplicium eſt? Non opprimit, qui corruit in pedes: ob ſuam potiùs deprecatur ruinam, quàm intendit alienam: imò qui adhuc in infauſta ſuperbiæ altitudine fuerat miſer de abundantia fauoris, nunc in pauimentum iactatus miſerabilis fit. Cur obſequium flexi iam colli, pectoriſque emolliri in læſæ maieſtatis ſcelus vertatur? Sed vt citiùs Babylonio more operiretur ad necem, exaggerauit crimen Aſſuerus, & de humilis virtutis reliquiis auxit ſcelerum incrementa. Inde illicò adiicitur: *Nec dum verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius.* Iam vt facies cadaueris amicitur, qui adhuc viuus iacebat in precibus. Extrema vitæ deſperatio eſt, cui ſalubria pharmaca nocent; efficaciúſque bibit in amuleto venenum. Actum eſt de accuſato reo, quem opus laudabile non excuſat, ſed criminationem adauget. 32.

Eſther 7. 8.

Verſ. 3. Nunc autem dic mihi, qua ex cauſa receſſiſti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos.

Nullus veracior Consiliarius habetur, quàm qui placita consulit, & de voluptatis senatu monita, documentáque inspirat,

SECTIO VI.

33. QVAM longanimi sumus ad fidendum sponsionibus voluptatum! Quàm hilari, securóque pectore vota nostra serenitati credimus delitiarum, non reputantes quot mersit sereni fiducia; lacteúmque mare quot è littore solutos absorbuit, sub candore lactis spumosas voragines recolorans, vt tutò fallant, quibus postquam vnda blanditur, liquidum componit sepulchrum. Quidquid voluptas gestat, deceptorium est; sed nulli damus fidem libentius, quasi credulitatis sit lenocinium citò persuadentium oblectamentorum species. Priusquam voluptatum habeamus, à voluptatibus in mancipium habemur: capimur ab illecebris, vt capiamus; quippe placitorum obsequium lubricum intellectum captiuat. Ille solùm suam fidem periclitatur in homine, qui nihil illi volupe, nihil consulit de amœnitate vitiorum. Suspiciosus fit, qui dura & amaricantia proponit; si vel guttulâ voluptatis aspergat, perfundátque leuiter melleæ promissionis dulcorem, statim in eius sententiam manibus & pedibus itur.

34. Cur fœminæ insidias Holofernes non timuit, nec penetrare nititur actum transfugij; cum versare dolos, callidásque struere technas eruditio sit militaris, & quidquid ab inimicis cauendum, timidis præcipuè & obsessis? Imò credulus ad verba puellæ causam insoliti sciscitatur aduentus, vers. 3. *Nunc autem dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos,* Credes, si dicat? Quidquid dixerit, credet. Quoniam quæ placere inceperat, nequit quòd decipiat censeri. Si captus erat oculis, quidni verbis? Cui dederat animum, cur non fidem? Voluptuosus dolus veritas reputatur, nulláque iacturæ impendet suspicio ei, qui voluptatis lucrum, absque spei titubantis dispendio, illicò in venustate visâ captauit, quasi fallere nequeat, quod potuit amari. Paruo sumptu Syrenæ triumphant; solius melodæ vocis mercede hominem; quem linguâ pellexit, rictu deglutit: à gutture ad linguam paruum spatium est, & quem delectat altero, altero vorat: nec decipi curat viator, dummodo ebibat suauitatem. Cùm veri boni auiditas tuta sit; subitóque apprehensâ voluptas deoperit, quem occultat, stimulum, & in contrarium promissionis deflectit; cupiditas mali solidat pectus, & antequam reddat quod spondet, reddit de fœlicitatis sorte securum, secum ferens fideiussorem & pignus, ipsum blandimentum fruendi.

35. Suadebat Iosaphat Regi Israëlis, vt priusquam bellum iniret, Domini Prophetam consuleret: at ille 3. Reg. 22. vers. 8. ait: *Remansit vir vnus, quem possumus interrogare Dominum; sed ego odi eum, quia non propheta mihi bonum sed malum, Michæas filius Iemla.* Attende causam, cur Vatem adire recuset: quoniam mali omnis est, nec auspicatò verbo denuntiat. Si quod Domini Vates prædicit, stabili veritate fulcitur longissiméque abest à dolo; cur Rex vaticinium despiciat, cum dubius euentus non à prædictione dependeat; imò mitiùs [illegible] mala, si sint præscita, callúmque obducit animus præscius futuri, notásque sagittas in robore præparato retundit? Dira vaticinanti renuit fidem, qui non veritatem augurij, sed lenimen auspicij desiderat, túncque solùm decipi credit, cùm de eo, quod displicet, admonetur. Si abscondat pilula venenum sub auro; si sub corio versicolore luem gestet anguis amicè susurrans; auri veritas, amœnitásque coloris, latens mendacium in veracitatis opinionem conuertit. Solùm putatur fallere, quod ne fallat, in extrema cute se prodit, palliúmque summitatis delectatis denudat, quasi fallitas sit perfusoriæ falsitatis abrasio. Benè perfusoriam voluptatem vocauit, qui nouit delitias sæculi solùm leuiter in extima cute adhærere; & tamen quod decipit sensum, sine deceptionis metu celerem sibi animi sortitur assensum. O quoties rudes & imperiti Consules iudicantur, qui Regi non suggerunt, quod delectat, nec melleis labris placitura decerpunt, sed quæ amaricat, veritatem nudè producunt. Ille alti profundique consilij commendatur elogiis, qui quod improbo Principi placuit, in legis illicò solidauit vigorem. Ei creditur, qui rogat amœna, nullúsque veracior habetur, quàm qui mentitur. Si nuda membra præferat prostituta voluptas, non scortum imputatur, sed virgo: Veritas sola si fucata ornamenta deponat, séque totam vno haustu oculorum ostendat sine alliciente tegmine voluptatis, vt meretrix nuda, in lupanar remittitur.

3.Reg.22.8.

36. Vel ipse Isaac legitimum filij dolum non sensit, etsi contrectauerit manus de conducto vellere hirsutas, Genes. 27. vers. 22. *Accessit ille ad patrem, & palpato eo dixit Isaac: Vox quidem vox Iacob est, sed manus quidem manus sunt Esaü. Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant.* Si agnouit vocem, cur ab hispida manu deluditur? Ægrè vox propria detornatur in alteram, & tamen in gracilem, seu obtusam potest fallentis inuertere diligentia: at humanos villos mentiri, hœdinámque lanam in lanuginem iuuenis leuigare, vt credatur pilus iuuentæ grossius filamentum ouile, difficilè nimis arte concluditur. Cur geminum filium copulauit in vno, vt voce Iacob, Esaü manibus haberetur; cùm si semel alter fuisset, alter vtique esse non posset? Verùm, si mysterium non esset, pater facilè inescabilis escâ, dum sibi placiturum cibum præsensit, assensit edulio, nec decipi potuisse curauit, cùm satis ad fidem iudicauerit esse manus, quæ gratissimum pulmentum condiuerant. Non vox, sed manus coquinaria est, quæ hœdum cecidit, & ad palati saporem propinauit in ferculo. Ergo licèt reluctetur vox, manus sunt Esaü: nequit enim fefellisse voluptas. Vide quo tandem argumento quieuit nutans credulitas genitoris, vers. 25. *Affer mihi cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cùm oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum, quo hausto dixit ad eum, &c.* Expende illud: *de venatione tua.* Si venatio tua est, quid quòd manus fuerit aliena? Quid quòd de hœdinis pilis cutis asperetur humana? Hominis sunt, non ouis, si magis manus edulio proprio, quàm villis fefellit alienis. Qui adulatur palato, fidelis

Gen.27.22.

Gen.27.25.

fidelis est, etsi vocem ingeminet, qua publicet deceptionem. Quis condemnet de fraude Iacobum, qui quoties loquebatur, se prodidit? Si quis dolus, volupis escæ fuit, quæ patrem famelicum inescauit.

37. Hic ipse Iacob in præoccupandæ benedictionis sorte eruditus, non dissimili industria deluditur à Laban. Septem annos pro Rachele seruierat, omnium maximum amoris pretium impendens, nempe protelatas temporis moras pro concupitâ pulchritudine sustinêdi. Tarditatis patientia supremum est meritum desiderij. Accenduntur tædæ connubij, sed vafer & callidus socer genialem torum lippiente filia repleuit, Gen. 29, vers. 22. *Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias, & vespere Liam filiam suã introduxit ad eum.* Quàm facilè extricabilis dolus? Quæ spes calliditatis poterat insidere socero, qui in tam extremis formis decipere maritum intendit? Nonne illicò patefaceret astus, extraneâ fœmina thalamum occupante, quæ in indole vocis, etsi minùs in contactu, conditionéque corporis, continuò poterat præsentiri? Imò recens sponsus qui peruigil fuerat qualitatis Rachelis rimator, integra nocte non agnouit alienam, quam cognouit vt propriam, & nisi lux, decepti coniugis suscepisset clientelam, in connubiali fraude duraret. *Ad quam cùm ex more Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam.* Sat est cogitatio obtenti desiderij, quod placuit, vt & quod displicet, in decepto pectore conseruetur. Imaginariæ sunt carnis deliciç: si imaginabatur accumbere cũ Rachel, nihil interim de concupita sorte quã iam se nactum cogitabat, amisit. Cùm voluptas breuis disparuit, apparuit dolus, qui nunquam censetur, cum præsenti voluptate coniungi. Quid quòd in toro fraudulenta Lia loqueretur? Si vox Iacob ad instruendum de veritate parentem non priùs suffecerat in repulsam, quoniam edulij sapor vatum genitoris ambiebat; nec Liæ vox ad Iacobi scientiam suffecisse videbitur; quoniam genialis torus blandimentúmque soporis etiam inuitum extorquere conabantur assensum.

Gen. 29. 22.

Errorem geminat & perniciem, qui abscedens à Deo secedit in sæculum. Non sic elongatur à Numine, qui in medio itinere fessus pendet.

Sectio VII.

38. Pendet qui semel à virtute discessit, & in volubilitate nequitiæ vbilibet fessus, quod nunc apprehendit, statim dimittit, solùm queritans in veritate solatium. Qui Deum dereliquit, angustum sibi reputat orbem, & quasi breuitate loci compressus, aërísque commercio priuatus, obstructæ respirationis non inueniet, quo flatum emittat, anheláque inquietudine concitatus, quemcumque tenuit situm, demutat. Sic quem exæstuans febris incendit, nec puluinus nec culcitra suppetit ad cubandum; sed irrequieto motu mattras & stragula vertit, in ardore lecti frigus vestigans, quot pulsationibus agitatur, tot se in sitibus, nunquam satisfactus, contorquet; stratum repetit, quod reliquit, membrorúmque passibus, ne dum pedibus, in breui toto plures leucas cubans perambulat, quàm per semitam cursor erectus. Si virtus constantia est, quidni inconstans & palabundus aberret, qui se stolidè à virtute discussit? Mundus nonnisi gyrus est & rotatio; se rotæ affigit, séque sibi continuò dissimilem amat, qui in rotæ circulo volutatur. Deus in centro stat, immobilis in latione, immutabilis in impulsu: quotquot ab hoc centro se abducunt, cæcâ sempérque dubiâ circulatione gyrantur. Ergo, etsi Deus non esset de suo purus, pulcherrimus, potentissimus, altus, (cuius bonum nec satietatem habet nec pœnitentiam, excelsum, infatigabile, & plenum) ambiendus medullitùs esset: quippe quidquid extra Deum, imbecillum est & caducum, citiùs effluit, quàm implet, & post primum impetum, tædium mouet, cuius ad abundantiam nauseat stomachus, & post vomitum patitur egestatem. Qui à Deo discessit, vel pendulus nutet in medio, vel in altero extremo, nempe mundiali sæculo, fortunæque iactu peribit; prendet enim fugacia, quæ in vsu sui pereunt, & spectri more rapida eorum claritas in transitu est.

Sciscitatur Holofernes: *Dic mihi qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi, vt venires ad nos?* Duo rogat. Cur discesserit à iustorum consortio, religionis aulâ, Dei æde, & virtutum commercio? cúrque accesserit ad Assyrios, nempe mundialis apparatus compendium, sæculi ludum, diuitiarum & honorum frequentiam, voluptatum gymnasium, & malorum sese collidentium arenam? Verùm qui abscedit à Deo, quò suum cursum dirigat nisi ad mundum? Interrogatio Persæ plena est ethicâ disciplinâ, Quasi transfuga à Numine vltra sit sciscitandus, quò pergat; cùm noua quæstio sit, cur appellere gestiat ad sæculum qui se à virtutis loco proiecit? quippe satius est, vt se in vacuitate medij contineat, ne perniciem subeat extremam, si in extremum alterum cadat. 39.

Obuium est illud, sed non prætereundum impunè. Ieremiæ 2. v. 12. *Obstupescite cæli super hoc: duo enim mala fecit populus meus: dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Cælestibus stupor inciditur non à simplici, sed à gemino malo. Velut si integrum non conciteт stuporem, quod Deus ab hominibus deseratur, nisi quod incommutabile bonum, perfectionum succis abundans, pro scruporum arida vacuitate, siccisque commutetur cauernis. Minor esset improbitas, pro nulla mercede Deũ derelinqui, eiusque bonũ liberaliter prodegisse, quam non carò sed viliter venundare stabilis, vitalisque fontem liquoris pro laticis sterilis inopia, & pro inutili sitientéque fouea bonorum pelagus inconcussum. Sed considera stolidum peccatorem in ipso suo errato aliqualiter eruditum. Qui venam fontis ingeniti tempsit non vndequaque venalem aquam prægustandam se contulit, sed nonnisi à cœlestibus emanantem. Cisternina aqua de superis fluit: cisternæ de nubibus profusis implentur: si pluuia çessauerit, à potu ieiunant. Agnouit iniquus, quòd quantumuis cœlum stolidissimo voto relinquat, etiam inuitus, donis cælestibus inhiabit; quippe siccitas sæculares foueas obstringit, nisi largitas cælestis humectet. Imbrem, quem in fonte spreuit superno, in terrestri çauea solicitat, serò conscius nihil esse succulentum, 40. Iere. 2. 12.

lentum, & humidum in mundialibus rupibus, nisi à benigno cœlo irrigentur. Stultè, si à Deo cadere delegisti, & ab edito Numinis fonte secedere; melius esset, in medijs nubibus perstitisse, nec cadendi appetitu te vsque ad sæculum proiecisse; quod eget, vt bibas, à nubibus irrorari, ne ad breues reliquias fontis per immensum spatium diuiso fluore minutas, oris patuli siccitate, aridáque linguâ sedulus, si lambas, attendas.

41. Quid euenit huius mali duplicis peccatoris? Subdit Propheta vers. 15. *Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem; ciuitates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis.* O plenum eruditione supplicium! qui vnius Dei, confertissimi boni latus dimisit, nec vno tanto comite, nempe Numine contentus fuit, vt honores, diuitias, atriorum imagines, aulicorum frequentiam, mundique incurreret comitatum; nonnisi solitudine castigatur, vt persistat in medio, videlicet in aquoso deserto; edoctus, quod etiam si desistat à Deo, non integrum debet iter complere, nec appellere ad sæculum, sed in intercapedinis eremo iacere, palans & nutans, cùm non sit vltra bonum, quò tendat; nec solùm solitudinem incolat, sed & sit; in quo videlicet, tanquam in remota inhospitalique sylua, fugiant leones, vulgúsque ferarum inhabitet.

42. Vix Agar cum suo pignore ab Abrahæ domicilio detruditur, cum per solitudinem palatur deserti, Genes. 21 vers. 14. *Tollens panem & vtrem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Quæ cùm abijsset, errabat in solitudine.* Cur per eremum tamen proximus error, cui ad incolatum non defecerant vrbes? Ancillam illicò accepit eremus per inuia vagantem, directísque gressibus indirectam, quam ab ædibus Abraham dimisit? Et meritò. Abrahæ domus Numinis contubernio pollebat, cælestibúsque visitationibus fruebatur. Ancilla, quæ se à Dei incolatu præripuit, quò nisi ad solitudinem perrexisset? Maluit soli vaga in eremo distendi, quàm intrare mundi frequentiam: ne duo mala in vno pateretur incessu, à Deo secedere, & ad sæculum declinare. Gratiores sunt scopuli, quà constantes, nec adulatione fallentes, nec ambitiosis illecebris emolliti, rudes & glabri; cæloque, & primis orbis facibus peruij, quàm humanæ turbæ densitas inhumana, cincinnata de capillis alienis mundi voluptas, vocalis susurrorum frequentia, & vitiorum spissa caterua, quæ ab hærendi impetu ciuem sæculi comprimit, & elidit. Eremus quidem non vtique in medio est, inter mundum & Deum, imò proximius accedit ad cælum; quamuis enim post vnum passum, si pedem moueas; ingrediens in mundum, sat est nondum immisisse vestigium, vt adhuc maneas cælo vicinus. Attende. Vix Agar incultam pede contriuit eremum, cùm incurrit in aulicum cæli, & quæ domum Dei deseruerat, quia in nullam ciuitatem tetendit, subitò domesticum

Gen. 21. 17. Dei inuenit, v. 17. *Vocauitque Angelus Dei Agar de cælo.* Ergo cælo proxima vagabatur indistans Angelo, qui de cælo loquentem auscultabat in terra; quasi suam coloniam in regionem transmisisset cælestem, quæ libens in solitudine morabatur. Angeli vocem illicò agnouit, quæ de cælis idiomate scopulos vocales adiuit.

43. Iam semel id ipsum ancillæ contigerat eremitæ. Altera vice, reliquerat Domini domum, studiosa fœtus, orbitatis impatiens; Genes. 16. v. 7. Gen. 16. 7.
Cùmque inuenisset eam Angelus Domini iuxta fontem aquæ, in solitudine, qui est in via Sur in deserto, dixit ad illam: Agar ancilla Sarai, vnde venis, & quo vadis? Duo sciscitatur ab vno motu, qui iam, à quo venerat, percallebat, sed quò per solitudinem itur? nulla in deserto sternitur via: qui vagatur, non it, nulloque ferunt tramitem rupes. Sed benè sciscitatur de termino cursus, quasi nullibi potuisset conquiescere, quæ à Dei fugerat tabernaculo. Illa respondit: *A facie Sarai Dominæ meæ ego fugio. Dixitque ei Angelus Domini: Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare sub manu illius.* De duobus quæsita, cur vnum siluit, nec explicauit, quò vaderet, sed vnde veniret? Nullò ibat, quæ veniebat à Deo. Licèt currum, integrum pependit responsum, rata, inutiliter dictum iam quò pergeret, cui nullus poterat pro termino suppetere locus. Nec vltra Angelus repetiuit quæstionem, benè iam de fœmina suspicatus, quam reditui ad Dei sedem propinquam agnouit, vtpotè quæ non iter ad sæculum, sed ad solitudinem arripuerat.

Perfidus ille Domini cliens, vt magis à Magistro recederet, non solùm cum traditionis piaculo in cohortem inimicam proiecit, sed & proiecit venditionis argenteos, ne si pretium rei venditæ manibus adhæreret, adhuc pro magistro suffectæ rei adhæsisset, Matth. 27. vers. 3. *Retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum: at illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo recessit: & abiens laqueo se suspendit.* Cur qui pecuniarum fœnore diues, Principúmque in fauorem intrusus, & benè de ciuitatis primoribus meritus erat, illorum non exambit frequentiam, nec mundialis gratitudinis blanditur officiis, sed illicò se à Principum gloria sequestra, & qui à cælo secesserat, in mundum veretur incurrere? Pœnitentia, etsi spuria, edocuit Discipulum, amisso Deo nihil in virentis mundi flore ad cordis lenocinium suppetere; putauítque, etsi strangulationis nouo delicto, primum dimidiare flagitium, non sequendo sæculum, etsi fugerat à Creatore. Indè arborem ad suspendium elegit, suspendium ad mortem, vt inter medium cæli & terræ fatisceret, appareretque in medio itinere conualuisse, qui antequam pertigisset ad mundum, hæsit in aere. Quin in ipsa semita vide progressum: *Et proiectis argenteis in templo recessit: & abiens laqueo se suspendit.* Quasi non plenè à Domino se elongauerat, qui in eius perrexerat domum: ideò recessisse à templo, suspendi fuit, quasi non mundi, sed intermedij ætheris plaga succedere debeat à tabernaculo Dei abeunti. 44. Matth. 27. 3.

45. Fugiebat à facie Domini Ionas: peccatoris pondere quatitur mare, hiantibúsque reuellitur fluctibus, vt in voragine sarcinam oneris sepeliret. Substantiâ sorti manum pelagi nautæ vngere parant, vasa proijciunt, quæ occupent aquam, qua nauis exundat. Mittunt sortes, aleaque transfugam Prophetam condemnat. Sciscitantur illi, Ionæ 1. vers. 8. *Quæ terra tua, & quo vadis? vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo.* Cur non ad quæsita respondet? Quò vadis, quæritur: nulla quæstio de religione mouetur. O benè! Nullò pergebat, qui fugiebat à Domino, Ionæ 1. 8.

no Nullus fugacis terminus eſt:non exilium,ſed deportationem, quæ eſt ab omni loco ſeceſſio, & ſine fine tranſmigratio prærupta, ſubit, qui cæli Dominum dereliquit. Sat fuit,ſe Dei ſermum fugacem dixiſſe,vt nonniſi in pelagus vadere fateretur. Nulla ſemita tenditur in profundo;non, ſicut ſolum,tramitem habet ſalum. Ergo merito in mari demergitur, qui inſcius termini abibat in mare. Ideò illicò inuenit beſtiam ſui gerulam proiectus in æquor, quæ in Deum pariter reduxit & portum; quippe qui diſcedit à Deó, ſi nullum locum, quo conſideat, intendit,ab ipſamet ſolitudine deuoratus in tutiſſimum Dei portum euomitur.

46. Expirante Domino, lucis ſpiritum ſol depoſuit; diémque tenebris opacauit Lucæ 23.v.45. Luc.23.45. *Et obſcuratus eſt ſol* Cur pallâ nigroris obducitur nitidiſſima lampas? Vt à mundo recederet,poſtquam Dominus receſſiſſet. Iubaris veſtigiis abiit à ſæculo, obeunte ſæculi Conditore, ne diſperderet claritatem, radiorum diſpendio, ſed interim recolligeret in tenebrarum inuolucro nitorem, in medióque contineret nutantem, qui nolebat ad hæmiſphærij infimum peruenire, à quo Dominus diræ ſeceſſerat mortis impulſu.

In qua quis libitô ſe dat vitia, excuſat de neceſſitatis impulſu.

Sectio VIII.

47. VItium facimus priuilegium neceſſitatis, & ad excuſandam peccandi licentiam, multum, temporis coactioni deferimus. Obligationem ducimus, quod impendimus voluptati, nuncupamúſque debitum, naturæque & morum publicatum penſitationem,quod nonniſi ex cordis laſciuientis placito venit. Nulla eſt niſi ex voluntate voluptas; vtraque ſolùm vnâ litterâ differt, tam procliui flexione, vt niſi diligens lingua pronuntiet, alteram facilè pro altera proferat; & tamen luxurioſæ voluntatis arbitrium, operis eſſe neceſſarij violentiam; non vtique voluptatem contendimus. Qui ob ambitioſi faſtus amorem in famulantium grege, generoſis, phaleratiſque equis, pretioſis rhædis, opiparíſque conuiuiis ſubſtantiam primigenij diſpendit, equeſtris ſtatus debitam formam nititur perſuadere: quaſi nemo aliter poſſit viuere in curia, quem nobilis ſtirpis elogia, imaginéſque commendant. Sumptuoſus, quas abligurit impenſas,non prodigalitati, ſed indulgentiæ occaſionis adſcribit,& in meritum ſæcularis ſplendoris deducit, quod de luxuriæ fontibus manat. Vlciſcitur ille vix pœnitendam leuiſſimi ſermonis iniuriam, & virgæ verber pro verbo rependit, nec iram illegitimam cenſet, quam inflexibiliter credit, defendendæ nobilitatis eſſe coactionem. Negotiator quòd maria ligno periclitante, onuſtóque mercibus tranet, ſteriléſque pecunias vſurarum fœtum parere cogat, de alimento liberorum excuſat, auaritiámque prouidentiam appellat. Alter cum pellicibus ſcortatur, vt oſtendat ſe virum; quaſi virilis natura ſit, cum fœminis eneruari. Nullus eſt, qui ægritudinis licentiam prætendere vereatur, vt verita ſanis præſumat, quaſi procurandæ ſalutis ſit venia, indictum non ſeruare ieiunium, nec feſta religioſis votis implere, nec adire ſynaxim. Bene vitium morbus putatur; malè, ſicut morbus, quocumque delectabili delinitur, licentiâque procurandæ valetudinis non curatur ad vitam, ſed exaggeratur ad noxam.

Sciſcitatur Holofernes Iuditham: *Quæ ex cauſa receſſiſti ab illis, & placuit tibi, vt venires ad nos?* Quid eſt illud: *& placuit tibi?* Imò non placitum, ſed neceſſitas fuit,a deſperato populo excedere, ab ſtragibus impendentibus fugere, obſidionémque electâ ſui traditione redimere. 48. Bethulia præ ſiti fatiſcit, aridáque membra ſiccitas pergraſſatur: aruere ſuccidæ venæ, incenſáque præcordia indigentia humoris exedit: & tamen placitum, non neceſſitatem appellat,fœminam deſeruiſſe calamitatem, & in Aſſyriorum appuliſſe clementiam. Benè Barbarus cogitauit, voluptatem, placitúmque cordis exiſtimans, mundo ſe tradere, vt infortunia declinentur virtutis. Quis non diceret eſſe temporis coactionem,nec amatum,ſed inuitum abſceſſum, pro columitatis fœnore, famiſque & ſitis leuanda pernicie ſe dedere Aſſyriis? Sed Perſa placitum pectoris iudicauit, ne vnquam poſſit excuſari voluptas ſequendi ſæculum, etſi deſolationis ſuadeat periculum, incuteréque putetur violentiam. Quam exceptionem inopiæ prætenderet fœmina, pretioſis gemmarum & auri onuſta ponderibus? Qualem mœroris, feſtiuarum veſtium hilaritate ridens? Qualem ſitis,cui ancillæ ſcapulæ vtrem non inanem ferebant? Qualem famis cui de cibaria expeditione ſuppetebat annona? Ergo placitum fuit, non neceſſitas, voluntas,non vis, petere Principis potentis tentorium, propriôſque relinquere,vt obſequeretur,ne dum ſequeretur extraneos? Si in extremis vrbis, gentiſque doloribus ſic pro arbitrio voluptatis decernitur in puellâ, totâ de virtutibus cæleſtibus commendatâ: quid pro ſuæ libidinis aſſertione allegabit laſciuus? pro rapacitate prædo? pro euanidæ gloriæ cupidine vanitatis mancipium? pro ambitu candidatus ſuperbiæ? pro veracitate helluo? Magiſtratus nequiſſimus pro iniuſtitia?

Saül ſacrificandi ambitione correptus candorem Sacerdotij in purpuram Regalem extorſit, 49. ſolíumque Maieſtatis traduxit ad aras. Ferit oues, deuouet holocauſta, Irreligioſum Samüel piaculum incenſus obiurgat. At ille 1. Reg. 13. verſ. 11. 1.Reg.13.11. *Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies, neceſſitate compulſus, obtuli holocauſtum.* Vide qualiter ſtolidè Sex diſtribuat: placitum attribuit diebus holocauſtorúmque oblationi neceſſitatem; cùm tamen in expectanda quacumque temporis tarditate neceſſitas fuiſſet, nec niſi ex Regis placito, pellicientéque Sacerdotalis muneris gloria aras effuſo ouium ſanguine ſacræ dignitatis prædo imbuiſſet. Quæ ſacramentorum neceſſitas laicum poterat intrudere in aras, & generis Leuitici extorré libitis cæremoniis initiare miniſtrum? Sed iura ſuppetunt ambitioſo, legúmque allegationes exundant, vt meritum aſſerat, quod fuit vitium. Inde Propheta conuitiatur Saüli verſ. 13. *Stultè egiſti,nec cuſtodiſti mandata* 1.Reg.13. *Domini Dei tui, quæ præceperat tibi.* 12. Mitiùs in obiurgatione preceſſit; quippe qui ſtultè egerat, ſed ſtultiùs excuſauit delictum,neceſſarium opus,

opus, nec ex nefariæ voluntatis arbitrio effluxisse protendens. Sed noluit Samuel, claram exprobare stultitiam, quæ violentiæ titulo insigniuit flagitium, satis manifestans stultè loquutum, qui quod stolidè perpetrauerat, de necessitate defendit.

50. Luc. 14. 18. Occisis alitibus, iámque in fumante foco conditis, inuitatos suos conuiuator liberalis expectat. At Lucæ 14. vers. 18 *Cœperunt simul omnes excusari. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideò non possum venire.* Cur dicitur quòd cœperint se excusare, qui potiùs excusationes illicò compleuerunt, nec in sermonis exordio totius allegationis obiicitur efficacia? Aptè quidem, Nam si hæc ad contemptum epuli non sufficeret excusatio, plures aliàs contexerent, qui solùm incipiebant producere causas, quas rebellio inlubani appetitus ex toto iuris corpore, etsi spurias & nothas, legitimare vtique satagebat. Sed exceptionis pondus examina. Qui villam emit, pergit vt videat, quasi nondum visam emisset, notámque pecuniam pro incognito fundo erogasset. Conuiuatori inuidebat, qui iam à se visum prædium obiiciebat videre. Inuisus sibi erat conuiuij largitor, qui maluit villam, quàm conuiuatorem reuisere: inanes voluit triclinij sumptus, qui ne sumeret donum, pretium potiùs ad emptionem non examinatæ villæ consumpsit. Maiorem necessitatem alter expressit, qui vt nullam persuasionem admitteret, retulit impotentiam. Quasi denuò maritatis voluptas thalami nihil ad palati illecebram linquat, vetitúmque sit coniugibus manducare, se triclinij magistro vxoratum esse perhibuit, nec potuisse dapibus dare operam, qui liberis dabat. Sic leuiculatum rationum, & causarum operculo tegunt crimina peccatores, nec perorant ad veniam, sed de delicti meritò munerari contendunt, dicuntque necessarium, quòd volupe, cæcutientes in discernenda qualitate bonorum, qui quod ad delicias vtile, non honestum tantùm, sed & necessarium suadent, tripléxque bonitatis membrum conflant in vnum.

51. Saül Dauidis sanguinem expetebat, & vt licentiùs effunderet, delegit in generis consanguineum: filiam pollicetur in coniugem, dotaliáque fœdera pangit centum Philisthinorum præ-
1. Reg. 18. 25. putia. 1. Reg. 18. vers. 25. *Non habet Rex sponsalia necesse, nisi tantùm centum præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis Regis. Porrò Saül cogitabat tradere Dauidi manus Philisthinorum.* Vt necessitudinem cum genero futuro defingeret, ad vltionem inimicorum vt necessarium militem destinauit, cùm esset necessitas odij inuisum iuuenem in manus deuouere inimicas. O nimis sumptuosa inopis vindictæ necessitas, quæ ad affinis periclitandi cogit dispendium, ne Regis purpura nisi colore effusi sanguinis saginata præfulgeat! Quæ erat placita obsequentis iuuenis vltio, vltio inimicorum vocatur, vt violentiæ obtenderet speciem placita voluptas cruoris.

52. Psal. 24. 17. Benè efflagitabat Dauid Psalm. 24. vers. 17. *De necessitatibus meis erue me.* Alienæ necessitates sunt, quæ nonnisi extrinsecùs veniunt, egestas bellum, ægritudo, impeténsque malorum tempestas: suas ille necessitates querulus flet, quas ipsemet homo sibi compingit, necessariúmque reputat, quidquid maligna gloria, sæculi contubernium, nobilitatis decor, & mundiales mores exoptant. *Erue me à necessitatibus meis.* Si tuæ sunt, Dominus es, habe pro derelicto, dimitte: non potest, qui à sæcularis pelagi, quos quisque sibi, vt de publico viuat, congregat, fluctibus, emergendi facultatem non habet. Erue Domino à suis necessitatibus, equitem, quem vrget duelli misera lex, alapam occisione redimere, sanguinísque nobilis feruor in circum mittere ad ferarum congressum, & in torneamentis pro funestæ gloriæ mercede vitam diuendere.

Absalon incestum & stuprum sororis auebat vlcisci, fraternam necessitudinem in luendæ offensæ necessitudinem inuertens. Petit à parente, vt ad conuiuium secum dimittat Amnonem: reluctatur genitor dicens 2. Reg. 13. v. 26. 53. 2. Reg. 13. 26.
Non est necesse, vt vadat tecum. At ille: *Coegit itaque eum, & dimisit cum eo Amnon & vniuersos filios Regis.* Si dixerat pater, non esse Absaloni necessum Amnonem conuiuam, cur & parenti non solùm necessum fuit permittere iuuenem, sed & violentum, cùm geminata necessitas violentia fit; Regémque coëgit Absalonis importunus impulsus, vt nedum vnum, quem petierat, sed & plusquam habuit necessaria, pignora daret? Vnius filij ardor feruidus ad vltionem non solùm ei, sed & genitori necessitatem imposuit, vt legitima euaderet vnius sobolis cædes cruenta, quæ & fratri & patri potuit necessaria decerni.

Castitas etsi illibata sit, si semel subeat turpitudinem suspicionis, à sui floris pulchritudine cadit.

SECTIO IX.

PVRGATI animi virtus, quæ ad supremum sui fastigium accessit, nullum prauæ suspicionis halitum patitur, pretiosorum vnionum more, qui oculos vsque ad fundum recipiunt, & tamen licèt dirè aspiciantur, fascinum nec leuem admittunt. Suprà opinionis iactum beatitudo resplendet; esse desinit, si inceperit esse suspecta: non solùm ictu, sed & crepitu superior est; quasi aquila, quæ summi cæli nobibus comitata, nec fundæ lapidem, nec sonitum recipit. Suspiciosa bonitas non vsqueqaque defœcata comparet, non leui mali constat portione, si contrarias æstimationis vices subierit. Vitio approximat, quidquid suspectum si malè; oleat, quamuis non suâ, sed ægritudine narium, in perfectionum foro pretium amisit. Suspiciosa virginitas dotem illibati perdidit floris. Non solùm temerata puella procos abigit, impedítque connubium, sed & temeratæ coniectura vulgaris. Castitas quà de natura florum censetur, non tantùm à manu gustata marcet, sed & à vento: pruinâ decoquitur, quamuis adhuc suo persistat in culmo. 54.

Generosa fuit honestas Indithæ, in qua nec lasciuus amator potuit iactare minùs limpidæ suspicionis offensam, vers. 3. *Dic mihi qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi, vt venires ad nos?* Cur non inquit, *vt venires ad me*, cum præcessisset *dic mihi?* Nonne gloriosior Holoferni, fœminæ apparet accessus, si eius adeundi causâ lares domesticos reliquisset, famaque viri, dexte- 55.

ritatis in armis, roboris pulcherrimi in membris, virtutis præſtantis in copijs, Regiſque ſplendoris, & diuitiarum venuſt in fœminam traxiſſe ab vrbe, vt eius oculos deliniret, ſibique potentem procum alliceret, quem exteri experiebantur Tyrannum. Obſtupuit Perſa ad [illegible] venuſtatis miraculum, tantumque conſpectare, à viro ſtudioſam amandi, quam cæleſtis decoris [illegible] honeſta bellabat. Nullam opinatus eſt libidinis [illegible] tran fugæ formoſitatis modeſtiam, nec prima cogitatione audet inconcuſſum fœminæ honorem pertentare, quem etſi illicò ambiebat ad thalamum, faciei flammas non de libidinis igneis indicauit, ſed de ſplendore virtutis. Modeſte dixit *ad nos:*

55 caſtam vocem fœminæ debuit, qui ſuò viſo, laſciuique fomitis illice, non vllo fœminæ conniuente præſidio, cœperat illegitimè concupiſcere. Niſi ſic inuictam pulchritudinem geſtes, time genas oculis publicare, ne curram iuuenemque probes illicò caſtitatem, quæ aduerſam potuit gignere ſuſpicionem.

56 Cur Suſanna cùm ad lapidum patibulum duceretur, ſcilicet ad tribunal, quod ſpreti à fœmina ſenes teſtimonio ſubornarunt laſciuo, faciem cooperiuit, quam illi liberam, & publicam, vt oculos alerent, conabantur? Daniel. 13. verſ. 31. *Porro Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. At iniqui illi iuſſerunt, vt diſcooperiretur (erat enim cooperta) vt vel ſic ſatiarentur decore eius.* Anne caſtigauit nuditatis erratum, quæ impatiens ſordis in pomario latentibus potuit ſenibus excitare opinionem? Reorum eſt, obtegere faciem pro confeſſionis indicio. Cur non retegit vultum imperterritum ictibus oculorum, qui laſciuiæ faces extinxit in balneo, & abundantia victoriæ alienos impetentium ignes, quaſi in caſtitatis pelago ſuffocauit? Cenſuit matrona prudens, ream eſſe fœminæ puritatem, quæ ſaltem potuit fœdandi pudoris ſuſpicionem admittere. Veli ſupplicio vultum mulctauit, in quem fœda coniectura auſa fuit; quaſi multum de perfectionis minuiſſet faſtigio, quæ licet perfecta & conſtans repulit ſenes, ſaltem paſſa erat iniuſtam opinionem, quòd ſic dari potuiſſet. Inde opus fuit, vt Spiritus ſanctus, in quem viciſſitudinis obumbratio non cadit, Danielis in ore fœminam pudicam aſſereret tanto teſte, aduocatoque indiget ad columnitatem pudoris, quæ ſemel prauam opinionem incurrit.

57 Ioſeph, qui Dominam detriumphauerat, in Domini abrupta credulitate periclitatus eſt victoriæ fortunam: maiorem iniuriam paſſus ab hero caſtitatis amante, quàm ab Ægyptia cum ad libidinem appetente. Pallium in pellicis manu relinquerat, vt magis ſuam, quàm eius obſtupiſſet infamiam, quæ cogitauerat, potuiſſe iuuenem blandimento Veneris emollire. Acceſſit maritus, cùm receſſiſſet caſtiſſimus adoleſcens, magis ſuſpicionis notam aufugiens, quam periculum delinquendi. Spolia victoriæ victæ fœminæ dimiſit in manu; ne ſi victor appareret, ſaltem pugnauiſſe conſtaret: in re etenim caſtitatis non ſolùm cecidiſſe, ſed & bellauiſſe, dedecus eſt; quippe ſigna conſerere, ſat eſt ad calumniam potuiſſe deuinci. Credit maritus, mancipium in Dominam exarſiſſe, cùm potius illa geſtiuiſſet, iuuenem iterum feciſſe mancipium, quæ etiam manu ceperat pallium. Auſcultat coniugem accuſantem, reliquiiſque oſtendentem flagitij, tentatæque libidinis pignora, quæ ſagax fœmina, vt ſpatioſius conſpiceret, extendebat. Quid inde? Geneſ. 39. verſ. 19. *His auditis & nimium credulus verbis coniugis, iratus eſt valde; tradiditque Ioſeph in carcerem.* Cur de nimia credulitate accuſatur, cui tot inſtrumenta ſuppetebant ad fidem? Si fides non apparentium eſt, quæ maior probatio, vt clarum vir adulterij acciperet argumentum? non enim niſi irrefragabili indicio flagrans libidinis videtur delictum. Sed nimius fuit in credendo maritus, qui ſuprà opinionis euanidas nubes, fidem caſtitatis iuuenis læſit. Contra virtutem, quæ in vertice ſupremo refulget, etiam euidentiæ non probant. Oculorum ægritudini deputatur morbus, qui perfectæ obijcitur ſanctitati. Mariti credulitas, crudelitas fuit, qui diriùs inſaniuit in iuuenem credens impurum, quam fœmina ſolicitans; quippe, qui æſtuantem ſalacis fœminæ potuit impetum ſolus compeſcere; ſordidam autem ſuſpicionem mariti nonniſi Dei clientelâ diluere. Inde ſtatim ſubditur verſ. 21. *Fuit autem Dominus cum Ioſeph.* Sicut nonniſi Spiritus ſanctus à perculſa famâ pudoris poterat Suſannam abſtergere, ſic minor eſſet alter, niſi Dominus, caſti adoleſcentis aſſertor. Suſpecta puritas neutiquam niſi de ſuperis ſolidatur. Ægyptij Domini coniecturam nefariam melior Dominus cæleſtis eluſit, ne dedecus in magis proprio mancipio ſubiret, quod Ægyptius herus accuſans, clariori dedecore famam domeſticam denotabat. Gen. 39. 19. Gen. 39. 21.

58 Chriſtus in triclinio Simonis accumbit: paſſis capillis manibuſque nardo madentibus ad Dominica lenienda veſtigia retrò Magdalena rubeat. Liuidus conuiuator, vt diſpendium accuſaret odoris, de peccatorio cenſu fœminam accuſauit, Luc. 7. verſ. 39. *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique, quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix eſt.* Prophetæne ſingularitas eſt, quod oculis publicis iacet, conſpicere, & quæ vel lippientibus ſunt notiſſima, cælitus demiſſâ luce videre? Imò potiùs perfuſus lumine, futura dignoſcit, obſcura retegit, incerta diiudicat, & de temporum inuolucro, ætatùmque latibulo eruit arcana. Satis ſibi ad infamandam fœminam Phariſæus putauit, ſi illam de dubia fama notaret, quaſi non exigitur clare decernere peccatricem, læſæque caſtitatis ream, vt pudoris honos contabeat; cùm ſufficiat in incertum opinionis iactari, quamuis nonniſi à Propheta inhoneſtæ maculæ veritas valeat diſcerni. Actum eſt de Magdalenæ pudore, ſi vel Propheta nouerit eius næuum. Luc. 7. 39.

Verſ. 4. Et dixit illi Iudith: Sume verba ancillæ tuæ: quoniam ſi ſecutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.

Speciosa sæculi bona etsi fallunt visa; diuisa & emedullata non fallunt: admonitore falsitatis non egent, gustu se produnt.

Sectio X.

59. **V**Eritas idipsum pendit, quod patet. Insidiatoria speciosæ bonitatis deceptio pondus, quod offert oculis, fallit; si venitur ad lancem, cumulus sine nucleo manescit. Ita est. Sed ipsamet deceptoria bona, licet quà gestant bonitatis speciem, in exterioribus fraudem prætendunt, falsitatem in pelle, vera sunt intrinsecùs mala. Si non tantùm primis oculis, sed & secundis, tertiísque penetrentur dolum, quem ingerunt subitò visa, adimunt maturè conspecta. Non egemus extero admonitore, vt seductionem, quam incurrimus, curet; ipsa bona fallacia, si attendantur totá se produnt: retegi opus est; in medulla præstabunt, quod vitium cutis exoneret, & medeatur. Qua cuspide vulnus infligunt, si nouiter attrectentur, redigunt sanitatem; portant in visceribus amuletum, quo faciei malignitas redimatur. Tantùm appende, perpendéque, & trutinâ mentis, & industria rationis, vt studiosus trapezita, monetam: imaginem Cæsaris, quæ in numismate pretium fingebat, non de pecunia, sed de nuda repræsentatione honorabis. In quacumque te pro qualitatis ingenitæ æstimatione aduocat natura, si auditur; tantùm aures artige, metire, & pondera; aurum diiudicabis ab ære, & quod nitoris specie delusus, putabas obrizum, in pondere dices stannum: Fallitur quisquis dixerit, mundum nos fallere: etsô complicatus decipiat, explicatus veritatem ostendit. Solum ille se fallit, qui non euoluit, eique tumultuariò se credit, nec expectat, quòd positis ventis vndæ turbidæ serenentur, vt oculos vsque ad fundum deducant, & in profunditate ostendant arenam, quam vt aurea grana vrinator rimabatur auarus. Quæcumque fraus subitaria est; si paulumper remoreris, se pandit.

60. Callidi doli architecta Iuditha, ne ab Holoferne de versutia accusetur, præmonet, quod cogitationis diutino sumptu, proferenda verba metiatur. Quin stolidissimus apparebit, si præmonitus, fucum non diluat, elusúsque figurâ non appenderit quantitatem. Vers. 4. *Sume verba ancillæ tuæ: quoniam si sequutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.* Facinoris astuti fortunam non in sumptione collocat, sed in sequutione verborum: si enim priùs sumeret verba, meditationísque calore decoqueret, quid intrinsecùs ferebant, fornace mentis eximeret, nec citò deluderetur in specie, si medullam mordicus reuulsisset. Aurea potio, quæ visa fefellit, sumpta non fallit: palatum amaricat, de suóque præstat absynthium, quæ oculos dulcorauit de alieno: Sume ò tu, quisquis gloriis mundialibus inhias, non auribus solùm verba, sed ore: sponsiones sæculi, quas aura receptat & auris, fœlicitèr ingerunt stolidis fraudem, vtpote quæ de portitore vento crepitum conducunt, quo sonent, & inanitatem, qua eludant: si non vtaris auriculis, sed palato, nonnisi difficulter falleris. Tactus omnium sensuum ignobilissimus est, qui materiam sentit, non formam; sed omnium ad eruendam veritatem doctissimus, nec palpari potest, dum palpat. Ergo licèt verborum receptaculum sit auditus; cùm mundus loquitur, aures obtura, artige gustum: non auscultes, sed dentibus preme: si inamœnus est sapor, antequam deglutias, facilè despues; cum tamen quod auditur, absque arbitrio auditoris illicò in animi viscera se dimittat.

Mundanorum apparatum bonorum, quibus Iob potentissimus affluebat, iniquus spiritus gestiebat euertere, eorúmque pompam in inanem reducere. Exorat Dominum Iob 1. v. 11 Iob. 1. 11
Extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet. Quid quòd tangat? Nonne manus Dominica solidabit cælorum artificibus digitis? Imò quia bona sæculi erant, nonnisi tactu examinantur ad pondus, & sub tactum sapientissimum Domini, si vacua sunt, illicò tumorem exsufflabunt inanem, nec poterunt persistere euanida, sed in ventum proximum diminuentur.

Ostenditur Ezechieli liber, in quo scriptæ 61.
erant lamentationes, carmen, & væ, & vt
comedat, vates iubetur, Ezechielis 3. vers. 2. Ezech. 3. 2.
Et aperuit os meum, & cibauit me volumine illo: & dixit ad me: Fili hominis, venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Cur vt audiat verba Israëlitico populo proferenda, non aurem præcipitur aperire, sed os? siquidem non hac semitâ sermo traiicitur: Ne se quereretur deceptum, si à characteribus nudis elusus, quod erat lamentabile, hilare reputaret. Cur venter dicitur comedisse, cùm dentium sit mandere, ventris decoquere? Vt profundior fieret qualitatis probatio, quippe quod sapit palatum, ventrem solet verâ cibi qualitate diuerte. Inde codex lamentationum & væ, qui ventri ingenitos suæ naturæ perfudit dolores, melleum saporem dulcorati corticis in ore reliquit, ne vel palato fidas, donec voluminis veritatem in profundi ventris presseris prælo. Vides? *Et comedi illum, & factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israël, & loqueris verba mea ad eos* Lamentationum scriptio tramitem oris melle conspersit: quid ageret de aure, si primum aurum grauidi afflictionibus libri per assuetum organum immisisset? Si sic verba, quæ sub læto cortice lamentationes abscondunt, ne deceptio subrepat, comedi præmonemur, bene Iuditha suadet Tyranno, quòd eius verba medullitus sumat, in quibus lamentationes, carmen, & væ, eloquens & astuta fœmina condit, quæ si ille helluo voracissimus comedisset, eorúmque tecta ruminaret momenta, non gulam in vulnere pugionis amitteret. Ergo non crimine falsi accusetur puella, quam si attenderet Holofernes, in eius verbis, instillati veneni sumeret medicinam. Nonnisi stolidè queritur sæcularis de dolo: quæcumque fallunt, suammet primitus falsitatem enuntiant; sed in deceptoris creduntur; fidem non meretur in veris.

Samsonem

63. Samsonem fortissimum, quem amoris arte deuicerat, funibus amasia deuinxit, expectantibus, spectantibúsque in latibulo Philisthinis,
Iudic.16.8. Iudic. 16. vers. 8. *Attulerunt ad eam Satrapæ Philisthinorum septem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum, latentibus apud se insidiis, & in cubiculo finem rei expectantibus, clamauitque ad eum: Philisthijm super te Samson.* Tunc ille, vt de stupæ putamine fila retorta ad odorem ignis euanent, scidit rudentes; nec tamen pedem mouet, vt latentes Philisthinos vestiget; quos si semel in latibus interioribus trucidaret, & dolos Dalilæ, & Barbarorum dissiparet insidias. Cur fœminæ verba non sumpsit, nec fidem præstitit clamanti: *Philisthijm super te Samson?* Non attendit, quod super eum inerant inimici, fœminæque veritatem contempsit, qui obsequebatur fœminæ falsitati. Fœmina, quà verax, spernitur; quà sagax & astuta, obeditur. Non potuit dispetere Amasiam, quæ, cùm vera protulit, non auditur. Sic sic, vt suos mundus perimat, dolos versare eruditissime nouit, quos si leui diligentia versaueris extimámque cutem reuoluas, coriúmque deglubes, saniem erues, sanitatem habebis.

64 & 65. Nullum est scortum, quod de integro decipere tentet; non integrè, sed curtè videtur, quæ nonnisi partim vestita, partimque nuda iuuenem stolidum adoritur: vt quod segmento vestis occludit, denudatæ partis fuco fraudem imaginatæ integræ pulchritudinis faciat. Audi pellicem
Prou.7.16. stultitiam iuuenis inescantem Prou. 7. v. 16. *Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto, aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cynnamomo. Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies.* In superioribus admonuimus, quàm patentis mortis mercede scortum hoc iuuenem códuxisset, funibus, myrrha & aloë, quæ sunt cadauerum condimenta; quin ebrietatem pollicita est & soporem, rationémque præmonet absumendam, & lucis metu nocturni thalami minuendas delitias. Sed, non potuit vsquequaque mentiri, quæ sciebat non credendam in veris, nec thalamum euoluendum à proco, vt amaros lethalésque pulueres rimaretur, quos ipsamet, quæ stolidum alliciebat, explicuit. Quid quòd funicus lectulus insidietur? Lectulus est. Quid quòd funus myrrheus odor protendat? odor est. Quid quòd ebrietas iactis immineat? lac est: non attenditur qualitas, sapor amatur.

Diuinæ offert sacrificium iustitiæ, qui sacramentum pietatis, pro puniendis delictis, in vindictæ sacramentum conuertit.

Sectio XI.

65. Habet iustitia suum sacramentum, sontes punire, onerare que patibula delinquentibus. Sacerdos in ara, damnator flagitiosi foris ad furcam, vtérque Dominum promeretur, licèt diuersis, non aduersis officiis; quippe qui misericors est & iustus, integro blandimento & pietate & seueritate lætatur. Dei perfecta sunt opera, mansuetudo & iudicium; sed operum complementum, quod perfectio operis nuncupatur, in legitima punitione constituit. Cur in nouissima die extremum tribunalis officium sententia damnandorum implebit, vltricisque fellis amaritudo iudicis os perfundet, cum lapidius esset, prædestinatorum ad vitam reliquiis vltimis linguam delinire dulcoris? Postquam iustos inuitauit ad gloriam, sortémque beatitudinis meritis pietatis addixit, ne reprobos torquendos fulmine damnationis accingitur, Matthæi 25. vers. 41. *Tunc dicit & iis, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem* Matth.25.
æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius: 41.
Nonne opportunius erat, in beatitudinis sententia finire: ne tragicæ scenæ spectaculum diceretur, quod cúm lætum inceperit, in funestum miseræ cladis finem deueniat? Ordo ob iustitiæ reuerentiam mutatus: solemnior etenim festiuitas religiosæ Synaxis sacrificio completur, éstque nobile sacramentum, supplicium infertro delictis. Imò obserua, quod cum priùs prædestinatorum causam egisset, Sanctósque ad potiundum regnum vocaret, & deinde sontes gehennalibus tormentis addixerit, tandem concludit vers. 46. *Et ibunt in supplicium æternum:* Matth.25.
iusti autem in vitam æternam. Nonne priùs in 46.
lætæ beatitudinis fœlicissimos intrabunt amplexus, quibus præmij fauor præluserit, cùm præiuerit iudicis præmiantis edictum: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi?* Cur inuenitur ordo, primóque in tartarum detruduntur, qui malignitatis demeritis tabescebant, in sontibus deinde succedit anteriùs exhibitæ beatitatis possessio? Vtrobique honor agitur vindicanti iustitiæ, vt & vltima consummaret iudicium, & prima iudicatum à seuero iudice exequeretur. Et tamen vtrumque sub symbolo victimarum exponitur, nempe hœdorum & ouium; oues quippe dicuntur electi, hœdi præsciti, vt vtrobique innotesceret, cœlesti Numini sacrificium offerri, & cùm muneratur iustus, & cùm plectitur sceleratus.

Iuditha Holoferni propherat vers. 4. *Si sequutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet* 67.
Dominus tecum. Qualis hæc operis diuini perfectio? Occisio impudentis Tyranni, Principis ferocissimi iugulatio, qui quasi victima saginata ad altare, priùs se infarsit ingluuie, vt de adipe nitentis ceruicis exuberantius flumen profudisset cruoris. Punitionis vocem cum perfectionis vocabulo æquiuocauit, vt & deciperetur superbus, & adulatorio laqueo pinguissimus bos ad macellum duceretur altaris. Perficere, iteratò facere est, & extremam manum, sícque ingeniosiorem, eruditiorémque apponere, & tamen rebellem peccatorem destruere, non solùm facere, sed & iterum est. 68.

Summum sacrificium pro piaculis totius generis egit Dominus in patibulo occisus, dixitque spiritum afflaturus post instans, postquam amatore fellis potatus: *Consummatum est,* Ioan. 19.30.
Ioannis 19. vers. 30. *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum.* Cur hominum Imperator, qui stans moritur, caput, in quo pondus librabatur Deitatis, appetente morte declinat? Vt redemptionis sacramentum toto Deitatis veneraretur obsequio. Cur post felleum poculum, sacri operis consummationem explicuit?

Quoniam hominum crimina sub felle biberat, & in diluto potu, quem hausit a spongia, omnium se peccatis aspersit, vt fideiussionis vinculum lueret pro peccatis alienis. Ergo consummationem operũ appellauit communium flagitiorum enoru reum; vltricémque iustitiam indicauit impleri, pro infinito scelere infinitum fideiussorem occidi. Imò dicas Domine: consumptum est, qualis fuit sacrificiorum stylus 2.Ma-
2.Mach.1. 30. chab.1. v.30. *Sacerdotes psallebant hymnos, vsque quo consumptum esset sacrificium*, &c. Consumi, & consummari contraria sunt: quod consummatur, perficitur; quod consumitur, abolетur. Verùm peccatoris consumptio, iustitiæ perfectissima est consummatio, quæ de cineribus victimæ, incendióque pyræ in ætatis suæ plenitudinem renouatur.

69. Sacerdos nouæ legis ad bibendum sanguinem initiatur; nonnisi ad effundendum sacerdos antiquus, vt quidquid vltrici supplicio Sacerdos effuderat pristinæ, bibat & nouæ; & vtrobique agatur symbolum punitionis, nisi quia quod seuera lex dissipauerat ad vindictam, noua recolligat ad pietatem, & in Dei hominis sacramento, quod mortem eius pro debitis peccatorum enunciat, vtrumque signetur, & pietas pro hominibus iniquis morientis, & iustitiæ rigor in innocente peccata hominum vindicandis. Quibus mysteriis generosa stirpis Leuiticæ soboles Pontificiâ dignitate consecratur ad aras? Idololatrarum vituli cæde. Capitis bubulci cultores Moyses deuouerat occisioni. Adsunt prompti internecioni Leuitæ, & in cognato sanguine ancipitem aciem cruentant. Exod. 32. vers. 28. *Fe-*
Exod.32. 28. *cerúntque filij Leui iuxta sermonem Moysi, ceciderúntque in die illa quasi viginti tria millia hominum.* Quale vltionis elogium? vers. 29. *Et ait Moyses: Consecrastis manus vestras hodie Domino vnusquisque in filio & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.* Insolita nimis manuum Pontificis consecratio, non ab vnguine pietatis manum Pontificis madere liquore, nec oleo liniri clementiæ, sed pollui fœditate cruoris. Hæccine est sacerdotij ingenita mansuetudo, sanguine fluere digitos, & inter sectas venas immergi? Ne iustitiæ deficerent sacramenta, omniáque sibi pietas mitissima præoccuparet, Sacerdos ipse, qui ad placandas Numinis iras, lenitatis initiatur blanditiis; nonnisi de reliquiis consecratur furoris; vt sacrificio seueritate cruento incipiat iudicem ad veniam optabilem emollire, & initiationis vltricibus cæremoniis, licèt aduersâ fronte, promereri ad clementiam. Sic oportuit, quòd Domini Sacerdos diuinæ iustitiæ vices obiret, præoccuparétque cœlestis rigoris materiam, ne vltra Deo suppeteret, nisi pietas. Optima aras seueritatis Numinis eludendæ, hominem à Deo præripere gladium, quia minùs potente brachio versatus, minùs ferit; nec animam, sed corpus abscindit.

70. Phinees fornicem animosus subintrat, vt stricto pugione de duplici viuo scortante vnum funus efficeret, & iterum acie vltionis assueret, quos nefarius assuebat amplexus. Numer. 25.
Num.25.8. vers. 8. *Ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus, cessauitque plaga a filiis Israel; & occisi sunt viginti quatuor millia hominum.* Nonnisi plaga pepulit plagam, nec nisi clauus clauum eiecit; sed plaga ab homine inflicta plagam sedauit, quæ à Numine infligebatur, quasi in aëre medio gladius Dominicus obstupuisset, pugionem hominis veneratus. Nónne fœdus sacrificij est, plectentis Dei aciem in vaginá reducere? Cur cessauit quassatio scorto transfixo? Quoniam geminum animal vno ictu sacrificauit Phinees, duplexque holocausti meritum in simplici oblatione perfecit. Si sic sacerdotij scientiam adeptus Pontificiasque artes percalluit, qui non ambidexter, sed vna dextera holocaustum in sanguine duplicauit, omnem sibi sacerdotij scholam præripuit, & in clementis furoris, clementissimæ dignitatis magisterium accepit. Attende quod sequitur v. 11. *Quia zelo meo* Num.25.11
commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum. Quid contrarius paci, quàm furor? Quid quàm seueritas lenitati? Cur pace muneratur punitor, & cruentus oleo sacerdotij perungitur. Pacem sacerdotium vocauit, & bellatorem eximium ad placidam templi quietem deuouit, nulla quippe est mansuetudo celebrior, quàm quæ irascitur in flagitia. Opportunum fuit præmium, vt qui a plectentis Dei manu supplicium arripuit, pacem auulsisset ab altera pro merito exoneratæ iustitiæ: non enim nisi pace poterat munerari, qui ablato rigore, nihil nisi tranquillitatem à Dominicis reliquerat manibus. Obserua illud: *Quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo.* Amat Deus, leuari à punitionis officio, inueniréque hominem in quo castigationis onus deponat, ne ipse in creaturas exardeat, sed Dei vice castigator suffectus. Cur vtrobique zelus Domini nuncupatur? *zelo meo commotus est, vt non ipse delerem in zelo meo.* Ne zelus suus, quasi nondum exequutus vindictam, puniret iterum punitos ab homine; cui puniendi præstitit manum, vtique præstitisse fatetur & zelum; vt portionem Dei habuisse credatur, qui pro Deo vlciscitur peccatores. Qualis Leuitica sacerdotalisque dignitas portio Domini est, sic & manus legitime delicta in Dominum vindicantis.

Saul irreligiosè officium vsurpauerat religionis, & per inobedientiæ semitam non est veritus peruenire ad altare. Quasi sacerdotij initiatio, non punitio reorum, sed nefaria venia fuisset, iniquè pepercit Agag, vt de mansuetudine sacrificium offerret 1. Reg. 15. vers. 9. *Et* 71. 1.Reg.15
pepercit Saül & populus Agag & optimis gregibus ouium, & armentorum. Iniquâ clementiâ ratus Pontificium promeruisse fastigium; illicò se intrudit altari, Samuelis dignitatem furatus vers. 12. *Venit ergo Samuel ad Saül, &* 1.Reg.15 12.
Saül offerebat holocaustum Domino de initiis prædarum, quæ attulerat ex Amalec. O peruersitas sacerdotij insolentis! de iussis occidi ad vindictam, sacrificat ad pietatem; vnde iniquior, qui debebant vltioni, venerabiles infecit aras; in vtroque nequam, & quia iniquè pepercit, & quia de iniquitate obtulit sacrificium. Se sacerdotem non esse fassus est, ipsomet cultro, quo vetitam indultamque victimam trucidabat; nec esse Pontificem potuit fallere, qui per indulgentiam flagitiosi Regis & prædæ, vsum sacerdotij præsumpsit. Quid tunc Samuël? v.32. *Adducite ad me Agag Regem Amalec. Et in frusta concidit eum Samuel corá Domino in Galgalis.*

Aduersas

Aduerſas conſiderat Sacerdotis & Regis actiones. Saül ſacrificat, Samuël caſtigat: ille ad Dei lenimen armenta fert, hic hominem iugulat ad vltionem. Sic oportuit, vt Samuël verus appareret Sacerdos, & Saül vt falſus Rex crudeliter benignus in ſontes, cùm ſacrificat, nihil agit, nec ſactum facit, cum patrat iniquum, Sacerdos, cum pie & benignè cum ſceleris peccatorum diſcerpit, in ſe Sacerdotij dignitatem concludit. Ne à ſacrificando Samuël deſiſteret, ereptámque à Rege perderet poſſeſſionem, ſacrificij munus in peccatore iugulando continuat, cùm eiuſdem generis ſit offerre victimam pro peccato, & pro victima peccantem offerre. Inde in fruſtra coram Domino conciſus Agag, more pecudum, quæ in altari Domino victimantur, Quin & præmittitur verſ. 32. *Et oblatus eſt ei Agag pinguiſſimus & tremens.* Nonniſi pingues oues, bouéſque nitentes deuouentur in aris; non tam à metu, quàm ab adipe pingui tremebat, cui caro ſaginata abundantiá pinguedinis palpitabat.

Vbi in deligendis ad officia Miniſtris, Reipublicæ peruertitur ordo, certiſſima Regni clades impendet.

SECTIO XII.

72. EVERTENDÆ Reipublicæ certiſſimum omen eſt Republica inuerſa, officia non ſine delectu quidem, ſed & contra delectum & ordinem conſignata: cùm elementorum imperij mutatur ſitus, ſyderúmque ſtationes tumultuario congreſſu à ſuis ſitibus euelluntur. Si qui litterariam ſcholam ab vnguiculis frequentauit, incubuítque codicibus, bella tractet, phalanges digerat, & ad conferenda ſigna, pacifica ſtudia reducat: qui ſub caſtris & diuo hyemes numerauit & æſtus, ſubeat conſulatus prætextam: qui virile robur ſub Venere & cincinnis conſumpſit, armis ſenectutem deuoueat: qui magis noctibus vixit, quàm lucibus, & incubium tenebrarum ad Amaſiæ limina fatigauit, ſe ſuffragiis ingerat & comitiis: qui paupertatis monaſticæ profeſſione tenetur, locupletandi fiſci pateat ingenia, nouorúmque vectigalium quæſitor fiat, populique querelas ambitionis clypeo retundat. Mundus gubernationis diruitur, ſi lenitas & labilitas aquæ in terræ proximæ grauitatem ſolidari contendat, ſi terræ pondus innaſcat in ventum, ſi aëris frigiditas incendi conetur in ignem, infera attigantur in ſupera, ſuperáque vergant in ima.

73. Ordinem nuncupauit, qui orbem: ſi itur in incertum, certiſſima clades eſt. Aut Deus naturæ patitur, aut machina mundi ſubuertitur, cùm ſerui dominantur, Dominus ſeruit, gradiuntur ſcopuli, & qui cuncta permeat, figitur Deus; peragit nox miniſteria diurna, ſol in meridiana luceâ ultoris præſulatu quieſcit, vita è monumentis aſſurgit, mórſque in vitæ fontem incurrit. Domino occumbente in patibulo, Lucæ 23. verſ. 45. *Obſcuratus eſt ſol.* Matthæi 27. verſ. 51. *Terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt.* Cur ſic à ſtabili cardine natura diſcinditur, & velut in

Lucæ 23. 45.
Matth. 27.

priſtinum chaos elementa funduntur? Quoniam ciuilis gubernationis dilutus ordo: confuſionis turbine, orbis conſuetudinem diſſipauit, ſub hominis manu patitur Deus, Iudex condemnatur à reo, à mortali carnifice vita defungitur, innocens plectitur peccatore abſoluto, Dominus omnium latronibus aſſociatur, diem obit æternitas, ne inuicta fortitudo infirmetur. Ergo à præſentiſſima ſtrage diſtaret augurium, diſſoluto officiorum tenore illicò natura diſſoluitur.

Cur in nouiſſima dei, munitiſſimum rerum ſtatum hæc ipſa ſigna, concentúmque vniuerſitatis diſturbant. Matth. 24 verſ. 28 *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum & ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur, & tunc parebit ſignum filij hominis in cælo, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maieſtate.* En rerum inuerſio. Sol, cui ſolùm lux eſt pro gubernatione dierum, tenebrarum viciſſitudine commiſcetur: ſtellæ cadunt, quibus nomen à ſtando; ſoliditas virtutum mouetur, quibus eſt indoles firmitudo. Cur ſi putas naturæ ſic mutata conditio? Quoniam filius hominis, qui ideo homo, quia lenis & mitis, damnatorium induit rigorem, humanitatiſque aſſumptas blanditias exaſperat in ſupplicium, & qui venerat aduocatus, Iudex accedit. Dirimitur vtrobique natura, & cum in crucem agitur, quem aliena ſcelera plectunt, clemens & blandus? & cùm iuſtè in tribunalis ſolium aſſidetur, vltricia fulmina quatiens, cui natura benignitas eſt. 74.

Matth. 24. 28.

O miſer Holofernis exercitus, infauſtaque caſtra, quàm citò de fortuna peribitis, quoniam ordo gubernationis confunditur: fœmina de rebus bellicis conſulit, Dux de fœmineis tractat amplexibus; hæc militiæ ſuggerit artes; ille amoris, mulier vincendi documenta prætendit; lenonij munus Imperator vſurpat. Quid tibi cum auribus, vt à puella docearis maleſuade Dux, cui ſolas manus ad conterendos hoſtes dederat præliatoris officium? Verſ. 4. *Sume verba ancillæ tuæ: quoniam ſi ſecutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.* Egregia profectò res, perfecta ſors, ſtrages, diſſipatio, & euerſio. Si fœmina aſſueta fuſo, de lanificióque emerita, in conſilium belli admonitura ſubintrat, Præſéſque non pugnæ leges, artéſque rogat; ſed fœminæ aſſenſum, vt illecebroſæ pacificæque voluptati ſuccumbat, qualem prælij expectabis euentum? Perfectam equidem populo fortunam ſpondent adminiſtri ſupremi, qui ad comitia belli ſeu iuuenes cincinnatos accerſunt, ſeu forenſium cauſarum quæſtores; nec præliarem ſenatum decurionibus & Ducibus implent, ſed iuriſperitis, & vrbanis prætoribus, qui nec claſſici ſonitum audiere, ſemperque pernoctarunt ſub tecto, nec caſſide caput adornarunt, ſed pilo; quibus lenitudinem manuum non ancipites gladij, ſed molles chirothecæ defendunt. Bene de naualibus claſſibus conſultabunt, qui nonniſi pictas in linteo conſpexere triremes, ventorumque diſciplinam ſub cubiculi ſerenitate agnouerunt, & de hiſtoriarum mari, quas euoluunt in lecto, ſe naucleros eſſe præſumunt. 75.

David 2. Reg. 11. verſ. 1. *Eo tempore quo ſolent* 76.

2. Reg. 11. 1. *Reges ad bella procedere, misit Ioab & seruos suos cum eo, & vastauerunt filios Ammon.* Si anni reuoluta tempestas Regem extorquebat ab aula, vt impetum faceret, belláque tractaret; cur missis famulis, intra stragulas remanet & aulæa? serui domestica tractent, nonnisi publica Rex.
2. Reg. 11. 2. Vide quid accidat vers. 2. *Accidit vt surgeret Dauid de strato suo post meridiem, & deambularet in solario domus Regiæ, viditque mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum. Missis itaque Dauid nuntijs tulit eam.* Cur obseruatum est tempus, in quo acciderit Regis scelus enerue, nempe quo solent Reges ad bella procedere? Si processit ad fœminam, qui debebat ad bellum, actum erit de regno, cui illecebra consiliatrix accessit. Vices Reipublicæ dissipauit, qui temporis vices confudit, Martísque campum commutauit in Veneris. Libata coniuge accersiuit maritum, militémque reduxit à bello, cui
2. Reg. 11. 6. inquit vers. 8. *Vade in domum tuam & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo Regis, sequutúsque est eum cibus Regius. Dormiuit autem Vrias ante portam domus Regiæ, & non descendit ad domum suam.* O domus Vriæ pernicies, dum militis mutata conditio! Bellatoris pedes melius puluis lauat, quàm aqua; ex hordeo victitat, non ex ferculi Regij mollitie. Qui militem vt maritum ageret, conabatur, durúmque pauimentum in thalami mutare blanditias, mortis ei præsagiuit augurium. Sed & regni clades impendet, Rex cubat, militat seruus; hic in suam domum ire recusat, ille & in alienam mittit amplexus; alter papiliones amat castrenses, & adulterium reputat cubare cum sua, alter connubium sibi parat de aliena, quid supperet innocenti populo nisi excidium, si sic demutantur officia?

77. Hic ipse Dauid Sacerdotis annonam ad laici suspicit alimentum, & à Sacerdote, qui militis
1. Reg. 21. 8. est, solicitat gladium. 1. Reg. 21. vers. 6. *Dedit ergo ei Sacerdos sanctificatum panem, nec enim erat ibi panis, nisi tantùm panis propositionis.* Famelicus Dauid non veretur panibus vesci, quos perfuderat sanctitas in Sacerdotale alimentum. Sic cibatus de altari, arma exposcit à mitissimo Sacerdote vers. 8. *Dixit Dauid ad Achimelech: Si habes hic ad manum hastam aut gladium.* Tunc ille: *Ecce hic gladius Goliath est inuolutus pallio post Ephod; si istum vis tollere, tolle.* Ergóne Episcopus cui nulla sit de redditibus sæcularibus sors, lanceas suppeditet, & de Ecclesiastica pace fiat armamentum? Laicalis fames de sanctuarij panibus saginetur, escáque Sacerdotij suppetat sæcularium annonæ; pendat clericus arma in tributum, sanctósque cibos comedat popularis? Inuersa res est, vtique perniciem protendet; vel Achimelech occidetur, vel dispendium regnum incurret. Sic cōtingit, Sacerdotes trucidāte Saüle
1. Reg. 22. 18. per Doeg Idumæi sacrilegam manum c. 22. v. 18. *Conuersúsque Doeg Idumæus, irruit in Sacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo, Nobe autem ciuitatem Sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres & paruulos & lactantes, bouémque & asinum, & ouem in ore gladij.* Quid dignitas Sacerdotalis deliquit, quæ stragem flebilem passa est? Gladium pendere petenti Dauidi, nulla quidem fuit culpa, sed ordo confusus. Gladium, quem Pontifex è pallij sancti inuolucro deuoluit, per media præcordia restitutum recepit; quippe qui Sacerdotalem pacem oblato ad cædem pugione diremit, pánemque sacrum laico manducabilem fecit: & ieiunus & cruentus occubuit. Desiue cuique quod suum est, quisquis Rempublicam moderaris; ne si ordines turbine confusionis immisceas, inordinatam cladem patiaris.

Absolon gestiens paterno diademate redimiri, 78.
temporáque ante tempus, superstite genitore, præcocibus insignibus decorare, naturalis ciuilísque legis ordinem demutauit, hæreditatem regni, nondum defuncto testatore, præsumens. Quale in impium perduellionem supplicium? Quòd ab ipsis capillis, quos præproperâ coronâ circumdare satagebat, subeat suspendium. 2. Reg. 18. 9. *Cúmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui; & illo suspenso inter cælum & terram, mulus, cui insederat, pertransiuit.* Cur punicea coma pro fune fuit, pro patibulo quercus, pro scala mulus? Non his officiis crines, nemus, & brutum destinauit natura; sed decori capitis pulchritudini & vbertati regionis, equitísque vectaculo. Didicit ab inordinato iuuene ordinem inuertisse, fecitque pereundi instrumenta, quæ erant salutis. Quin & miles suspenso adolescenti parcebat, Dux non pepercit, cùm Duci, non militi Absalonis columitas iussa fuisset: sic enim miles qui viderat, ad Ioab respondit v. 12. *Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis: audientibus enim nobis præcepit Rex tibi, & Abisaï, & Ethaï dicens: Custodite mihi puerum Absalon.* At Ioab triplici lancea pendulum à quercu confodit. Cur non sibi imperatis obedit miles, Dux inobediens iussa contemnit? Præposteræ quidem actiones, sed ob vindictam inordinati iuuenis commutatæ, vt qui Principatus orbem à suis cardinibus auellebat, vt dominarentur infima summis, gubernaculo rationis turbato; inter cælum plecteretur & terram; & antequam caderet, esset cadauer. Quantumuis Rex ipse geniti pignoris salutem procuret; impotens est ad vetandam filij perniciem, quam confusio Reipublicæ protendebat. Aduersus decreta Regis pugnatur, quia aduersus genitoris sceptrum filius pugnabat.

[margin: 2. Reg. 18. 9.; 2. Reg. 18. 12.]

Nec tædeat aliud miseræ cladis prognosticum 79.
auscultare. Absalon consiliatorum accersiuit senatum, qui de regni proditione consulerent. Suggerit consilium Achitophel. 2. Reg. 16. v. 21. *Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiēdam domum: vt cum audierit omnis Israel, quòd fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum.* O egregium pharmacum ad robur manibus conciliandum, obdurandósque neruos, cum pellicibus eneruari, & ad virilem fortitudinem in muliebria membra transire. Anne gladiatoriam meditabatur arenam, qui sic oleo voluptatis perungitur, nec ad præliarem puluerem puluere aspergitur, sed per propudiosi thalami disciplinam eruditur ad campum? Peruersa nimis asperitatis bellicæ dispositio blandimentum Veneris est. Sed bene consiliator aduertit, aduersas semitas officiáque contraria adolescentem stolidum edocere, qui per furtinas perduellionis ambages Principatum arripere conabatur. Iustè capillorum pulchritudine strangulatur, de quibus fœmineus comabatur ornatus, qui per fœminarum illecebras ad virile regnum peruenire tentauit.

[margin: 2. Reg. 16. 21.]

Vers. 5.

Verſ. 5. Viuit enim Nabuchodonoſor Rex terræ, & viuit virtus eius, quæ eſt in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non ſolùm homines ſeruiunt illi per te, ſed & beſtiæ agri obtemperant illi.

Principum vita de officioſa, viuidáque Miniſtrorum animoſitate probatur.

SECTIO XIII.

80. ADMINISTRORVM claritas in Regis claritatem refunditur, vitáque Principis vacua luminis obſcuratur, ſi inſtrumenta regiminis tenebreſcant. A corde in meditullio hominis conſtituto vitales ſpiritus membra deriuant: ſi brachia, pedéſque & crura paralyſi obſtupeant, corpúſque cæterum abſque neruorum vſu langueſcat, eſto vita in pectore ſit, cor indicio cadaueris infamatur. Imperij membra dixeris adminiſtros, Principem cor: ſi illos apoplexis conſtrinxerit, etſi diem ſuum Rex non obierit, obiiſſe cenſetur. Operaria vita Principis eſt, cui manu ſtupent, mortuo ſimilis in feretro purpureo ſuſtollitur. Venite ó vos, qui regna tenetis, multos annos imperij conſecratio precatur: ætas veſtra in arbitrio eſt, ſub electionem ſæcula veniunt; ſi duratura membra eligitis, cùm miniſtros Solis Regibus fatum concedit, ne fato concedant, vitáque defungantur caduca, dum quot viuentes Reipublicæ functionibus decreuerint adminiſtros, tot ſibi ſæcula congerunt ad viuendum. Quotidie cauſam viuendi finit, qui de iniquitatis morte parat ſibi cauſidicos & prætores. Reipublicæ orbis Rege & Magiſtratibus conſtans, reciprocis influxibus viuit, alternatim durant Magiſtratus à Rege, & à Magiſtratibus Rex. Si proceres ſani non ſunt, de ægritudine aliena Princeps ægrotat; quæque pars decedat, moritur vniuerſitas.

81. Benè Iuditha indolem percallebat imperij, quæ de Holofernis virtute Nabuchodonoſoris vitam agnouit, verſ. 5. *Viuit enim Nabuchodonoſor Rex terræ, & viuit virtus eius, quæ eſt in te ad correptionem omnium animarum errantium.* Si dixerat, Nabuchodonoſorem viuere, cur in probanda vita ſuperfluit, & de Ducis virtute exhibet argumentum? Virtus præbet teſtimonium vigoris, &, ſicut nitor lucis, vitæ eſt appendix. Nomine tenus viueret Rex, niſi vitæ res ageretur in Duce. Anima imperij magis eſt in manibus, quàm in capite; quippe quæ inertiam otij non patitur, nec ſi non agat, eſt. En ſupra phyſicas leges miraculum. Vitalis forma, qua Princeps vegetatur & conſtat, in alieno corpore viget, & amantium more magis eſt in eo, quem armat ad clientelam imperij, quàm in eo quem animat ad ſubſtantiam.

82. Vita Dei ſuopremet fonte indiuiſam irrigat Deitatem, & ne à duratione diſtaret, ipſamet æternitas eſt; & tamen vt Verbum, in quo vita erat, ſe hominibus de viuo probaret, viuentem adminiſtrum elegit, qui teſtimonium de vitali
Io. 1. lumine perhiberet. Conſule Euangeliſtam. *In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Expende ſucceſſionem verborum. Si vita lux erat, & in medio tenebrarum expanſa, cur indiguit hominis teſtimonio, quàm ipſæmet tenebræ teſtarentur; nec obſcuris characteribus ſubſignatione, vitalis lucis pelagus à geniti Verbi fonte manere. Non ſat eſt quòd in ipſo ſit vita, opis præſidiatæ non indiga? Non ſat quòd colluceat in tenebris? Adeò boni adminiſtri vitalia officia fauent ad manifeſtandam Principis vitam, vt & vitam Dei, quam teſtantes tenebræ non comprehendunt, nonniſi boni miniſtri teſtimonio recipiant.

Ioannis quidem vita priùs oſtenſa fuit, quàm omnium mortalium; quos materna vulua, antequam ad lucem educat, menſtruis detinet tarditatibus. Clamat Eliſabeth. Luc. 1. verſ. 44. *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Cur ex inquietudine fœtus Verbum Dei genitum in vtero contribulis agnouit? Quoniam ſui infantis præpropera vita index erat, in viſceribus matris, Verbi viuentis. A vita miniſtri, diuini Principis vitam percalluit, humanéque Deum genitum penetrauit à vitalibus ſaltibus geniti tunc tij. Cur Ioanni tantæ vitæ contigit amplitudo, vt & in genitalis vuluæ tenebris ſentiretur, natique præbuiſſet indicium, antequam puerperij tempus veniret? Quoniam vitæ, quæ in tenebris lucet, teſtimonium erat exhibiturus, plurimum vitæ præoccupauit ſpatium, vt citius vixiſſe conſtaret, ob quem prima æternitatis vita hominibus appareret. 83. Luc. 1. 44.

84. Parum hoc. Imò vita Verbi, quâ geniti à Patre, quaſi Sanctorum miniſtrorum reflexis lucibus comitata, genitale lumen aſſumit. Pſal. 109. v. 3. *Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus Sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te.* Erant ne ſplendores Sanctorum, quos in tempore creatrix omnipotentia ad vitam naturalem eduxit, & ad ſupernaturalem gratia benigna; cùm antequam vniuerſitas artificis manu decornata prodiret, iam integra æternitas diuinam ſobolem commendabat, quam vteri ſplendentis fœcunditas genitori æqualem genuerat? Quale elogium vitæ diuinæ, quæ in filij generatione, vberíque lucis fonte probatur; de temporali Sanctorum ſplendore depingi, cui infinita vitalitas à Patre luminum ſuppetebat? Tam generoſus eſt vigor, quem ſupremo Domino boni miniſtri perfundunt, vt etiamſi nondum extiterint, nec niſi poſt æternitatem aduenerint, in vitale ſpeculum Verbi reuibratas ſuorum meritorum luces remiſiſſe videantur, vitámque generationis diuinæ præmiſſis ſplendoribus probaſſe, non quod indigeat ſinus Paternus extraneo calore foueri, ſed quod adeò miniſtrorum officia vitæ Principis inſeruire putentur, vt & cœleſtis Regis æterna infinitáque generatio ab his abiectis nitoribus inſeruiri non renuat. Quod qui Theologicè noueris, abſque reluctantia ſerbetis, ſiquidem Verbum Dei ex cognitione creaturarum proceſſit. Quid quòd in ſplendoribus Sanctorum genitum aſſeratur, immortalique luci profuiſſe mortales; non tanquam generationis principia, ſed vt cognitionis obiecta. Videns quippe ſuperus Genitor Sanctorum nondum exiſtentium nitorem, quamuis ab illo Pſal. 109. 3.

vterus fœcundissimus non pendebat, nitidæ diuinæque generationis laudem reflexo iubari adscribere non erubuit, ratus esse Principis gloriam, quam ministri lucidi gestant.

85. Expetit Elisæus à Magistro 4. Reg. 2. vers. 9.
4 Reg. 2. 9. *Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit.* Quid visio proderit abeuntis, vt geminetur spiritus in ministro? Quoniam oculi seruorum in manibus dominorum suorum sunt: vt seruus adhuc recedentis Eliæ probaretur, oculorum indixit officia: quod si seruus manet, in eo Principis spiritus remanebit, ac proinde geminus, nempe & quo Princeps viuat in seruo, & quo seruus de vitali Principis vixerit abundantia. Elias in Elisæo superstes, etsi toto cælo discesserit, perseuerat, duplicémque vitam in officioso Discipulo monstrat, hæréśque sui sibimet abeunti succedit, nec tantùm de curru ignei flammis vitalibus, Phœnicis more, vegetam renouat durationem, sed & meliore nouiter viuendi instrumento vitam, quàm in cælestis religionis situm transfudit, viuidiorem in ministro reliquit. Vide si contigit promissionis cupita sors. Vix Elias rapitur in cælestia, cùm vt Iordanis finderet vndas, reliquiis
4. Reg 2. 14. Eliæ vtitur Elisæus, vers. 14. *Et pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisæ & dixit: Vbi est Deus Eliæ etiam nunc? Percussitque aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc, & transiit Elisæus.* Cur ad primum tactum rebellis liquor obriguit, nec semitam vestigiis permisit, vt puluerulento gradu per siccum Discipulus graderetur? Erat quidem inanime pallium, & vitalitatis extorre, donec Eliæ nomine imbutum vitam reproduceret abeuntis. Ne vndæ absentem credidissent Eliam, cuius spiritus Discipulum infundebat, nomen explicuit, ne solus tranator fluuij Elisæus laticibus videretur, sed Elisæus pedibus, vita Elias. Remigio potentiæ flumen superauit vterque, minister corpore, Princeps spiritu, quem geminum esse monstrauit, viuerẽque, qui loquitur, de quo loquitur; nec fefellit vndas, quæ duobus obsequuntur in vno; quippe qui per ignem abscesserat, per aquam in Discipulo rediit.

Suprema Regiæ gubernationis est ars, in qua diuina imago resplendet, ferina bruta humana lenitate coercere.

SECTIO XIV.

86. OMNE tulit punctum regiminis, qui irrationalia bruta sub rationis gubernaculum trahit. Homines regere parum est, maximum gubernare iumenta. Sub chamo coërcere maxillas, rictúsque ferarum disciplina fræni concludere, extrema Imperatoris ars est. Ne tibi de rectoris gloria blandiaris, quod docilem populum moderaris; nisi immites bestias cicures, & barbaros mores ad virtutis caulam reducas, insanum sine verbere cures, sine cæde furentem, sine accusationis tumultu lasciuum, & feras reliquas sine iaculo, nondum imperandi calluisti solertiam. Quod non cæsa cedant animalia ferocia, artis est, non potentiæ, imò magis potentiæ, quæ ab arte sumpsit roboris incrementa. Non impetus, sed industria prodest: quid quòd leonem cœperis, si captus vlciscitur venationem? non posuit furorem in cauea, adhuc leo est: nisi discas impunis tractare iubas, vnguésque digitis resecare, capieris à capto. Ergo supremi Magisterij est, vt colatis à discolis, regiminis culturam impendere. Captare auiculas, & sub arundineo carcere detinere, vel pueri nouerunt: simplicium est simplicitatis aucupium. Tygridem aut Vrsum mansuetudinem edocere, in circum & è circo reducere, viris, non pusionibus datur. Frementium bestiarum syluam, quisquis moderaris regnum, ingrederis; non rationis eruditæ habebis elogium, si edoceas cuniculos in domestica pace ludere cum infante; nisi, non fatigatâ syluâ, nec regni dispendio, feras fatiges, & ad rationis normam erudias.

Commendat Holefernem Iuditha, v. 5. *Quo-* 87.
niam non solum homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi. Multúmne quod obtemperent bestiæ, quas ad seruitium hominis natura profudit? Multùm. Scientiarum scientia est dissimiles indoles, & inter se contrariis vigoribus inimicas sub rationabilis obsequij manum deducere, vigeréque in vniuersitatis concentum voces extremas, Genes. 1. v. 26. *Faciamus* Gen 1.26.
hominem ad imaginem & similitudinem nostram; & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs, vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Cur cum Dei imagine, similitudinéque coniunxit præsulatum in bestias, & in immitia animalia regimen mite? Quoniam tunc cælestis imaginis viuida lineamenta resplendent, intellectualísque naturæ signaculum verum, si ratione irrationalia curentur, & de Deitatis portione in feras Principatus conualeat. Vix homo deliquit, cùm amisit imperium, serpentísque à fœminæ pedibus conculcata hostiles reproduxit insidias: abiit cum imagine, Principatus: idem fuit similitudinem perdidisse & dominium.

Cur leonum efferа & famelica turba, Dane- 88.
lis in cauea lambit vestigia? Quoniam Deum verebatur in Vate. Ausculta Barbari testimonium, Danielis 6. vers. 6. *In vniuerso imperio &* Dan. 6. 6.
regno meo tremiscant & paueant Deum Danielis. Ipse est enim viuens Deus, & æternus in sæcula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in æternum, qui liberauit Danielem de lacu leonum. Vnde Deum à columitate Vatis agnouit? Ex imagine in prototypum peruolauit: vidit in Danielis figura Altissimi Numinis fila expressa, quippe ad quæ feræ ingenitam nudauere sæuitiem, pristinúmque hominis imperium coluere, qui ad Dei imaginem fictus, Principatus habenas sumpserat in leones. Inde Dei regnum deuotione procliui fassus est Barbarus, nec solùm vt Deum, sed vt stabilem Regem agnouit, qui ferocia animalia sub dominationis cauea coërcet, nec domat impetu, sed industria.

Alter Domini Vates impetitur à leone dum 89.
per viam pergeret, & occiditur. 3. Reg. 13. v. 24. 3. Reg. 13. 24.
Qui cum abijsset, inuenit eum leo in via, & occidit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer. Quid est quòd Domini Prophetam interimat, qui iumento pepercit? Quid quòd iuxta cadaueris escam ieiunet, quam ad alimentum vngues condierant? Non famis fuit, hominem occi-

diſſe, quem ſicco ſtomacho, manibúſque liquentibus conſpicit. Amiſſa Prophetæ figura feram prouocauit ad cædem. Imaginem Dei, quàm ipſe in primigenij limi indiderat obedientiam, inobedientia Vatis abraſerat. Excuſſit leo iugum imperij, homínique abnegauit dominium, à quo Dei ſimilitudo receſſerat. Inde in cadauer & iumentum non audet; quippe in quibus nulla Dei ſimilitudo præceſſerat, nec potuit liturata videri, quàm Creator non ingeſſerat, cùm creauit.

90. Vt David artes didiciſſet regendi, ſtabiliſque regni ebiberet diſciplinam, inter vrſos inſtruitur & leones. 1. Reg. 17. verſ. 34. *Veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebámque de ore eorum: & illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam interficiebámque eos* En areua ferarum Principatus ſchola. Qui ad imperium inaugurabatur æternum, agreſti imbuitur tyrocinio, ferinaque documenta capeſſit vir iuxta cor Dei efformatus adulam. Sed cur feras occidebat imperij tyro? Praue domat populum, qui interimit populares. Inò iuuenis demirare moleſtiam. Solùm rapinam eruebat ab ore, gregiſque furtum induſtria à rictibus redimebat, donec feræ rebelles in ſuum Præſulem inſurrexiſſent. Tunc occiſione plectebat audaciam, quas Dei imago in homine non domuerat. Sacrilegioſi piaculi leonem condemnauit & vrſum, vt perduelliones imperij, quippe qui iuuenis pacatam induſtriam rebellione ingratitudinis laceſſierant. E corde Dei eructatur ſapientia. Verbum nempe diuinum, quod qua intellectuale eſt, rationiſque fons regnum obtinet creaturarum. Huius cordis viuam ſimilitudinem David hauſerat, vt & Filius Altiſſimi ab eius ſtirpe produet, & æterni regni hæreditatem acciperet. Ergo immite dira animalia in Davidem conſurgere non verentur, iuſtéque ab eius ſuffocantur vigore; vt oſcularentur imperij virgam; quàm diuinæ imaginis vmbra beabat.

91. Nabuchodonoſor proteruæ ſtoliditate regnabat, regiminis inſcius, qui regnatori Deo poſſitentem non vertebat. Minatur Dominus, Danielis 4. verſ. 22. *Eiciam te ab hominibus, & cum beſtijs vbique erit habitatio tua, & fœnum vt bos comedes, donec ſcias, quod dominetur excelſus ſuper regnum hominum, & cuicumque voluerit; det illud.* Quid intererit ad diuini regni agnitionem, quod in bruti figuram homo degeneret? Numinis imperium fatebitur ſub bouina pelle, oculis in gramina inuerſis, & rationis deportatus ab vſu, qui rationis compos Altiſſimum Regem ignorat. Tunc cæleſtis imperij ſuauem & fortem inſolem penetrabit, cùm deficiens ab homine rugiat, vt bos, è brutorum annona comedat fœnum. Quippe ingenium diuini regiminis tunc ſuadetur, cùm irrationalia gubernare conſpicitur. Sic contigit: Humana cutis in bubulcam durator, creſcunt capilli, hiſpida aſperatur ſpecies, túncque, verſ. 31 *Poſt finem dierum ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cælum leuaui, & ſenſus meus redditus eſt mihi: & Altiſſimo benedixi & viuentem in ſempiternum laudaui, quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna, & regnum eius in generationem, & generationem.* Miſſum oculorum collyrium ad ... animi repurgandam in irrationalis bruti formam deſteterc. Qui æterni regni ignorabat maieſtatem ſupernam, vt homo; penetrauit vt

bos, qui agnouit poſſeſſorem ſuum, incepitque laudare rectorem, qui ſic animalia gubernat, ferocſque hominum mores tam blandimento circurat. Inde Nabuchodonoſor, poſtquam ſeptem tempora ſub bouino corio tranſegit, & cum beſtijs agri numerum egit, iterum in regnum adſciscitur, benè iam gubernationis gnarus, qui ſub bruti figura brutorum indoles percallebat, & ex iis, quæ paſſus eſt, didicit obedientiam, & feritatis naturis dominationis iugum imponere.

Cui gloriæ Dominicæ currum non ſolùm homo, ſed & aquila, bos, & leo amica iugalitate per campum vniuerſitatis vehunt, & hæc animalia pennis Angelicis decorantur, ſimilúmque paſſuum tenore gradiuntur? Non Aquilæ rapacitas, vigorque nimius ad petenda faſtigia cum lentitudine bouis, & ad terrenas glebas verſandas officioſis obſequijs, aduerſis conditionibus contendebat; non leonis impexa ferocitas cum manſueta hominis comitate: eadem ſemita, abſonoque pedum concentu ab illis quadriga Domini terebitur; En regni paradigma glorioſum, regiminiſque ſapientis idea, aduerſas animalium ſub vnius virgæ ductum componere, compirimitéque naturas, vt in maieſtatis ferculo Imperator optimus baiuletur, ſub cuius manum, commilitone leone, hilaris bos ad onus Principatus non gemat, nec tardum hominis currum pigeat velocem aquilam expectare. Sed & omnibus alæ cherubicæ ſuppetunt ad volandum, intellectualéſque pennæ circumdant: quoniam in Angelorum curiam tranſitur, intelligentiúmque ſpirituum nobile contubernium, cum homo & bruta, nempe iuſti & rationis extorres, optimi Principis diriguntur induſtria. 92.

Contendit iniquus etiam iuſtorum dotibus honorari, vt virtutis & vitij compar ſit ſors.

SECTIO XV.

PRIVILEGIA innocentiæ contendit iniquitas vſurpare, nec niſi tributa ſanctitatis præſumat, ſatis ſe iudicat locupletem. Parum eſt improbitati ſuperbi, ad menſæ vectigalia pelagi receſſus vrgere, ſyluas fatigare ad coquinam, vermiculos ad veſtium colorem, terræque præcordia, vt de aureis venis pretioſum ſibi ſuccum deuoueat, quæ ſunt communia bona reprobis & electis; ſed & ſtipendia virtutis, iuſtitiæque dotes ſibi nititur adrogare, ne ſit, vnus Lucifer, qui Altiſſimi ſimilitudinem, quæ propria filij eſt, montémque teſtamenti, qui debetur vniuerſitatis hæredi, ſacrilegâ ambitione ſollicitet. 93.

Vt morem gereret arrogantiæ Holofernis ſagax prudéntque puella aures eius captatoriis verbis perungit, verſ. 7. *Viuit enim Nabuchodonoſor Rex terræ, & viuit virtus eius quæ eſt in te; quoniam non ſolùm homines ſeruiunt illi per te; ſed & beſtiæ agri obtemperant illi.* Quid ais, ô fœmina? Beſtiarum obedientia ſolùm innocentiæ debetur. Cùm placida temperies, nondum leuato Aquilone ſuperbiæ, inſontem hominẽ in amœno paradiſo perflabat, ei obtemperauere animalia, pignus ſub innocuæ virtutis, non potuiſſe feras nocere. Poſtquam rationis clauum amiſit, 94.

& malignitate contabuit, animaliũ inobedientiâ mulctatus eſt, qui Creatoris gloriá læſerat inobediens. Quid Barbarú palpas, & de adulatorio aſtu imponis Holoferni ſuperbo, quòd feræ truces, indomitæque belluæ ad eius docile curuentur obſequium, ferátque inſolentia tributum quod nonniſi penditur innocentiæ? Agnouit prudens fœmina, ſic inſanire potentes vt ſibi vindicent ornamenta virtutis, ſanctitatis fœnora, rectitudinis vectigalia. Hoc omnium iniquiſſimum eſt, cùm ſis iniquus, æquitatis tibi rapere iura; cùm ſis improbus, probitatis. Scit reprobus nonniſi iuſtis ſortem beatitudinis elargiendam; & tamen adeò inſanit gloriæ vellicatus prurito, vt flagitioſis meritis præmium ſibi iuſtorum, etiam ludicris allegationibus, applicare ſolicitat.

95. Matth.25.34. Matth.25.verſ. 34. electis dixerat Iudex: *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum: eſuriui enim & dediſtis mihi manducare*, &c. Responderunt illi: *Domine quando te vidimus eſurientem, & pauimus te*, &c. Quibus Dominus: *Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis*. Tunc reprobis ſententia damnationis incutitur: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum: eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare*, &c. At illi: *Quando te vidimus eſurientem aut ſitientem?* Quid replicas ſtolidiſſima improbitas? Quibus exceptionibus libellum accuſationis ſtudes eludere? Nonne iam audiiſti, cum iuſtorum fœliciſſima cauſa agebatur, in vno pauperculo Dominum inlatuiſſe, cui ſi laticem dediſſes ad potum, cubiculum ad hoſpitium, cum electis muneraueris ad vitam? Audierant quidem, nec vltra poterat ſuppetere quæſtio; ſed iuſtorum libertatem loquendi coram iudice æmulari contendunt, & quæ propria fuit innocentiæ, malignitati tribuere: quin & beatitudinem ſerò quidem inceperant exambire, non virtutis ſtudio, ſed vitio arrogantiæ. Ideò remorari geſtiunt tribunalis ſpatium, procacique petulantiâ non rubeſcunt replicare damnanti, ne diſpar iniqui ac electi honos vltimus videretur. Ab electorum linguis verba furantur, & quos tædebat in mortalitatis imitari laboribus, ad immortalitatis gloriam perfrictâ fronte ſatagunt æmulari.

96. Diues ille, quem purpura veſtiebat, & byſſus, adhuc in Orco, dum auaræ crudelitatis lueret pœnas, Lazari, cuius contubernium reprobauit in vita, vt parem ſitum ſortiretur cum iuſto, ad Abrahamum ſolicitas preces immittit

Luc.16.14. Luc.16.verſ.14. *Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aqua, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma*. Quid ambis ſerus pauperis concupitor? Proderítne incendij leuamini guttulæ aſperſio? Quid ſulphuris ardentis profluuio medicinæ ſtilla parabit, & inter Cocyti flammeas vndas tantillum humoris proficiet? Nullum profectò refrigerium tormento linguæ leniendo poſcebat, ſed quod deſcendente mendico æqualis vtrique locus contingeret. Quem à conſortio pepulerat diuitiarum, ſocietatémque laborum pertæſus, vacuum in veſtibulo deſerebat, ad æquam in ſupplicio ſortem vocabat: vt hac ſaltem fœlicitatis portione potiretur iniquitas, videlicet cum innocente cremari. Diriùs epulonem cruciabat inuidia, ardórque incendebat liuoris, quàm flamma ſupplicij. Lazaro commilitone gauderet, & in vſtione mendici propriæ pyræ ſeueritatem leniret. Cur ſolius linguæ meminit, potúmque requirit ex guttula? Vt participium beatitudinis ſortiretur iuſtorum, quos vnda recreat, non vt limpidum corpus lauent, ſed vt aquâ voluptatis potentur, iuxta illud

Pſalm. 35.verſ. 9. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te eſt fons vitæ*. Et Eccl.15.v.3. *Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum*. Et Iſaiæ 49. verſ. 10. *Ad fontes aquarum potabis eos*. Denique qui ſpreuerat pauperem, pauper fit, frigidique laticis hauſtum procurat, vt ad ſinum Abrahæ ob meritum mendicitatis aſſurgat, vbi ſpatioſum pauperibus patet hoſpitium. Scis illud Marc. 9. 40. *Quiſquis potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, non perdet mercedem ſuam*. Helluo diuitiarum, & dapum allicit Lazarum, vt aquæ frigidæ potum impendat, quaſi locus eſſet meriti Abrahæ ſinus, potuiſſétque concupiiſſe mercedem, qui iam integræ gloriæ pignore fruebatur. Diuitem iam Lazarum cogitauit; vt ſi quem egenum, flammarúmque conſortem videbat, abſque miſericordia repelleret, pari plecteretur ſupplicio; quippe qui aquæ frigidæ ſtillam, nedum calicem petenti pauperi non dediſſet. En artes miſeræ reproborum, vt in prærogatiuis iuſtitiæ cum innocentium ſorte conueniant. Pſ 35.9. Eccl.15.3. Iſai.49.10. Marc.9.40.

97. Iacob benedictionem promeritam ſub hœdinis pelliculis circumcluſos acceperat à parente. Audit Eſau & quem manus exhæreditauerat genitoris, atrocius arrodebat inuidia; & cum vnius tantùm ſit primigenium, ſtudebat efferus homo, illud ex mitiſſimi fratris ſubſtantia ſibi diuidere, vt ſaltem æquaretur cum iuſto, quem ſors legitima commendabat, Geneſ.27. verſ.36. *Numquid non reſeruaſti, ait, & mihi benedictionem?* Cui pater: *Dominum tuum illum conſtitui, frumento & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc, fili mi, vltra quid faciam?* Tunc ille: *Num vnam tantum benedictionem habes, pater? Mihi quoque obſecro vt benedicas*. Vt quid à negante importunus extorques, poſtquam vtraque manus leuata, ambidextrâ fortunâ totam in fratrem benedictionem effudit? Quid vacuæ manus intererit benedictio? Saltem nudam cæremoniam ambiebat, digitorúmque ludum, vt aliquantulum fraternæ aſſimularetur virtuti, nec Iacob de ſingularitate gauderet, ſed cum ſancti ſorte reprobus computaretur in numero. Gen.27.36.

Verſ. 6. Nuntiatur enim animi tui induſtria vniuerſis gentibus, & indicatum eſt omni ſæculo; quoniam tu ſolus bonus & potens es in omni regno eius, & diſciplina tua omnibus prouinciis prædicatur.

Strenuis meritis fœlicior eſſe ſolet opinio.
Nominis celebritas apud ſæculum illuſtriora facinora patrat, quam manus.

SECTIO XVI.

98. NOMINIS fama, plena merces eſt meritorum: ſine celebritate marcent facinora. Quantumuis honoribus, & diuitiis virtus operis

ris oneretur, nisi sonitus opinionis accedat, immemorata iacet in obscuritate silentij. Licet dormiat, cui elogiorum æstimata famigeratio successit, pro egregio opere somnus est; licet sub diuo vigilet qui hyemes fert, æstúsque strenuæ fortitudinis ardore refrigerat, si nomen ignoratur, [illegible] à merito. Plures contriuit hostes imp[illegible] rumor, quàm impetus, vox quam manus, vocabulum quam impulsus. Inanitas venti, quæ nominis crepitum tulit, ingenti pondere [illegible].

99. Admiratur Holofernem Iuditha *Non solùm homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperat illi. Nuntiatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni sæculo, quoniam tu solus bonus & potens es in omni regno eius; & disciplina tua omnibus prouincijs prædicatur.* Expende causam, cur etiam extranei homines seruient, iugumque docile animalia dura subierint: Quoniam nunciatur, indicatur, prædicatur industria, bonitas, disciplina, & potentia, non quia bonus est, sed quia dicitur; non quia industrius, sed quia indicatur; non quia potens, & præliaris artis magister, sed quia de his dotibus prædicatur in gentibus. Vmbra virtutis gloria est; & tamen qui adumbratam, seu vmbratilem gestant virtutem, virtutis corpus solùm sub vmbra inanis gloriæ depingunt. Quòd Holofernes euaserit in notitiam, optimus & potens habetur; strepitus dedit virtutem, quam mores nequissimi recusabant. O plena tenebrarum claritas hominum! solùm quia dicunt tenebras lucem, tenebræ pro luce æstimantur: plausus bullatæque laudes, nouarum sunt architectæ virtutum, & ex conflatorio famæ ad cultum gentium hæc prodeunt idola, & sine re euanida simulacra, quæ audiri satagunt, non videri, ne corporis fœditate conspecta, pereat adorantium religio.

100. 1.Reg.21. David fugerat à Saüle, séque ad Achis Regem Geth, vt ei opitularetur, receperat 1.Reg. 21.vers.11. *Dixerúntque serui Achis ad eum, cum vidissent David: Numquid non iste est David Rex terræ? Nonne huic cantabant per choros dicentes: Percussit Saül mille, & David decem millia? Posuit autem David sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis.* Cur Dauidis merita non recensent strenuitatem in bello, fortitudinem in certamine, qui gigantem pastoritiâ fundâ contriuit, Philisthinorum robora dissipauit, cum leonibus pugilatum victor exercuit, & de arena ferarum gladiatorium fecit gymnasium? Cur solùm à nominis claritate commendant, & de cantu fœminarum gloriosam opinionem recensent? Quid quòd eius celebritas sonoris fidibus caneretur, nisi laudis fidem efficeret iuuenis militaris industriæ? Meliori compendio retulere virtutes, dum chordarum sonitum pro suffragio dedere. Quod puellulæ cecinerint bellatorum, summa viri fortitudo putatur: vires aduenæ ampliori cumularunt elogio cum de muliebri cantilena probarunt. Cur timuit David à notitia sui, qui anteà tacito robore nó timebat? Ne à claritatis pondere premeretur, formidinémque, quam à nomine conceperat Rex, iactis in corpus deposuisset insidijs. Si sat fuit opinio, vt paueret Achis, nonne magis coram nominato, quàm coram nomine metuisset? Non æquat amplitudinem famæ cumulus meritorum? minor est præsentia, quàm rumor.

Certè Saül, qui non pluris Dauidis fortitudinem æstimauerat, eo quod gigantæi capitis trophæum in manibus victricibus attulisset, cœpit robur iuuenis inuidere, cùm cantum fœminarum audiuit 1. Reg. 18.vers.6. *Reuerteretur percusso Philisthæo David, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israël, cantantes, choròsque ducentes in occursum Saül Regis, in tympanis lætitiæ, & sistris: Percussit Saül mille, & David decem millia.* Obserua quòd non in occursum victoris, sed in obuiam Saülis egrediuntur mulieres, quasi ei concinerent Pæana triumphi; quippe militis victoria, Principis est. Et tamen irascitur, atteritúrque liuore Saül, dicens: *Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest nisi solùm regnum?* Nonne exsectæ venæ gigantis sanguine fluunt, manúsque Dauidis trophæi redundantia distillant; cur victoris non inuidet ad præsentiam, sed ad modulos sonantes torquetur? Quoniam multum creuerat, dum laudatur, & supra Dauidem victorem David celebratus attollitur. Grandior erat post elogium triumphus: habet quem timeat, non iam occisoris gigantis, sed gloriâ nominis muneratum. Inde dixit: *Dederunt David decem millia*, quasi non Dauidi dederat brachium? sed solùm obtulerat, quæ sola dedit claritas opinionis. Nondum hostem, qui in silentij latebris, vicit; cum vicisse canitur, plene vicit: quod manus incepit, lingua perficit: propria brachia parum patrocinantur victoriæ, nisi accesserit os alienum: ille dat inimicos, qui dicit. Cum nomen è vagina obscuritatis stringitur, plures apparet occidisse, quàm gladius. 101. 1.Reg.18.6.

Apocalyps.19.vers.16. *Et habet in vestimento & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus Dominantium.* Cur non in fronte, sed in femore nomen? Quia ibi gladius, Psalm.44.vers.4. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* Situs nominis gladij est; plures quam acie, sonitu necat: tot impetus, quot syllabas facit; citiùs per aures traijcit ad præcordia, quàm per latera ferrum. 102. Apoc.19.16. Ps.44.4.

Isaiæ 8.vers.3. *Voca nomen eius: Accelera spolia detrahere: Festina prædari. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum.* Vt celerior esset triumphus, vocabulum futuri victoris celeritas est: tardiùs tela, quàm nomen, accedunt; iam hostis herbam porrigit, cùm illibatâ cute nomen audiuit. Festinatò prædatur, qui antequam insonuit classicum, sonitum opinionis præmisit. Adhuc est puer, crepundijsque, & crepitaculo ludit, nec nomen sui didicerat, nec parentum; iámque Damasci dirimit fortitudinem; quippe qui à fama notum, in metatorem castrorum nomen præmisit: tam citò peregit victoriam, vt antea diuidisset spolia Samariæ, quam cadentium hostium fremitus audiretur. 103. Isai.8.3.

3.Reg.10.vers.4. *Videns Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum, quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, &c. non habebat vltra spiritum. Dixitque ad Regem. Maior est sapientia & opera tua, quam rumor quem audiui.* Cur Regina spiritu deficiente consternitur, assueta ponderibus deliciarum, seruorum gregibus, & superbiæ honorum? Timuit à viro, cuius minor erat fama, quàm virtus; quàm opulentia, rumor; claritas, quam sapientia. Prodigium est, merita [illegible] superare 104. 3.Reg.10.4.

superare opinionem, granditatémque nominis detennari a præsentia. Quid quòd obstupeat fœmina, animámque despondeat; cum quodque miraculum validiorem spiritum reddat attonitum? Notitia fulminis per tonitrui strepo-rem maior fulmine est; quod nubium apparatu sonante, discusso crepitu orbem concutit vniuersum; & tamen cadens fulgur vel solam ilicem tangit, vel turrim.

Vers. 7. Nec hoc latet, quod loquutus est Achior, nec illud ignoratur, quod ei iusseris euenire,

---

Iniquus Iudex vt innocentes plectat, præuenit supplicio peccata,

SECTIO XVII.

105. O Quàm solers est iracundia ad anticipandas criminum pœnas, & ingenia furoris nondum commissis sceleribus applicanda! Ne post impetum primum tepescat, & posteris flatibus si luciam serenitatis promittat, iuniora facit supplicia peccati, & eos qui nondum rei sunt, sed contingere potest quòd sint, siue conditionis adiectæ dubio præsentissimâ & purâ sententiâ damnat. Non expectat quòd cesserit dies, vt debendum extorqueat; sed contingentiam delicti, transgressionémque legis fortuitam, sine accusatore præuenit, vt castiget. Iudex iniquus, quos punitos cupit, facit vtique delinquentes, priusque libellum fulminat, quam reus actione petatur. Aguntur aliquando præposterè tribunalia, & antequam rogentur suffragia, iam tabella damnationis producitur. Parum est, quòd futura flagitia præpropero vaticinio inclementia auguretur: Non solùm non futura, prædicit; sed & in nunquam committenda ius dicit, & spiculatoribus, lictoribúsque comitata vltrò obuiam it longissimè venientibus culpis, quas ex distantia, quæ magnitudinem ex ægritudine visus in angustum concludit, etiam maiores iudicat, quæ sunt breues.

106. Ait Iuditha, vers. 7 *Nec hoc latet, quod loquutus est Achior, nec illud ignoratur, quod ei iusseris euenire.* Egregiè contrarias copulauit dictiones: *Quod ei iusseris euenire.* Quod euenit, fortuitum est, necessarium quod à Rege iubetur. Nondum peccauerat Achior, nondum dubius euentus eum protulit delinquentem; quippe qui tantum dixerat, quod si Hebræorum Deus suis esset ob præuaricationem infensus, facilè Holofernianus exercitus per eorum latera ferrum damnationis immitteret; sin, vacuus erit à sanguine impetus militaris, nec ingentes copiæ vnam mœnium pinnam, etsi ariete geminato, turbabunt. At inclemens Tyrannus dubij euentus incertum adhuc innocentis proditione mulctauit, inflictaque mortis sententia non peccatorem affecit. Iugulum deuouit pugioni, antequam vota alterutrim complerentur, siue Holofernis ad populi cædem, siue populi ad libertatem. Supplicij certitudinem incerto crimine præsagiuit. Moræ impatiens est ira, nunquam didicit expectare, nec patientibus nuda sustert spectare patibula. Ne irrita fiat carnificis manus exceptione reorum, priùs duci iubet, antequam causa aduocet pro innocentia.

Exod. 1. vers. 22. *Præcepit Pharao omni populo*
suo dicens. Quidquid masculini sexus natum fuerit, 107.
in flumen proiicite: quidquid fœminini, reseruate. Exod. 1. 22.
Si sexus culpa est, castigetur fœmineus: qui prior in paradiso deliquit, virumque mobilitate pellexit. Si peccatum est, erit vtique naturæ, non fœtus, quæ virilitatem masculam non errando fabrefecit in prole, nunquamque magis recta, quàm cum in mollem fœmineum non deflexit. Quoque peccatum defectus est: puniatur, quæ defecit à viro; patiatur, quæ pati venit; qui agere, cur occumbat? Expectet edictum, quò puerperium hominem probet: cur antequam lucem attingat, nec habeat quid flumini peccet, inviolatum tenebris suffocatur, recentisque partionis fletus accrescat de aquarum fluminis abundantia, quod antequam infans extremum fatum in primo lucis visu deploret, lachrymosis fluctibus sepelit, quibus præuenit pro cuna naufragium? Sæculum esset Pharaonis furori, quòd expectauerit nascituros: ne visâ teneritudo, ætatisque primæ spectaculum veniam extorqueret à iudice, futuram ætatem præuentâ pœnâ castigat. Parum esset in natos, nisi & in naturam sæuisset; parum in naturam, nisi & in naturæ meritum insaniret; quæ de humanis
generis mascula virtute promeruit, cùm quos
ex genitricum debili inertia poterat fœminas
procreare, viros ex genitorum robore eduxit. 108.
Vt in Babylonium fornacem impunitate iudicis tres pueri in Regem peccaturi mergantur,
de adorando simulacro profertur lex, Daniel. 3. Dan. 3. 5.
vers. 5. *Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis. In hora, qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, &c. cadentes adorate statuam auream, quàm constituit Nabuchodonosor Rex: Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem horâ mittetur in fornacem ignis ardentis.* Quid idololatris opus est idololatriæ sanctione! Etiam iniussus poples curuabitur, assuetus ante idola deflecti. Nó propter barbaros, quibus lenocinium erat adorandi materia, adorationis promulgatur edictum; sed propter Iudæos pueros, quos verus Domini cultus habebat. Vide promptam accusatorum solertiam. Postquam dictum fuerat; vers. 7. *Post hæc* Dan. 3. 7.
igitur statim vt audierunt omnes populi sonitum tubæ, cadentes adorauerunt statuam auream; illicò subditur: *Statim in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos.* Cur non permittitur, non cedisse pueros maiestatem venerantes statuæ? sed anteuertit crimen delatio, præitque peccatum petitio peccati? Quoniam supplicij lex præcucurrit delictum; quid quòd præcurreret accusator? Statim ac cæteri adoratores curuantur, delatores assurgunt: quoniam sanctio, vt sanctos impeteret, lata fuerat, & in latere delatores inuenerunt Hebræi. Lex imponitur, vt culpa patretur, & quæ ambit habere, quos puniat, facit de sontibus puniendi materiam. Superuacuum tribunal est, & ad decernendum inutilia suffragia, si antequam veniatur ad ius, ipsemet iniuriarum vltor defingit iniurias, & per rectum gradientibus, vt cadant in obliquum, recta religione scandala parat. Impunitas est delinquendi, affectata delictorum occasio: nemo minus peccat in legem, qui peccandi illicem legem transgreditur; quippe qui obediuit latori, cuius intentio fuit, vt essent peccata, non vt peccata pœnæ pharmaco curarentur. Hebetatur acies imperij, si quibus legibus debuit abster-

rere à peccando, nondum examinato ſanguine cruentatur, ſed ſolùm ſtringitur, vt quos reperit innocentes, reddat nocentes, & eodem ictu, quos ad frugalitatem oportebat impellere, à frugalitate propellat.

109. Pſalm. 1. verſ. 1. *Beatus vir qui non abiit in con-*
1.1. *ſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit, ſed in lege Domini voluntas eius.* Si ad erudiendum eminet cathedra, & è Magiſterij ſuggeſtu leges ſalutares emanant: cur de peſtilentiæ tabe cathedra diſciplinæ infamatur, vt quot diſcipulos fecerit, tot ægrotos? Per aërem diffunditur lues, ſerpit adminiculo venti ſcabioſa contagio. Aëris miniſterio verba dolantur, & ſonitus vocis perueniunt per aeras ad aures. Si ſermo peſtis eſt, quæ auricularum tramite petit præcordia; quotquot audierint, protinus contabeſcent. Ita eſt. Legiſlatoris iniqui, quot verba ſanctionem efformant, tot medicata ſpicula iaciunt, herbæque venenum auditu deuorandum præmittunt, vt ſub eruditionis aurataque ſpecie regiminis percutiant valetudinem auſcultantium. Sic agunt improbi; ne peccatum diſter à lege, legalibus dentibus ſanos mordent: & vt ſupplicij ferrum membrorum ſanitatem abſcindat, ipſiſmet dictionibus, quæ morborum amuleta deſingunt, morbos incutiunt, vt in communi plaga ſontes impleant numerum delinquentium. Ideò beatus ille profertur, qui voluntatem figit in Domini lege, quæ fidelis eſt, ſolúmque operatur, quod monſtrat; nec peccatorem vult efficere, ſed curare.

Verſ 8. Conſtat enim Deum noſtrum ſic peccatis offenſum, vt mandauerit per Prophetas ſuos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis ſuis.

Quæcumque opinio inhabitantis adiuuantiſque Dei, ad inſignia facinora vires præſtantiſſimis [illegible] indit.

SECTIO XVIII.

110. FIDES veri Dei, ſi ſemel altè in pectore ſedit, coram armatis cunctis, obiectáque tempeſtate telorum licenter religionem fatetur; ſecura publicat inter hoſtes, confeſſionis nocumenta non timens, teſtimonium, quo poterat deterreri. In quocumque ſit ſexu, habet ſua latera eloquens religionis facundia, & ab inhabitantis Dei ſuſpicione, non ſuſpectum habet quidquid minatur. Sat eſt opinio, quòd imbuaris à Deo, vt coram Dei inimicis, vitæque diſcrimine Deum pronunties; cuius nomen idololatras prouocabit, virtus conteret in impune.

111. Iuditha Deum eſſe ſuum, quem irreligioſi Aſſyrij geſtiunt detrudere, præconatur, & coram idololatris liberrimè fidem euulgat, illum fore ſibi ſata patronum, cuius ob cultum barbarorum turba ferocit, verſ. 8. *Conſtat enim, Deum noſtrum ſic peccatis offenſum, vt mandauerit per Prophetas ſuos ad populum, quòd tradas eum pro peccatis ſuis.* Vide fœmina: Sat eſt nuncupaueris Deum: cur *noſtrum* ſubdis: vt adhuc Dux intelligat eſſe tuum, cuius coram infeſto religionis Tyranno publicas obedientiam & cultum? Aras diſſipare, Numina euertere, & quodcumque ſanctum geſtit abolere Holofernes: cur parumper non ſiles, te veri Dei in veneratione durare, nec interrogata de cultu libenter religionem profundis? Neſcit occultari Deitatis imago, quam in linteo cordis fides expreſſit, ſtemma ſuum prodit, titulúmque palam euoluit, hoc cogitans in hoſtiles minas præſidium, declarat quod irritat inimicos. Altior eſt metu vel modica incolentis in corde Numinis coniectura. Suſpicatur fœmina, Deum adiutorem in tantis auſibus promeruiſſe, & ſub confeſſionis clypeo minaces haſtas incurrere non veretur.

In Philiſthinorum caſtris ſeges prominebat 112.
armorum: abrupti ſcopuli minabantur ruinam, & excelſæ rupes per cliuum montis tela paſſim ſuſpendebant lapidea. At vnus Ionathas, nonniſi armigero comitatus, è radice ad faſtigium ſerpere contendebat, manibus non pedibus graditur, per præcipitia aſcendere nititur. Quis vigor iuuenem in miraculum facinoris agit, dum reptat ſolus, vt hoſtes confertiſſimos petat,
1. Reg. 14. verſ. 10. ſic loquitur ad armigerum: 1. Reg 14.
Si autem dixerint: aſcendite ad nos: aſcendamus: 10.
quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris, hoc erit nobis ſignum. Cur fidas incertitudini vocis, quam eondaius aër poterit per decliue defingere, aduersóque ſopitu litteras demutare? Quid quòd eliciendum *Aſcendite?* in pignus victoriæ, vnum in innumeros proſilire? Satis erat ſuſpicio, quod Deus fuerat in reptante, vt hoſtium contigiſſet traditio. Sed quod contingere poteſt, poteſt vtique & non contingere: in fortuita victoria certior eſt caſus, & cum nutat euentus, cædes ſecurior: certè poſtquam dixerat Dominus, Iſraëlitis aduerſus filios Benjamin tentantibus iterè, Iudic. 20. verſ. 28. *Aſcendi-* Iudic. 20.
te, cras enim tradam eos in manus veſtras, aſcen- 28.
dentes illi, à filiis Benjamin trucidantur, & niſi qui terga verterunt, ſoſpites remanſerunt. Cur Ionathas in vna voce *Aſcendite* fidit, dubiæque ſorti periculum præfert indubium? O benè! Etiam Dei ſuſpicatum præſidium in non ſuſpicioſum triumphum animum fidelem inducit. Diuinæ opis coniectura ſuffecit, vt vnus miles ſe in denſam armorum ſyluam proiiceret. Quid quòd ſolùm opinetur Deum habere patronum? Incerta diuini fauoris opinio, certa victoriæ ſententia eſt.

Inſaniebat Achab in Eliam, & quòd nubes 113.
ſtrinxerat fræno rigoris, ne in imbrem obduratæ liqueſcerent, Rex iniquus accuſabat Prophetam. Hinc inde lictores, vt arripiant, emittit: adeſt ille libenter, intrepidóque gradu ſe ſiſtit, Prophetáſque Baal ad certamen prouo-
cat religionis, 3 Reg. 18. verſ. 24. *Inuocate nomi* 1. Reg 18.
na Deorum veſtrorum, & ego inuocabo nomen Do- 24.
mini mei, & Deus qui exaudierit per ignem, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis populus ait: Optima propoſitio. Quid eſt, ô Elia? Sic inter inimicos in diſcriminis aleam vitæ columnitatem proiectas, veritatémque Numinis de fortuito miraculo ſatagis extorquere? Quæ ſecuritas hæc ab

infesto Rege, Barbaráque Regina, dubiæ sortis incertitudo proposita: Accusatis piaculi, quod Deum colas, quem perfidus populus execratur, sacrificulorúmque cohors habet exosum. Sed de ipso periculo Propheta Domini solidatur, creditque patrocinium testimonium debitæ confessionis. Quæ culpa censetur, tacitè Dominum adorare, iustitiæ incolumitas iudicatur, publicè confiteri, & in arbitrium prodigij, libertatis certitudinem collocare. Quid si non ceciderit ignis, surdáque flamma se contineat in æthere? Sat est fidelis coniectura miraculi, etiamsi nec Propheta, nec diuinorum conscius esset Elias, vt nullus illum pauor teneret, qui Deum vtique non vocabit, nisi Dei participio non polleat. Cui cultus periculum erat, erit securitas claritas confessionis, nec poterat trepidare de sorte, cuius ob votum iam ad prima desideria cœlum tepebat, igneæque guttæ desuper incipiebant effluere. Frigidus timor est: nequibat artubus frigere timentibus, cui cœlestis feruor ad labiorum nutum ab ardua se fornace, obedientiæ promptitudine descendebat. Incendij labilis contingentia in certissimam euidentiam euadit, nec responsio ignis potest deficere, cui de vero Deo suppetit testimonium.

114. Mulier, quæ pro clypeo Sole integro tegebatur, pro casside stellis; in statione cœli argento Lunæ caligata excubias militares agebat; ad draconis impetum pauet. Nónne spiritibus Angelicis cingebatur, & inter castra Dei valebat serpentinos elusisse conatus? Alis circundatur vt fugam arripiat, cœlúmque pro deserto commutet, Apoc.12.v.13. *Postquam vidit draco quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum: & data sunt mulieri alæ duæ Aquilæ magnæ vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis.* Cur in terram dracone detruso, vt eius astus & spiras fœmina solaris effugiat, è cœlo demittitur in eremum, vbi scrupeæ latebræ foramina draconibus parant, tutóque tetendisset insidias domesticis adiutus scopulis? Verùm & solitudo triclinium est, vbi Deus suis alimenta dispensat, eremitarúmque vtitur contubernio. Ergo sola mulier, nec cœlesti comitatu munita, aduersus draconem securè impetit in eremo, vbi vox confessionis per abruptas insonet rupes, responsantibusque vallibus geminetur. Quæ in frequentia Angelorum metuebat, in solitudine conualescit, nec terrendi fortunam draco lucrabitur, vbi spes diuini numinis præ cœlesti possessione fœminam desertam obarmat. Acriùs in periculis roboratur, qui de suspicione victoriæ fecit solatium, vocémque Dei pro classico fundit, & quò magis desolatus, animosior inuehitur.

Apoc.12.13.

Dicta veritas à mendaci elumbis & cadauerica est; quæ à veraci, viuida, & efficax.

Sectio XIX.

115. Eadem veritas per diuersas linguas effusa induit ab similes qualitates, sicut de suo purus latex, de caliculis & fistulis, quà traiicitur, ebibat alienos sapores. Vna lux, si penetret per vitri ruborem, tenuibratis nitoribus purpurascit; smaragdinam crystallum inuadat, in reflexum virorem declinat, tremit in fonte, quæ per æthram expansa quiescit. Veritatis indoles tenera est; sicut puerulorum sanguis fascinantium oculorum impressione turbatur, facilè à contagio labiorum ægrotat. Sicut castitas, quam meretricius fucus depingit, & è lupanarium vestiario suscipit ornamenta, in libidinis opinionem deflectit; sic veritas à mendaci prolata, falsitatis plectitur suspicione: pudicissima est; si ab impudenti prodeat, formam amittit. Sicut nonnisi audituro, sic nonnisi à vero veritas proponenda: vtrumque tramitem amat expurgatum à vitio, & labra, quibus affluit, & auriculas in quas influit. Non qui semel loquitur verum, verax est, præstat titulum consuetudo, nec dicendæ veritati consuescit, cui abundat cor falsitate, ipseque diffidit veritati, quam loquitur. Vna pluuia ardet in rosa, quæ albicaret in lilio, puniceat in viola, quæ vireret in herba: sic vna veritas ab vnius ore producta seu iram concitat, seu contemptum, quæ ad alterius tranquillitatem generat, seu fauorem. Regi vestito sordibus quis obsequitur? aliena purpura venerabilem fecit. Si qui verum profatur, labris squalidis contabescat, pannosa & squalida veritas quæ procedit, vel stomachum faciet vel risum.

Eadem fatur Holoferni Iuditha, quæ illi loquutus fuerat Achior, præcipuè si Græcum consulas textum, vers.8. *Non enim sumitur vindicta de genere nostro, nec praualet gladius contra eos, nisi peccauerint contra Deum suum.* Nonne ad similia verba ab Achioris ore producta exarserat Dux, hominémque addixit supplicio, deuouit lanceæ, & in paratæ communionem stragis ad consortium Bethulientium præmisit. Cur fœminam loquentem honorat, & docili tranquilloque pectore expectat euentum? Si culpa in Ammonitide fuit, sit & in puella, nec Tyranni cor ciccuretur, quo nuper atrocissimus insaniebat. Eadem est veritas, sed lingua dissimilis; Achior Gentilis, Hebræa Iuditha, ille de idololatrico fonte, hæc de Iudæo; fœmina de pietatis limpido fluuio, vir de fœtida iniquitatis palude. Ergo quibus alter prouitauit furorem, altera pacat. Degenerauit à verò, qui mendax in vita, haberi voluit verax in dicto? imperium veritatis explicuit, quæ ex abundantia cordis illam Regiis ingeniti coloris ornatibus insigniuit. Fac vt credaris: credi non meretur nisi qui facit. Quis parasito fidit vel mimo, qui de veritate scænam componit! Non habetur spectaculo fides, sed risus, licèt iisdem coram populo crepet, quibus pro rostris orator suaserit in suggestu. 116.

Discipulus nequam dederat signum Matt.26. vers.48. *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum dixit: Aue Rabbi; & osculatus est eum.* Irruitne illicò in Dominum effera cohors, quem osculum traditoris expresserat, & verborum indicauerat pignus? Imò Ioannes ait cap.18. vers.5. quod Iesus dixit eis: *Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Vt ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Cur signum euidens perduellionis veráque professio, quod Iesus esset, quem osculo spurcissimo consignabat, clatam in Pharisæis 117.

Matth.26.48.

Ioan.18.5.

risæis non promeruit notitiam, nec retrorsum abeunt cognito, quem quærebant, cùm reuersis ad Domini vocem trepidarent vestigiis: siquidem non dispar fuit veritas: *Ipse est, & ego sum?* O aduersa qualitas eiusdem dictionis! Veritas in ore Dominico procaces conterit & prosternit, & in obsequium fidei non solùm facit, quòd cruentur nefarij, sed & quòd resupinati declinent, quam ab ore Iudæ arrectis auribus auscultantes non sic creduli, sed erecti manserunt. Diffidunt suo, qui fidunt alieno, quem suis moribus vt extraneum in crucem agere satagebant: in ipso sacrilegi impetus conscij tumultu, à labris, per quæ transit, vires accipere veritatem; & quæ in malignitatis ore eneruatur, robustam progredi è lingua virtutis.

118. Io.14.6. Ioan. 14. vers. 6. *Ego sum via, veritas, & vita.* Considera seriem verborum. Quæ similitudo est inter viam, veritatem, & vitam, vt successiuis gradibus copulentur? Quòd sit veritas, diuinæ generationis priuilegium ostendit, quippe qui ab intellectu genitoris dimanat, in quo veritas & sapientia renidet. Quòd sit vita, viuida primogenitique processio declarat; quippe vitæ vigor in sobole generatâ dignoscitur. Verùm quòd & via nuncupetur, in quo supremæ beatitudinis quies, finis que viatorum resplendet; deflectere à veritate videtur. Imò egregiè via per illus triplex attributum coniunxit, nec enim veritas viua est, nisi per viuam, veramque viam, loquentis nempe linguam procedat. Habet & veritas suum cadauer, quod cùm ab improbo ore iacitur, iacet; & licèt eisdem lineis figurâ, quantitatéque constet, nec differat à viuo nisi colore, qualiter mors à vita, à veritate discernitur, quam semita virtutis profudit. Nullos vitales spiritus gestat, quos in gutture loquentis amisit; nec mouet vtique, nec mouetur: sicut aqua palustris, quam ex otio residet turbidam lacus offert, quæ sitim haurienti magis inquinat, quàm refrigerat. Mortua veritas è maligno gutture prodit, quàm licèt cœlitus sumpserit viuam, in organo, dum producit, occidit.

119. Ps.5.11. Psalm. 5. vers. 11. *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est: sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant.* Et tamen præcesserat: *Dirige in conspectu tuo viam meam.* En via & veritas. Experit Vates, vt oris sui via de cœlestibus consternatur: quoniam improborum ora nonnisi sepulchra sunt veritatis, vbi in cauea fœtida tumulatur, & à virulentia linguæ, contagionéque vitâ defungitur. Conditur in sepulchro cadauer, arcetur sub lapide grauedentia: sed cùm iniquus loquitur veritatem, quam ipse in pectore trucidauit, dolosisque labris speciem rectitudinis prodit, patescere facit sepulchrum, exanguéque corpus nullo vigoris succo animatum, vt fallat veritatis figura, promit: quam viuam accepit, interemit in via. Alita & vegeta à frugalibus labris nascitur veritas, generosámque indolem per calliculum, quo ducitur, mutuatur: habet expeditos in suamét natiuitate lacertos, & ad obsequium sui subiugat auditorem.

120. Matth.11.2. Matth. 11. vers. 2. *Ioannes cùm audiisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus.* Quid tunc Dominus ad legatos: *Euntes renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.* Responsione hac, Ioannis sollicitudinem mitigauit, qui vt discipulos suos ad Christi amorem pelliceret instrueret, veritatémque Redemptoris, quam in vtero hauserat Genitricis, medullitus nuntiis infunderet, ad salutis examinandum fontem remisit? Si iam Christi opera carceratus audierat, quid proderit, quòd iterum audiat, & qui postquam auscultauit miracula, auscultet iterum à legatis, quòd Iesus stringeret neruos, quos paralysis rarefecerat, lepram abstergeret à scabiosis, in lumen cæcitatem asséreret, cadaueribus vitam inspergeret, obstructasque auriculas aperiret? Hæc erant opera, quæ attonita turba Ioanni vinculis præpedito retulerat; & tamen Christus de eisdem edocet iam edoctum, vt iterum per aures ebibat, quod ebiberat. Non sunt opera dissimilia, sed os dissimile, quod enarrat. Quod linguis hominum referentibus, fidem mordicus discipulis non incussit, à Dei ore prolatum vires efficaces accepit, vt altè serperet in præcordia, quod fessum & debile, quia à debilibus nuntiabatur, vix immum aurium poterat vestibulum attigisse: *Renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis.* Non apparentiam fides est, nescit auditus penetrare præsentiam; hoc tramite, credulitas pergit. Nobilius organum oculus est, qui explicatis palpebris explicat vsque ad fundum, quod videt, nec eget persuasore, qui moneat, qui à pupillarum tacitâ disciplinâ haurit notitiam pariter, cùm obiectum. Ea est efficacia Dominicæ veritatis, quæ ab eius lingua publicata procedit, vt auscultantium aures in nobilia oculorum transeant officia, quasi à certitudine relatorum in intuitionem fides perueniat, aures in lumina, credulitatisque obscuritas in videntis fine verborum tegmine lucem. Quod Ioannis discipuli à contestante Domino audiunt, meritò vidisse dicuntur, vt vox fiat oculorum obiectum, cùm à probitatis linguâ voces veritatis emanent.

Vers. 10. Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur.

Vers. 11. Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum.

Veris falli extrema stoliditas est; fallere, si legitimè, fæliciùs ingenium.

SECTIO XX.

Calliditas quæ decipit veritate, supremum ingeniosi doli tenet fastigium. 121.
Sed insera stolidi pectoris socordia est, non figmentatis falli, sed veris, nec ouina tantùm pelle, sed oue integra à lupo rapacissimo capi. Fucus ex simplicitate conditus, & qui proprium gestat colorem, de aliena cute cogitatâ fraudem obducens, fœlicior omnium vafritia est: sed quæ in deceptore plurimum acuminis probat, pa-

peris? Quòd gaudium ſoleat fallere, ſcio, quòd ipſemet fallatur, ignoro. Seducit, ſi quod præſtat in facie, aufert in nucleo. Gaudentem decipit; cur & ſe? Mendax homo verè mendax eſt, ſicut egregius latro, inſigniſque de pecuniarium prouentibus fœnerator. Inſidet ſua veritas cuique rei, veriúſque eſt deceptor, qui magis. Sed ita abundant falſitate gaudia mundialia, vt ſuppetat fraudis quid in gaudia redondet, & qua veriùs inneſcant, intimiori conſtent fallacia. Quare gaudia ſuâmet falſitate falluntur; quippe dum ad voluptatum veritatem alliciunt, promittúntque quod non ſunt, ipſamet eo quod ſunt, miſere decipiuntur.

117. Deceptus fuit Lucifer eo, quod erat, & in ingenitu exundantia nitoris apertis oculis cæcutiuit. Adeò gaudij cautas in dotibus ſuæ creationis accepit, adeóque illi ineſcatus adhæſit, vt pro voluptatis libidine non ſolùm gaudium habere, ſed & eſſe geſtierit, nec Luciferum, qui fert lucem, ſed & lucem, ſicut Deum, appellari. Ergo Angelo, qui ſe maluit eſſe gaudium, quàm ferre, dicas: Quid fruſtra deciperis, téque priùs, vt alios falleres, fefelliſti? Nonne veris ſeductus fuit, de quo & Dominus teſtimonium perhibuit, Ezechielis 28. verſ. 12.
Ezech. 28. *Hæc dicit Dominus Deus: Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore, in deliciis Paradiſi Dei fuiſti; omnis lapis pretioſus operimentum tuum. Tu Cherub extentus, & protegens, & poſui te in monte ſancto Dei in medio lapidum ignitorum ambulaſti.* Aut extrema dementia; aut extrema infœlicitas eſt, ſub præſidio periclitari virtutum, & de ſanctitatis fauore vitioſe delinquere, de lacteaque tranquillitate ſubire naufragium pelagíque minas portu ſuffragante experiri. Si ſimilitudinis ſignaculum erat? cur intorta libidine, otioſóque voto eſſe Deo ſimilem percupiuit? Si in ſancto Dei monte ſubſellium maieſtatis inuenit, participiúmque verticis redimiuit, cur in monte teſtamenti ad Aquilonis rapidi ventilabra ſedere tentauit? Hæc equidem ſunt, quæ Luciferi ſpem pupugerunt inanem, ſi conſulas
Iſai. 14. 13. Iſaiam cap. 14. verſ. 13. *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* Appetiitne idipſum quod erat? Peccauit aſcendere meditatus, quò iam eum leuauerat gratia Creatoris? O! à pretioſarum dotium iubare fuit ſeductus; & de veritate decoris, quo in prima lucis pingebatur vſura, in mendacium abiuit, quippe qui de ſimilitudinis ſignaculo, quod primitus erat, ſimilitudinem eſſe contendit, ſtudens quod ſigillatum euaderet in ſigillum, ſulcoſque & lineas, quas in natiua cera impreſſerat ſigillantis imago, fieret prototypus & exemplar. Quòd verùm botrum, acinóſque turgentes, quos induſtrius pictor ducto penicillo exſcripſit in linteo, auicula famelico roſtro pupugerit, è veris pampynis colorata germina ſuſpicans pullulaſſe, pictoris quidem ingenium fuit, ſed & volucris ſtultitia, quæ de veritate picturæ opinata naturam, prona facilitate decipitur. Ergo Lucifer ingenioſa creatoris manu cælatus, quod erat primogeniæ ſimilitudinis delibatio tam robuſto artificij vigore, vt Altiſſimi naturam exprimeret, non delineatam figuram, ſed ipſammet ſimilitudinem genitam cogitauit, vt ab eo quod verè erat, ambitioſo ingenitæ Deitatis ſtudio in id, quod eſſe non poterat, auolare geſtierit. Sic de ſumme veritatis pater fuit effectus mendacij, & in ſimilitudinem creatricem, qualis Filius Dei erat ab intellectu genitoris procedens, ac proinde veritas, miſere ſeductus irrepſit.

Verſ. 12. Et ſancta Domini Dei ſui, quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt conſumere, quæ nec manibus deberent contingere. Ergo quoniam hæc faciunt, certum eſt, quod in perditionem dabuntur.

Verſ. 13. Quod ego ancilla tua cognoſcens fugi ab illis, & miſit me Dominus hæc ipſa nuntiare tibi.

Praui & flagitioſi Chriſtiani magis officit, quàm Barbari, & Pagani ſocietas.

Sectio XXI.

Minvs nocet verus Gentilis, quàm falſus Chriſtianus, Paganus irreligioſè religioſus, idolorum aris deuotus, quàm Iſraëlita de veri Numinis religione irreligioſus & nequam. Facilè deuitatur publicatum venenum. Quod de aureis pateris toxicum occultum inſtillat, anteà viſcera, quàm conſcios oculos penetrauit. Alte petit præcordia morum ſocietas, quos ſub eadem veſte, eiuſdem cultus contubernium aſſociat. Peſtilens lues citiùs per cognatum ſanguinem pergraſſatur, quàm per extraneum: ſic affinitas ſacra & ciuilis, eiuſdem ſectæ hominum promptiùs ebibit qualitates. Anguis, qui de herboſi campi ſtromate verſicolori, depicti corij variegauit ſpiras, fœliciùs in calcaneum dentem immiſit, cum non potuit diſcreuiſſe viator, an eſſet herba, an reptile, quod virebat. Eiuſdem voti ſodales prono imitationis ſtudio ſeſe reciprocis prouocant diſciplinis, & per probæ religionis hominem ingerunt improbitatis commercium. Suadet efficacius ad ſecuritatem ſceleris perpetrandi Chriſtianitatis teſſera, & eiuſdem fidei character; quaſi impunitas ſit delicti videre deliquiſſe fideles. Suſpectus idololatra ſemper eſt: quiſquis illum adit, geſtat ſecum, ne fidat venenoſis moribus, amuletum. Fuge à tuis, ſi qui in cultu blandiuntur, diſcoli ſunt, ne vnius linguæ ſecuritate deceptum in malignitatis verba te credas. Atrocitas creſcit piaculi, quod de pietatis, ſacræque communionis conſuetudine venit. 118.

A Bethulienſibus Iuditha ſecedit, ſubditque pro cauſa transfugij, ſordere flagitiis, verſ. 12. *Ergo quoniam hæc faciunt, certum eſt, quòd in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoſcens fugi ab illis.* Quid ais, ô fœmina? Fugiens ab Iſraëlitis, in Paganos te confers? incidis in ſcyllam, cupiens vitare charybdim? Nónne ſatius eſſet, ſtabile cum Hebræis non 119.

discindere contubernium, quàm Barbarorum associari frequentiæ; & cum Iudæis, licèt peccatoribus, permanere, quàm cum Assyriis peccatoribus pariter & idololatris numerari? Si vtraque gens nequam est; minus erit insalubrior, quæ propria, quam saltem sacræ circumcisionis stemma cælauit, sculpsitque ferreus stylus in signaculum Creatoris, nec ad sculptile, quod dolauit ambitio, propendiosum poplitem flectit. Edocuit Heroina sapiens, periculosius salutis imminere discrimèn, perfidæ indolis fidelibus, quàm infidelibus adhærere, nec per similitudinis lenocinium serpat inter eiusdem fontis amicos inimica contagio. Ouis oui morbidam qualitatem impingit, & de velleris germanitate parat semitam ad ægritudinis communionem. Scabies lupi nunquam didicit gregibus adhærere, quam vel canis latratu defendit, fundæve seu sibili crepitaculum. Similitudo nouerca est; quam vnius parentis sobolem reperit, facili vitiositate commaculat.

130. Spuria zizania inter spem legitimæ segetis inimicus inseuit. Vtraque sata è communis areæ, postquam aratro fotæ, gremio erumpebant. Sciscitantur coloni Matth. 13. vers. 28. Matth. 13. 28. *Vis, imus & colligimus ea?* At agricola sapiens: *Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.* Si noxia arbor cœpit, tenerum virgultum ostendere; nónne prudentius erit, in cunabulis amputari, cùm quæ nunc virgulta sunt, erunt si negligantur & robora, & quod sarculus facilè eruet, adultum vix poterit dissecare bipennis? Adolescente calamo incommodum segetis adolescit; quod si origo tollitur leniore cura tenerior submouetur iniuria. Sed prudens homo, quod vngue poterat auulsisse, expectauit ad falcem, ne vtriusque seminis similis figura nocuisset; quippe in recenter natis vix solet dissimilitudo discerni, æquamque calamitatem triticum cum zizaniis subiret, cui compar facies erat detrimento ad excidium. Postquam herba pestilens adoleuit, & ad quantitatem culmi peruenit, etiam non auulsa cœpit à tritico disgregari, dissimilisque indolis apparere, nec nocumentum per falcis promiscuum rigorem aristis inferre triticeis. Æqualis vultus & origo nascendi in pueritia tritici detrimentum erat, si tunc auulsurus ingruisset colonus; quippe cutis similitudo, in vulnere aberrare coegisset. Ergo compar natiuitas & religio mores, qui euertunt, facilè discit, securiúsque est ad sectæ dissimilis se conferre cultores, vbi sui non fallit imago, & tanquam in fontem liquido speculo, spectatoris os referentem, suâ delinitus homo similitudine se dimittit.

131. Imò prauus Christianus etiam idololatris, quibus iungitur, nocumentum inspergit, & qua Barbari serenitate fruebantur, in turbinem redigit & naufragium. A facie Domini Ionas fugiebat, iussis cœlestibus inobediens, naulúmque præproperus soluit pro pretio tempestatis futuræ. Vix nauem tetigit cœlo sereno, cùm nautæ Gentiles pondus hospitis vlulante mari dolebant: puppis & carina miscetur, fluctuanteque lino ab vndis deglutientibus vela sorbentur. At ille in ventre nauis nondum abortiuus fœtus dormiebat, Ionæ 1. vers. 5. *Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum suum, & miserunt vasa, quæ erant in naui, in mare vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui.* Ionæ 1.5. Nonne idololatris abundabat scapha? Cur qui, dum soli, lacteum & benignum æquor radebant, Domini Propheta consortati perduntur, Hebræique societas tempestatem fecit de sedulo, de remissis, & æqualibus vndis voraginem? Malus Hebræus Barbaros læsit, & idolorum cultores veri Numinis irreligiosus Propheta. Quid officeret suis, qui sic officiebat extraneis? Et tamen dormiebat. Etiam sopitus nequam Christianus, & ad malignitatem operis impotens pro sopore, vndique mare & vndique cœlum graui peccatorum pondere turbat. Donec lictori pelago pagani nautæ expetitum reum tradidere, tempestas horrida non quieuit: auulsi ab Hebræi societate, quod de eius amiserant adhæsione, inuenere serenum.

132. Quin & Deus quasi periclitaretur in naui, vbi Hebræus origine, disciplina Christianus, sed Gentilis moribus baiulatur; ventis cogitur imperare, pelagusque imperij eo sermone reprimere, Matth. 8. vers. 23. *Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius; & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat.* Matth. 8. 23. Quòd surgat impellitur à discipulis, fluctibúsque silentium, & tranquillitatem imponit. Cur sic audent vndæ in nauiculam, quæ creatorem maris gestabat, quasi immemores Dei, quem sine præsidio ligni per vada tulerant ab exordio? Erat inter discipulos Iudas, cuius in eâdem puppi consortium vel ipsi Numini tentabat officere. Nonne & extra Christianam scholam aderant nautæ, qui ferebantur in lembo? Sed ille in Dominicam sectam, disciplinámque iuerat, quam prauis moribus infamabat; & quod infideles non poterant, paci maris potuit immittere detrimentum. Sed sol sordibus, quibus insidet, non inficitur, nescit stercoribus inquinari, qui croceis luminibus, sicut cœlum, spurcitias, illustrat. Ea est mali Christiani auctoritas ad iniuriam, vt & Solis radios sua caligine temerare solicitet, quem Barbarorum fœtida inquinamenta non tangunt.

133. Adest cum Samaritana Redemptor, è cuius vrceo poculum petit Ioan. 4. vers. 7. Ioan. 4. 7. *Dicit ei Iesus: Da mihi bibere: Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cùm sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana?* Quin oblatos à discipulis cibos manducare recusat, qui non inuitatus ab alienigena efflagitat aquam. Cur sic irriguum aquæ saporem conatur ab extranea torquere, cui de discipulorum officiis suppetebat annona? Si Iudas œconomus, qui familiæ sacculis insistebat, cibaria conduxit: quid quòd maluisset de Samariæ fœmina potari & vesci, qui salutis fructum expectare poterat ab aliena, quem non inueniebat in proprio. Nocuit cæteris nequissimi discipuli contubernium: detrectauit conuiuium, quòd improba condiuerat manus. Satius est, docibilium Dei paganorum mensas adire, quam rebellis durique discipuli oblatis dapibus saginari; quippe

quippe conuiualis ſocietas minùs ab idololatris inſidiatur, quàm à Chriſtiano ſpurciſſimo conſuetudo.

134. 2.Reg.6.11. 2.Reg.6.v.11. *Habitauit arca Domini in domo Obededon Gethei tribus menſibus: & benedixit Dominus Obededon, & omnem domum eius.* Cur Dauid arcam Domini in Gentilis tabernaculum ire permittit, ſacrúmque Numinis promptuarium; religioni'que Sacramentum in pagani contulit ſocietatem? Relege quid nuper acciderat verſ.6.
2.Reg.6.6. *Extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratuſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi iuxta arcam Dei.* Cur Sacerdotis diligentia percutitur, arcaque ſuffulta, ne caderet, fecit cadere ſuffultorem? Quoniam ſola fidei apparentiâ tangebat, quam debebat humeris baiulare. Qui tantùm fidelis in ſignaculo characteris, à ſecta diſſidet in operibus, quaſi cutem nudam dignoſcitur tangere religionis, ne fidelium præceptorum attrectare medullam. Carnitoſus erat arcæ Dominicæ improbi Sacerdotis attactus, detrectauítque eius manibus adhærere, qui à ſacro onere ſcapulas amouebat. Erubuit primos digitos prægustare, cuius opera irreligioſi ſordebant. Cuius ſolam ſuperficiem quaſi bracteata lamina, fides inſpergit, cum iniquitatis nucleum abſcondat, nociua nimis adhæſio. Gratius fuit arcæ, à bobus iugalibus decidere, quam ſub ſpecie religionis irreligioſis manibus detineri. Ergo timet Dauid propitiatorij Dominici ſibi te contortium, ne ſi aliqua peccati fuligine notaretur, Ozam comitaretur in pœna verſ.9. *Et extimuit Dauid Dominum in die illa dicens: Quomodo ingredietur ad me arca Domini? Et noluit diuertere ad ſe arcam Domini in ciuitatem Dauid: ſed diuertit eam in domum Obededon Gethei.* Nónne honorabilius apud ſuos cultores arca recumbet, quam apud mancipes idolorum? Timet Rex, ne Dominus maculetur in proprio, quem non timet in extraneo fœdari? Quaſi iuxta ſimulacrorum aras perſtitiſſet ſecurior, quàm iuxta Iſraëlitarum ſuſpectam de indicio criminis conſuetudinem. Sic contigit. Gentilis domum largis benedictionibus irrorauit, pluuiiſque muneribus fouit ad vitam, quæ cædem improbo intulerat Sacerdoti; quaſi barbarorum comitatus fuiſſet munificentiæ Dominicæ meritum, poſtquam à diſcolo Hebræo iniuriam inurbanitatis accepit.

135. Coram Herode Dominus ſiſtens, verba nedum ſigna negauit, & videndi non credendi am-
Luc.23.9. bitioſum profundo caſtigauit ſilentio Luc.23. verſ.9. *Interrogabat autem eum multis ſermonibus. At ille nihil ipſi reſpondebat. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatum.* At interroganti Pilato verba liberalius rependit, de altiſſimíſque documentis erudit. Cur ſi Herodes Hebræus, Pilatus Gentilis, alterum veri Dei Iudaica commendabat religio, alterum Romana deturpabat impietas? Sed tolerabilior fuit vetus Gentilis, qui ſaltem quid ſit veritas, ſuſcitatur, quàm ſuperciliosus Hebræus, pompoſæque falſitatis amator, qui mendacibus aſſentationibus incumbebat. Ergo illicò ab Herode diſcedit, ne redemptionis ſortem iniquo temeraret conſortio, qui immatura Pilati remouetur frequentia.

Verſ. 14. **Ego enim ancilla tua Deum colo etiam nunc apud te, & exiet ancilla tua, & orabo Deum.**

Iuſtus, qui ſuam coloniam in cœleſtia transmiſit; ſiue in frequentia, ſiue in ſolitudine, vbilibet orat: de publico facit ſecretum.

SECTIO XXII.

QVI ſolùm in angulo, curtè orat. Si neſcis 136.
niſi in ſilentio latibuli pectus tuum Numine deuouere, parum de orationis ſchola traxiſti. Orbis ſit templum, aráque vniuerſitas deprecanti. Intenta contemplatio Creatoris de publico faciat ſecretum. Cùm nulla opacitas nubium frequentiam ſæcularem abſcondit, nec iniecto vaporum pariete cœlum à publicis conſpectibus arcet, arduus Sol lumina clariora diſpenſat, nec ſtrepitu mundiali impeditur, quominus feruidiore iubare negotietur. Vbi de cœleſti ſphæra animum ſcintilla percuſſit, vbilibet ſupernæ meditationis agitante flamma crematur, ſiue ad ſolitudinem ſecedat eremi, ſiue creaturarum tumultibus inoleſcat. Iupiter eſt quodcumque vides, dicebat non nemo; Deus intima nulla ſui inquietudine per omnia vagatur; vbique præſtò eſt, qui præſtat vbique quidquid creatura cenſetur. Ergo ſic age, vt in omnibus aram inuenias, quam conſtruat meditatio, oratio dedicet, deuotio ſanctificet, cremet amor.

Iudith barbarorum copiis inſerta, cunctíſque 137.
ſatellitum comitata, & intra potentiſſimi Principis aulam coram ſæcularis mundi compendio ſtans, ſe Deum intentiſſimè colere profitetur verſ.14. *Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te.* Quid eſt, honeſta puella? quot verba conſeris cum Dynaſta, pudicitiæ Tyranno, Religionis hoſte, & de mundialibus apparatibus perſtrepenti, tot in Deum orationis & cultus iaculatis ſcintillas, tot preces deuota frequentas? O piè! Quæ didicerat in recluſorij orare ſecreto, nouit & de Principis aula religioſis votis templum efficere, & de palatij ſtrepitu ſerenitatem quietis exprimere; nouit & de profundo pectore, Religionis verba ructare, quæ colloquium Principis de humanis in cœleſtia transfunderent: *Ego enim ancilla tua Deum colo etiam nunc apud te.* Quandóne colis, fœmina prudens, quæ nuper appuliſti ad tentorium, illicoque cum Perſis mellea aſſentatione reſperſum conſeruiſti ſermonem? Hæc indoles eſt cordis impulſibus aſſueti diuinis, & à ſe iugiter in cæleſtia abeuntis: etſi foris egredi per opera ſæcularia videtur, altè ingredi in ſinuoſum animæ latibulum continuò dignoſcitur; ne quò verba fluunt, ſtabilis affectus effunditur, ſed publici ſiue ſermonis, ſiue occupationis veſtigiis intus in aulam Numinis reflexa agitatione reducitur.

Iacob Geneſ.32. verſ.23. *Traductis omnibus,* 138.
quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus: & ecce vir Gen 32.23.
luctabatur cum eo vſque mane. Cur ſolitudinis ambitioſus ſubit illicò comitatum, & ne cōſors

vel breui distaret spatio, subitò pugilem altè brachiis experitur innexum? Qui orare secesserat, in certaminis feruore confligit: qui turmas dimiserat, ne animum inquietudine disturbarent, tumultui luctatoris ingeritur. Orátne, an pugnat? Vtrumque; imò vnum fuit; orationi brachia, dum luctæ, leuauit: de duelli puluere fecit altare; quot præliares ictus, tot vota mittebat, qui in athletam suum per virtutis robur transigi procurabat. Cur non inter negotia, orationis manu Deum prendas, si Iacob prendit inter prælia inimica quietis? Imò ne distaret luctæ tumultus à pace contemplationis serena, ipsemet certami-
Gen.32.2. nis ardor doctissimæ fuit ars orationis. Vides? *Non dimittam te*, inquit, *nisi benedixeris mihi*. Estne benedictio, fortitudinis merces, strenuíque animi de victoria parta trophæum: Vtique pro hoc pretio certauit, qui in matutino fine duelli, nonnisi benedictione satagit munerari. Ergo huc tetendit hominis religiosi certamen: efflagitare didicit, cum pugnare. Nec prætereas quòd Iacob ab hoc olympico, cœlestique puluere vi-
Gen.32.25. ctor manet pariter elumbis, vers.25. *Qui cùm videret quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.* Cur tanti triumphatoris tibia nutabit, infirmusque poples tardè curuabitur ad vestigium? Quoniam cultus & orationis indicium, depressum genu inspectoribus manifestat; nec vllum Iacob perageret, quin ederet symbolum orationis. Ideò vocabulum suscipit Israëlis, ideò femoris sauciatur in neruo, vt nomini adoratio respondeat, & poplitis flexio, videntis Deum nomen esse pronuntiet, sícque inter negotia publica iugiter orare compareat, quem nomen videntem Deum, & inclinatio tibiæ ad eum, quem videt, prodit orantem.

139. Sacras conspice animalium effigies, quas Eze-
Ezech.1.8. chielis penicillus adumbrat cap.1.v.8. *Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant.* Cur manus non à plumis expedita vagatur, sed sub pennarum latebris organum operosum includitur? An vt quæque operatio, quæ in manus hieroglyphico designatur, alarum plausu in supera volet, & volucri ascensu in Deum eleuari festinet? O! sit pennatum opus quodcumque facis; docet animal cœlestis quadrigæ, quæ dum per vniuersitatis campum pennata grassatur, nullis sæculi impeditur negotiis, nec publicis detinetur officiis, quin operaria ministeria, diuinæ eleuationis plumis in Deum agitet & intendat. Si gloria Dei baiulabatur in curru, quidni alipedes vectores iuncti temoni, dum manibus & pedibus agerent, alis vtrobique volarent? Nec negotiantis animalis tumultu plaudentium alarum manus studiosa occupatur, nec pondere manus curuatur ala, sed vtraque sibi succurrit ad festinationis officium dum altera operatur, altera volat, & promiscuis functionibus in quadriga sedenti Numini deuouetur.

140. Idipsum Seraphici satellitij senis alis consi-
Isai.6.2. dera. Isaiæ 6. *Seraphim stabant super illud: sex alæ vni & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Seraphim & velant, & volant; quiescunt pariter & efficiunt. Quid intenditis, ô feruidi amoris ministri? Cur geminam expanditis pennam, quæ pennæ quadruplicis otium sonitu plumarum conturbet, & volatus crepitu, lætæ possessionis quietem offendat? Si caput & pedes lætantis Dei, circulo fruitionis includitis, vt quid operosi negotium agitationis intenditis? Docet Angelus, neutiquam à beatitudine sequestrari, qui sic exterius exhibet ministerium, vt interius contemplationis solatium non officiosis famulatibus interrumpat. Stat & volat; immolatus in gaudio, irrequietus mouetur in opere: administratorius spiritus est, qui dum incumbit subditorum saluti, actuosis ministeriis magis in statione orationis Dominicæ solidatur.

Consule Raphaëlem, Tobiæ 12.v.18. *Etenim* 141.
cùm essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite & cantate illi, videbat quidem vobiscum manducare & bibere; sed ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Ergóne conuiuij scœnam faciebat Angelus, cùm cœnabat, & solidis escis, tanquam manibus, vtebatur, qui corporis euanidi stomachum esculentis dapibus tanquam aëreâ saginabat annonâ? Non dentis labor, non per speciem gutturis traiecta cibatio ab spirituali conuiuio spiritum impediebat; intus reficiebatur in mente, qui ventrem non habebat vitalem, cibum decoquens non stomachi, sed superæ contemplationis ardore: ne vllas inducias orationis permittas, sed iugi proteruáque in Deum intentione leueris, quoties in sæcularibus dilataris. Tob.12.18.

Nec Ionæ prætermittas exemplum. Nónne 142.
sæculi hieroglyphicum pelagus est, quod tot fluctibus, cauisque voraginibus voluitur, quot inter se negotiis collidentibus circumagitur? Quid ventre ceti inquietius ad otium, vbi per belluæ viscera torrens sentinæ, & adipis pituosæ crepitus fremit? Et tamen intra cetum & pelagus quasi in pacatissimâ arâ orat religiosus
Propheta, Ionæ 2.vers.2. *Et orauit Ionas ad Do-* Ionæ.2.2.
minum Deum suum de ventre piscis. Et dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Non solùm orauisse, sed & exorauisse se dicit: se loquentem, precésque audientem Deum, breui profitetur periodo. Quid maius, quòd Deus audiret tot gurgitibus vocem occlusam, tot sonantibus fluctibus occupatam, Prophetámque in profundo pelagi mussitantem; an quòd Ionas maris fremitu non turbetur, sinuosáque piscis cauea vocis sonitum non offundat, quominus ingeminet preces, propitiationisque templum de vasti animalis ventre constituat? Quid? Magis Prophetæ lingua sonabat, dum per aqueos montes elisa orationis clamore cogebat, obmutescere vtrumque tumultum & maris & piscis. Etiam gracilis submissáque vox, quæ inter sæculi vada, strepitúsque mundi furentes in Deum proiicitur adiutorem; plurimum sonat, facitque sistere vniuersitatis concentum. Nec omittas quod subdidit: *De ventre inferi clamaui; & exaudisti vocem meam.* Cur mare nuncupauit infernum, quasi deuoratus à pisce, se putaret deuoratum ab Orco? Quid inferni carcere tenebroso magis contrarium orationis silentio? Ibi ferrata crura catenas per abrupta saxa tumultu fastidioso diducunt, ibi damnatorum querula rabies dentibus clamorem corrodentibus fremit, ibi pœnarum instrumenta aduersis inter se pulsibus colliduntur, ibi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Et tamen vnus Ionas, qui sciebat in pelago quietam orationem producere, etiam in inferno, si fas

tis oneretur, nisi sonitus opinionis accedat, immunerata iacet in obscuritate silentij. Licèt dormiat, cui elogiorum æstimata famigeratio successit, pro egregio opere somnus est; licet sub diuo vigilet qui hyemes fert, æstúsque strenuæ fortitudinis ardore refrigerat, si nomen ignoratur, vocat à merito. Plures contriuit hostis impotentis rumor, quàm impetus, vox quàm manus, vocabulum quàm impulsus. Inanitas venti, quæ nominis crepitum tulit, ingenti pondere grauidatur.

99. Assentatur Holoferni Iuditha *Non solum homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperát illi. Nuntiatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatum est omni sæculo, quoniam tu solus bonus & potens es, in omni regno eius: & disciplina tua omnibus prouincijs prædicatur.* Expende causam, cur etiam extranei homines seruient, iugúmque docile animalia dura subierint: Quoniam nunciatur, indicatur, prædicatur industria, bonitas, disciplina, & potentia, non quia bonus est, sed quia dicitur; non quia industrius, sed quia indicatur; non quia potens, & præliaris artis magister, sed quia de his dotibus prædicatur in gentibus. Vmbra virtutis gloria est, & tamen qui adumbratam, seu vmbratilem gestant virtutem, virtutis corpus solùm ab vmbra inanis gloriæ depingunt. Quòd Holofernes euaserit in notitiam, optimus & potens habetur; strepitus dedit virtutem, quam mores nequissimi recusabant. O plena tenebrarum claritas hominum! solùm quia dicunt tenebras lucem, tenebræ pro luce æstimantur: plausus bullatæque laudes, nouarum sunt architectæ virtutum, & ex consistorio famæ ad cultum gentium hæc prodeunt idola, & sine re euanida simulacra, quæ audiri satagunt, non videri, ne corporis fœditate conspecta, pereat adorantium religio.

100. 1.Reg.21.11. Dauid fugerat à Saüle, séque ad Achis Regem Geth, vt ei opitularetur, receperat 1.Reg. 21.vers.11. *Dixerúntque serui Achis ad eum, cùm vidissent Dauid: Numquid non iste est Dauid Rex terræ? Nonne huic cantabant per choros dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis.* Cur Dauidis merita non recensent strenuitatem in bello, fortitudinem in certamine, qui gigantem pastoritiâ fundâ contriuit, Philistinorum robora dissipauit, cum leonibus pugilatum victor exercuit, & de arena ferarum gladiatorium fecit gymnasium? Cur solùm à nominis claritate commendant, & de cantu fœminarum gloriosam opinionem recensent? Quid quòd eius celebritas sonoris fidibus caneretur, nisi laudis fidem efficeret iuuenis militaris industria? Meliori compendio retulere virtutes, dum chordarum sonitum pro suffragio dedere. Quod puellulæ cecinerint bellatorum, summa viri fortitudo putatur: vires aduenæ ampliori cumularunt elogio cum de muliebri cantilena probarunt. Cur timuit Dauid à notitia sui, qui antea tacito robore nó timebat? Ne à claritatis pondere premeretur, formidinémque, quam à nomine conceperat Rex, iactis in corpus deposuisset insidiis. Si sat fuit opinio, vt paueret Achis, nonne magis coram nominato, quam coram nomine metuisset? Non æquat amplitudinem famæ cumulus meritorum? minor est præsentia, quàm rumor.

101. Certè Saül, qui non pluris Dauidis fortitudinem æstimauerat, eo quod gigantæi capitis trophæum in manibus victricibus attulisset, cœpit robur iuuenis inuidere, cùm cantum fœminarum audiuit 1. Reg. 18.vers.6. *Reuerteretur percusso Philisthæo Dauid, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorósque ducentes in occursum Saül Regis, in tympanis lætitiæ, & sistris: Percussit Saül mille, & Dauid decem millia.* 1Reg.18.6. Obserua quòd non in occursum victoris, sed in obuiam Saülis egrediuntur mulieres, quasi ei concinerent Pæana triumphi; quippe militis victoria, Principis est. Et tamen irascitur, atteritúrque liuore Saül, dicens: *Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest nisi solum regnum?* Nonne exsectæ venæ gigantis sanguine fluunt, manúsque Dauidis trophæi redundantiâ distillant; cur victoris non inuidet ad præsentiam, sed ad modulos sonantes torquetur? Quoniam multum creuerat, dum laudatur, & supra Dauidem victorem Dauid celebratus attollitur. Grandior erat post elogium triumphus: habét quem timeat, non iam occisoris gigantis, sed gloriâ nominis muneratum. Inde dixit: *Dederunt Dauid decem millia*, quasi non Dauidi dederat brachium? sed solùm obtulerat, quæ sola dedit claritas opinionis. Nondum hostem, qui in silentij latebris, vicit; cum vicisse canitur, plenè vicit: quod manus incepit, lingua perfecit: propria brachia parum patrocinantur victoriæ, nisi accesserit os alienum: ille dat inimicos, qui dicit. Cum nomen è vagina obscuritatis stringitur, plures apparet occidisse, quàm gladius.

102. Apoc.19.16. Apocalypf.19.verf.16. *Et habet in vestimento & in femore suo scriptum: Rex regum, & Dominus Dominantium.* Cur non in fronte, sed in femore nomen? Quia inibi gladius, Psalm.44.vers.4. Ps.44.4. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* Situs nominis gladij est; plures quam acie, sonitu necat: tot impetus, quot syllabas facit; citiùs per aures traiicit ad præcordia, quàm per latera ferrum.

103. Isai.8.3. Isaiæ 8.vers.3. *Voca nomen eius: Accelera spolia detrahere: Festina prædari. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum* Vt celerior esset triumphus, vocabulum futuri victoris celeritas est: tardiùs tela, quàm nomen, accedunt; iam hostis herbam porrigit, cùm illibatâ cute nomen audiuit. Festinatò prædatur, qui antequam insonuit classicum, sonitum opinionis præmisit. Adhuc est puer, crepundiisque, & crepitaculo ludit, nec nomen sui didicerat, nec parentum; iámque Damasci dirimit fortitudinem; quippe qui à fama notum, in metatorem castrorum nomen præmisit: tam citò peregit victoriam, vt antea diuidisset spolia Samariæ, quam cadentium hostium fremitus audiretur.

104. 3.Reg.10.4. 3.Reg.10.vers.4. *Videns Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum, quam ædificauerat, & cibos mensæ eius, &c. non habebat vltra spiritum. Dixitque ad Regem. Maior est sapientia & opera tua, quàm rumor quem audiui.* Cur Regina spiritu deficiente consternitur, assueta ponderibus diuitiarum, seruorum gregibus, & superbiæ bonorum? Timuit à viro, cuius minor erat fama, quàm virtus; quàm opulentia, rumor; claritas, quàm sapientia. Prodigium est, merita superare

tatem ſe effudit, per laudatoria vota pectus egeſſit, nec habet, quo retineat ſermonem, dum per oris rictum euanuit. Ergóne maternum deſperauit coniugium, & in beatitudinis virgineæ diſpendium non aſſenſit Virginis excellentiæ? Imò à Matris doctrina traxit exemplum, debitáque filij pietate impensè exaggerauit encomium. Et certo coram Virgine loquuta fuit lingua cœleſtis, admonens de pignore progignendo, ingerens Incarnationis arcanum, myſteriúmque referens Trinitatis. Quid tunc illa? An in Angelicum oratorem officioſa verba profudit, aſpectum, pulchritudinem, ſenſúmque verborum extollens, ſpiritúſque ſapientis ingenium ſtrepitu laudatorio commendans? *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Imò ſecundùm verbum tuum, ó Virgo, quæ diuinum pignus concipis verbo, cuius ad aſſenſum ſtudioſa præſtolatur natura, cuius ad vocem creatura redimenda ſuſpirat. Sed proprium verbum noluit dicere ſuum, vt Verbum Patris efficeret proprium, audiendoque conciperet, nec ſobolis ſortem laudis loquutione turbaret. Quod intus agebatur in vtero, corporiſque externa neſciebant, diſpergere noluit per labra, ſed clauſo pudoris ſignaculo, cenſurâ ſilentij clauſit & linguam, ne quæ Virgo in viſceribus remanebat, virginitatis vocalis pateretur iacturam. Ergo beata Mater, quæ Verbum Dei cum audiuerat, cuſtodiuit, tam illi fuit vtilis, vt nouam ei naturam inderet ex cuſtodia.

151. Mater ita auditor acceſſerat ad Ieſum dicens
Luc.18.17. verſ. 17. *Magiſter bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam?* Breui periodo eruditori blanditur, & ſatagit erudiri. Quid tunc Dominus? verſ. 18. *Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi vnus Deus. Præcepta noſti: Ne adulteres, ne fureris*, &c. Cur ſe bonum nuncupari non ſuſtinet à diſcente, quem verbum bonum Pater eructat, & de Spiritu ſancto, cui character boni figitur, Virgo concepit? Vt bonus in audiendo redderetur auditor, ſilentium laudationis impoſuit, ne celebritatis arente flore non ad pondus fructus veniret. Docet opera, os aſſentatorium obturat, & ad ſcriptæ legis dogmata vulgata diuertit, ne quid proprium Magiſtri inueniat auditor, quod feſtiuo plauſu, linguáque prendat, &, inani manu, labiis occupet tanquam digitis.

152. Ieremiæ 7. verſ. 2. *Audite verbum Domini omnis*
Ier.7.2. *Iuda, qui ingredimini portas has, vt adoretis Dominum. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Eritne mendacium templum dicere, quod eſt templum, Domini nuncupare, quod Domini eſt? Cur mendacis opinione percutitur, qui domum ſacram eſſe fatetur, non minùs quam triplici elogio, vt ſanctam Trinitatem commendet? Sed qui fiduciam in laudatione locauit, aſſentantéque lingua in blanditiis præconiorum confidit, nec tamen à malignis operibus ſtitit, veritatem transfigit in mendacium; quaſi non concordet lingua cum mente, ſiquidem non concordat cum opere, quod à mentis venit imperio: nihil potuit concipi ex g[illegible]tatis. Excellentia templi vertitur in opprobrium, & altaris titulus opinioni ſuffragatur mendaci; quoniam qui templum oraturus accedit, & in cordis ſilentio vocales virtutum mores, honeſtáque exercitia ſanctæ conuerſationis erudiri neſcit, in nudis templi laudibus hæſit, vt hæreret in vitiis, blandimento adulationis titulum altaris infamans.

Scis illud Matthæi 7. v. 21. *Non omnis qui dicit* 153.
mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: Matth.7.21.
ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt. Qui Dominum appellauit, ſe ſeruum indicat argumento procliui: quòd ſi ſeruus, quidquid ſui eſt, in Dominum retuliſſe dignoſcitur; parum quod ſuum, ſemet in herile arbitrium deuouit, nec potest remanere quid præter, qui ſecum dedit omne, quod eſt. Cur non in cœleſti ſtatione beabitur, ſuique Domini veſtigia ſequens, beatitudinis mercede donabitur? Obſerua quòd non dicitur, operibus expreſſiſſe Dominum eſſe, ſed linguâ; oris geſticulatione, non manu; non ſeruili functione, ſed adulationis ſuſurro. Ergo qui facit, beabitur, non qui dicit. Dicebat ſe Dominicæ voluntatis deuotum, qui vocem Domini geminabat: ſed quàm facilis in celebritate vocabuli, tam leuis fuit in officioſi obſequij tributa. Ideò ſignatè adiicitur illud: *Sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt.*

Laus Magiſtri in obedientia completur. Docilis humus in figlinæ ſchola tornatus, profundi lineamenti patientiâ celebrat artificis manum. Si tella loqueretur, cùm figulus intercipit, & diſtribuit, horreret auctor [illegible] eadem malleum audiuiſſe vocalem, & à proprio timens encomio in operis dimidio deſineret. Ergo operis ſilentium prolixa eſt opificis commendatio. Tace, cùm vitæ Magiſtro auſcultas, ó homo: humus adhuc es; illi figuli, tu figmentum. 154.

Iob 38. v. 4. *Vbi eras quando ponebam fundamen-* 155.
ta terræ, cùm me laudarent ſimul aſtra matutina? In- Iob 38.4.
dicat geneſim & cunabula orbis, quando rerum vniuerſitas fabrefacta è voce Conditoris erupit, cùm oculos cœli nocturnos tanquam pupillarum cryſtallum in cœleſti fronte tetendit, & aſtrorum choros per cœlorum campos digeſſit. Qualis ergo laus ab aſtris in creatorem repenſa? Sane nonniſi lucidum ſilentium fuit. Nec dicente Numine: *Fiat lux*, garrulis plauſibus oppanſa claritas extulit potentiam opificis, ſed iuſſis obtemperans maieſtatis, muto ſplendore altè ebibit diſciplinam lucendi. Et tamen hoc laudis genus pluris æſtimauit creator, ſibíque de hac panegyrica taciturnitate blanditur, quippe cui clarius loquitur obſequij lingua, quàm importunus ſtrepitus laudatricis ignauiæ.

CAPVT

CAPVT XII.

1. TVNC iussit eam introire, vbi repositi erant thesauri eius, &
iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conui-
uio suo. 2. Cui respondit Iudith, & dixit: Nunc non potero
manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, nec veniat super
me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo. 3 Cui
Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti,
quid faciemus tibi? 4. Et dixit Iudith: Viuit anima tua
Domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in
manu mea hæc, quæ cogitaui: Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum, quod
præceperat. 5. Et petiit, dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem
egrediendi foras ad orationem & deprecandi Dominum. 6. Et præcepit cubicu-
lariis suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum per
triduum. 7. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ.
8. Et vt ascendebat orabat Dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius ad
liberationem populi sui. 9. Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vsque dum
acciperet escam suam in vespere. 10. Et factum est, in quarto die, Holofernes fecit
cœnam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum. Vade & suade Hebræam
illam, vt sponte consentiat habitare mecum. 11. Fœdum est enim apud Assyrios,
si fœmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat. 12. Tunc introiuit
Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum,
vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucundita-
te. 13. Cui Iudith respondit: Quæ ego sum, vt contradicam Domino meo. 14 Om-
ne quod erit ante oculos eius bonum, & optimum faciam. Quidquid autem illi pla-
cuerit, in hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. 15. Et surrexit, & or-
nauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. 16. Cor autem Holofer-
nis concussum est; erat enim ardens in concupiscentia eius. 17. Et dixit ad eam
Holofernes: Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inuenisti gratiam co-
ram me. 18. Et dixit Iudith: Bibam Domine, quoniam magnificata est anima mea
hodie præ omnibus diebus meis. 19. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso
ea, quæ parauerat illi ancilla eius. 20. Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bi-
bitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

Litteralis Commentarius.

Vers. 1: **Tunc iussit eam introire, vbi repositi erant thesauri eius, & iussit ibi manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo.**

1. ARRISIT Holofernes votis Iudithæ, quæ apud textum Græcum præcedenti capite petierat vers. 13. *Et nunc manebo apud te Domine mi.* Ergo auaritiæ locum in voluptuosum cubiculum, vbi moraretur pulchritudo, conuertit: nec alius aptior tam pretiosæ gemmæ, quàm theca gazarum. Certè eò Persicus luxus feruebat, vt velut in munitissimis vrbibus thesauros mobiles in tentoriis mobilibus gestauisset, & è campis penu pretiosum efficiebat, ne portatilis gaza vnquam opulentiæ deesset. Æmulabantur Proceres ditissimam Regum superbiam, & quasi secum veherent palatia, omne genus diuitiarum in inquietis tabernaculis obseruabant. Mardonij tabernaculum nulli luxui parcens describit Herodotus lib. 9. vbi triclinares lecti, argentea vasa, stragulaque vestes certatim contendebant de pretio. Herodot.
Quale tentorium Darij, dabit Plutarchus in Alexandro his verbis: *Tabernaculum Darij reseruarant illi refertum egregiis seruitiis, instrumenta Regia & magna vi auri, & argenti.* Et deinde. *Vt vidit lauacri, pelues, Alexander, crateres, ampullas, alabastros, ex auro fabrefacta omnia, domumque excitatissimo odore ex aromatibus & vnguentis fragrantem: inde in tabernaculum transiit fastigio, laxitate, lecti, mensarúmque, & cœnæ illius nitore admirandum.* Plutarch.

Cur autem thesaurorum locum incolatui Iudithæ destinauerit Persa, plura placita reddunt auctores, quibus derelictis ea potissimum nobis ratio subest, quoniam thesaurorum sedes locabatur in recessu quodam proximo Regis lecto. 2.
Audiendus est Athenæus, qui lib. 12. cap. 3. ex Mitylenæo sic scribit: *Eò vsque delitiarum peruenerunt, vt supra caput Regij lecti domicilium quinqueclinium haberent, in quo quinque millia auri talentorum semper iacerent, quod Regium puluinar vocabatur.* Et statim: *Aderat in ipso cubiculo vitis aurea supra lectum lapidibus pretiosis ornata,* Athenæus

nata, quam scribit Amyntas in ponderibus racemos ex pretiosissimis calculis compositos habuisse: atque non longè ab ipsa craterem aureum opus Theodori Samii positum fuisse. Ergo aptissimè signatur Iudithæ sedes cubiculum istud, vt simul iuxta puluinar Ducis, & in pretiosiori situ maneret; illud amoris, hoc nobilitatis ergo. Præcipuè quia locus occultior erat, ideóque tanto pignori accommodus. Sic enim de pulcherrima coniuge Darij, eiúsque filiabus, quando habitabant in castris, scribit Plutarch. supra: Quibus victor Alexander concessit in segregato tentorij loco habitare. Verba sunt: *Maxime Rege dignum beneficium eius in fœminas generosas, captiuas & castas extitit, quod nihil neque audirent, neque suspicaretur, neque expectarent turpe, sed quasi non in hostium castris, verum in sacris & sanctis Vestæ templis seruata in abdito extra aliorum oculos agerēt.* Et quidem quod captiuæ in penetraliori tabernaculo degerent, innuit Curt. lib. 3. *Ille cum paucis armigeris in tabernaculum, in quo captiuæ erant peruenit.* Sectum est, quo in honore habitæ fœminæ, quæ Persarum Regū illebris insistebant; non minori quidem ac thesauri, imò chariùs nobilitatæ, Trebell. Pollio in Valeriano: *Cepit Regios thesauros: cepit etiam quas thesauris chariores habent Reges Persici, concubinas.* En thesauri & pellices iunguntur; quid quòd fœmina, cuius ignibus Holofernes ardebat, thesaurorum situi adscriberetur, vbi accumberet inter gemmas, & auri lenocinio pasceretur, è statúque miserrimo, & inope obsessæ vrbis subitò se conspiceret in tam opulentam fortunæ sortem venisse? Et quidem quidquid amare poterat auaritia, ditissimo cumulo in Persicis tentoriis latuisse dignoscitur: nec enim dissidebā: armarium à thesauro. Quin Iustin. inquit lib. 42. *Auri argentique nullus nisi in armis ejus.* Et de Medis & Parthis Tertull. lib. de habitu mulieb. c. 7. *Latent in singulis smaragdi, & cylindrinos vaginæ suæ solus gladius sub sinu nouit, & in peronibus vniones emergere de luto cupiunt.*

3. Profectò præter aurum & argentum, quod è Niniue dono Regis abduxerat Holofernes, tam illustrium victoriarum prædæ, tot militares fortes, opulentissimam diuitiarum cumulauerant struem. Quot fœminarum dotes eripuerat? Quot muliebres delitias, regionibus deuastatis, cōgesserat? Quot opes in aceruum vsque contruerat; liquidum de vna præda Damasco asportatā Curt. lib. 3. sic fatur: *Iacebāt totis campis opes Regiæ illa pecunia ingenti militū stipendio præparata, ille cultus tot nobilium virorum, tot illustrium fœminarum, aurea vasa, aurei fræni, tabernacula Regali magnificentia ornata.* Ergo vt alliceret fœminā, & quam inuj ēfius ardebat, emollesceret, in auro probare gestiuit, & in gemmeam fornacem inducere, vt aliquid sentiret incendij, cuperétque imbi Dominam permanere, quò solum vt hospes aduenerat. Ex quo non inscitè innuitur: priùs iussisse Holofernem, vt Iuditha vestigia moueret erga cubiculum thesaurorum, eo fine, vt opulētiæ visu, igneóque splendore eorū eius flueret, &, si forsan pectus fœmineum aliqua obdurabat constātia, inter baccarum aceruos ditissimaque metalla cadens aliquantulum frangeretur. Et deinde postquam vrbana fœmina iussis tam beneuolis annuit, vt ampliùs eam Persa mulceret, auxit beneficium, iubēs, quòd non solùm oculis eius ille thesaurorū pateret recessus, sed totius corporis habitaculo subsisteret. Ideò bis ponitur *iussit:*

Tunc iussit eam introire, vbi repositi erant thesauri eius. Græcè est pro thesauris ἀργυρώματα, quod solet exponi supellex argētea; apud Budæum autem significat argentea vasa. Parsimoniæ militaris censurā longè erat à Persa, qua inhibebatur, quodlibet vas argenteum in castris, vt constat ex Plinio lib. 33. c. 3. Herodiano lib. 4. Spartiano, & aliis. Non deest qui putet idem esse hic ac argētum mensale, quod nos dicimus *baxilla*. Nec hæc expositio absona esset gustui Persico: studebant etenim insanis diuitiarum cumulis abacos ornare, vt videre est apud Strabonem lib. 15. *Et iussit illic manere eam.* Sub honoris specie iam sagittâ transfixus Persa cauit, ne communibus ictibus oculorum, Hebrææ pulchritudo pateret; ne de militari licentia subiret iniuriam, non tam fœmina, quam procus eius quem ferme iam imaginariæ zelotypiæ stimulus agitabat. Ideò ipsam fœminam iussit, ne excederet à cubiculo, quod de auri copia ambitiosiùs pectus explebat. | Græca. Budæus. Plinius. Herodian. Strabo.

4. *Et constituit quid daretur illi de conuiuio suo.* Inquit Lyra: *Solicitus de ea sicut de corpore proprio.* Cur non illicò ad mēsam admisit, & quod quarto die facturus erat, è vestigio compleuit, vt liberiùs in triclinio peregrinæ venustatem ebiberet? Duplex se causa offert. Prima, ne cum coram aulicis accumberet, & æmulus amor, cum quo contenderet, inueniret, ne latronibus suis, nouum ferculū inopinæ venustatis apponeret, quod ipsi libarent. Præcipuè quia indignum putabat, vt fœmina, quam Assyriorum supremus Dynasta sibi iam delegerat voto, ad frequentiam prandij accessisset, cùm id non Reginas nobilioresque cōiuges ex Persico more decerent; sed potiùs lenocularum erat mulierum, quas ad prouocandam libidinem conuiualis feruor vocabat, vt perhibet Plutarchus in Sympos. c. 1. Qua causâ Vasthi excusat Iosephus lib. 11. antiq. c. 6. *Illa verò volens leges Persarū seruare, quæ vxores vetant ab aliis præter domesticos conspici, non iuit ad Regem.* | Lyra. Plutarch. Ioseph.

5. Alia causa fuit, vt si quid à Bethulia moti Persico abionū gestauisset, si quid cōtraxisset pulueris ab itinere, pauluū expiaret, nec repente nitidissimo cultui opulentiæ Persicæ insereretur: nec enim ferebat Artarchi Persarū maiestas, sic illicò deprimi, vt cū trāsfuga fœmina cōiuaretur. Et quidem ante quā puellæ, conspectū Persæ Regis subirēt, præter cæterū cultum, præcipuè aromatibus odoratisque succi aspergebantur, vt si quid minùs amœnū halarent, vnguentis & odoribus mederentur. Esther 2. v. 12. *Sex mēsibus oleo vngerentur myrrhino, & aliis sex, quibusdā pigmētis & aromatibus vterētur; & vt eis placuerat, cōposita è triclinio fœminarū ad Regis cubiculū transibant.* Vbi Lyra scholiat: *Vngebantur oleo myrrhino. i. lachryma fluente de tali arbore, quæ habebat virtutē mundificandi carnem.* Et statim: *Quibusdam pigmentis, quæ faciunt carnem mulieris suauem & redolentē ad reprimendum fœtores, qui in mulieribus solent esse.* Cuius obseruationis conscia iam Iudith, se myro optimo illiuerat, seu oleo myrrhino, aut myrtino: nec opus habebat in tentorio Persæ studiosis pigmentis venustatem curare. | Esther. 2. 12. Lyra.

6. *Et constituit quid daretur illi de conuiuio suo.* Græcè est: *Et iussit mēsam parari ei de cibariis suis, & vino suo ad bibendum.* καὶ ὀψωνήματα ὀψωνήματα significant popinales delitias, obsonia, coquinaria fercula, lautitia, & cupedia, quæ in Regio ministerio apud Xenophontem computantur. Obsonium est, quidquid vescimur præter panem: | Xenophon.

panem: quin opus pistorium Xenophon lib. 8. σιτοποιός sic appellat. Ex quo loci iam supra obseruauimus quod iuxta Ducis tentoriū artificia gulæ locabantur, pistores dextram tenebant, læuam coqui. Et in tabernaculis Optimatum ex Persis, militaribúsque tentoriis auctor ipse ibidem enumerat Pocillatores, obsonatores, pistores, & coquos. Ideò autem signatè de obsoniis suis Iudithā vesci, imperat Dux; quippe nullibi gentium ac Persis tam appetēs obsoniorū gula; de quibus
Athen. Athenæus lib. 12. c. 3. in fin. *Neque certè quidquā eorum capiūt, quæ in mensam cocta prius fuerāt, sed noua semper inuenire student, quod etiam in obsoniis obseruant: nam vtrorumque horum artifices habent, qui noua faciunt.* Scio quòd obsonia nonnunquā solent significare bellaria, quæ in secundis mēsis
Plutarch. apponebantur, vt liquet ex Plutarcho de sæua Num. vind. de quibus sub hoc nomine lautè
Athen. Athenæus lib. 14. c. 18. Scio insuper Persas bellariis admodum delectatos, & ob frugalitatē, parsimoniæque censuram, aridis antiquitùs vesci solitos, vt auctor est
Herodot. Herodot. lib. 1. sed iam in luxum sæculo deflectente, opiparis lautitiis se Persici ventres dederunt, vt iam de eorum abstinentia
Hieron. laus contabuerit, quam deprædicauit Hieronym.
Strabo. in c. 7. Daniel & Strabo lib. 15. Nec Holofernes abstinentior Cambyse suo (quem nos sentimus
Seneca. Nabuchodonosorē esse (de quo Seneca lib. 3. de ira c. 20. *Seruabantur interim illi generosæ aues, & instrumēta epularum camelis vehebantur: cum sortirentur milites eius, quis malè periret, quis peius viueret.* i. cùm adeò fames, inuasisset exercitum, quòd miles voraretur à milite, & malè periret, qui esca fieret, & qui aleretur milite, peiùs viueret.

7. Nec dubito, præter obsonia, de mensa Holofernis constitutam fuisse Iudithæ panis annonā, vtpote floridioris: nam soli Reges, & Proceres
Strabo. vtebantur pane triticeo, de quo Strabo lib. 15. Quòd autē panis præter vinū & obsonia legatis aduenis signaretur, Persica magnificentia docet,
Athenæus. quam Rex erga Themistoclē edidit apud Athen. lib. 1. c. 27. *Themistocles*, inquit, *lampsacū in vinum, Magnesiam in panē, Myuntem in obsonia, Percopē in strata ac vestes, vnà cū Palæscepse, à Rege dono accepit*: quæ nobiles & diuites ciuitates erāt. Nec quæ Holofernes constituit victui Iudithæ, censenda sunt de mēsæ reliquiis, sicut moris Persarū erat, de quo auctor ipse lib 4. c. 6. *Postquā cœnarūt conuiuæ singulis seruis ciborum in mensa relictorum (relinquuntur autē carnes complures & panes) portionem distribuit: is, qui mensæ est præfectus, quam illi sumentes per totum diem habent nutrimentum.* Sed imò dignū erat reuerentiā Iudithæ, quæ etsi in se nobilis, nobilior iā in corde Dynastæ, vt seorsim per artifices obsoniorum, quæ cœnæ Ducis inferenda erant, portionem acciperet segregatam.

8. Insuper decreuit Dux, quòd de vino suo biberet fœmina. An in eodem scypho? Nimia esset vrentis iam flammæ publicatio. Imò ideò in supellectilis argenteæ thecam introducta fuit, vt quidquid poculorū, & phialarū esset, quas gemmæ grauabant, quāsque cælauerat ars, Ducisque auaritia cælabat, liquioribus hauriēdis deligeret, & sic absque opinione amatorij vulneris, quo Dux tabescebat, eisdem vrceolis, quibus ipse, labra committeret. Quanta enim opulentiæ luxurie abacos suos Persæ onerabant, vnius Mardonij triclinium testis est, cuius ad argentea pondera, aureámque molem mirabundus hæsit
Herodot. Pausanias apud Herodotum lib. 9.

Cur autem vinū fœminæ destinauerit, & non potiùs aquam, meritò petes: cùm etiam in communi vnda singularem illecebram gloriæ Persæ inuenissent, apud quos, vt Agathocles lib. de Cyzico scribit, aquam auream nuncupatam fuisse, cuius solis Regibus vsus. Quin & Choaspiā lympham secum in longissimas expeditiones vexisse, vt hic purus fluor solam Regum appetentiam rigaret, narrat Plin. lib. 31. c. 3. Clem. Alex. lib. 2. pædag. c. 2. Sed huic iactantiæ pepercerat Holofernes, qui solo vino madidū se volebat; nec potuit de suo poculo fœminā inuitare, nisi vinum propinauisset, ne à suo Cambyse desciscerer, qui constanti cerebro, Bacchi riuos haurire solebat, vt perhibet Senec. lib. 3. de ira, c. 14. Et quidē hæc Syriæ regio amabilis nimiùm potuit esse Holoferni, è qua generosę vites suum in Persidē transmittebāt liquorem: nullū enim aliud poculū admittebant Persici Reges nisi vinum Chalyboniū quod ex Syria onerarij vehebāt, Athenæus lib. 1. c. 16. *Persarum Rex vinum Chalyboniū solum bibere consueuerat, quod Possidonius etiam in Damasco Syriæ nasci affirmat.* Hoc vinum Hebrææ puellæ Holofernes decreuit, cuius vim agnouerat ad amplexus; ne, si castigatione potus Iuditha frigesceret, Ducis desideria respueret. Nec Persæ fœminas arcebant à mero, quas libidini propitias amabāt. Ambros. lib. de Elia, c. 15. *Plerique etiam Persico more mulieres dignas temulentorum consortio, induci iubent, & ab his phialas accipiunt, atque illis se substernunt sedentibus: & hunc ritum sacratæ habent obseruationes in ebrietatis ministerio.*

Nec prætereundū est id, quod in textu Græco, 10.
dicitur: καὶ συνέταξε καταστρῶσαι quod solet verti,
iussit sterni illi, subauditúrque *mensa*. Nec opus est litterato Mensam adiicere; siquidem cœnabatur in lectis, quorum curatores στρῶτας appellant: stragula enim erant, de quibus Esther 1. v. 6. *Lectuli quoque aurei & argentei super pauimentum, smaragdino, & pario stratum lapide, dispositi erant; quod mira varietate pictura decorabat.* Athenæus lib. 12. c. 3. de Persarum delitiis: *Non enim illis sufficit in primis lectos molliter substrauisse, verùm etiā lectorum pedes super tapetibus collocarunt, ne pauimentum contrauitatur, sed tapetes cedant.*

Agathoc. | Plin. | Clem. Alex. | Senec. | Athen. | Ambros. | Græca. | Esther. 1.6 | Athen.

Vers. 2. Cui respondit Iudith, & dixit: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo.

Vers. 3. Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?

Vers. 4. Et dixit Iudith: Viuit anima tua Domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitaui: Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum, quod præceperat.

Vers. 5. Et petiit, dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.

Vers. 6. Et præcepit cubiculariis suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum per triduum.

Nunc

11. *Nunc non potero manducare.* Disceptari solet, cur Iuditha de Assyriorum castris annonam respuerit, studiosa, ne de alienis alimentis victum transigeret? Communis ratio percrebuit post Serarium & Sanctium, ne dapibus nutriretur, quas Deorum imprecationes sordidarent, neve idolothyta sumeret, quæ religio Hebræorum aversabatur. Estô, valeat plurimùm hæc ratio in aliis egentibus, quibus occasio fuit pollutum ex barbaris comedendi, vt constat ex Oseæ 9.v.3. longissimè distare potuit ab hoc metu fœmina sancta: nullæ etenim Deorum preces in Holofernis sonabant exercitu, qui omnes Deos venerat demoliri, nullæ conuiuiis victimæ poterant superesse, quas idolorum cultus mensis relinqueret, quando quidquid per lucos phanorum erat, militaris gladius deiecerat, nec nisi Nabuchodonosori vllus vitulorum de sacrificiis fluebat cruor. Has solùm victimas sibi gula parabat, nonnisi ventri sacrificabatur. Quo nihil antiquius apud Persas: nam etiam aliis Regibus, quibus non sic singularis diuinitas tribuebatur, armenta in victimas cædebantur, vt ingluuies esset ara, Sacerdos coquus. Ausculta Athen. lib. 4. c. 6. *Regi mille victima eodem die mactantur, inter quas sunt equi, cameli, boues, asini, cerui, & plurimæ oues. multa sunt & aues, quæ absumuntur, passeres Arabici: sunt enim magna animalia, anseres, & galli, ex quibus moderatè singulis Regis conuiuis apponitur, quorum vnusquisque, quod ex prandio reliquum fuerit, aufert. Maxima pars horum ciborum, victimarúmque, quas Rex nutrit in stipatorum, scutatorúmque aulam deportatur: nam sicut stipendiarij milites stipendium æs in Græcia, ita isti victum a Rege accipiunt, qui pro stipendio dari illis consueuit.* His iustè idoneéque attribueres Tertull. verba lib. de ieiun. c. 13. *Illis denique Deo idolo gulam suam mactas: tu Deo non vis. Deus enim venter est, & pulmo templum, & aqualiculus altare, & Sacerdos coquus, & sanctus Spiritus nidor, condimenta charismata, & ructus prophetia vetus.* En quale idolum in Holofernianis castris colebatur: quæque cibaria erga ventris religionem idolothyta erant. Nulla præministrebátur libamina Diis, nullus sacris cæremoniis locus, quas Hebræa fœmina abhorreret. Ergo quæ conscia erat, nullius iam Numinis præter Regem Persas esse cultores, non ideo aridam secum tulit annonam, ne eduliis, quæ fascinasset superstitio, in Ducis tabernaculo vesceretur.

12. Ergo aliam causam reddit Lyra hic scholians: *Erat enim ibi aliqua cibaria lege prohibita*, cui cēsioni pleno pectore defero, siquidem ex præfatis Athenæi verbis liquet plura, quæ Regio conuiuio cædebantur, ab Hebræis immunda censeri; quippe quæ lex inhibuit, vt legenti Leuiticum innotescet. Et, vt sit, meritò tribuit prudētissima fœmina, ne inter tot dapes, quibus Persica fercula feruebant, aliquid sibi apponeretur immundū; & ne scrupuloso, meticulosoque examine prius vnumquodque obsonium timaretur, multum de Hebræa religione mereri censuit, si vniuersim se ab omni conuiuio dirimeret, ne inter concessas & legitimas escas aliquid contingeret inconcessum, iniuriosumque legi. Præcipuè quia illi animus fuit, sobrietate & ieiunio gulosum & madidum iugulare, vt toties Patres præconantur, quos dedimus supr. tom. 1. in catenæ paneg. Fulgent. epist. 2. de statu viduali, c. 14. *Ille pugnabat armis, ista ieiuniis; ille ebrietate, ista oratione.* Augustinus serm. 66. *Accedit ad conuiuium nihil de cibis, aut de potibus hostium gustatura, quæ suis vtensilibus voluit esse contenta.*

13. Accedit quòd fœminæ, quæ Regiæ libidini parabantur, in Regali triclinio destinatis nutriebantur cibariis, & quasi tessera, & indicium erat Regalium concubinarum, sic pasci, & saginari ad lasciuiam: quod innuitur Esther 3. v. 13. (Esther. 3. 13.) *Ingredientes ad Regem, quidquid postulassent ad ornatum pertinens accipiebant, & vt eis placuerat, composita de triclinio fœminarum ad Regis cubiculum transibat.* Triclinium autē quis neget conuiuale fuisse cubiculū? Cauit ergo Iuditha, ne libidinis pignus, cibos nempe Dynastæ præsumeret, illosque studiosa segregit, quæ castitatis alimenta fuissent. Id innuit Ambr. lib. de viduis. (Ambros.) *Nec cibo, vt legimus, maculata, nec adultero.* Et statim: *Nam si Iudith bibisset, dormiisset cum adultero*: quod suprà expendimus cap. 10. vers. 5. recognosce locum.

14. Denique etsi nulla cum Diis religio tunc erat Persis, quæ cibos precationibus macularet, sat fuit quòd Nabuchodonosor coleretur vt Numē, cùm nimium persuasibile sit, easdē illi in epulis inoleuisse tunc precationes, libationésque, quas suis idolis adulādis cæteræ gentes assuescebant. Saltē moris Persici fuit, quòd quotidie vt aulici Regibus assentarētur, Genio Regis, scilicet Dæmonio, sternerent mensam epulis & lautitiis instructā, vt scribit Athen. lib. 6. (Athen.) Quod fecisse Holofernē summum Regis sui parasitū, quis inficias ibit? Nec par erat huiusmodi cibariis fœminam aliquam Spiritus sanctus medullitùs imbuebat.

15. Ergo inquit: *Nunc non potero mādūcare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio.* Scitè dixit: *Nūc non potero:* nam vt ethnicus Papinianus (Papinian.) Christiano ferme sermone dixit: *Quæ facta lædunt pietatem & existimationē, nec nos posse facere credēdum est.* Quod facillimum putat voluptas, religio impossibile reddit, iustitiæque tenax affectus extra metam naturæ arbitratur. Cur autem dixit *Nunc?* Commentatur Lyra: (Lyra.) Ac si dicat: *Excusatam me habeas paruo tēpore*, id est, hoc paruo interstitio a tuis cibis aridam & ieiunam me esse oportet, cui opus est, Deum tuum habere propitiū, ne, si offensū illegitimus cibus reddiderit, in tam arduis rebus consulentem non audiat. Non iudico ad tam arcti tēporis angustias, temperantiæ suæ legem affixisse Iudithā, vt Persam monuisset, post subiugatam Bethuliam, eius epulis se nutriendā, nisi callidè, vt hic cogitatus Persæ insideret, ly *nunc* adiecisset, qui eò stoliditatis peruenit, vt existimare potuisset, quòd votum comedendi de illegitimis cibis post peractā victoriam, nihil nunc sceleris cōtraxisset. Et quidem sat fuit prudenti fœminæ nunc de Ducis conuiuio comedere recusasse, siquidem post eius cædem nulla ad eius triclinium suppetebat occasio. *Ne veniat super me offensio.* Nimis ethicè loquuta est. Deus à delictis peccatorū offēditur, & tamen offensio, quæ in Deum vibrari videtur, recidit in peccantem; vt grauis sarcina super humeros iacitur, vt plumbum in profundum immergit. Priùs à suo peccato peccator offenditur, in quem a Deo offenso iniuriæ validissimum resilit pondus; & malum, quod ad Deum accedere, maiestatis impedimento non præualet, misere in offendentem refunditur. Sapiens fœmina (Sap. 1. 4.) hostem veritate delusit, Barbarum erudiens de Deo promerendo, cuius voluntas innocentia est, nec in animam peccatis subditam, idest, grauatam sapientia mittitur de cœlestibus. Singulis

verbis ſ. Holoferni religioſam oſtendit, vtqui aduerſus Deum citatis agebat phalangibus, nonniſi ſub diuini cultus vinceretur ſpecie.

16. *Ex his autem, quæ mihi detuli, manducabo.* Compendio Holoferni detexit, quibus vſibus ſacculus ille, qui ancillæ ſuæ brachia impediebat, ſubſeruiret, ne quid ſupellectilis putaretur, ſed gemino alimento, Abræ nempe & Dominæ, ſarcina innoteret idonea. *Quæ mihi detuli*, inquit; non ad promerendam Ducis beneuolentiam, munuſculum baiulo; mea annona eſt, quæ, licèt hoſpes venio, non conuiua. *Reges Parthos,* ait Seneca epiſt. 17. *non poteſt quiſquam ſalutare ſine munere*; nec indonatum Regem relinquere in aulam ingredienti licebat, vt perhibet Herodotus lib. 5. Quale munuſculum offert Holoferni Iuditha? An quæ Abræ ſarcina ſunt, polentam, palatas vinum & caſeum? Profectò ſimilibus donis nimiùm Reges Perſici blandiebantur, vt auctor eſt Ælianus lib. 1. var. hiſtor. cap. 13. *Lac, palmas, & caſeum ferunt, maturáque bellaria, & alias primitias fructuum, qui in regione naſcuntur.* Et antea dixerat: *Nonnulli etiam frumentum ſiue vinum.* Sed Perſæ nulla largior donatio fuit, quàm eximiæ pulchritudinis viſus, nullum diutiùs munus, quàm pollicitatio victoriæ. Non cibos ſuos vult communicare cum hoſte, qui non delectatur aridis; ſucculentis, & madidis inhiat; nec puras cœnas amat, qui in impurum cubile à cœna madidus recidere geſtit. Græcè eſt: *Sed de ijs, quæ ſecuta ſunt me, fiet expenſa.* Fortaſſis Abra nondum intrauerat in tentorium, ne vilior veſtis, vtriculique getula per aulæa ſtromataque graderetur. Nec Iudithæ verbis defuit maieſtas, quæ ſe nobilem indicauit, quàm vectaculum ſequebatur annonæ.

17. *Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi iſta, quæ tecum deduxiſti, quid faciemus tibi?* Hoſtile pectus cicurauerat amor: ſub potentiori tyrannide deuictus Tyrannus, amaſiæ cœpit eſſe miniſter. Bacchum ſeruire coëgit nunc, qui penſa dedit Alcidæ, vt fert carmen amoris. Ebrioſus Holofernes Iudithæ inſeruit, dum eius alimenta procurat. Timet ne quid de pulchritudinis ſplendore deferueat, quem inopia ciborum extinguat. Quid aniles Abræ humeri poterant ponderis baiulare, quod duplici ſuppeteret nutrimento? Ideò anxiè ſatagit veſtigare, quale adiumentum futurum, ſi neceſſitas conſumpſerit, quod geſtatur. Cur non impenſiùs ad Perſarum fercula fœminam acuit? Cur non importunè ſolicitat, ne mactet gulam tam diræ abſtinentiæ cultello? Vereri incepit, ne ſperatus euaneſceret triumphus, ſi de alienis, Dei ſui religioſa comederet; & quod illa dixerat impoſſibile, nunquam extorqueri poſſe putauit. Dediſti Barbare documentum Chriſtianis: lex quod impedit fieri; impedit & rogari; nec indulgentiæ ſubeſt ſpes, vbi rigor inhibet, quod cauetur. Priùs peccauit in vetitum, qui vt peccetur in vetitum, prouocauit. Irritamentum delicti potiſſima portio delicti eſt. Metetur Holofernes, quòd vegetior, & floridior pulchritudo Iudithæ, quà ſiccior & ieiunior, euadat, qui non inſtigauit ad epulũ. Græcè eſt: *Si defecerint, quæ ſunt tecum, vnde poterimus tibi dare ſimilia eorum? Non enim eſt nobiſcum de genere tuo.* Hebraïcorum rituum ignarus, ſe quaſi religionis conſcium perhibuit, qui ob diſſimilem qualitatem ciborum percalluit, Iuditham Perſica conuiuia reſpuere, non tantùm quoniam à caſtris inimicis condirentur; propinarentúrve: ſi enim in tentoriis ſuppeterent ſimiles epulæ, vel à Iudæo coquo, pocillatoréque apponerentur, cenſuit liberè, & nullius ſuperſtitionis timore Hebræam fœminam fuiſſe pranſuram: nondum enim ei innotuerat, quid Abra in ſarcina baiularet, nimiſque peregrinum edulium exiſtimans, deſpondit animum, tranſacta luce aliquid remanſurum annonæ.

Et dixit Iudith: Viuit anima tua Domine Deus. 18.
Sicut anteà cap. 11. verſ. 5. ibi: *Viuit enim Nabuchodonaſor Rex terræ,* ſubiit animum, neutiquam iuſiurandum nuncupauiſſe Iuditham, nec aliquod edidiſſe ſacramentum; nunc impenſiùs ducor, vt hîc iurauiſſe crediderim. Eſt enim ſufficiens iuramenti materia; oportuítque Perſæ animum obfirmare, vt alacri ſpe delinitus, nihil machinaméti interim aduerſus Bethuliam strueret, de promiſſo triumpho ſecurus. Ergo per animam Dynaſtæ iurauit, non ex pellicum, laſciuarúmque mulierum ingenio, de quibus Catullus. Catul.

Mulier cupido quod dicit amanti,
In vento & rapidâ ſcribere oportet aquâ.

In cupidinis ſchola Primarius Poëta ſi fœminam monet elegia 8. lib. 1.

Nec ſi quem falles, tu peierare timeto. Ouid.

Et lib. 3. improbè perhibet, puellis à Diis conceſſum, vt falſum iurẽt. Sed Hebræa puella quam cæleſtis veritas imbuit, etſi fallere nouit, peierare non nouit: nec de falſi ſuſpicione plectenda eſt, quæ antequam patrios conſumeret cibos, demeſſuit hoſtem, & obſidionem conſumpſit. Nec irreligiosè per Principis animam iurauit, quod in ſacris percrebuit 4. Reg. 2. 1. Reg. 14. v. 19. & 20. 4 Reg. 2. 1 Reg. 14. 19. & 20.
Nec vrget illud Ierem. 5. *Filij dereliquerunt me, & iurant in his, qui non ſunt Dij*: ea etenim ibi iuramenta Deus execratur, in quibus his, qui non ſunt Dij, ſacrilegè Deitas appingitur, quaſi iureiurando illis diuinitas adrogetur, ſicut moris erat, cùm ob vitâ functos iurabatur, quaſi Numina cenſerentur. Sic apud Strabonem lib. 7. Strabo. Æthiopes per mortuos iurãt, quia Deos faciunt. Et Plutarchus lib. 6. de Athenienſ. gloria. *Iurare,* Plutarch. inquit, *per aliquem eſt eum Deum facere.* Hinc Hermonia apud Ouid. in epiſt. iurat. *per patris* Ouid. *oſſa tui.* Cæterùm per Imperatoris ſalutem iurare, & Chriſtianis licuit; non verò per Genium, nempe dæmonem, quod ethnicæ ſuperſtitionis fuit. Minutius Fœlix: *Sic eorum Numen inuocant* Minut. *ad imagines ſupplicant, Genium, ideſt, Dæmonem eius implorant, & eſt eis tutiùs per Iouis Genium peierare, quam Regis.* Vlpian. leg. 14. §. 5. de iureiurando: Vlpian. *Si quis iurauerit in re pecuniaria per Genium Principis, & peierauerit, Imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigatum dimitti.* Vtrumque complexus eſt Tertull. in Apolog c. 23. Tertull. *Sed & iuramus ſicut non per Genios Cæſarum ita per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus Genijs.* Ergo impunè fœmina ſancta iurat: *Quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua.* Nec dixit: *viuat anima tua*, ſed *viuit*, ne illi vitam imprecaretur; cùm potiùs per eius vitam iuraſſet, antequam victus deficeret ab illo vitam eripiendam. O prudenter! Vitam Ducis adducit in teſtẽ mortis ipſi incutiendæ, vt infœlicior eſſet vita Tyranni, quæ ſui interitũ confirmaret. Per patẽs ceruicis oſtium, quod acinax aperiet, eo impetu anima ſordidiſſima exibit, vt exitus caſus ſit, ita velox, quò grauior & ponderoſior ſpiritus erat,

cuius

cuius ingenitam leuitatem quasi in carnem solidauerat gula, ebrietásque famosa densauerat.

19. *Non expendet omnia hæc ancilla tua.* O quale helluoni prodigium! Cibaria, quorum gerula anus, ancillæ & Dominæ satis erunt tribus lucibus ad conuiuium; cùm totius regionis opimitas ad Persam alendum inops esset. *Donec faciat Deus in manu meâ hæc, quæ cogitaui.* Vitam Principis contestata est, & manum adiicit, quæ iuramenti veritatem adimpleat, fœderísque vinculum soluat, & obligationis debitum luat. Solemne erat Iudæis, quòd iurans manum leuaret.
Aben-ezra. Aben-ezra: *Qui iurat, leuat dexteram suam.* Id obseruat Oleaster ad illud Genes. 15. vers. 22. *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum:* vbi inquit: *Solebat enim Dominus manum leuare, & iurare per vitam suam. Vel leuatio manus significabat firmitatem iuramenti: vnde Angli, vt audio, vsque hodie, eleuato digito iurant.* Non manum nunc eleuat Iuditha, vt nuncupet iuramentum, quæ pòst, vt compleat, eleuabit; maiorem firmitudinem illi concilians, quòd in ipsa manus leuatione stabile complementum inuenit. Ne à iureiurando executio distaret, linguæ & manus officia disiunxit: quod nunc ore loquuta, pòst manu peregit, nec anteà leuauit manum, quàm iam impleretur promissum. O qualibus retibus Persa illaqueatur! Quasi tento fune putauit, manui fœminæ innexum se per Bethuliæ ingressurum esse latibula; & tamen nunc lingua fœminæ laqueum iniecit iuramenti, vt pòst iuguletur à manu. Illustre facinus Deo decantat; Deum pollicetur facturum, sed non absque imbelli instrumento, qui manum fœminæ delegit ad sortem. Fœlix puellæ dextera, quæ omnipotenti brachio adfibulata, neruísque continua, immanis hostis caput & abscidit à collo, & sustulit in trophæum.

20. *Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum, quod præceperat.* Ex his dignosces, quòd vnum Principis tabernaculum in alia plurima secabatur; siquidem tabernaculum dicitur conclaue interius, in quo inerant gazæ, sicut anteà monuimus ex Curtio lib. 3. *At hi, qui in vestibulo erant, vt armatos conspexere, rati actum esse de Dominis, in tabernaculum currunt.* Seruorum grex, quibus aula scatebat, honoris ergo comitatur Iuditham; fortassis & lampades argenteæ præcedunt: vt solemniori pompâ vtrique blandirentur aulici, nempe & fœminæ & Holoferni, cuius iam fœmina putabatur, quæ in thesaurorum cubiculum introibat.

Curt.

21. *Et petijt, dum introiret, vt daretur ei copia nocte, & ante lucem egrediendi foras ad orationem.* A tentorij vestibulo vsque ad diuitiarum repositorium non modicam intercapedinem protractam fuisse, coniectura est; siquidem in interiori aula nec peruiâ frequentiæ, gaza occludebatur, ne auaritiæ pateret incursibus; & tentoria Regum, Ducúmque Persarum diffusis laxabantur spatiis. Et quidem subdiale medium solebat extendi inter tabernaculum & vestibulum. Athenæus. Ausculta Athenæum lib. 13. *Interior eius stationis pars Phœnicibus tapetibus circumuelabatur: interuallo medio, quod hunc locum à tentorio separabat, animantium pelles incredibilis varietatis & magnitudinis pendebant; quod autem subdiale spatium complectebatur, myrtus, laurus, & aliæ conuenientes frondes spissè opacabant.* Igitur ab atrio primo, in quo sub conopei gloria in suggestu Holofernes sedebat, vsque ad interiorem stationem, quæ hîc tabernaculum dicitur, non stricta distantia fuit, quam cùm Iuditha transigeret lento gradu, tardóque vestigio, suis stipatoribus insinuauit, quòd è re erat sperati triumphi, se in incubio noctis è cancellis excedere tabernaculi, vt sub cæli tecto, aráque vallis Numini suo vota profunderet. Non fero, quòd hic comminiscitur Sanctius, se fœminæ comitem præstitisse Holofernem, donec ad conclaue pertingeret, ideóque copia illi fuit exeundi postulare licentiam. Potiùs immoto Holoferne, eius stipatores, & cubicularij ad hospitium peregrinam ducebant, vt luculenter liquet ex versu præcedente: *Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum, quod præceperat.* Igitur asseclis suis, quibus cincta in penetrale tentorij processit, hanc postulationem detexit, quam coram vniuersa turba euulgare verita est. Sanctius.

22. Ex quo discordia sedatur, quæ inter Latinum & Græcum textum interesse videtur. Græcus enim, si vertas, sic fatur: *Et dormiuit vsque ad mediam noctem & surrexit ad matutinam custodiam, & misit ad Holofernem dicens: Iubeat iam Dominus meus dimittere ancillam tuam ad orationem exire.* Licèt subsileat Græcus, quòd in conclauis ingressu, nocturni matutiníque exitus efflagitauisset licentiâ, non leuiter innuit, stipatoribus suis, vt id innotesceret Holoferni, postulauisse, quod ea verba indicant: *Iubeat iam Dominus meus dimittere ancillam tuam.* Ly *iam* id ex condicto fuisse, liquidò probat, priúsque iam à Duce permissum. Sed oportuit vice prima ex conceptis Dynastæ verbis id iterum excubitoribus suggeri, vt & euntem per tot militum scatebras, vagáque tentoria, inter offusæ noctis, itinerísque impedimenta, ad eruditionem semitæ, muniménque in vallem vsque perducerent, idque Ducis esse placitum euulgarent, donec fama in exercitu percrebuisset, nemini licere, nocturna Hebrææ fœminæ perturbare vestigia.

Vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationē. Innuitur suprà aliquos ex Principis seruis Iudithæ functionibus fuisse signatos, qui simul honori assisteréť & custodiæ. Profectò Persarum more nullæ aderant excubiæ Reginis, nullus censorius custos, qui Regij pudoris studeret cancellis: nunquam suspicioni laxabantur habenæ, quòd coniux Regis se turpiter gerere posset, nec, & si pluries extra, alio quam Regis onere grauida censebatur, vt Plato scribit Alcibiade 1. Spadones pellices custodiebant, ne extraneo adulterarentur affectu, vt liquet ex Iustin. lib. 1. Iuditha non de concubinarum grege potuit censeri; sed oportuit non sic fidem transfugæ affigi, sed saltèm initio, antequam sui candoris plena synceritas appareret, cubiculum signare custodibus: cùm tamē Ducis amor suprà Reginæ decus sustulerit eam, omnem illicò suspicionē abegit, libitóque suo laxam reliquit. Ideò in ipsomet ingressu, cùm se vidisset cohorte stipante sepitam, cauit illicò, ne cubiculatiorum mutus suis conatibus obstitisset, egrediendíque copiam expetiit. 23. Plato. Iustin.

Nocte & ante lucem, nempe qua vesper decidit vsque ad primæ lucis cunabula surgunt, ne si aliquam de nocturnis vigiliis taxauisset, aliis præpediretur exire, quibus poterat contingere iugulatio, nec aditus pateret ad fugam oneratam triumpho. In diurnis spatiis tétorum egredi, non facinori proficeret, & officeret honestati. 24.

O quale castitatis secretum, procedente sole cubiculum custodire, & sub fusca nocte non lectum frequentare, sed fontem, vbi insidiosæ voluptatis frigesceret sensus, & corpori nitella per laticem pararetur. Nec luci diei aspectum Iuditha permittit, ne sol fascinaret vultum, quem splendor cœlestis obduxerat. Primo appetente fulgore, quæ nocte exiret, remeare in tabernaculum parat, ne vllum faceret commercium ad faciem, cui in die pro palliolo erat tentorium, & extra tentorium in nocte nox.

25. Xenoph. *Et præcepit cubiculariys suis.* Græce est σωματοφύλαξι, id est, *corporis sui custodibus.* Xenophon. lib. 7. παιδ. de Cyro inquit: *Ad sui corporis custodiam constituit eunuchos.* Cubicularios, de quibus in Latino, Diod. Sicul. Plutarch. Diodorus Siculus lib. 15. vocat σωματοφύλακας, & Plutarchus σωματοφύλακας, Vatablus nuncupat *stipatores corporis sui*, *aly satellites.* Censeo eos intelligendos, qui tentorij ianuis & cubiculis insistebant præcipuè ostiarios & excubitores, qui custodes corporis vocabantur, Vatabl. Herodot. Zonaras Esther. 2. de quibus Herodotus lib. 3. & Zonaras tom. 1. annal. Et quamuis Esther 2. Bagathen, & Tharen eunuchos ianitores esse, qui aulæ limen obseruabant perhibeatur, non suspicor quòd Vagao, de quo infrà, hoc ministerio in tabernaculo fungeretur, cùm superior illi honos ex nimia familiaritate Principis tribuatur. *Vt sicut placeret illi, exiret, & introiret ad adorandum Deum suum per triduum.* Quibus conatibus principatum porrigendi Holofernes inuigilat, Hebræorum inseruit redemptrici. Petierat illa exeundi copiam nocte & ante lucem; ast Dux non taxat spatia, sed & diurnam lucem eius placitis liberaliter donat, nimiùm in hoc prodigus, qui amat fœminam, & sub solis lampade vagari permittit. Non à zelotypia contabuisse, vel fuit arrogantiæ, vel fidei. Honestas peregrinæ fiduciam dederat, faciei libamina vltrò spectatoribus concedere non potuisse, quam splendoris venusti radij de militia cœlestis luminis tuebantur. Nec potuit ab inferioribus metuisse, quem superbia ab æmulatorum contentionibus defendebat. Ergo laxior votis copia Iudithæ concessa est, nec taxatur arbitrium, nec speratæ fortis decidisset occasio.

27. *Vt sicut placeret illi, exiret & introiret.* Iterati introitus satagit Persa, magis amans redditum fœminæ quam egressum. O quot scatent prodigia! Auari Dynastæ gazæ nullas iam patiuntur seras, nullis vectibus occluduntur. Tempestas furum nox est: & ad transfugæ nutum, nocte reserantur thesauri; penetrabilis fit diuitiarum statio. Ab vdis è matutino rore sandaliis, seu a palustri gleba limosis, ne soccis hæreant, non cauentur vniones: calcatæ gemmæ calceis assuuntur: sed dispendium non creditur, quod amor est. Si thesaurorum Dominus non iam suus, sed fœminæ, quà visæ incepit esse mancipium, quem incipiens ingredi ceperat pulchritudo; quidni in Dominam Domini transeant diuitiæ, vestigiisque cedant, crepidis perfricentur, repagulis parcant, vt quæ cor Ducis furata est, quod nonnisi in thesauris suis fuisse dignoscitur, cordi continuos deprædaretur thesauros.

Ad adorandum Deum suum per triduum. Qui omnem religionem abolere veniebat, qui excidit lucos, ne vallis opaca, idola contegeret, & quasi maiestatis reos, expansas arbores, quæ aras cingebant, bipenne mulctauit; iam superstitionis auidus, quam iuxta puluinar in pretioso habebat cubiculo, fœminam noctibus abire permittit, vt Deum suum adoratione pellicceret; nec putauit Nabuchodonosoris iniuriam, quòd vt imperium protraheret, à Deo extero iuuaretur. O puluerea Regis diuinitas, quæ ad superbiæ flatum euanuit! Bethuliæ domandæ cupidus, quæstuosæ diuinitatis stemma diuendit. Quàm patelarius Deus iste erat, quam minutus, qui vt terram capiat, Numen amittit. Cur triduum taxauit, donúmque quod largitaro protenderat, duratione diminuit? Putauit fretà cancellos obstringere Deum, opitulationisque tempus illi signare, sicut anteà fecerant Bethulienses. Scripsit è Bethulia iniquæ præsumptionis contagium; & quasi Assyriorum castra impetiisset, Duci exercitus adhæsit venenum. Hoc malum exempli est: per vicinia grassatur; nec inter inimica confinia discernit: quamuis religio separet, quamuis bellum per distantia montis spatia, quasi aura halulante diffunditur. Quinque dies diuino suffragio Bethulienses signauerant, triduum Holofernes decernit: quò breuiores induciæ, longiùs piaculum: crescit per societatem delictum, viresque acquirit eundo. An sat erit explendo facinori triduum? Certè infrà vers. 10. signatè dicitur: *In quarto die Holofernes fecit cœnam seruis suis*; & tamen eius diei nocte, capite auulso, fœmina impunis se reduxit in patriam, nullis ianitoribus perstrepentibus, sed excubiis præbentibus iter. Textus Græcus ait, quasi hanc dubitationem præcauês: *in castris mansit tribus diebus.* Ex quo liquet, quòd quartus pene dies numeratur post primum diem, quo, oriente sole, ad vallis excubitores Iuditha peruenit: ex quo vsque ad triduum, ab illa prima nocte numerandum, facultatem præstitit exeundi. Quare amussim tempus signauit, sicque, Deo auspice, momenta dimensus est, vt si in vesper sequens cœnam protelauisset, non posset fœmina remeare. Tu tibi vitæ terminum taxauisti, iniquissime tyrannorum, ne victrix fœmina à regrediendi potestate vetetur, ianitorúmque arceatur excubiis, ne à cubiculo excedat. Cædis tuæ maturabitur tempus: forsitan si laxiora concessisses spatia, plus lucis viueres, plúsque biberes Bacchi, qui ebrietati dies deuouisti, illecebræ noctes. Tantùm præstitit ad adorandum Deum triduum procacissimus Persa, vt quarta nox instagnatæ libidini seruaretur, quam ea temporis tarditate parauit restringere, vt pòst illecebrosiùs erumperet. Sed aptum tempus Hebræorum resurrectioni præstruxit: tertio die resurget Bethulia, concidet Holofernes, Amat hunc dictum numerum resurrectio, qualem in auctore vitæ à mortis expedito compedibus obsecuauit.

Vers. 7. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ.

Vers. 8. Et vt ascendebat, orabat Dominum Deum Israël, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui.

Vers. 9. Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet escam suam in vespere.

28. *Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ.* Non semel forsan, seu pluries, postquam Sol occumberet, deserebat conclaue; tum vt excubitores nihil fraudis opinarentur, cùm postea, quarta nocte post facinus regrederetur in vrbem. Nec enim illi constans erat signata noctis tempestas, qua sopitum mero occasio sibi subiiceret Holofernem. Tum ne vlla pars noctis secura Holofernis fuisset in venustæ hospitis cubiculum ingrediendi; quod prudentissimè cauit, ne tyrannicæ libidinis ferociens flamma hospitij religionem incenderet, & delusis ianitoribus castitatem perfringere tentauisset. Ergo plurimum noctis extra tabernaculum transigebat, ibat redibatque per tenebrarum silentia, otiáque diurna his officiosis semitis compensabat. Cur autem in vallem Bethuliæ cursum dirigeret, nec aliò diuerteret, si petas; haud difficilis responsio est: Quoniam illac iter agebatur in vrbem, orbitáque directa ducebat in montem, cuius verticem redimiebat Bethulia; callebátque iam Iuditha sinum & latebram, vbi militares excubiæ custodias peragebant nocturnas; oportuitque eos semel & iterum in triduano spatio offendisse, vt consuetæ religiosæ obseruantiæ, quam in valle frequentabat Hebræa, quarta nocte relinqueret, institutum. In vallem, in qua prima Peregrinæ venientis statio successit, libenter regrediuntur vestigia, vbi scandere montem quieta contemplatione discebat, cui postea inopinæ cædis prodigium omnem serenitatis disciplinam, nisi mordicus insideret, poterat auulsisse. Ne postea nutaret in gressibus, ne frondosæ vallis nigra arborum spectra turbarent, ne ad noctis vmbras, deserti que itineris occurrentes pauceret imagines, exercitamentis nocturnis instruitur, semitámque absque onere terit, quam post tertiam noctem peruadet onusta trophæo.

29. *Et baptizabat se in fonte aquæ.* Quid est, quòd pudica puella Assyriorum iuuenum stipata flammis, non timens, quòd magis ardeant, se immergit in aquis? Quid est, quòd inter libidinis nundinas, castra nempe militum, arcana membra denudat? Nonne labitur pudor, dum lauatur? Nonne munditiès ista labes est? Dissidium est, an totum corpus Iuditha immiserit fontis an manus tantùm, pedes, aut caput? Equidem tam in Latino, quàm in Græco textu, quòd baptizaretur, scribitur: nam etiam Græcè est,
Græc. καὶ ἐβαπτίζετο ἐν τῇ πηγῇ τοῦ ὕδατος *& baptizabat se in fonte aquæ.* Et sunt qui putent, quòd baptismus Iudaicus integrum corpus abluebat: lotio autem indifferens quid est ad portiones corporis, & ad totum eluendum. Profectò quasi baptismus ille Iudæorum ancillaretur baptismo gratiæ, in quo regeneratrix vnda nouum hominem, nouum figmentum edit immaculato puerperio, antiquitus baptizandi, priùs totum corpus immergebant in balneis, vt Nouarinus ad-
Nouarin. notauit lib. 3. Schediasm. ex S. Othonis actis lib. 1. cap. 35. *Ad aquam regenerationis cum multa grauitate ac disciplina se offerebant, toto corpore balneis priùs abluto, ac lotis ac mundis vestibus*
Marc 7.3. *induti.* Et quidem quod Marci 7. dicitur vers. 3. *Pharisæi enim & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus, non manducant; & à foro nisi baptizentur, non comedunt:* non sequitur indicat, totum corpus baptizantes abluisse; cui instituto metretas aqueas, pro corporis quantitate taxatas, cœnis
Gaudent. præuias iuxta cap. 2. Ioannis vers. 6. sentit Gaudentius Brixiensis tract. 9 *Erat autem mensura aquæ ad abluendum corpus sufficiens, vel duæ metretæ vel tres, id est; amphoræ duæ vel tres, pro quantitate scilicet magnitudinis corporum.* Quin 2 Esdræ 4. vers. 23. Nehemias inquit: *Non deponebamus vestimenta nostra: vnusquisque tantum nudabatur ad baptismum.* Nec nudatio opus, nisi 2. Esdr 4.23.
vestita membra abluerentur. Nec quidem Susanna balneo pepercit, quæ sicut heri & nudiustertius se in pomarij fonte lauabat, non quidem summa tantùm corporis, sed & arcana lymphæ immittens, ideò enim pomarij ostia studiosiùs serâ claudebat, Daniel. 13. vers. 15. Nec Dan. 13.15.
Pharaonis filia abstinuit vndis, quæ vt lauaretur in flumine, è patris Regia descendere consueuerat, Exod 2. vers. 5. Exod 2.5.

Nunquam deserenda est vel modica veritatis suggestio. Cur Iuditha signatè fontem quæsiuisset, vt manus ablueret & faciem, cùm intrà tentorium suppetere lympha potuisset, nec fingmate facies illita, optimóque myro vulgarem admitteret aquam, sed exquisitioribus tormentis ab odoratis herbis exuctam. Par quidem non est cogitare, pulchritudinis diligentiam, oleumque, quo vigebat, & operam perdere voluisse, quæ in fluore fontis, frontis & genarum intingeret splendorem. Potiùs suspicor faciem defendisse à lauacro: nec enim secum phialam vllam vnguenti detulerat, nec myrrhi reliquias deuexerat in lenticula, nec alia adiumenta decoris, queis vultus reflorescerèt, ancillæ gerulæ commiserat, vt postquam lauisset, geminata perungeret, ne roseus nitor, candórque pellucidus, quem laberet aqua, fugisset à facie. Ergo proclinius est fateamur, quâ honestate poterat, quâ disciplinâ, in fontis labrum (quod scaturiens aqua rigabat, redundantique stagno tremulum vitrum, fluidumve marmor reddebat) castissima membra inuexisse, vt illicò lympha vestiret, quam lympharum ob munditiem amor nudauerat: Nec vllus ab oculis timor potuit fatigare lauantem, quam præter fuscæ noctis tentorium, condensa vallis tegebat, sydérumque commercium; & Lunæ, si forsan micabant, implicati rami impediebant. Quin quasi Holofernis signata sigillo, ibat fœmina per militum castra: nullus audebat in Hebræam Ducis, oculorum ictum vibrare. Quid hoc lauacro modestius, in nocte, in solitudine, in valle, pupillísque oculorum indicto silentio, Abraque excubante, ne forte vllum luminum pateretur incursum. Hæc iuxta formam Clementis Romani sunt lib. 1. Aposto- Clem. Rom.
licar. constit. cap. 9. *Si fuerit balneum muliebre, lauet modestè verecundè, moderatè, non autem superuacuè, neque nimis, neque sæpius, neque meridie.* Ideò signatè dicitur, quòd noctibus se baptizabat; cùm tamen etiam copiam petiisset ante lucem, id est, in sydere matutino egrediendi: ne autem iam albesceret cælum, cùm nondum se reduxisset ab aqua, elegit, potiùs se in incubio noctis immergere, quam prope viciniam lucis, cùm summo mane egrediebatur ad vallem. De hac schola Tertullianus in apolog. cap. 42. *Non* Tertull.
lauor diluculo in saturnalibus ne & diem & noctem perdam: attamen lauor honesta hora & salubri.

31. Operosius est, huius lotionis finem pertingere, & cui fœmina casta vndis non pepercit; nec semel, sed pluries se intinxerit, nec valetudinis iniuriam existimans nec pudoris. In primis non fero, quod Serario placuit, se in fontalibus Serar.

[illegible] lymphis

lymphis aspersisse, non ex aliquo serio ritu, sed potiùs vt ritum fingeret, & dicis gratia, vt superstitiosam & religionis sedulam se castris proderet Assyriorum. Non enim par est credere tanto castitatis, sanitatísque sumptu rem ludicram delegisse, vt iugiter in iuges aquas se dederet. Præcipuè quia impensiùs occultauisset lauacrum, fugerétque conspectum inter hostes, quæ etiam in domestica vrbe secretum reclusorium struxerat, vbi honestas pudica non feriretur ictibus oculorum. Nisi & testes aduocaret lotioni, ritúsque patrios publicaret in valle. Ergo in nemoris silentio se abdebat, nullum præter aquarum testimonium solicitans, vt se deuotè abluisset in fonte, iustiúsque fuisset militum, si qui conspicerent nudam, oculos obcæcari, quam quod de Tyresia venatore, qui se lauantem Palladem exutam conspexerat, statim oculis captum Callimachus canit in hymno, cui titulus, *In lauacra Palladis.* (Callimach.)

32. (Serar. Sanct.) Magis inclinor communiori rationi, quam & Serarius prætulit, & Sanctius locupletat, ideò corpus aquis tradidisse, vt contagionem abstergeret, quam ex conuictu, cubilísque Gentilium, cum quibus agebat, poterat contraxisse, iuxta Iudæorum ritum, qui Marci 7. vers. 3. (Marc. 7. 3.) Baptizantur à foro, ne de publicis nundinis adhærentes sordes sustineant. Sed cum anteà in Bethulia cùm se ad profectionem disposuit corpus suum proferatur lauisse, nec inibi aliquis de gentilium spurcitiis halitus adhæsisset, non hæc plena causa videtur geminatæ immersionis in fonte.

33. An vt ex aquarum nitela sibi præsumpsisset munditiem, vt puram cœnam puriùs assumeret, quod Iudaica disciplina monebat, certiùs valebimus suspicari? Sanè rationem hanc insinuare videtur sequens versiculus 9. *Et introiens munda manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet escam suam in vespere.* Sed tamen longissima distantia fuit ab huiusmodi lotione vsque ad cœnam, cùm iam nimium procedente nocte lauacrum subiret, nec vsque ad sequentis noctis primam stellam vespere decidente, sicut ieiunantibus Iudæis mos erat, polenta & palathis solueret abstinentiam. (Sanct.) In quo minùs bene Sanctius processit, qui censuit, post nocturnam lotionem fœminam cœnam libauisse, cùm potiùs liquidò constet, nonnisi in vespere diremisse ieiunium, ac proinde post aridas dapes, si bene textum consideres, corpus abluebat in fonte, nec præcedentis cœnæ potuit esse dispositio lauacrum. (Origen.) Non alia ratione Origenes homil. 32. in Ioan. dubitauit: cur post peractam cœnam pedes discipulorum lauerit Dominus: *Quin Euangelista inquit, etiam videtur mihi excitans mentem nostram ad intelligentiam spiritualem præsentis loci non obseruasse hoc in loco corporalem lauandi consequentiam & ordinem: quandoquidem qui opus habent lauari, ante cœnam, antéque cœnæ accubitum pedes lauant.* Certè si ob cœnæ munditiem Iuditha se proluebat in fonte; quando in tentorium cœnatura redibat, post longum dimensum iter iteratâ lympha indigeret, vt pedes, quos puluereæ semitæ sordidauerant, iterum abstersisset, iuxta Dominicum dictum Ioan. 13. vers. 10. *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.* Quam ob causam, vt facilè inquinamentum pedes exuerent, adeò erant soliciti Hebræi, vt adhuc in cœnatoriis lectis vestigia pluries abluerent, quod præmisso Origenis loco obseruauit Sherlogus tom. 2. in Cant. vestig. 8. n. 4. Ex Clemente Alexand. lib. 4. Stromat. (Sherlog.)

Profectò veteribus in more fuit nocturnum somnum lymphis eluere. Propertius lib. 3. 34. (Propert.)

Ac primum purâ somnum tibi discute lymphâ.

Æschylus in Pers. *Postquam autem surrexi, ac manus laui pulchrifluo fonte.* (Æschyl.) Id, licèt alij instituto, admonuit Christianos Clemens lib. 8. constit. cap. 32. (Clem. Rom.) *Omnis fidelis vir, aut mulier manè, vt è somno vigilauerint, & surrexerint, priusquam operi manibus admoueant, manibus lotis Deum orent.* Sed Iuditha non soporem purgabat vndis, quæ non diluculo, sed ineunte, seu adultâ aliquantulum nocte se lauabat.

Præterea lotio communior fuit post aliquam cædem peractam, vulnúsve inflictum. Seneca in Furent. 35. (Senec.)

——*Nate manantes priùs*
Manus cruenta cæde & hostili expia.

Quod & Iudæis solemne, qui sanguineas iras cute lotâ expiari putabant. *Si cutem lauerint,* inquit Lactantius lib. 5. cap. 20. (Lactant.) *tanquam libidines intra pectus inclusas vlli amnes abluant, aut vlla maria purificent.* An quæ iugiter cædem cogitabat Tyranni manum cruentam, quam post ictum abluere non poterat, præuia munditie abstergebat in aqua fœmina studiosa nitelæ, corpúsque expiabat largis imbribus à iugulatione futura; præripiens tempus, morémque anteuertens, & quæ in nocte quarta incestum cruorem effusura erat, triplici se nocte purgabat, lenem se & mitem Deo suo præmittens, quæ non ex furore, sed ex religione & pietate se in hostis carnificem instruebat, quasi continuò in animo cædes recens fuisset, quam his conatibus abstergebat, ne sacram orationem attrectaret impuro cogitato cruore. Virgil. 2. Æneid. (Virgil.)

Me bello è tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Sed tam textus Latinus, quàm Græcus huius lauacri rationem luculenter exponunt, dum illud dispositionem ad orationem fuisse demonstrant, siquidem adiicitur: *Et vt ascendebat, orabat Dominum Deum Israël, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui.* 36. Hæc ex aqua munditiés altè insidebat Hebræis, qui cæremoniali puritati studebant, vt nihil sordidum preces traxissent è corpore. Aristæas de septuaginta Interpretibus: (Arist.) *Vt mos est Iudæis, manibus priùs in mari lotis, Deo preces effundunt.* De quo Philo lib. 3. de vita Moysis. (Philo.) Apollonius lib. 3. cap. 5. (Apollon.) de qua notissima eruditione adi Nouarinum in electis sacris lib. 2. (Nouarin.) Qui mos etiam apud Ecclesiam inualuit. Eusebius lib. 10. hist. cap. 4. (Euseb.) qui in adytis templorum fontes perhibet, & Bulengerus lib. 3. (Bulenger.) de templis cap. 9. Chrysostom. homil. 72. in Ioan. (Chrysost.) *Manus lauamus in Ecclesiam euntes.* Nec hic limpidissimus ritus solum quia Eucharistiam sacram sumpturi, priùs in manu accipiebant, viri quidem nudâ dextera sinistræ superpositâ, fœminæ verò velatâ Dominicali, id est, nudo linteo. De quo Concil. Altisidoriense can. 36. & 39. (Conc. Altis.) Cyrillus Hierosolym. cathechesi 5. (Cyrill. Hier.) sed & ad iactandas preces, vt iam dedimus ex Clemente. Nondum tamen in hac ratione animus quiescit: quoniam ad orationem non integrum corpus, quale nunc Iuditha, sed, vt audiisti, tantummodò manus lauabant, quod & Gentibus in vsu

vsu fuit, vt constat ex Homero Iliad. 16. *Lotis manibus in mari cano precabatur Mineruam.* Verùm frugalis & sobria fœmina, qua facundior oratio erat, tam insolensque & de prodigioso facinore supplicatio, non contenta fuit manus indere fonti, sed morem auxit, totum corpus lustrans in aquis, sicut aliàs cecinit Ouidius 4. Fastor.

Hic caput intonsum fontanâ spargitur vndâ.

37. Nec suspicari datur, hoc baptismate ad Iudaïcum fœtorem depellendum vsam esse Iuditham, sicut de baptismate sacro cecinit Venantius Fortunatus lib. 5. metro 5.

Abluitur Iudæus odor baptismate diuo
Et noua progenies reddita surgit aquis.

Licèt enim Sanctius in cap. 5. lib. 2. Esdræ v. 23. putauerit, à Iudæis baptismata frequentata, vt ingenitum carnis fœtorem depellerent, nullus tamen minus halitus obturbabat fœminæ membra, quàm castitas sancta, candórque venustus suaui spiramine confouebat. Imò nunc timor, non interiùs corpus myro optimo priùs illinisse, sed tantùm faciem, siquidem vnda repetita fontis, odorati olei remitteret qualitatem: nec enim non lecythus supererat vnctionibus iteratis, nullúsque myrrhinus liquor, quod lympha eripuisset, odoramentum liquidum resarciret: ideò enim post balnea parabantur vnguenta, vt suauibus succis flos carnis rediret, quem aqua turbauerat. Senec. epist. 86. *Parum est sumere vnguentum, nisi bis die terque renouetur, ne euanescat in corpore.*

38. Nec contemnendum est in his geminatis lauacris lætam se voluisse fœminam sanctam, nimiúmque alacrem ad victoriam, non fracti animi, non sordidi pectoris: illoti enim & sordulenti, extra lætitiam incedunt, vt dixit Tertullianus de pœnit. cap. 11. Quin balneum, quod recreat artus, mitigatque labores, bello disponit, vt protulit Artemidorus lib. 1. Oneir. cap. 66. *Erat ys balneum laboris aut belli monimentum, sicut & ipsum lauari.* Aptè igitur aduersus tyrannidem pugnatura Heroina, siquidem vngi non poterat athletæ more, saltèm se abluebat.

39. Cur autem ad fontem lauatura secederet, cui amphoræ in tentorio suppeterent, vestigare non difficile est. Non quidem, quòd immundas duceret aquas, quas Assyriorum vrceoli stillarent; quoniam idemmet liquor, qui è fonte liberalis fluebat, poculis hostilibus inseruiret, nec breui transcursu salubrem & puram in iniquam conuerteret qualitatem. Sed quoniam ad peragendas preces, deponendásque animi sordes viua lympha censebatur idonior, quæ reses & torpens non sit, sed fluente fugâ, anhelóque cursu terreni saporis vestigia perdat, multúmque de aëris serenitate defingat. Nihil crebriùs in prophanis literis est, quàm quod in sacris, in precibus, in legitimísque lauacris, quæ religionis ergo fiebant, nonnisi aqua viua adhiberetur, fluuialis nempe, æquorea, aut fontana, non verò stagnans, palustris, & pluuialis, quæ pigræ sunt, nesciúntque abscedere, vitámque monstrare per motum. Tunc enim liquidum elementum cadauer fit, cùm; ingenitâ alacritate non currit, sed immobili statione putrescit; vt Philo lib. de mundo dixit. Inde illud Cantic. 4. vers. 15. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* Quid est: *Puteus aquarum viuentium*; cùm in imis puteis, & à syderum aspectibus deportatis non sit refugus liquor, sed quasi in sepulchralibus caueis vnda sepulta cùm mobilitate vitam amisit? Fons labilis est, fundúmque cæli, sudante speculo repræsentat, oculos vsque ad fundum admittit, & breuiorem calculum per pellucidam crystalli planiciem syncera liberalitate demonstrat. Puteus sub vmbris residet mortis, nec nisi ad lebetis impulsum demissaque flagella residem humorem expendit. Sed hæc sponsæ singularitas est, quæ sic motibus cietur amoris, vt quamuis puteus sit per profunditatem aquarum, quà communicat latices, largitérque cælestia dona dispensat, viuentibus agitatísque liquoribus perfruatur. Nyssenus homil. 9. in Cantic. *Hoc autem est omnium maximè admirabile; nam cùm omnes putei aquam simul habeant consistentem, sola sponsa aquam in se habet permanentem; adeò vt putei profundum habeat, fluuij perennem motionem.*

Quod fontem eligeret ad lauacrum, confirmant, quæ superiùs opinabamur, scilicet non ex ritu præuio ad prandendum se fœminam intinxisse; siquidem nullibi legeris, ad lotionem, quæ ante mensas præibat, opus fuisse aquam viuam, fontanam videlicet aut fluuialem; cùm & metretæ suppeterent in conuiuiis, nec quisque cœnaturus intra conclaue, in fluuium seu in fontem pergere obligaretur. Ergo hac limpida diligentia se nitidam præstitit orationi, illi quidem signatè, quam habebat in valle sub liberiori cælo, sub pacatiore quiete, vbi nulla perstrepebat de nefario comitatu reliquia, nullus ebriosus ructus de Holofernis aula sonabat. 40

Non tamen vsque adhuc explicatum est, cur nonnisi aqua viua ad lustrationem exordiúmque precationis adhibebatur. Rationem exhibet Cerdensis 2. Æneid. ex Plutarcho lib. 6 Sympos. q. 5. *Quoniam stantes aquæ putrescunt, fluentes fugiunt, & repellunt offerentem se terram.* Non satiat integrè ratio hæc. Quid? Idem ipse liquor, qui ex scaturigine fontis in amphoram cecidit, seu quem ex fontali labro, fluminéque fugaci vrceus eripuit, tam purus est à sociis liquoribus diuisus, quàm fuerat in illis: nullum vitium hausit, cùm hauritur ab amne, nec terrena contagione sordescit, qui distantior à terra fit. Cur non habilis hæc lympha ad parandum hominem orationi? Suspicor ideò viuum séque mouentem humorem ad præuiam orationis munditiem fuisse quæsitum, vt eiusdem generis dispositio præcederet. Oratio quidem motus est in Deum, potissimúmque vitalitatis indicium; siquidem mens in suum refluit auctorem, & in quale opus viuat hoc exercitamento pronuntiat. Ergo fluente limpiditate disponitur, viuisque laticibus, qui cùm ab origine, fugaci mobilitate recedunt, in originem redire festinant; nec cursum maturarent euntes, nisi se redeuntes ad auctorem fontem aimarent. Non sic iam mobilis est aqua, quæ semel à socialibus vndis auellitur; sicut amputatum membrum è liquido corpore, inquietæ vitæ communicationem amisit. 41

Nec te turbet quomodo sub frigida, seu illuni nocte, seu luna, delicata membra Iuditha mergebat in fonte; cùm iuxta rectam comparationem, de qua suprà, nec cœlestis canis candesceret, nec ardentior vreret Phœbus, sed iam anni tempestas productis noctibus æstum mitigauisset: nam mensis September erat; iuxta computationem 42

Margin notes: Homer. — Ouid. — Fortun. — Sanctius. — Tertull. — Artemidor. — Philo. — Cant. 4. 15. — Nyssen. — Cerdens.

tationem ſuperiùs initam, ſi occubuit Manaſſes in Martij fine. Non, inquam, te turbet hic ſtimulus; tum quoniam in Palæſtina, etiam ſub intima bruma, hyeméque adultâ benigna nimis temperies eſt cœli, nec penitus calor abſcedit, ſed ad aperienda genitalia terræ ſecreta, quæ ideò floribus, præcocibúſque herbis abundat, ſufficiens eſt, vt liquet ex Athenæo cap.5.lib.6. Athen. Tum quoniam ſi aliqua frigoris portio in amica aquarum reſidebat natura, Juditha caſtitatis ergo ferebat, ne vlla ex Gentili foco libidinis reſiliiſſet ſcintilla, quæ inſcio pectore intra cordis latebras ſubſideret. Simile quid extollit de Eſſenorum religione Ioſephus lib.2.de bello Iudaico cap.7. *Linteis præcincti velaminibus, ita corpus aquis frigidis abluunt, ipsique purificati velut in ſanctum quoddam templum, in cænaculum veniunt.* Ioſeph.

43. *Et vt aſcendebat orabat Dominum Deum Iſraël.* Non quidem *vt aſcendebat* ad tentorium, à quo potiùs ad orâdum egreſſa erat; ſed vt aſcendebat à lauacro: ſtylus enim Sacrorum eſt, aſcendere ab aqua, vtpote elemento ſubtus iacente, Cantic.4. verſ.2. *Sicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro*, Matth.3.verſ.16. *Confeſtim aſcendit de aqua.* Id ipſum Marc.1. verſ.10. *Orabat ad Dominum.* Ne forderet à ſemita pes, preces è veſtigio emittebat. Vt noueris, orationem finem fuiſſe lauacri, Deum Iſraël orauiſſe profertur. Hæc eſt verè Iſraëlita, quæ orationis oculis ſatagit conſpicere Deum, & de generoſa Iacobi ſtipite intra vallis ſecretum cum pugile Deo luctatur, donec Iſraëlis nomen accipiat, id eſt, videntis Deum, & ab imminente clade Iſraëliticum populum reddat immunem. *Vt dirigeret viam eius ad liberationem populi ſui:* Non dixit, *vias eius* ſed *viam*, idque ex Bibliorum phraſi, apud quæ via idem eſt, quòd inſtitutum aliquod. Actor.9.verſ.2. *Vt ſi quos inueniret huius viæ viros ac mulieres.* Non expoſcit fœmina prudens, quòd ei aliqua retegatur via, qua populi contingat columitas; ſed quam iam, Numine ſuggerente, prænouerat, nempe iugulationem Tyranni, directo tenore perducat; ne erecta manus præ pauore in obliquum declinet, ſed recta in Holofernis iugulum cadat: ne via, quam ipſe aperuerat, offuſis offendiculis conturbetur, ſed cæleſti fauore callem ſternat, quo & animoſa hoſtem inuadat, & euadat glorioſa. *Ad liberationem populi ſui.* Nulla maſculum pectus inanis gloriæ cupiditas perculit; nulla de annalium monumentis æternitas inſtigauit, nullus de muliebri cerebro impulſus ad grandia coëgit: ſola populi liberatio & è Bethulia pepulit, & caſtris immiſcuit, & exertam manum eduxit, & victricem reduxit in patriam.

Cant.4.2. Matth.3.16. Act.9.2.

44. *Et introiens, munda manebat in tabernaculo. Et introiens:* in theſaurorum nempe conclaue, vbi ei hoſpitium ſignauerat Perſa. Ideò introiens dicitur, vt noueris hoc introitu ſe in cubiculo celauiſſe, nec per tentorij cellulas, nec per ſpacioſi campi, qui caſtris abundabat Aſſyriis, diuagatam fuiſſe planitiem. Non aëri ſe permittebat diurno, nec venuſtum vultum Soli præſtabat, ne honeſtas faſcinum pateretur, & de militari frequentia immodeſtus ſobreperet homo, qui Holofernis hoſpitem inuidioſis oculis macularet. *Munda manebat in tabernaculo.* Vbi ſecretum pudoris eſt, nullum locum ſordes inueniunt. Non ſolùm munda manebat, quia fontalibus aquis ſe lauerat; ſed & mundior, quia nullis conſpectibus polluebatur. Supra vitreas aquas limpidior pulchritudo eſt, quam à multitudinis puluere ſtudioſa reclusio defendit. Non ſatis erat, immotam in tabernaculo conſtitiſſe Iuditham, niſi & immobilibus vectibus oſtium clauſiſſet, ne aulicorum pateret incurſibus. Nec fœminæ diligentia id in caſtris poterat obtinere, niſi virtutis honeſtatiſque fama illam venerabilem reddidiſſet, & Angelus caſtitatis cuſtos pro excubitore manſiſſet in ianua. Neſcio quale maius miraculum ſit, ân illibata reclusio fœminæ, an inimicorum modeſtia, quæ nullam litem caſtitati mouit, nullámque intemperatæ flammæ ſcintillam excuſſit; niſi quod temperantia hoſtium ex fœminæ caſtitate veniebat, quæ honeſtæ abſtinentiæ refrigerium in iuuenum incendiis ſparſerat. Inter hoſtium frequentiam eremitica fuit, quæ caſtitatis votum officioſâ reclusione firmauit. Bene textus exaggerauit prodigium: Munda manebat, cùm in tabernaculo fuiſſet, vbi Gentilium ſordes vel innocentem Solis radium inficere poterant & fuſcare. Quid agebat, dum diurna lampas orbis illuſtrabat ſpatium? Sat eſt manſiſſe mundam: totum exercitium fœminæ, munditiës eſt. Magnanimo pectore tempus expectabat victoriæ, & pro lanificio acúſque labore, liberandæ patriæ inſiſtebat officiis: aut lecta repetit, aut ſomno interrupta continuat, aut diſpoſita gerit, aut gerenda pronuntiat. Quantæ in vna vidua ſpecies emicabant virtutum! Secretum verecundiæ, vexillum fidei, deuotionis obſequium: quæ Ambroſij ſunt lib.2.de virginib. Ambroſ.

45. *Vſque dum acciperet eſcam ſuam in veſpere*, Sedulò eſcam ſuam dixit, ne putares alienam. Ciborum ariditate orationem peruigilem ſaginabat. Fumabant intra tentorium halantia fercula, eduliorum nidor in cubiculo ſentiebatur, epotorum ructus crepabant, prouocationeſque gulæ audiebantur, quando intra tabernaculi penetralia abſcondita temperantia, quam nullus videbat vtpote helluonibus inuiſam, in vna fœmina perſiſtebat. En aliud miraculum, in Holofernis domo ieiunium, inter coquinarios & piſtores, ventriſque inferciendi miniſtros, intra ipſummet abacum, vbi inſtrumenta menſarum, ſobrietas habitabat ieiuna. Nonniſi decidente veſpere ſuam ſumebat eſcam, quam condiebat oratio, quam ignis charitatis torrebat, & in abſtinentiæ ferculo propinabat. Miles, qui iamiam impetere aggreditur inimicum, nonniſi in procinctu cibatur, ſuper equum comedit, triclinium illi eſt equile, iugum, tapetes ſunt arma, totúmque conuiuium in hordeaceo pane finitur: pugnare & comedere ſimul fit. Sic bellatrix fœmina inter ſiccas eſcas cogitat de triumpho, & quæ aduersùs Holofernis ingluuiem pugnatura veniebat, addiſcit debellare, cùm comedit. Videres in ſobria puella abſtinentiam cibari: hæc illi alimonia eſt, polenta & palatha; hæc illi arma, quibus iugulat epulonem. Sanctus Fulgentius epiſt.2.de ſtatu viduali cap.14. *Egreditur caſtitas oppugnare luxuriam, & ad interitum ſuperbiæ humilitas ſancta proceſſit. Ille pugnabat armis, iſta ieiunijs; ille ebrietate, iſta oratione.* S.Fulgen.

Verſ. 10.

Verſ. 10 Et factum eſt, in quarto die, Holofernes fecit cœnam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao eunuchum ſuum. Vade & ſuade Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum.

46. *Et factum eſt.* Cùm hæc verba apponuntur in ſacris, ad aliquid ſingulare, legentis animus monetur. Vſque adhuc Holofernes in mente peccabat, concupiſtique piaculi ſanguine interiùs anima occiſa natabat; iam ad corporeæ vitæ diſponitur necem, nec alius idonior lictor, carnifexque inuentus eſt, quam gulæ apparatus. Bene Lyra: *Poſtquam deſcriptus eſt Holofernis caſus quantum ad mentem, hic conſequenter deſcribitur caſus eius, quantum ad vitam corporalem. Circa quod primò ponitur diſpoſitio.* Si helluo ſaginandus erat ad mortem, triclinium ſuggeſtus ſit iugulandi. Vt ſitibundis & famelicis Bethulienſibus obſidio ceſſaret, epotus & helluo diſponitur ad conuiuium, per gulæ locum, nempe per guttur, amputatori gladio ſitum proſignans: ſic madido tyranno cadente arida præ ſiti populus ſurget. Lyra.

47. *Et factum eſt in quarto die Holofernes fecit cœnam ſeruis ſuis.* Poſtquam triduum fluxerat, quod Iudithæ è tabernaculo exeuntis conceſſum erat arbitrio, iam quarta lux affulgebat, ſi numeres à fœminæ egreſſu è Bethulia. Cui Holofernes, qui ſpatia taxauerat, treſque præſtiterat noctes, quibus Deus de vindicta in populum conſuleretur à fœmina, ſic quaſi immemor, indiligénſque moratur, nec acuit Hebræam, vt excuſationem tarditatis producat, nec alicuius doli coniecturam intendit, ſed pacatus & mollis ſilet, dum otioſus exercitus vaticinij fœminei expectabat euentum. Sed ſi iam à mente ſdeciderat, & præ Bethulia fœminam æſtimabat, quò longior præſtolatio, ſuauiorem ſibi moram cenſebat: nec cogitabat promiſſionis fœdera fracta, ſiquidem pulchritudinis pignus adhuc inter gazas manebat. Sed conuiuium inſtituere decreuit, vt occaſionem habuiſſet, pulchram ad ſe fœminam alliciendi, & inter epulas dum ebiberet venuſtatem ebrium reſdidiſſet amorem, qui viuit more triumphat, nempe impellens cadere, quem implectitur.

48. Gen. Vatab. Græcè eſt ἐποίησε πότον, quod ſolet reddi *fecit conuiuium*, ſeu, vt Vatablus *vt conuiuium celebraret*; & tamen πότος, propriè potatio ſeu compotatio eſt. Sed adeò comeſſationes cum ebrietate iunguntur, ſicut iunxit Apoſtolus *in comeſſationibus & ebrietatibus*, vt cõpotatio iucrit in conuiuij vocabulum. (Rom. 13. 13.) Quare πότον ποιεῖν, apud Pollucem Athenæum lib. 4. idem eſt ac facere conuiuium. Imò conuiuium à vini propinationibus nomen accepiſſe dixit Plutarchus lib. 4. conuiual. quæſt. *Conuiuiorum oblectationem eſſe in vino, quæ deſinit in gratiam, amicitiámque.* (Poll. Ath. Plutarch.) Nec diſſidet, quòd in Latino dicatur cœna, quæ conuiuium in Græco, cùm Athenæus præſtò ſit, qui lib. 1. cap. 4. inquit: *Cœnas enim conuiuia dixerunt à diuidendo non carnibus ſolùm diuiſis, ſed vino etiam:* ideò ſic Græcus auctor, quia δαὶς, quod eſt conuiuium, à δαίζω, ideſt, diuido, coritatur. (Athe.) Et benè compotatio vocatur cœna Holofernis, in qua nihil memoratur obſonij, nihil de miniſterio dentium refertur, merus apparatus merum eſt: diſcurrunt calices, propinatio feruet; ſola Iuditha perhibetur, de his, quæ Abra geſtauerat, manducaſſe, de Holoferne nullum narratur edulium. Sat alimoniæ madidi, liquor erat, qui ſobriam fœminam ad poculum irritabat infrà verſ. 17. *Bibe nunc, & accumbe in iucunditate.* En quàm meritò cœna hæc compotatio appelletur.

49. Meritò ſciſcitaberis, qua hora conuiuium hoc celebratum, an ſub meridiano Sole, an poſtquam occubuiſſe, nam quòd dies eſſet, innuitur Ly *in quarto die*; quòd nox, in cœnæ nomine præſignatur. Profectò de Perſis dixit Ammianus Marcellinus lib. 23. *Nec apud eos extra Regales menſas, hora eſt præſtituta prandendi, ſed venter vnicuique velut ſolarium eſt: eóque monente, quod inciderit, editur.* Sed aiebat Marcellinus de frugalitate maiorum, cùm nondum vorax efferuerat libido; cùm in parſimoniæ rigore, gulæ auiditas mactabatur. Vnde præmiſit: *Munditias conuiuiorum & luxum, maximè potandi auiditatem, vitantes & luem.* Non de hoc abſtemiorum circulo, ſed de Bacchi religione Holofernes, cuius tabernaculum Sympoſiacum erat: & licèt ius epularum & vini abſque horologij ſigno dabatur; tamen cœnæ & conuiuio tempus erat digeſtum, licèt indigeſtus venter accederet. Præcipuè cùm Regis more ſe Holofernes geſſiſſet, & Marcellinus fatetur, tempus fuiſſe Regalibus menſis indictum. Ammian.

50. Diſſidium non modicum eſt, an antiqui prandercnt, id eſt, in meridie comederent, an tantùm, otioſis vſque ad noctem tricliniis, cœnas peragerent. Tractat optimè Sherlog. tom. 2. in Cantic. veſtigat. 8. à num. 12. De Alexandro in caſtris agente dixit Lampridius: *Apertis papilionibus prandit atque cœnauit.* Et Polyænus lib. 8. de Scipione: *Iuſſit prandere ſtantes ſine igne cibum, in cœnam verò proferre, & addere carnem aſſam, vel elixam.* Quod noſtra intereſt; cœnaſſe olim, non prandiſſe Perſas, viri Abderitæ dicterium ſubinnuit; quippe cùm ad opiparam Xerxis cœnam quadringenta argentei talenta nox vnà conſumpſiſſet, ille apud Herodotum lib. 7. num. 120 dixit: *Magnam ſe gratiam Dijs habere, quòd Rex Xerxes non bis quotidie cibum capere conſueſſet. Fore enim vt Abderitæ, ſi iuberentur vt etiam prandium ſimile cœnæ inſtruerent, aut non præſtolarentur Xerxem aduenientem, aut præſtolati, peſſimè inter omnes homines affligerentur:* Nihil huic veſtigationi conducit Aſſueri Regis conuiuium, quippe quod menſa Solis fuit, tótque Solares curſus peregit, & ſub viridarij veſtibulo explicata tentoria diurnam lucem ſaginandæ multitudini dedicatam fuiſſe ſubindicant. Verùm Reges Perſarum non ſolùm cœnauiſſe, ſed & prandiſſe, luculenter præſtat Athenæus lib. 4. cap. 6. cuius verba infrà dabimus. (Sherlog. Lamprid. Polyænus. Herodot. Athen.)

51. Quidquid ſit, cœnam non prandium inſtituiſſe Holofernem, liquidò conſtat: quoniam à puluino menſæ in lectum traductus fuit, quem temeto nutantes pedes non poterant ſuſtinere, & poſtquam extremi calices ſucceſſerunt, ſerò factum fuiſſe profertur infrà cap. 13. ita vt quiſque ad ſuam cellulam dormitum abiiſſet. Simile Balthaſaris conuiuium noctu fuiſſe, Danielis 5. ſunt qui confirment ex candelabro, ad cuius lychnorum lucem digiti in pariete conſpecti. Sed mirari non deſinam, quomodo in ſera nocte præco, magorum, & aruſpicum greges conduxit in aulam, conquiſitus Daniel, expen- (Dan. 5.)

ſum

ſum ænigma. & de iam purpurato Daniele conclamatum præconium, quòd erat tertius à Rege Nec candelabrum exactus teſtis eſt, quippe etiam ſub Sole argenteæ lampades præluxerunt Holoferni. Ego quidem, quòd Balthaſaris conuiuium in nocte fuit, ducor præcipuè, quia in
Dan.5.30. fine capitis verſ.30. dicitur: *Eadem nocte interfectus eſt Balthaſar Rex Chaldæus*, id eſt, *eadem in qua cœnauit*.

52. Quid? In hoc ſtetit ſortis ſperatæ felicitas, quod cœna fuiſſet, quam non acceſſitus ſopor conſequitur, & è triclinari lecto ad ſomni culcitram procliuior vicinia eſt: ebrietas enim magis occupat caput defeſſum, quod ipſa noctis tempeſtas deprimit & obtundit. Ebrietas meridiana citiùs reſoluitur, nec tam libenter ſomno
Plutarch. aperitur. Et quidem Vitellius apud Plutarchum in Galba, cùm eſſet vino, cibóque meridiano grauatus, nomẽ Germanici recepit. De Holoferne autem nullus poſt cœnam ſenſus, nulla mentis reliquia ſentitur, qui nec ictum vulneris ſenſit.
Ambroſ. Ambroſius de Elia & ieiunio cap.9. *Ille vino ſepultus iacebat, vt ictum vulneris ſentire non poſſet*. Inde olim poſt vltimam eſcam libabatur
Homer. Mercurio, qui Deus ſomni habitus. Homerus Odyſſ.7. *Cui vltimò libabant, quando cogitabant de lecto*. Nec intereſt, quod hic dies aſſeratur, nullaque noctis mentio. Nam dies præcipuè in conuiuio, etiam noctem ſignificat; imò meridies media nox eſt apud Varronem, vt ad illud Virgilij 1. Æneid. *Hunc lætum Tyriiſque diem*; probat Cerdenſis.

53. Græca. Quod in Latino dicitur: *Fecit cœnam ſeruis ſuis*, additamentum habebat ex Græco, id eſt, *ſeruis ſuis ſolis, & non vocauit ad inuitationem quemquam eorum qui ad vſus*. Quæ verſio ad
Vatabl. literam eſt. Aliàs Vatablus: *Nec ad cœnationem quemquam inuitaſſet eorum, qui negotijs præerant*. Familiare conuiuium eſſe voluit, vt licentius & parcius & Hebrææ ſe immergeret pulchritudini, nec ad cœnam aliquem ex Primoribus nuncupare, ne concupitæ venuſtatis portionem ſaltem per oculos admitterent. Seruos ſuos ad compotationem vocauit, vt licentius progrederetur in poculis, faciliúſque ſuam hoſpitem ad menſarum contubernium alliceret: non: num oſtentationi, ſed illecebræ hoc conuiuium inſtituit. Aliàs ad Perſarum ſympoſium ſolemne quidem & opiparum præter ſeruos voca-
Eſther.2.18. bantur & Principes, vt liquet ex Eſther 2. v.18. *Et iuſſit conuiuium præparari permagnificum cunctis Principibus & ſeruis ſuis pro coniunctione & nuptiis Eſther*.

54. Ex quo apparet repellendum eſſe placitum Lyræ, qui cenſuit, has epulas fuiſſe nuptiales, vt Holofernes cum Iuditha coniugium iniſſet: nec enim à triclinio Ariſtarchos exercituum arceret, ſi intenderet celebrare hymenæum. Scio quod dixit Auguſtinus ſerm.67. *Luxu Regifico nuptiarum pompa nullo nubente conſtruitur*. Id autem potiùs refragatur Lyræ cenſioni; quippe nubebat nullus apud Auguſtinum, id eſt, nec nubere parabat. Nuptialis verò pompa profertur, quippe præter Principes conuiuantes nihil ex nuptiali cœna defecit. Quin non ſolum Primoribus, ſed & paleatiæ turbæ tabernaculum aperiretur
Plin. ad menſam; quippe Plin.lib.10.epiſt.ait: *Qui virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt, ſolent totam bulen, atque è plebe non exiguum numerum vocare*. Accedit quòd nuptiale epulum totam no-
Euſeb. Claud. ctem in hilaritate abſumebat, vt dixit Euſebius lib.2.hiſtor.c.33. Et Claudianus in epithalamio Palladij. Si ſic accidiſſet, fœmina ſacra impediretur à cæde, ſtrepentéque per noctem tentorio, & peruigili iucunditate ſeruorum, nullus ad facinus aditus patuiſſet.

Itaque Holofernes, qui vt Regem ſe in lautitiis conniualibus, ſuperbáque pompa gerebat, 55.
vt pluries diximus, ideóque luxum Regificum Auguſtinus appellat; Perſarum Regum morem obtinuit, de quibus hæc ſcribit Athenæus Athen.
lib.4. cap.6. *Quando Rex ipſe conuiuium exhibet, duodecim ſæpiùs ſunt Regis conuiuæ. Atque quando cœnam & Rex ipſe ſolus & conuiua, hos quiſpiam ex eunuchis aduocare ſolet. Sæpius Rex ſolus & prandet, & cœnat, quamuis aliquando vna mulier cœnet*. Quæ verba nobis exhibent, quidquid hic verſiculus expetebat, nempe quod Perſæ non ſolùm cœnent, ſed & prandeant, ita tamen quòd ad cœnam mulierem accerſant, idque miniſterio eunuchi, quale nunc eunuchus Vagao compleuit, qui fœminam nuncupauit ad epulum. Quin ſeruos tantùm ad triclinium admiſit, ne ſuos conſiliarios vocaret, vt moris erat ad conuiuium Dynaſtæ, vt conſtat ex lib. 4. Eſdræ cap. 8. Cauit enim, ne Senatores conſor- 4.Eſdr.8.
tium fœminæ inter epulas diſſuaſiſſent, cui committerentur ſecreta, quæ facilè merum eulgat, nec poſſet à ſeuera grauitate decidere, lætáque tranſigere noctem. Magis amauit ſcurrilibus ſeruorum, depoſita maieſtate, ſe gregibus immiſcere, qui & adulatoriis blandimentis luxuriam Domini prouocarent, nullámque impediiſſent licentiam. Præcipuè quia timere potuit, ne ſi præter familiam Præfecti exteriores aſſiſterent, Hebræa fœmina diſſentiret egredi à conclaui ad conuiuium; cùm apud Perſas obſeruaretur, nonniſi pellices inter vulgós conuiuantium ſe immittere, vt iam alibi dedimus ex Plutarcho lib.1.ſympoſ. cap.1. Ex quo Macrobius Plutarch. Macrob.
lib.7.Saturnalium cap.1.dixit: *Doceat nos vel peregrina inſtitutio, vel diſciplina à Parthis petita, qui ſolent cum concubinis, non cum coniugibus inire conuiuia: tanquam has & in vulgus produci, & laſciuire quoque, illas nonniſi domi abditas tueri deceat tectum pudorem*.

Et dixit ad Vagao eunuchum ſuum. Quaſi antonomaſticè dicitur Holofernis eunuchus, cùm 56
Perſici Reges pluribus apud ſe ſpadonibus abundarent, ex inſtitutione Cyri, qui ſui corporis, ſecretorumque fiduciam huic hominum ſorti detulit, eorúmque in encomia pluribus laxatur apud Xenophontem lib.7. παιδ. vbi rationem Xenoph.
inuenies, cur fidiſſimos cuſtodes appellet, illíſque cubile, ſomnum, lauacra, conuiuiaque Regis committat. Quod autem eunuchus Holofernis ſingulariter appelletur, clare ſubindicat, Vagao præpoſitum fuiſſe familiæ, aulicorumque præfectum, quod textus Græcus expreſſit: *Et dixit* Græca.
Bagoe, qui omnibus eius facultatibus præfectus erat. Ideò eunuchos auerſatus eſt Alexander Seuerus apud Lampridium: *Quod genus hominum idcircò* Lamprid.
ſecreta omnia in aula noſſe cupiunt, vt ſoli ſcire aliquid videantur. Hos Regum Perſarum lenones fuiſſe, quis abneget? Lege Martialem lib. 9. Martial.
epigr.7.& Quintilianum lib.5.inſt.cap.12. Hinc Quintil.
Herodotus in Vrania: *Apud barbaros pretioſiores* Herodot.
eunuchi ſunt, quàm qui non ſunt caſtrati, in omni genere, fidei gratia. Plura de his ſectis hominibus congeſſit Hiſpanus Amaya lib. 3. obſeruat. Amaya.

Iuris

Ieſis cap. 6. Pretium habebatur exciſa virilitas, nec aliis gubernacula domus commiſſa. Suſpicor quòd Vagao Sympoſiarcha, ſeu Magiſter conuiuij fuiſſet in triclinio Holofernis, cuius ad nutum conuiualis diſciplina conſtabat, conuiuæque nuncupabantur, qui inter obſonia impenſiùs obſeruabat, an conuiuæ Regis in aliquam ex pellicibus iacerent oculos, cuius cauſa demiſſis ſolùm ad pateras conſpectibus iacebant vt ſcribit Lucianus in lib. de mercede conduct. Lucian.

17. Iam aliis placuit, quòd *Vagao*, ſeu Græcè *Bagoas*, nomen fuiſſet generale eunuchorum; nonniſi quos dignitas commendabat: liquet vtrumque ex Plinio lib. 16. cap. 4. Certius eſt, quòd eunuchi nomen, miniſterij ſit, etiam ei, cui integra virilitas conſtat, vt pluribus iam Neoterici commonſtrarunt. Adi Petrum Gregorium lib. 3. Syntagm. c. 2. n. 32. Fauet Syriaca origo, in qua pro eunucho exponitur *præpoſitus*, ſeu *cuſtos lecti*. Inde quæ ad lectum ſub ſpecie conuiuij fœmina inuitabatur, ab eunucho Vagao accerſi iubetur. *Vade & ſuade Hebræam illam.* Si eunuchi ad inuerſas libidines nefariáſque puerulorum delicias pædagogi & magiſtri adhibebantur; quidni ad inſtruendas fœminas, diſciplinámque imputam ſuggerendam? Martial. lib. 3. epigr. 57.

Plin. Petr. Greg. Mart.

Et pædagogo non iubente, laſciui
Pareis gaudent villico capitati,
Et delicatus opere fruitur eunuchus.

Artis illecebroſæ Magiſter deligitur Vagao, qui lenocinantibus verbis extorqueat Iudithæ conſenſum, dicátque Perſarum Regum gratiſſimum beneficium eſſe pudoris iniuriam, libénſque eius contubernium nonniſi iniuſtè reſpuendum iri, qui cùm vi cogere poſſit, voluit rogare. Noluit Perſa potentiâ vti, vt delectabilius eſſet, amore traxiſſe. Spontaneos procurat amplexus, & ſub amabilis conuiuij viſco auem prendere, cui potiùs quam aliis ferculis, inhiabat. Reuerentia Iudithæ fuit, per nuntium blandimenta miſiſſe, vt pectus molliret, quod ex pudicitia vultus agnouerat, violentis ictibus fore rebelle. Eunucho, quòd fœminam perſuaderet, indixit, ſéque lenonem gereret, quaſi votum eſſet Ducis non imperium, & peritia ſuadendi, non extorquendi poteſtas.

18. *Vade & ſuade Hebræam illam.* Otioſum eſſet nominare, quam excellentia venuſtatis abſque vocabuli indigentia notiſſimam fecit, & etiam inter multitudinem faſtigium pulchritudinis diſcernebat. Appellatur Hebræa, ſicut ipſa prædixerat: *Filia Hebræorum ſum*, vt generoſam ſtirpem illicò publicaret in nomine. Hebræum genus ignorauerat Holofernes, donec gentis originem didicit ab Achiore; ſed quos inuiſos habebat, vix poterat lingua producere; immemorem nominis fecerat odium; qui enim ſtomachatur ad hominem, hominis vocabulum obliuiſcitur. Vnde quaſi iam Achioris ignari, poſtquam res Iudaicas narrauerat, & aduerſus ſe odium prouocauerat Aſſyriorum, dicebant milites ſuprà c. 5. verſ. 27. *Quis eſt iſte, qui filios Iſraël poſſe dicat reſiſtere Regi Nabuchodonoſor?* Iam Hebræi vocabulum in Holofernis linguâ accuratè deuoluitur: iam non grauatur nominare, qui incepit amare. Non amareſcunt labra ab Hebrææ voce; hoc agnominis ſtemmate noſcitur: mulcet vocabulum, quem vocabulo nominata

delectat. *Vade & ſuade Hebræam illam.* Miſit eunuchum tanquam & fidiſſimum aulicum, & impotem inuidendi Domino ſuo laſciuam fortunam, nec alij committeret legationem, ne pro nuntij dono aliquid priùs pulchritudinis prægustaſſet.

Græcè eſt: πεῖσον δὴ πορευθεὶς τὴν γυναῖκα τὴν ἑβραίαν ἥ ἐστι παρὰ σοί. Id eſt, *ſuade iam vadens mulierem Hebræam quæ eſt apud te.* Ex quibus conſtat, traditam fuiſſe Vagao præfecturam ſupra Iudithæ tabernaculum, fuiſſéque ad eius obſequia præpoſitum, vt ſimul obſeruaret fœminam & curaret. Hanc functionem de eunuchis cecinit Claudianus lib. 1. in Eutrop. 59. Græca. Claud.

Præfecti, ſed adhuc gemmis, veſtíque dabantur.
Cuſtodes, ſacróque adhibere ſilentia ſomno,
Militia eunuchi nunquam progreſſa cubile.

Quòd virginibus & matronis eunuchi cuſtodes inſtituebantur, præter Ammianum Marcellinum lib. 10. videre eſt apud Heliodorum lib. 9. hiſt. Æthiop. Clementem Alexandrinum lib. 3. pædag. cap. 4. *Ornatores*, inquit, *& ornatrices mulieribus ornandis deſeruiunt: & hæ quidem ſpeculis, illæ verò vittis, aliæ autem præſunt pectinibus. Eunuchi multi, iique lenones: propterea quod ſit probabile eis libidini non poſſe dare operam iis, qui volunt vacare voluptati, inſeruientes circa vllam ſuſpicionem.* Quæ verba mirè accinunt inſtituto Holofernis, cur eunuchum præpoſuerit Iudithæ; an vt eam comeret & ornaret, ſicut verba Clementis ſubindicant, id eunuchorum fuiſſe functionem? Imò pudica fœmina hæc ſubſidiaria abigeret lenocinia, cuius diſcriminati crines nondum fugerant à cenſura, nec vittarum carceres diſſoluti languebant, nec redimicula à verticis ſitu liberauerant mythram. Imò abſque eunuchi cuſtodia noctibus exibat ad fontem, non ſpadonis egens obſequio: officioſa enim caſtitas ſibi ſufficit, nec alienum patitur famulatum, qui arcana corporis lauet & foueat, cui miniſterio præter crinium plexus delicatioribus fœminis eunuchi aderant, vt modulatur Claudianus ſuprà: Ammian. Heliodor. Clem. Alex. Claudian.

Pectebat Dominæ crines, & ſæpè lauanti
Nudus in argento lympham geſtabat alumnæ.

Suade Hebræam illam vt ſponte conſentiat habitare mecum. Græcè eſt: *Vt veniat ad nos, & manducet, & bibat nobiſcum.* Sed quod Latinus textus prætulit, animus fuit & votum procaciſſimi Perſæ; quod Græcus, obducta & palliata ſpecies trahendi fœminam ad conuiuium, vt poſt triclinium, eius pulchritudine abuteretur. Vtrumque ſuggeſſit eunucho; ſed quod conuiuandi regeret finem, ne quam iam coniectabatur eſſe pudicam, ſi aliquid halauiſſet impurum, arceret ab epulis conuiualibus. Ergo primus iniquiſſimæ cupiditatis feruor in fœminam libandam tetendit, quod ſub dictione *habitare* concluſit: niſi enim amplexuum commercium expeteret, non curauiſſet, quod aſſentiretur ſponte: nec enim ad ſimplicem menſam, & poſt Bacchum Venere vacuam reluctaturam fore putaret. Quod & ratio adiecta demonſtrat: *Fœdum eſt enim apud Aſſyrios, &c.* Sed callidus & lenociniorum peritus eunuchus non prima Domini verba retulit, ſed ſecunda, quæ Græcus exhibuit infrà verſ. 12. *Vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate.* Quòd autem habitare 60.

idem quod pernoctare significet, Cicero G. Tusculan. expressit, qui vtrumque quasi synonimum iunxit. Adhuc commorabatur Iuditha in tentorio Holofernis, habitauerat nondum: illud diuersorij est, hoc coniugalis species, & contubernium aliquale præsignat, animúmque immanendi.
Cicero. Idem. Cicero de Senect. *Commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit.* Hinc illud Cant 8. v. 13. *Quæ habitas in hortis, amici auscultant te, fac me audire vocem tuam*: quod de sponsalitio habitaculo acceperim, quale nuptialis amœnitas bene deligit pro incolatu, vt inter florida blandimenta gratior coniugum emollescat voluptas. Nec dixit habitare nobiscum; sed *mecum*; qui non ad purum epulum inuitabat, nec vllam partem permittebat conuiuis, sed integram sibi exambiebat Hebræam.

Cant. 8. 13.

61. *Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat.* Quæ verba non dixerim fuisse Holofernis, sed historiographi sacri, cui impudicam indolem Assyriorum expressit, subdiditque rationem, quare Holofernes non duxit iniustum hospitalis obseruantiæ iura transigere, & fœminæ abeunti Dei legationem, pudoris dedecus meditari. *Fœdum est enim apud Assyrios.* Cæteris criminibus vel immanitas, vel iniustitia, vel irreligio, pro sua cuiusque qualitate imputatur, illegitimæ libidini fœditas est; & tamen id fœdum immundissimus putat Assyrius, quòd castitatis limpiditas absque libidinis sordibus niteat. *Vitia nobis,*
Senec. dicebat Seneca epistol. 45. *Sub virtutum nomine obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis latet; moderatio vocatur ignauia: pro cauto timidus accipitur.* Verùm quis vsque adhuc sic nominum oblitus est, vt castitatem dixerit fœditatem, & spurcissimam illuuiem de niuis splendore appellauerit? Habet nefaria cupiditas suarum virtutum elenchum, & ad vitiorum syllabum animi ornamenta traduxit, id impurum cogitans, quod magis de puritate censetur. Hæc suilla natura est, in cœnoso volutabro tanquam in nitidis aquis lauari, torpentésque & insipidas sordes pro suaue halantibus floribus legere, & stolidum implere saporem, cui non nausea, sed irritamentum turpitudo est.

62. Obiectorum specie iniquus deluditur; nullam præter voluptatem virtutem agnoscit, & cùm nimiùm discernantur in habitu virtus & voluptas, cæcis oculis dum offendit in istam, asseuerat esse priorem. Cùm tamen voluptas mero, vnguentóque madeat, pallida sit, fucata, & medicamentis polluta, humilis, imbecilla, seruilis, nec nisi in fornicibus habitet & propinis: virtus inueniatur in templo; & colorata sit, vt dixit
Seneca. Seneca in lib. de vita beata cap. 7. id est, colorem ingenitum habeat, quod ad sui agnitionem obliget oculos; qui nonnisi à colorum immutantur specie. Quare considera, quantum erret Assyria libido, quæ id oculis fœdum reputat, & obscurum, quod de candore suo visum disgregat
Græca. & conformat. Græcè enim dicitur: *Ecce enim fœdum est conspectui nostro sine oculis, si fœminam talem dimiserimus non communicantes cum ea.* Quæ verba Holoferni adscribuntur, nec sicut in Latino, possumus historiographo attribuere, vbi Græcè verbum est ὁμιλήσαντες, quod quasi tectam
Isocrat. significationem habet: ὁμιλεῖν enim apud Isocratem πρὸς ἑταίρας, id est, sic cum aliquo consuetudinem habere, vt voluptati eius inseruiat: ὁμιλεῖν posuit Lucian. pro consuescere erga concubitum; quare pro commercium habere cum carne Greg. dixit, & Homer. pro congredi. Persarum & Assyriorum veneris procacitas notissima est, de qua iam non alibi. Quin ad Persas ab Assyriis fluxisse, scribit Agathias lib. 2. Certè furta Veneris pro virili æstimabant, quibus & alia furta de virili & bellicoso corde censebantur. Quare *cordaces* dicti, qui *fures* apud Cœlium lib. 18. antiquar. lection. c. 1.

Lucian. Gregor. Homer. Agath. Cœlius.

Si fœmina irrideat virum. Quasi eneruis debilitas esset, non illecebrosum risum ex consuetudine cum fœmina captauisse. Bene, bene: Iuditha te irridebit, quæ Deo tuum libabit sanguinem illibata. Arte pudicitiæ te irrisit, æterne ridens, non cum inhonesto tui corpore rem habuisse, sed cum ceruice, quam ne impurus sanguis ad libidinem suppeteret, amputauit. Optimè Paulinus natal. 8. 63.
Paulin.

Arte pudicitia deceptum callida Iudith
Risit, in impuro quæ non polluta cubili,
Barbara truncato victrix Duce castra fugauit.

Cauit Holofernes, ne virum irrisisset Iuditha, cubiléque sordibus præparauit; & sapientior castitatis ars verè irrisit, quæ munda virum pertransiit, & per virum fecit pertransire pugionem, vt risus extrema luctus occuparet, & flebile Assyriis funus relinqueret.

Agendo vt immunis ab eo transeat. O quam miserum tributum de suorum thesaurorum incolâ, libidinosus Dux expetebat, inopem se dolens inter tot gazas, nisi & gabellam castitas obtulisset. Sed principalis virtus non est sub tributo: pudicitia gaudet immunitate. *Quæ* (vt dicebat Aldelmus de laudibus virginitatis) *inter cæteras virtutum infulas summi Principatus sceptra, & regnandi monarchiam gubernare dignoscitur.* Si vbi spiritus, ibi libertas 2. Cor. 3. quid spiritale magis, quàm Sanctorum spirituum castitas contubernalis? 64.
Aldelm. 2. Cor. 3.

Tunc introiuit Vagao in Iudith. Non restitit eunuchus voto Holofernis; imò qui pati nouerat, agere incepit; & de sua libidinis obedientia didicit sperare, obedientem fore Iuditham, nec Persæ detracturam delicias. Custos corporis, & cubicularius Vagao ille erat, sic sui Domini corporis studiosus, vt illud augere per scortorum additamenta curaret, & qui muliebri more Venerem Domini concitabat, nunc more viri ad fœminam alliciendam festinat. Sanctus Gregorius Nazianzenus de eunuchis Valentis in Mænodia sancti Basilij: *Hi cubicularij ipsius erant, genus admodum molle, tantùm impietate aduersus Deum fortes: viri namque sunt inter mulieres ad eas custodiendas, mulieresque inter viros ad omnia obscœna patienda.* Diligens ad conclaue cucurrit, vbi documenta pudoris in ieiuno corpore relegebat Ioditha: hunc sibi custodem habens pro eunucho, qui simul disciplinam suggereret & constantiam. 65.
Nazian.

Et dixit: Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum. Quid ampliùs petis vt introeat, quæ iam in interiore statione est, nec intimius in tentorio Holofernis cubiculum inuenitur eo, in quo thesauri conduntur: Imò non vereatur exire, dicas, quæ in extremis latibulis iacet. Sed lasciua voluptas vlteriora latibula quærit, semper 66.

semper ingreditur, ne lucem videat, & quæ ad caucam inferni deducit, nonnisi sub fornicum obscuritate quiescit. Inde ingredi in sacris rem Veneris significat, Gen. 6. vers. 4. *Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt.* Et alibi sæpè. Irritat fœminam, vt ad Holofernem introeat, quæ licèt intra eius cubiculum morabatur, tam extra Holofernem erat, quam juxta Deum.

67. *Non vereatur bona puella.* Vereri de his dicitur, qui timent honestatis gratiâ, quare *culpam vereri*, dixit Cicero 1. de Oratore. Iam indicabat Vagao, aliquid latere delicti in his, quæ deferebat ad fœminam: ideò tegit & dissimulat, dum sic orditur: *Non vereatur.* Qui tenax est recti, veretur Deum, quem ideò per flagitium deserere timet, cùm suum delictum irreuerentiam Numinis censeat. Pellicit ad Persæ cubile, quod verendum erat pudicæ puellæ: sed nitidis verbis abscondit turpitudinem desiderij, quasi tantùm ad cóspectum Holofernis subeundum inducat, conuiualéque beneficium; reliquias autem epuli silet, & libidinem asseclam ebrietatis. Ideò *non vereatur*, ait: ac si diceret. Nihil est quod possit te deterrere, ne te inferas mensis, nisi Domini mei maiestas, gloriáque venerabilis, quæ metum suis spectatoribus spargit; verùm adeò tibi beneuolus est & declinis, vt debeas reuerentiam & verecundiam in amorem transigere, vinculáque amputare timoris, quæ impediant gressus, ne ad eius conspectum subintres. Pauidos & conscientia vecordes intrat metus, dixit Tacitus lib. 1. Iudith si ad Holofernem intret, metum admonetur exuere: nec enim datum est parere, cui concessum est imperare. Nimius amor purpuram non discernit à sago; quos æquare solicitat per amplexus, non de fortunæ forte, non de generis qualitate, non de officiorum discrimine iudicat inæquales. Non est quòd verearis ante Holofernis adstare fastigium. Etsi suggestum, etsi Dynastæ munus, etsi proceritas corporis illum te fecit altiorem; dum te incepit amare, tu crescere incepisti, vel ille decrescere: iam vtrique compar quantitas est, quam sic amor ad trutinam mensurauit.

68. *Non vereatur bona puella.* An de bonitate laudat, quia bonitas est diffusiua sui, nec scit se per auaritiam coarctare, quin communicet quidquid est? Ac si diceret: Ne tuam bonitatem largiri detrectes: si tota bona es, totam te da; ne si vel portionem recuses, de malignitate accuseris. An bonam dixit, quia ad conuiuium inuitabat, & in epulis vsus erat, his vocibus vti *Bonus* & *Bene*? Virgilius 1. Æneid. de conuiuio Didonis:

Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.

Vbi obseruauit Cerdensis, hoc esse verbum conuiuale ex Athenæo lib. 2. qui ex Græco Poëta refert: *Bonus ad bonos viros iui conuiuaturus.* Et ex Alexi lib. 6. *Bonorum plenum calicem bibam.* Sed magis assentior, quod *bonam* dixerit, quia illicò de pulchritudine celebrauit: bonus enim pro pulchro passim accipitur. 1. Reg 9. v. 2. de Saule dicitur *electus & bonus*; & tamen non virtus animæ, sed forma laudatur. Quare in Græco dicitur ἡ καλή, id est, pulchra, vertit Vatablus *formosa*; sicut alias, vbi vulgata Cant. 1. vers. 14. *Ecce tu pulcher es Dilecte mi*, Septuaginta vertunt καλός. Non aliud Iudithæ agnomen eunuchus, blanditiarum artifex, commodius inuenit, quo tentaret fœminæ pectus gratissimo elogio, denique labefactaret ad preces. Imò vt nollet pulchritudinem eius in causa esse, cur lenis Holofernes & beneficus, maiestatis frontem demisisset, vt vellet cum alienigena conuiuari, illicò venustatis assumpsit exordium. Quin etiam vt metum deponeret, neque vereretur coram terribili Duce cibari, ab eius pulchritudine orditur. Quid enim formosa timeat species, quæ subiugat, quos intuetur, emollit duros, toruos reformat, furentibúsque mentem restituit?

69. Sed quid est, quòd puellam nominauit? An puellares anni ei sunt fatendi, quæ iam tribus annis & mensibus sex luce functum virum dolebat, quæ inter Bethuliæ Proceres, & Magistratus ob morum grauitatem & pretium, quod nonnisi labentes anni conciliant, magni habebatur? Quæ potiùs cú puellis suis clausa morabatur in vrbe, non quidem ipsa puella, sed de iuuentutis pædagogio conspicua? De ætate Iudithæ iam plenè diximus suprà tom. 1. cap 8. v. 4. Iam etiam inibi obseruaui, puellæ vocabulum non teneros annos taxare, potiùs generale est fœminarum, quæ etiam non maritorum expertes sunt, nec semel tantùm, sed & bis. Scæuola in L. vxorem, §. Testamento, ff. de Legat. 3. *Postea marito defuncto, puella dote recepta nupsit alij.* Ouidius 2. Fastor.

Scæuola.

Ouid.

Dum tamen hæc fiunt, viduæ cessate puellæ.

Non plene refragarer Carthusiano, qui puellam hic nuncupatam vult Iuditham, vt de virgineo nitore laudetur; quasi pulchritudo puellaris nondum libatam indicaret. Et quidem puellæ vox virginem solet præsignare, vt nos probauimus tom. 1. cap. 8. Acad. 23. n. 20.

Carthus.

70. Verumtamen si ex animo sententia proferenda est, potius putarem, *puellam* nuncupauisse, id est, *ancillam*, quasi se nomine vocabat Iuditha, quoties cum Holoferne loquuta. Vnde illa statim eunucho respondit. *Quæ ego sum, vt contradicam Domino meo?* Sic Græcè est: ἡ παιδίσκη ἡ καλή, id est, *ancilla pulchra.* Nec *puella* vox significatui huic refragatur, vt clarè liquet suprà cap. 8. *Vbi cum puellis suis clausa morabatur.* Inde pueri & ancilla apud Varronem: *Vix vulgus confluit, non furiarum, sed puerorum atque ancillarum.* Quem *puella* significatum iam firmauimus d. Acad. 25. n. 12. Autonus quidem est iactantiæ Persicæ, qua saucij Reges & Proceres, quos subditos habebant, *seruos* vocabant. Nec est cur ab hac nomenclatione erga pulchram Hebræam abhorreat animus, cùm nulla alia familiarior intra Holofernis tentorium, qui fecisse cœnam dicitur seruis suis; nec alia vox communior Regibus. Sic Darius, vt scribit Curtius lib. 5. Narbazem nuncupauit *pessimum mancipium*, ea facilitate qua diceret *pessimum hominem.* Nec pudor fuit Artemisiæ Reginæ Carum vocauisse Xerxem Δεσπότην, id est, *ancillæ Dominum*, sicùt Iudith nuncupat Holofernem. Ex quo percallebis, quid sibi voluerit Plutarchus lib. 1. de fort. Alexand. cùm dixit de Dario, quòd ex seruo ascendit in Regem, id est, ex ciue, & subdito regalem purpuram induit.

Varro.

Curtius.

Plutarch.

71. *Vt honorificetur ante faciem eius.* Nihil Persis honorabilius, quam conspectum Regum subingredi, quando Philarchus & Admissionalis aliquem eligebat, vt Dynastæ oculis impunis adstaret. De quo iustiùs diceret Saluianus lib. 3. de prouident. *Non omnes passim intrare præsumunt, nisi quos ipsa honoris proprij dignitas introire permiserit;*

Saluian.

miserit.: ita vt si quispiam fuerit insolenter ingressus, aut cadatur, aut propellatur, aut aliqua verecundia, aut existimationis suæ labe mulctetur. Quare præmiserat Vagao: *Non vereatur bona puella,* id est, nullam verecundiæ notam subibis; honos hic tibi ex regali largitate tribuitur: sat est ingressus, vt inter honorabiles computeris. Adeò enim Regis oculi æstimabantur, vt solemne fuisset eos, in quos Rex iaciebat oculos, manus intra manicas inseruisse, abscondisséque, humilitatem supplicem indicantes, qua se con-
Xenoph. spectu Regis fatebantur indignos, vt innuit Xenophon lib.8. pæd. Nec parum fuit Estheri ad Artaxerxis mariti lumina admitti, qui legem tu-
Ioseph. lerat apud Ioseph. lib.11. antiq. cap.6. *Vt nemo è domesticis, inuocatus eum accederet, tantisper dum sederet in regio solio: adhibitis in hoc etiam lictoribus cum securibus, vt si quis contra faceret, capite plecteretur.*

72. Præter conspectum in conuiuale admittere contubernium, incomparabilis apud Persas fuit honos: quare subdit Vagao: *Vt manducet cum eo; & bibat vinum in iucunditate.* Inde pro
Herodot. elogio Democeris decantatur ab Herodoto lib.3. quòd cum Dario Rege accubuit in triclinio. Quod erat æstimabile magis, quàm de regali prandio partes accipere, cùm id plurimi faciebant, quotquot supremis honoribus inhiabant. Inde Daniel & socij à Nabuchodonosore nimio pretio habiti, vtpote quibus non solùm ex instituto Regis annona,
Ioseph. sed ex Regia cœnâ decreta portio. Iosephus lib.10. antiquit. cap.11. *Præbebátque eis de sua mensa victum.* Et statim: *Cúmque visum fuisset Danieli cum cognatis victitare duriùs; & à Regia mensa abstinere eduliis.* Inde vt integrum animum Iudithæ arripiat, his ambitiosis præstigiis, honorisque maximi titillamentis irritare contendit, ne conuiuale beneficium detrectet, sed se pateris, & ferculis gratiosa committat, è quibus plus dignitatis, quàm saporis hausturа sit. Ad vtrumque autem inuitat, nempè ad epulas, & ad vinum, vt manducet & bibat: bibere enim præcipua erat inuitationis illecebra iis, qui ideò conuiuium vocauerunt *compotationem.* Quin, me iudice, ad primas, & secundas mensas inuitatur Iuditha, quippe post epulas primas succedebant crateres, vináque coronata; vt cecinit Poëta 1.
Seruius. Æneid. vbi de Romanorum more Seruius subii-
Horat. cit. *Duæ mensæ erant, vna epularum, altera poculorum.* Vnde tunc Ioui libabantur. Horatius Ode 5 lib 4.

Te multa prece, te prosequitur mero
Diffuso pateris.

73. Quin mediter, quòd Vagao non solùm fœminæ pollicetur conuiuale vinum cum Persa bibendum, sed & quod Holofernes bibebat:
Athen. quippe Athenæus ait lib.4. cap.6. de Regum Persarum conuiuiis: *Qui cùm venerint, vna cum illo bibunt; at non tamen etiam idem vinum.* Id ob amoris excessum erga Iuditham superbia Persæ sibi permittere iam parabat, vt ad eandem fermè phialam, Hebræam peregrinam admitteret, Philotesiámque propinaret, quam
Suidas. Suidas explicat quid sit, dicens: *Vbi quis inter epulas ex phiala partem libans, reliquum amico præbet.* Hinc fœminam inuitat eunuchus, vt manducet cum Holoferne, & bibat vinum, id est, etiam cum eo; quod summum

beneuolentiæ argumentum est: amica enim compotatio ex Philotesio cratere omne amoris exuperat instrumentum. Nec veretur Va- Vatabl.
gao puellam inuitare ad lyæum: non enim in epoti Domini triclinaribus lectis alius liquor propinabatur, nec Assyriis & Persicis matronis indecora Bacchi potatio, cùm in Græco textu adiiciatur, vertente Vatablo: *Non grauetur ancilla hæc formosa adire Dominum meum, & coram eo gloria decorari, vinúmque nobiscum habere ad hilaritatem, & hac die more filiarum Assyriacarum, quæ in domo Nabuchodonosoris assistunt, se gerere.*

Vbi tria obseruare libet: primum est, nul- 74.
lam eduliorum memoriam induci; & quæ ad symposion accitur, non ad epulum, obsoniorúmque conuictum, sed ad pocula tantùm inuitari, potiùs ex Græca, quàm ex disciplina Latina, quasi apud Persas nomen epulis vina dedissent. Cicero de Senect. *Bene maio-* Cicero.
res accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, meliùs quàm Græci, qui hoc idem compotationem vocant.

Alterum est, quòd Assyriacæ fœminæ simi- 75.
lem compotationem frequentasse feruntur, quibus aquarum ad poculum nullus vsus. Auscultа Platonis verba. *De ebrietate quærendum,* Plato.
vinum ita bibendum sit, quemadmodum Scythæ ac Persæ, Carthaginenses præterea, & Celtiberi, & Thraces mero penitus vtuntur, tàm viri quàm mulieres, atque vino item vestes perfundunt, præclarum hoc & beatum vitæ genus existimantes. Illud *mero penitus vtuntur* excludit, me iudice, potum aqueum; quasi hoc elementum stomachi functionibus non agnoscant.

Tertium denique, quod obserues, sit, hac 76.
die forsan, qua conuiuium Holofernes insti- Plato.
tuit, Nabuchodonosoris natalitium; vertentibus annis incidisse, in quo vulgaris spargebatur lætitia, etiámque dissitis populis auspicatò celebrabantur solemnia, vt Plato perhibet in Alcibiade. Dicitur enim in Græco, quod Assyriacæ fœminæ hac die ad beneficia Bacchi, poculorúmque libationes apud Nabuchodonosorem assistunt; quasi hilaris esset in aula festiuitas, vbi pellicibus copia dabatur, extra gynecæum coram Rege in tricliniis accumbere. Nisi mauis, fuisse festum, quod
nuncupabatur Saccorum, de quo Dion Chry- Dion Chry.
sostomus orat. 4. ex Diogene: *Non ad animaduertisti Saccorum diem festum, quem Persæ celebrant?* It ille pluribus, sed exponit ex
Beroso Athenæus lib.12. nempe per quinque Athen.
dies serui, dominorum stolam induti, domus præfecturam habebant, cuius ludicri moris aliqualem vmbram præfert Holofernes conuiuium, quod seruis apponit, vt compar eum illis fiat.

Quid Iudith respondit: Quæ ego sum, vt contra- 77.
dicam Domino meo? Inter eunuchi verba nulla dictio de Holofernis profertur imperio inultantis Vagao blanditiæ fuerunt, nihil sui domini iussis adscripsit. Cur igitur ideo prudens fœmina subdit assensum, ne quid contra Domini dicta producat? At quis inficias ibit, lenonem hunc illi penitus suggessisse, ex signatissimo voto Holofernis illuc accedere, vt pulchræ puellæ Domini placitum pronuntiaret, esseque cordi conuiuale festum cum hospite sua transigere,

transigere, ne inhonora, & absque conuictu Dynastæ transiret, quæ ob intimæ beneuolentiæ pignus in intimo Ducis penetrali, gazarúmque theca habitabat. Quod si non arcanum Domini desiderium detexit, peregrinâ conuiuâ frui, bene percalluit Iuditha, euentum illum è libito manasse Holofernis, nec eunucho ius esse, tumultuario conuiuas accersere, sed quos dominica iussa signarent. Nec enim eunuchi placitis sic se committeret, quorum sub iure viuere, extrema infœlicitas est, vt cecinit Claudianus lib. 1. in Eutrop.

Quid plenum sterili potuit sub Consule nasci,
Eunuchi si iura dabunt?

Et quidem Alexander eunuchorum deierauit officia; vt testatur Lampridius: *Qui soli Principes perdunt, dum eos more gentium, aut Regum Persarum volunt viuere, qui à populo amicissimum Principem semouent, qui internuntij sint.* Nec internuntio morem gessisset, nisi desiderium Principis odoraretur: cùm apud Hebræos eunuchi haberentur infames. Vnde illæ minæ aduersus Reg. in Ezechiam Isaiæ 39. *Qui egredientur ex te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio Regis Babylonis.*

Quod contradicere non possit, testatur fœmina prudens, bene conscia Persis exhibendæ obedientiæ, quam Strabo lib. 15 perhibet absque vlla detrectatione à subditis obseruari, ne regalis sæuitia suppliciis debaccharetur; vt iam alibi diximus ex Æliano lib. 12. var. histor. Ideò *Domino meo* dixit: hoc enim nomine vocabantur Dynastæ, vt constat ex Mardonio sic Xerxem appellitante apud Maximum Tyrium serm. 4.

Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimum; faciam. Censuit Interlinealis, his verbis illusisse eunuchum; quoniam de vero Domino, nempe Deo, Iuditha respondit, quod ille de Holoferne intellexit: cui commentario adridet Hugo. At hæc expositio non est opus; quippe etsi in Holofernem sermonem dirigeret, nullus inofficiosæ dictionis næuus obrepit. tantùm enim se pollicetur facturam; quidquid in eius oculis non solùm bonum, sed & optimum iudicabitur; ne enim sub speciosa boni [illegible] aliquid deliteret malignum, solùm de optimo peragendo promittit, quod intus & extra dotibus bonitatis abundet. Ideò autem ante oculos eius adiecit, vt sub specie optimi forma, inconcussoque virtutis tenore oculis lasciuientis Tyranni tenderet laqueum, & cum nec hilum declinaret à recto, licium & funem contexisset incauto. Nec quidquid pollicetur præter conuiuium: dicto enim *bonum* inter conuiuia & pocula percrebrescit, vt iam supra adnotauimus. Tibullus lib. 1. eleg. 1.

Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat.

80. *Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.* Non quidem optimum absolute, sed optimũ mihi, vtpote populi vindici, libertatisque & religionis assertrici, qui nefarij Tyrãni placitum in meritum supplicium conuertam, optimúmque erit parabilis cædis instrumentum, me hinc commutationis assentiri fortunæ. Bene scholiat Lyra: *Hoc mihi erit optimum: Videbat enim per hoc appropinquare tempus opportunum ad interficiendum ipsum.* Profectò optima mors dicitur, quæ nimiùm opportune tempestiueque venit. Propertius lib. 3. eleg. 5.

Optima mors, parcâ quæ venit apta die.

81. Si erga egregium facinus, quod vertentibus sæculis celebri prædicatur elogio, quid inter fœminæ dotes optimum fuit, studiosa vestigatione perquiras, apparebit, fuisse pulchritudinis lumẽ, nitidúmque splendorem, quem illi Deus ad victoriæ fortem afflauit, vtpote cuius functione de Holoferne actum fuit, & cui placuit impensiùs elegans Hebrææ forma, nec ante oculos Holofernis quid vnquam hac formositate placidiùs, qua fœminæ nihil antiquiùs curant, quàm placere. Ouidius 3. de Arte: *Studiosa mulier placendi.* Cæteræ enim mulieris dotes nimiùm perplacent, si forma placuerit. Plautus Trinum 17. Plaut.

——Si illa tibi placet,
Placenda dos quoque est, quam dat tibi.

Id igitur sibi omni vitæ curriculo optimum fore spondet Iuditha, quod illi placuerit, nempe ante oculos eius; quod detrectare non poterit, fuisse venustatẽ: ideò enim iudices oculos adiit, quibus de optimo sententiam tulerat Holofernes. Eundem sensum admittunt Græca; quin & augent & firmant: *Quod gratum fuerit in oculis eius, summo studio faciam: quod quidem mihi vsque ad extremum vitæ meæ diem, gloriandi causam afferat.* Nonne gratum saucio Ductoris decus, quo fœmina pudica pollebat? Ipse illicò fassus est infrà v. 17. *Quoniam inuenisti gratiam coram me*; sicut iam antea excubitores prædixerant c. 10. v. 16. *Cum steteris in cõspectu eius, eris gratissima in corde eius.* Hæc gloria fuit, quam sibi fœmina repromittit, quotquot annos vixerit, vt probauit euentus infra c. 16. v. 27. *Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque.* Dixit Cicero pro Sextio: *Vita breuis, cursus gloriæ sempiternus.* Sibi vsque ad fatale vestibulum gloriam fœmina inaugurabatur, & tamen in æternum gloria cucurrit, laudísque segetem posthumis sæculis reproducit. Græca. Iudith. 16. 27. Cicero.

Vers. 15. Et surrexit: & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius.

Vers. 16. Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardens in concupiscentia eius.

Et surrexit. Non surrexerat ad eunuchum, qui vt fœminei Hospitij præfectus, pluries forsitan Iudithæ subintrabat cubile, nec stratũ fœmina dimittebat, ne in otia se confabulatione dedisset. Surrexit quasi iam causam lucrata, nec cum sedentibus comparanda, quæ fermè litem, quam adhuc tractauerat, finiuit. Cicero pro Roscio: *Ego potissimùm surrexi, qui non sum cum his, qui sedeant, comparandus.* Surgit maturius, quæ fermè iam humo iacentem, & victum meditatur tyrannum. Surgit in arma, studiosa, ne velox occasio diffugiat, cùm iam maturaret momentum, quo ageretur populi salus. Non curiosa in thesaurorum tabernaculo peretrabat; gazarum examinans pondera, gemmásque pendens oculis & manu, quas aureum prætendebat cubile; sed a pretij lenociniis aliena, humo corpus iugiter alluebat, vt feruidior oratio, quà humilior, in supera vibraretur, nec vllum temporis lapsum absque solicita prece pateretur diffluere. Rediit iam idem status, qui in historiæ vestibulo incepit, quando cap. 10. post supplicationem ad Deum: *Surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad Dominum, & omnibus ornamentis suis ornauit se.* Ergo suos reproducit ornatus, vt 82. Cicero.

validiùs placuisset, semelque prima gratissima nullam in animo Persæ diminutionem subiret.

83. *Et ornauit se vestimento.* Stolam fortassis, sericúmque pallium dimiserat, ne inter preces, quæ sunt sordium amantes, ornata compta que mansisset; explicuit rugas vmbilicumque thoracis composuit, & si quid pulueris adhæsisset, abstersit, corporique decenter applicuit, ne quid formæ suæ venustati deficeret. Quid de cute faciei? Quid de discerniculo capillorum? Quid de vndantis comæ gradibus? Quid de vittis pellucidis, odoratisque vnguentis adhibuit, quæ renouare formam suam atque genas reaccendere impigra conabatur? Non nisi vestium ornatus describitur: quoniam, vt iam in superioribus obseruauimus, nullum sibi deuexerat alabastrum, nullum suauem reseruauerat succum, vt huic momento profuisset: lumen enim, quod Dominus fronti contulerat, inextinguibile sibi visum fuit, nec recentibus adminiculis indiguisse; quominùs illam de iugi formositate bearet. Græcè tamen est: *Ornata est vestimento & omni mundo muliebri*: quasi muliebris mundus præter illum, quem capite traxerat è Bethulia, in tentorio Holofernis accreuerit eunuchi ministerio. Non enim in vacuum dicitur in Græco vers. 11. quod commissa fuerat Iuditha curæ præfecti Vagao. Et certum est quòd eunuchus, qui apud Persas gynecæi pædagogion & præfecturam gerebat, mundum muliebrem regalibus puellis præstabat, omnemque vnguentorum apparatum cuti poliendæ, suffitúmque odores proclini largitate pendebat, Esther 2. v. 9. (Esther 2. 9.) *Et præcepit eunucho, vt accelerares mundum muliebrem, & traderet ei partes suas.* Et v. 12. *Vt sex mensibus oleo vngerentur myrrhino, & aliis sex, quibusdam pigmentis, & aromatibus vterentur.* Certè si Iuditha odores & vnguenta in Persarum castra traxisset, aquam mari diceres intulisse, quippe his nectareis succis conditisque liquoribus strata Persarum madebant. (Plinius.) Plin. lib. 13. c. 1. *Persarum iubet esse gentis vnguentum: illi madent eo, & accersita commendatione, ingluuie natum virus extinguunt.* Non tamen crediderim sacram fœminam vel vnum etiam pigmentum voluisse de barbarorum remediis, nisi in de Persicis conchis guttam suaueolentem sibi permisisse stillare, & quæ vinum & escas auersata est, horreret vt madesceret pellis ex vnguine olei Gentilis. Vtrumque enim facilè coniungitur, mero, & vnguento madere iuxta illud Claudiani de bello Gildonico. (Claudian.)

——Et marcidus ibat

Vnguentis, cruditque cibo, titubánsque lyæo.

84. *Et ingressa stetit ante faciem eius.* Non vacat emendatio standare enim & ex parte Holofernis beneuolum honorem, quem Iudithæ impertit, significat, & ex parte fœminæ immobilem constantiam, nullo quæ poterat labefactari certamine. Hic gestus est Psalm. 44. vers. 10. (Psal 44 10. Chrysost.) *Astitit Regina à dextris tuis*, vbi Chrysostomus: *Hoc est, firmiter stetit, stetit immobiliter.* Quin censeo, hac dictione prægnans honoratiorem locum, qui Iudithæ in triclinio præstitus est: ac si diceret: Stetit in ordine, seu in gradu suo. Locum quidem cuiquis decernere, munus Symposiarchæ fuit, qui & cœnæ pater, & Patronus, & poculorum Magister, & epularum Rex dicebatur: de quo adi Sherlog. tom. 1. in Cant. (Sherlog.) antelog. 5. à n. 30. ordinem in accubando Cyrus instituit apud Xenophont. lib. 8. (Xenoph.) Ad Holofernis latus fœminam non accubuisse Græca versio infra exhibenda confirmat: ne pudica fœminæ modestia contumeliam lateris pateretur; ægréque Holofernes sic oculos in pulchritudinem intorqueret. Quam potiùs ex aduerso decreuisset locari, vt non obliquis pupillis inter crateres formam eluberet. Ideò dicitur, ante oculos eius stetisse. Nec qui se in maiestatis pompa, more Regis gerebat, passus est in cœna vultum a conuiuis abscondere, vt in conspicienda Hebræa auiditatem luminum saginaret. Heraclides Cumanus apud Athenæum testatur velo intersecto (Athen.) Reges Persarum in conuiuali cœnauisse triclinio, ne à conuiuis aspici potuissent. Sed regiæ instantiæ Persa pepercit, ne impedimento videndi fœminam plecteretur.

85. Quod Latinè dicitur: *Ingressa stetit*; Græcè (Græca) est: *Ingressa accubuit*; vt noueris quàm iure dixerimus; stationem hanc designare locum in cœna. Stare enim non conuiuæ, sed statuæ est; sicut de *disponi* dixit ex Philippide Athenæus lib. 1. cap. 18. (Athen.) *Disponi dicimus de statua, vnde eos deriserunt, qui de accumbentibus hac dictione vsi sunt.* Sed sicut Theopompus (Theopomp.) eodem loco dixit: *Bibimus postea dispositi mollissimè in triclinio*: Sic stare ad mensam scitè dixeris pro, certo in loco disponi; sicut stare ordine, dixit Lucanus lib. 7. & Quintilianus (Lucan. Quint.) lib. . cap. 1.

86. Textus Græcus plura addidit non temnenda: *Et introiuit ancilla eius, & strauit ei ante Holofernem in terra pelles, quas acceperat à Bagoa ad quotidianum vsum vitæ suæ, vt manducaret reclinata super eas, & ingressa accubuit Iudith.* Vatablus vertit: *Ex aduerso Holofernis strauit ei pelles humi.* (Vatabl.) An hæc cœna Parthorum erat, quibus similes cum Persis leges, de quo apud Athenæum lib. 4. cap. 14. Possidonius, (Athen.) Qui *amicus dicitur, mensâ quidem non vtitur communi: at humi subsidet, Regi in sublimi toro accumbenti.* Cur non in stragulis aulæis, & lectisterniis Iuditha decumbit, cùm lectorum elegantia & pretium in Persarum Symposiis inualuit? Imò illicò subit animum, officiosè fœminam cauisse, ne in molli puluino, roseaque culcitra, quam Persicus luxus odoribus infarserat, pudicum corpus demitteret. Studuit, secum gestare mattulam, qua & ad orationem, & ad accubitum vtebatur. Nec eam puto ab aliqua delitiosa aspergine siccam, cùm Persæ in sumptuosis amiculis, stragulisque suaueolentibus volutarentur, vt dixit Simocatas lib. 4. (Simocat.) & in mattulis olutisse vnguentorum delitias, scribit Clemens lib. 2. pædag. (Clem Alex.) cap. 8. Pelles humi iecit, præuiâ solicitudine ancilla, pelles, inquam, lectum videlicet sine pluma, non de odoratorum puluerum intrinseco molimine blandum, sed de mattæ religiosæ similitudine, quæ humi sternitur, & in Nouella sexta dicitur *cubile humi positum.* Sanctissimus meus Benedictus cap. 55. Regulæ: (Regul. S. Benedicti.) *Stramenta autem lectorum sufficient matta, sagum, capitale.* Intra barbarorum frequentiam quasi de eremo vectitaret Iuditha, nihil de monastica districtione diminuit, de qua diceret Sidonius lib. 4. epistol. 24. (Sidon.) *Gradus, pudor, color, sermo religiosus, lectus nil habens plumæ, mensa nil purpuræ, humanitas ipsa sic benigna, quod frugi, nec ita carnibus abundans vt leguminibus.*

Ergo

87. Ergo quod Holoferni erat torus ad diſcumbendum, Iudithæ fuit pſyathium ſiue matta, quæ ſolet *terrateria* appellari, ſiue *ſternum* ab ſternendo, vt Ioannes Sabato proſequitur in Sidonio ſop. a. 11. Græcæ verſioni quadrat apprimè. *Et ſtrauit ei ante Holofernem in terra. In terra* dixit, id eſt, quam nulla ſtromata contegebant, quorum plurimas ſub lectis conuiualibus apud Perſas viſos, vt iam alibi dedimus ex Athenæo lib. 12. c. 3. *Lectorum pedes ſuper tapetibus collocarunt, ne pauimentum contra nitatur, ſed tapetes cedant* tamen ut Athen. ex Poſſidonio, quòd Rex cœnaturus in ſublimi toro accumbebat, humi autem conuiuæ. Quæ ſi cum textu Græco connectas, facilè iudicabis, ſegregatam nimiùm ab Holofernis accubitu iacuiſſe Iudithã, odiſſéque contubernium in epulo, ne propinqua epoto accumberet & laſciuo, licet & id Perſici ſupercilij fuit, arduum cœnauiſſe à conuiuis Dynaſtam. Torus enim conuiualis altus erat, ſicut obſeruarunt Petrus Ciacconius in appendice ad triclinium Roman. Vrſini, & alij. Pudicitiæ fœlicitas fuit Principis faſtus & incomitata maieſtas, ne vel in vno lecto, vel adulterij lecto propinqua cœnaret, quæ nonniſi ad abluendum ſanguine cubanti, impuri thoro appropinquare ſtudebat. Abra dicitur ſtrauiſſe pelles, quas acceperat a Bagoa in quotidianum vſum. Bene ſucceſſere vota. Bellagerattix noſtra in pellibus agit, quod militum eſt, vt Claudianus cecinit lib. 1. Nec 3 Perſis alienum, terga à ferris euellere, vt catum exuuijs ad ſtrata verentur, & ad tentoria.

Sabato. Athen. Ciacon. Claud.

88. *Cor autem Holofernis concuſſum eſt.* Sagittat pulchritudo, altúmque telum immiſit in cor. Ex fœminæ oculis amoris coruſcatio vibrata videntem concutit. Statim ac vidit, periit. Cur ab oculis in oculos ſic iacula mittat amor? Sophocles in Hippodam. cecinit:

Sophocl.

Talem in aſpectu obſcure venatricem.
Amoris coruſcationem quandam oculorum habet
Poſteà ſaltat ipſe, incenditque me:
Æqua menſura oculum, velut fabro iuxta
Amuſſim eunte dirigitur canon.

Holofernes concutitur, & quaſi hauſtâ cicutâ per oculos tabeſcit exanimis. Sopita aliquantulum ſub temporis cinere flamma latebat: vix rediit ad oculos forma venuſta, cùm pectoris focus exarſit, & vſque ad verticem per caminum ipſius fumum excuſſit, qui mentem caligine oppreſſit, & præ amoris inſania religioſum Bacchi hominem reddidit debacchantem.

89. *Erat enim ardens in concupiſcentia eius.* Iam non ſuſtinet coërcere ſitim, qui ab intus ardebat, iam ſeueri Principatus oblitus purpuræ flammantis, non meminit, cum ardentior flamma, regaliorque medullas adufferit, & quidquid dominationis erat, in amoris mancipium conuertit. Græcè licentius deſcribitur hoc laſciuum incendium, cuius, ne fuligine modeſtus animus intingatur, verba tacere honeſtum eſt. Quid in lecto inter pateras, inſtigante lyæo, obiecta pulchritudine helluo delitiarum conciperet, niſi amati fœminæ, cuius caſta frontis ſerenitas, ductaque aduerſus hoſtiles ſuggeſtiones modeſtia magis potentis cor acuebant; cui proprium eſt in vetita niti, in ſepta irrumpere, in adamantina ferrum ſi penetret, probauiſſe. Nec omittendum eſt, quod Græcis adnotat: *Et obſeruabat tempus, vt deciperet eam, ex qua die vidit eam.* Græcè eſt, ἀπατῆσαι, quod non ſimpliciter decipere eſt, ſed propriè ſeducere, id eſt, ſeorſum ducere, vt contenderit Henricus Stephanus, & quadrat optimè Holofernis libidini, qui clanculum, & in diſſitum penetrale ducere concupiuit Iuditham, vt laſciuam ſitim expleret. Aliàs, vt Vatablus obſeruauit, alij codices habent ἀπαιτῆσαι, quod eſt repoſcere, & exigere, nempe ad thalamum: agnouit enim non vi, ſed precibus innitendum ei, vt debellaret caſtitatis conſtantiam, quæ ſe in eleganti verecundoque vultu prodebat. Mutata ſors fuit: fœmina deceptorem decepit, qui in foueam incidit, quam excauare parabat. Vnde canit Auguſtinus ſerm. 66. *Decepit ſyncera corruptum, ſefellit caſta pollutum, pudica peremit adulterum, ſobria iugulauit ebrioſum.*

Henr. Steph. Vatab. Auguſt.

Verſ. 17. Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc, & accumbe in iucunditate, quoniam inueniſti gratiam coram me.

Verſ. 18. Et dixit Iudith: Bibam Domine, quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis.

Verſ. 19. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipſo ea, quæ parauerat illi ancilla eius.

Verſ. 20. Et iucundus factus eſt Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita ſua.

Et dixit ad eam Holofernes: Bibe nunc & accumbe in iucunditate. Prima vox propinatio fuit. Nónne ordo præpoſterus? Sed ob ebrietatis morem commutatus. Ante pulmenti tactum, vinum porrigitur, & obſoniorum diſpoſitio potatio eſt. Athenæus lib. 2. c. 18. ex Phylarco Atheniensi: *Propinatio quædam, veluti conſueuerat, ante cœnam circumferebatur.* Sanè lex conuiualis erat apud Ciceronem in 5. Tuſculan. *Aut bibat, aut abeat.* Quin Cicero in Verrem act. 3. inquit: *Fit ſermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur, hoſpes hortatur, poſcunt maioribus poculis: celebratur omnium ſermone lætitiaque conuiuium.* Inde propinatorum ſermonem Holofernes orditur, qui ad latum poculum ſuam hoſpitem laceſſens ait: *Bibe nunc.* Amoris inſania titubantem linguam inſtruxit, vt prima libatio non ſanitatis, ſed voluptatis eſſet illecebroſæ: cùm aliàs triclinij norma eſſet, quam Eubulus apud Cœlium Rhodigin. lib. 28. antiq. cap. 6. admonuit: *Sanitati primum dicari cratera, ſecundum amori & voluptati, ſomno autem tertium, quartus verò iam noſter non eſt, ſed iniuria.* Et Aſclepiades eodem Rhodiginio teſte, *calicem primum ad ſitim pertinere dictitabat, ſecundum ad voluptatem, tertium ad ebrietatem, quartum ad inſaniam.* Sed Princeps, libidinis reus, amori Hebrææ primum cratera dedicauit, illamque ad bibendum adigere incepit, quaſi magiſter poculorum fieret, Réxque conuiuij, cùm eunuchorum id munus eſſet. Certè in Perſarum Sympoſio lex erat cogendi hoſpites ad bibendum. Ioſeph. lib. 11. antiq. cap. 6. Artaxerxis conuiuio: *Mandauit etiam miniſtris, ne quem, more Perſarum, ad bibendum cogerent, ſed arbitratu ſuo quémque appoſitis frui ſinerent.* 90.

Athen. Cicero. Cœl. Rhod. Ioſeph.

X 4 Ideò

91. Ideò autem, me iudice, ad primum poculum fœminam prouocauit, quoniam Princeps potio
Athen. meracior erat Athenæus lib. 10. cap. 11. *Præsentibus sodalibus absurdum est, nuper a principio craterem misceri* Meracius itaque ex amplo cyatho
Antipan. protinus inter conuiuas diuidebatur. Antipanes Comicus in Geminis:

Det poculum magnum mihi, sumens ego
Fudi merum, non is puer fuit, cyathos
Diis, Deabus, & sacratos plurimos
Post quos & omnes, mox, simul grauis Deæ
Dulcissimique Regis in partes duas
——*-Diuisionem.*

Ad iucunditatem & bonum euentum præripuit calicem Holofernes, quasi vt bonæ fortunæ libaret, vt auspicatò fœminæ amplexibus frue-
Arist. Schol. retur. Scholiastes Aristophanis in Irena. *Solere fieri libationem bonæ fortunæ in principio mensarum, in fine Ioui seruatori.* Libauit fortassis Nabuchodonosori, quæ gratia Regibus fieri consueuit,
Dio. sicut libatum in Augusti honorem, dixit Dio lib. 50. *Et in conuiuiis non solùm publicis, sed & priuatis, omnes ei libare, & vinum defundere iusserunt.*

92. *Bibe nunc*, inquit; nec aliis conuiuis propinationem dignatur offerre, qui iam amoris pincerna inceperat esse, mancipiumque fœminæ: & qui Dux & Magistratus exercitus erat, hoc officium sibi præsumpsit, Oenoptáque factus est. Dicebantur Oenoptæ apud Athenienses, Magistratus, qui ad porrigenda pocula, Bacchique functionibus aderant. Diceret meliùs de
Eupolis. Duce Holoferne calicem propinante Eupolis in ciuitat.

Quos non vel Oenoptas capere vos hactenus
Dignum putabitis: videmus nunc Duces
Exercitus, ô ciuitas, ô ciuitas
Fœlicior quantò es, sapias quàm prouidè.

Athen. Hos etiam *oculos* nuncupari, scribit Athenæus lib. 10. cap. 7. Nec dissonum est, quòd in hoc conuiuio Holofernes *oculus* appelletur, qui dum craterê hauriebat ore, oculis bibebat Iuditham, & ab vtroque ebrius, morem ignorabat bibendi. En laqueo oculorum suorum capitur, qui capiens pateram, vsque ad oculos bibit. Nec par est abnuere, dum hæc verba protulit Holofernes, quòd ipse prior patente rictu, hiantéque ore primum calicem hausit, vnôque traxit spiritu, ne propinationis verba interrumperet, quod
Græca. Pollux. Græcè est ἀμυστίζειν, de quo Pollux lib. 6. id est, sine respiratione haurire. Ideò autem conuiuale silentium prior Holofernes diremit; quoniam apud Persas ministrantibus pincernis nulla fandi
Ammian. copia fuit. Ammianus Marcellin. lib. 23. *Nec ministranti apud eos famulo, mensaque adstanti hiscere, vel loqui licèt; vel expuere: ita rostratis pellibus labra omnium vinciuntur.* Ergo meracius primus Holofernes bibit, scytharum morem in poculis amans, qui lympham sibi infestam habent, nec vini flammam diluere curant. Quin Lacedæmoniorum instituta obseruauit, qui propinationes bibunt, nec ex nomine conuiuas ad phyalas irritant, vdámque linguam ad turpia verba dissoluunt. Soli Iudithæ gratus, cæteris innominatis conuiuis post haustum poculum, vt fœmina bibisset, refudit.
Critias. Critias in elegiis.

Hoc studium Spartæ, mos hic seruatur in illa,
Ipse suum sicce vinifer vt calicem,
Vel potum donare vocato nomine cuiquam.
Insuper manum dextram vasa tulisse vetant,
Porrigere à dextris potum, vel dicere nomen, vt
Conuiuæ cui quis præcupiat bibere.
Hoc pota linguam soluunt in turpia verba.

93. *Bibe nunc, & accumbe in iucunditate. Accumbere* dictio est conuiualis, cùm in Symposio corpus declinat. O quantum brutescit homo, dum manducat & dormit! Vtrobique accumbit, erectúmque caput deflectit, & qui ad sydera rationalem vultum leuabat; demisso collo iumentis de fœno victitantibus comparatur. Vtrique functioni lecti parantur, sopori & epulis, quasi vtrobique dormiat, ménsque caligine suffusa cadat. Alexis vetus Poeta Græcus: Alexis.

Ingens malum fit ante cœnam accumbere,
Somnus nec vllum mollis hic apprehenderet,
Nec si loquantur, possumus quid discere:
Mens est enim mensæ parata proxima.

94. Bibacissimus Persa dotes ebrietatis precatur, accubitum nempe & iucunditatem. Proprium madidi est declinare ceruicem, oculos deprimere, caput demittere. Philo: *Grauatus oculis præ* Philo. *vino, demittens caput, obliquans ceruicem.* Proprium est artus hilarare, iucunditatéque perfundere. Virgilius Bucolic. ecloga 5. Virgil.

Et multò in primis hilarans conuiuia Baccho.

Nonnus 12. Dionys. iniucunda conuiuia nuncu- Nonnus. pat, vbi abest vinum. Critias in elegiis: Critias.

Pocula plus æquo nam quæ fœcunda bibuntur,
Mox faciunt lætos, tempus in omne nocent.

Id est, mox faciunt ebrios. Hinc Ambros. ebrie- Ambros. tatem gratiæ commendat, lib. 1. de Cain cap. 5. nempe quòd *lætitiam generat, non titubantiam*, id est, iucunditatem simul & constantiam membris infundit: temulentiâ autem, quam merum gignit, temerè pedes nutant, statúsque corporis titubat. Sic de Sileno ebrio Ouidius 4. Me- Ouid. tamorphoseon.

Quique senex ferulâ titubantes ebrius artus
Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.

Arnobius lib. 4. Bacchum nuncupat, *Fæculentæ* Arnob. *hilaritatis datorem.* Ergo fæculenta iucunditas a bibace Dynasta deposcitur, nempe quæ in turpissimas libidinis desinat fæces, & quas vini ardor venas inflauit, sanguinéque repleuit, profusa Venus euacuet. Hanc ex expressis vitibus vindemiam concupiuit lasciuus, hunc fructum de poculis legere, vt turpiùs egereret per caminum illecebræ, quod turpiter per gulæ semitam ingessisset.

95. *Quoniam inuenisti gratiam coram me.* Bibaces cum bibacibus delectantur. Sic Dionysius Tyrannus apud Thymæum, primò Choam bibenti in Choum festo auream coronam præmium posuit. Considera qua ratione irritet ad bibendum Iuditham, quia in oculis eius gratiam inuenit, quasi gratiosæ pulchritudinis præmium esset amica cum Principe compotatio. Quin suspicor eandem pateram, quàm ipse siccauerat, mero refertam obtulisse Iudithæ, quod erat clarissimum beneuoli pectoris argumentum. Vel ideò sub ea ratione ad poculum prouocat, quàm priùs mero saginari cupiebat, vt gratiùs & hilarius accenderetur ad thalamum. Id enim innuit in hoc amatorio sermone: *Quoniam inuenisti gratiam coram me.* Sic de Esthere dicitur cap. 2. vers. 9. *Quæ placuit ei*, id est Artaxerxi, *& inuenit* Esther. *gratiam in conspectu illius.* Gratia enim apud Persam inuenta, species est signationis ad torum. Holofernes, qui bibendi finem non faciebat, continuò viuendi finem faciebat; cui viuendi

ratio

ratio fuit bibere, & ſcortari. Quid ab epoto, niſi aſſeclam libidinem expectares? Quid ſimile de
Theopomp. Charidemo ſcribit Theopompus lib. 45. hiſtor. *Viuendi rationem quotidianam laſciuiam agere videbatur, ac huiuſmodi, vt vel ſemper biberet, vel ebrius eſſet, liberaſque mulieres vitiare conaretur.*

96. *Et dixit Iudith: Bibam Domine.* Promptè annuit, beneuoloque reſponſo gratitudinem pendit, & vt Perſæ gratiam innutriret, nec potum recuſauit, nec victum. Vrbanè comptéque nec propinationem reſpuit, nec inuitationem faſtidit; ſed ridente pulchritudine, expanſóque lumine frontis, dum non auerſatur donum, decidit donatorem. Non dixit, Gentilia pocula, barbaráque phalerna Hebræam gentem dedecere, ne iniuriam redderet pro Principis voto, ſed *bibam* abſolutè inquit; cogitans tamen de vinario vtriculo, qui Abræ humeros grauauerat in itinere. En cur vinum ſobria fœmina ſibi deuexit, ne conuiuij hilaritas friguiſſet, & de toruа indole à conuiuantibus damnaretur, quòd ſuprà lætus proſequuti ſumus. Hic vertitur cardo triumphi. Loquitur iucundè Iuditha, vt ad iugulationem victima ſaginetur, & in ſpurciſſimi thalami aris decumbat grauiùs, vt feriatur acerbiùs. *Bibam Domine.* Eſt in hoc obedientia laudabilis, quæ vituperabili Imperatori debetur. Bibam, ſed non ex lyæo, quod luxuriæ procacitas maculauit, quod vnguenta & odores infecerunt ad luxum, quod Aſſyriis amphoris propinatur. Nec vinum, in quo eſt luxuria, ſed vinum, in quo eſt ſobrietas, ſanctáque pudicitia, libauerim, quod ieiunia caſta coxerunt, quod torcular contritionis expreſſit, quod vitis charitatis progenuit, quod humeri patientiæ portarunt. Sicut eunucho conſenſerat in conuiuium, Holoferni conſentit ad potum, vt dum illa ſobriè libauerit, ille ſe proluat, & ingurgitet Baccho, ſoporatúmque collum enſi
Aug. 12. ſubijciat. Auguſt. ſerm. 66. *Paratur conuiuium Regis, Iudith intereſſe iubetur: illa conſentit, vt vincat; accedit ad conuiuium nihil de cibis, aut de poculis hoſtium guſtatura, quæ ſuis vtenſilibus voluit eſſe contenta.*

97. Græca. Pergit Iuditha: *Quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis.* Græcè eſt: *Quoniam magnificatum eſt viuere meum in me hodie præ omnibus diebus generationis meæ*, id eſt, magis hodie viuo, quam toto tempore, ex quo nata ſum. Pulcherrimè. Si viuere eſt agere, clarior actio clarior eſt vita, eſt opus, quod diuturniora ſibi ſæcula ad ſui commendationem acquirit, momento, quo patratur, viuit per æua, poſteráque ſæcula in inſtantis compendium aduenire perurget. O quot annos in vna die fœmina ſacra vixiſti! Quot temporis durationes ad vnius noctis horam prouocaſti labentem! Conſidera venuſtum diſcrimen. De Holoferne dicitur ſtatim verſ. 20. *Bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita ſua:* de Iuditha nunc: quòd magis hodie viuit, quam in tranſacto vitæ tempore vixerat. Quoniam hellu onis viuere, bibere fuit; ſobriæ fœminæ vita cumulatior euaſit, dum bibacem vitam abſtulit helluoni. Fauſtis fœmina fidebat auſpiciis, hac nocte occidendum eſſe Tyrannum: ideò ſe magnificatam eſſe decantat, vtpotè quæ ſic excreſcit per temperantiam, quantum per ebrietatem Perſa decreſcit. Vide ſi creuerit: quæ cum vno capite venerat, cum gemino redit. Altum præ ſuperbia, faſtúque ſublime caput Holofernis ſub Iudithæ pede conſtratum, illam nouo cothurno fecit eſſe maiorem. Cum brachium leuauit altius, vt caderet firmius, incepit in corpore creſcere: cùm Tyranno vitam ademit, de eius annis annorum incrementa ſortita eſt. Ergo dum corpus ebrium cæsâ decuttauit ceruice, ſe magnificauit, & auxit.

Et accepit, & manducauit, & bibit. Dum ſe ſingulis euacuatis calicibus Holofernes mero replebat, ventríque Deo in ferculorum aris calidas victimas dedicabat; ſobrietate & abſtinentia fœmina paſcebatur, vt in vno triclinio inter luxuriem & temperantiam pugna feruida conualeſceret, qualem in Pſychomachia ex hoc exemplari viuidius Prudentius depingeret. Ex vna acie, epoti conuiuæ cum Holoferne Duce, marcidam & incoctam ructabant cœnam; diſcurrebant pincernæ, Bacchi cantharus fundebatur; thyrſus & hedera, racemorúmque corollæ lectorum puluinos pompa viridi coronabant; denſus ex nidoribus fumus caligine menſas abſcondebat; & inter offas & pocula, quid priùs ſorberetur per guttura, pugnabatur. At ex aduerſo hordeacea farina, panis purus, caſeus aridus, palathæ ſiccæ ſobriam frugalitatem in fœmina ſancta nutriebant, & Pythagoræ diſciplina in pellium ſtratarum ſchola, docente Iuditha, legebatur, quam Alexis in Tarentinis videtur audiuiſſe, cùm canit, 98. Alexis.

Epulum carica & oliua
Et caſeus fiet, iubet lex hæc Deis
O ferre Pythagoræ, ſacrum quod per Iouem?

Hæc eſt Pythagorica diæta, de qua ſub hoc titulo agit Athenæus lib. 4, cap. 19. Ideò diætam vocauit textus Græcus ſuprà verſ. 17. εἰς τὴν καθημερινὴν δίαιταν, id eſt, in quotidianam diætam. Sic ab initio frugales Perſas parſimoniæ paruiſſe, polentáque & pane victitaſſe, ſcribit S. Hieronymus 2. aduerſus Iouinianum: *Perſarum Regis Cyri vitam Xenophon explicat, polentâ, & cardamo, & ſale, ac pane cibario eos aſſerens victitare.* En, ô Perſæ, coram oculis abſtinentia vetus vobis reproducitur ab Hebræa, rigidus victus, polentaque redit. Diſcite ab alienigena mores veſtros, mactate gulam, ingluuiem pellite; inſtruit vos in ſympoſio captiua ſobrietas, quam nullus ex halantibus menſis, calidíſque pateris fœtidus ſpiritus corrumpere poteſt. Priſca diæta vobis à transfugâ formoſâ profertur, quam ſub diætæ titulo ſcripſit Strabo lib. 15. Ἡ δὲ μετὰ γυμνασίων δίαιτα ἄρτος καὶ τὸ γυμνάσιον, καὶ μάζα, καὶ κάρδαμον, καὶ ἁλῶν χόνδρος, καὶ κρέα ὀπτὰ, ἢ ἑφθὰ ἐξ ὕδατος, ποτὸν δὲ ὕδωρ, id eſt: *Diæta eorum poſt exercitationem eſt panis duriſſimus, & naſturtium, & ſalis grana, & carnes aſſæ vel elixæ, potus aqua.* Ergo præparauit ancilla, non coquus, non piſtor, quæ Iuditha cœnat. Non eget natura artificibus obſoniorum, non diſtillantibus focis, non ſacrificulis ventris: compendioſa ſibi annona eſt; hoc victu vincit edacem, madidum iugulat, & vires ſuppetunt, vt grandis capitis onus reportet. Nunc nunc Iuditha armatur ad bellum. Adhuc dum comedit, ieiunat; erecta per ſobrietatis rectitudinem, etiam dum in pellibus proſtrata, manducat, vt quem inclinauerat menſa, Ducem feriret. Ambroſius apud Benedictum Pariſienſ. *Iudith luxurioſus Holofernes haudquaquam inflexit conuiuio, ſolo titulo ſobrietatis deſperatum lacertis virilibus reportauit triumphum.*

99. Athen. Græca. Hieron. Strabo. Ambroſ.

Nam

Non hic in sexu suo victa est natura, sed in cibo suo victa est, & Regem superbum suis inclinauit ieiuniis.

100. Aptè dicitur in textu: *Et manducauit, & bibit,* cùm Holofernes priùs quòd biberet, poposcisset: *Bibe nunc:* sanitati quippe bibit, non luxui, nec præmisso potu sanctam escam infamare præsumpsit. Qui impransus bibit, non vt cibum decoquat, vehátque, poculum haurit; sed vt madeat, Bacchoque sacrificet, hunc prius de vite inter viscera cruorem effundit. Nec plenè bibit, nec bis, quæ vt sitim incenderet Holofernis, summo tenus ore attigit vrceum, quem ex industria miscuisset ancilla, ne si potum recusauisset, minùs biberetur à Duce. Iam anteà obseruaui, in toto hoc conuiuio nullum obsonium memorari, nullum de appositis escis frustum referri, quasi in calice tantum Persa pariter vesceretur & biberet, iuxta illud Pherecratis in Coriano.

Pherecrat.

Age iam recumbam, tu feras mensam statim,
Calicémque, quo vescar, bibam quo suauiùs.

101. *Et iucundus factus est Holofernes ad eam.* His verbis indicatur, hilari iam cerebro, & præ ebrietate ridente, de amatoria scurrilitate & insania plura loquutum fuisse Holofernem, non quidem ea in cæteros dirigens conuiuas, sed in pulchram fœminam, in quam dilutum iam cor, & mero elixam per oculos & labra eructabat. Pulchra erat Iudith; sed postquam meracius biberat Persa, pulchrior & pulcherrima ei visa est, ardentioribusque flammis è fronte coruscans. Ebriorum enim oculi scintillant & ignescunt: quidni eis obiecta nitidiora censeantur? Certè Anacharsis in Sympolio, cùm vnus ex conuiuis conspiciens eius vxorem dixisset; *deformem vxorem duxisti, ô Anacharsis:* respondit ille: *Ita mihi sanè videtur, sed mihi meracius infunde, ò puer, vt eam pulchram faciam.* Ideò non iucundior fit Holofernes in eam Græcè est *in ea.* Cui oculi præ vino splendebant, splendidiorem conspicabatur Hebræam. Vnde totus liquefiebat ab igne, qui licèt ferreus esset in bella, in illecebrosa mollitie cereus fuit. Pyndarus Theogeni dixit: *Splendentes oculorum radios vides, qui non concitatur desiderio, quoniam ex adamante aut ferro est, & nigram animam habet fabrefactam.* Epotus Persa iucundus factus est ad eam, nugax scilicet, & lusor. Ideò non vocauerat ad conuiuium primores, vt inter seruorum frequentiam seueritate depositâ debaccharetur, sicut de Antiocho narrat Polybius lib. 31. quod ebrius circuiret Symposium, cum recitatoribúsque ludebat, tripudiabat & iocabatur cum mimus, parcens nulli iucunditati. Inde Sileni dicti, scribit Ælianus lib. 3. cap. 41. ἀπὸ τῶν σιλλαίνειν, *quod est conuitiatoria scommata iacere cum molesto quodam lusu.* Mente enim per liquoris fumum sopitá, in cachinnos & ludicra verba cerebrum iucundum irrorat. Pauca & librata verba adhuc ex throni suggestu dederat censoria grauitas Holofernis, nec dictionem vllam, nisi ad lancem, etsi amatorio vulnere sauciabatur, Iudithæ dixerat: postquam bibit, eloquentior fit, lasciuáque ænigmata Symposiis Persicis vsitata prodidit. Ingenij enim largitor & amor & Bacchus est, & ex Veneris lacte ablutà mens, tempe ex mero, plurima de amantium schola pronuntiat. Ion Chius in elegis.

Anacharsis.

Pyndarus.

Polyb.

Ælian.

Ion Chius.

Ipsa est enim occasio variorum responsorum,
Omniúmq; Græcorum conciones, deliciæq; Regum,
Ex quo pampynea vinea, subterraneum
Ramum extendens viridi timuit vina.

Et paucis interiectis:

Bonorum Rex vinum docuit naturam,
Cuius causa tu Pater Bacche ob coronas certantibus placens
Hominibus lætorum Symposiorum prytani
Salue, dèsque æuum bonorum amabilis operum
Bibendi & ludendi, ac iusta cogitandi.

Bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua. Iucundos sales adhibebat ad poculum, vt simul biberet & sitiret. Nullum modum amphoris fecit, nullam de magistro poculorum obseruauit censuram, qui modiperator à Varrone dicitur, id est, qui modum bibendi præscribat. Et quidem solùm tria pocula in conuiuiis modestis propinabantur, vt Pyndari interpres obseruauit apud Rhodiginum lib. 28. c. 6. quorum vltimum Ioui Seruatori libabatur, *quod is bibendi, inquit, modus omnino substringebatur, vltrà progredienti, largiùs hilariúsque ingurgitanti, intemperantiæ non deerat nota.* Nulla horum religio bibacissimo Persæ fuit, qui flammam amoris hic calidi meri frigoribus temperare curabat. Quin hic innuitur, post mensarum mantilia leuata, cœnas primâ seu secundâ peractâ ex more Persico se amphoribus cyathis ingurgitauisse Holofernem. Post bellaria enim laxior erat Bacchi gurges, feruidiórque compotatio. Ælianus lib. 12. var. histor. cap. 1. agens de pulcherrima fœmina Aspasia nomine, quæ ad Cyrum in Symposio allata est. *Contigit, vt quando primum ad Cyrum venit Aspasia, ille modo exiisset de cœna, ac more Persico esset bibiturus. Etenim Persæ postquam cibo saturati sunt, vino & propinationibus indulgent, potum tanquam aduersa iam aggredientes* Quasi hæc essent instrumenta bellorum. Quò respexisse crediderim Ambrosium lib. de Elia & ieiunio cap. 13. dum inquit. *At vbi consummatæ fuerint epulæ, & putes iam esse surgendum, tunc de integro potum instaurant suum, & cùm consummauerint, tunc inchoare se dicunt: tunc deferuntur phialæ, tunc maximi crateres, quasi instrumenta bellorum.* In campum Veneris, lasciuè bellaturus, hæc bellica instrumenta sumpserat Dux; sed quasi Mercurio, & somno, vt moris erat, vltimum poculum libauisset, vt iam suprà diximus ex Homero Odyss. 7. *Cui vltimo libabant, quando cogitabant de lecto.* Cogitanti de libidinis lecto somnus obrepsit, ex quo nondum expergefactus est, *ut* verè dicere possis potum vltimum Persæ somnum fuisse: hunc enim potum prisci appellabant ἑρμῆν, id est, Mercurium; vt Iulius Pollux auctor est. E vinariis cadis cecidit in infernum. Post cœnam quidem, boni dæmonis poculum hauriebatur ex meraciore, illudque vocabant κρατὴρ ἀγαθοῦ δαίμονος, vt perhibet Apostolius in Ionia. Eheu! E boni dæmonis cratere inter improbos dæmones effusus est Holofernes. Græcè est: *Et vini quamplurimum bibit, quantum nunquàm aliàs biberat vno die, ex quo natus fuerat.* Quid multum, quòd non in vna die bibisset, quantum in nocte hac, cum de quibusdam ebriis dixerit Amphis:

102.

Rhodigin.

Ælian.

Ambros.

Homer.

Pollux.

Apostolius.

Bibunt duos dies diebus singulis,
Turbanti vino præpotenti tempora.

Sed sat fuit de bibacissimo Persa sic dixisse, cum in vna die plura vinorum tempora annosque emarcidos absumere consueuisset.

EXPLANATIO
Moralis inſtitutionis ad Cap. XII.

Verſ. 1. Tunc iuſſit eam introire, vbi repoſiti erant theſauri eius, & iuſſit illic manere eam, & conſtituit quid daretur illi de conuiuio ſuo.

Luxurioſus & ſuperbus ſe numerum cogitat cùm ſit vnus plures eſſe cupit, qui; vt plures, capit.

SECTIO I.

1. BONI erimus, ſi vnuſquiſque ſe numeret, totidemque nouerit vnum eſſe, non plures: ſi metiatur corpus, non ſe replicet & ingeminet, nec plures iudicet ventrem vnum, cui multorum pendit annonam; carnem vnam, in quam, facilè contegendam, multiplicis veſtiarij congerit apparatum. Erratur vbique, cùm ſibi quiſque non vt ſoli præparat, ſed vt numero. Multi viuerent, quibus vtitur, vnus, ſi vnus ſe tractaret vt vnum. Non ſe ſolitariam amat luxuria; improbè docet laſciuum, cuius in viſcera altè deſcendit, ſe multitudinem eſſe; cui diuitias & grana, multitudinis congerit. Bene dicebat ille: Aſpice culinas noſtras, & concurſantes inter
Seneca epiſt. 114. ignes coquos noſtros. Vnum videri putas ventrem, cui tanto tumultu comparatur cibus? Aſpice veteraria noſtra, & plena multorum ſæculorum vindemiis horrea: vnum putas videri ventrem, cui tot Conſulum, regionúmque vina conduntur? An vnus erat Holofernis venter, an
Iudith 12.1. vna caro? Attende quid dicitur verſ. 1. *Tunc iuſſit eam introire, vbi repoſiti erant theſauri eius, & iuſſit illic manere eam, & conſtituit quid daretur illi de conuiuio ſuo.* Conuiuium non vnius cœnantis eſt; plures recipit in triclinio. Conuiuium dixeris, vbi ſolus Princeps manducat, nec famulum admittit ad dapes, ne de ferculi communis licentia maieſtas antiſtitis detenuetur? Si Perſa ſolus prandebat in aula, cur eius menſa dicitur conuiualis, tranſitque in vocabulum plurium, vnius hominis vna cibatio? Verùm diuiſerat luxuria Holofernem: plurimos ex vno ſaginato corpore fecit: agebat numerum ipſe ſolus, non alius additamento, ſed ſui. Ergo vnius cœna conuiuium erat, ſicut vnius pecunia, theſauri; cùm tamen theſaurus ſit gazarum in ætatem poſteram glomerata congeries.

2. Stultus ille diues, cui tot arabant, & fodiebant coloni, cuius ad ſegetum ſtipendia latè patens terra vertebatur aratro, cogitabat intra
Luc. 12.17. ſe dicens Lucæ 12. verſ. 17. *Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos?* Quémne conſulit? Eum ipſum, qui reſpondit quæſito. *Et dixit: Hoc faciam. Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, & epulare.* En integrum in vna perſona tribunal, rogator, & conſul. Cur cum anima ſpiritali agit de cibo, nec ventrem interrogat, ſi capere potuiſſet tot grana, quæ horrea priſtina non potuerunt; nec metitur corpus, qui menſus eſt horreum? Quoniam ſe plures cogitabat, cùm alteram in ſe perſonam ex anima, ex ventre alteram conſtituebat, ventrem animæ animamque accumulans ventri, vt ſpatioſis finibus fertilem anni ſumerent tempeſtatem. Corporis non dolebat anguſtias, qui receptaculi frumentarij dolebat, non quærens ad ſegetem minuendam conſortes, qui ad capiendam horrea quæſiuit, ratus tot manipulis & vindemiis ſe vnum ſufficere, quem effecerat gula plures.

3. Triplicis lanceæ ferrum, vt conſumeret iuuenem, in Abſalonis corde cõſumitur. 2. Reg. 18. 14. 2. Reg. 18. 14.
Tulit ergo tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalon: cúmque adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. Cur ad adoleſcentis vnius mortem, non vnum lanceæ ſufficiebat acumen, quod pectus ſtimulo terebraret; ſed poſt tres lanceas adhuc ſupereſt in corde quid viuat, decémque vulnera æmulâ victoriâ concurrunt ad cædem? Regnandi ambitio multiplicem effecerat, qui vnus erat, & ab accremento luxuriæ de ſingulari viro numerum effecerat dominandi libido. Congeſſerat opes, exercitum ſibi conduxerat, vt iam patris obiret perſonam adhuc patre ſuperſtite, cuius erat. Non poterat regnare genitore viuente, niſi adhuc ſe genitorem eſſe defingeret, paternúmque diadema ante tempus ſuis temporibus applicuiſſet. Recordare luxuriantis iuuenis vota, dum geſtiebat ſibi vſurpare Iſraëlem 2. Reg. 15. verſ. 5. 2. Reg. 15. 5.
Cum accederet ad eum homo, vt ſalutaret illum, extendebat manum ſuam, & apprehendens, oſculabatur eum, faciebatque hoc omni Iſrael venienti ad iudicium, vt audiretur à Rege, & ſollicitabat corda virorum Iſraël. Vt quid manum, vt apprehenderet, extendebat, niſi vt quantitatem corporis propagaret, ſéque efficeret plures, quibus per oſculum iungebatur? Iam multus eſt vnus, qui ſe per oris glutem protraxit in multos, non ſatis pompæ iudicans, ſi in ſingularitate manſiſſet. Recole illud: *Et ſolicitabat corda virorum Iſraël.* Si ſic multiplex cor ambiebat, vt ſuum cor tranſigeret in diuerſa; non ſat erat vna lancea, vt occumberet, ſed vnius cordis per plurima geminati multiplex lancea opus erat ad necem. Si ſimplex permaneret in ſuo, cor iuuenis ſupereſſet in vita, quid quòd aduerſum ſe multitudinem concitaret, ſi per vitiorum numerum cupiit multitudinem eſſe? In corde & corde loquutus erat: quid quòd in multiplicatum cor lancea multiplex impetiiſſet?

4. Apocalypſis 13. verſ. 1. *Et vidi de mari beſtiam aſcendentem habentem capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua eius decem diademata, & ſuper capita eius nomina blaſphemiæ.* Beſtia, Apoc. 13. 1.
quæ in corpore vna inceperat, cur deſiuit in capitibus plures, cùm ſoleant per capita numerari perſonæ? Quoniam aſcendebat de mari, quod ſæculum eſt, vbi ſæculi ambitioſus, helluóque honorum & opum, cùm vnus in corpore ſit, plures

plures in nefariis operibus contendit in personas haberi. Resident in capite sensus, organaque superbiæ, elationisque multiplex instrumentum, quod humile est & abiectum, per cætera membra corporis iacet: ideò superbum animal vnum in infima corporis medietate, multiplex studuit esse in superna. Time ab exercitu, cùm sic vnum hominem videas: numera capita vitiorum, tot est: cui ad gulam obsequitur cœlum per volucres, syluæ per feras, montes per greges, maria per pisces, terræ viscera per metalla. Ideò bestia in capitibus nomina blasphemiæ ferebat, ne vocabulo simplici appellaretur, quæ augmenti auida, non ad vnum nomen, sed ad plurima responderet. Et tamen tot sibi capita copulauit in simplici collo fundata, lætè patiens onera, quæ suos præferebant honores. Attendisti: *Et super cornua eius decem diademata.* Ergóne hoc tumultus capitum intendebat, vt plurimæ diadematum essent sedes, non vt osseos orbes geminaret in corpore, rotundáque sibi fastigia congereret, sed vt à regnorum numero plures Reges non censerétur in vno? Ita est. O miserum corpus, gracile, & molle, quantam tibi sarcinam patiente libidine compegisti, non ægrè ferens tantam molem sustinere fortunæ, tot diuitiarum pondera baiulare, tot coquos numerare per lares, tot famulorum pascere greges, tot ora lasciuiæ complere, dum in vertice emineat corona superbiæ. Sic agitis omnes, vobis laboriosi, sæculo graues, quotquot per rerum accrementa mundialium esse satagitis, quæ non estis. Et vide quòd cùm essent capita solùm septem, decem sibi diademata imposuit, malens pluribus cornibus, quàm capitibus inhorrere, quippe quæ in suis vncis ambagibúsque retortis facilè poterant sustinere coronas. Sic euenit, ô mortales, vobis immundi, vobis infames, qui vt vnusquisque crescat in numero, omnigenásque captet delicias, non dedignatur abiectissimas formas subire, vilésque personas induere, & in obsequium vitiorum in officia decrescere.

5. Non dubites, sub bestiæ huiuscemodi effigie idolum hominibus præsentari, quod sub pluralitatis vocabulo in Scripturis solet efferri. Baruch 6. vers. 9.
Baruch 6.9.
Coronas aureas habent super capita sua Dij eorum, vnde subtrahunt Sacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in semetipsos. Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant, & iterum cùm receperint illud à meretricibus, ornant Deos suos. Quale commercium hoc inter hominem & idolum? auream chlamydem, argenteámque molem subripere à simulacro, vt in semetipsum transfundat, & homo ex idolo confletur, sicut ex diuitiis hominis simulacrum. Hoc primum erratum fuit, hominem appetere transigi in Deos, cùm audiuit Primigenia à serpente: *Eritis sicut Dij.*
Gen 3.5.
Si duplex coniux ex maritali consortio in vna carne euaserat vnus: *Erunt duo in carne vna:*
Gen. 2.24.
quomodo vnusquisque in numerum Deorum conflabitur, cùm vnitas in Deitate resplendeat, carnis autem diuisio sit? O ab exordio esse plures studuit homo, etiámque in arborem transigi per illecebram, semitam inueniens ac numerum, nempe per idololatriæ flagitium. Ergo cui tot salubria pondera Paradisi, lignorúmque baccæ non suffecerant ad ingluuiem, vnius arboris cœpit indignus esse, qui de multiplicitate Deorum, in plures studuit geminari personas. En cur apud Baruch Sacerdotes de idololatritis vestiebantur, vt qui per sacrilega vota se transfuderant in idola, in semet per idolorum opes idola transferrent. Quid vltra? *Dant autem ex ipso prostitutis, & meretrices ornant, & iterum cùm receperint illud à meretricibus, ornant Deos suos.* Cur de meretricio quæstu conflabant simulacra nefaria? Vt promptiùs in idola transirent, sicut qui innectitur meretrici, testante Apostolo, vnum cum meretrice membrum euadit. 1. Corinth. 6. v. 15. 1. Cor. 6. 15.
Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, *duo in carne vna.* Qui in scortum descendit, se geminare nititur, cum qua adhæret; numerum in hæsione procurans, supplementóque libidinis crescere per vnionem, non tantùm vt è duobus fiat vnum, quàm vt vnus duo sit, & personam multiplicet, quam sustentet. Ergo de meretricio apparatu Deos suos idololatra ornabat, vt ex vnitate lasciua in Deorum multitudinem tenderetur.

Erat homo agitatus à Dæmone, quem viuum 6.
in specu mortis detruserat, & monumentorum fecerat inquilinum. Accessit Dominus energumenum sanaturus, spiritui que dixit Marci 5. v. 8. Marc. 5. 8.
Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Quid inde? v. 12. *Et deprecabantur eum spiritus dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.* Non sat vni homini vnus Dæmon sufficit ad perniciem, cui nomina mille, mille nocendi artes in salutis dispendium? Sed qui angustias vnitatis pertæsus in plurima se vitia diffuderat, Dæmonum in se prouocauit cateruam, quasi non posset vno milite debellari, qui se per libines numerabat. Ideò compedes & catenas rumpebat, dilatari auidus, angustiarum impatiens. Vide quot tibi præpares inimicos, qui cùm per vitiorum diuisionem fias legio, aduersariâ legione contunderis. Verùm quid est, quòd Dominus sit tanquam cum singulari loquutus: *Exi spiritus immunde ab homine*; cùm tamen non ignorauerit esse multos, qui vt comprimerent hominem, in eius corpore se compresserant? Sed qui cum homine agebat, quem Dæmonum infarserat legio, vnum pariter & multiplicem voluit ostendere, quem de singularitate personæ varietas iniquarum virtutum fecerat multos. Adhuc est quid obserues. Qui priùs in singulari numero indicabatur, & de se agebat vt vno, vt liquet ex illis vers. 10. *Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem.* Et ex illis vers. 7. Ibid. v. 10. & 7.
Quid mihi & tibi Iesu fili Dei Altissimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas. Vix gregem porcorum aduertit cœnosis volutabris hærentem, cùm appetens in illorum corpora transigi, cœpit iam in plurali numero offerri vers. 12. Marc. 5. 12.
Et deprecabantur eum spiritus dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari. Quamobrem, si putas, itum de singulari in plurale? Quoniam spurcitia, fœtidáque luxuries, quæ in porcis exprimitur, leonem, & auidum deliciarum in tot diuidit, quot desiderat; nec potest iam vt singularis haberi, qui in numerosis voluptatibus se diuisit. Et tamen quò per nequissima vota plures fit,

eò

eò desinit esse quod, & in feretro illecebrarum, ambitionisque cenotaphio concupiscentiis portitoribus vitam cadauericam vehit. Nónne vides? Iste, cui viuentium dæmonum frequentissima turba insidebat, nonnisi intra funera morabatur, v.3. *Qui domicilium habebat in monumentis.*
Id. v.3. 5. Vers.5. *Semper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat.* Cur mortis & solitudinis accola? Mortis quidem, quoniam nec viuit, nec vnus est ex hominibus, qui gestit multitudinem esse per vitia. Solitudinis autem, quoniam secum confertissimam vrbem ferebat multitudinémque conuicium, qui à legione integra incolebatur. Nec prætereas quòd spiritus isti nefarij, qui vitam hominis, antequam mortalis solutionis cederet dies, iam mortis computabant in censu, dum corpus funestis specubus deuouebant, illicò quos prenderunt porcos, suffocarunt in mari, suinásque sordes in præcipiti naufragio luerunt, vt innotesceret ab exemplo, neminem minus esse, quàm qui plures esse solicitat; siquidem vmbra solùm hominis est, ex quo vel vmbram mortis habitat in sepulchro, vel inter vndas sæculi suomet impetu rapitur in naufragium.

A vitio quod saginat, deuoratur peccator, ab igne, quem inuidus accendit, incenditur; à suamet lenonia libidine proditur. Scelestus manu sui sceleris sagittatur.

Sectio II.

7. Qui feram saginat in cauea, acuit in se spiculum ad cadendum, & de officioso pabuli ministerio funus sibi miserum alit, mortémque suam inter dentes immitis animalis impingunt. O tu qui vt nitentes bestias agas in circum, funéque ducas in spectaculum sanguinei furoris, gaudes aliquando, in artis animosæ argumentum, ludere cum molis leonum, vnguiúmque acumina examinare, carneáque frusta offerre rictibus, iocúmque facere de periculo; inter experientias perhibis, inter escarum munera, quibus tua viuentia fœnora, pretiáque ferina nutrire non cessas, forsitan esca fies, bestiarúmque magisterium de te miserè conuertes in cibum. Sic sunt, qui delicias alunt, voluptatúmque instrumenta saginant, & vitiorum organa curant, nec impensis parcunt, quominus quod impensè adamant, consequantur. Appetituum sumptibus suos carnifices præparant, dum illecebras; & per blandimenta vitiorum proprios munerant occisores.

8. Studet Holofernes vt suppetat annona Iudithæ, cibatióque in hospitio redundet; nec lætum lautúmque sibi existimat esse conuiuium, nisi in aduenam suam de Regali mensa fercula traiiciatur.
Iudith 12.1. Vers.1. *Et constituit quid daretur illi de conuiuio suo.* O infaustum Principis omen! Dum studes de tuis dapibus fœminā impinguare, cuius in ignes iam tuū pectus versat illecebra, vaticinaris illicò tuam fore carnificem, quam sustentas, qui libidinis indolem impingere pudicæ puellæ tuis epulis per liberalitatem intendis: libidinis enim proprium est, dum magis alita, suum perimere nutritorē. Cur de conuiuio suo solicitat quod puella vescatur, conditásque iam dapes, & in pateris halantia cibaria de epulari cœnaui ad suā hospitem imperat vehi? Non sat essent molli delicatóque sexui, etsi non sine pretio, epulæ leues? Vt quid cibis fortioribus, & piperis flammâ respersis tenera implebitur pulchritudo? Vt liberaliorem se proderet, gulæ pepercit, suúmq; cum hospite epulū diuidere studuit, vt eam inciperet de se alere, quam post ingluuiem ad voluptatis sortem pellicere satagebat. Ergo tuo sumptu occūbere paras, stolidè Persa: hanc fœminam de titulo nefariæ voluptatis infamas; quippe quæ tui capitis carnifex venit, à te sustentari procuras.

Fornax accenditur Babylonia, durísque flammæ pabulis vsque ad piceam pinguedinem innutritur. Ibat ignis saginatus in astra, & de syluarum alimento viuebat. Contendunt accusatores iniqui stomachum fornacis implere, & post duras ilices tres pueros, vt tenella bellaria, dulcésque dapes dedicant feruori flammarum. Cadunt vincti, quasi tecta fercula, pueri, vt humanam escam manderet ignis. Quid inde? Dan.3. 9.
v.21. *Porrò viros illos, qui miserant Sidrach, Missach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Missach, Sidrach, & Abdenago, ceciderunt in medio camini ignis ardentis colligati, & ambulabant in medio flammæ laudantes Deum.* Dan.3.21.
Quid agis, ô flamma, cui ingenium suppetit & sapientia? Sic scis inter cibos distinguere? Duras epulas voras, quercus & robora, mollibus parcis, nec leues audes deglutire capillos? Si humanos artus tenerásque costas puerorum deuorare fastidis, cur in tui altores, qui te suis sumptibus innutrierunt, fornace extra terminos excedente manducas, & facis eos escam, qui cibaria tibi parabant. Bene processit exemplum. Idem rogus, qui in fidelium iacturam ab infidelibus pascebatur, in ipsos vires innutritas accendit, & quos priùs vsserat flamma perfidiæ, inuidiæque faces agebant, eademmet vitiosa flamma cremauit. In ipso sui splendore superbiæ perierunt. Scit ambitionis libido lucidè consumere à quibus viuit. Nefaria vota enecant suos: hac misera remuneratione gratificant, quos habuerunt in sua crimina liberales.

Id ipsum peregerunt leones, quos ad necem 10.
Danielis accusatores inuidi parauerunt, Dan.6. Dan.6.24.
vers.14. *Iubente autem Rege adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Danielem: & in lacum leonum missi sunt ipsi & filij, & vxores eorum, & non peruenerunt vsque ad pauimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt.* Cur sic Rex diuinæ potentiæ fecit experimentum, vt probaret si nausea in leonibus fuisset, stomachíque ægritudo, non edisse corpus Prophetæ, viuáque alimenta mandisse? Opportunè criminatores improbos leonibus propinauit pro cibis, obtulitque rationalem, & humanam popinam, si forsan fera hominibus vesceretur. Bestiæ famelicæ quot frusta vorarunt, tot dederunt inspectatoribus documenta, vitium, quod alitur ab iniquo, iniquum pro alimento glutire, & in largitatis obsequium, suum occidere donatorem. Quid peccauerunt filij & vxores, qui in leonum rictus cum patribus & maritis ierunt? Ne vllum pignus remaneret familiæ, cuius caput sic pascebat inuidia, vt & Prophetā leones pascere contendisset. Vna caro est vxor cum viro, vna cum parentibus proles, ne ab aliquo frustrarentur leones, totā generis carnem pro cibo gratissimo vorau-

uorauerunt. Vitium capitis peruenit ad sobolem: quid quòd æquo supplicio propriam de vitio pateretur perniciem.

11. Israëlitæ fecerunt vitulum in Horeb, diuitiarúmque stipendia dederunt, vt bouis idolum igne negotiante prodiret. Quid tunc Moyses? Exod.32.20. Exod.32.v.20. *Arripiens vitulum, quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israël.* Quale pharmacum hoc curandæ perfidiæ, quòd bibant suæ libidinis simulachrum, habeántque in vno haustu plenum conuiuium, nempe cibum & potum? Nónne idololatria altiùs in viscera descendisset, fornicatióque execrabilis iret in ventrem, & à religionis spe mentem diuelleret? Nónne vitulo adglutinati, alitique peccato intus vegetarentur in scelere, carnísque substantiam & vitæ durarent de alimento flagitij? Imò ingeniosa nimis castigatio fuit, vt quod pauerant diuitiis idolum, & ex inauribus, & annulis pretiosóque conflauerant censu, ab idolo vtique pascerentur, non in vitæ sortem, sed mortis, quippe qui à pulueribus aureis, suomet auaritiæ & religionis veneno, tabidi & abrupti perierunt. Non alius quæratur carnifex peccatori: ipsum, quòd colit, & sumptibus curat, idolum, ipsa meretrix, ipsa perfidia, suomet ære, quod nefariis apparatibus erogauit, eum libenter occidit, & auro sepelit, qui inhiabat.

12. Danielis meditare iudicium. Salaces senes, qui Susannam petierunt ad accubitum, & occubitum, in sancti Spiritus tribunali probauit. Dixit primus, se matronam sub Schino vidisse cubantem. Tunc ille Dan.13.v.55. *Rectè mentitus es in caput tuum: Ecce enim Angelus Dei acceptâ sententia ab eo, scindet te medium.* Respondit alter se vidisse sub primo. Cui ille v.59. *Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos.* Quid de arboribus mendacia profuerunt, vt Angelus ad supplicium sumeret instrumentum? Senibus Daniel eleganter illusit, lignáque ad falsitatis vmbram expansa, in criminatorum caput extorsit. Lusit in vindictam vocabulis, ne vllum mendacis libidinis verbum otiaretur à pœna. Græcè enim σχίζειν scindere est, quod alludit pulchrè ad σχῖνος, eisdémq; litteris Latinè nuncupatur *Schinus*: sic & Græcè πρίνος, quod secare significat, & habet cum primo paronomasiam. Vt noueris luxuriæ indolem & mendacij, vitiorúmque, quæ ad causam voluptatis procuras & educas, suamet brachia ad iustissimam vltionem protendere, nec vna syllaba sustinet à tui corporis laniena vacare.

Dan.13.55.59.

Græca.

13. Cur Rahab meretrix suum populum prodidit ad iacturam, fecítque prostibulum insidiantium militum receptaculum, Iosuë 2.v.6. *Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi erat.* Mirarer, si in scorti fornice stipula lini deficeret. Quid est meretrix nisi flamma, quæ iuuenem, vt stipulam, accedentem vel primo solet odore cremare? Nónne de scortantium ciuium viuebat quæstibus inhonestis, & de lasciuiæ tributo forensis corporis commercium agebat? Si de communis stipendij victitabat annona, publicóque popularis luxuriæ fisco alebatur; cur sic in suos desæuiit altores, vt redderet proditionem pro quæstu, ciuitatémque extraneis diuenderet, quæ propudiosis membris formam ad illecebram di-

Iosue 2.6.

uendebat? Quid? Populum prostituta prostituit, ciuibus non conciuis solùm, sed per corporis nexum affinis, qualem nisi voluptatis ederet fructum, nempe communem de communi illecebra cladem? Domesticus hostis libido est: quid armamini ad agmina inimicorum? ciuilis inlatet sub cute inimicus: non te Israëlis exercitus, ô Iericho; tuamet meretrix demolitur.

Si cepistis Samsonem, ô Philisthiim, & retibus amasiæ pendistis, cur sic dimidiatis victoriam, vt euacuatis orbibus oculorum cæcum de robusto viro ageretis triumphum? Iudicum 16. vers.21. *Quem cùm apprehendissent Philisthiim, statim eruerunt oculos eius, & deduxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.* Quamobrem non interemerunt Heroem? Vt eo superstite viuum perduraret trophæum, nunquámque moreretur memoria pignore victoriæ viuente. Ergo in superbiæ pompam alitur fortissimus Heros, de communíque victitat stipendio, quasi alimentum victi perpetua esset sustentatio triumphi. O stoliditas superborum! Hic ipse, quem in vestræ titulum gloriæ circum molam de reliquiis pristini pascitis, vestro pane educatus ad insigne trophæi, inermis populum trucidabit, dirutísque ædificij columnis, viuos vos in vltionem sepeliet, quem vt vestra viueret arrogantia, cæcum, non defunctum esse voluistis, vers.28. *At ille inuocato Domino ait: Domine Deus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam, vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum vnam vltionem recipiam.* Accidit quod petierat, v.30. *Concussis fortiter columnis, cecidit domus super omnes Principes & cæteram multitudinem, quæ ibi erat.* Cur solùm de erutis oculis causam egit, & ad mortem impauidus, quam intendit, enecta sibi lumina sic vlciscitur? Quòd tolerabiliùs duceret fuisse ab aduersariis occisum, quàm in titulum ignominiæ, cæcum ab irridentibus ali. Ergo Philisthiim elationis & superbiæ piaculum, dum virum fortissimum, educarunt; propriísque sumptibus occisorem suum, vespillonémque nutrierunt.

14.

Iudic.16.21.

Iudic.16.28.

Iudic.16.30.

Vitij medela vitium non est. Licèt confligat cum vitio vitium, vtroque victore, laceratur vitiosus.

SECTIO III.

NON vitiis, sed virtutibus vitia eluuntur. Cum contrariis impulsibus petant hominem, séque aliquando collidentia propellant, mitigatum vnum, & impetu fessum, quasi sub cinere flammam deponens, amicâ solet quiete subsidere; sed ibi medullitus adhuc residet, (vt vulpecula mortem fingens) parumper otiatur, vt peccatoris animus substitutis hostibus agitetur. Anne qui auaritiâ laborat, si alicuius formæ amore saucietur, libidinísque flammis obtemperat, malo pristino medebitur per secundum? Equidem amori impudico contraria auaritia est, nec pingitur absque manibus Venus, quæ de fœdo thalamo fœnus facit. Holofernem consule, respondebit, auarum pariter remanere & lasciuum 15.

lasciuum, qui vitium vitio sicut clauum clauo opinabatur eruere. Quis magis auarus diuite Persa, qui sub seris & vectibus occludebat thesauros, latebrisque damnabat diuitias, quas decoctis populi absorbuerat? Capitur amore Iudithæ, pulchrámque hospitem in loco thesaurorum constituit, ratus nonnisi pretio, auréoque pondere potuisse frangere fœminæ pudicæ constantiam. Ergóne luxuriæ pharmaco ab ægritudine auaritiæ conualuit, amórque puellæ reddidit liberalem? Imò vitium non sedem, sed materiam mutauit. Qui in thesaurorum penetralibus fœminam, quam ardebat, abscondit, nec aspectibus aliorum permisit, auarus pulchritudinis esse cœpit, qui desiuit esse gazarum. Insanatus igitur, & in morbo duplicato remansit. Non integrè fuit cum fœmina liberalis, qui aureum illi carcerem imperauit, & eius, quam consortem faceret diuitiarum, consortem alterum
Iudith.12.1. renuebat, vers. 1. *Tunc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam.* Prodigum & auarum considera, fœminæque pariter fauorabilem & crudelem. Laxat opes hospiti, sed hospitem inter opes includit, imperátque manere in secessu, ne formam oculis concessisset.

16. Diues ille epulo, quem purpura vestiebat & byssus, cur in auaritiæ causam vocabitur? Sanè quotidie splendidè epulabatur, maiestatémque vestium mensis Regalibus honorabat Lucæ 12.
Luc.16.19. v. 19. *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè.* Cui exitium patrimonij culina fuit, & cultus corporis calamitas diuitiarum, poterat malum auaritiæ inhærere? Nónne prodigalitate, austeræ parcitatis pepulit suspicionem; siquidem cui Deus venter erat, pecuniæ idolum fuderat in stomachum? Quid gula liberalius? implet viscera largis onerum stipendiis: &, si locus vltra non est, reddit per vomitum, quod supererat. Imò diues ille, nec prodigalitate, nec gulâ intimam perdidit auaritiam, qui micas è mensa cadentes saginandis canibus destinabat, nec famelico Lazaro iubebat apponi feruidi triclinij reliquias, v. 20.
Luc.16.20. *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat.* Considera vitia contrária. Ciborum frusta, nemine proiiciente, de mensa redundante labuntur: dicuntur enim cecidisse, non proiici, vt dapum abundantiam mireris, quas laxa diuitis animositas absumebat. Et tamen segmenta derelicta ciborum, quæ prodigalitati supererant, auaritia impediente ad os Lazari non veniebant, cum tot ora aperiret, quot vulnera. Sed nec in inferno vnum vitium altero mitigauit. Dixeris inuidæ facibus vri, quem cura cognatorum tenebat, ne in æternæ fornacis
Luc.16.27. caderent societatem? vers. 27. *Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domo patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* O quàm pius esse inceperat inter ignes, qui fuerat inter mensas crudelis! Nónne quem cremabat flamma supplicij, ardor inuidentiæ reliquit, qui in æterno carcere tentus, sic viuentium considebat saluti? Sed virtus non fuit prouidere mortalibus: non enim pro aliis rogauerat, sed pro suis, ne ipsius quæ remanserant in sæculo fraternæ reliquiæ, secum pariter vererentur, & cum qua per cognationis continuitatem erat vnum, integra sui generis caro in inferno pariter pateretur. Vide, si eandem cum Lazaro pietatem exercuit, vers. 24. Luc.16.24.
Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Si petit, vt in locum tormentorum fratres non veniant; cur vt veniat Lazarus sic efflagitat; nec pœnitet in vita non iuuisse mendicum, qui adhuc post mortem, sub pietatis specie eius beatæ quieti resistit? Voluebatur sanè in suorum vitiorum incendio, nec potuit inuidiam extinguere feruore supplicij, quod successerat pro peccatis.

Postquam Saül adulatrices fœminas auscultauerat 1. Reg. 18. vers. 7. *Percussit Saül mille, & David decem millia*: inuidit victori, vers. 8. *Iratus est autem Saül nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitque dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest nisi solum regnum?* Stimulis in iuuenem Rex agebatur: sed illicò cogitauit vulneri apponere medicinam, vers. 22. *Et mandauit Saul seruis suis, loquimini ad David clam me, dicentes: Ecce places Regi, & omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener Regis.* Cui regnum inuidebat, iam donat filiam, cuius ob connubium in iura Regalia succederet. Vitiúmne, an liberalitas fuit resipiscere ab inuidentia, partémque sui æmulo bellatori præstare? Sed magis fuit crudelis in munere, qui vt perderet virum, dabat vxorem. Vide quid pro coniuge paciscatur, vers. 25. *Non habet Rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philisthinorum.* Exposuit periculo, dum coniugio, & iam suimet generis inuidus, despondit generum inimicis. Quid agis, ô insanabilis Rex? Crudelitate putas inuidentiæ medendum? Geminato vitio sauciatis: crudelis remanes super inuidum. Curtatis Philisthinis & victis, non curtata, sed aucta rediit inuidia, & in Dauidis fortitudine gloriosiori, furoris æmuli quantitas creuit. Sic est, ô qui diris passionibus ægrotatis: non callum obducit vulnus illigatum sanitatis specie; recrudescit plaga sub nefariæ pietatis vnguento. Errat, qui credit aduersis vitiis vitia detrudi. Licèt alterum paululum lateat nouitate peccati, subsilit illicò de visceribus. Eodem loco stat, quod intus adhæsit; licèt contraria vitia denuò imposita supereminneant, vltro citróque mouentur (vt dicebat prophanus ille morum magister) vt fluctus, quos æstus accedens longiùs extulit, recedens interiore littorum vestigio tenuit.

Iudas, vt impleret sacculum, Magistrum vendidit pro denariis. Pœnituit auaritiæ idolo seruiisse, qui pro effigie Cæsaris, Dei imaginem commutauerat. Cogitat ab infami resipiscere vitio: pergit ad Principes Sacerdotum, vt execrabile commercium dissoluat, Matth. 27. vers. 3.
Pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum & senioribus dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum. Renuunt illi, contractum dirimere. Sed Discipulus nequam, *Proiectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit.* Cur sic proiicit auaritiæ mercedem tardus iste diuitiarum contemptor, reddénsque emptoribus denarios appensos, pendere delegit è ligno? Auaritiam putauit abradere pœnitentia; & tamen illam altiùs impressit, qui vt nullis vsibus inseruirent denarij, deuouit Corbonæ, ne alteri profuissent. Ideò in sepulturam peregri

17. 1.Reg.18. 7.8.
Ibid.v.22.
1.Reg.18. 25.
Seneca 1. de Benef. c.10.
18.
Matth.27.3.

peregrinorum ex ipsius auaritiæ voto offerútur, ne illis viuus vteretur, sed mortuus. Cur in aëris medio se laqueo suspendit: Ne vel corpus terræ donaret; sed dum largus videretur in vita reddenda, suspensus ab arbore nondum perderet auaritiam, sed ruptis visceribus tanquam sacco, ibi pondus auarum remansisse monstraret.

Vers. 2. **Cui respondit Iudith, & dixit: Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, nec veniat super me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo.**

Improbus precum pretio Deum sibi ad improba desideria satellitem conducere gestit. Irreligioso religiosa libido est; nuncupat vota, ut ad vota iniqua perueniat.

Sectio IV.

19. QVi potens in sæculo est, potentiámque probat per criminum latiorem licentiam, etiam dum peccat, Deum sibi fauorabilem deprecatur, piáque vota ingeminat pro fortuna. Quasi Deum offensionibus promeruerit, ne quid impediat libidinis desideria, Numen solicitat adiutorem. Qui plenas mercibus naues vndis infidelibus fidunt, & malè acquisiti fœnoris pondere maria tundunt, ô quoties sacrificia promittunt, vt portum onerariæ coronent, argentoque littora vestiant! Cogit pro se orare eremitam, qui de iniusto bello alienas adoritur regiones, qui ambit Magistratum vt crescat in censu, qui procorum æmulus pulchræ fœminæ florem solicitat vt detondeat. Ac si Deum munere subornaret, pro concupiscentiæ sorte de pauperibus alendis paciscitur, qui nonnisi bonis successibus comparandis cœlum in optulationem appellat.

20. Cibatorium offerenti Holoferni respondit Iudith 12. v. 2. *Nunc non potero manducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem, quæ mihi detuli, manducabo.* Te amat, ô fœmina, Holofernes nitentem, benéque alitam ad delicias, quid offensionis prodesse excusatio, ne in manducandis cibis tuis Deum offendas? Contendit ille, non esse Deum nisi Nabuchodonosorem, cui deuouit aras, vitulósque mactauit, & luces incendit, ne phana nisi suo humano Numini sufficerent. Sed qui pulcherrimam puellam ambiebat, voluit & Deum puellæ habere propitium, cuiusque pro sorte fateri Deitatem, quam pro sacrilega irreligione negabat. Gestit demoliri Bethuliam, abraderéque Israëliticam gentem: ideò renuit Israëlis Deum offensum habere, quasi qui ei succurreret ad piaculum. Vide: Copiam orationis fœminæ facit, vt ipsa sui corporis sibi faceret copiam, thalamumque puellæ de efficacis in Deum precationibus exaudiret, vers. 5. *Et petiit, dum introiret, vt daretur ei copia noctе, & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.* Non solùm annuit, sed & præcipit Persa, deditque in aras campum, vt votum libidinis & victoriæ votis religiosis perficeret, vers. 6. *Et præcepit cubicularius suis, vt sicut placeret illi, exiret, & introiret ad adorandum Deum suum.* Contraria iubes, ô Barbare Persa, & quòd nullus de cœlestibus Deus habeatur, & quòd cœli Deum oret Iuditha. Sed non putat improbus, inter se dissidere præcepta, quæ ad vnam tendunt libidinem obtinendam. Nunquam magis impius, quàm cùm studet, impietati proficere instrumenta pietatis.

Iudith 12. 2.

Iudith 12. 5.

Ibid. v. 6.

21. Contendebat Balac populum Israëliticum perdere, accessítque Balaam, vt maledictione plecteret, dirísque imprecationibus pararet ad cædem. At ille inquit Numer. 23. vers. 1. *Ædifica mihi hîc septem aras, & para totidem vitulos, eiusdémque numeri arietes.* Quid iubes, ô vates? Israëlis Deo Regem religiosum esse procuras, qui ad Israëlem dissipandum te munerum oblatione conduxit: Nónne renuet, Deum exercituum contra suummet exercitum inuocare, imbuereque sanguine aras in sanguinis effundendi suffragium: Imò agnouit Balaam, citissimá obedientia pia iussa ab iniquo Rege complenda, qui cùm Deum destruere satagebat, ab ipso Deo non grauaretur implorare subsidium. Attende. Vix Propheta vocem emisit, cùm Rex imperata peregit, vnámque periodum effecit de dictionibus vatis, & operis complementò: nam statim vers. 2. subditur: *Cúmque fecisset iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum, & arietem super aram:* obserua illud: *Cúmque fecisset.* Quod Propheta indixerat vt futurum, iam Rex vt præteritum adimpleuerat; ne temporis tarditas laxaretur, fluxit illicò in præteritum futuritio. Quin cùm solùm vates dixerit, quod septem aræ, totidémque vituli, & arietes eiusdem numeri pararentur, victimas ille copulauit cum aris, & ne mora intercederet de distantia, iam illigata altaribus animalia gemebant. Non sustinet inducias libido regnandi. Vt Deum prenderet, prendit in aris vitulos & arietes, offert holocausta pro voto, geritque se in infidelitate fidelem. Erras, ô Rex: vertetur in elogium maledictio Prophetæ; siquidem religionis officia in irreligionis concupita conuertis. Sic sæcularis homo materiam virtutum cum vitiosà offensione confundit, immiscétque sæculum cum altaribus.

Num. 23. 1.

Num. 23. 2.

22. Ieroboam ægrotanti filio parat succurrere per Prophetam, & sibi Numine propitiando instruit vxorem, vt munera ferat Ahiæ, referátque pro mercede, pueri salutem. Tunc ille Reg. 3. 14. v. 9. *Operatus es mala super omnes, qui fuerunt ante te, & fecisti tibi Deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares; me autem proiecisti post corpus tuum: idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam.* Cur Regis pœnitentiá Deus non admittit, recipientémq; à crimine non absoluit; Obserua illud: *Me autem proiecisti post corpus tuum.* Quid est post corpus proiicere Deum? Pars paterni corporis filius est. Pluris æstimabat corpus, quàm Deum, qui vt viueret in filio corporis pars, postquam idololatriæ vulnere Deum è medio tollere procurauit affectu, ipsi Deo vitam solicitat reproducere per fidem supplicis orationis. Vel syncera religione Deum fatearis esse viuentem, mortua autem simulacra perfidiæ; vel vitam non solicites dare puero eum, quem sacrilegis operibus, impiisque in Deos cóflatiles curationibus iudicabas esse defunctum.

3. Reg. 14. 9.

Morietur

Morietur puer, non tam necessitate ægritudinis, quam exemplo supplicij, vt in occidendo viuus appareat, quem solùm in tuum filium viuificandum, viuum esse iudicas ad fauorem. Ideò
3.Reg.14. subdit Propheta vers.12. *Tu igitur surge, & vade in domum tuam: & in ipso introitu pedum tuorum in vrbem, morietur puer.* Vt quid ad motum maternorum pedum occumbet filius? Vt ipsi pedes, qui ad procurandam Prophetæ pro vita pueri venerant orationem, essent mitterum mortis indicium, nec cædes filij ab inopportuna prece distaret.

23. Sunt qui Deum inter domestica oratoria custodiunt, quem per crimina foris effundunt, & non procul à thalamo, vbi fœmina non propria succumbit, suspensis cereis, altare profundum adornant, nec à se putant effluere Deum, quem vestibus iniectis occludunt. Solùm Deus habetur in pretio, cùm ad desideria mundialia complenda pretio supplicationis vrgetur, quasi promptus debeat esse precanti, quem ideò inter familiam domesticam collocauit. Filij Heli sub tabernaculi statione degentes, idolorum filij
1.Reg.2.12. dicuntur, videlicet Belial. 1.Reg.2. vers.12. *Porrò filij Heli filij Belial.* Cur si putas? Quoniam faciebant prostibulum de oratorio, & sub vmbra templi lasciuum piaculum obnubebant.
1.Reg.2.22. Vers.22. *Dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi.* Rectè igitur filij Belial nuncupantur; quippe idololatria dicitur fornicatio, religio sacrilega sumitur ad licentiam peccandi, scortatúrque cum idolo, qui vt libidinem expleat, rogat à fictilibus Diis prauæ cupiditatis euentum. Fingit idololatra, Iouem voluptate concubitus delinitum noctem in thalamo duplicasse, nec timet à Numine ad nefarios amplexus expetisse ad fauorem, quasi quòd morbo simili laborasset. Ergo filij Heli filij Belial, quoniam scortabantur in templo, velut si orationis locus sorti meretriciæ prostituisset. Sed & à templo digressi, vt cum Philisthinis signa committerent, arcam secum ferebant in prælium, rati si Deum in humeris baiularent, etsi iam per lasciuiam enerues, robustum habituros
1.Reg.4.4. esse præsidium. 1.Reg.4. vers.4. *Tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentes super Cherubim, erántque duo filij Heli cum arca fœderis Dei, Ophni, & Phinees.* Vt non longè preces audiret, improbi filij desidis Sacerdotis ab arcæ latere secedere non audebant, quasi Deum laterent flagitia, quæ iuxta tabernaculum perpetrabant. Habere Deum se putat in arca, qui cùm redundet culpis, suis vsibus Deum habere confidit, & per orationis speciem promptè consequi, quod solicitat. Sed vide quod sequitur
1.Reg.4.11. vers.11. *Et arca Dei capta est; duo quoque filij Heli mortui sunt, Ophni, & Phinees.* Cur coniungitur arcæ captiuitas cum occubitu vtriusque filij? Quoniam procliuè est Deum, & arcam, vitamque perdere; qui cùm Deum in arca suis prouentibus inclusisse congaudeant, à Deo per crimina dirimuntur.

Vers.3. Cui Holofernes ait: Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?

Corporis futurum periculum præsenti animi vulnere præcauendum non est. Egestas opinabilis, furti certitudine eluitur, ventura fames accessu turpitudinis præoccupatur.

SECTIO V.

HOMINEM improbum indigentia contingenter futura ad præsens operis flagitium impellit. Nemo, quam possidet, fortunâ lætatur, 24.
nisi sibi per fas, nefasve de fortuitæ egestatis caueat euentu. Quibus horrea redundant, ne succedentis anni tempestas diro sydere respiciatur, cariùs lege vendit frumenta, præsentissimumque propter segetis furtum committit, quoniam potest contingere terræ ariditas. Sic ex metu defectus tentamur ad culpas, tuncque deficimus à virtute, quoniam cras forsitan deficiemus à censu. Hodierna tentatio est possibilitas inopiæ post annum; etsi egestas perendinet, quæ imminebat, hodie male partis solidamur ad famem. Hæc vox *si fortè* plures ad inhibita prouocauit, & qui sibi putat necessarium cumulum diuitiarum; à longè pauci ad fortuiti casus intuitu. Interrogat Iuditham Holofernes v.3. *Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?* Iudith.12.3.
Ad conuiuij barbari cibos, negatásque Israeliticis escas, constantem fœminam procurabat; & sub conditione deficientis annonæ, quam attatam attulerat è Bethulia, tanquam necessitatum ei studuit persuadere delictum. Esto malesuada fames sit, & melibet ad vetita; nondum fœmina esuriit, ò Persa: quòd lapso tempore fortè esuriet, erit criminis excusari licentia; sic in nequitiæ schola suadetur: Quoniam cras pereundum in corpore hodie in anima perire non times, cladique nondum certò futuræ succurrere per inflicta vulnera legi.

Dicebant impij apud Isaiam 22. v.13. *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.* Quis de 25. Isai.22.13.
morte crastina vos instituit, cum vel leuem mortis memoriam abradere gestiat iniquus; & qui quotidie nefariis operibus causam impietatis viuendi, nunquam ad finem cogitat peruenisse? Quoniam viuitur in incertum, proximaque lux in fortuito est, improbi de mortis contingentia vicinam certitudinem effecerunt: adeò enim se calidis liquoribus, cibisque solidis infarciebant, aduersus ariditatem mortis armati, vt citissimum mortis aduentu cogitauisse putetur. Verùm quæ præparatio est, gulam vetitis oppleuisse, ventrémque ingurgitauisse negatis, vt accedens fatum impediant, & incurrendæ mortis inopiam mortifera ingluuie deludant? Sic est, ò mortales; venturi timore periculi vos libito in timenda donatis, vitamque ante periculum cædi præproperæ prostituitis, ne amittatis cras per euentum.

Dicebant illi Sap.2. v.8. *Coronemus nos rosis, antequam marcescant; nullum sit pratum, quod non per-* 26. Sap.2.8.
transeat luxuria nostra. Nonne similis ariditas erit in rosa, siue marceat in culmo, siue marceat in capite? Cur à suo cæspite diuellentis, metu ne marceat, quæ continua viridi frutici diutius in ardore durabit? Periculū floris transtulerunt in caput, se in mortuos floridè coronarunt, qui ne vt rosa cras moreretur, hodie secum commori satagunt per luxuriē. Cauet quis, ne brumali frigore sine veste tremiscat, vestéque in vere, qua se in

hyeme defendat à gelu, fiatur, ii sani atque tempus futurum per inspectæ necessitatis rapiniam.

27\. Matth.6.31. Matth.6.v.31. *Nolite soliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* Ergone delinquit, qui sibi prouidet de cibariis, consiliumque in futura protendit, ne imparatus egestati succumbat qui exprimit in prælio vindemiam, vt sitis induciem effundat, qui vellera curat, vt operiant corporis nuditatem? Non inhibet Clemens Magister, ne in vitæ necessaria conetris, sed te pius Doctor informat; cum si cogites de inopiæ periculo, manum porriges ad illicita. Inopiæ suspicio stimulat diuites ad delicta, qui iudicant, tantus aduentum velociùs fugere, cum omulti. Iam proxima est vetiti perpetratio coniecturæ defectus, vt nolit nos de prouidendis temporalibus cogitare, ne pariat cogitatio peccatum.

28\. Luc.16.3. Iniquitatis villicus vide quid cogitet Luc.16. v.3. *Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me vellicationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco.* Illicò sibi sine mora respondit v.4. *Scio quid faciam, vt cum amotus fuero, recipiant me in domos suas.* Quàm extemporali compendio in breui periodo sibi consuluit! Minuendam cogitauit ex quoque debitore portionem à Domino, vt ex remissa cuique ex debitoribus parte, gratiam remunerationis apud debitores de fraudis mereretur ingenio. Quinam erunt qui te in suas domos recipiant? Ne tardaret in opere, in cogitatione cucurrit: intus debitores subtiluit, vt negotium fœnoris transiliret. Adeò propinqua est egendi dubitatio cum certitudine furturanài, vt antequam syllabas in corde compleret, iam calculum creditoribus obtulisset. Vnde ei qui decem cados olei debebat, dixit Luc.16.6. v.6. *Accipe cautionem tuam, & sede citò: scribe quinquaginta.* Quid est *sede citò*? Ne futura, sed præsens fuisset rapina, lingua villici fuit calamus scribæ velociter scribentis. Idem fuit cogitare de inopia, & cogere illicitè debitorem.

29\. Per somnium Pharao septem nitentes boues, & de obesis carnibus palpitantes, quasi ab aquis genitas, è flumine ascendere videt; totidem macræ, vixque ossibus vestitæ, ægræque succedebant in famem, quæ adhuc deuoratis prioribus, nullum carnis pondus inuenerunt sub corio. Tot spicæ vno pullulantes è culmo Regis oculos pulchritudinis vbertate pauerunt, quas aliæ totidem numero percussæ vredine, & in calamo sicut nutantes, obscura fœditate vorarunt. Adest Ioseph, qui mysteria reuelet. Totidem annos fertiles, steriles totidem commentatur, adiicitque, Gen.41.33. Gen.41.v.33. *Nunc ergo prouideat Rex virum sapientem, & industrium, qui constituat Præpositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, & preparetur futura septem annorum fami.* Ergo sapienti Consuli decernitur annulus, stola, torques, & currus, vt Imperij Ægyptij teneat habenas, & antequam inopia succedat, ob defensam inopiam, mundi nuncupatur Saluator. Cur sic velox industria successit, nondumque aduentante periculo, non solùm Rex credidit vaticinio, sed & vatem, regni maiestate donauit? Quoniam Regale fœnus fuit egestas post septennium ventura, creuitque fœnus ex ventato segetum decremento. Attendistine? *Omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur.* Nónne sanius erit, quòd quisque sibi ex præsentium segetum redundantia suis prouentibus horrea fœcundet, quæ alienis regionibus pro pecuniæ sorte diuendat, nec Rex vsurpet præsentem Ægyptiorum fortunam? Sed solertia digna fuit præmio, ingenio debebantur tributa: ideò illicò Rex assentitur, fiditque commentario Ioseph, quia se de alienis granis diuitem concupiuit, inuenitque remunerauit consilium, qui de ciuium horreis ob ariditatem distantem, Regis cumulauit thesauros. Vel per somnium visa paupertas mentem acuit ad implendum sacculum abundantia, vectigalque certissimum imponendum, quærens legem, quæ ciuibus imperet stipendia. Iuste Ioseph ocyssima cura pro salute publica cauit, sed ambitiosè Rex pro ætatij fœnore honorum [illegible] euentum.

Iustus, qui pabulum fides, etiam dum egenus abundat: Diues sæculi eget in voto, dum redundat in censu.

SECTIO VI.

30\. IMPROBVS parum sibi confidit, adhúcque in fortunæ magnitudine trepidat: indigere se putat, cùm plenior est, timétque in satietate defectum. Iustus quia sibi sufficit, secum portat opimarum segetum supplementa: nec quid cras cogitat accidendum, cùm sibi quotidie sit idem. Ille, cùm fugacia prendat, pauet iugiter ad labilia, nec habere se putat, quæ dolet, aliquando perdere posse. Continuò ab spei fluctibus agitatur, qui futurorum spe, metuque præsentium, nec præsentibus fruitur, quæ perdere timet, nec futuris, quæ consequi dubitat. Sed iustus, quia ex fide viuit, totius temporis amplitudine delectatur. Alter, quia casuris inhiat, semper in præcipiti est; alter, quia stabilibus figitur, in quiete delectabili solidatur: ille in abundantia mendicat; iste diuitiis in inopia lætatur. Si pauperem iudicas ex dolore defectus, inopes numera per diuitias, diuites per perdendi contemptum. Satis habet, qui nunquam cogitat minus habere: minus habet, qui nunquam est satis.

31\. De victu Iudithæ solicitat Holofernes illam iam iudicans famescentem, quæ nihil adhuc de pera consumpserat vers.3. *Si defecerint tibi ista, quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi?* Iudith.12. Verùm illa contenta suis, impauidaque respondit v.4. *Viuit anima tua Domine meus: quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitaui.* Cur sic tibi fœmina magnanima fidis? Pauci ficus, leuísque polenta sufficiet. & Dominæ & vernulæ, si facinoris, quod cogitas; sors spatiosis lucibus dilatetur? Quid si vsque ad longi temporis lapsum iugulandi Ducem opportunitas non contingat; si procrastinet Deus incolumitatem Bethuliæ, erit tibi satis ad escam arida annona, quam fessi ancillæ humeri baiularant vtrique? Meditare discrimen, Diuitiarum helluo Holofernes victum fœminæ periclitari iam timet, quem sibi fœmina iudicat redundantem. Ille spe pascitur, ista fide: ille esurit inter dapes, ista in esuriei certitudine

tudine ſaturatur. Paruo ſatisfit ſtomacho iuſti, non niſi magno gulæ improbæ peccatoris.

32. Poſt quadraginta dierum ieiunium Dominus
eſurit. Accedit tentator, Matth.4.verſ.3. *Si filius*
Matth.4.3. *Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.* Quinè lapi-
des: Non ſignantur. Quaſi montis rupes, ſcopu-
loſaque volumina, quæ eminebant, in frumen-
ta verti ſuaderet. Nonne ſat vni homini libra
panis, vt promptè depellat eſuriem? Quid opus
miraculi redundantia? Tardiùs ſaturatur oculus,
quàm ſtomachus. Chriſtum de potentium in-
dole iudicauit, quibus quæ vitæ ſatis, appeti-
tui non ſunt: adhucque cenſuit duraturum in
fame, niſi mons panibus ſcateret. Abſque ſemi-
ne, abſque aratro, abſque ſegete, abſque mo-
la, & piſtore; voluit eremum ex voce Domi-
ni à quocumque lapide frumentarium cibum
producere, iudicans hominem, cui potentia
ſuppetit ad miraculum, non plenè ſatisfacere
voto, niſi nullus deficientiæ timor obrepat.
Quid Dominus ſuggeſtioni reſpondit? Verſ.4.
Matth.4.4. *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo,*
quod procedit de ore Dei. Quis eſt qui verbo pa-
ſcitur? Qui fide: fides enim ex auditu; auditus
autem per verbum Chriſti. Ergo in ipſa ſua
eſurie adeò ſe ſibi ſufficientem & plenum Chri-
ſtus deprompſit, vt verbum ederet, quo eun-
dem Dæmonem ſuſtentaret. Conſidera iuſti
opulentiam: nunquam poteſt paupertatem cau-
ſari, cui ſemper ſupereſt in lingua quid come-
dat: nam verbum à lingua formatur, nec poteſt
à palato diſtare cibus, quem fidei feruor coquit,
& traiicit.

33. Quid eſt fides? Docet Apoſtolus ad Hebr.11.
Heb.11.1. verſ.1. *Sperandarum rerum ſubſtantia, argumentum*
non apparentium. Diuitis ſubſtantiam examina;
in arca eſt, & tamen labitur, cùm tenetur: non
prodeſt Domino, qui ſemper inanibus deſide-
riis mendicat; deeſt auaro, quod habet, qui iam
acquiſita non æſtimat, ſed inhiat turpiter acqui-
rendis. Non appelles ergo ſubſtantiam, quæ ve-
nit de ſæculi cenſu, vtpote quam pendendi ti-
mor euacuat, vlterioráque habendi nunquam
ſaturata fames diminuit. Eſtne diſpar fidei na-
tura? Vide prodigium. Non poſſidet quiſque,
quod ſperat: accidens eſt, quod poteſt adeſſe, &
abeſſe. Et tamen fides ſperata tranſigit in poſ-
ſeſſa, ſpem in gaudium, in ſortem acquiſitionis
euentum; nec accidentis iudicat contingentiam,
quæ cùm nihil adhuc prenderit manu, anteuer-
tit poſſeſſionis fortunam, adeóque in bonis cœ-
leſtibus figitur, vt de peccatoris latitudine præ-
occupet ſubitò, quæ ventura. Sed nonne dicit
Rom.8.24. Apoſtolus, ad Rom.8.v.24. *Quod videt quis, quid*
ſperat? Si qui fidem habet, habet ſubſtantiam:
quomodo ſperandarum rerum ſubſtantia eſt,
ſiquidem quis ſubſtantiam, quam poſſidet, vi-
det, nec poteſt ſperare, quod videt? Hoc inge-
nium eſt fidei: ſic dilatat pectus credentis, vt
plenum cenſum in inanitate contineat, & non-
dum apparentibus vacuus, ſperandorum pleni-
tudine gaudeat. Dicas inopem ſic ſtantem? Imò
nemo magis diues eſt, quàm qui ſibi in vacuita-
te ſatisfacit. Ergo in verbo Dei alitur iuſtus,
decluditur archidæmon: nam ſi non in ſolo pa-
ne viuit homo, ſed in omni verbo, quod proce-
dit de ore Dei; quàm latè viuet, qui non ſolùm
eſt homo, ſed verbum; nec indiget extraneo
verbo ad viuendum, qui ſuppetit ſibi, quod ſit.
2.Cor.8.7. Redeat Apoſtolus 2.ad Corinth.8.v.7. *In omni-*
bus abundatis fide & ſermone. En fides & Verbum
iunguntur abundantiæ. Si accedente intuitu fides
vacuatur, ſermoque procedit abintus, nec à gut-
ture deglutitur; ſed effunditur vſque ad aures,
quid eſt quod qui in fide loquitur, ſic abundet?
Quoniam ſi fides altè deſcendit in cor, non de
temporalibus cogitat, ſed de æternis, quæ cùm
non fluant, profunda ſunt, & vſque ad deſide-
rantis pectus exundant, illúdque dicitur abun-
dare, à quo quidquid adimas, ſupereſt vtique
quid ſumatur.

Lex erat è cœlo roſcidi cibi, quem Iſraëliticis 34.
peregrinis nubes pluebant, Exod.16.v.4. *Egre-* Exod.16.4.
diatur populus & colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos
dies, vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an
non. Qualis tentatio hæc comedere de cœleſti-
bus, facere de campo triclinium, de virentibus
herbis mantilia, & abſque piſtore, & coquo an-
tequam meridies prouocaret ad eſcam, cibum
matutinum habere? Tentatur Hebræus in vnius
diei eſca, quam vt colligat, quæ ſufficiat, iubetur:
nunquam enim ſufficere cogitabit, qui præſen-
tis diei fructum de defectu craſtini perdit. Ve-
rùm quibus atua dapibus cœleſtibus redunda-
bant, (haud oculis ſaturati) quantumuis cumu-
lum è rore conficerent, nondum quid ſufficeret,
iudicarent, & quæ viſu vorauerant, manu colli-
gere conarentur. Sed reſtitit cibi natura, menſu-
ræque lex. Auſculta v.18. *Et menſ. ſunt ad menſu-* Ibid.v.18.
ram Gomor; nec qui plus collegerat habuit amplius:
nec qui minus parauerat, reperit minus: & ſinguli
iuxta id, quod edere poterant, congregauerunt. Cur
ſic oportuit cibi indolem eſſe dimenſam! Ne
ſemper Iudæus deſiderio fameſceret, qui ſi eſcæ
natura permitteret adhuc in plurimo, publicoque
egeret frumento. Cur ea fuit natura panis, vt
ſiue breui, ſiue paruâ menſurâ eandem ſortem,
idem pondus haberet? Quoniam de cœleſtibus
effluebat, vbi tam plenus eſt, qui paruo, quàm
qui magno beatitudinis cibo fruitur. Vide quid
accidit, verſ.20. *Dimiſerunt quidam ex eis vſque* Exod.16.20.
mane, & ſcatere cœpit vermibus, atque computruit.
Cur qui hodie panis vitalis eſt, cras vermibus
intraneis corroditur, nec prodeſt alimento, ſed
morti? An quoniam deeſt auaro, quod ſeruat,
cupiditatiſque vermis non eum patitur de præ-
ſentibus ali; quippe qui ſemper comedit de fu-
turo, cenſens non ſufficere ad victum, quæ den-
tibus ſolicitis mandit?

Buccellam panis à Sarephta petiit Elias: cui 35.
illa reſpondit 3.Reg.17.v.12. *Viuit Dominus Deus* 3.Reg.17.12.
tuus, quia non habeo panem, ſi quantum pugillus ca-
pere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in le-
cytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam il-
lum mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur.
Qualis nexus iſte eſt, comedere, & mori, cùm
potiùs vita ſuſtentetur è pabulo? O anguſtæ
mentis fœmina. Si hodie comedis, hodie viues;
fortè cras, ſi non comedis, morieris; ne cum vi-
ctu copules mortem, quam in altera periodo po-
tes adnectere. Sed continua dictione coniunxit,
quæ, dum ſolidaretur cibo præſenti, ad craſtini
trepidabat defectum. Non hodie comedebat, vt
hodie viueret; ſed quia non erat cras comeſtu-
ra, hodie moritur, cùm manducat, præſentis
epuli faciens inopiam de egeſtate futuri. Ex ad-
uerſo Propheta, verſ.13. *Noli timere,* inquit, *ſed* 3.Reg.17.13.
vade, fac, ſicut dixiſti: verumtamen mihi primum
fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruu-
lum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies
poſtea.

postea Cur signatè subcineritium panem appellat Iudaicus voce. Quia sub cinere panem fœmina iudicabat, quem postquam ederet, moreretur: quasi nonnihil mortuus panis esset, quem ob indigentiæ venturæ periculum illa dixerat se prandere & mori. Sed quomodo fœminæ succurrit angustiis, qui non solùm ad buccellæ cogit conuiuium, sed primam sibi partem procurat, cuius breuitas neque matri sufficit, neque filio? Magnanimus Vates certam mulieris indolem informabat, vt tunc plures crederet possidere, cùm & buccellam minimam diuidendo minueret. Et docuit latitudinem fidei, quam non census, sed egestas adimplet. Sed qui editurus erat de farinæ micis abundantiæ miraculum, cur veloci promissione prodigij non recreat animum esurientis, sed silet de substantia parua prouentum, donec priùs secum diuidat quod
3.Reg.17. 14. habebat: posteà enim subdit vers. 14. *Hæc autem dicit Dominus Deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque ad diem, in qua Dominus daturus est pecuniam super faciem terræ.* Nónne alacriùs mulier, conceptâ priùs sponsionis spe, panem Prophetæ vsibus amputaret, quæ integrum, sibi deficere trepidabat? Erudiuit inopem de vbertatis ingenio. Vicinior est ad miraculum abundantiæ, qui possidet minùs. Aptior fuit augmenti prodigio buccella dimidiata, quàm integra.

Vers. 4. Et dixit Iudith: Viuit anima tua Domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitaui: Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum, quod præceperat.

Forma viuendi forma moriendi est. Iuxta facta, fata vestiuntur.

SECTIO VII.

36. QVOMODO morieris? Quomodo viuis. Non astra consulas, non cœlestes ignes curiosus interroges, qualiter te fatum excipiet; facta tua, tua fata sunt, criticúsque censor moriendi viuendi genus. Lineas, quas opera vitæ duxerunt, extrema dies æquo penicillo complebit. Eodem gressu, quo ambulas, recedes è luce: fige tutò vestigia; viuere ire est, accedere mori. Eiusdem naturæ quantitas censetur & terminus, extremitas à cætero corpore situ dissidet, non specie. In hoc habitu obitum inuenies, quo quæris. Qui non potes decernere diem interitus, poteris decreuisse figuram. Nonnisi pallore distat à defuncto cadauer, quomodo si accidentia mutantur, abeuntéque forma appendicia lineamenta abierunt, vt ex Philosophia discas, discas, quòd licèt sit altera dispositio defuncti, viuentis altera; solùm est in colore diuersa, sed cætera similis. Vel potiùs quod naturam mores excedunt; quippe non sunt similes; sed iidem, dum vit mutuò possidetur, & redditur.

37. Iudith Holofernem respondit vers. 4 *Viuit anima tua Domine meus: quoniam non expendet omnia*
Iudith 12. 4. *hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitaui.* Iuratne fœmina per vitam Tyranni? Imò vt conformet cum eius sanguinea vita interitum cruore fluentem, certitudinem mortis & genus de morituri vita confirmat. Quod cogitauerat, fuit occisio Holofernis: ergo cruenti modum decessus, è cruentis vitæ lineamentis deducit. Ac si diceret: sicut nunc viuit anima tua populorum stragibus signata, & Venere & Baccho nutrita, cui lex est voluptas, viduas facere, orbare ciuibus extera regna: sic occumbes, iugulatus a vidua, superfusus mero, & in nondum expletæ libidinis thalamo. Sicut quæ cogitaui, in exitu tuo complementum habebunt; sic quæ operatus es, erunt tibi norma moriendi.

De belli sorte, afflatam à Pythone mulierem sciscitatur Saul, poscitque vt à funere faciat suscitari Samuelem: illa vatem vidisse proclamat, 38.
interrogat ille 1. Reg. 28. v. 14. *Qualis est forma eius? Quæ ait: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saül, quod Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit.* 1. Reg. 28. 14.
Cur de vitæ pallio veniebat amictus, quod pro mortis institis commutauerat in sepulchro? Secum pallium tulerat in Abrahæ sinum; cùm non egeat mortalibus vestimentis regio quietis? Nónne dimiserat pallium Elias, cùm ab igneo curru in supera vectaretur? Vt formam moriendi formam esse viuendi doceret, eodem pallio, quo viuus egerat cum Saüle, sibi nunc posthumus, non ob nuditatis ruborem, sed ob exempli doctrinam apparebat amictus. Recordare, quòd cum Regi regni interitum auguraretur, scissio pallij funesta fuit Prophetia 1. Reg. 15.
v. 27. *Et conuersus est Samuel, vt abiret: ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissa est. Et ait ad eum Samuel: Scidit Dominus regnum Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Ergo vt Prophetam nosceret Rex iniquus, eandem illi post cineres figuram obiecit, ne defuncti indoles distaret à viuo. Scissum de infernis pallium resumit, ne putes alio habitu mortem incedere, quàm vitales gradus homo peregit. Sed & perpendas ingenium. Sicut Samuël iisdem mortuus vestitur, quibus vitam contexerat, sic & Saul, quibus nefariis moribus viuit, sanguine nempe, scissionéque crudeli suorum; sic occubitus sui simillima signa docetur: nam fortè absque segmento, quod in eius manibus manserat ob imperij sui direptionem, pallium suscitari veniebat: vt nosceret sic esse Regem in Philisthinorum prælio scindendum, qualiter ipse sciderat vatis amictum. Vnde eadem ferme verba Samuël retulit post occubitum, quæ luce superstite dixerat 1. Reg. 28. v. 16. *Quid interrogas me, cùm Dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum: Faciet enim tibi Dominus, sicut loquutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid.* 1. Reg. 28. 16.
Cur causatur Propheta quod Saül interroget de belli fortuna, exitusque sui documenta procuret? Quoniam secum in vitæ operibus ferebat Doctorem, nec egebat sciscitari defunctum, cùm à suorum morum schola de mortis genere informaretur.

Si Elisæi sepulchrum inquiris, porta cadauer, 39.
vt examines monumentum, si Prophetæ sit cuius 4. Reg. 13.
Magister sciebat suscitare defunctum 4. Reg. 13. 20.
vers. 20. *Mortuus est ergo Elisæus, & sepelierunt eum. Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchrum Elisæi.*

*Eliſai. Quod cum tetigiſſet oſſa Eliſæi, reuixit ho-
mo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.* Cur alienis oſſibus
vitam inſpergit, quam ſuis non præſtat, ipſéque in
mortis caſu perdurans, ſurgere facit exanimem
& cadentem? Vide quo verborum auditu mor-
4 Reg.13. tem obiuit v.14. *Eliſæus autem ægrotabat in infir-
mitate, qua & mortuus eſt; deſcenditque ad eum Ioas
Rex Iſrael & flebat coram eo, dicebatque: Pater mi,
pater mi, currus Iſrael, & auriga eius.* Equidem
hic titulus erat Eliæ, cùm à cœleſti raperetur
4 Reg.2.12. quadriga. 4 Reg.2.v.12. *Et aſcendit Elias per tur-
binem in cœlum: Eliſæus autem videbat, & clama-
bat: Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auriga eius.*
Quid? In Eliæ ſpiritu duplicato ſucceſſit, vt
quaſi geminam perſonam in vna portaret, Eliáſ-
que abiens in diſcipulo ſupereſſet. Ergo eadem
verba, quæ in informationem vitæ exhibens Eliæ
ſpiritum protulit, afflans ſuum, & expirans au-
ſcultat, ne ſibi eſſet diſſimilis, cum occumberet.
Adeſt adhuc in Diſcipulo mortuo magiſter?
probauit euentus. Cadauer Eliſæi tangitur à ca-
dauere, & velut reuibratum aſſurgit, quippe
Eliæ ſpiritum medullitus oſſa tenebant, qui in
filij Sareptæ cadauer, dum ille viuebat, expan-
ſus, pro hoſpitij mercede viuum genitrici red-
didit pignus. Ergo Eliſæi monumentum hoſpi-
tem mortuum luci reſtituit; quippe qui in ſpiri-
tu Eliæ vixerat, & deceſſerat, adhucque in exeſis
mortis reliquijs, quæ miraculorum ſplenduit in
vita, ſub cineribus flamma latebat.

40. Deuteron.34. v.5. *Mortuúſque eſt ibi Moyſes
Deut.34.5. ſeruum Domini in terra Moab, iubente Domino, &
ſepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor,
& non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in præ-
ſentem diem.* Quid eſt, iubente Domino deceſſiſ-
ſe, ſiquidem nunquam mors accedit iniuſſa, quæ
Deo arbitro vitæ, famulatur, cùm necat? Vita
Moyſis fuerat obedientiæ inſtrumentum, qui de
tubo vocali, flammáque vrticarum loquente
prima verba Domini imperantis accepit. Qui
adeò fuerat in obedientiam tranſfuſus, vt de ob-
ſequiorum abundantia præcepta legis Iſraëli
obſeruanda tractaret, & vt poſt mortem adhuc
ſpiraret obediendi doctrinam, diuina fœdera
legiſlatoris titulo ſubſignaret. Ergo ne mortis
ſyllabæ ſine exemplo currerent obedientiæ, ipſa
mors & præceptum fuit & aſſenſus, lex & ob-
ſequium. Iubetur vir, vt occumbat, ne diſceſſus
diſpar eſſet à vita. Quo titulo moritur? Serui Dei.
Mortuúſque eſt ibi Moyſes ſeruus Domini. Cur
in momento funeris ſeruus vocatur? Quoniam
adueniendum erat, *iubente Domino:* nec ad indi-
ctum fatum poterat reluctari, qui ſerui nomine
decebat. Iuſſa cum vita compleuit, vtrobique
ſeruus, in quem Dominus & vitæ & necis habet
imperium.

41. Alij legunt pro *iubente Domino*, in *oſculo Do-
mini.* Cur *in oſculo?* Quoniam os ori adiunctum
oſculum eſt, & ei, dum viueret, ore ad os Domi-
Num.12.7. nus loquebatur. Numer.12. verſ.7. *At non talis
ſeruus meus Moyſes: ore enim ad os loquor ei.* Si in
oſculo Dominico viuus, motum ſpiritum capeſ-
ſebat: cur non & in oſculo afflauiſſet in morte,
qui ſemitam, qua traijceret animam, continuis
vſibus obſeruauerat, illac traducens ſpiritum,
quà conuerſationis verba traduxerat? Suauiter
& in ecſtaſi occubuit, in ſuauio Dominico ſu-
perfuſus, cuius ad cœleſtia Sacramenta ebibenda
vitalis ecſtaſis vita fuit. Cur eius exanime cor-
pus oculis humanis ſic latet, vt non cognouerit
homo ſepulchrum eius? Quoniam pluribus die-
rum ſpatijs latuerat à cœleſti nebula occluſus,
dum cum gloria Domini, excelſi montis fecerat
inquilinum, & vt poſſent oculi conſtanti viſu in
radiantem eius vultum intendere, opus fuit ob-
tegere velo, Exodi 34 v.33. *Poſuit velamen ſuper* Exod.34.33.
*faciem ſuam. Quod ingreſſus ad Dominum, & lo-
quens cum eo, auferebat, donec exiret, & tunc loque-
batur ad filios Iſrael omnia, quæ ſibi fuerant impera-
ta.* Ergo compar ſtylus accidit in defuncto: ſo-
lus Deus proſpexit cadauer, qui ſolus vtrique fa-
ciem viui abſque velamine proſpiciebat. Cum
monumentum eius abſconditur, ne de cinerum
teſtimonio terreus appareat, adhuc mortis vul-
nere inflicto, qui de ſupera illuſtratione cœle-
ſtis videbatur, dum viueret.

---

*Cœleſtia bona prodigalitatem ſapiunt, cum
liberaliter effunduntur. Semper veniunt
cum fœnore ſui; plurimum ad pompam
largitatis redundat.*

SECTIO VIII.

CVRTA nimis temporalium natura eſt, 42.
gratia redundat. Sæculum incolit auaritia,
cœlum habitat liberalitas. Quæ de ſuperis ve-
niunt, nunquam præſtantur ſine fœnoris incre-
mento, quæ mundus diſpenſat, non ſunt in pon-
dere, ſed menſura. Si imber, qui de nubibus fluit,
ad ſegetes labitur educandas, vt quot guttæ de-
cidant, tot ſint grana: cur in vrbes, tegulaſque
domorum pluuia diſpergitur, quæ vel ſtillicidia
faciat è tectis, vel è callibus lutum? Neſciunt
cœleſtia ſine ſuperfluitate diffundi: ne putetur
cœli manus anguſta, quæ vt aliquibus aquis pro-
ficiat, plures perdere non recuſat. Ad grande fa-
cinus, quod de ſuperis impulſibus eruditur, &
de ſpiritu gratiæ animatur, plurima virtutum in-
ſtrumenta concurrunt; nec ſolùm virtus, quæ
opus elicit, ſed quæ adornat. Vt quamuis tantùm
vna ſit neceſſaria, cæterarum ſatellitium pro
pompa ſit. Spirituales conatus multum auxilio-
rum cœleſtium præparant ſumptum, vt plura
ſuppetant poſtquam egerint.

De abſtinentiæ ſtipendijs, quæ ſacro fœminæ 43.
commeatui ſeruirent, ad expeditionem ſui belli
Iuditha traxerat victualia, breuia quidem, vtpote
quæ ſenis vernulæ humeri baiulauerant: & ta-
men ait v.4. *Viuit anima tua Domine meus, quo-* Iudith.12.4.
*niam non expendet omnia hæc ancilla tua, donec fa-
ciat Deus in manu mea hæc, quæ cogitaui.* Magnum
opus verſas, ſtrenua matrona, in Dei obſequium
& poſthuma ſæcula ingentis victoriæ medita-
tis momenta relinquere. Tot ſuperſlunt dapibus
peræ, vtriculus tam largo liquore, vt non poſſis
conſumere, donec peragas? Sciebat adoriri for-
titudinis cœleſtis prodigium: ideò abſtinentis
virtutis traxerat commeatum, ſobriáque ali-
menta ieiunij, quæ poſſint ſuppetere poſt trium-
phum. Quot palathas ferebat & panes, tot de
penu virtutum erant inſtrumenta pugnandi;
tot glorioſi apparatus victoriæ, quæ ſe fatetur
erogare non poſſe, vt fiat, quod ſupereſt, in tro-
phæum.

Cur ad mortem pro homine Dei ſoboles 44.
æterna decernitur, & ad Redemptionis officium
infinitum

infinitum pretium redundat. Stilla sanguinis ad Dæmonis dirimendum contractum, peccatique chirographum liturandum, tenerique puelli lachrymula sufficiebat: cur satisfcit in ligno, vibicibúsque protuberat, flagrisque percussus exprimit totum in amoris prælo cruorem, & ne gutta hæsisset in latebris, lanceam post mortem præparat, quæ suxisset? Respondebit Apostolus,
Rom.5.20. ad Romanos 5. vers.20. *Vbi abundauit delictum, superabundauit gratia.* Non esset opus Dei, peccatoris improbi liberationi, nisi qui dat omnibus affluenter, non sic pretium effluenti pelago diffundisset, vt & si ipse Deus redimi potuisset, sufficeret Redemptoris argentum. Monstrauit Deum esse, qui pro hominibus occumbebat, qui benefici operis quantitatem non taxat, nec metitur debitum, sed vt saluat à vinculis peccatorem, ipse soluitur in immensum.

45. Turbis de pietatis miraculo saginatis, disci-
Ioan.6.12. pulis imperat Dominus, Ioannis 6.v.12. *Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.* Si cura est, ne frumentaria frusta perdantur, cur sic prodiga manus de quinque panibus tot efficit, qui post saginatam famem de duodecim cophinis exundarent? Nónne faciliùs erat, dispensare ad numerum alimenta, ne seges redundaret otiosa, humerósque portantium grauaret. Voluit docere, multitudinem de horreis cœlestibus nutriuisse, quæ magnanimâ largitate præstandi non metiuntur beneficia, sed prodigunt. Dei esse opus, hoc vbertatis argumento indicauit, in cóque Deitatis tesseram extulisse, vtpote qui non dat ad numerum, sed ad pondus.

46. Pugnante cœlo Iosuë Gabaonitas contriuerat; eos qui fugerant Israëlitica tela, grandinis volumina gelidæque pilæ tangebant, & quasi tormentario ingenio rotunda iacula nubes in
Iosuë 10.11. fugaces pluebant, Iosuë 10. v.11. *Cúmque fugerent filios Israel, Dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsque ad Azeca; & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filij Israel.* Quid tunc victoriæ Princeps Iosuë? Soli imperat, & in nitidos cœli præ-
Iosuë 10.12. sides dirigit humana præcepta. Vers.12. *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon.* Quid opus tibi, strenue Dux, largioribus lucibus? Cur diem in regionem noctis dilatas, si iam aduersarios fudisti, satísque lucis constitit ad victoriam? Cui triumphus fœlicissimus abundauit, voluit quòd superabundaret & tempus, vt qui clarè occiderat, clarior retulisset trophæa. Agnouit Dominum pugnauisse pro suis, cuius supernaturalia facinora, plura lucis supererogant adiumenta. Creuit victoria crescente die; quippe ex reliquiis lucis, quæ de Solis mensa cadebant, apparuit, Deum fuisse validum præliatorem, qui plusquam indigent, suis redonat.

47. Iob ediderat patientiæ prodigium, qui ad luctam cum Dæmone gladiatoriis ictibus percutiendus, nudus in gymnasium descendit: turbo deuouerat segetes, armenta latrones, filiósque ædificij ruina: nihil illi superest nisi coniux, non à qua reciperet restitutam sobolem, sed conuitia. Postquam consummauit cursum patientiæ, fortísque pugil feruidam arenam cum titulo victoris dimiserat, reddit ei bona Dominus cum vsuris, quæ censum pristinū germinarent. Iob 42.
Iob 42.10. v.10. *Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob.* Ergóne dare Domini, addere est? Cur substantiam duplicat, debitúmque cum fœnore luit? Patientiæ fructus fuit, quæ de vno grano, quod scindit vomer, terra suffocat, humor corrumpit, plenum manipulum negotiatur. Vt crederet Iob, tale patientiæ opus nullum potuisse hominem perpetrare, nisi Deus, qui patiens est, efficeret sumptum, fructum illi duplicauit patientiæ, videlicet incrementa bonorum, quæ, si anteà sufficiebant, nunc redundarent. Cur filios non multiplicat? Ne paterna bona diuidendo minuerent, sat est ei numerus pristinorum, qui nobilis generis tenderent in sæcula monumentum; ne si filiis impleuisset parentem, detraheret facultatibus, quas præstiterat.

Vers.5. **Et petiit, dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem & deprecandi Dominum.**

Sacra Metamorphosis oratio est, alterum transfundit in alterum; reum in iustum, hominem transformat in Deum.

SECTIO IX.

PIA insidiosa oratio est, nouarúmque architecta formarum. Vt hostem ingeniosè deludat, alterum traducit in alterum, brutum in hominem, hominem in Angelum, hunc in Deum. Cur nocturnas amat tenebras, & incubij silentium? Vt decipiat inimicum in vmbra, nec facie, à quo impetitur, cognoscatur. Nulla sunt pigmenta cultiora, nullus viuidior fucus, qui fœdam transferat in venustam, & de herbarum tormentis recentem, & nitidam figuram educat, quàm orationis ars, quæ ideò in nocte, matutinísque & roridis lucidus à contemplatoribus exercetur, quippe tunc à sæcularibus fœminis forma curatur, purpurissique flammâ vultus incenditur, splendore pingitur frons, obnubuntur oculi tibio, transitque in alteram naturæ figura. Si vis vmbram tui inimicis relinquere, quam impugnent, corpus verò incolume reseruare; vmbras capta orationis studio, impunitè, illi callidè decipiantur. 48.

Holofernes Iudithæ pulchritudinem feruidis impulsibus impetebat. Quid ageret honesta puella Sc in alteram transfigat, ne appetatur. Quo ingenio? Orationis vtique, nocturnique secessus ad preces vers.5. *Et petiit, dum introiret, vt daretur ei copia nocte, & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.* Cur dum introiret, iam curat egredi, retróque vestigia diducere, ire pariter & reuertere? Vt quæ pedibus ibat, animo secessisset, & egrediens pulchra, in fuscas noctis tenebras gressibus orationis prodiret, solúmque vmbram ad thalami licentiam inueniret Tyrannus, cuius corpus, dum excesserat à cubili, iam per intentionem precum alteram erat. Cæcus amor cæcam noctem solicitat ad illecebram, nec formam iam in obscuritate considerat, cuius sub luce, venustatis hauserat claritatem. Ergo Iuditha de nocte cogitat, dum lux est, vt precibus succumbat, non homini. 49. Iudith 12.5.

Lia

Lia in nocte ſupponitur pro Rachele, impolluta manſit pulcherrima ſoror, quæ cùm dederat ſui vmbram marito, in virgineo flore durauit. Quod fecit ibi ſoceri dolus, in Iuditha facit orationis ingenium, quæ vt à ſe egrederetur in alteram, nocte egreditur à cubili.

50. Iacob trepidus fraterni furoris, oraturus in eremum ſecedit, Gen.32.v.24. *Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane.* Gen.32.24. Erátne vmbratilis miles, qui ſe ſubitò in Iacob lacertos inſeruit, & per cauas noctis vmbras, vmbram certaminis concitauit? Imò pugnauit ſolidè, qui femoris neruum percuſſit. Cur ſic ſe in luctatoris pectus inſinuat? Vt in ſe iuuenem transformaret. *Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum ipſo.* In tranquilla viſione Deitatis Deus ſe ingerit in beatum, vt in conflatorio luminis cum vidente fiat vnum. An Iacob mutatus in alterum, poſtquam in athletico puluere, pugili ſuo brachiis orationis ſe intexuit? Si nomen amiſit, nouóque vocabulo nuncupatur, & qui inceperat luctari Iacob, iam in luctæ feruore Iſraël eſt, nouum dixeris hominem poſt certamen, v.27. Gen.32.27. *Quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Iacob.* At ille: *Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines prævalebis?* Si Iſraël ſignificat videns Deum, quale hoc eſt nominis argumentum, quòd ideò hæc nuncupatio ſucceſſit, quoniam qui contra Deum fortis extiterat, contra homines prævalebit? Optimâ quidem rationis induſtriâ. Nam qui Deum videt, vnum fit cum Numine per intuitum: ergo in Deum transfuſus Iacob, cùm alter de altero per feruorem precis euaſerit, non poterit à fratre cognoſci, quem potiùs vt alterum timens à robore amplexabitur, & amabit. Sic accidit, quia in hoc nocturna orationis lucta tetenderat.

51. Vt à facie Domini fugeret Ionas, pro nauli mercede ſe dedit inobediens in mare. Vt fugacem prenderet ſeruum, fluctuum greſſibus, cauíſque voraginibus concitatis mare cucurrit, piſcémque, vt voraret, præmiſit. Apparuit beſtia in apparitoris officium, patentéque gutture deglutiuit Prophetam, Ionæ 2. Ionæ 2.1.2. *Et præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, tribus noctibus.* In fœtida ventris obſcuritate, profundáque viſcerum cauea nox erat Ionæ, cùm dies in ſupernis nitebat. Nocturnum carcerem aptum orationi putauit: vix tetigit ſinuoſa volumina piſcis, cùm cœpit orare, vt rediret ad Prophetæ perſonam, quam fugacis ſerui figurâ dimiſerat. verſ.2. *Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis.* Vix preces edidit, cùm bellua indigeſtũ euomit. v.11. Ibid v.11. *Et euomuit Ionam in aridam.* Cur ſic certus, poſtquam deglutiuerat, ieiunauit, crudúmque è voraci gutture alimentum egeſſit? Quoniam, quem hominem deuorauerat, iam in piſcis ſtomacho fuit Propheta. Inobedientem hauſerat, ſed iam experitur in viſceribus obedientem, quem rictu abſorbuerat, non agnouit in ventre, quem in alterum oratio tranſegit. Ergo impaſtus & aridus piſcis reſtituit in aridam Ionam, qui alius à ſe inceperat eſſe poſt vota.

Ibat Saülus ſpirans minas in diſcipulos Domini: de cœlo tangitur, & claritatis fulmine circumfuſus, cadit ab equo, vt à perſona priſtinâ cecidiſſet: tempeſtas iubaris nox illi fuit, qui apertis oculis nihil vidit. Dominus ſuggerit Ananiæ, quod Saülum inquireret Act.9. v.11. *Quære in domo Iuda Saülum nomine Tharſenſem: ecce enim orat.* Act.9.11. & 13. Verùm Ananias reluctatur v.13. *Domine audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Ieruſalem: & hic habet poteſtatem à Principibus Sacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum.* Tunc Dominus v.15. *Vade quoniam vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum.* Quid eſt, quòd iam non Saülum nuncupet, ſed vas electionis eum, qui ante, electionis vaſa, ſanctos vtique, conterere ſatagebat? Quod alter eſſet, nouúmque vocabulum ſortiretur, edocuit Dominus Ananiam, ne de hominis veteris forma, nuncupationéque Saüli nouum hominem iudicaret. Si ille attendiſſet primis Domini verbis, non de Saüli indole ſic decerneret, ſed mutatum cenſeret, quem audierat eſſe orantem. Dixerat Dominus: *Quære in domo Iuda Saülum nomine Tharſenſem: ecce enim orat.* Cur addidit pro iuſtæ inquiſitionis ratione: *ecce enim orat?* Vt alterum iam eſſe cognoſceret, quem de irreligionis forma vetere reputabat.

Iam ad mortis veſtibulum fermè acceſſerat Ezechias. Adeſt Propheta, eíque flebile augurium inducit 4.Reg.20. v.1. 53. *Hæc dicit Dominus Deus: Præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non viues.* 4.Reg 20.1. Quid hac prædictione ſolidius? & Domini teſtimonio, & Dei titulo, & mortis gemina repetitione firmatur. Vt quid enim poſtquam dixerat: *morieris*, addidit *& non viues*, niſi vt duplicis auctoritate dictionis fatum certiſſimum credidiſſet? At ille verſ.2. *Conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum.* 4.Reg 20.2. Quin vt oratio vitale germen educeret, lachrymarum pluuia rigauit. Vix fluebat ab oculis liquor orationis expreſſus, cùm illi vita cum fœnore trium luſtrorum promittitur, & antequam Iſaias greſſibus totum atrium contereret, ſubitò Deus illi ſuggeſſit, quòd læto nuncio rediret ad Regem verſ.5. *Audiui orationem tuam, & ecce ſanaui te.* 4.Reg.20.5. Cur ſic Dominus vaticinij fidei detraxit, qui cùm vitam redderet morituro, anne abſtulit ab oraculo firmitatem? Sed ars orationis fuit, quæ cùm hominem mutauiſſet, vitam præſtitit immutato decreto. Alter eſt Ezechias, poſtquam lachrymas & preces effudit. Qui vitiis ægrotauerat, ſcelerúmque pallore tabebat, de orationis medela recentem ſalubritatis formam reſumpſit. Vides? Expetit ſignum ſanitatis à vate, vt decem gradibus retro veſtigium vmbra in horologio reducat. verſ.11. *Et reduxit vmbram per lineas, quibus iam deſcenderat in horologio Achaz.* 4.Reg 20. 11. Cur hoc expetit in vitalis ſortis indicium? Vt altera fieret indoles horologij, quoniam altera per preces vita morituri fiebat. Quid eſt enim vita hominis niſi vmbra, quæ vertentibus lucibus ineaneſcit? Ergo attritum ſpatium, inuerſis gradibus, vmbra recurrit: quoniam in præteritum tempus deflendum, pœnitentiáque redimendum Rex orationis greſſu redierat; quaſi cui dictum fuerat: *Morieris*, ipſe iam non fuiſſet, ſed alter.

Verſ.6. Et præcepit cubiculariis ſuis, vt ſicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum ſuum per triduum.

Ratio

Ratio status, Regnorum nequiter ambitiosis pro Deo est. Politica imperandi libido se Numinis Artificem vult. Quod libeat, & iuuet, hoc colit.

SECTIO X.

54. QVALIS est his, qui sunt improbi, potentibus sæculi, de spiritúque ambitionis inflatis, & de mundiali gloria emeritis ratio? Status & Imperij columitas, ac augmentum. Qualis est Deus? Ratio, quam appellant, status. Ne à statu cadant, cadunt à Deo. Vt in status incrementum ascendant, in Deum ascendere votorum religione nituntur. Fortunæ arbitrium illis dat & adimit Deum. Sic de Numine negotiantur, religiosi, si prodest, & irreligiosi, si prodest. O æmuli architecti Deitatis! Sacros fingitis de marmore vultus, vt semper euadat vestri simulachrum honoris. Cultum dicitis columitatem regnorum, qui bifrontem Ianum amatis in Deum, vt alteram è duabus intendatis in faciem, nunc obliquam, si proficiat statui; nunc rectam, si officiat obliqua. Sic nullam de suffragiis fidei adoratis, sed vtramque colitis de ambitione.

55. Iudith 6. Adorandũ, adorandúmque Deũ per triduum fœminæ Holofernes concedit. v.6. *Et præcepit cubiculariis suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum, per triduum.* Quid agis, ô prædo Deorum? Nónne incendisti lucos, ne vllius Numinis duraret vestigium? Nonne recolis Nabuchodonosoris præceptum
Iudith 3.13. suprà c.3.v.13. *Præceperat enim illi Nabuchodonosor Rex, vt omnes Deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus.* Nonne Achiori exilij & excidij indixisti sententiam, quoniam Dei Israëlis coram exercitu publicauit virtutem, nec
Iudith 5.29. alia te ratio in sacrilegos ausus adegit, nisi: *Vt sciat omnis gens, quoniam Nabuchodonosor Rex terræ est, & præter ipsum alius non est?* Quomodo nunc libitò Deum fateris, eiusque adorationem non permittis solùm, sed præcipis? Quoniam de Israëlitici populi agebatur imperio, de victoriæ sorte, ambitúque regnandi. Tunc Nabuchodonosor habetur in Numen, cùm ad terrore populos conterendos habuisse iuuabat: tunc Israëlis Deus æstimatur, cùm de fœminæ oratione triumphus confiditur: & vtrobique absque Deo remanet Holofernes, qui solùm amat religionem in commodum. Vertitur in formas fides ambientium. De Diis luditur quasi in alea: qua parte plura puncta succedunt, fœliciúsque tessera cadit, ille Deus est.

56. Cum Prophetis Baal Elias argumentosa probatione de religione contendit; ligna iubet congeri bouémque in frusta sectum super struem
3.Reg.18.24. aridum collocari, & inquit 3.Reg.18. vers.24. *Inuocate nomina Deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Domini mei: & Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus.* Tunc illi alacres responderunt: *Optima propositio.* Cur in experientiam Numinis Elias prouocat ignem cœlestem, siccisque quercubus decernendum committit, cui per flammam Numini deferendum? imò cur perfidi cultores Baal læto pectore Deitatis argumentum admittunt? Quid si non arriserit flamma cumulo lignorum Eliæ? Eritne Deus Baal zelatori Prophetæ? Quid si scintillent ligna tacta de cœlo: Eritne Baal cultoribus Deus Eliæ? Agnouit illicò ingeniosus Propheta, idoli sacrificulos, quibus altè ambitio inhærebat, solùm in Numine adorare fauorem, nitorem amplecti, & opitulationis colere flammam, qui non Deo, sed statui vouebant aras, vitulósque mactabant. Inde illi de numine idoli securi, dixere optimam experientiam; quippe qui Deum diiudicant de victoria, sorte eis erit Deus, qui dederit sortem.

Ieroboam aureos vitulos fabrefecit. Fuítne idololatria ex pectoris infidelitate progenita? 57.
Imò status regni columitas paganum fecerat de 3.Reg.12.26.
fideli 3.Reg.12.v.26. *Dixit Ieroboam in corde suo: Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo Domini in Ierusalem: & conuertetur cor populi huius ad Dominum suum Roboam Regem Iuda, interficiéntque me, & reuertentur ad eum.* Si sic officit Dei religio, sacrificiíque lex in Ierosolymas vocat subditos, quid regnandi cogitabit solertia? Ne mutetur imperium, mutare Deum. O de ingenio ambitus stulta sapientia! ne Rex pereat, interficere Numen. Qui poterit continere Israëlitas, ne voti legísque causa Ierosolymitanum templum adirent? Architectam consulit manum, vt consulat auiditati regnandi, vitulósque conflat ex auro, nec vno, sed gemino satisfit.
v.28. *Excogitato consilio fecit duos vitulos aureos,* 3.Reg.12.28.
& dixit eis: Nolite vltrà ascendere in Ierusalem: Ecce Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Posuítque vnum in Bethel, & alterum in Dan. Ergóne Deus ex consilio, non ex natura? Si Roboam Deum credit, qui in Ierosolymis adoratur, cur vitulos educit in aras, aurúmque erogat pro sorte piaculi? Imò nec vitulos aureos habet in Deos, nec veri Numinis maiestatem fatetur, cui solùm est Deus securitas imperandi. Cur meminit præconij sacrilegi, quod post editum simulacrum ab igne, Aarone iubente, præco cla-
mauit, Exod.32.v.4. *Formauit opere fusorio, & fecit* Exod.32.4.
ex eis vitulum conflatilem: dixeruntque: Hi sunt Dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Veterem idololatriæ politicam Rex adamauit; quippe irreligioso populo ratio fuit Numinis ratio status: cur etenim in tam enorme prorumperunt elogium, recenti vitulo beneficium pristinum adrogantes? Nunc ex perfidiæ flamma caput bubulum pullulauit: potuítne Ægyptios compedes dimisisse, quando materia vituli erat annulus & inauris, nondúmque cornibus impetebat, nondúmque in orbem capitis detornata, capita fœminarum, iuuenúmque digitos adornabat? vt fideret populus simulacro, libertatis ei accinunt conuenientiam, quibus hæc sola religio inhæserat, colere quod iuuaret. Ast si illis de ignis industria vnus vitulus solùm erupit: cur Roboam vitulum duplicauit? Quoniam sic opus erat, ne in adeundo Numine, laborent, sed domibus haberent propinquum suæ propitiationis asylum. Manus, quæ scit construere vnum, scit vtique & alterum detornare. Tam facilè est ambitioso Deos suis vsibus geminare, quàm statuam artifici.

Se Nabuchodonosor fuderat in statuam, vt 58.
curtus in corpore, cresceret in metallo, minueretque corpora subditorum, quos vrgeret genua
curuare. Daniel.3.v.1. *Nabuchodonosor Rex fecit* Dan.3.1.
statuam

ſtatuam auream, altitudine cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorum ſex, & ſtatuit eam in campo Dura. Quid intererit in auro carnem hominis ſolidare, quaſi pretioſior ſit muta & exanimis figura, quam loquax & viua? Erubeſcebat Rex, ſe nō potuiſſe ex vitali carne compingere, quem Deus in matris vtero coagulauerat, glorioſiúſque cenſuit compingere ex auro quid quòd forma degeneraret à vita, ſi ſic imperij maieſtatem oportuit? Vt potuiſſet à longè adorari, per campum ætheris ſe diffudit, paſſúſque eſt in effigie inſtrumenta dolandi, quorum recipiendis ictibus non doleret. Vt ſtatui proficeret, ſe in ſtatuam egeſſit, de ſtatus ambitione condens ſtatuam, cui ſtatus erat idolum. Renuunt tres iuuenes poplitem vertere ſimulacro: tunc ille v. 15. *Si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis eſt Deus, qui eripiat vos de manu mea?* Obſerua hæc: Ac ſi diceret. Si mea manus eſt artifex Dei, Deus non poterit eripi à manu, ſub cuius digitis ingenioſis conflatur. Verùm tibi contradicis, ô figule inique Deitatis, nuper enim dixeras, poſtquam ſomnij
Dan. 2. 47. ſtatuam explicuit Daniel. cap. 2. v. 47. *verè Deus veſter Deus Deorum eſt, & Dominus Regum, & reuelans myſteria:* cur nunc deſpicis, quem colebas? Quoniam cauſa agebatur imperij. Mutauit Deum, quia mutauit ſtatuam, quòd prodeſſet ſtatui: & amati ſimulacrum honoris noluit vllius Numinis ſeruire potentiæ. Statuarius fuit & in ſomno, & in quiete: ſomniare ſe credidit, cùm de ſtatuæ ſoporatæ commento Deum Danielis protulit eſſe Deum: nunc qui ſoporem eluit, Dei non dubitat religionem eluere.

Princips qui paſſionis appetitum Palatinis reuelat, denudat pectus in quod ſagittarij Adulatores telis venenatis collıment.

SECTIO II.

59. QVi poteſtate præeminet, caueat prodere pectoris appetitum: ſi ſemel recluſerit, conteretur. Si aſſentatores Regis, inclinationis eius ventum agnouerint, hac in eius perniciē diligent nauem: hoc ſtatu ducti adulantia vela protendent. Nemo plus patietur à ſuis, quàm qui ſuis paſſionem explicuit, arcanáque cordis nudauit, in quæ voluptatis ſuæ ſagittarij intendant iacula, quæ transfigant. Nec nutu, nec geſticulatione, nec vmbra tuæ morbum libidinis Aulicis manifeſtes; quot medicos inueneris, tot carnifices. Si partem funis, qui tua prendit præcordia, ſuáuíque te vinculo cingit, Palatinis incautus committas, totum aſſument, quo vitam ſtrangulent, dum blandiuntur. Si vitium didicerint, quo in illecebræ thalamo ægrotas, obſequia cumulabunt nocendi, & quo blandè accumbebas, duriùs occumbes. Nouit Inditha in iniquo Tyranno illecebram occupandi Bethuliam, acuítque ſacrilegum votum æquiuoca ſponſione regnandi, & ſub famulatus ſpecie, quidquid ſibi ad calamitatem Ducis iuuauerat, precibus vix emiſſis exorat, v. 6. *Et præcepit cubicularijs ſuis, vt ſicut placeret illi, exiret, & introiret ad adorandum Deum ſuum.* O infœlix ſuperbia! Cur quidquid placuerit fœminæ, ſic largiris, muliebríque manui te committis ad libita liberalem, ſub cuius dextera eodem gutturis ſitu amputaberis, quo nunc verborum dona pronuntias? Qui quod ſibi placuerat, fœminæ reuelauerat, quid quòd in eius placita ſe dediſſet, locúmque vulneris præſignaret, quem officioſa manus fœminæ figeret.

Cur aggreditur ſerpens callidus Primigeniam, 60.
& intentato capite tentat latus? Si vir non præuaricetur præceptum, licèt totam arborem Eua manducet, non humanum genus occumbet: maritum impetat, vt præualeat. Sed vafer dæmon nouerat hominis appetitum: illac iaculum collineauit, quà patebat viri voluptas. Audierat Adamum, poſtquam ex oſſe coniux eruperat, dicentem, Geneſ. 2. verſ. 23. *Hoc nunc os ex oſſibus* Gen. 2. 23.
meis, & caro de carne mea. Sic vir vxoria delectatur in forma, ſic recentem adamat pulchritudinem, vt verbulis blandientibus teneræ cupiditatis promat indicia: hac igitur vulneretur in parte, totus peribit. Fœminam tentauit ex guſtu, virum ex Eua, quémque ex ſuo libidinis voto. Illa per florida paradiſi vireta in adulantes baccas dederat oculos, ille in fœminam amatoria verba profudit: vterque interit, quo ſe explicuit, hic à fœmina, & hæc ab arbore.

Ioab Dauidici exercitus Dux Ammonitas ob- 61.
ſederat: pepulit obſeſſa ciuitas bellatores, quibus victoriæ illuxit fortuna. Timet ille, ne Dauid cauſetur ignauiam, criminetúrque Principem exercitus de calamitate ſuorum. Quid ageret? Inſtruit nuntium aduerſitatis legatione fungentem. 2.
Reg. 11. v. 19. *Cùm compleueris vniuerſos ſermones* 2. Reg. 11.
belli ad Regem, ſi eum videris indignari, & dixerit: 19.
Quare acceſſiſtis ad murum, vt præliaremini? An ignorabatis, quòd multa deſuper ex muro tela mittantur? &c. Dices: Etiā ſeruus tuus Vrias Hethæus occubuit Siſtétne indignationem Regis, quam de multorum ſtrage concipiet, vnius Vriæ manifeſtus interitus? Siſtet. O de vrbanitatis ſchola, aulæque documentis emerite Dux! Pupugit Regem ea parte, quam ſibi oſtenderat appetentem. Sciebat cruento viri funere delectandum, qui viri concupiebat vxorem, pluríſque æſtimaturum thalami viduati licentiam, quàm totius populi viduitatem. Niſi Rex cupiditatis pandiſſet arcanum, nec Ioab impunis abiret, nec forſan regno clades contigiſſet funeſta.

Quid Deus ab homine concupiſcit? Validam 62.
fidem. Marci 9. verſ. 22. *Si potes credere, omnia* Marc. 9. 22.
poſſibilia ſunt credenti. Accedit ad Dominum mulier Chananæa, quam adhuc ſuperſtite filia orbauerat Dæmon, qui dum maternum pignus vexabat, mortis feretrum fecerat de viuente. Repellit Dominus flagitantem; ingeminat illa preces, importuniſque clamoribus ad leuamen ſobolis vrget. Probat Dominus, cur negaret,
Matthæi 15. verſ. 26. *Non eſt bonum ſumere pa-* Matth. 15.
nem filiorum, & mittere canibus. Illa argumen- 26.
toſa perſiſtit, & de ſyllabis conficit argumentum: ſolicitat micas vt canis, quæ canem ſe cogitat de vocabulo. Cur duras, ô fœmina, proteruáque prece ſic audes? Agnouerat Domini voluptatem fidem eſſe credentis, illácque tetendit ſagittam, quà Dominus in ſe hominum publicauerat poteſtatem. Ergo fœmina præualuit in Deum, qui quà eum imperet, agnoſcebat. Vides? Victus Dominus porrigit ſanitatem, dicens verſ. 28. *O mulier, magna eſt fides* Ibid. v. 28.
tua: fiat tibi, ſicut vis. Cur non, Domine, ſicut

1.Ioann.5. ſicut tu? Quoniam iam in eam tranſtulerat võluntatem, cui cordis reuelabit ſecretum, nempe quòd hæc eſt victória, quæ vincit mundum, fides noſtra.

63. Samſon emblema fortitudinis erat, qui è cardinibus portas auulſerat, aſini mandibulã percuſſerat mille, & quaſi tènerum agnum lacerauit leonem; ſed arcanum voluntatis aperuit, cum iniecit oculos in amaſiam. Noſcunt Philiſthini appetitum, ſibiſque de ſtrenuo viro illicò promittunt
Iudic.16.4. triumphum, Iudic. 16. v. 4. *Poſt hæc amauit mulierẽ, quæ habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila. Veneruntque ad eam Principes Philiſthinorum atque dixerunt: Decipe eum, & diſce ab illo, in quo habeat tantam fortitudinẽ, & quomodo eum ſuperare valeamus, & vinctum affligere.* Vnde barbaris tantæ victoriæ ſedit ſpes? Ex publicato iuuenis fortiſſimi voto. Poſtquam ſciunt quid appetat, non dubitant impetere poſſe. Agnouerunt nomen amaſiæ, quod ideò ſignatè profertur. Si cupiditas ſe dedit in publicum, inter illecebræ brachia illigabitur heros. Quis, licèt ſtólidus, panderet fœminæ ſitum roboris, quo pollebat, vt crines radẽtibus digitis committeret in perniciem? Sed quis ſaucium amore cor fœminæ venuſtæ recluſerat, voluntatiſque dedit ſecretum, oſtium, qua transfigeretur, aperuit, nec valuit iam negare capillos pro rudentibus, quæ irretirent. Hoſtibus funis partem conceſſit, quo illigaretur ad necem, qui cupiditatis ad fœminam non cauit effeciſſe participes.

64. Infœlix Siſara, qui ſitim fœminæ reuelauit
Iudith 4.19. Iudic. 4. v. 19. *Dixit ad eam: Da mihi obſecro, paululum aquæ, quia ſitio valde.* Tunc illa *aperuit vtrẽ lactis, & dedit ei bibere, & operuit eum.* Si aquam petierat, cur lac propinat? Vt e lacteo poculo altum conciliaret ſoporem. Sed expoſcenti lympham extraneus potus potuit eſſe ſuauis? Non ſat fuit in fauſto viro efflagitare laticem ad bibendum, niſi & appetitum oſtenderet *quia ſitio valde.* Quilibet hauſtus ſitibundum delectat, ſiue quem ſtillent vbera, ſiue quem palus in cœnoſo vaſe propinet. Ergo bibit miſer, & dormit, ſilẽnſque mulier ſoporata tempora clauo terebrat. alteri ſilentium profecit, nocuit alteri loquacitas de-
Ibid.v.21. ſiderij. Verſ. 21. *Ingreſſa abſconditè & cum ſilentio poſuit ſupra tempus capitis eius clauum. percuſſúmque malleo defixit in cerebrum vſque ad terram, qui ſoporẽ morti conſocians defecit & mortuus eſt.* O infantulus lacte potatus! Facilè quod appetũt, pueri produnt. Si ſitim abſconderes, non occũberes.

Clauum non meretur Imperij, qui ſe clauo diſtrictionis, & cenſuræ non figit. Qui non ſe; nec ſuos vtique gubernabit.

Sectio XII.

65. QVI malè gubernat animum, quid bene poterit gubernare? Prima ſubditos moderandi lex eſt, ſemet moderari, qui regit. Stat Reſpublica ſub Dynaſta, ſi prius pectoris rem priuatam ſub cenſura diſtrictionis contineat. Cur flammeos ſolis equos Icaro iuueni dedit fabula? Vt ardens orbis diceret ab exemplo, non potuiſſe tutò tractare lucem, nec iubari frænos imponere, qui elati cordis deſiderio non poſuit. Nauclerus per canos gurgites nauem dirigit: ſi intentos ad ſydus oculos turbet furor, ſopórve deſidioſus concludat, alliditur in ſyrtibus. Senſu ingubernato magiſtri imperium regiminis vada tentrunt. Vt ad trabeas eligas, & prætextam, conſule priùs: ſi benè ſibi conſulat eligendus, ſi diuini timoris clauo ſe figat, ne Principatus clauum in calamitatem acuat Imperij. Nutat domus, célus proſcribitur, ſi familiæ caput nõ ſibi conſtituerit in virtute.

Gazarum loculos, theſaurorumque theca Iudi- 66.
thæ decernitur in cubile: illa egrediendi copiam efflagitat; annuit placitis Holofernes v. 6. *Præcepit cubiculariis ſuis, vt ſicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum ſuum per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ.* Si ſuccus & animus belli diuitiæ ſunt, ſtipendiiſque agmina aluntur: cur fiſcum opulentum ſic furum periculo exponit, dum vectes ærarij ſub prædantibus tenebris ad libitum mulieris recludit, & quidem transfugæ, & alienigeræ? Sic Regium penetrale incurſantium patebit arbitrio, ſic periclitabitur aula, eunte redeuntéque peregrina. Regni neſcit gubernare ſubſtantiam, qui ignorat propriam: propriam ignorat, qui arcana pectoris non didicit moderari. Si furanti pulchritudini libitum commiſerat animum, quid quòd & gazas belliſque vigorem ſub ſera non occluderet ſolertis induſtriæ, ſed ſibi ſciolus ad libidinem, ad regimen torperet ſtultus? Fuge à domo, cui Dominus per vitia labitur in ruinam: citò cadet.

Erigitur Primigenius in Regem: eâdem manu 67.
accipit limum, ſpiritum, & imperium; cum teſta & ſpiraculo, vniuerſitatis ei inditur Principatus.
Gen. 1. verſ. 26. *Faciamus hominem ad imaginem,* Gen.1.26.
& ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis vniuerſæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Quàm latè patens dominandi poteſtas! Ineſcatur à coniuge annuitque libidini propinantis, accitúſque in iudicium excuſat erratum. Gen. 3. verſ. 12. *Mulier,* Gen.3.12.
quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Conſidera excuſationis inertiam: *Dedit mihi de ligno, & comedi*: vix dederat, cùm comedit, nec ſubditam, vt fugeret piaculum, erudiuit, nec illecebræ reſtitit, nec linguâ reſpondit ad coniugem, ſed palato. Quid tunc iudex? Cauſam reuocat in mulierem, vt quibus illa damnaretur & vir, qui ſic hæſerat ſuo lateri, vt ibi deflecteret caput, vbi latus blandimentis allexerat. Sed priùs tractat vtriuſque cauſam in condemnatione ſer-
pentis. *Inimicitias,* inquit, *ponam inter te & mulie-* Gen.3.15.
rem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Alibi adnotauiſſe me memini, inuerſam apparere ſeriem verborum. *Si* ſemel contriuerit mulier capitis ſerpentini liuorem; quæ ſerpenti vita ſupererit ad inſidias? Pes, qui calcat colubrum, cur non poſſidet? Si qui præeſt, enecet aduerſarium, quem habebat in ſubditum, duplici titulo obtinebit cadauer, & ex Principatu, & ex morte. Homo quidem ab origine Rex in beſtias, volucres & reptilia capeſſiuit imperium: cur nunc vna ſerpens poſtquam contrita tabem euomuit, hominis ſic reſpuit imperium, vt & poſt necem inſidietur veſtigio? In contumeliam tuam, ô ſtolide Adame, Regnum non eſt coniugi, ſed marito; potitur fœmina, quibus vir. Si vxorem gubernare neſciſti, quomodo iam volucrũ cæli, reptiliúmque terræ diligentiam habebis? Si habenas tui regiminis vxori dediſti, cur nõ vniuerſitatis amittas? Satius erit beſtiis ingenito appetitu ſe ducere, quam alieno Duci committi, qui neſciuerat eſſe ſui.

68. Appetiit Achab, palatium vſque ad fundum alienorum palmitum propagare; quaſi anguſta nimis ſit aula, quæ non ſubditorum ſpatium vſurpet. Negat Naboth paternam vineam fore venalem. Vites Rex in deſiderante pectore ſæuit: dolorisque ſuccus prodiit ad vultum. Iezabel vxor legit curas in ore mariti, & de ſtudio Regis admonita, ad prædam vineæ ſe comitem

3.Reg.21.7. gerit imperij, 3.Reg.21. verſ.7. *Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius. Grandis auctoritatis es, & benè regis regnum Iſrael. Surge & comede panem, & æquo animo eſto: ego dabo tibi vineam Naboth.* Attendiſtine ſubdolam contrarietatem in verbis? Si auctoritas eſt in viro, cur regni clauum tradat vxori, cauſámque mariti committat? Si regnum Iſraël bene gubernat, cur non & ſe, qui neſcit obſiſtere deſiderio, & pro curtis palmitibus pectoris latitudinem anguſtauit? Illicò regni ordinem gubernatrix officioſa confudit: in vineæ colonum teſtes pariter & lapides præparat, criminantes inſtituit, erigitque tribunal in patibulum deprædandi. Cur ſic nuſcetur ordinati ſeries imperij, ſubitóque calumniatores falſi inueniuntur, qui imponant innocenti flagitia, iuſtámque reddant fœmineam de lapidatione ſententiam. O! facilè calamitas inſidiatur regno, quod immoderatus Rex moderatur. Vix Achab ignorauit libidinem ambitioſi pectoris coërcere, cùm ei mulier in imperium ſucceſſit, vt compar eſſet hæres ſtolidiſſima Principatus ſtolido Principi, qui adhuc ſe ſuperſtite, & de regiminis induſtria laudato, voluit mulierem cauſam decreuiſſe vineti.

69. Cur in tenebrarum regno nullus eſt ordo.

Iob 10.22. Iob 10. verſ.22. *Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* Quæ à Deo ſunt, ordinata ſuccedunt ignis ille, non qui illuminat, ſed qui incendit, in reorum ſupplicia ab exordio paratus, cur reſpuat ordinem, quem à iudicis prouidentia ſuſcepit. Nónne ibi ardet luxurioſq pro æſtu libidinis thalamus fornacis vrentis? Nónne ferrei vngues auaro, ſuperbóque palus profunda, ſitu tabóque fluens, vſurario fœnus pœnarum, eſuries epuloni famelico, vincula vago, prædoni ſuſpendium? Quid ordinatius, quam pœnas reſpondere delictis, diuerſque carcerem in ſpecus, quibus pro ſcelerum modulo ſupplicium adſonum moduletur? Sed ſi peccatorum eſt regnum, qui ſua gubernare neſcierunt, nec tractare pectoris Principatum; quid quòd inibi nullus ordo ſubſiſtat, non diuinæ ſapientiæ diſpendio, ſed iniquitatis ignauia? Locum ipſum, quem Deus in barathrum ordinauit, deordinat ſceleratorum iniuria, rebellibúſque miſcet flagitiis, horridis clamoribus implet, ruptíſque rationis habenis non de pœna reſipiſcit ad veniam, ſed diriùs obdureſcit ad culpam.

Verſ. 10. Et factum eſt, in quarto die, Holofernes fecit cœnam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao eunuchum ſuum. Vade & ſuade Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum.

Qualiter charitas in virtutum Principatu ſe gerit, ſic gula in adminiſtratione vitiorum. Charitas ſcelerum eſt ingluuies.

Sectio XIII.

Vitiorum charitas gula eſt. Qualiter 70. regina virtutum honeſtatis opera vegetat, & informat, ingluuies animat inhoneſta, peccatorúmque diffuſa per artus ex aruina & adipe ſpiritum ſceleratis infundit. Sine charitate pallent virtutes, non colorem referunt, non ad motum legis officioſa ſuccedunt: ſine epularum luxu friget animus ad negata. A ventre membra corporis ſugunt alacrem vigorem ad vſus: vitia, quia de carne victitant, per iniquitatis meatus ab ſtomacho ebibunt alimenta. Charitas altiùs reſidet, nempe in corde, ex quo in virtutum organa ſpiritum, quo inflentur, diſpenſat. Appendix ventris luxuria eſt, verecundum libidinis focum, cui pro coquis viſcera ſunt, continuum ventri naturæ diſpoſitio locauit, è quo in ſuperbiæ caput fœtidi vapores aſſurgunt. Ergo radix peccatorum ſuperbia à ventris ſaginatâ pullulat glebâ, vt fructum mortis ſuprà & ſubtus per elationem & luxuriam emittat.

Chara fuit Holoferni Iuditha, quæ illum la- 71. biis prenderat charitatis: ſic enim illa quondam petierat c.9.v.13. *Et percuties eum ex labiis chari-* Iudith 9.13. *tatis meæ.* Quæ charitas Tyranni pectus deſcendit? Non quæ virtutum, ſed quæ vitiorum eſt. Vt effunderetur in thalamum, de vitiorum ſibi conſulit charitate, parat dapibus impinguare triclinium, conuiuium inſtruit, vt fœliciùs accumberet in libidinis toro, poſtquam in gulæ ſtragulis accubuiſſet, v.10. *Et factum eſt in quarto* Cant.2.5. *die Holofernes fecit cœnam ſeruis ſuis, & dixit ad Vagao eunuchum ſuum: Vade & ſuade Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum.* Obſerua nexum accuratum verborum. Qui vnam periodum de gula, & libidine fecit, primam in ſuperna parte locauit: venter enim prior eſt. Vt charitatem tractauit ingluuiem, qui ei dedit primas, vt deſuper vitioſam pruriginem informaret, ſicut illa honeſtum appetitum informat. Virtutum ordinem æmulatur. Cant.2. v.5. *Fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Ergóne ſancta & pudica charitas inter fructus & cellaria ordinatur, amat ſegetes & vindemias, vt calidus liquor, dapéſque ſuccidæ flammam ad amorem incendant? Sed cella vinaria chariſmatum eſt, ebrietas ſobria, ieiuna ſaturitas; nec bibiſſe dicitur inter amphoras, nec mandiſſe dentibus poma, ſed in otio palati, & ariditate labiorum ſubiiſſe de abſtinentia conuiuium, quod eſt charitatis caſtæ alimentum. Ergo vitiorum epulo eodem ordine ſe diſponit: pro agape ſobrio, & pro charitate ieiuna gulam præcipit ſucculentam, vt qui amauerat fœminam ad luxuriem, priùs in cellaria feruida immitteret, ne ei ordo & forma deficeret ad flagitium.

Vix vitulus erupit ab igne, quem idololatria 72. conflauit, cùm Hebræi ad cultum ſacrilegum ſe pararunt, & vt aras victimarum ſanguine ſaginarent,

rent prima diligentia fuit,se vino & dapibus sa-
Exod.32.6. turare. Exod. 32. vers.6. *Surgentésque manè obtu-
*lerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit po-
pulus manducare, & bibere,& surrexerunt ludere.
Vide quo ordine ludum instituunt. Vt fornica-
rétur cum vitulo,vegetíque,& alacres irreligio-
nis libidinem exercerent, gulam præparant in
magistram,ne eneruesartus absque succo palle-
rent. Nec fornices quærunt,sed prostibulum fa-
ciunt de campo,vt gulæ situs esset pro thalamo,
posséetque informare lasciuiam Regina vitiorum
Ibid. v.19. indistans. Quid tunc Moyses?v.19. *Cúmque ap-
*propinquasset ad castra, vidit vitulum & choros,
*iratúsque valde proiecit de manu tabulas,& confre-
*git eas ad radicem montis, arripiénsque vitulum,
*quem fecerant,combussit,& contriuit vsque ad pul-
*uerem,quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum
filijs Israël. Cur lapideas legis tabulas audito cō-
uiuali apparatu in scopulos montis elidit? Erat
in eis primũ charitatis præceptum: *Diliges Do-
*minũ Deum tuũ ex tota anima tua & ex tota mēte
tua. Si vitiorum charitas gula regnabat in valle,
cuius ad imperiũ, & formã libido, & idololatria
instruebantur,non potuit admitti charitas de su-
pernis, quæ virtutes alit, ad operúmque hone-
statem erudit. Cœli charitatem charitas inferna
præuenit: venter vsque ad cor se spatiosis fini-
bus dilatauerat; non manebat locus, bonitatis
Reginæ, quem tyrannide iniquitas vsurpauer-
rer. Sed cur de contrito vitulo instaurauit con-
uiuium? An quia charitas alitur de dilecto, in-
nutritque reciproca adhæsione substantiam? Et
quia illis idololatriæ pignus fuit esca. Ne dista-
staret vitium sacrilegij pessimum ab ingluuie,
ipsummet vituli sacrilegium ad obsequiũ gulæ
disposuit,docẽs hoc vno pabulo saginari pecca-
ta,& gastrimagiã per membrorũ vitia diffundi.

73. Ad Rom. 14. vers.17. *Non est regnum Dei esca*
Rom.14.17. *& potus;sed iustitia, & pax,& gaudium in Spiritu
sancto. Si Deus spiritus est,nec subsidiariis alitur
cibis,nec esculentis vsibus solidatur:quis puta-
ret, etsi rationis expers, regnum eius de conui-
ualibus stipendiis constare, vt opus sit Apostoli
auctoritas, ne error tam enormis subrepat? Sed
nouerat ille, esse homines, *quorum Deus ven-
Phil.3.19. *ter est*, ad Philipp. 3. vers. 19. Si Deus charitas
est, cur Deus epulonibus venter? Quoniam il-
lis charitas habetur pro gula, cui Dei titulum
& cultum affigunt. Ergo vt Reginam purpurã
induunt helluonis improbi testimonio, qui vt
Luc.16.19. epularetur quotidie, *induebatur purpura & bysso.*
En igitur Pauli sententia. In regno infera gu-
bernantur à superis, formáque regiminis per
Magistratuum calliculos dispensatur,diuersáque
ministeria Reipublicæ de vnius Regis animan-
tur imperio. Sic virtutum variæ functiones ab
vna charitate imbuũtur, orbisque religiosi mo-
lem hæc spiritalis intelligentia agitat de statio-
ne superna. Quibus peccatum pro natura ino-
leuit, nec alterius regionis, quàm nequitiæ se
ciues & domesticos censent, escæ & potui libi-
tum regnum suffragiorum luxu, dederunt,ven-
trémque pro capite coronarunt. Non sic, in-
quit,regnum Dei est,sed illa charitas,quàm lar-
gitor munerum, Réxque charismatum Spiri-
tus sanctus effundit. Quare adiicit. *Sed iustitia,
& pax, & gaudium in Spiritu sancto. Cur iusti-
tiam ad pacem & gaudium præmisit; siquidem
gaudium & pax à radice pullulant charitatis?
Gal 5.22. Consule eundem ad Galatas 5.vers.22. *Fructus*
autem spiritus est charitas, gaudium, pax. Sed
iustitiam pro charitate locauit, tum quia pro
virtutum cumulo,integróque legis obsequio so-
let apponi, tum vt ei regnum adscriberet, Re-
galibúsque titulis adornaret: Regis enim est iu-
dicare,cui non tantùm solium competit,sed tri-
bunal. Gulæ itaque sanctam charitatem oppo-
suit: quoniam esca & potus, improborum cha-
ritas est.

Quæ virtus non à charitate formatur?conti- 74.
nentia,castitas longanimitas,mansuetudo, fides,
modestia,patientia,bonitas, & benignitas,asse-
rente Apostolo ad Galatas 5.vers.22.fructus sunt Ad Gal.5.
Spiritus sancti,quoniam spiritus amor est,& per 22.
charitatis illapsum ad hanc segetem corda fœ-
cundat. Supputa iam seriem vitiorum,fermento
gulæ apparebunt aspersa. Quis à Baccho siccus
cogitabit de scorto? Quis ab obsonio vacuus
thalamum alienum inuasit? Quis nisi stomacho
crudo,indigestóque onere ciborum,quos non coxe-
rant, viscera,per crudelitatem euomuit? Omne
vitium seu ob epulas, seu post epulas est.

Se ægrotare simulauit Amnon, qui langue- 75.
bat amore,saucius vulnere, quod ingesserat so-
ror: per infirmitatis imaginem præparauit le-
ctulum ad amplexus. Orat patrem 2.Reg.13.v.6. 2.Reg.13.6.
*Veniat obsecro, Thamar soror mea, vt faciat in oculis
*meis duas sorbitiunculas,& cibum capiam de manu
eius. Vt quid se gula præmisit appetenti non ede-
re,sed concumbere? Nisi feruor sanguinis æstua-
ret in venis,succóque & robore membra consta-
rent;arido ventre non pudicitiæ frænos studuis-
set obrumpere. Iuuenis erat non tam in annis,
quàm in flamma libidinis: cur ambages pulmen-
ti procurat,quasi nondum esset habilis ad lasci-
uiam, donec gula decerneret de concubitu? Non
poterat priùs esse lasciuus,quàm edax,nec ince-
stum committere, nisi admitteret escam: vitiis
ordinem non ademit, qui studuit prandere non
de famis necessitate, sed de forma luxuriæ. En
incestum à gula. Cupis crudelem? Qui accubi-
tum Amnonis audisti,audi & occubitum.

Absalon,vt sororis vindicaret infamiam vir- 76.
gineum florem, quem libidinis flamma cremá-
uit,de fraterno sanguine satagit reproducere. Er-
go gulam consulit de vindicta. 2. Reg. 13. v. 27. 2. Reg.13.
Fecerat Absalon conuiuium quasi conuiuium Re- 27.
*gis. Preceperat autem Absalon pueris suis,dicens:
*Obseruate cùm temulentus fuerit Amnon vino, &
*dixero vobis: Percutite eum, & interficite,nolite
timere. Cur conuiuale gaudium, ferculísque læ-
titiæ turpat maculis fraterni cruoris? Non po-
tuit esse truculentus nisi in triclinio,nec nisi sa-
turatum occidere, quasi victimam saginatam ad
cædem. Ordinem,quem frater seruauerat ad lu-
xuriam,vtique ad crudelitatem seruauit. Vitium
fuit in vtroque diuersum,sed vna gula,quæ im-
parauit vtrique. Diuisa fuerunt inter fratres pia-
cula, sed de iniquæ charitatis fonte manarunt,
nisi quod diuiserunt conuiuium alter post es-
cam, altérque post potum deliquit. Compleuit
Amnon epulum in vtroque; vt luxuriaretur, co-
medit; vt interficeretur,bibit post escam.

Quæ in duobus diuisa auscultasti flagitia, in 77.
vno auscultare libebit. Herodes pro natalis me-
moria ad lautam cœnam Principes inuitauit:
halantibus ferculis,vinísque veteribus incalebat
conuiuium. Et ne à luxu oculi ieiunarent, ve-
núsque distaret à Baccho, puella ingreditur sal-
tatura,quæ manuum nutibus, gesticulatione que
pedum

pedum dulciores epulas Regis libidini propinauit. Gratus ille Herodiadis, officiis, optionem de muneribus præſtat. At laſciua puella caſtratis
Marc. 6. 25. caput expetit amputari, Marci 6. verſ. 25. *Volo vt protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.* Cur in diſco, qui epularum eſt ſedes, cædem Baptiſtæ collocari popoſcit? Callidè gulæ addidit inſtrumentum, quaſi quod conuiuali luxui inſeruierat, procliui ordine potuiſſet & crudelitati ſeruire. Annuit Rex, & ſanguineis votis puellæ, & epuli truculentæ naturæ. Propter diſcumbentes conſentit, ne derogauiſſet triclinio, ſi de ingluuie fructum denegaret & pignus, quod cùm fuerat impudica procacitas in puella, fuit & cædes inhoneſta Baptiſtæ. An in vna cœna & meretrix ſalit ad illecebræ votum, & crudelitas ſanguine fluit, rigans pateras de abundantia rigoris. Proſtituta fœmina ſectum caput ferebat in diſco. erat in medio gulæ inſtrumentum, quid quòd extrema ſint crudelitas, & libido: Qui ſi vtrumque vitium inſtrueret, diſcus medium locum obtinuit, vt ex hoc emblemate cognoſcereſ, redundantiam ciborum crimina informare diuerſa.

Verſ. 11. Fœdum eſt enim apud Aſſyrios, ſi fœmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo tranſeat.

Vitium potentibus pro honore & claritate inoleuit; Auctores fiunt ſceleris, vt auctoritate præfulgeant, quibus voluptatis iniquitas eſt Maieſtas.

SECTIO XIV.

78. VITIUM auctoritas reputatur, ebrietas honor, prodigalitas virtus ſic ambitioſis ſæculi ad peccandum procacitas inoleuit. Ne in dedecoris fœditatem incurrant, fœda committunt, quibus auctorati ſe credunt. Vt gloriæ candidatis, ſplendorémque appetentibus gehenna impleretur, hæc à dæmone eruditio percrebruit, vt quos naturæ indoles ſub vexillũ poſuit virtutis, ſæcularis opinionis auditas in vitium transfugas effeciſſet. Virginem pulchram non tantùm petere, ſed impetere, equeſtris nobilitas reputatur, vno gladij impetu verbum minùs humile caſtigare, ſuffocaréque ſanguine, cenſetur generoſi ſanguinis honos impunè rapere, ſub lucéque deprædari famulis ſtipendia, nec virgam Magiſtratus timere, probatio exiſtimatur ſplendoris auiti. Cur Poëtarum furor Ioui ſtuprum, triplicémque noctem in furto voluptatis adſcripſit? Vt Deos criminum auctores intenderent, & exemplo Numinis impudici, delictum vocaretur auctoritas.

79. Eunucho imperat Holofernes verſ. 10. *Vade, & ſuade Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum. Fœdum eſt enim apud Aſſyrios, ſi fœmina irrideat virum agendo, vt immunis ab eo tranſeat.* Adnota cauſam impudici furoris: *fœdum eſt enim.* Quis ſic crederet de furto laſciuiæ? Imò proſtituti thalami titulus fœditas eſt, fœdaque & belluina figura: niſi turpitudo non vt fœditas æſtimetur. Sed ſcortandi licentiam Principis auctoritas excuſauit, qui, ne infamiæ fuligine fœdaretur, tenebroſa pudicitiæ furta procurat,

Ne ſorderet fama potentis, ſordium luxurioſum cœnum exambit, cui delicti obſcœnitas ad honoris claritatem inſederat.

Achab vineam pauperis, vindemiæ in ſuum poculum exprimendæ, nixu pectoris adamabat, quaſi liquor eſſet robuſtior, quem alienum profudiſſet vinetum. Adeſt Iezabel, vt mariti votis indulgeat, ſecurúmque Regem de palmitibus 80.
reddit 3. Reg. 21 verſ. 7. *Grandis auctoritatis es, & bene regis regnum Iſraël. Surge, & comede panem, & æquo animo eſto, ego dabo tibi vineam Naboth.* Attende rationem, cur vineæ præda fauſtè contingat, quoniam grandis auctoritatis eſt, qui vineam appetit vſurpare. Imò vide fœmina, non datam, nec ereptam, ſed emptam vineam Rex ſuis vſibus ſatagit inſeruire: dixerat enim verſ. 2. ad Naboth: *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & prope domum meam, dabóque tibi pro ea vineam meliorem: aut ſi commodiùs tibi putas, argenti pretium, quanto digna eſt.* Si Achab argentum intenderat erogare pro fundo, nec popoſcit in donum, ſed appenſi pretij mercede; cur vxor ſpondet inemptas vites, orbaréque paterna poſſeſſione colonum fœdum putauit, Regem fœdus facere cum agricola, popularíumque contractibus obedire, non alia cauſa, niſi quoniam grandi auctoritate præfulget, qui potens & ſapiens eſt regnum gubernare Iſraëlis. O in aula potentium coniux erudita ad flagitium! Putáſne contractuum vincula dedecere potentes, nullámque rem mancipi, eſſe cui furtum auctoritas eſt? Imò nullus ignobilior, quam fur, cui furca patibulum, cui ſerui vocabulum adrogatur. Infamis operis vilitas potentibus habetur in pretio, quaſi nihil generoſiùs ſit, quam impunè delinquere.
3. Reg. 21. 7.
3. Reg. 21. 2.

Imò Iezabel, quæ auctoritati viri per licentiam ſceleris conſuluiſti, infamata vxore reddes infamem. Turpe eſt diſcerpturis canibus hominem deuouere, turpe vſque ad caluitium caput crinibus denudare, fœminámque in biuio proſtitui, non hominibus, ſed & brutis. Huic turpitudini Iezabel damnauit Elias verſ. 23. *Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel.* An integram rictu deglutient? Imò conſidera, quod euenit. 81.
4. Reg. 9. verſ. 35. *Cúmque iſſent, vt ſepelirent eam non inuenerunt, niſi caluariam, & pedes, & ſummas manus.* Cur canes abſtinent à reliquiis? 4. Reg. 9. 35.
In iuſti dedecoris monumentum. Non capitis oſſeum orbem deglutiunt, vt capitis glabra rotunditas, demeſſáque coma vilitatis & contemptus eſſet in pignus: non pedes mandunt, vt nudi durarent, pedes enim fœminam deoperire, ignominioſum eſt ei, quæ ne ignominiam incurrat, præcipitur obnubere caput. Summis digitis ſiue ob nauſeam canum, ſiue ob contumeliam fœminæ parcitur; quippe prædæ organum illi fuerant: probrúmque execrabile eſt, manum potêtis ob impunitatis honorem aliena deprædari, quæ cupit. Inde Iehu ſententiæ dignitatem miratus, dixit verſ. 36. *Sermo Domini eſt, quem locutus eſt per ſeruum ſuum Eliam, dicens: In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel, & erunt carnes Iezabel, ſicut ſtercus ſuper faciem terræ in agro Iezrahel. ita vt prætereuntes dicant: Hæccine eſt illa Iezabel.* Si turpe eſt hominem iacere in ſtercore, nonne turpius, ſtercus eſſe? Cur iam ſtercus eſt coniux Regis, cui maritus diuiſit imperium cum qua & vna caro per connubij nexum euaſerat? Ibid. 36.

Vt delicti auctoritas, quam persuaserat, in vilitatis verteretur opprobrium. Hæc caro Regis est, cuius ad fœtorem nares patiuntur, hæc in canum excrementa transiuit, postquam per alimentum fuit in naturam canum transfusa; quippe canis est, qui suæ carnificis indolis honorem reputat, impunè per alienas vites grassari, negatámque substantiam deuorando discerpere. In agrum olerum vineam concupierat Achab suprà: *Da mihi vineam tuam, vt faciam hortum olerum:* habet iam fimum & stercora, quo hortum impinguet, carnem vxoris: non enim inconsultò subditur. *Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel.* O ab hac infami gleba fructus infamior! Si auctoritas agri de pinguedine reputatur, segetúmque corollâ; demete, ô Rex, tui fructum honoris, falcem iniice per pignus vxoris, hæc olera tibi supersunt.

82. Sedenti in stercore Iob, coniux suggerit, quòd Numini maledicat, & obeat, quasi honos esset potentis, ne assentire videretur infamiæ, quam vilitas subsellij præstabat, auctoritatem

Iob 2.8. habere, in Deum iaculare conuitia, Iob 2. vers. 8. *Qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua: benedic Deo & morere.* Cur quæ ad calamitatem filiorum, armentorúmque prædam ouiúmque incendium adhuc tacuerat, vix maritum in sterquilinio conspexit, cùm piaculum admonet sacrilegij? Honoris auida, rerum non putauit iacturam, dum gloria superesset in aula. Vix sterquilinij attendit opprobrium, cùm auctoritatem admonet de delicto, vt Iob excuteret sordes per mortem, famâ robusti, vitámque temnentis, calamitatis infamiam iudicans resarcire, si manus sibi fortes iniiceret.

83. Adeò de inhonestis operibus honor censetur, vt non iniuriam facere putetur iniuria, inertia non occidere, resipiscere ab errore inconstantia. Darius instigantibus Satrapis subsignauit decretum, quo vetaret quidquam expeti nisi à se. Fuitne liberalitatis lex? Imò sic decreuit, non vt potentiam explicuisset in dando, sed vt auctoritatem in negando produceret. Daniel, qui vir desideriorum erat, & quod desiderat quis, precatur; maluit pœnæ subiici, quàm à precibus abstinere. Accusatur de oratorio ambitu circa Deum, Rex à lacu liberare contendit, ne humilem in precibus iuuenem belluis exposuisset superbis. At criminatores obiiciunt Daniel. 6.

Dan 6.15. vers. 15. *Scito Rex quia lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit Rex, non liceat immutare.* Ergo Regi seruitus est edictum, quo vt catenâ illigatur, ne possit vltra resilire in arbitrium. Vix auctoritatem auscultauit decreti, cùm statim adiicitur vers. 16. *Tunc*

Dan. 6.16. *Rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum.* Sed proscriptum iuuenem Rex consolatur: *Deus tuus, quem colis semper ipse liberabit te.* Cur & tu non liberes, impunémque reddis, quem iudicas innocentem? Ne dedecus inconstantiæ subiret, titulum crudelitatis elegit, ratus se cum Deo Danielis potuisse contendere, si de immutabilitatis stemmate non potuisset subsignatam mutauisse sententiam.

84. Naaman, cui attrita caro leprâ candebat, se maluit à Syria exulem, quàm infamem de ægritudinis sorde. Ad Elisæum sanaturus perrexit: at ille ad Iordanis vndas remittit, vt salubri latice lauaretur. Sed qui magis ægrotabat superbiâ, stomachatur ad nuntium 4. Reg. 5. vers. 11. 4. Reg. 5.11.
Iratus Naaman recedebat dicens: Putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Si hæc infirmitas spurcitia est, qualis aptior medicina, quàm vnda: cur chirurgi manum exoptas, cui lymphæ lenitas fiet medela? Inurbanitatis accusauit Prophetam, quasi tempsisset virum, qui post Syriæ Regem erat secundus. Maluit se insanatum, quàm inhonoratum recedere; sensitque sanitatem iniuriam, quæ non de adulatoria comitate veniret. Illuuiem lepræ in flumine diluere recusat, auctorem sanitatis condemnans, qui eius auctoritati detraxit, dum gradum ad Principem non admouit, qui magis amabat honorem, quàm carnis valetudinem inquinatæ. Sic sunt, qui sordescunt in scelere, ne opinionem pœnitentiæ patiantur, qui de nominis claritate vitiorum spurcitias excusant.

Principis ingeniosa petitio vrbanum est artificium violentiæ; quod rogat extorquet, torquet quem rogat.

SECTIO XV.

CVM qui potest extorquere, rogat, quod potest, precibus vtique deprædatur. Satis Princeps iubet, quod rogat; solùm modum obtinendi mutauit, qui aliâ semitâ causam egit. Sub specie muneris à popularibus stipendia quæruntur. Si ciuium liberalitas est, cur plectitur in ære, qui negat, cogitúrque subscribere in calculo, quasi debitum sit donatio? Supplex petitio Principis nouum inuenit vectigalis ingenium, ne sibi blandiatur imperium, quod adhuc sciuerit coëgisse tributa. Caueat à supplicatione, qui præest; tot iussa dedit, quot in rogando, verba erogauit. Aurata violentia est, precum manibus aurum euellere, vltroneáque munera indicere, quæ dicto, non opere, largientis voluntatem exquirunt. Non sponte dat, qui à potente rogatus; etiam cùm dedit, maluit negare. 85.

Holofernes visæ pulchritudinis stimulis agebatur. Aduocat eunuchum in cupiditate lenonem, ferréque preces iubet, vt fœmina votis postulantis succumbat vers. 10. *Vade & suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum.* Cur in transfugam, quam sub manu allæque in penetralibus habes, non palam declaras imperium, nec iubes thalamum, sed precaris? Bene percalluit, idem esse potenti petere & cogere, sicut appetere & extorquere. Vt benignior esset lasciuia, mollitérque inciperet tendere gradum, blando petitionis pede prætentat, ad libita traxisse puellam, sub postulationis cute libentem, sed in medulla imperij coactam. Molliter adulatur Iudithæ, ne impetus rigor acerbaret puellam, qui vt ad thalamum maturaret, efficaciora iussa sub specie petitionis explicuit. 86.

Mittit nuntios Dauid, vt diuitem Nabal, de cuius gregibus amictus vellere apparebat Carmelus, 87.

melus, in cibaria militum dona rogarent 1.
1.Reg.25.8. Reg.25.verſ.8. *Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus; quodcumque inueneris manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo David.* Negat ille; quod carnium epulum ſuis tonſoribus præparauerat, quot ſegetes in panes decoxerat, ſe daturum ignotis. Quid
Ibid.v.13. tunc Dauid? verſ.13. *Tunc ait Dauid pueris ſuis: Accingatur vnuſquiſque gladio ſuo. Et accincti ſunt ſinguli gladijs ſuis, accinctúſque eſt & Dauid enſe ſuo: & ſecuti ſunt Dauid, quaſi quadringenti viri.* In quem, accinctum gladio cietur agmen? In Nabal, qui renuit concedere poſtulata. Sed ô tu inter Iſraëlitas potentior: ſi petis, iam audiiſti negari, arbitrium conceſſiſti, cui miſcetas preces. Si tonſas oues deprædante manu iterum deglubere contendiſti, cur diuitem paſtorem rogaſti? O! petitio potentis eſt, qui vnum reputat, & linguâ verba precationis producere, & manu gladium ſtringere, ſi negetur. Poſtquam peteret, impetit, poſt explicita vota minatur; idem fuit Regi ſe in vltionem accingere renuentis, ac ſibi poſcere, quod libebat.

88. * Iacobi luctam Oſeas referens ſic ſcribit c.12.
Oſee 12.4. verſ.4. *Et inualuit ad Angelum & confortatus eſt: fleuit & rogauit eum.* Vnde rogauiſſe cognouit, cùm potius ſuo pugili ſe violentum oſtendit, qui poſtquam viribus præualuerat, quietem certaminis Angelo non conceſſit: dixit enim cæ-
Gen.32.26. leſtis athleta, Geneſ.32.verſ.26. *Dimitte me: iam enim aſcendit aurora.* At ille recuſat: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Qualis hæc indoles rogationis? Non dimittere, vt benedicat, & quòd benedicat, rogare? Verùm ſi Iacob potentiorem Angelo ſe in puluere explicuit: quid quòd de potentium ſtylo, cùm violenter coëgerat, rogauiſſe putetur? Idem fuit & rogare, & vrgere: quia tunc ſolidis viribus excellebat. Quod erga Prophetam fuit ſupplicatio, vt comminatio in Geneſi recenſetur; quippe de victore agebatur, & Imperatore certaminis, qui adhuc cùm expoſcit, minatur; quippe orantis votum vis eſt certiſſima largitum.

89. Herodias poſtquã modularis ſaltibus laſciuie-
Marc.6.22. rat, audiuit à Rege, Marc.6.v.22. *Pete à me, quod vis, & dabo tibi; & iurauit illi: Quia quidquid petieris, dabo tibi, licèt dimidium regni mei.* Caput Ioannis expetit illa. Triſtatur Rex, & ad capitis amputandi palloremp allet & mœret. Quis te cogit, o de innoxio, alienóque iugulo liberalis, Baptiſtam cædere, concederéque pellici pariter & hiſtrioni? Nonne Regis eſt negandi, ſicut dandi poteſtas? Sed vna caro meretricijs nexibus cualerat cum puella; ſibi credidit negauiſſe, ſi ſcorto negaret. Fallus eſt violentiam in prece, quia fœminam de Regali indole reputabat, qui ſe in fœminam transfuderat per concubitum.
Ibid.v.26. Conſidera ſeriem verborum, verſ.26. *Et contriſtatus eſt Rex: propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtare.* Si Rex contriſtatur, ne det; quid intererit contriſtari puellam? Nonne lætitia Regis præponderat meretricis triſtitiæ? Sed magis in ſua pellice contriſtatur, quàm in ſe; qui magis, quàm in ſe, in amaſia viuebat. Ergo de Regis ſtylo fœminam cenſuit, qui cùm ſupplicat, infert vim.

90. Ieremiam expetunt Principes ad perniciem, ſupplicationiſque libellum depromunt, vt tribunalis rigor preces in neceſſitatem pœnæ con-
Ierem.38.4. uertat. Ierem. 38. verſ. 4. *Et dixerunt Principes Regi: Rogamus vt occidatur homo iſte, &c. Siquidem homo iſte non quærit pacem populo huic, ſed malum.* Actum eſt de Propheta, ſiquidem Principes rogauerunt. Conſidera precum ſtylum: de iudicij ſtrepitu venit. Si meretur mortem, non roges, ſed interroges Magiſtratum. Lex non nititur in precibus, ſed in cauſa, quæ poſtquam ſub conceptis verbis *vti rogas* lata eſt, non rogari patitur, ſed compleri. Supplicium impendet conuicto reo: poteſt quidem rogari venia, ſi benignus preces indulgeat: ſuperuacuum eſt, pœnam poſt criminis inſtrumenta rogari. Sed Principes erant, qui, vt precando cogerent, non vt largitorem, ſed vt iudicem tractauerunt, cui dant cauſam, & liberalitatis materiam accuſatorio produxerunt ſtylo; ne arbitrium relinquant, ius interpellant. Quid tunc Rex Sedecias? verſ.5. *Ecce ipſe in manibus veſtris eſt: nec enim fas eſt Regem vobis quidquam negare.* Solùm Ibid.v.5.
nefas eſt, legem tranſilire, quæ iubet; precem quæ non iubet, cur non fas erit? Sed qui poſtulationem in legis indolem tranſtulerunt, precémque quaſi libellum criminis fulminarunt, nefas eſſe reputant non admitti. Sed ſi Rex negare non poteſt vota potentium; quomodo infimi præualebunt? Regis poteſtas eſt legem derogare, quam cenſuit, verùm ſi rogari patitur à Principibus, legi ſe ſubiicit petitionis, etſi à iuris legibus ſit immunis. Vrget plus petitio, quàm ſanctio. *Ecce ipſe in manibus veſtris eſt.* Cur tam ſubitò iam in Principum manibus eſt Propheta? Quoniam illicò plectit, qui petit, ſi petita negentur, ad linguam deprecantis manus ſuccedit; quippe vis reſidet in hoc organo. Ergo, ne in Regem qui rogarunt, ſæuirent, donum iam in manibus erat, quod ab ore concedentis tranſilijt.

Abſalon Dauidem popoſcit, vt poſt tonſas 91.
oues conuiuium fratribus, ſéque genitore honoraret, cui pater inquit 2. Regum 13. verſ.25. 2.Reg.13.
Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. Cùm autem cogeret eum, & noluiſſet ire, benedixit ei. Cur currente periodo velox ſic mutatur ſtylus? rogauerat ille, & dicitur coëgiſſe Filius patrem, ſubditúſque Regem ſic cogit? Diadematis futuri fuit pignus: Abſalon pro patre regnabit, cuius ſupplicatio violenta eſt. Simulabat ſe petere, ſed cogebat, dum ſibi ſucceſſionem regni augurabatur. Sed qui ad epulum non patrem, ſed Amnonem ambiebat, remiſit facilè precis inſtantiam, dummodo ſecum fratrem dimitteret, verſ.26. *Si non vis venire, veniat, obſecro,* Ibid.v.26.
nobiſcum ſaltem Amnon frater meus. Cui ille: *Non eſt neceſſe, vt vadat tecum.* Si rogat filius, cur obiicit pater neceſſitatis defectum? Neceſſitatem non ſubit, quod contingere poteſt, nec vim explicauerat, qui rogabat. Agnouit genitor, ſic filium ſuperbire, cùm peteret, qui ſyllabis ſolùm ſe diſcreuerat à violentia; vt neceſſitatem induceret ad rogata. Sic accidit. Vix enim pater deſiderium deprecantis diuertit, cum ſubditur,
verſ.27. *Coëgit itaque Abſalon eum, & dimiſit cum* 2.Reg.13.
eo Amnon, & vniuerſos filios Regis. Adnota illud: 27.
Coëgit itaque. Optima illatio, poſt deprecationem coactio. Cur vniuerſam ſobolem iam in vnius Amnonis licentia Abſaloni ſatisfacto concedit? Timuit genitor, ne & ſe pariter precum impetu, agmineque traheret ad conuiuium.

Improba consuetudo, delinquendi impunitas est; delictorum legifer; mos; quæ increbuit iniustitia, inoleuit pro iure.

SECTIO XVI.

92. HÆc vna lex peccatoribus insidet, consuetudo. Ne improbus sine lege peccaret, de volumine sæculi vsus pro sanctione profertur, qui non excuset, sed & quasi sanctificet, quod delinquitur. Vndantis comæ luxus verberat aures, capitisque plicati cincinni vestire properant ora pro mento; gradus mollis suspenditur in incessu; gemma in articulis digitorum splendet; longiùs rotundum serici voluminis orbem ambulans fœmina præmittit, quam pedes; potentes, qui erubescunt à thæda, in quadriga feruntur; patrimonium, quod sensim congesserat genitor, vnum epulum deuorauit. Legitimum à mundialibus creditur non aliá fide, nisi quia vsus fert; & tamen, licèt mutetur vsus, vitia perdurant: quoniam & vsus est, quòd quantumuis mobilia sint vitia, & iniquitatis dissidentibus votis, pellunt inuicem, & fugantur; tamen misera consuetudo inoleuit, vitia non perdere, sed variare. Hominum opera mores dicuntur, quia mos instruit, quid opereris.

93. Furari castitatem Iudithæ studet salacissimus Holofernes, & vt abutatur puellá, vsum in aduocatorem compellat, v. 10. *Vade & suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum: Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat.* O religiose morum, sed religiosior libidinis cultor, sic incestum iustificas, & totis gentium legem commaculas, quæ transfugam immunem conseruat, quoniam sic viuntur Assyrij? Consuetudines vsúsque longæui non vilis auctoritas est; sed non vsque adeò sui valitura momento, vt aut rationem vincat aut legem. Sed rationis experti Tyranno pro ratione illecebra est, vsus pro illecebræ excusatione. Per tramitem, quem præeuntium aperuere vestigia, in vitia solemniter itur; quasi virtus nobilissima sit, sequi peccantes.

94. Post connubium initum cum Rachele lippiens soror supponitur pro venusta; velut si pulcherrimæ dos, prius viro oblatá fœminá deformi, daretur, quàm legitima coniux. Nocturnum dolum Iacob conqueritur, accusátque socerum de crimine falsi, Genes. 29. vers. 25. *Quid est quod facere voluisti? Nonne pro Rachel seruiui tibi? Quare imposuisti mihi?* At ille respondit intrepidus: *Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias* Quid ais, ó infœlix astutia? Sic fraudem iustificas de innocentia? Si semel fraus est, quid quod loci dicatur calliditas? Imò fraudulentior vocaberis, si inolitum vitium climati regionis adtribuas, vtpotè cui pro natura generis, dolus inhæsit. Adeò transiuit vsus in malignitatis naturam, vt loci, in quo genitus erat, indolem dixerit esse fraudem. Scite [illegible] fuerat Iacob: *Quare imposuisti mihi?* Cui socer decepisse non negat; sed ad vsum vt patronum confugit? Benè fraudem esse fatetur, sed delicta gentis non sine lege indicat

Gen 29,25.

perpetrari, quam liberè tulit consuetudinis sanctio. Sed ó improbe legum interpres, vsus te fefellit, dum tu generum fefellisti. Vide quid dicat: *Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.* Si tradere ad nuptias minores, consuetudinis loci non est, vtique non erit de minoribus facere nuptias. Ergo in consuetudinem deliquisti, qui conuiuio teste, nuptialíque apparatu amicorum, heri connubium celebrasti Rachelis suprà vers. 21. *Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit nuptias.* Sic abutitur vsu; qui vmbrâ consuetudinis scelus obnubit, & vt se protendat in vetita, de consuetudinis specie subdolam excusationem prætendit.

95. Si vsus te, ó Laban, erudiuit in fraudem, altera consuetudine te Rachel supra pulchram astuta decipiet. Expecta. Idola paterna, aureósque penates religiosa amouerat filia; vacuos lares doluit Laban, sequitur idolorum prædonem generique sui scrutatur studiosus tentorium. Non genere, sed genus, nempe genita filia rapuerat, cuius ille ingreditur examinaturus cubile. Quid tunc Rachel? Ne furtum in manibus inueniret, sub pedibus tegit, subter stramenta cameli. Perfidiæ simulacra nunquam religiosior conculcat, sedétque desuper, nec irreuerentiam iudicat genitoris, abscondere ei Deos, vt in Deum euaderet reuerentior, Genes. 31. vers. 35. *Ne irascatur Dominus meus, quod coram te assurgere nequeo; quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi; sic delusa solicitudo quærentis est.* Compara nunc consuetudinem consuetudini. Labani legitimum maritum Rachelis ob inolitæ consuetudinis speciem, suppositâ pro coniuge Liâ, turpiter mentitus delusit: erudita est à genitore Rachel, excusare consuetudine fraudem, quæ, vt vlcisceretur suppositæ sororis delictum, subtus stramenta supposuit idola, auctoritatéque simili consuetudinis, non se deliquisse probauit, cùm nec ad patris surgit ingressum, nec reddit simulacra petenti.

Gen 31,35.

96. Sic apud mundiales inualuit, qui inuariatis vitiis consuetudines variant, & inter se aduersantia delicta, ex diuersis vsibus iusta probant. Aliquando vnum vitium quasi flamma sub cinere obliuionis latens quiescit, alterum vbique exercetur. Tempestas aliqua tulit, quòd tot sint adulteri, quot vxores; aliqua, quòd bellorum ardeant incendia, quod ebrietas ludus, seu vrbanitas sit, quòd muliebres mundítias viri præsumant, & de meretricium phialis vngantur iuuenes & comantur. Desuescere solent peccata vetera non virtutibus, sed recentibus culpis. Iniquitatum genus vsus decernit, reproducit aliquando, quæ emortua, aliquando noua producit; omnium autem licentia auctrice consuetudine habetur. Tempestas criminum tribuitur tempori, non personis; tempus ferre dicitur, quod cupiditas.

97. Cur incudes gentium, malleique sacrilegi ab idolorum multitudine non desistunt, fingitque Numina quæque gens tam facilè vt infringit metalla? hîc Venus colitur, illic Mars, alibi deuouetur Saturno, alibi Mercurio pennato, huic aræ insidet Æsculapius, alij Iani duplicata figura; pluriésque à regione pristina Numen deportatur in aliam, mutantúrque pro libidine Dij; communes adlegantur in proprios, propriíque relegantur in exteros. Meditare à quo idolola-

mia

mia ſumpſit originem, vtique à conſuetudinis documento. Sapientiæ 14. v. 16. *Interueniente tempore conualeſcente iniqua conſuetudine hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & Tyrannorum imperio colebantur figmenta.* Si ſculptilia, fuſiliaque ſimulacra conſuetudo progenuit, ſine patre quidem vtpote ſpuria, & è luxus vago concubitu; quod quid cuique genti proprium adoretur figmentum, & pro varietate peccandi idola ſuccedant. Obſerua illud: *Hic error tanquam lex cuſtoditus eſt.* Si lex eſſet, non ſic cultores ſacrilegi cuſtodirent: ideò etenim peccat iniquus, quia præuaricando legem tranſgreditur. Sed qui legi non paret, obedit libitò conſuetudini, vtpote quæ patrocinatur delicto, fauétque deliciis obedientis, dum iubet; legem quippe habere præſumit, qui vſus improbi auctoritati deferre nititur, cùm delinquit.

98. O miſerum ius, quod diſcolis iniuſta iuſtificat, & in legem æternam diuturnitate iniquorum morum contendit. Gentes in Samariam tranſtulerat Rex Aſſyrius, quæ vt à leonibus, quos in idololatriæ ſupplicium Dominus miſerat, ſe defenderent, popoſcerunt à veri Dei cultoribus erudiri. Acceſſit Sacerdos, vt myſteria ſacra doceret: illæ autem confuſis aris, cœli verum Numen cum fictilibus Numinibus confudêre, ne idololatriæ conſuetudinem abolerent 4. Reg. 17. v. 33. *Et cum Dominum colerent, Diis quoque ſuis ſeruiebant, iuxta conſuetudinem gentium, de quibus tranſlati fuerant Samariam.* Idem poſtea repetitur v. 40. *Sed iuxta conſuetudinem ſuam priſtinam perpetrabant.* Quæ conuentio lucis ad tenebras? Quæ Chriſti ad Belial? Quæ Dei inconflatilis ad ſculptile? Si Deos colitis, cur & Deum, qui non patitur in altari conſortium? Iniurioſiores Numini eſtis, qui ei contubernalia adiicitis ſimulacra. Aſt tot conſuetudines, quot idola colebant, æternam legem, nequitiæ inueteratam conſuetudinem reputantes; quam vt veri Dei titulo mordicus inſignirent, veruum Deum fictilibus aſſociabant. Quoniam non ſine Deo ſe incedere probat, qui non ambulat ſine lege; legem nuncupat, improbam conſuetudinem improbus.

Verſ. 12. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate.

Graditur pedetentim tentatio ad culpam: non ingruit tota ſubitò, ſed ſublabitur, vt ſub honeſtatis ſpecie perdat incautum.

Sectio XVII.

99. Leniter influit vnda peccati; quæ ſtilla inceperat, tractu temporis gurges fit. Non illicò prouocatur ebrietas, vinum prius colore blanditur, qui non vini caput obtundat, ſed oculos propinet ad vitium, dum molliter guttur adulatur, temulentum reddidit de libante. Sic vitia ſunt: non ſe tota publicant, ſed per gradus, in proceſſu conualeſcere noſcunt vt facilitate bibendi obruant caput, cuius tantùm labra rigabant. Vt ſint ad perniciem promptiora, tardè ſe dant, ne celeritas oblationis cladis ſuſpicionem iniiciat. Leniter deſcendunt, non cadunt, ne ſtrepitu terreant volucrem miſeram, quam ineſcant. Ideò ſuggeſtio criminis nuncupatur *tentatio*; quippe tentando graditur, & vt tenebroſa eſt, neſcit ſuper vmbras currere, dum ſe immittit.

Eunuchus qui ſe aiebat Holofernis lenonem, vt Iuditham ad illecebram prouocaret, ſic ſermonis artificio adoritur, verſ. 12. *Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate.* Non obediſſe dixeris iuſſis Domini famulum ſtudioſum. Præceperat ille: *Vade, & ſuade Hebræam illam, vt ſponte conſentiat habitare mecum.* Sub habitationis honeſta voce inhoneſtum accubitum concupiuit; quaſi fœmina per thalamum, laſciuientis viri, extraneique corporis habitaculum fiat in vxoris officium, quæ ab exordio ad conſuetudinem inquilini mariti ædificata dicitur, quà producta. 100.

Cur Vagao ſubſiluit torum, nec libidinem declarauit, ſed tantùm laceſſiuit ad epulum, & de triclinio Principis honorem retulit, & fauorem? Gen. 2. 22

An quia laſciuiæ prologus vinum & eſca eſt, reliquæque, quæ cadunt de menſa, in amplexus cadere meretricios? Vt fœliciùs ad piaculum perſuaderet, pietatis & vrbanitatis elogio vitium, quod parabat, obtexit, ne ſi illicò impudicam proderet voluptatem à caſta fœmina temneretur. Non ſine apparatu libido procedit, præmittit famulorum obſequia, quæ honeſtatis blanditiis ſequenti in vltimo loco luxuriæ aperiant ſemitam & ſternant, ne ſi in prima fronte procacitas libidinis iret, impudico vultu terreret.

Sororem adamabat Amnon, ne generis cognatione contentus, membra, quæ ex eiuſdem genitoris renibus natura diuiſerat, per inceſtum coagmentare cupiuit, intendens nexibus aſſuere illecebroſis ſectionem carnis, quam origo præſtiterat. Timet, ſi ſtupri cupidinem pandat, fortem concubitus amiſſurum. Ergo iacet in lecto, faſtidium ſtomachi dolet, nauſeamque ſimulat, pulmento, quod manus fœminæ condiuiſſent, ex bonitate edulij curandam. 2. Reg. 13. verſ. 6. *Veniat, obſecro, Thamar ſoror mea, vt faciat in oculis meis duas ſorbitiunculas, & cibum capiam de manu eius.* Cur hic fieri ſatagis de cubiculo focum, de ſororéque nobili coquum, quaſi obſonio non fidas, quod manus extranea, latéſque non viſi condierint? Pulchram appetebas, non cibum, qui cibum procurabat à pulchra: qui dormitorium lectum, in lectum coniugalem conuertit, vt non illicò ſe illegitimè dormiturum oſtenderet, qui legitimam eſcam ambiebat. Vides verſ. 12. *Cumque obtuliſſet ei cibum, apprehendit eam, & ait: Veni cuba mecum ſoror mea.* Cur non dicitur, apprehendit eum cibum videlicet, quem obtulerat, ſed *apprehendit eam*, ſororem, vtique, quæ non ſe obtulerat inhoneſto? Quoniam iam cibus ſuum peregit officium, qui in exordium libidinis fuit electus. Fecit de miſericordiæ penu atrium delicti, vt ſub pietatis larua tegeretur piaculum, nec ſubitò ſe oſtenderet, ne fœminam pudicam fugaret. Ingreſſa 101. 2. Reg. 13. 6. 2. Reg. 13. 12.

fuerat

facrat in cubiculum virgo, sed egreditur mulier, postquam fuit in sororem ingressus frater, qui non solùm cum illâ, sed & in illâ habitare studuerat. Sic non in hominem tentatio subintrat, quæ priùs sensim & ægrè se mouet: homo est, qui impatiens moræ in tentationem velox ingreditur, quæ adulatoriis blanditiis illexit iuuenem, non apprehendit. Attendistine? *Apprehendit eam*; quippe nisi brachium iniiceret, solida pulchritudo stetisset. Sic consulit Dominus,
Marc.14.38. Marc.14. vers.38. *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro verò infirma.* Cur non instantibus precibus obsecremur, ne in nos tentatio subintret? intrare siquidem est arbitrij, vestigiorum labor pedumque gradientium mobilitas. Quid faciliùs, quàm figere gradum, nec vrgere crura ad ingressum? Homo, qui stat, potest obsecrare, ne cadat; quid opus imprecari, ne ambulet? Sibi arbiter est, ne subeat tramitem, quem non vult. Imò in hoc precibus incumbendum: tentatio enim ab immobilitate ducit exordium, non in ostio se figit, sed in penetralibus hæret; atrium stragulis honestatis sternit, variat floribus de campo virtutis; latet coluber sub virore; qui pedem immisit, immoto reptili, in aspidem introiuit. Si intrare peccare est, speciosæ portæ in suis cardinibus altè permanent solidatæ. Spontè cum crimine habitare censetur, quod formam honestatis exhibuit, vt stolidi pedes penetrarent securè. Inde dixerat Holofernes: *Suade Hebræam illam, vt sponte consentiat habitare mecum.* Vltroneus est gressus, qui à domus elegantia nitoréque admonitus per concessa labitur in negata.

102. Gen.4.7. Sic fatur Dominus ad Cainum, Gen.4.v.7. *Cur concidit facies tua? Nónne si benè egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Si semel perpetrauerit malum, non post iniquitatis incessum, peccatum successit ad portam; potiùs ad ianuas in eo offendit, qui offendens Deum, in criminis penetralia se dedit. Plena succo sententia est. Nondum se peccatum proiecit in fores, donec homo per sceleris ostium subintret; potiùs de virtutis specie constabat atrium, personatáque rectitudinis formâ alliciebat intrantem. Peccator ingressus illud illicò emisit ad fores, retexit laruam, integramque domum de vestibulo cubilibúsque constantem, futilè criminis demonstrauit. Ideò subditur: *Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.* Cur non appetitus tuus, sed eius? Quoniam verè te appetit; at non vtique te impetit, sed te petit, aureáque figurâ te ambit; verùm sub te est, non tu sub eo, nisi admoueas gradum & intres.

103. Matth.16.18. Matthæi 16. v.18. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Quid quòd non præualeant portæ, si hostes interiores præualeant, dæmonúmque agmina, quà data porta, ruant, & ad iniqui classici sonitum irruant in Ecclesiæ perniciem? O optime! Scelerum portæ timendæ sunt præ hostilibus turmis; quippe confinem virtutibus obiiciunt figuram, luménque æquitatis in iniquitatis limine ostendunt, vt per splendoris fidem sensim in orbatas lumine flammas fiducialiter intrantes immittant. Meritò portas inferi dicas vestibula inaurata vitiorum, quæ vestigia prouocant ad ingressum, non calcaria mouent ad cursum: quippe vt quis currat, campus est, ianua, vt lentè ambulans intret; nec tumultuariò vitia compellunt, sed patulis ostiis, & planum promittentibus, motum instigant.

1.Corinth.15. vers.56. *Stimulus autem mortis peccatum est.* Quid immobilius morte, cui nec æneus pes accidit ad incessum, cui nuda ossa, cui per cineres denexa compago, nec crura poplitibus fibulata, nec assuentibus neruis organa vestigiorum continua? Sanè sedens describitur, non incedens, cui equus pallidus est pro situ, vt velocis bruti celeritas sub sedentis grauitate & inertia non cursum exprimat, sed pallorem, 104. 1.Cor.15.56.
Apoc.6.v.8. *Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi, mors.* Cui vsui stimulus ad currendum, siquidem defecerat mobilitas vitæ: Et licèt ilia feriat calcaneus, vulnere respondebit, non motu? Ita est. Mortale vitium non pedibus ambulat, sed aspectu: se tantùm ostendit arbitrio sub vitæ figura, peccator secum stimulum portat, non vt mortem faciat currere, sed se ad mortem. Apoc.6.8.

Vers. 13. Cui Iudith respondit: Quæ ego sum, vt contradicam Domino meo.

Vers. 14. Omne quod erit ante oculos eius bonum, & optimum faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.

Obsoletus in vitiis nomen & figuram bonitatis ignorat, de alieno ei climate virtus est.

Sectio XVIII.

Eo furor in peccatoribus exoletis processit, vt qui sensum boni amiserunt, in pessima ducant arbitrium, nec etiam de nomine bonitatem agnoscant. Mali optimós iudicant, qui nequiores; quibus voluptas sceleris non priùs in fructu, quàm in scelere est. Hi pro virtutum syllabo sibi imprimunt vitiorum elenchum, qui si quando viderint boni figuram, quasi ad horrendum monstrum, ignotúmque spectrum fastidio oculorum ægrotant. Nullus est artifex, quem suus error ad dolorem non tangat; nauclerus, si clauum amiserit, dedítque carinam in syrtes, errasse se mœret. Si ignauia patroni post orationis stipendia, reus perdidit causam, erubescit orator. Si medicus inuenit cadauer, cuius ad medelam, pulsum tetigerat, non sustinet funus comitari defuncti; & tamen peccator in suo crimine delectatur. Quoniam illis sua insederat ars, hic nec vocabulum virtutis admisit. Quàm læto terit pede, qui proximi famam contriuit, qui stupri ingenio de virgine mulierem effecit, de alienáque coniuge partem sui. Non modica eis virtutis est portio, qui saltem sciunt, postquam patrauerunt scelera, esse virtutem: quibus autem forma bonitatis notissima, quasi in alieno climate degat, peregrina & inuisa est, 105.

nescit

nescit de malè gestis dolor obrepere; quippe non diiudicant, quid sit bonum.

106. Iudith eunucho mutanti ad delicias impauida & secura respondit vers. 14. *Quæ ego sum, vt contradicam Domino meo? Omne, quod erit ante oculos eius bonum & optimum, faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.* Quid audes, ô fœmina? Nimium te in licentiam Holofernis effundis. Si casta es; nec licet adulari castam; neque mentiris: si impudici te voto prostituis, causam strenui facinoris amisisti. Placebit tibi, quod placebit Tyranno? ergo iam scortaris suffragio, antequam lecto. Sed ex indole nequissimi Ducis elusit ingeniosè lenonem. Nunquam succumbet fœmina, quæ assensui thalami impossibilem conditionem apposuit. Solum se deuouet parituram in eo, quod bonum & optimum Holofernis oculi videant. Quando bonitas Duci placebit, puella placitis indulgebit. Verùm impossibile est, quod procacis & improbi lumina in bonum intendant, quod de facie non noscunt; quòd placeat illi bonitas, cuius impos. Spes nunquam infringendi pudoris fœminæ castissimæ insedit ex desperatione boni in Tyranno. Tam longè aberat à boni notitia, vt & miraculum esset, si quòd optimum erat, tantùm boni vocabulo nuncuparet. Quare sapiens fœmina, rectitudinisque perita, momentaque bonitatis edocta, quod ipse tandem dixerit bonum iuxta trutinæ iustæ censuram, illa optimum appellabit. Quare obseruas dixisse: *Hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ.* Cur in superlatiuum extulit bonum, quod fortè dixerit Holofernes? Quoniam nisi ex pondere & cumulo bonum nobilissimum crescat, insipidus Dux vix bonum poterit appellare. Sic aberrat improbus in iudicio.

107. Isa. 5. 20. Isaiæ 5. vers. 20. *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Cur diris plectitur, infaustisque imprecationibus deuouetur grauiùs, qui dixerit, quàm qui fecerit? Error est styli, in dialecto delinquere: vapulet ferulâ tyro iste, qui vocabula mutat; si adolescat in schola, proficiet, non sic à salute ingenij desperet, nec patibulum subeat, quem satis sua inscitia castigat. Imò iniquitatis metam excurrit, qui lōgius malitiæ propugnauit spatium. Satis est latè patens campus vitiorum, improbitatis regio per optimam vniuersi partem extenditur, quam nec freta concludunt, nec diurnæ lampadis cursus exuperat. Qui bonum tractat, & exambit vt malum, iniquitatis situm dilatat, adeóque nequitiæ pennis peruolauit latitudinem peccatorum, vt in exteras bonitatis prouincias agitante cursu diuertat, oculorúmque consuetudine in malum, malum etiam reputet, quod est bonum. Ergo consummata iniquitas est, bonum non noscere, sed malum dicere, quod est bonum, vt pro malo perpetret bonum. Vnde subditur; *ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Agit cum tenebris, vt cum luce, cui curta est ad commercium facinorum longa dies, & soporis procurandi momenta inquietudine fœnorum officiosâ fatigat, vt & exigat vsuras à luce, dum reliquias noctis ad nundinas diurnarum assumat. Agit cum luce, vt cum tenebris, qui scortatur in Sole, meretricisque amplexibus meridianum splendorem obducit nec surgente aurorâ resurgit, sed adhuc iudicat esse noctem. Sic isti temporis arbitri, syderum stationem reformant, Lunamque diei, noctique Solem adscribunt criminis artificio. Verùm cæco non dissidet temporis forma, qui noctem nisi à gallo non sentit, nec matutinam lucem nisi à ientaculorum præconibus.

Postquam idololatriæ effigies viderat vates, quas de granis Sabæis Sacerdotes suffitibus vaporabant, audiuit a Domino Ezechielis 8. v. 13. *Adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas isti faciunt.* Quid peius idololatria est? Subdit vers. 14, *Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem,* Sceleratius ne est, quod fœminæ passis crinibus, querulisque singultibus formosi iuuenis doleant cædem quam quòd Sacerdos simulacris thura succendat, immotisque idolis quem debebat Numini, poplitem vertat? Dolor pœna solet esse, non culpa; imò excutit lachrymas pœnitentia, pallidusque vultus & fluidus, quæ austeritatem amat, virtuti datur. Verùm grauius est Adonidem defleuisse, qui de genarum flore, illecebrasque oculorum implebat thalamos scortantibus. Dolor vtique mali est qui malum perdidisse sic dolent, quasi occumbente malo amiserint bonum, à fiducia boni desperant. Poterit idololatra bonus fieri, qui nondum ad idoli casum sic fleuit. Qui mœret extinctum lasciuiæ fomitem, lætabitur vtique, si redierit; lætari autem in malo, extrema deportatio est à bono: quippe virtutis stipendia transeunt in obsequium vitiorum. 108. Ezech 8. 13. 14.

Postquam infandos quorundam hominum mores sapientia prædixerat, vt Domini pietatem extollat, sic adnectit Sapiens. 12. vers. 8 *Misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent.* Est post aliqua: *non ignorans, quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio eorum in perpetuum.* Cur in his malitia dicitur naturalis, cùm natura prouida nunquam erret, sed delictum sit ab arbitrio? Sanè, sic iniquitas à Philosophis, quid sit bonum, succurrent: Bonum est, quod à se impetum animi secundùm naturam mouet: & ita demum petendum est, cum cœperit esse expetendum. Qui ergo malignitas à natura, quæ suopte impulsu pulsat ad bonum? Ea est rebellis iniquorum improbitas vt si in bonum aliquando deflectant, appetant in illo mali figuram, alliciuntúrque cortice, si nequam est, nec descendunt ad medullam, quia bona. Ergo naturalem reddunt malitiam, qui rectæ naturæ conatum eodem impetu dirigunt in mali cupidinem, quo nititur in bonum natura. Luminibus læsi lædunt obiecta: radiisque ocularibus falcinant speciem virtutis de veneno vitiorum. En cur adiicitur: *Quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.* Cur nobilitas denegatur arbitrio quod potiùs solet vertigine laborare? Quoniam nequit resipiscere à volitis, cui eadem iugiter superest cogitatio: nec potest cogitare de bono, qui in bonum non tendit, nisi malum esse delusus. Cur tam improbo hominum gregi non vrsi, non angues, non ærei bellatores, sed vespæ à Domino in excidium parantur: *Misisti antecessores exercitus tui vespas.* O bene! Ab apibus dissident vespæ, quoniam his nec Reges, nec examina sunt, nec thymo pascuntur, nec dulcia florum viscera tan- 109. Sap. 12. 8. Senec. epist. 118.

gunt.

gunt, quaſi inuidæ boni ſaporis, ſed muſcas amputant, ſpretóque capite glutiunt corpuſcula, ne quid boni noſcant, rectitudinem regni, ciuium conſortium, pabuli bonitatem: Ergo à veſpis peſſimi perimuntur, vt muſcæ, quæ & mel inquinant, ſi delibent. Non potuit ingenioſior clades accidere, vt ferant pariter diſciplinam & pœnam, à terebris, aculeiſque veſparum transfixi, quibus nulla boni cognitio eſt, ſed paſcuntur ſordibus pro deliciis.

110. Isaiæ 40. 1. Nec diſtat Iſaias cap. 40. verſ. 1. *Conſolamini, conſolamini populo meus, dicit Deus veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem & aduocate eam: quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius.* Quale genus ſolatij, compleuiſſe malitiam? Qui vacuitatem vanitatis compleuit, ſeſéque ingurgitauit in ſcelera, nec ſupereſt quid delinquat; vt veſtigiis pœnitentiæ retro verſis redeat ad lucem, ſpatij immenſitate terrebitur, gradum illi comprimet deſperatio, qui vt à vitiorum voluminibus ſurgat, profundos fluctuum montes, quos cadendo ſuper ſcapulas iecit, debet, vt emergat, reuellere. Imò ſolaminis eſt auſpicium quòd malignitatis fines inuenerit, ad bonitatiſque confinium attigerit, quam alius eſſe regionis agnoſcat: ſiquidem qui improbitati funditus ſe deuouit, abſque termino illam producit, & ſi fortè ad bonum appulerit, deuorat ſub mali fiducia. Ægrotus quemque cibum ſimili ſapore reſpergit, non ei diſſidet fel à melle; quia in palato, quod inuaſerat ſaucius humor, ſecum iugiter portat guſtum. Si aliquem admiſerit pupilla colorem, otioſa eſt lux, quæ pingat obiecta. Niſi profuiſſet diſſimilitudo figuræ, eiuſdem qualitatis viſa cenſeret. Iniquus & in guſtu, & in oculis æger eſt: non diſcernit bona, quæ cernit, felle criminis, quidquid capit, inſpergit. Non ſic eſt infœlix, qui compleuit malitiam; in tuto eſt, quia incipiet de coloribus iudicare. Vnde vna periodus fit: *Completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius.* Quis crederet in tam breuibus ſyllabis, malitiæ & veniæ vinculum tam ſtrictum? Sic oportuit: nam qui malitiæ ſpatium cucurrit, nec hæret in termino, gradum opus eſt ad tramitem boni ſecundet. Nec par eſt quòd ſi iniquitatem gradiendo dimiſerit, non ei dimiſſa iniquitas prædicetur.

Verſ. 18 Et dixit Iudith: Bibam Domine, quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis.

Per honeſta opera cenſetur ætas; per ſtrenuè facta computantur anni non iam labiles ſed conſtantes; ſæcula per egregia facinora.

SECTIO XIX.

111. SI viuere eſt agere, generoſior actio illuſtriorem vitam producit. Sæcula vixit, qui vno momento opus per ſæcula duraturum patrauit. Si fata ſatagis propagare, non de diuturnitate conſulas aſtra, nec de præſidio pabuli exaggeres incrementa viuendi: age honeſtè, fortiter & prudenter, arbiter temporis eſto tui. Cur Sol ex diurna luce numerat dies, nec intercapedo noctis conturbat, quominus à recenſitis lucibus anni labiles computentur? Quoniam, etſi in funere noctis occumbit, lucidi operis, quod diurnus peregit, pro vita Solis, aſtrorum calamo perſeuerat ſcriptum. Ergo tot luces viues, quot egeris, inertia in tenebris eſt, improbitas quæritat vmbras, virtus victitat de nitore. Parcæ ſtamina, non opera, nent, ſtrenuè facta, penſa non ſuſtinent; nec filum, quod ſecari poſſit emittunt, quibus nonniſi æternitas eſt pro fuſo.

Iudithæ propinat poculum Holofernes: at illa inquit verſ. 18. *Bibam Domine, quoniam magnificata eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis.* Adnotauimus in littera in Græco eſſe: *Quoniam magnificatum eſt viuere meum in me hodie præ omnibus diebus generationis meæ.* Dicebamus inibi ſenſum eſſe: Magis hodie viuo, quam toto tempore, ex quo nata ſum. Ergone viuis plus fœmina, quia nunc bibis, quaſi glebas vitæ de vinis calore perfundas, & in diuturnitatis fructum hoc quem tibi Dux offert, imbre rigetis. Imò ſobrietate defunctâ, quæ vita ſupereſt caſtæ? Sed ingenioſè fœmina pudicæ vitam ab impudici vita diſcreuit. Illius viuere, bibere fuit; huius, iugulare bibacem. In hoc fortiſſimi facinoris die plura ſæcula, actuoſa puella coëgit. Luſtra, quæ adhuc vixerat, æſtimat vt momentum, quæ in momento cædis animoſæ, quam intulit, æternitatis durationem produxit. Se hodie genitam pariter commemorat & adultam, operis fœlici puerperio, quod ſimul vitam præſtitit & ætatem. Nox iugulationis lux illi fuit, quæ ſæculorum peperit luces. O ſubitò ſenex puella, non de rugis frontis, non de capitis inquieta vertigine, nec de ſcapularum onere ſed de præuenta diuturnitate dierum, quas inſtans operis æternandi congeſſit. 112.

Ioſue poſtquam diſſipauerat Gabaonitas, & cæde & fugâ, imperium in diei Præſidem ſic emittit, Ioſuè 10. verſ. 12. *Tunc loquutus eſt Ioſue Domino in die, qua tradidit Amorrhæum in conſpectu filiorum Iſrael, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon.* Si peracta victoria eſt, quid vltra niteris, fortiſſime Dux? An trophæum è Solis lampade ſuſpendere curas, ſeu iuſſis Solem vincere, iubárque vincire diurnum, qui iam agmina inimica viciſti? Benè cenſuit, tam celebri operi non vnam ſufficere diem, cui triumphi momentum lucem geminatam meruerat. Pluſquam vnam diem facinus hodiernum viuebat, quod Solis durationem protraxit, vt coëxiſteret operi lux oblongior. Hæſit veſtigiis labile tempus, & quod in fluxu eſt, æternitatis indolem æmulatum, non breuiorem durationem operi deberi fatetur, quod in poſthuma ſæcula fecerat durare victorem. 113. Ioſ. 10. 12.

Scis illud Sapientiæ 4. verſ. 13. *Conſummatus in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius.* Quomodo expleuit tempora, quæ non tetigit? Inanitas quo complebitur? Labilitas quo ſolidabitur? Conſumptio quidem temporis mors eſt, æternitas conſummatio. Si ſummam temporis reducas in calculum, fugient numeri quotquot ſcribas, præteritum fluxit; nondum adeſt futurum: ergo ſupputatio temporis punctus eſt. Sed eſt, qui in puncto omnia tempora copulauit, dúmque tempus conſumeret, conſummauit: nam præteritum & futurum æternitatis 114. Sap. 4. 13.

æternitatis modulo in egregij operis puncto congessit. Subditur ratio, cur qui è vita properus cessit, plura tempora expleuisse dicatur: *Placita enim erat Deo anima illius*. Quid quòd anima suo opifici placeat, & honoret auctorem? Tempora, quæ non vixit, ad angustias lucis, glomeratis in vnum annis, assumeret? Egregiè. Anima à vinculis corporeis exempta, non iam tempore mensuratur, sed æuo, quæ in Angelorum sortem asseritur. Quis numerus Angelicæ durationis? Per instantia actionum recense, quas cum momento patrent, ætatem sibi computant ab operibus. Instans Angeli actio est, sed quia nobilis actio, & strenua vtpote ab spiritu generoso producta, longissimæ temporis durationi vnum instans tam fœcundum respondet. Ergo quia iustus in operibus facta Angelica æmulabatur, pluráque tempora ad operis instans trahebat, anima eius à mensura temporis liberatur, latitudinísque sinum subintrat, vt Angelorum contubernio beetur, quos imitabatur officio.

115. Vix Samson non ferro, nec ære, sed solidi mandibulâ pulli mille viros, quasi paleam dentibus asina contriuisset, fortissimus virorum occi-
Iudic.15.20. dit, cùm illicò adiicitur Iudic. 15. vers. 20. *Iudicauitque Israel in diebus Philisthym viginti annis*. Cur præter consuetudinem Scripturæ, antequam mortem strenuus hic Israëlis iudex oppeteret, quatuor regiminis lustra, tamquam si iam finiisset, studioso calamo numerantur? Consulatus ætas nonnisi cùm completur, apponitur; adhuc superest Samsoni quid viuat: vt quid tam celer supputatio successit? Præcipuè quia post non modici temporis lapsum, obeunte Heroe, secúmque sepeliente inimicos, cum in fortitudinis fine iam viuendi causam finiisset, idem tempus eius gubernationis adscribitur, infrà
Iudic.16.31. cap. 16. vers. 31. *Tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa & Esthaol, in sepulchro patris sui Manue: indicauitque Israel viginti annis*. Cur igitur post partum in mandibula triumphum, qui nondum aduenerant, anni præproperè nuncupantur? Quoniam vixerat illa actio, quidquid vsque ad mortis vestibulum victurus erat posteà Samson, futuri temporis sibi tarditatem præsumens, propagánsque facinoris diem vsque ad terminum temporis futuri præfixum. Qui in momento consummauit victoriam: quid non oblata tempora consumpsisset? Tunc Israëlem iudicauit tot lustris, quot post vita superstite iudicauit; quippe Israëlis ab agminibus Philistinorum libertas illicò futuram meruit, & possedit ætatem.

116. At quare succedentia tempora post victo-
Iudic.16.1.3. riam, non annorum numerum augent; siquidem postquam dissipauerat hostes, de meretricis fornice, quam amabat, custoditas ab hostibus portas manibus robustis euulsit, & vsque ad verticem montis vix scapulis curuatis portauit. Deinde Dalilam adamauit, viriúmque mysteria detexit, & erutis oculis pistrino euoluendo deseruiit, vt toto corpore, asinæ impleuisset officium, qui vnius asininæ mandibulæ ministerio hostes fuderat in perniciem. Verùm non ampliùs vixisse putatur, qui post victoriam pristinam non iam vincit agmina; sed turpiter ab amasia vincitur, illecebræque retibus illaqueatur, brutique peregit officium, postquam fœminæ permisit capillos, cuius ob amorem exarsit. Actum fuit de vita Samsonis, cùm in turpitudinem actio deflexit: non viuit nisi egregiis operibus Heros; quid quod duret? durat scopulus, qui non viuit. Dices: Nonne fuit operis illustre prodigium, cæcum occidisse videntes, & pretio sibi mortis assumptæ tot inimicorum vitas emisse, quot sub dirutæ domus lapidibus sepeliuit? Audiuimus quidem elogium Iudic. 16. vers. 30. *Concussitque fortiter* Iudic.16.30.
columnis, cecidit domus super omnes Principes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat, multóque plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat. Si sic vitam mors fortissima superauit: cur non eisdem lustris viuat & mors, quibus actio prima victoriæ? Ita est. Ideò post Herois obitum studiosa sedulitate profertur: *Sepelierúntque in sepulchro patris sui Manue: indicauitque Israël viginti annis*. En iteratò repetitur, quod præcesserat, non dispendio calami, nec periodi superfluæ iactura: sed quoniam tot annos in morte præstantissima vixerat, quot in vita, qui ætatem pristinam in instanti facinoris reproduxit.

Quàm secus Absalon, cui, quia turpiter ege- 117.
rat, mors turpissima triplicatur. Non semel moritur, qui nefariis operibus adhuc ætatis duratione superstite, vitam finit. Pendet è quercu floribus iuuenis, quasi ramus 2. Reg. 18. vers. 11. 2.Reg.18.
Adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso, inter 11.
cælum & terram mulus, cui insederat, pertransiuit. Cur sic suspenditur flos ætatis, humanúmque folium citò demetendum sylua suscepit? An quoniam breuis folij duratio est, quam vel excutit ventus, vel pruina decoquit, vel dirimit ab arbore leuitas? O apte! Ille vitam patris præoccupare gestiuit, durationémque regni futuram, quam ambiebat auiditas dominandi, adhuc viuente genitore præsumpsit. Anteuertere tempora, ô misere annorum prædentor, optimæ actionis est, non iniquæ. Si vis ætatem præcurrere, curre virtute vitia nesciunt arripere durationem; viuit adhuc parens, expecta; quòd si renuas moras, pius esto: sic ad præsentis diadematis sortem forsan annos succedentes vocabis. Sed ille, quod egregiè factis debetur, sæculum præuenire, studuit impietati adrogare, iuuenileque caput de canis genitoris circumdare, quasi possit reddere senes inhonestum flagitium. Ergo futuram mortem vt præsentem præripuit, & hominis vitam in angustias vitæ folij traduxit, quasi non inciperet mori, cùm scelus inceperat cogitare. Sic alius iuuenis è furca suspensus, canis obsitus post mortem apparuit, quasi crimen ei abstulisset senectam, quam natura liberalis concesserat.

Vide quod sequitur fecisse Ioab v. 14. *Tulit* 118.
ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in 2.Reg.18.
corde Absalon. Cur tot instrumentis impetit 14.
mors, cui satis ostij est, vnum in vno corde vulnus infligere? Sed vt ter moreretur, ter vulneratur: ne prauè agentem viuere putes, in quem triplex fatum armatur. Triplici crimine se fœdauerat tyrannide, impietate, & luxuria, regni Tyrannus, in patrem impius, concubitórque pellicum paternarum. Ergo, ne cuique sceleri sua lancea ad internecionem deficeret, triplici nunc ferro feritur; quippe cuique sceleri sua mors est.

Nec desistas. Adnota quod adiicitur, vers. 18. 119. 2.Reg.18.
Porrò Absalon erexerat sibi, cum adhuc viueret, 18.

titulum, qui est in valle Regis dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei. Quam audax viuendi iuuenis fuerat criminis artificio, qui, vt post fatum viuerent cineres, erexerat citissimè mausolæum! Operosam molem vastissimus adolescens extruxit, quæ suam propagaret ætatem, titulúmque vitalem referret, qui in locum successisset auctoris. Benè cogitabat de morte, qui agebat iniquè, iámque sibi præparabat sepulchrum, qui in scelerum feretro portabatur. Sed ineptè se victurum cogitauit post mortem, qui, quà prauè viuebat, vel nunquam vixerat, vel iugiter moriebatur. In artificio nefarij operis aberrauit, qui censuit, præsidio superbiæ se in futura sæcula surrecturum. Verùm quid est, quòd dixerit: *Non habeo filium*; cùm tres filios, vnámque sibi filiam genuerat 2. Reg. 14. v. 27. *Nati sunt autem Absolon filij tres, & filia vna nomine Thamar, elegantis forma.* Verùm ingeniosè processit, qui iam se orbatum sobole cogitauit. Manet in prole vita parentis, reliquiisque géneris natura succidanea perdurat. Quisque filius vita succedens est genitoris, & apud Hæbræos non per filiarum seriem nomen labebatur auitum, ne in fragili sexu vita genitoris nutaret. Ergo qui ter peccauerat, triplicemque mortis lanceam meruerat, tres filios iuxta numerum peccatorum amisit, ne cuique crimini filius maneret, qui parentis iniqui vitam produceret. Adhuc superstitibus filiis orbatur, qui prauis actionibus moritur adhuc viuens. 2 Reg. 14. 27.

CAPVT XIII.

1 VT autem sero factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia
sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, & abiit. 2. Erant autem omnes fatigati à vino. 3. Erátque Iudith sola in cubiculo. 4. Porrò Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate
sopitus. 5. Dixitque Iudith puellæ suæ vt staret foris ante
cubiculum, & obseruaret. 6. Stetitque Iudith ante lectum
orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio. 7. Dicens:
Confirma me Domine Deus Israël, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens
per te posse fieri cogitaui, perficiam 8. Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat,
exoluit. 9. Cúmque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius & ait:
Confirma me Dominus Deus in hac hora. 10. Et percussit bis in ceruicem eius, &
abscidit caput eius, & abstulit conopeum eius à columnis, & euoluit corpus eius
truncum. 11. Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ,
& iussit vt mitteret illud in peram suam. 12. Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem venerunt ad portam ciuitatis. 13. Et dixit Iudith à longè custodibus murorum: Aperite portas quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israël. 14. Et factum
est cum audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. 15. Et concurrerunt ad eam omnes, à minimo vsque ad maximum; quoniam sperabant eam
iam non esse venturam. 16. Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam
vniuersi: illa autem ascendens in eminentiorem locum iussit fieri silentium. Cúmque omnes tacuissent. 17. Dixit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum, qui
non deseruit sperantes in se. 18. Et in me ancilla sua adimpleuit misericordiam
suam, quam promisit domui Israël; & interfecit in manu mea hostem populi sui
hac nocte. 19. Et proferens de pera caput Holofernis ostendit illis dicens. Ecce
caput Holofernis Principis militiæ Assyriorum, & ecce conopeum illius, in quo
recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum fœminæ percussit illum Dominus
Deus noster. 20. Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus
eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra.
21. Confitemini illi omnes quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia
eius. 22. Vniuersi autem adorantes Dominum dixerunt ad eam: Benedixit te
Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. 23. Porrò
Ozias Princeps populi Israël, dixit ad eam: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram. 24. Benedictus Dominus, qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis Principis iniquorum nostrorum.

rum. 25. Quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter anguſtias, & tribulationes generis tui, ſed ſubueniſti ruinæ ante conſpectum Dei noſtri. 26. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat. 27. Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith: Deus Iſraël, cui tu teſtimonium dediſti, quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omnium incredulorum incîdit hac nocte in manu mea. 28. Et vt probes quia ita eſt, ecce caput Holofernis, qui in contemptu ſuperbiæ ſuæ Deum Iſraël contempſit, & tibi interitum minabatur dicens: Cùm captus fuerit populus Iſraël, gladio perforari præcipiam latera tua. 29. Videns autem Achior caput Holofernis, anguſtiatus præ pauore cecidit in faciem ſuam ſuper terram, & æſtuauit anima eius. 30. Poſtea verò quàm reſumpto ſpiritu recreatus eſt, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit. 31. Benedicta tu à Deo tuo in tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur ſuper te Deus Iſraël.

Litteralis Commentarius.

Verſ. 1. Vt autem ſerò factũ eſt, feſtinauerunt ſerui illius ad hoſpitia ſua, & concluſit Vagao oſtia cubiculi, & abiit.

Verſ. 2. Erant autem omnes fatigati à vino.

Verſ. 3. Eratque Iudith ſola in cubiculo.

Verſ. 4. Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate ſopitus.

Verſ. 5. Dixitque Iudith puellæ ſuæ, vt ſtaret foris ante cubiculum, & obſeruaret.

1. *Vt autem ſerò factum eſt.* Adulta iam nimiùm nox erat, quam conuiuale feſtum, ſi per vinum licuiſſet, inſomnem ducere parabat, vt inter vacuos mero crateras ſerui luderent iocis, dum Princeps in Venere turpiùs luſiſſet. In epulo equidem, vbi nihil edulij memoratur, ſed integrum in Baccho fuit, natalitium Bacchi diceres celebratum, quod in tempeſtam noctem madidi

Stat. producebant. Sic de eo canit Stat. lib. 2. Theb.

——Tyriis ea cauſa colonis,
Inſomnem ludo certatim ducere noctem,
Suaſerat, effuſi paſſim per tecta, per agros.
Serta inter, vacuoſque mero crateras...

Non quidem licuit: ſopor enim, quem temulentiæ vapor offuſâ denſauit caligine, obruit capita, pedeſque temeto ligauit.

2. Græc. Græcè eſt; ὡς δ' ὀψία ἐγένετο, quod ſolet verti: *Vt autem veſpera facta eſt.* Sed hæc ex textu Græco obſeruatio non ſegniter obſiſtit iis, quæ ſuprà docimus, nempe in nocte fuiſſe celebratum conuiuium iſtud, ſicut cœnæ vox ſuggerit in latino, & quod non victum aſſumebat Iuditha, niſi veſpere decidente, moris tenax, qui ieiunia Iudaica vſque ad Solis occubitum protelabat. Quare apud Græcum, meridianum tempus huic epulo videtur decerni, quod compotationis prolixitas, lenociniaque delitiarum produxit in veſperem. Sed ſecurior facinori nocturna tempeſtas erit, dum iam nimia nox effluxiſſet, vt firmiùs epotos ſomnus teneret, & inter ſternentes ebrios quietior ſopor accubuiſſet. Quare latino textui defendendum, qui ſic conuiuij tempus adſcripſit, vt poſt vacuos cyathos, plenoſque mero homines iam multum cæli nocturna lampas cucurriſſet. Et ne Græcus diſcordet, licèt ὄψιος ſerum ſignificet, quod veſpertinum eſt, & nos appellamus *la tarde*; non ſemel multam noctem ſignificat. Sic Xenophon pæd. 8. de his, qui in multam noctam compotant, dixit: εἰς ὀψιαίτατα συμπίνοντες. Sed integra Xenophontis verba oportet ſubiicere, etſi latina: *Erat apud illos*, id eſt, Perſas, *olim hoc inſtitutum* (id eſt, ex inſtitutione Cyri) *vt ſemel tantùm paſcerentur, quo iam ad expedienda negotia, quàm ad laborum exercitationes die toto fruerentur: iam reſtat id quidem, vt ſemel duntaxat cibum capiant, ſed cum eo tempore veſci incipiant, quo ſolent, qui maximè matutino prandent, tandiu comedere ac bibere perſeuerant, quandiu ſolent, qui ſero admodum cubitum eunt.* Quæ verba opportunè declarant, quàm ſpatioſà ſegnitie epulum protenderent Perſæ, à mane videlicet vſque ad ſeram noctem. Ex quo fortaſſis integrè cogitare valebis, Holofernis conuiuium, quod adhuc currente Sole, nondumque deflexo orſum erat, vſque ad plurimam noctem durauiſſe. Nec intereſt, quòd fœmina ſancta, antequàm illuceſceret veſper, ieiunium ſoluiſſet, quod deuotè magis, quàm ex vinculo legis obſeruabat: in hunc enim diem ieiunia præterita collinearunt, nec fas eſſet, occaſionis dimittere crinem, quæ comam capitis ex mero ſopiti poſteà, vt iugularet, apprehendit. Xenoph. l.

Feſtinauerunt ſerui illius ad hoſpitia ſua. Liberale fuit metum, quod nimis liberaliter hauſtum, liberos pedes ad greſſum dimiſit. Profectò dolens Xenophon, quantum à frugalitate Cyri, viniſque parſimoniâ, degeneri luxu poſt eius mortem Perſæ abſceſſiſſent, ſic inquit lib. 8. pæd. *Erat in eorum inſtitutis, ne ad conuiuia importarentur obba* (id eſt, pocula grandia) *quod exiſtimarent minùs tum corpora, tum animos debilitari, ſi quis non nimium hauriat: nunc has non importari, reſtat id quidem; tantum verò bibunt, vt non importent, ſed ipſi exportentur, quando nimirum recto corpore non ampliùs exire poſſunt.* Vbi ebrietas honor, & ſobrietas putabatur iniuria, quò quiſque ex ſeruis altiùs ſe immergebat in cyathis, obſequium bibaci Domino impetritus, redonari fauoribus ſperabat. Vſque ad amphorarum fæces bibitum eſt, feſtinantèrque diſceſſerunt, ne Principis tabernaculum, iniectis à vino laqueis, tentique pedicis ſoporati obruiſſent. Feſtinauerunt etſi iam vinculis irretiti, vt de ebrio dixit Euripides in Sthenobœa: *Cum laqueis & pedicis domum it.* Dicitur feſtinauiſſe in hoſpitia ſua. Lyra vult *in tentoria* ſerui enim, dum Rex in caſtris agebat, iuxta eius tabernaculum proxima incolebant tentoria, vt ſuprè dedimus ex Xenoph. lib. 8. qui de Cyro ait: *Vbicumq; caſtra Rex habet, ibi omnes illi, qui circũ Regẽ verſantur, ſub tẽtoriis tam æſtate, quàm* 3. Xenophon. Euripid. Lyra. Xenoph.

hyeme militant. Nec multum interuallum erat, vt adiicit nominatus auctor: *Quanto ex internallo à tabernaculo Regio abesse satellitum tentoria debetent, ordinauit.* Ideò autem Holofernis serui maturauerunt discessum, quoniam Dynasta somno finierat conuiuium, nec fas erat, soporati inquietare temetum. Nec opus fuit fidibus & cantu illi somnum conciliauisse, quod munus pellicum erat, quæ per totam noctem Principem molliter decumbentem cantilenis mulcebant, vt scribit Athenæus Athen. lib. 12. vt merum digereret, dum dormiret.

4. Græca. *Et conclusit Vagao ostia cubiculi & abiit.* Græcè est: *Et Bagoas conclusit tabernaculum eius foris, & dimisit adstantes à facie Domini sui.* Videtur innui, in eodem triclinio dormiisse Holofernem: quoniam in cubiculo, vbi torus erat noctibus transigendis constratus, epulum famulis instituerat, quod ideò Vagao conclusit, ne iam vlli liceret præter Iuditham, vetante Persarum lege, ibi persistere. Ideò eunuchus dicitur, à facie Holofernis aulicos pepulisse, quoniam Principis facies, vt scribit Herodotus lib. 1. nisi ipsi luberet, Herodot. Aristot. à nemine videbatur. Ex quo Aristoteles in lib. de mundo ait de Rege Persarum, πᾶσι ἄφαντος *omnibus inuisibilis.* Spadonum munus fuit, seras Esther. 2. 21. occludere, & reserare, vt liquet ex Esther cap. 2. v. 21. *Irati sunt Begathen & Thares duo eunuchi Regis, qui ianitores erant, & in primo palatij limine præsidebant.* Sed Vagao intimior cubicularius & custos corporis erat, qui obsignauit cubiculi ianuam, quâ per merum licuit industriâ. Sed aduertit Græcus: *Dixit Iudith ancillæ suæ, vt staret extra cubiculum eius, & obseruaret exitum eius, sicut quotidie: se exituram enim dixit ad orationem suam, & Bagoa loquuta est iuxta verba hæc.* Quare censendum est, quòd spado clauem fœminæ permisisset, Hebrææ fisus, cui Domini corpus licenter fidit.

5. *Erant autem omnes fatigati à vino.* id est, tam eunuchus Vagao, à quo facile signatoria clauis valuit extorqueri, quàm satellites alij, quos ligauerat compotatio, insidijsque reliquit expositos, pulsisque curis largiter sternentes, qualiter cecinit Critias in elegiis: Critias.

Inuaditque oculos cæcà caligine nubes:
Curas lethæo pocula more fugant.
Mens fit hebes, seruósque capit lasciuia multa.

Clem. Alex. Clemens Alexandrinus lib. 2. pædag. cap. 2. *Videre ergo licet aliquos eorum semimortuos, caspitantes, in collis coronas habentes.*

6. Græca. *Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus.* Græcè est: *Erat enim perfusum ipsi vinum.* Qua phrasi pulcherrimè temulentia describitur, quæ adeò epotum immersit, vt quasi qui suffocatur in vndis, Bacchi pelagus ipsum desuper abscondisset, meri fluctibus superlabentibus. Eadem fermè phrasi Alexis dixit λουτρόν ἐστιν, οὐ πότος: Alexis. Ouid. *lotio est, non potio.* Anteà, vt cecinit Ouidius lib. 12. Metamorph. in pectore Holofernis ebrietas libidine geminata regnabat, vino nempe & amore Iudithæ. Sed vini regnum peruicit, amórque solum cor madefecit, vinum etiam impluit in corpus, vt in illo innatans amasius amoris spiritum Plautus. suffocaret. Plautus Mostel. *Amor permadefecit cor, & in pectus impluit.* Satius illi fuisset, si in conuiuio plus amoris hauriret, quàm vini; sicut de Ar- Heliodor. sace erga Theagenem dixit Heliodorus lib. 7. histor. Æthiop. Verùm gutta amoris fuit, si ad vini gurgitem comparaueris: illa manauit in pectus, hic se vsque ad lethæum soporem per corpus infudit, vt Veneris fuisset immemor, qui se Baccho deuorandum deuouit. Non Veneris legibus stetit, qui, cùm delitias thalami sentire percupiit, in cyathis sensum reliquit, & amatoria vincula quærens, meri funibus irretitus, impos ad fruendum effectus est. Qui sensum perdidit, perdidit & pruritum. Studiosus illecebræ, miserè per temulentiam quæsiuit, in libidinis illecebram appulisse. Non audiuit admonitionem Ionis Chij, qui Ion. Chius sic cecinit.

Laudemus, potemus, eat & nocte canentum
Clamor, quis saltet, lætitiam incipiat.
Quem thalamo propiora monent conniuia, potet
Cautius hic aliis, hunc mediocre decet.

Qui somnum, mortis imaginem, ad lasciuum 7. thalamum vini pondere præparauit, non fœminæ brachia ad delitias impuræ, sed castæ brachium experietur ad mortem. Voluptas sibi nouercha est: in ipsis concupitis punitur, & quò magis satagit lasciuire, delectationibus obruta suffocatur. In voluptabilium sagina sepelitur ad mortem; sicque inhiat ad sensuum libidines peruenire, vt in ipso itinere præ lassitudine cadat, & in multitudine desideriorum offendens, frui omnibus appetens, nullo fruatur: cùm delitiæ ipsæ, quo impetu festinant accedere, seu præcipitatæ perdantur, seu adinuicem interruptæ euanescant. Si meri amphoris parceret Holofernes, diutiùs forsitan amoris gaudia tenuisset; sed qui vtrumque voluit amplecti, ipse perditus amisit vtrumque.

Holofernes iacebat in lecto. Benè dicitur iacuisse, 8. cui lectus sepulchrum fuit; nec sepulchralis lapis defecit: ipse enim, qui iacebat, lapis erat, qui ictum vulneris sentire non potuit. *Iacebat nimia ebrietate sopitus.* Vinum pugnauit pro fœmina, hostem sub manu deiecit, inflatásque venas acutæ cuspidi præparauit. Somnus opportuno satellitio armauit fœminam, iugulandámque victimam præparauit. S. Augustinus serm. 67 *Cuncti ebrietate* August. *soluuntur. Non delicata matrona pugnauit; sopor tibi, quem ferias, præparauit.* Non incruenta, etsi victrix, castitas à cubili recedet, si cum peruigili castitatis tyranno depugnet: fascinum ab oculis patitur, ab spergefacto viro virus exhaurit, saltémque ab halitu luxuriosi perstringitur pudicitiæ crystallus. Ergo multum de castitate Iudithæ meruit vinum, quod oculos clausit adultero, virgâ soporis percussit, vt fœmina impunis accederet, nec pateret pudoris iniuriam, impuri Ducis thalamo appropinquare. Nondum agnouerat fœmina, quem feriret, quæ nec ad cædem hominem, nisi elisum somno, tangere pateretur. Sopor, quem gladio pungeret, præparauit, & phlebotomi more, vittâ oculos strinxit, vt ceruicis venas gladij acumine fœmina opportunè aperiret. Ideò inquit August. *Non delicata matrona pugnauit:* quasi vniuersi belli negotium somnus egisset, quem ebrietas euaporauit in caput, ex vdóque corpore, membrísque madentibus oculos eleuata nubes oppleuit, quæ arma fuerunt fœminæ sanctæ. Ipséque Holofernes pro illa pugnauit, qui crapulam & ingluuiem, tanquam arma ad thalami campum accommoda, sibi præcinxit.

In quem sensum verterem illud Fulgentij 9. epist. 2. de statu vidual. cap. 14. *Ille pugnabat ar-* Fulgent. *mis, illa ieiuniis; ille ebrietate, illa oratione,* id est, aduersus Holofernem Holofernes ipse & Iuditha pugnarunt: ille emarcida cœnâ, grandis vrceis, condîtis obsoniis, ebrietate denique, quæ ipsum in fatalem lectum elisit, pugnare,

non

non deſtitit : iſta orationis iaculis , clypeóque ſobrietatis certabat. Quid aduerſus Tyrannum hunc generoſo mero pugnacius, ſympoſio validius , coquinariis ferculis durius , quæ dum per guttur ibant , partem vulneri deſignabant ? Aptè

Phœnix. diceret Phœnix Colophonius:

Vini cadus ſit enſis, at cuſpis calix,
Crateres hoſtes , ac coma arcus, mox equus
Merum , ferox vnguenta ſit clamor mihi.

Nec diſſonum eſt id, quod adiecit : *Ac coma arcus*: nam comam Holofernis Iudith apprehendit infrà verſ. 9. vt ſecuriùs ceruicem feriret.

10. *Dixitque Iudith puella ſua , vt ſtaret foris ante cubiculum , & obſeruaret.* En *puella* vox ancillam ſignificat , quod anteà obſeruauimus in illis: *Non vereatur bona puella.* Ne humano ſatellitio ad victoriam , quæ de cæleſtibus armabatur , comitata maneret , in momento facinoris ſe ſolam amauit , licèt minimè deſolata , quam intra luxuriæ cubile & ſacer pudor , & pudoris Numen amicum animosè circumdabat. Noluit in iugulationis inſtanti teſtem habere , ne turbata manus in obliquum deflecteret , nec diuerteret intentionem , quam rectà in Deum dirigere ſatagebat. Quid agis ô primi candoris exemplar, paradigma virtutis , illibati pudoris emblema? Nunc opus eſt ancillæ oculus , qui in manu tua ſit , ne praua ſuſpicio ſubrepat , & de ſolitudine cum laſciuo ſubeas notam defœdati decoris. Tam proxima lecto és inceſti Ducis , vt temulenti ſpiritum haurias , ructibus auriculam ferias , viniqué fluctus è ventris pelago crepitantes auſcultes. Ergo teſtimonium ferat ancilla, quòd nonniſi ad abluendum ſanguine thalamum pulchritudo belligeratrix acceſſit , nec finitæ voluptatis terminus cædes fuit , nec illecebrarum fœnus, ſeu appendix libidinis iniuſtæ adulteri iugulatio. Sed ſceleris puta viduitas , ſibimet vindex eſt & aſſertrix , extero teſtimonio non eget: adeſt Angelus; non agitur caro , ſed ſpiritus. Adeò quod carneum eſt , ab hoc triumpho caſtitatis arcetur , vt vel ipſe laſciuus nullo iam ſenſu carnis afficiatur ; ancilla , quà carnea , pellatur foras: cædenda caro dormit ; reiicitur , quæ vigilabat: nonniſi ſpiritus , quia pudicitiæ res agitur , negotiatur triumphum.

11. Solet excitari difficultas , quomodo Iudith hæc verba potuit ancillæ ſuggerere , ſiquidem vt ſuprà verſ. 3. dicitur : *Erat , ſola in cubiculo,* ianuámque obſeruauerat Vagao , nec niſi ſtrepitus alicuius periculo vectem poterat amouere. Cenſeo , cubiculum Holofernis , quà amplum, diſſectum eſſe , in quo ſeceſſum quemdam thalami capacem abſque aliquo oſtio , tentorij forma exhibebat , quale nunc in dormitoriis cubiculis cernimus ; pro cuius limine latior aula manet , quod Hiſpanè dicimus : *Sala y Alcoba.* Ergo in eo penetrali , vbi lectus inerat , abeunte ſpadone Iuditha manſit ; in anteriori tentorij portione Abra reſederat , ad quam nunc egreſſa Iudith , quòd excubias agat , indicit , peruigilíque ſtatione timetur , ne quid incitatæ nouitatis accedat. Huic enodationi , niſi nimiùm fallor , ad-

Lyra. ſtipulatur Lyra , dum inquit : *Exierat enim modicum de cubiculo Holofernis ad dicendum hoc ancillæ ſuæ : nam antea erat ſola in cubiculo , vt dicitur in litera.* Niſi mauis , quòd idem ſit in Lati-

Vatablus. Montanus. no textu *dixit* , ac in Græco *εἶπε*, quod Vatablus vertit *iuſſerat* , ſeu *dixerat* , & Montanus *dixit* : quaſi hæc verba protuliſſet Iuditha , ante-quam diſceſſiſſet eunuchus ; oſtiúmque occluderet. Iam enim ſupra præmonuimus ex Græco, ſtudiosè à fœmina ſapienti curatum ; vt noſceret Vagao , illam noctem , quam luxui Dominus deuouiſſet , non iri deſtitutam à precibus ; imò regrediendum ad vallem , vt Deus orationis iaculis acueretur , cùm illa nox triduanum confeciſſet ſpatium , quod exeuntis arbitrio conceſſerat Holofernes. Ideò autem Latinus textus hanc diligentiam ſubſiluit : quoniam ſat erat præmiſiſſe, copiam egrediendi per triduum fœminæ fuiſſet conceſſam.

Verſ. 6. Stetitque Iudith ante lectum orans cum lachrymis & labiorum motu in ſilentio.

Verſ. 7. Dicens. Confirma me Domine Deus Iſraël , & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum ; vt ſicut promiſiſti , Ieruſalem , & ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te poſſe fieri cogitaui , perficiam.

Stetitque Iudith ante lectum orans. En erectæ caſtitatis imago : *Stetit ante lectum.* In lectum cadit proſtituta pellex ; ante lectum caſtitas ſtat : libido caſus eſt , thalamus præcipitium. Meritoria corporis forma , quà pinguiorem carnis ſarcinam geſtat , faciliùs per decliuitatem tori rotata ruit , & vſque ad inferni profundum ſuomet onere comitata deuoluitur. Vt hieroglyphicum illibati pudoris ſancta fœmina conſtruxiſſet , ante lectum ſtetit. Quæ ſtat , videat ne cadat : ſed cadere qui poterit in lectum, ſi cædere parat , quem in lecto ebrietas obtulit iugulandum ? Charitas nunquam excidit. Quid hoc odio charius , quod pro amore patriæ , pro Numinis cultu , pro ſacrorum reuerentia accenditur in Tyrannum ? 12.

Orans cum lachrymis & labiorum motu in ſilentio. Quæ , vt nitidam ſe orationi exhiberet, priùs in Bethuliæ fonte abluebat , nunc meliori lauacro perfunditur , & ex oculorum ſcatebris latices puriores emungit , qui ex contuſo pectore ſtillant , vt ſanguineam fortitudinem hoc balneo roborent , hoc oleo inungant , & à vicina cæde manum abſtergant. Anne lachrymatur Iuditha , quòd fœmina viri carnifex fiat , & ab ebrietatis ſopore in æternum lethi ſomnum traducat , vt mero inferni flammas accendat , digeratque crapulam in gehenna ? An exequias pangit , feraliáque celebrat iugulandi Tyranni, & quà hominem in natura contribulem , perire dolet, quem artifex plaſmauit , licèt quà peccatorem, in laſciui tori ſuggeſtu paret excindere ? Scit lachryma inferni portas refringere ; vt Hebrææ gentis , ſacrorúmque hoſtis ſubintret, quà ſacrilegus & inceſtus : ſcit & ferreæ fornacis, vt dicebat 13.

Petrus Cellenſis, igneos carbones extinguere , ne P. Cellenſ.
quà homo figmentúmque Dei guttas ſecum lachrymoſas non ferat, quibus refrigeret flammam, incendiíque feruorem detenuet. Flet Iuditha , vt ſordidum lectum abſtergat, & qui ab ebrietate madebat, à puriore cordis madeat liquore, & in lixiuio vberrimi fontis ſpurciſſimas ſordes deponat. Innatare facit thalamum mœchi , ſtratúmque rigat, ne cùm accedat ad iugulū concidendū, aliqua manui , iniquæ fecis adhæreat illuuies. Gemmis intextis ſtroma thalami coruſcabat , oſtro ſerica

cum Iudithæ frontis lumine contendebant. Ne lenocinium oculorum purpura fieret, ne auri pondera fœmineum pectus blandimento deprimerent, oculos lachrymis irriguis obcæcat, vtquasi impedito visu ad plenum homine torum castitas impetterrita accedat, inuisisque delitiis & inundet illecebram, & perimat impudicum. Petrus
Damian. Damianus lib. 7. epist. 16. *Iudith quippe continentia vidualis exemplum, dum deauratos ostróque nitentes thalamos spreuit, fortioribus armis in mente præcincta etiam caput ebrium audenter impresso pugione truncauit.*

14. Clausit oculos vnda salubris, & lachrymosus imber luminibus vittas adstrinxit, cauens in illo momento, ne oculata fœmina libidinoso viro fieret propinqua. Castitatis cæca debet esse victoria, ne, dum pudoris hosti præparat mortem, mortale venenum bibat per oculos pro
Chrysost. i Psalm. 6 7. mercede. Dixit Chrysostomus ad illud Psalm. 6. vers. 7. *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo*, dixit, inquam: *Audiant qui lectos habent argenteos, qualis erat lectus Regis, non ex gemmis conflatus, non ex auro contextus, sed ablutus lachrymis.* Nonne Holoferniani lecti conopeum erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum, suprà cap. 10. vers. 19. Ergo abluit lachrymis, vt diuitias abscondat; lachrymarúmque euerrat torrente, vt futuri cadaueris institæ ab inquinamento abluerentur. Fleuit, quæ & pudoris seruauit officium, & pietatis non amisit affectum,
Ambros. vt dixit Ambrosius lib. 3. de virgin. cùm ad conspectum viri lachrymata est Rebecca, lachrymarum palliolo faciem obnupsit, oculósque celauit, & quamuis videri non poterat à dormiente, timuit saltem, ne dormientem vidisset, & turbata fœminæ verecundia aberraret in ictu. E pectoris tela lachrymosum velum opposuit vultui, erudiens fœminas, Andabatarum more procos suos debellare debere. Iugulandi hominis oculos solet linteo carnifex operire, ne ad vibratum ferrum auertat collum, declinatatémque vulneris doleat atrocius: hîc ipsa carnifex sibi velum obducit, abundantísque fletus sudario tegitur, vt securiùs feriat, securímque doctiore manu gubernet. Sic oportuit, quia fœmina militabat. Imò fleuit, vt formosior dum vinceret, appareret: aqua enim pectoris nitidas genas reddit effusa, pulchritudinémque conciliat, quam fortè pauor ipse tanti facinoris inducto pallore decoxerat.

15. *Orans cum lachrymis.* Spiritus, qui gemitibus
Rom. 8. 26. inenarrabilibus orat pro nobis, super has aquas
Gen. 1. 2. ab exordio generis ferebatur: per hæc fluenta
Esai. 11. 2. currit velociùs spiritus fortitudinis, spiritus consilij, timorísque Domini spiritus, vt quæ armabatur in carnem, tot documentis spiritalibus instrueretur. Hæc limpida lympha de suo pura dignum vectaculum Spiritui sancto subiiciebat, & qui castam animam pro throno insidet, sibi iam in momento facinoris canebat triumphum. Orat cum lachrymis fœmina prudens: vtiliores enim lachrymarum preces sunt, quàm sermonum, vt dixit Ambrosius serm. 46. Ne vocis strepitus somnum iugulandi dirimeret, linguam transfudit in oculos, vt fluentis tacitis loquerentur. Orare adorare est, & in diuini Numinis claritate figere obtutus. Oculorum aciem purgauit, quæ lachrymas pro precibus fudit, fluido collyrio acuit visum, vt ad tenebrosum Ducem lumine validiore pertingeret, & dum illum cæderet, Deum videret. Cælum fletibus inclinatur: militiam cælestis promeruit exercitus, & aquas, quæ supra firmamentum sunt, sibi conduxit, vt hoc diluuio spurcissimæ carnis in Persa libidines suffocaret.

Orans cum lachrymis & labiorum motu in silentio. Quid times clamare fœmina? Stertit Holofernes: etsi altum clames, altius stertit. Ebrietatis 16.
torrens per membrorum scopulos fractus ingenti sonitu replet cubile: etsi validè clames, nequibit expergisci, qui dormit. Immemores lethæi vndæ, quas auxit vinum, raucum crepitum edunt, nec tamen soporatus suo strepitu suscitatur: gracilisne fœminæ vox temulentiam poterit inquietare? Sed noluit orationis voces cum epoti ructibus commiscere, ne tam dulcem sonitum inquinaret. Vel meticulosa cauit, ne pulchræ vox, quam ille, peruigil peperiuit, nunc sopitus auscultet. Sunt enim patulæ amantis aures, & per rimas clausi pectoris quemcumque susurrum in amasia percipiunt. Anne vox faucibus hæsit, nec potuit detornare sermonem, quam attonitus pauor arripuit, cùm immane fortitudinis intentabat prodigium? Imò quà fortior, linguam compressit, vt omnium organorum vires ad brachium confluerent, diriúsque perculeret in silentio: noluit preces suas vocibus ventilare. Aderat Deus præsens, qui tacitum labiorum motum absque sonitu discreuisset. Vt audirentur lachrymæ, labra frænauit, quæ supplicationem per oculos effundebat.

Cur ergo mouet labia, cùm sat esset pro tota 17.
eloquentia pectus contritum, & Deus sicut conspector est cordis, sic & auditor? Sed nullam voluit orationis partem dimittere; reliquiæ vocis, quæ exundabant ex pectore, per labra fluxerunt, ebullientésque guttæ ex abundanti flumine dimanabant. Vocalis oratio noluit à facinoris merito sequestrari, & quæ Sacerdos ad offerendam victimam accedebat, pro negotiis publicis intercessor, non contenta fuit priuatis officiis pectoris astitisse; sed & linguam exercuit, vt pariter cum brachio negotiaretur ad vulnus. Si aliquid fortasse deliquerat in tentorio, dum blandè ad Holofernem loquuta fuerat; hæc labiorum functione expiauit, ne cum aliquo næuo impuri cruoris perageret sacrificium. Erat Hebræis religiosa nimis vocalitas orationis, ne vlla potentia in Deo rogando desisteret, sed vocis & cordis concordaret accentus. Inde & in ventre ceti clamauisse dicitur Ionas, quamuis nullus aër intra bestiæ viscera poterat sonitum detulisse: sed ideò per æquoris molem euasit in cælum, quia pro toto sonitus artificio, sat fuit quòd labra moueret.

Inde & Anna Reg. 1. v. 3. *Loquebatur in corde* 18.
suo, tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Sed vide quia temulentam 1. Reg. 1. 3.
illam Heli putauit, & à labiorum inquietudine, cursuque tacito lymphatam fuisse suspicatus est: *Æstimauit ergo eam Heli temulentam.* Anne temulenta Iudith? Anne ex filiabus Belial, id est, Bacchi, quæ in Holofernis conuiuio vinum gustauit? Imò quæ iugulat ebriosum, quæ religiosum Bacchi quasi vitem amputare festinat, integrè pro sobrietate depugnat, & temperantiæ vexillum aduersus crapulæ sordes attollit. Labia in silentio mouet Iuditha, & quæ Pythagoricè in victus abstinentia & ariditate viuebat, non

non de Pythagoria diſciplina altis clamoribus
orat, cuius cauſa etiam tacita linguâ valentius
Clem. Alex. clamabat in cælum Clem. Alex. lib. 4. ſtromat.
ait: *Quid ergo ſibi volentes Pythagorei iubent cum*
voce peccari? Non quòd mihi quidem videntur, exi-
ſtimarent, Deum non poſſe exaudire eos, qui tacitè
18 *loquuntur: ſed quòd iuſtas vellent eſſe preces, quas*
non veretur quis fundere multis eas ſcientibus. Iu-
dith non tumultuoſa loquacitate iactabat preces;
& tamen quæ iuſta petebat, omnium clariſſimè
declamabat, dum virtutem Altiſſimi ad grande
Ambr. miraculum laceſſebat. Ambroſius ſermon. 19. in
Pſalm. 118. *Moyſi dictum eſt: Quid clamas ad me?*
Hoc eſt, tu ſolus ad me clamas, qui de me ſperas. Tu
ſolus ad me clamas, qui virtutem meam excitas. Tu
ſolus ad me clamas, qui per vniuerſam terram an-
nuntiari nomen meum expectas. Quæ verba ſuopte
ingenio ſe in Iuditham deuoluunt, quæ animoſi-
tate ſpei Deum ſibi adiutorem præſumpſit, & cœ-
litus audax virtutem Numinis concitauit, vt no-
men eius per rediuiua ſæcula in gloriæ buccina
perſonaret.

19. *Orans cum lachrymis in ſilentio.* Silentium im-
perabatur in ſacris; quippe reuerentia tacendo
Philoſtr. deferrur, vt videre eſt apud Philoſtratum in vita
Apollonij. Deus, quem ſilentium decet, tacere
Plutarch. docet, quem ſilentij Magiſtrum dixit Plutarchus
de loquacitate. Vt excinderetur in nocte Tyran-
nus, fœmina ſiluit: conticeſcere enim perditio-
Nouarin. nem ſignificat, vt Nouarinus lib. 2. Schediaſm.
Iſa. 15. 1. cap. 14. obſeruauit, ex Iſaiæ 15. verſ. 1. *Onus Moab,*
quia nocte vaſtatus eſt, Ar Moab conticuit, &c. Vbi
Vatabl. Vatablus: *id eſt, quòd nocte vaſtabitur Moab &*
excindetur.

20. Cur autem oratura ſtare dicitur ante lectum?
Haymo. Plures exiſtimarunt cum Haymone, Theophyla-
Theophyl. cto, Caietano & aliis, Hebræos ſtando orauiſſe,
Caietan. nec curuatis poplitibus, nec vergente corpore
Mendoza. fudiſſe preces. Tractat Mendoza 1. Reg. cap. 1.
verſ. 10. num. 3. Sed quæ ſtrato corpore orauerat
in Bethulia, Iuditha demonſtrat, ideo nunc dum
orat ſtare, quippe ſtatio neceſſaria fuit ad lanie-
nam: nec par erat, dum gladij acies diſſecaret
fauces Tyranni, iugulatricis labia ab oratione
deficere. Idem inſtans precibus & vulneri fuit,
vt Deo, in quem vibrabatur oratio, ſectio capi-
tis tribueretur. In orationis fornace arma con-
flauit, quæ dum per lachrymas extерſiſſet, ge-
minatis precibus incudi reddebat, vt citiùs ſcin-
S. Auguſt. derent hoſtis ceruicem. S. Auguſtinus ſerm. 66.
Iudith ſanctiſſima, cuius precibus patuit cælum, ora-
tionis arte arma victricia fabricauit, quibus aduer-
ſa confligeret, pauescentes viros fœmina vindicaret.
Vide plura quæ de hac oratione præſtruximus
ſuprà tom. 1. in catena à num. 74. quæ huc acceſ-
ſenda ſunt.

21. Dicunt Hebræi, quòd qui orat, zona & cingu-
lo ſe præcingere debet, ne cum inferiori portio-
ne ſocietatem contineet; qui in Deum arrigitur
alloquendum. Annedum orat Iuditha, zonâ per-
ſtringitur? Accedit ad thalamum, non vt zonam
ſoluat, rumpátque funem, quem caſtitas medul-
litus illigauit. In lupi cauea, ceu in lupanari,
cum adultero manſerat, ſed appreſſum pudoris
cingulum florenti corpori adhæſit: & quæ laſci-
ui collum diſcidit, zonam ſcindere paſſa non
eſt. Iuxta thalamum ſtetit præcincta: ſi cingu-
lum ſolueret, cecidiſſet. Ideò auſa eſt obtruncare
caput hoſtile, quia integra caſtitas integrum no-
luit eſſe Tyrannum; ſed quod libidinis eſt, di-
uidi nempe, & diſrumpi, amatorem libidinis arte
limpidiore in mundiore corporis loco diuiſit. Iam
dedimus Damiani verba ſuprà: *Fortioribus armis* Damian.
in mente præcincta, etiam caput ebrium audenter im-
preſſo pugione truncauit.

Dicens: Confirma me Domine Deus Iſraël. Cæ- 22.
lites imbui fortitudine exoptat, vt tener ſexus
obduraretur in cæde; aſſuetíque calathis digiti
exaſperarentur in enſe, & in molle pectus viri-
litas ſuperna deſcenderet. Domini exercituum
belligeratrix robore deprecatur perfundi; firmi-
tatiſque teſſerâ de cæleſtibus inſigniri, ne imbe-
cillo timore perculſa manum, quam iamiam im-
ponebat aratro, reduceret retro reſpiciens; ſed
terreſtrem hominem ferro ſubigeret; in quo mu-
ros malignitatis erexerat ambitioſa ſuperbia.
Conſtantiæ & firmitudinis oleo perungi ſolici-
tat, vt audentior innitatur in facinus, nec torui
Tyranni conſpecto vultu, labiiſque ſpumoſis à
vino, veníſque turgidis præ cruore, ab incepta
animoſitate deſiſtat. Scitè dixit: *Confirma me,* vt
quæ firma in propoſito erat, firmior ſolidaretur
in robore, & quæ nondum bellauerat, debellaret.
Inde in lege gratiæ confirmatio, Chriſtianæ for-
titudinis eſt Sacramentum, cum à ſacro vnguine
gutta in fronte diluitur, vt homo Dominica bella
depugnet. De fortitudine Iudithæ in hoc momen-
to huc transferenda ſunt, quæ diximus tom. 1. in
catena pareg. à num. 82.

Et reſpice in hac hora ad opera manuum mea- 23.
rum. Dixiſſe crederes, ad opera manuum tua-
rum; ne perire deſineret, quos ſolicitiùs eius
dextera ad Deum videndum Iſraelitidas fuit mo-
lita. *Sed ad opera manuum mearum* dixit; quia
in manu fœminæ glorioſior erat Domino exer-
cituum triumphus. Noluit Dominicæ manui,
quæ plaſmare, produceréque nouerat ab exor-
dio, plaſmatis ſui adſcribere deſtructionem; ſibi
adrogat cædem, quæ lictoris munus elegit, vt
illuſtrior ab imbellis brachio oriretur victoria.
Sed cur ad opera, & non ad opus? Cur manuum
mearum, & cùm non manus meæ; nonniſi vna
fuit occiſio Tyranni, nec gemina manu ſtrictus
acinax cecidit in ceruicem? Vtuntur Hebræi plu-
rali numero ad rei magnitudinem extollendam, vt
literato notiſſimum eſt. Magnanimi operis excel-
lentia non ſatius poterat niſi pluralitate deſcribi.
Nec ſiniſtra manus debuit à laude narrationis or-
bari, quæ & vaginam auulſit; & cædendi comam
compreſſit. Non ignorauit ſiniſtra, quod dextra Matth. 6. 3.
peregit; quippe non miſericordia, ſed ſeueritas
agebatur. Amico ſe ſatellitio ſociarunt binæ ma-
nus fœminæ, ne in tam ſtrenuo vnius opere otia-
retur & altera. Non minoris fortitudinis fuit, te-
nuiſſe crines, & ab epoti capillamento ſorduiſſe;
quam cecidiſſe ceruicem. Hiſpidi enim villi in-
tortáque coma ab aſperæ indolis, ſæuíſque pecto-
ris eruperant qualitate: immodicúſque rigor
fuit, teneritudinem digitorum attactum verticis
non horruiſſe, quem capillorum nemus duris ne-
xibus implicabat.

Reſpice in hac hora. Momento peragenda cæ- 24.
des erat, nec pugionis acies greſſum præſtola-
tura per collum: cur Iuditha nuncupat horam?
Quoniam poſt diſſectum caput, vſque ad regreſ-
ſionem in vrbem complura pericula ſuppete-
bant, enixéque curauit; ne à Dominicis oculis
orbaretur cum cadauere intra cubile, ne impuri
ſanguinis habitus, dum candorem inficeret ca-
ſtitatis, eam, quæ viriliter ſe geſſerat, pauidam

 reddidiſſet;

reddidisse. Ne diuinum fauorem qui precatur, angustet; augusta est diuinorum viscerum pietas, auarum oratorem fastidit. Qui momento indiget, postulet horam: fit quod superfluat de laxioris muneris largitate; ne si strictè petat, impetret nihil.

25. *Vt sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas.* Cruciari opus est, in expendendis his verbis, quotquot historiam hanc præpropera festinatione ad Manassæ tempus anteuertunt, vel post Darium sub Xerxis, seu Artaxerxis Longimani, seu Ochi tempestate collocant; siquidem vtrumque placitum hac Iudithæ oratione respuitur. Quippe & ante captiuitatem Babylonicam, fractisque iam Manassæ compedibus Ierusalem stabat; nec eius decor abolitus, nec disiecti muri, nec templum inhonorâ dissipatum strage. Et deinde, postquam illa augusta ciuitas cecidit, non plenam reparationem sortita est, quousque in sexto anno Darij in pristinam faciem surrexit, vt

Esdr. 6. liquet ex 1. Esdræ 6. & Ecclesiastici 49. & nos
Eccles. 49. pluribus firmauimus suprà tom. 1. cap. 1. num. 18. & fusiùs cap. 4. à n. 2. Ergo pro Cambysis chronologia hæc verba immodicè suffragantur, qualem nos adhuc diximus seriem: cuius sub annis nondum sancta ciuitas repedauerat in sui moliminis verticem; potiùs prima humiliáque tecta se parumper attollebant ab humo, confisa in reparationis spe, qua vaticinia sacra spondebant, vt

2. Esdr. 8. 2. Esdræ vers. 8. lectori constabit. Interpellat igitur Iuditha Deum, vt stet promissis, & quam venti perflant, ciuitatem in sydera erigat; nec quod inceptum in structuræ pignus est, Holofernis exercitu diruatur; sed ab hac illustri victoria vrbs animosa consurgat, frænaque inimicis iniiciat; vt in eam vibrare iacula pertimescant. Quare auertendæ sunt metaphoricæ expositiones, quas hîc Salianus & alij comminiscuntur, cùm aduersus stimulum calcitret, qui à vero & syncero sensu hæc verba satagit detorquere.

Lyra. Placet Lyra, qui scholiat: *Sicut per Prophetas prædixit, eam propter peccata destruendam; ita etiam promisit per eos, post pœnitentiam populi readificandam.*

26.
Græc. Et quidem clarè admonent sensum hunc, quæ textus Græcus suprà cap. 4. exhibuit: *Itaque vehementer ab eo timuerunt*, id est Holoferne; *& propter Ierusalem templúmque Domini Dei sui perturbati sunt: recèns enim redierant è captiuitate, & nuper populus vniuersus conuentum à Iudæa celebrauerat.* Ex quibus luculenter depromitur, ideò ab Holofernianis copiis vehementer trepidauisse Hebræos: quoniam non solùm templum, sed & ciuitas facilis aderat euersioni, quam diruta mœnia & ex cæspite domus, lineamentáque nuper instructa, iniuriis hostilibus exponebant. Quòd si mauis, iam excitatam pristinæ ciuitatis figuram; sat est quòd templum nondum surrexerat in fastigium, vt nondum erecta Solymitana ciuitas proferatur: siquidem Ierusalem nomen accipiebat à templo, cuius causâ ciuitas

Zach. 8. 4. Sancti, seu ciuitas Sancta vocatur, Zachariæ 8.
Isai. 48. 2. & 52. 1. vers. 4. Isaiæ 48. vers. 2. & cap. 52. vers. 1. & Hebræi Solymitani dicebantur, id est, pacifici: quoniam ad pacis fœdus feriendum, templum Salomon construxit. Eundem sensum textus

Græca. Græcus præfert ac Latinus: *εἰς ὕψωμα ἱερουσαλὴμ*; propriè enim ὑψόω erigere, seu in altum tollere est, & ὕψωμα cacumen seu summitas, & de perfectione absolutionéque ædificiorum passim sumitur. Ioseph *πρὶν φθάσαι, τὸ ἔργον [illegible]*. Ioseph.
Id est, *antequam perficeret & impleret opus, decessit.* Non potuit apertius verbum statui Solymorum inueniri: siquidem posteà Darij tempore: ab infima forma, inferníque partibus erecta sunt.

Et hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. 27.
Fidem suam pro tanti præmij mercede prudens fœmina deuouet. Quam in æstu victoriæ, iugulationísque instanti diuino Numini litat, & in recordationem adducit: *Hæc est enim* 1. Ioan. 5. 4.
victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Ne è manibus laberetur triumphus, præripuit fidem, quæ sperandarum rerum substantia est, id est, stabilimentum & fulcrum; & in præsens tempus futura promissa reducit. Iam secura manet de trophæo, quæ dum manum armabat pugione, vindicem fidem aduocauit ad ictum. Vicisti fœmina: fides tua non solùm te saluam, sed & saluatricem populi fecit. Fidei voci præmium assuitur: hac dictione cane triumphum. Clemens Clem. Alex.
Alexandrinus 4. stromat. cap. 4. *Præmia autem fidei mox accepit, cum mulier in hostem se prædare gesserit, & potita sit capite Holofernis*: quorum verborum gustum dedimus suprà tom. 1. catenæ paneg. num. 5. vbi à num. 1. plura de Iudithæ fide texuimus.

Et hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, 28.
perficiam. Bene consummatam fœminam appellauit Iuditham nominatus Clemens eodem lib. 4. cap. 4. quæ opus suum in crucis signo, nempe in acinace, consummauit: ne saluatricis elogium amitteret, si quæ manum in aratro posuerat, deficiens à facinore retrò respiceret, vt alias de Christo Saluatore dixit Bernardus. Quæ ad infligen- Bernard.
dum vulnus, fide se armabat, spei alacritatem præsumit, vt cui intra præcordia Dei charitas, amórque populi ardebat, nulla de ternario virtutum, quæ principali nobilitate feruntur in Deum, in momento cædis deficeret. Vix enim hæc protulit verba, cùm religiosa pro officio, læta pro voto, festina pro gaudio, nec incredula de oraculo, dubitans de imbecillo sexu, incerta de prodigio, vt quæ cogitauit, expleret, ad thalami columnam accessit. Ideò autem se id cogitauisse pronuntiat, ne de subita extemporalíque, quod iracundiæ, & furoris est, aggressione damnetur; sed eam seria maturáque deliberatio commendet; nec fœminei cerebri intempestiuis ausibus in hostem adrogetur irruptio. Imò perseuerantiæ in proposito sancto ferat præconium, quæ inquietam pectoris fœminei naturam, ventis quibuslibet ventilatam, de suóque flexibilem, immobili stabilitate firmauerit. Nullum violentum stabile est. Stat Iuditha, quam nullus pauor concussit, dum violentiam incutit Persæ. Sed qui castam viduam violare parauit, non violentiâ, sed virtute necatur: satius enim est, vt spumosum præ vino sanguinem per ceruicem effundat, quàm libidinis spurcitiis candorem temeret innocentiæ.

Vers. 8. Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit.

Et cum hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius. Submurmurantia labra 29.
vix

vix finem dederant orationi, verbáque fermè deglutita, nec prolata cessarunt, cùm animos à fide spéque capessens, quæ ante lectum stabat orans, ad lectuli caput accessit, vbi columna sese erigebat, fortassis sublimior ac illæ, quæ ad lectuli extremitatem aulæum, cubiculaéque tentorium eleganti structurâ tenebant. Tentorum enim more, thalami construebantur, vt adnotauit Seruius ad illud 1. Æneid. *Cùm venit, aulais iam se Regina superbis.* (Seru. Virg.) Nec puto, quatuor æquis columnis lectulum constitisse Holofernis, quales Persarum Regum thronum sustentabant. Athenæus lib. 12. cap. 3. (Athen.) *Thronúsque, in quo ius dicere consueuerat, erat aureus: circa quem quatuor aureæ columnæ lapillis distinctæ mirum in modum circumponebantur.* Vt enim ad pedes desuper deflecteret conopeum, geminæ columnæ in lectuli capite eminebant; geminæ autem aliæ erant columellæ minores: & ideò è columna hac erectiori pugio pendebat. Nisi velis, quòd columnis æqualibus lectulus pangebatur, quæ cadentem desuper conopeum ad spatiosam sinuosámque concauitatem, ne per rugas stringeretur, protendebant, vt circum thalamum rotaretur. Conopeum enim, si censendum est, quod Hispanè dicitur *Pauellon*, in fastigiatum conum & apicem desinit: quæ formæ nobilioribus thalamis inerat. Claudianus in epithalamio Honorij & Mariæ: (Claudian.)

Ast alij thalamum docto componite textu,
Ædificetur apex, qualem non lydia diues
Erexit Pelopi, nec quem struxere lyæo
Indorum spoliis, & opaco palmite Bacha.

30. Hæc in lectulis forma Persarum Regum superbiæ conuenit, quorum nimium occulebatur facies, velaque, & amiculos, quibus tegerentur, amabant, vt liquet ex responso, quod dedit Themistocles Regi Persarum apud Plutarchum in Themistocle, & ex Curtio lib. 8. (Plutarch. Curt.) *Nec quidquam eorum, quæ inuicem iactata erant, Rex ignorabat: cùm post aulæam, quæ lectos obduxerat, staret.* Quòd autem his aulæis sustinendis adhiberentur columnæ, perhibet Athenæus lib. 12. cap. 8. de Alexandri delitiis. (Athen.) *Vt verò scena firmaretur, atque consisteret, columnæ viginti cubitorum auratæ, atque geminatæ, circúmque argento obductæ constituebantur, circumponebantur in ambitu aulæa magnifica belluata, ac auro conserta, quæ columnas habebant aureas & argenteas.* Apud Græcum est τὸ κανὼν quod Arias Montanus exponit *regulam:* meliùs Vatablus *columellam.* (Græca. Montan. Vatabl.) Licèt enim varij sint huius vocis significatus, vt plurimum in eo fermè conueniunt, vt aliquid erectum præsignet. Quare pro ligno erecto accepit Budæus. Et pro virgulis, quibus clypeos tenebant, Eustathius & Hesychius. (Bud. Eustath. Hesych. Henr. Steph.) Quin Henricus Stephanus in thesauro ex vulg. lex. hunc Iudithæ locum citari ait, vbi canon columnam lecti significat.

31. Desiderabis in hoc Persarum Dynastæ lecto auream vitem, quæ Persarum Regum thalamum vmbrâ ditissima redimiebat. Athenæus lib. 13. cap. 3. (Athen.) *Aderat in ipso cubiculo vitis aurea supra lectum, lapillis pretiosis ornata, quam scribit Amyntas in ponderibus racemos ex pretiosissimis calculis compositos habuisse: atque non longè ab ista craterem aureum opus Theodory Samy positum fuisse.* Id Indorum Regi adscribit Curtius lib. 8. (Curt.) *Regia auratas columnas habet, totas eas vitis auro calata percurrit.* Quo suspicor respexisse Sidonium carm. 24. (Sidon.)

Quis pomaria prisca Regis Indi,
Hic nunc compare aureásque vites
Electro viridante pampynatas,
Cum Porus posuit crepante gaza
Fuluo ex palmite vineam metalli,
Gemmarum fluitantibus racemis.

Sed quòd aurea vitis Regi Persarum adroganda, præter Plinium lib. 33. c. 10. Plutarchum lib. 2. de fortuna Alexandri, Herodot. lib. 7. confirmat. (Plin. Plutarch.) Quòd Aristobulus vitem auream pretij quingentorum talentorum dedit Pompeio, Iosephus lib. 14. antiq. & ex eo Zonaras, literis consignarunt. (Ioseph. Zonaras.) Cur autem in lecto Persici Reges vitem suspenderent & craterem, luxus & crapula in causa fuit, vt ipse Baccho litauissent dormientes, sub gemmeísque pampynis cùm merum digerebant, meri imaginem cum sopore bibissent; & quasi guttas desuper cadentes ex auro, oculorum palpebris complicatis lambere effingerent. Ideò enim ethnici suspicati sunt, Bacchum ab Hebræis coli; quoniam vitis aurea fuit in templo reperta. Tacitus: (Tacit.) *Sed quia Sacerdotes Iudæorum tibiâ tympanísque concinebant vitísque aurea templo reperta, liberum Patrem coli domitorem Orientis quidam arbitrati sunt.* Consule Lipsium lib. 2. elect. c. 5. & Plutarch. sympos. lib. 4. quæst. 5. (Lipsius. Plutarch.) Ergóne Holofernis lectus non à Bacchi palmitibus velabatur, qui gemmeis pampynis per columnas ludo textili discursarent? Cur vitis, cur crater aureus non exhilarant lectulum temulenti?

Verùm sat ipso pro toto Baccho, vineáque est: à meraciore thalamus feruet, nec à torculari vndante discernitur. Et quidem textus Græcus ait, vt suprà notabamus: *Holofernes procumbens super lectum suum: erat enim perfusum ipsi vinum.* 32.
Quod Sanctius exponit, vinum euomuisse, quo lectulus innatabat: (Sanct.) redundentia enim crapulæ per madidi os turpiter fuit regressa, & vsque ad margines thalami vinarius gurges æstuauit. En ergo super lectum non ex auro vitis & crater, sed à bibaci stomacho viuidior vitis erupta, cui lectulus crater fuit, & calidis fluctibus super culcitram iactabatur epotus. Non tamen censeo fœtidum vomitum Græco à textu indicatum, sed hac phrasi madorem eius exposuisse, & ebrietatem, quam adducit pro ratione, cur in lectulo sic distentus iaceret: id enim ponderis est in illis, ἦν γὰρ *erat enim*: nec esset apta ratio, ideo in lecto iacuisse, quia crapulam euomuerat. Quare vertit Vatablus: (Vatabl.) *Et Holofernes proiectus in lecto suo, quòd ebrietate perfusus esset.* Et scholiat: *His verbis, significat eum copiosius ac immoderatiùs bibisse.*

Et pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit. 33.
Vel vittâ, vel fibulâ, vel vnceo è columna pugio pendebat ad caput lecti, non longè à Domini capite & imminens. Quàm pendula, & in lubrico, ei vita manebat, quæ iamiam per labile à madore corpus fluitans, in interitum lapsabatur! Ne distaret à scelerato supplicium, comite instrumento mortis dormiebat. Concupiit portionem thalami occupari ab Hebræa, sed sordidus lectus nullum contubernium admisit, nisi & occidendi Domini & gladij occisuri. Indissolubilis est à latere peccatoris suæmet punitionis machæra, quæ, vt Dominum iniquum defendat, delitet sub vagina; stringitur solùm vt puniat. Secum fert illicem mortis, qui peccati visco perungitur. Si stimulus mortis peccatum

tum eſt, fugere non valebit, qui ſecum aculeum
geſtat, quo mors agitatur ad curſum. Quin per fa-
tale ſtadium currit, etiam qui dormit, ſi in flagi-
tiis diſtentus, per mortis imaginem, quæ ſomnus
eſt, ad ſomni prototypum venit. Vſitatiſſimum
fuiſſe ad caput dormientium gladium pendere,
Theocrit. Theocritus dabit idyl. 24. *Gladius pendebat ſemper*
Greg. Tur. *ad lectulum ex claro cedrino.* Greg. Turonenſis hi-
ſtor. Franc. lib 9. cap. 17. *Puella extenſa manu trans*
caput viri gladium reperit, quo euaginato caput Du-
Liuius. *cis, velut Iudith Holofernis ictu virili vibrauit.* Li-
uius lib. 39. *Ad nutum ſcorti Conſul ſtricto gladio,*
qui ſuper caput pendebat.

34. In Latino textu non exponitur quod genus
pugionis. Vtebantur copidibus Perſæ, quos
Curt. dextra verſabant, & deſcribit Curtius lib. 8. *Co-*
pidas vocant gladios leuiter curuatos, falcibus ſimi-
les, queis amputabant bellicarum manus. Qui qui-
dem aptiſſimus amputando capiti gladius vide-
tur, nec diſſimilis à ſagari, quo Perſas vſos ſcri-
Xenoph. bit Xenophon lib. 2. παιδ. eóque Amazones fœ-
minas ſe in bella dediſſe, refert auctor ipſe lib. 4.
ἀνάβασ. An ergo ſagaris, Amazonis noſtræ, He-
roïnæque ſacræ manum, in Tyrannum armauit.
Non diſtaret à coniectura, nyſi Dynaſtarum &
nobilium gladius acinax eſſet, textúſque Græcus
planè indicaret. καθεῖλε τὸν ἀκινάκην ἀπ' αὐτοῦ. Id
eſt, *acinacem ab eo deſumpſit.* Et quidem pugio iſte
Holofernem decebat; quippe acinax aureus non-
niſi Primoribus regni indulgentiâ Regis & mu-
nere, latus cingebat, vt conſtat ex Xenophonte
Procop. lib. 1. pædag. & Procopio lib. 1. de bello Perſico.
Quin acinax ob partam victoriam Ariſtarchis
illuſtribus præſtabatur, quali Mitridates ab Ar-
Plutarch. taxerxe donatus apud Plutarchum in Arta-
xerxe.

35. Iam alibi diximus ex Æliano lib. 1. var. hiſtor.
Ælian. quòd exterarum gentium legatis pro diuite be-
neuolóque dono acinacem Perſæ largiebantur,
hócque fuiſſe munus, quod ſoporatus Holofer-
nes dedit è lecti columna Iudithæ, quæ legatio-
ne Dei fungebatur, vt illa dixit ſuprà cap. 11. *Et*
miſit me Dominus hæc ipſa nuntiare tibi. Ergo tol-
le quod tuum eſt, fœmina ſacra: ſolue pugio-
nem, è vaginæ carcere libera, vt Tyranni guttur
diſſoluas, euagines è corpore bibaciſſimam ani-
mam, & in carcere inferni detrudas. Ebur can-
didæ manus cum ebore capuli conueniet, inter
crucis ſignaculum inſere digitos, vt fortem ar-
matum, nequitiæque Principem, capútque lu-
xuriæ diſcindas. Adhuc teneritudinem fuſi te-
nerioribus digitis regyrabas; nunc lethali forfi-
ce ſinde filum; vitæque nequiſſimæ ſtamen, quod
nebat Parca, diſrumpe, vt vitalia populi tui fila
producas, libertatiſque telam diſtendas, & ver-
tentibus ſæculis clariſſimum nomen euoluas ve-
S. Auguſt. nuſtè deſcribit Auguſtini ſerm. 67. de tempore.
Conſtructo thalamo concitatur ad Ducem pronum
amore, victum ſomno, eliſum virum in ſtrato; bel-
latoris crines implicuit pulchritudine digitorum:
poſt teneritudinem fuſi, habeni capulum quærit. Mu-
cro matronam non terruit, ſed armauit, quæ ita pu-
gnauit.

36. Verſ. 9. *Cúmque euaginaſſet illum, apprehendit*
comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine
Deus in hac hora. Non gemmea vagina oculos
Heroïna detinuit, ſed illicò gladium ſtrinxit,
cauens ne ſtrepitum ederet in egreſſu. Quid iam,
inermis Dux? Quid Holofernes? Gladium abſ-
que corde geſtabas; Iudith abſque gladio cor:
quidni te fugeret gladius, vt in fœminæ manum
venirez? Erettius dicebat apud Plutarchum in Plutarch.
Themiſtocle: *Num vos quoque dicere, quid de*
bello velitis, qui ſicut loligines, gladium habetis,
cor non habetis? Verè qui ſeduceris, cor non ha-
bes; vel in amphoris, vel in gazis, vbi cor ha-
bebas, dereliquiſti; vbi theſaurus tuus, ibi &
cor tuum erat, ibi hoſpitium Hebreæ transfu-
gæ decreuiſti, quæ cor tuum deprædata maſculo
robore, viriliſque corde iamiam in cæterum tui
corpus irrumpere tentat. Auguſtin. ſerm. 67. *Iudith* Auguſt.
bellator animus alienum pectus obſedit. En in He-
roide latet ſexus: quod geritur, virilitas eſt: fœmi-
neæ imbecillitatis immemor, quæ virum aggre-
ditur, in virum tranſiuiſſe dignoſcitur. Quaſi na-
turam illuderet, quæ vt fœmina fuit ingreſſa, vt
vir egreditur, nihilque de fœmina manſit, niſi
pudor. Inde virilem appellant Patres, Alcimus Alcim. Ait.
Auitus:

Fœmineáque animi Iudith in mente virilis.

Sidonius in carm. ad Fauſtum Regienſem. Sidon.

Et fragilis valido latuit bene ſexus in ictu.

Quæ loca & alia plura de Iudithæ fortitudine
diſcuſſimus tom. 1. in caten. paneg. à n. 82.

Apprehendit comam capitis eius. Comatos 37.
Perſas ad elegantiam & luxum, præter Hero- Herodot.
dotum lib. 6. Athenæus prodidit lib. 4. Come- Athen.
bant quidem capillitium tamquam libidinis te-
ſtem, cui molliter & vſque ad crines immerſi
deuouebantur. Inde Veſpaſianus apud Sueto- Sueton.
nium cap. 23. Crinitum cometem, qui tunc lu-
cente comâ apparuerat, dixit, nihil ſibi portren-
dere, ſed ad Perſarum Regem, qui capillatus &
comatus eſt, pertinere. Venuſtati formæ impen-
sè Perſarum proceres inhiabant, vnde eis ſtu-
dium comæ, de qua dixit Lycurgus apud Plu- Plutarch.
tarchum in apophteg. *formoſas coma reddit pul-*
chriores. Inde plurimâ muliebris mundi portio-
ne ornabantur, quibus de viro nihil niſi gla-
dius. Curtius lib. 3. *Zona aurea muliebriter cinctus,* Curt.
acinacem ſuſpenderat, cui ex gemma erat vagina.
Id de Holoferne poterat protuliſſe, qui in mu-
liebri ignauia per geminam ebrietatem deuolu-
tus, acinacem ſuſpenderat è columna; nec tamen
zona cingebatur, qui caſtitatis zonam ſoluere con-
cupierat.

Cur fœmina prudens hiſpidam barbari co- 38.
mam prendit, nec dubitat pungere villis cutem
teneram digitorum? Nonne crinium pulſu agi-
tatus potuit expergiſci Perſa, innodatiſque ca-
pillis à manu fœminæ, quo iacebat, altum ſopo-
rem enodauiſſe? Anne hîc de ethnicorum fabu-
lis ſuperſtitio vulgaris irrepſit, qua priſci cenſe-
bant, non aliter poſſe aliquem mortem ſubire, niſi
priùs crinis à Proſerpina velleretur. Statius lib. 2. Stat.
Syluar.

Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.

Virgilius de ſaucia Didone: Virgil.

Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem,
Abſtulerat, Stygióque caput damnauerat orco.

Sed abſiſtant hæc inſomnia prophana. Non co-
mam diſcerpit Iuditha, ſed capit, non ſcindit, ſed
prendit, nec vibrat gladium, vt per capillamentum
graſſetur, ſed vt caput demetat, quod dæmoni-
bus inferis ſacrum erit, ſicut de crine capitis
dixit Charon Alceſtides apud Eurypidem, dum Charon.
crinem ſecaret: *Sacer enim ille eſt Diis inferis, cui*
hic gladius capitis ſacrarit crinem. Cur autem co-
mam prenderit ſi petas, dicam: quoniam Per-
ſarum comæ per ceruicem fluidæ ſcapulas obum-
brabant.

beabant, vt aliàs Apuleius 2. Floridor. de quodam Cytharœdo inquit: *Ponè coma prolixior inter lucentem ceruicem ſcapularum finibus obumbrat.* Iudith, quæ per ceruicem gladium ſepelire parabat, ne obtuſa acies in lubricis, fuſiſque crinibus turbaretur, crinium manipulum digitis ſtudioſis collegit, vacuúmque ſitum pugioni reliquit. Quin capitis abſcindendi prendere comam manu, non vnius, ſed plurium diligentia fuit: Sic apud Poëtam 2. Æneid. *Implicuitque comam lauâ.* Hippolytus in Seneca:

En impudicum crine contorto caput
Laua reflexit.

Plura exempla conducit Cerdenſis præfixo loco Maronis.

39. *Confirma me Domine Deus in hac hora* Iam nuper dixerat: cur vocem geminat ad periculum? Nonne ſilentij tenax per labiorum nutus diuino Numini conceptiones pectoris exhibebat? Si nunc exerit verba poſt pugionem exertum, fortaſſis excitabitur temulentus. Verùm ne in puncto facinoris feruor orationis abeſſet, iniuſſa è corde ebulliunt ad linguam, timens ne in momento illo cæleſtis fortitudo ſecederet. Ergo quæ ab oratione in edito ſacello Bethuliæ orſa fuerat ſacræ & veriſſimæ ſcenæ primordia, voluit in oratione finire, vt in vno accentu concordarent extrema, & Dei opus clariſſimum appareret, quod à Deo incepit, in Deóque finitum, de memoria reſurrectionem ſortitur. Recognoſce quæ diximus ſuprà tom. 1. in caten. paneg. à n. 74. vbi latè de oratione Iudithæ.

40. *Et percuſſit bis in ceruicem eius.* Cur in ceruicem prima acies immittit, vbi rebellior ferro cartilaginum reſiſtentia, nec ſic penetrabilis ac obediens, ac gulæ mollities? Anne, vt inhonorabiliùs cæderetur, cui caput ſcindebatur à tergo, diuinæque maieſtatis reus, vt ignobilior victima deuoueretur in Orcum, diriúſque periret, cui aliqua mora ex ingenio carnificis inter vulnus diſtenderetur & mortem? An in ceruicem pugionem impreſſit, vt primus brachij vigor obſtinatiorem, duriorémque partem abſcinderet, ne poſteà ictu geminato defeſſus integrum caput diuellere ab humeris non valeret? Profectò liquet ex hac prima percuſſione ceruicis, Holofernem pronum iacuiſſe: quod quidem è re nata fuit, vt & cæderetur ſecuriùs, & ſoporaretur profundiùs, nec aliquis crepor poſſet excitare dormientem. Simonidis ſententia fuit, retrorſum cadere non poſſe, qui vinum curarum fugax bibunt: quæ verba Athenæi ſunt lib. 10. cap. 16. deindéque pergit: *Sed, vt ait Ariſtoteles in libro de ebrietate, qui vinum hordeaceum bibunt, in tergum cadunt, quod vinum pinum vocitant: ab aliis ſiquidem ebrij, in omnes corporis partes concidunt: nam in dextram, ſiniſtrámque cadunt, pronique & ſupini; ſoli verò ij, qui ex pino ſunt ebrij, retrorſum ſupinique cadunt.* Non igitur ſupinus ceciderat Holofernes, ſed ebrietas faciem eius in culcitra ſepeliuit, ceruicémque obtulit ictui, vt per medias fauces graſſaretur acinax, donec ad gulam voracitatis & crapulæ ream, vt redderet in ſanguine vinum, accederet. En à ſobrietate iugulata luxuries, quam Prudentius in Pſychomachia deſcribit?

——— Lingua reſectam
Dilaniata gulam fructu cum ſanguinis implet;
Inſolitis dapibus crudeſcit guttur, & oſſa
Colliſque facta vorans, reuomit, quas hauſerat offas
Ebibe iam proprium poſt pocula multa cruorem,
Virgo ait increpitans: ſint hæc tibi fercula tandem
Triſtia præteriti nimijs pro luxibus æui,
Laſciuas vitæ illecebras guſtatus amara
Mortis, & horrifico ſapor vltimus aſperat hauſtu.

Vt neruoſam ceruicem, durúmque iugulum acinax finderet, toto robore, qua alternatate leuauerat brachium, fœmina virilis depreſſit, ictúque geminato aciem in carnoſis faucibus ſepeliuit, verita ne ſi ſemel percuteret, dormientem, antequam occideret, excitaret.

Et percuſſit bis in ceruicem eius. Si Deus ſe in manu fœminæ depoſuerat, ſat fuiſſet, quòd ſemel manus caderet in ceruicem: multum enim ponderis habet iræ Dei ad vindictam peccatoris ſeueritas. Sed in plumbeum hominem, quem flagitiorum talenta grauitaſque nequitiæ in profundum ſopitæ temulentiæ demerſerant, opus fuit geminata percuſſio: quaſi vires ſuas exerat Deus, vt ſuperbi ſubiuget rebellionem. Sacræ carnificis impetus duplicato irrupit impulſu; nec pium exſatiaret furorem, niſi in geminam ebrietatem, vini nempe & amoris laſciui, ictu gemino animaduerteret. Quòd ſemel cecîdit, religionis fuit; quòd iterum, iracundiæ piæ, quæ, vt ſtrenuum, & gnauum opus eliciat fortitudo, ei ſolet in periculis ancillari. Gregorius lib. 5. Moral. cap. 33. *Curandum ſummopere eſt, ne ira, quæ inſtrumentum virtutis aſſumitur, menti dominetur, ne quaſi domina præeat, ſed quaſi ancilla ad obſequium parata à rationis tergo nunquam recedat.* Ergo ſecunda vice in iugulum abſcondiſſe pugionem, iræ ſanctæ fuit famulitium, quæ poſt percuſſionem primam à tergo ſuccurrit, vt vindicta plenior euaderet. 41. Gregor.

42. Anne oculus caligauit rationis in æſtuante Heroïdis furore, quæ manſuetudinem oblita diriùs in lanienam proceſſit? Auſculta S. Thomam 2. 2. quæſt. 98. art. 1. ad 2. *Hæc autem ira, etſi in ipſa executione actus iudicium rationis aliqualiter impediat, non tamen rectitudinem rationis tollit. Vnde Gregorius dicit, quòd ira per zelum turbat rationis oculum, ſed ira per vitium excæcat.* Non trepidauit manus: imbecillem ſexum oblita, ſed ex pio furore audacia incrementum aſſumpſit; quippe quæ vindex cæleſtis Numinis aderat, cælitus audacibus ſpiritibus armabatur. Prudentius in Pſychomachia. S.Thom. Prudent.

Famoſa mulier referens ex hoſte trophæum.
Non trepidante manu, vindex mea cælitus audax.

Dixit Ariſtoteles 3. Ethic. cap. 7. *Audaces præuolantes ſunt, & volentes ante pericula, in ipſis autem diſcedunt.* Sed agit de his, qui non cælitus ſunt audaces, ſed blandientis auræ ſtimulis acti, inaniſque gloriæ aucupes ſe feruente ſanguine, qui in periculis ipſis tepeſcit, diſcrimini inconſultè dimittunt. *Fortes verò* (inquit S. Thomas 1. 2. quæſt. 45. art. 4. in corpore) *qui ex iudicio rationis aggrediuntur pericula, in principio videntur remiſſi, quia non paſſi, ſed cum deliberatione debita aggrediuntur: quando autem ſunt in ipſis periculis, non experiuntur aliquid improuiſum, ſed quandoque minora illis, quæ præcogitauerunt, & ideò magis perſiſtunt.* In gemina percuſſione Heroina perſiſtit, vt quæ diu cogitauerat, ſicut in ipſo facinore prudens teſtatur, plenè perficeret, nec aſpergeret ferrum, ſed impuro ſanguine ſaturaret. Ariſtot. S.Thom.

Et

43. *Et abscidit caput eius.* Quousque ab humeris sacrilegum euelleret caput, animosa non destitit, ne aliquid suum, nempe vulnus, in lasciuo corpore reliquisset. Demessuit segetem falce furoris, vt in Bethuliensium horrea deueheret, quæ famem inopem depulisset. Crinium manipulo manum tenetam grauidauit, quæ diuisæ in tot libidines animæ fasciculum comburendum igni ad inferna incendia remisit. Abscidit caput, ne guttur insanáque gula voracem continuaretur ad ventrem, sed inscisso calliculo, qui tot absorbuerat vini fluenta, æternè inter flammas dæmonum ieiunaret. Si Chiomara Galathæ Ortiagontis vxor, Romani Tribuni caput abstulit, & attulit ad maritum: quidni Holofernis adulteri caput Iuditha ad domesticos defuncti mariti lares tulisset, vt suam vindicaret iniuriam, & emortui coniugis reparauisset honorem, qui etsi non opere, desiderio autem à mœcho Duce fuerat pollutus? Placitura viro hoc illi reseruauit trophæum, quæ ideò vestes resumpserat coniugales, vt aduersus adulterum pugnatura, nonnisi coniugij arma profuissent. Ambrosius lib. de
Ambr. viduis: *Vt commentitum strueret dolum veste illa iucunditatis, quam viuente viro vestire solebat, se induit, quasi placitura viro, si patriam liberaret. Et benè coniugales pugnatura resumpsit ornatus, quia monimenta coniugij arma sunt castitatis. Neque enim vidua aliis aut placere possit, aut vincere.* Quem locum plenè enucleauimus suprà tom. 1. in caten. paneg. num. 42.

44. Ergo à ventre caput Holofernis excidit, qui non curabat nisi quæ ventris, & sub ventre sunt, vt geminam ebrietatem his sordidis in-
Sidon. strumentis expleret. Id sibi voluit Sidonius, cùm cecinit.

Quin & Holofernis caput est à ventre recisum,
Cum potor vino plus æquo deditus esset.

Adnotabamus suprà dictâ caten. num. 64. cur caput à ventre rescidisse dicatur, cùm caput à ventre dissitum sit. Sed sacri pudoris assertrix in hominem, qui non nisi capite ventréque constabat, vtpote cui superbia & luxus totum erat, casto simul & sobrio appetiuit impulsu, vt gulam simul & libidinem trucidaret: de quibus
Tertull. Tertullianus lib. aduers. Psychicos. *Monstrum haberetur libido sine gula, cùm hæc duo tam vnita atque concreta sint, vt si disiungi omnino potuissent, ipsi priùs ventri pudenda non adhærerent.* Ergo libidinem & luxum vna pariter castigatione discussit: & Dei & proprio consuluit honori, quæ pudorem viduæ, religionémque Dei duplicato vulnere vindicauit. Cur ad exectas venas, sanguineúmque ebullientes venenum non horret delicata matrona, & cruenti profluuij torrentem impauidis oculis & auribus haurit? Imò his dapibus & obsoniis ira Dei saginata depascitur, quæ intinctam aciem lambere non detrectat, dummodò immisericordem hominem per hæc fluenta ad Tartara ducat. Virtutis, sanctæque iustitiæ stomachus non nauseat ad supplicia peccati, nec pauet ad lanium, dummodò flagitiorum organa disrumpantur. Potius horruerunt Persæ audaciam fœminæ, vt ipsa cecinit cap. 16. quæ inter cruoris gurgites sicca & inturbata remansit.

45. *Et abstulit conopeum eius à columnis.* Ne aliquid de strepitu victoriæ defuisset, quæ ceruicem diuiserat, diuidit spolia: noluit absque mercede discedere, quæ tantam operam pro iustitia & religione nauauerat. Suprà latè diximus de conopeo, & an quod lectulum obumbrat, alterum sit ab eo, quod ornando throno in vestibulo tendebatur, diuitibus gemmarum onustum ponderibus, & de purpura cum Regis maiestate contendens. Textus Græcus, vnum fuisse videtur innuere, apud quem & ipse connubialis lectus idem, in quo soporatus iacebat, somnúmque & somni germanam mortem accepit. Et quidem nec Latinus textus discernit an duplex lectus fuisset, in quo iacuit ad mortem, & in quo ad temulentiam discubuit. Nec longè à coniectura est, quod qui cum seruis suis, vt luxuriosiùs cœnaret, hilare conuiuium instituit, in ipsomet Veneris, quam concupiebat, stadio voluisset discumbere, ne vlla distantia inter Bacchum & Venerem poneretur. Nec procul est à Persarum more, qui in penitiori ædium parte conuiuale epulum celebrare solebant, vt constat ex Athenæo lib. 4. apud quem lib. 5. In naue Philo- Athen. patoris prima loca signantur Symposiis, alia extima, alia intima.

Cur autem illicò à columnis euelleret conopeum, antequam aliquid de trunco corpore cogitaret, iure rogabis. Meditor ne ab exundanti sanguine aspergeretur, cuius immundas reliquias noluit suppellectili, quam sibi delegerat, adhæsisse, ne ab inhonesta aspergine aliqua impura species aliquando cogitationi puræ illusisset. E vestigio à columnis diremit aulæum, ne locum Tyranni nequissimi celauisset, flagitiique obumbrauisset theatrum, sed lectulus remaneret inanis, & in ignominiam publicam panderetur illius lupi cauea, qui innocentem castitatis ouem famelico voluit dente diripere. Non tegmen thalamus merebatur, in quo libido luxúsque dormiebat, vt testimonium sanguinis inhonesti, quod puluinar madidum loquebatur, nullis latibulis conderetur. 46.

Sed cur inter omnes suppellectiles, quibus Holofernis tabernaculum abundabat, adhibuit animum conopeo, & quæ in thesaurorum loco, vbi gemmarum cumuli promicabant, habitauerat triduo, pellucidos tempsit vniones, spreuit lenocinia monilium, vt suprà muliebrem auaritiam diuitias sub sandalio calcauit, vnúmque reticulare sericum sibi desumpsit? Sed quale illibatæ castitatis aptius trophæum, quàm suprema lectuli portio, quæ obumbrandis libidinibus inseruiebat? Hoc nuptiali flammeo libentiùs pudicitia contegi potuit, quod pudorem testaretur immunem, lasciuiæque flammam in procacissimo prædone eiusmet sanguine, industriâ castitatis, extinctam. Tectum tori, apéxque supremus in gloriosum stemma Iuditha diuulsit, vtpote cui nihil potuit de impudico toro placuisse, nisi quod longiùs ab homine impudico distaret, propiúsque ad cælestis tegminis imaginem accessisset, in quod nihil coinquinatum subintrat, nec nisi sydera, quibus innocentiæ nitor incumbit, admittuntur ad lumen. Conopeum sibi delegit, quod caput lectuli erat, vt vtroque capite, nempe thalami & Holofernis, auspicato onusta rediret, nihil de hoste reportans, nisi quod distantius erat, & in viro à libidinis organis, & in lecto à libidinis situ. 47.

Et euoluit corpus eius truncum. Nisi accuratè puncta intercessissent, crederes corpus truncum in conopeo euoluisse: series enim verborum id indicare videbatur. Sed cùm postea conopeum 48.

detexerit

detexerit in Bethulia, clarè liquet, non hac Sindone inuoluisse cadauer. Dirimit quæstionem textus Græcus, qui ait, καὶ ἀπεκύλισε τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς στρωμνῆς, quòd Vatablus vertit: *Deinde corpore eius de strato deuoluto*; alij *Et euoluit corpus eius de lecto.* Hucúsque Neoterici post Lyram hæc verba sic interpretati sunt, quasi Iuditha de lecto, in quo iacebat, corpus acephalum deposuisset in cubiculi pauimento, nudum quidem, probróque & infausto tumulo dehonestatum. Profectò non integro pectore huic me deuouerem censioni. Nec enim floridæ verecundiæ iniuria modica est, quod carnei, lasciuique viri giganteam molem pulchra puella, brachiorum nisu è thalamo ad pauimenti stratum deuolueret, nudáque membra, quæ pudor cogitare auersatur, oculis virgineis conspiceret, & candorem, quem effusus cruor non asperserat, obiectum læderet impudicum. Quin non parua fæculenti sanguinis illuuies trahentem corpus fœminam macularet; zonæque, thoraci, & sericæ pallæ se per lacertos insinuans cruor, perpetuum stigma in vestibus impressisset. Mitto quòd fœminæ vires ad corpus è sanguinis lacu euoluendum nimium imbecillæ noscuntur, præcipuè cùm lectuli gradibus attollerentur, vt ex Statio constat. Quare potiùs suspicarer, ex ipso lecto tanquam funereis, institis iugulatum corpus inuoluisse tumultuarióque absque vllo decore stragulis thalami intexuisse cadauer, vt in soporis locò constratum à cubiculariis corporis inueniretur.

Vatablus.

49. Sed vrget pro Lyræ & Neotericorum placito, quod infra dicitur cap. 15. vers. 14. de eunucho ingrediente ad cubile: *Accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam, vidénsque cadauer absque capite Holofernis in sanguine suo tabefactum iacere super terram.* En truncus super terram conspicitur: nec potuit se proiicere à lecto; nisi à fœmina traheretur. Verùm textus Græcus ait inibi apud Vatablum: *Inuenit illum proiectum in lecto.* Attamen alia litteralior translatio non legit *in lecto*, sed in *strato* quod & significat pauimentum. Et cùm posteà etiam apud Græcum clamet Vagao: *Ecce Holofernes in terra, & caput eius non est in ipso*, & Latinus textus, cui deferendum est, luculenter dicat, in terra iacuisse, diffitendum minimè est, à Iuditha è thalamo eductum; ita tamen quòd priùs in lecti stramentis inuolueret, Sindoneque cinxisset, ne oculi in obiecti turpitudine impingerent. Id Latinus compendio tradidit dicens: *Et euoluit corpus eius truncum.* Id est, amiculis velamentisque lectuli inuoluit, deinque in pauimentum euóluit. Non modica coniectura est non nudum iacuisse Holofernem in thalamo nam: illum ex fumanti vino densus occupauerat sopor, nec quòd vestes exueret reliquit arbitrium. Quod si sic; benè consulitur Iudithæ pudori, quæ corpus vestitum non nudum admouit. Maximè quoniam consuescebant Persæ in castris corpora non nudare, vt coniicitur ex Xenophonte orat. de Agesilao Rege, qui Persas nudos diuendi iussit.

Xenoph.

50. Ergóne se implicuit immanibus artubus Holofernis, & quæ noluit vnum corpus per amplexus fieri cum viuo, cum cadauere non detrectat. Vide quàm diues castitas sit. Alieni corporis potestatem incepit habere post decessum, quoniam viui consuetudinem respuit, & scortationis impuræ carni additamentum præstare contempsit, nunc adeò sortitur incrementum dominij, vt iam corpus Holofernis manibus Iudithæ subiaceat, postquam capite minutus, captúsque à fœminæ manu mancipium cœpit esse per mortem, qui viuus ex amoris contractu eius seruus deditus fuerat. Sed quomodo tenerrima fœmina sagina infartum, obsessúmque carnibus, etsi absque capite, euoluit hominem, cui globi sanguinis adhærebant. Habet plura latera religionis amor zelus viribus præstat; & cælestis fortitudo in periculis lacertis validissimus roboratur. Aruinâ, adipéque oneratum corpus, adusti sanguinis piceo volutabro perfusum, fœmina deducit è thalamo. Nescit pusillitatem impetus diuinæ vindictæ: ignorat sexum castitas illibata, quasi nec vir, nec fœmina, sed Angelus sit, quæ de Angelica puritate prodigium innocentiæ libauit. Magdalena hortulano dixit Ioan. 20. *Domine si sustulisti eum, dicitò mihi, & ego eum tollam.* Et Bernardus in sermon. de eadem, sic mirabundus exclamat: *Mira res! Hominem perfectæ ætatis, virum cuius corpori vix centum libræ sufficiunt vnguentorum, tenerrima mulier portabis, & tolles? Ardens & affecta loquitio; quæ de puritatis amore refusa promittit quod implere non potest.* Cur pius amor sacro ponderi vehendo potens non esset in Magdalena; si pium odium impuræ corporis moli potens fuit in Iuditha? cui puritatis affectus dedit in brachia à pudicitiæ vindice iugulatum, quem ipsa puritas; ne viuus brachia contingeret; impediuit. Plus ponderis habebat superstes, qui totum deprimebat Orientem; hominúmque colla & scapulas iniecto sui onere vsque ad curuitatem miseram subiugabat. Iam postquam cæsus, nimium leuitatis accepit. Quasi arundo vento agitata, facilè vehitur & à fœmina: multum enim carnis habebat anima, quæ carnis illecebris saginata molem corporis augmentabat. Fortassis ancilla iuuauit corpori deponendo.

Ioan. 20. Bernard.

Sed quid profuit, è lecto diducere in paui- 51.
mentum? Studuit fœmina prudens, vt ingredientibus aulicis illicò strenui facinoris appareret atrocitas; & quæ caput è mœnium pinnis suspendendum iri parabat, vt publicitus euulgaretur occisio; decreuit, etiam illius capitis corpus primis oculis obiectari; vt in trunco corpore Assyriorū exercitus cæspitaret, & in casu Principis cadentes milites ab Hebræis impetentibus frangerentur. Ne vlla posset tergiuersatione celari Ducis iugulatio; absque nutu capitis absque iudice lingua, ipsemet truncus exponitur ad loquendū. Quin vt iniquissimus homo infami tumulo plecteretur, humus illi pro toto sepulchrali honore decernitur, & integrum funus puluis est. Sed imò studiosum castitatis ingenium illuxit, quæ etiam mortuum hominem non in thalamo voluit, sed in terra. Adeò venerei lecti impatiens est, vt statim è lecto aliena membra detraxerit, quæ in lectū noluit immittere propria. Ecce sus in sui sanguinis volutabro lota, è cœnoso lectulo in terram mundiorem euoluitur, vt hoc fœminæ limpiditati debeat, quæ è tepentibus venerei thalami sordibus in pauimenti frigus eduxit. Adhuc enim ab incendio libidinis venæ turgidæ palpitabant, & fas erat, vt dum anima sub infernis terræ arderet visceribus, corpus supra

terram frigeret, vt vnus ipse à frigoribus niuis in fornacem ardentem volueretur. Noctem, quam ducere in incendio Veneris præparauit, transigere cogitur in impuri foci vestibulo iactus, vt nouisset quàm frigida sit castæ fœminæ manus, quæ sub frigida morte illi, dum tangeret, temperauit ardorem, & sub cinere mortis libidinis prunas sepeliit. Cui nunc peristromata lecti manebunt? Cui operimenta & stragula Tyria ex bombycinis filis, operosóque textu in delitias miseras laborata? Sanguini quidem Holofernis, non carni; siquidem ille carnis & sanguinis appetitui apparatum thalami destinauerat. Huic diceret Tibullus lib. 1. eleg. 2.

Tibullus.

Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo
Prodest, cùm fletu nox vigilanda venit?

Amorē secundū nactus non est, qui tantùm exarsit in primo, vt sensu iam ebrio, & per intemperantiæ excessum sopito iaceret inualidus, nec ad amplexus vltimos accedere potuisset.

Vers. 11. Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam.

Vers. 12. Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam, quasi ad orationem, & transierunt castra, & gyrantes vallem venerunt ad portam ciuitatis.

52 *Et post pusillum exiuit.* Postquam expirauit Holofernes, fœmina respirauit, & quæ spiritum abstulerat soporato, spiritum sibi reduxit, qui nimiùm à grandi facinore fatigatus aliquantulum à bellatricis corde secesserat. Expectauit pusillum, quæ etiam in sacri furoris æstu multum habuit de maturitate consilij: nec ex abrupto processit, quæ ex summa quiete prudentiæ, licèt impetu cecidit ingulum & abrupit, seria morâ, quod effuderat pectus, recollegit, ne vel ancillæ suæ salientis cordis inquietudinē indicaret. Inde Ambrosius de ieiunio, cap. 9. *Sobrij vigore consilij abstulit Holofernis caput.* Alacer & impetuosus est vigor: tarditatis & modestiæ gradibus bene temperatæ mentis consilium ambulat. Quod vigoris fuit, celeri strenuitate peregit; quod consilij morosa pacis lenitudine consummauit. Hæc est prudentiæ indoles spatiosa, quæ non raptim, subitoq. strepitu perficit, quod intentat; sed quæ se in dissecando collum, ostendit velocem, in animum componendo, tardam præbuit, vt omnibus numeris prudentis fortitudinis constitisset prodigium. Inde Glycas part. 2. Annal. *Holofernes ille, quem cùm Iuditha prudenter necasset*, &c. Vide quæ de prudentia & fortitudine Heroïnæ diximus suprà tom. Caten. paneg. à n. 82. & 93.

Ambros.

Glycas.

53. *Et tradidit caput Holofernis ancillæ suæ.* Scaturientibus adhuc venis manabant stillicidia cruoris, & ne quid guttarum extra tabernaculum flueret, caput Iuditha digitis prendentibus eleuauit, quod iuxta truncum corpus, infestum succum vsque ad extremam fæcem relinqueret, ne sanguineum mustum ebrij cubiculum perdidisset, sed quod maduit viuum à vino, iam defunctum, à cruore maderet. Exprimi opus fuit, quidquid in venarum conceptaculis latitabat, ne cruentum indicium per semitam laberetur, vóxque sanguinis prudenter effusi ad excubitores Assyrios e terra clamaret, qui carnificem per purpurei liquoris tramitem sequerentur. Ideò exectum caput famulatrici dedit, quæ minus suspicionis gignere poterat, & si ab aliqua aspergine tingeretur. En quale ferculum ex conuiuali symposio retulit fœmina, quæ in meliore disco, nempe argentea manu, has dapes non à coquo condîtas, sed à fortitudinis ardore retostas, vt Bethulia vesceretur, in ancillæ cura deposuit. Primum illibatæ castitatis testem ancillam efficere voluit, quæ in pudoris insigne, custoditi signaculi reddidit testimonium. Nihil carni magis est inimicum, quàm ferrum: libido duo corpora coagmentat in vnum; ferrum vnum corpus in frustra diffindit: ergo noscat Abra, suam dominam nihil libidinis passam fuisse, nec in vnum cum Holoferne per thalami compendium iuisse, quæ potiùs Holofernis corpus in duplicem portionem diuisit. Non in carne vna duo fuerunt, sed potiùs vna caro duo est, cuius pars remanet in cubili, pars altera vehitur in Bethuliam, vt distantia partium, vnitatis imputæ tolleretur suspicio.

Et iussit vt mitteret illud in peram suam. Quæ Holofernis domina, sicut si feram occidisset in nemore per iustam occisionem fuerat effecta, meritò de eius capite iubet, & quæ noluit corporis eius per cōiugales licētias habuisse imperium, iam per victricis iura incepit capitis potestatem habere. 1. Corinth. 7 vers. 4. *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter autem & vir, sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus vt vacetis orationi.* Per fraudem & furtum Holofernes sitierat abuti fœminæ corpore, vt in transfugam Hebræam potestatē haberet, quæ in Assyria castra se dederat. Sed quæ in Iuditha restitit temperātia, corporis viri nanciscitur potestatem & quæ ex consensu, vt vacaret orationi, se eripuit à furto, sub orationis specie præcipem corporis portionem sibi reportat. Non est cur Holofernes accuset fœminam de iniustitia; si suum corpus ei tradere concupiuit, qui in iure suo castitas dominatrix vtatur? Potentior est ad possessionis sortem pudicitia, quam luxus nō reciprocum corporis patitur subire dominium; sed cùm immunis fiat ab alterius imperio, alterius sibi potestatem lucratur. 54. 1. Cor 7. 4

Et iussit vt mitteret illud in peram. Nullum reconditorium occultandæ prædæ aptius fuit: ad examinandam peram, vbi sobrietatis & abstinentiæ cibi conduntur neutiquam Assyrij epulones accederent, nec siccam temperantiæ annonam madidus helluo explorare tentabit, quia ieiunia sancta fastidit. Sed & Holofernis capiti accommodum hoc latibulum est, vt qui, dum viuus rancida cellaria ructabat, etiam mortuus iuxta vinarium vtriculum volueretur. Lambat, lambat guttas in feretro, quo portatur, vt refrigeret flammam inferni: hæ indigesti Bacchi reliquiæ supererant, quibus labia in funere tingerentur. Sic Crasso occiso in eius guttur colliquefactum aurum Parthi infuderunt, vt vel defunctus aurum deglutiret, cui inhiauerat viuus vt scribit Sabellicus lib. 7. Æneade 6. iámque suprà dedimus ex Herodoto lib. 2. quod Thomyris Massagetarum Regina caput Persæ Cyri dissectum in plenum sanguine vas coniecit, dicens: *Sanguinem hausisti* 55.

Sabellic.
Herodot.

hauſiſti, ego te ſanguine ſaturabo. Sed inter polentam & palathas caput Holofernis de abſtinentia eruditur, vt ieiunet ſaltem poſt mortem, & ariditate alimoniæ caſtiget ingluuiem, ſciatque quale fuerat obſonium veteribus Perſis, quorum, vt iam alibi diximus, ex polenta & farina olim victitauerat parſimonia.

56. O quantum ponderis portabit ancilla! Parum de cibis quæ attulerat è Bethulia, minuerat Domina, & incrementum ſarcinæ caput imponit, cuius ad pondus tot fuerant curuatæ regiones. Sed anilem imbecillitatem potiùs hoc pondus leuat, quàm onerat: ſunt enim ſpolia victoriæ facillima gerulis humeris, nec caput ſuperbum, quod ambitionis inanitas, iactantiæque ventus inflauerat, portanti præponderat, quam potiùs venti agilitas velociore curſu in Bethuliam impellet. Apud Plutarchum in Caio, Plutarch. C. Gracchi caput pependit pondo 17. cum bello: quoniam promiſſa fuerat auri quantitas occiſori, quæ pro capitis pondere rependeretur, & occiſor in cerebrum plumbum infudit, vt ſuperbi capitis vacuitatem fraude reſarciret ad lucrum. Si impietas talentum plumbi eſt, multis talentis caput Holofernis appenditur: maſſa plumbea per os eius fuerat infuſa per crapulam, & ſordibus iniquitatis, quarum nimia ſarcina eſt, infarſerat cerebrum tumulentus. Zach. 5. v. 7. Zach. 5. *Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ: & dixit: Hæc eſt impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os eius.* Nonne amphora fuit os Holofernis, in quo fluxere iyæa, totúſque ſe Bacchus infudit. Sed plumbi pondus vergit in imum, impietas cum anima cecidit in infernum, leuéque manſit caput, quod ſola iniquitas onerabat. Exod. 15. 10. Exodi 15. v. 10. *Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.*

57. Carth. *Et exierunt duæ ſecundùm conſuetudinem ſuam.* Immeritò dubitat Carthuſian quomodo excundi copiam habuit Iuditha; ſiquidem iam induciæ triduanæ tranſierant, quas illi indulſerat Holofernes, vt in vigiliis noctis immunis perrexiſſet ad vallem. Immeritò, inquam, quoniam iam ſuprà præmonuimus, quòd cùm triduum in prima die aduentus dediſſet, illa dies non veniſſet in numerum: quare potuit ſecedere impunis, & abſque excubiarum cura remeare per vallem. Indicatur, quòd cum ſingulis noctibus Iuditha excederet è tentorio, peram humeris Abra portabat, ne ad inſolitam ſarcinam aliquid noui nunc ſuſpicarentur excubiæ, & quaſi refugam comprehendiſſent, quæ ſua ſuppellectili redibat onuſta. Quàm facilè ſuis vtenſilibus graditur abſtinentia! Semper domiporta eſt, quæ breui commeatu contenta, coloniam ſuam in cæleſtia remiſit, vbi domus non manufacta huius ſæculi aduenis & peregrinis ſupereſt in manſionem æternam ſibimet triumphi baiula remeat honeſta Heroina, cui pro ſpoliorum curru breuis ſufficit pera, vbi ferat caſtitatis trophæum: vniuerſa enim fœminæ bellatricis victoria hoc vnico conſtat ſpolio, ſi viri caput, in quo oculi ſunt, in perpetuum anathema reducat. Quoniam oculi omnis eſt his laſciui armatura, ſicut omnia pudicitiæ arma vnus eſt abſcondite pulchritudinis clypeus. Oratio Iudithæ, quam ſingulis noctibus frequentabat, clypeus fuit, quo in tenebrarum palliolo venuſtatem nitidam occultabat.

58. Sub huius ergo clypei ſpecie, ſub orationis nempe ſimulatione, caput Holofernis reportat, ſicut militibus mos erat, in clypeis occiſorum corporea reportare. Sic de Chorybantibus Clemens in protept. Clemens. *Hi cùm ſuum fratrem occidiſſent, caput mortui purpurâ contexerunt, & coronatum ſepelierunt, ferentes in clypeo aureo ad radicem montis Olympi.* Orationis clypeo in exitu à Bethulia ſe armauerat: cum eodem redit, & in illo atrocis Tyranni caput fert, iuxta illud conſilium Lacænæ mulieris apud Auſonium. Auſon.

Mater Lacæna clypeo obarmans filium,
Cum hoc, inquit, aut in hoc redi.

Caſtitas palmam ſuſtulit impercuſſa virago, quę funeſtas libidinoſi Dynaſtæ reliquias ancillæ miniſterio ferebat. Auguſtinus ſerm. 66. August. *Exiens foras tradit puellæ caput, & poſt puſillum exiuit foras quaſi ad orationem ſecundum conſuetudinem. Ecce caſtitas. Cum palmifera caſtitate Iudith ad ciues ſolicitè feſtinat.* Cur egrediente Iuditha tentorium capite Holofernis ditata, viſum eſt Auguſtino quòd caſtitatis graderetur imago? Dixiſſem, niſi accuratè iam hæc verba diſcuſſerim ſuprà tom. 1. caten. paneg. n. 35.

59. *Et transierunt caſtra, & gyrantes vallem venerunt ad portam ciuitatis.* Per militaria tentoria veſtigio tranſiuit immuni fœliciſſimus prædo, cui cùm hoſpitium fuiſſet gazarum theca, theſaurorumque recluſorium, diuitiarum Domini corpori trunco opulentiam reliquit, ſibique caput, quod aureum eſſe inſana cogitabat ſuperbia, furata ſurgit. Non enim diues pudicitia indiget auro, nec viduitas ſancta monilibus: ſed quò caput it, ibunt & gazæ, quæ victrici Bethuliæ ſeruantur in prædam. Nullum è tentoriis militaribus offendiculum patitur, quæ vt Holofernis fœmina æſtimabatur, ſed iam Holofernes fœminæ eſt, quem vt propria bona prudenti largitate diuiſit, Aſſyriis corpus, caput Bethulienſibus tribuens. Opportuno circuitu vallem gyrauit, ne per decliuitatem itineris ſuſpicionem gigneret in excubiis. Gratis greſſibus ad orationis vallem cum ſortis fœnore ſe reducit, vt occultam victimam oſtendat nemori, quod ſecreti ſui fidiſſimus cuſtos ramis obumbrantibus fuerat.

60. An reſperſum in fonte lauit cruorem, & in laticibus puris expiauit cædem, vt nitida aſcenderet in Bethuliam? Sanè contractæ ſordes, ſpurciſſimique cruoris ſpecies, & humani corporis lanium luſtrationis vndas expeterent, ne vel immanis præteritæ cædis imago coram oculis fœminæ obuerſaretur, quam in fontalibus aquis induſtria limpida ſuffocaret. Tertullianus de Baptiſmo cap. 5. Tertull. *Penes veteres quiſquis ſe homicidio infecerat, purgatrice aqua ſe expiabat.* Pauſanias in Bœot. Pauſan. *Oedipodia verò aqua idcirco eſt nuncupata, quòd in ea paterna cædis cruorem Oedipus abluerit.* Sed textus non refert, in fonte maculas abſterſiſſe: nec ſuſpicandum: eſt, quòd ad luſtrationem hanc curſum celebrem detineret, quem alacri gradu maturabat in montem, meticuloſa ne furtum milites rimarentur. Ergo viſa immotáque fontis aquâ contendit in vrbem; cuius ſi forſan manui, alicuius acceſſit aſpergo cruoris, ceu purpureæ gemmæ, digitos exornaret, quaſi his annulis caſtitas fœminam ſubarrhaſſet.

*Vers.*13. Et dixit Iudith à longè custodibus murorum: Aperite portas quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israël.

*Vers.*14 Et factum est cùm audissent viri vocem eius, vocauerunt Presbyteros ciuitatis.

*Vers.*15. Et occurrerunt ad eam omnes, à minimo vsque ad maximum, quoniam sperabant eam iam non esse venturam.

*Vers.*16. Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi: illa autem ascendens in eminentiorem locum iussit fieri silentium. Cúmque omnes tacuissent.

*Vers.*17. Dixit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se.

61. *Et dixit Iudith à longè custodibus murorum.* Iam iam ad limina ciuitatis appulerat, cùm spatium emensa, per quod gracilis vox posset ab excubitoribus Bethuliensibus exaudiri, quà alacritas organa vocalia spiritibus geminatis expandit, clamauit, clamauit: *Aperite portas.* Portarum ciuitatis obesse reseratio infaustum omen obtendere solet vt diximus suprà ad c.8. tom.1.n.190. Nahum 3.13. *Inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos.* Sed infaustum auspicium recludi portas imperat Iuditha, & suæ vocis modulos in memores vocalis sonitus custodes immittit: qui tenorem vocis recordati, statim Heroïdem esse agnouerunt. Ideò illa subiungit: *Quoniam nobiscum est Deus,* Nulla firmior satisdatio victoriæ, quàm supremi Numinis comitatus. *Nobiscum est Deus,* quem anteà nostra peccata pepulerant: nec est tantùm per immensitatem nobiscum, sed per gratiæ opitulationísque se fauorem insinuat, vt ictus Assyriorum retundat, quos pectora Deo plena resilire facient in hostes.

(Nahum 3. 13.)

62. *Qui fecit virtutem in Israël.* Non spem in futura protendit, nec in dissitam sortem desiderium excruciat; sed iam de præterito triumpho, diuinæ virtutis annunciat excursum, ne in lubrico timoris custodes hæreant, sed absque præludio illicò per compendium, fortunati nuncij expansis auribus, dulcedinem bibant. *Fecit virtutem,* id est, miræ fortitudinis opus. Meritò sub hoc Domini encomio, quòd aperiantur portæ, persuadet: cùm & cælestes cardines reuelli, vectésque adamantinos reserari, excubijs Angelicis indicetur: *Aperite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales,* non alio titulo, nisi quòd ingressurus in aulam *Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.* Quòd Dominus fecit virtutem, per noctis silentia fœmina præconatur: nec virtus esset in Israël, quàm tot iniquitates extinxerant, nisi eam Dominus iteratò fecisset. Quò virtutum Dominus ingredi parat, ciuitatis portæ non asseribus non vectibus egent: pro integro muro virtus est: Sed miro comitatu in Bethuliam Iuditha perrexit, nempe cum virtutum Domino, & cum secto vitiorum capite. Caput flagitiosi Tyranni cum Dominica clientela opor-

(Ps.23.7.)

tuno nexu coniungitur: nam præcipua virtus fuit, decollauisse peccatum, trophæumque Domini magis quam fœminæ caput est, quod in manu fœminæ Dominus virtutum excidit. Non modica emphasi gaudet Græcus apud Vatablum: *Agites, aperite portas, aperite: adest nobis Deus, Deus ille noster, robur adhuc exercens Ierosolymis, & contra hostes potentiam, quemadmodum fecit & hodie.* (Vatabl.)

Et factum est, cùm audissent viri vocem eius, vocauerunt Presbyteros ciuitatis. Excubiæ peruigiles illicò calluerunt ex voce, Iuditham esse, quæ aderat in vestibulo ciuitatis, & in adulta nocte illicò ad presbyteros, quibus pro sopore longior erat in tam diris casibus lucubratio, concito cucurrent vestigio, vt qui ad egressum fœminæ portas recluserant, reserarent pariter ad regressum. 63.

Et occurrerent ad eum omnes. Facile fuisset, absque buccina in concionem & cœtum Primores vrbis, populerésque conduxisse, quibus in precibus iuges vigiliæ pro auertenda clade futura quietem interpellabant, nocturnam, sicut aliàs apud Prudentium Christiani in stationibus: 64. (Prudent.)

Noctem consilijs, votáque prospera.
Certatim vigili congerimus prece.

Ideò enim suprà cap. 8. ad stationes suas Presbyteros auolauisse diximus, nempe ad vigilias noctis, non in mœnibus, sed in synagogis, piisque cœtibus ducendas.

Quoniam sperabant eam iam non esse venturam. Putares legendum; *Quoniam desperabant eam esse venturam:* Sed inualuit quòd sperare timere etiam sit, vt hic obseruat Serarius, cui addo præter ea, quæ adducit, illud Virgilij 1. Æneid. 65. (Serar.) (Virgil.)

At sperate Deos memores, fandi atque nefandi.

Id est, timete, vt Seruius scholiat. (Seru.)

Et accendentes luminaria, congyrauerunt circa eam vniuersi. Funalia accedunt duplci vsui, & depellendis tenebris, & celebrando gaudio. Sic Valerius lib.2.c.6. funalia perhibet accensa: *Insignem bellicæ rei successum nocturna celebratione testando.* Faculis & phanis vniuersa ciuitas coruscabat, appetentémque diem æmulis ignibus lacessebant, siue ceratis papyris, siue pinguibus tædis, siue pyris per compita accensis. Græcus enim ait: *Et accendentes ignem ad flammam,* siue, vt Vatablus vertit: *Atque igne lucis causâ accenso.* Nec quòd lucis causa dicantur accensi rogi, vetat, quominus in solemnem lætitiam excitatas flammas tumultuario strepitu suspicemur, quasi diem spectare pigeret aduentante Iuditha. Sic cecinit Paulinus in natali tertio S. Fœlic. 66. (Valer. Max.) (Græc.) (Vatabl.) (Paulin.)

——*diémque*
Expectare piget: votis auidis mora noctis,
rumpitur & noctem flammis funalia vincunt.

Quantus in tectis clamor, quot tripudia ad sobriæ fœminæ insperatæ conspectum! Qualis ad ebrietatem acuendam canitur à Poeta 1. Æneid. (Virgil.)

Fit strepitus tectis, vocémque per ampla volutat.
Atria, dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.

Ciues obsessæ ciuitatis, dum portæ ab impetentibus hostibus euelluntur, solitant ingeminate clamorem, vt cecinit Stat. 3. Thebaid. (Stat.)

——*bello qualis supremus apertis,*
Vrbibus

Strepore

Strepore læto libiti vectes ingrediente fœmina
recluduntur, fusæque Bethuliensium cohortes
canoris pulsibus spiritum in astra mittebant,
animósq; inter spem & metum agitatos, adhuc
expertes fortunati facinoris, velut hinc illinc
collidentibus fluctibus agitabant, donec Heroidem postliminio reuersam, & de transfugij discrimine recuperatam audirent.

67. *Congyrauerunt circa eam vniuersi*, id est, glomeratim circulóque gyrato circumdederunt
eam, laciniosaque ciuitas dispersa per vicos se
in vnum orbem compressit, compulitque, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ veniret,
quam cladis imminentis metus, dolórque diuulserat, vt aliàs dixit Cicero 1. officior. Græcè est
Circumdederunt eas, id est, Dominam & Abram.
Stylus communis est vulgi nouiora appetentis,
circumfluere, circumstare, concludere venientem. Calaber. lib. 12. *In medio circumstando includunt*. Apollonius lib. 12. excid. Ierosol. *Millia
circumstant hominem.* Et Ægesipus 3. excid.
cap 18. *Fit cõcursus ad eius aduenientis spectaculum Romanis ferè omnibus confluentibus.* Hæc
mutuò accepimus à Cerdenti in illud 2. Æneid.
Vndique discendi studio Troiana iuuentus circumfusa ruit.

Cicero. Græca. Calab. Apollon. Ægesip. Cerdens.

68. *Illa autem ascendens in eminentiorem locum,
iussit fieri silentium.* In suggestum scandit, qui
fortassis erat in foro, ex quo orationes ad populum iactabantur, vt de Romanis Liuius 8. ab
vrbe: *Suggestum in foro extructum adornari placuit.* Cicero 5. Tusc. *Idémque cùm in communibus,
suggestis consistere non auderet, concionari ex turri
alta solebat.* Sic 2. Esdræ 8. vers. 4. *Vt legeret librum legis Domini ad stantem populum, stabat ipse
super gradum ligneum in plantea, quam fecerat
ad loquendum super omnes eminens.* Vt plurimum,
suggestus & pulpita in circulum erát rotata, vt
ipsius populi circuiantis ad se orbem comprimeret: ideò enim circumstantes dicuntur, sicut
hîc circumdederunt eam, seu congyrauerunt,
Sidonius carm. 16.

Liuius. Cicero. 2. Esdr. 8. 4. Sidon.

Seu te conspicuis gradibus venerabilis ara,
Concionaturum plebs sedula circumsistit,

Non enim sellio in concionibus, sed statio, vt
suprà dedimus tom. 1. cap 4. num. 36. ex Optato
Mileuitano lib. 4. Et Eusebio in vita Constantini lib. 4. Ab hoc circulo fortassis *Ambo* pulpitum appellatur, quamuis ἄμβη apud Hesychium propriè de cauis clypeis dicatur superciliosa eminentia, quæ in ora, & extremo
ambitu rotatur. Nisi mauis ab ἀμβαίνω seu ἀμβαίνειν, quod ascendere est, ad Ecclesiastica tractum: ἀμβαθμὸς enim gradus solet significare, seu
scansilia.

Optat. Mil. Euseb. Hesych.

69. *Iussit fieri silentium.* Sic actor. 13. vers. 16.
Surgens autem Paulus, & manu silentium, indicens, vbi ly *surgens* potest accipi pro *ascendens*,
sicut aliàs Actor. 1. vers. 15. *Exurgens Petrus in
medio fratrum.* Sic Cicero in Oratore: *Oratoris
status sit erectus & celsus.* Quo nutu silentium
imperabatur? Gesticulatione manus, vt ex Paulo audisti, quod Iudæis vt proprium adscribit Chrisostomus in Acta cap. 13. homil. 19.
*Mos hic Iudæis erat, ideò & ipse iuxta illum
eis loquitur.* Quæ modulus? an quod digitus labia comprimeret? Sic in templis emblema silentij apud Chrysostomum ipsum 1. ad
Timoth. 1. homil. 1. *In templis supernè silentium
inscriptum est, continebátque digito os, & labia
comprimebat, præteriuntes omnes silentij admonens.* Sanè Græcè κατασείειν silentium indicere
est, non voce, sed manu, vt liquet ex Lucæ 19.
Quin & ex Synnesio in epist. ad Euoptium.
Quamuis enim κατασείειν decutere & quassare significet, quod erat κατασείειν τὴν χεῖρα, id est,
manum quadam formulâ ad indicendum silentium quassare, iam vsus apud Græcos obtinuit, absque τὴν χεῖρα tantùm κατασείειν, idipsum prodere, vt adnotauit Henricus Stephanus, licet Lucas aliquando addiderit τῇ χειρί, pro
eo quod est manu silentium facere. Lorinus in
Acta c. 12, v. 17. ex Fulgentio Placiade perhibet,
quod dicturus ad populum erigeret duos digitos in totam, tertium pollice compresserit, quod
ex Victorino comment. ad Erenn. & ex Apuleio
confirmat.

Act. 13. 16. Act. 15. 15. Cicero. Chrysost. Luc. 19. Synnes. Henr. Steph. Lucas. Lorin.

Non suspicor Iuditham manum quassauisse, 70.
vt silentium imponeret, quæ rostris assueta non
erat, nec dicendi formulas oratoriámque disciplinam oportuerat fœminam percallere, quam
sexus á commercio suggestorum sequestrat. Voce igitur clara, qua facinoris seriem orsa est,
strepori vulgi taciturnitatem impressit, quod
textu Græco deducitur: ἡ δ᾽ εἶπε πρὸς αὐτοὺς φωνῇ μεγάλῃ, id est: *illa autem dixit ad illos voce magna.*
Dixit aptè positum; quippe Oratorum pro rostris est. Quintilianus lib. 10. cap. 7. *Nam mihi ne
dicere quidem videtur, nisi qui dispositè, ornatè,
copioséque dicit.* Hinc præco oratione finita, insonabat. *Dixerunt.* Nominatus auctor lib. 11.
*Iudex in priuatis, præco in publicis dicere de causa
iubet:* Initio enim pronunciabat: *Dicite*; in extremo: *Dixerunt.* Pergit textus: *Cúmque omnes
tacuissent.* Homerus Odiss. 13. *Sic dixit: hi autem
omnes taciti facti sunt silentio.* Adi Cerdensem ad
illud 2. Æneid. *Conticuere omnes.*

Græca. Quintil. Homer. Cerdens.

Dixit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum. Orditur à Nomine, ne quid oratoriis legibus defuisset. Sed quæ regulis, quas eloquentiæ 71.
pompa rhetoribus exarabat, meliore Apolline
imbuta, non didicerat inseruire; ex pleno Dei
pectore in prima Dei exundauit præconia, ne
quid manui imbecillæ adrogaret, quam armatam de cælestibus in iugulum incussit Tyranni.
Laus & non à Deo, vituperium est: ne fascinum ab oculis & auribus spectantium auditorum subiret, hoc se amuleta disponit. Vt immani fortitudini fidem faceret; non sibi, sed Deo
eloquentem panegyrim instituit, ne Assyriorum
virtutem deprædata, auspici Deo deprædaretur
& gloriam. In prosceniis totius sortis epilogum
cingit; & quæ victoriæ seriem nonnisi productis
syllabis poterat enarrare, quasi siglis compẽdiosisque characteribus, prima verborum libatione
descripsit, dum laudes Domino imperat deuoueri, qui vota in prosperos deduxit euentus.
Quæ silentium iusserat, iubet & laudem; quippe
prolixa Dei laudatio est, in tacitis cordis carceribus vberrimæ laudis pelagus continere: Deum
enim, quà decet laus, decet silentium; cui officiosior est lingua fræno taciturnitatis coërcita,
quàm exuberans in eloquio.

Dominum Deum nostrum ait. Triplici elogio 72.
quidquid in Numine venerabile, quidquid amabile, & pro largitatis pignore percupibile, corã
audiente Bethulia prudens fœmina circumscripsit: *Dominum* nuncupat, ne se per venditionem, qua in Assyriorum iugum traditos eiulabant Hebræi, in alienum dominium transiisse

putarent, vt anteà dixerant cap 7.verſ.13. *Propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum.* Deũ appellat, vt idololatriæ ſuſpicionem auertat, quæ in Deos alienos ſacrilega iura prætentat; ne iam extremam pertimeſcerent cladem, qui vnicum Deum, idolorum turbæ præponunt. Quo argumento anteà Presbyteris ad oratorium accitis animos viuaces inſperſerat ſuprà cap.8.
Iudith.8.18. verſ.18. *Quoniam non ſumus ſequuti peccata patrum noſtrorum, qui dereliquerunt Deum ſuum, & adorauerunt Deos alienos.* *Noſtrum* denique adiicit opportunè, vt hac teſſera ſub Domini & Dei militantes vexillo, quà ſerui, quà religioſi videant impendentium minarum inimicam tempeſtatem dilutam fuiſſe. Quin hac triplici dictione nunc incipit dicere, quæ eâdemmet anteà finierat, dum Presbyteros alloquuta ſic fermè ſermonem compleuit cap.8 v.20. *Et faciet illas ſine honore Dominus Deus noſter.* Hoc ſacro circulo, quem tunc inceperat, nunc rotat ſermonem, vt ad vmbilicum deduceret, conglobatis ſyllabis, quem inceperat, Deique omnia eſſe perfecta nuntiaret, qui rhetorem ſacram de cæleſti eloquentia erudiuit.

75. *Qui non deſeruit ſperantes in ſe.* Spei lucrum illicò reproducit, vt alacres reddat, & erigat, quos languidus pauor frigido deliquio depreſſerat. Grandi pretio ſpem fœneratam euulgat, quam indixerat, cùm Bethuliæ Primoribus dixit
Iudith.8.20. cap.8.verſ.20 *Expectemus humiles conſolationem eius, & exquiret ſanguinem noſtrum de afflictionibus inimicorum noſtrorum.* Iam non ſolum noſtrum ſanguinem de cruentis hoſtibus requiſiuit; ſed & alienum nobis execto Holofernis capite adhuc tepentibus venis in poculum vindictæ propinat, vt præ ſiti ſiccos Hæbræos hac victoriæ potione refrigeret, guttaſque cruoris, quibus abſtinentiæ pera conſpergitur, in æternum ſtemma conſeruet.

Verſ. 8. Et in me ancilla ſua adimpleuit miſericordiam ſuam, quam promiſit Domui Iſraël; & interfecit in manu mea hoſtem populi ſui in hac nocte.

Verſ. 9. Et proferens de pera caput Holofernis, oſtendit illis dicens: Ecce caput Holofernis Principis militiæ Aſſyriorum: Et ecce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate ſua, vbi per manum fœminæ percuſſit illum Dominus Deus noſter.

74. *Et in me ancilla ſua adimpleuit miſericordiam ſuam.* Quod toties ſe in Barbari tabernaculo, eius ancillam amphibologica nuncupauit induſtria, nunc expiat confeſſione ſyncera; quæ ideò Domina truculenti Tyranni inceperat eſſe per cædem, quoniam ſemper Domini ancilla permanſit. Immutatâ fide ſortem mutauit, vicéſque dominij reciprocâ fortunâ peregit: quæ vt mancipium ſe Aſſyriorum Duci præſtiterat, meliore poteſtate, vitæ videlicet & necis, ſibi mancipauit Tyrannum. Nec ſibi patitur adrogare peculium; ſed in verum Dominum transfert, cuius ſe præconatur ancillam. Quaſi amputata erat potentiſſimi Domini miſericordia, donec caput fœmina amputauiſſet: ideò iam adimpleuiſſe miſericordiam ſuam præconatur, quæ exciſo Holoferne integritatem complementi reſumpſit. *In me ancilla ſua adimpleuit miſericordiam ſuam.* Fœlix mulier, quæ profuit diuinæ pietati, miſericordiæque numeros officij ſui incremento compleuit, dum elatum Perſam vſque ad humeros decreſcere fecit. Et qui ab humero ſurſum omnes præcellebat Hebræos, iam ita curtatus anguſtúſque manſit, vt in ancillari pera conſtrictus iaceat, quæ breuibus ficubus, & polentæ breui cauitate deſeruiit.

Et interfecit in manu mea hoſtem populi ſui in hac nocte. 75. Brachiũ Domino, ſibi manum attribuit, ſéque coniunctiſſimam Numini promit, quæ fortitudinis neruos vt Domini brachio continua, per traducem virtutis exhauſit. Nec mas nec fœmina Deus eſt; ſed manus fœminæ ad Domini fortitudinem nexa, quà prædicet robuſtiorem, quaſi cum manu fœminæ Deum depingit: nunquam enim fortior virilitas Deitatis apparet, quàm cùm per imbecillum ſexum prodigia patrat. Deus, quem organa non diſtendunt corporea, nec lateribus, nec oſſibus conſtat, & inuiſibilitatis ſuæ arcano oculorum fugit ſpatia, in vnius manu fœminæ totum ſe contrahit, vt per teneros digitos ſentiatur, quem nulla gigantæa moles humanis obtutibus poterat explicare. Ne diuinas vires humanatum linea metiamur, ſed immenſum oculi agnoſcant; quem viderint in manu fœminæ complicatum. Dedimus pluries Saluianum lib.7. de gubernat. *Si quando* Saluian. *euidenter intelligi Deus voluit magna à ſe opera patrari, aut per paucos, aut per infirmos acta res eſt. Abimelech ciuitatum expugnatorem fœmina manus perculit, & ferrata Aſſyriorum acies vidua opitulante ceciderunt.* Expende hoc: *vidua opitulante.* Non integra fœmina, ſed vidua opitulata eſt, cui aliquid de integritate defecit, vt minus haberet, & breuior eſſet, quam libauerat thalamus. Vidua eſt iam iam in capite decurtata, cui caput nempe maritum, mors meſſuerat; cui anguſtior manus; quippe quæ nec ſub manu familiam habere potuit, quam anguſtæ coniugis manui, quaſi curta ſit, denegat ius. Sed his anguſtiis Omnipotentia diuina propugnat, quæ Dan.5.V.5. tantùm primis ſcribentis manus digitis Regem Babylonorum deſtruxit.

Interfecit in manu mea. 76. Manus Domini potentiam ſignificat, vt paſſim in Bibliis perſpicuum eſt. Ergóne non manu ſua, ſed manu fœminæ Dynaſtam execuit? vt mutata manu clariùs explicaret potentiam, firmiórque in infirmitate appareret, ne viduæ caſtæ inuideret triumphum, ſibíque in robore coæqualem oſtenderet eſſe virtutem nempe pudicitiam, ſobrietatem, & fidem, qua pro toto omnipotentiæ apparatu ad debellanda vitia in Aſſyriorum exercitibus vſus eſt. *In manu mea.* Imò anteà verſ.7. cùm iam gladium parabat ſtringere, dixit: *Reſpice in hac hora ad opera manuum mearum*, quaſi geminæ manus functionem obire contenderet, nec niſi vtriuſque miniſterio truncaretur Tyrannus. Sed nunc *in manu mea* ait, ne dextram diſcerneret à ſiniſtra, quæ cùm ſaluatrix populi erat, vtraque manu vtebatur pro dextra. Virtutem hanc ſalus in ſaluatore requirit, ne dimidia ſit fortitudo, quæ otioſâ læuâ, dexteræ exercetur obſequio. Iudic.3.verſ.15. *Suſcitauit eis ſaluatorem vocabulo Aod, qui vtraque manu pro dextera vtebatur.* Iudith.3.15 Hinc & cornua in manibus ſaluatoris, vt ante

ante faciem eius iret mors, fugiens ſcilicet eum, qui duplicem manum in fugacem mortem vibrabat.
…c.3.4. Nihil habet ſiniſtrum fœmina caſta,
…th.15. validæ virtutis dexteritas, & omne genus ornamenta
11. commendant. Non ad hœdorum læuum
…15.4. locum habet aliquid, quod pertineat, quæ ſalacem hircum in thalami macello perfodit, ouémque per inimica tabernacula errantem cum libertatis fœnore reduxit ad caulam.

77. *Et proferens de pera caput Holofernis oſtendit illis.* Faculæ & lampades iuxta Iudithæ ſuggeſtum, vt diluerent tenebras, promicabant, totámque fœminam effuſo populo conſpiciendam præbebant. Inde ſacræ hiſtoriæ ſeriem cum omnibus actibus ſuis, ſpectantibus potuit exprimere, & poſt orationis exordium ad rei geſtæ experientiam & fidem oculos prouocare, ne nutaret auditor vocis, cui operis contingebat eſſe conſpector. Peram fortitan ab humeris Abræ deſumpſerat, cùm in editum locum aſcendit; ne iam alieno crederet brachio caput, quod amputauerat proprio; nec fortitudinis emblema diuideret, ſed in hoſtili manubio manum innectens, capútque pendulum digitis pulchris innodans, integram virtutis imaginem reddidiſſet. De cibario ſacculo inſolitam reproducit annonam, non agni caput, quod, vt ſeruitutem
Exod.12.2. effringerent Hebræi in Ægypto, fugam maturantes, vorauerunt; ſed caput lupi, qui ouium cædibus inhiabat: vt rationales oues Bethuliæ videndi ſtudio, confuſo gradu, quaſi ſine paſtore pallantes accederent, ſicut ipſa promiſerat Holoferni ſuprà cap.11.v.15. *Et habebis omnem populum Iſrael ſicut oues, quibus non eſt paſtor.* Circumflui ciues, conſpiciendi auiditate, denſantur, ſtipatáque multitudo Iuditham verſus comprimitur: Vt monſtrum horrendum ingens, immanéque ſpectaculum totis artubus hauriant, depellatque metum mortui horrida forma, quem impegerat fama viui. Ex pera, tamquam ex cauea formidabile caput egeritur, cui, quaſi ad eius conſpectum palluiſſet mors, verita fuerat, oculorum palpebras compliciuiſſe. Toruæ pupillæ animi truculenti hæreditauerant ſpeciem; liuida labra lurore attrita, & ex mento hiſpido villi retorti, ſtantes crines, ſagittariique ſuperciliorum arcus, & de vini vaporibus concretique ſanguinis pice fuligo genarum, ſub defuncti capitis lineamentis viuam exprimebant iracundiæ figuram.

78. *Ecce caput Holofernis Principis militiæ Aſſyriorum.* In breui periodo prolixæ ſortis exhibetur compendium. *Ecce*, id eſt, iam non in me os admoueatis intentum, ſed in inopini prodigij ſpectabile documentum. Qui ore & mente totus auditor erat, oculos iam figat in caput, cuius collum fœmina imbecilla transfixit. Ore patenti, attonitiſque luminibus è manu mea ſpecimen bibite fortitudinis, quod è venis pauorem impellat, & ex carne Tyranni viſa carnificina animoſos ſpiritus reſumatis. *Caput* eſt, non pes, non manus; ne, amputato fruſto, manſiſſe homine ſuſpicemini. *Holofernis* eſt: hoc nomen non deſtitit adhuc repetere pauor; alium ex hoſtibus ex nomine non cognoſcitis: hic vultus huius nominis eſt. Parum de ferocitate diſpunxit mors; imò quà fœda defuncto obſequimur, quæ deterſiſſimi furoris formam adauget. *Principis militiæ Aſſyriorum.* Non ex velitibus, peditibúſve caput eſt, ſed ſupremi Ariſtarchi, in quo Nabuchodonoſoris virtus conſederat, cuius ſub imperio Eoæ regiones concuſſæ tremiſcunt cuius ſub labio tot exercitus mouebantur.

Et ecce conopeum illius, in quo recumbebat in 79.
ebrietate ſua. Putat Sanctius, ideò conopeum euoluiſſe, vt ex eius aureâ texturâ, ponderéque ſmaragdino, diuitéque ſub tegmine innoteſceret, non gregarij militis eſſe caput, cuius aulæum tam pretioſis filis honorabatur. Cenſet enim, hoc ipſum eſſe, de quo ſuprà cap.10.v.19. *Erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum.* Quamuis Lectorum operimenta & ſtragulas opulento inſtructu gauiſas ſcio, nec Holofernis thalamo, ſicut aliquid odoramenti, ſic & pretij ſuſpicor defuiſſe: vtique non aſſentior, conopeum hoc, quod abſtulit, & attulit Iuditha, eſſe illud, quod gemmea pondera, auríque pretia grauabant. Erat enim periculi plenum hoc onus, quod vix poterat delitere, fœminam deuexiſſe, cui cibaria pera anguſtior eſſet; nec cum exectis capitis venis, ne ſordes traheret, implicandum. Potiùs conopeum hoc, quod à columnis auulſit, licèt politi textus fuit, nullo tamen baccarum grauabatur impedimento, ſed complicabile erat, & ex laciniofis finibus facilè potuit conſtringi, & premi, ne vel limbus excubitoribus panderetur. *In quo recumbebat in ebrietate ſua*; in quo, id eſt, ſub quo, ſiquidem non ſtroma ſed conopeum erat. Eleganter exponit hoſtem occidendi occaſionem, ebrietatem ſcilicet, cuius vinculis ſub conopei tegmine ligabatur. Et quem recubuiſſe dixerat, ſedulò adiicit, ſopore temulentiæ iacuiſſe; ne vel parumper caſtitatis læderetur opinio, ſi quæ in thalamo decumbentem occiderat, cum eo antequam occideret, accubuiſſet. E veſtigio ſuſpicionem hanc vindicabis, ô pudica Heroina; patere interim, quòd vel breues ſyllabæ effluant inepti ſermonis. Imò breue interuallum ſæculum eſt aſſerendo fœminæ honori. Vix retulit lectulum, cùm illicò ſuſpicioſam turpitudinem expiare contendit. Temulentum iacuiſſe pronunciat, carneiſque illecebris inuium, ne vel paruo interſtitio iniuſta coniectura ſubrepat.

Verſ. 20. Viuit autem ipſe Dominus quoniam cuſtodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commemorantem, & inde huc reuertentem: & non permiſit me Dominus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis, gaudentem in victoria ſua, in euaſione mea, in liberatione veſtra.

Verſ. 21. Confitemini illi omnes quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Viuit autem ipſe Dominus. Fœminæ ſacrarium 80.
caſtitas eſt. Ne pudoris fides periclitetur, ſacramento confirmat, vitámque diuinam teſtatur, vt aſſerat perennitatem pudoris. Virginea vita Numinis eſt, & Verbum, in quo vita erat, ex vtero gignitur, quem virginitas beat, ſanctique ſplendores inconcuſſo candore depingunt. In teſtem nobilem pudicitiæ, hanc vitam Iuditha prætendit, quaſi illius nitidæ ſupremæque vitæ delibauiſſet portionem, quæ & illibata redit, & cum

fœnore fortunati triumphi. Vita Dei æternitas est, quæ tres temporis differentias indiuiduo amplexu concludit: ideò trisagium chorus illi
Apoc.4.8. Angelorum decantat. Apocal.4.vers.8. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & venturus est.* En æternitas sub triplicis temporis differentia signatur, quam immaculata sanctitas, vtpote diuinæ vitæ comes constituit. Se in triplici differentia Iuditha intemeratam fuisse testatur: *Hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem.* Vt castitatis suæ æternitatem, nedum constantiam, ex his totius temporis confirmet spatiis. Concinnè igitur vitam contestatur diuinam, quæ castitatis exemplum pariter & testimonium impendat. Non inferiori virginitatis specimine immaculatæ Heroinæ castitas integrè demonstrabitur; nisi de diuina munditie, quæ participium traxerat, traxerit argumentum. Nec nisi vita Dei, solidum efficeret testimonium; siquidem pro monstro est, inter lasciuorum hominum spineta, castitatis rosa impercussa.

81. Quis tibi litem de pudore mouet, fœmina sancta? Dissecuisti caput; hoc Hebræorum interest, non accerseris ad tribunal, non purgatricibus aquis, saxeóque præcipitio probaris de soliditate pudoris; sat est Bethuliæ, quòd Tyrannus ceciderit te cædente. Sed non sat victrici est, nisi quæ inimicum sanguinem fuderat, proprium turpitudine non fœdauerit. Non integer esset triumphus, si integra non rediret. Nutaret victoria, si lasciui nutibus consensisset: nec inflictum vulnus honorabile esset, si fœminæ honos reciproco vulnere læderetur. Quòd remeet illibata, faustæ debellationis fides est. Etsi dissectum caput ostendat, vix de sectione capitis crederetur, nisi de pudore seruato irrefragabile præferat testimonium. Nam primus fœminæ bellatricis triumphus, non debet esse capitis, sed libidinis. Ægre mouisset brachium in iugulum Holofernis, si lasciuis motibus priùs in eius brachia fuisset. Pulcherrimè Ambrosius
Ambros. lib.3. offic.cap. 13. *Primus triumphus eius fuit, quod integrum pudorem de tabernaculo hostis reuexit. Secundus, quòd fœmina de viro reportauit victoriam.* Quem locum plene discussimus suprà tom.1.in caten. paneg. à num.26.vbi plura, quæ relegere operæpretium erit, de hoc castitatis triumpho texuimus omnino huc transplantanda, nisi actum ageremus. Illud autem à memoria non habeat, quod iugulationem Tyranni non solùm Deo, sed & sibi attribuit, illi vt brachio, sibi vt manui, quasi ipsa profuisset, licèt instrumento fœmineo: sed conseruationem pudoris opitulationi cælesti solùm attribuit, vtpote difficiliùs fortitudinis opus, cuius nulla pars pulchritudini inter hostes immixtæ potest adscribi, vt citato loco ex S. Prospero meditabamur. Caput igitur quod ancillari pera in populi conspectum deducit, non solùm deuicti Ducis, sed & præcipuè inuictæ castitatis trophæum est, & spolium ab inimicis ademptum: quasi illam aliqualiter amisisset, cùm inter lasciuos homines periclitandam inseruit. Ambro-
Ambros. sius lib.de viduis: *Non minùs seruata castitatis ex hostibus reuexit trophaeum, quàm patria liberata.* Cuius loci gustu sedulò exponitur dicta catena, num. 27. Omnino recognoscas rogo, quæ ibi ex Patribus in hoc institutum congessimus.

In Græco nulla fit mentio Angeli custodientis, sed absolute Domino deputatur custodia. *Et viuit Dominus, qui custodiuit me in via mea, qua ambulaui.* Quasi Dei vita pleniùs in seruato flore castitatis, quàm in morte Tyranni. Quippe qui candor lucis æternæ est, & candoris adamat obseruantiam, nec Angeli ministerium quasi tardum sustinet præstolari, sed ipsemet velociùs accurrit, ne alterius subsidio fœminei pudoris inturbata lux adrogetur. Prœm adulteri sanguinem è venis Iuditha diuulsit, ne quid in corpore spiritus suppeteret ad libidinem. Sed Deus ex subnigro luxuriosi cruore alborem sanguinis in fœmina custodiuit, quasi ex agno suo, qui adeò virgineus est, vt sanguine proprio stolas dealbet, nec tingat croco, sed abluat lacte, quidquid in hoc purissimo lauacro demergitur. Ergo lactea fœmina redit, quæ totam fœtidi liquoris illuuiem spumosámque fœditatem in corpore trunco reliquit; nec guttas in capite traheret aspersas, nisi pudoris testimonio profuissent. 82.
Apoc.7.14.

Quoniam custodiuit me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem. Diximus, in hac triplici temporis differentia inconcussæ castitatis æternitatem fœliciter exhibuisse. Quæ semel virgo non fuit, nunquam iam est: æternitatis amat mensuram, in qua quidquid semel est, semper erit, semper & fuit: quoniam in indiuisibili stat, quæ nunquam à duratione cadere potest. Castitas non his vegetur angustiis: quæ semel castitatem amisit, si in posterum carnis incentiua coerceat, iterum potest vulneratæ castitatis reproducere florem, vtpote quam non indiuisa æternitas, sed tempus successiuum mensurat. Iuditha suprà castitatis terminos spatiosè progreditur, sibíque qua castę aliqualem æternitatis pangit imaginem, quam, ex quo processit ad hostes, nulla vllius temporis libatio subegit. Quoniam Mariam Virginem obumbrabat, quam virginitatis commendat æternitas, vt de ea loquens S. Ildephonsus in lib. de virginitate Mariæ, c.10.dixit: *Hac fœmina sanctificationis vas est, æternitas virginitatis est, Mater Dei est.* Et alibi: *In præterito munda Deo, in præsenti plena homine & Deo, in futuro generans hominem & Deum.* Quæ loca luculenter explicuimus 1. tomo, de Maria & Deo incarnato, Acad.10.à num.17. Omne spatium religiosè Iuditha metitur, quà iuit, quà mansit, quà rediit. Quippe procaci milite, flammísque lasciuiæ semita scatebat: & supra miraculum videbatur, per tot incendia calcantem non vstulauisse vestigium. Sed quæ impolluto calle transiuit, nec ex spurcitiis vel pulueris tantillum aggessit, ipsum callem expiauit eundo, consecrauit manendo, redeundóque dedicauit. A nemine passa fuit, quæ non vt pateretur, sed vt ageret, ibat. Scit castitas, quem pulchris gressibus tramitem terit, pompâ floridâ coronare, de spinetóque lilia producere, quæ armentur à vepribus, non pungantur. Oportuit sic de vniuerso spatio innocentiam probare, ne ab aliquo sinu erupisse putarentur insidiæ, quæ furtum committerent pudicitiæ. Fœminei honoris tenera est salus, vel à lenis auræ susurro accusatur. Nisi eum ferat honestatis clientelam, iudice opinione damnabitur. 83.
Ildephons.

Nec contenta Iuditha fuit, Deum in testimonium adducere, sed in assertorem suum, Angelum interpellat. Cur si putas? Quoniam Angeli 84.

gcli

Zachar 3. geli Dei oculi nuncupantur. Zachar.3.*Super la-*
Apoc 5. *pidem vnum septem oculi sunt.*Apocalypsis 5.*Vi-*
di agnum in medio throni habentem cornua septem,
& oculos septem,qui sunt septem spiritus Dei missi
in omnem terram. Pulchræ fœminæ castitas ocu-
Hieron. lorum solet ictibus verberari, qui, vt ait Hiero-
nymus epist. ad lætam, percutiunt & vulnerant,
& auferunt theristrum pudicitiæ. Ne flagitiosis
oculorum aspectibus sauciata credatur, Angeli-
cis oculis circumuallatam fuisse pronuntiat, qui
ad visam à lasciuis venustatem intenti, iacula
obtunderent,nec sinerent cuté feriri.Ad eluenda
oculorum delicta oculos Dei prouocat in clien-
telam pudoris, quos, quà subtiles, nihil fugit
inspectum, & quà puros, quidquid impuritatis
est,à fœmina, quam custodiunt,abigere constet.
Non est quid oculus humanus auderet in eam,
quam diuini oculi à lasciuientium luminum de-
fendebant conuitio.
58. Serarius. Quis fuerit Angelus hic, Serarius disquirit,
qui coniecturas adducit pro Sancto Raphaele,
Gabriele, & Michaële, cui tandem suffragium
ferre videtur, vtpote qui gentis Hebrææ desti-
natus erat protector & pædagogus,vt vltra Hie-
Hincmar. ronymum, & Theodoretum, auctorémque im-
perfecti, quos ipse adducit, liquet ex Hincmaro
Pantaleo. Rhemensi Archiepiscopo in opusc.cap.14.& ex
Pantaleone Diacono in hom. de Michaële apud
Lippomanum. Qui auctor perhibet à Michaële
custoditum fuisse Danielem,Habacuc deuectum
in Babylonem,pueros in fornace defensos,pro-
baticæque piscinæ ad abigendos morbos mo-
tam vndam.Non abnuerem,Archangelum hunc
in custodienda Iuditha obiisse functionem, qui
quà vindex erat Iudææ gentis, vindicem fœmi-
nam ab omni detrimento illibatam asseruit. Et
quidem Rabini Orientis præfecturæ deputant
Michaëlem, Gabriëlem Septentrioni, Raphaë-
lem Occidenti, Vrielem meridiei. Sed præstat
Epiphan. audire Epiphanium lib.2.hæres.34.*Cum quatuor*
Angelos ad Euphratem collocat, totidem nationes
significat, quæ ad Euphratem habitant, cuiusmodi
sunt Assyrij, Babylonij, Medi, atque Persæ, gentes
porrò Angelis esse subiectas,testis est Moyses. Non
igitur solus Michaël toti Orienti præest, ne si-
mul Persico Assyrióque imperio, cuius Ducem
iugulauit Iuditha, præfuisse dicamus.Certè Mi-
chaël, Gabriël, & Raphaël, celebriori Scriptu-
rarum testimonio feruntur, quos singulares le-
gationes, sacráque ministeria nobilitant. Quin
ab Hebræis censetur, hos fuisse hospites Abra-
Gen 18 2. hami, eo argumento freti, quòd hæc tria no-
mina numerum constituunt eumdem, ac He-
braice illa verba Genes.18.vers.2.*Viri stantes su-*
86. *per illum.*
Verùm à coniectura non abest, quòd Ange-
lus hic,qui se fœminæ custodem exhibuit,vt re-
duceret illibata, illum fuisse, qui nutriendæ ro-
borandæque castitati præficitur.Scias enim quòd
Apocal. septem Angeli passim memorantur in Biblis,
1 3 5.8. vt præter Apocalypsim cap.1.3.5.8. & pluries,
Tob 12. liquet ex Tobiæ 12. *Ego sum Angelus Raphael*
vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. Hos
septem spiritus abnuendum non est, impetere
contra septem crimina capitalia, quorum incen-
Bernad. tiua à septem nefariis spiritibus acuuntur, vt li-
Serar. quet ex Bernardo serm.15.in Psalm. *Qui habitat.*
Consule Serarium in cap.12. Tobiæ q.8. Cùm
ergo Asmodæus, nempe fornicationis spiritus
præsit turpitudini voluptatum, illecebrarum-
que titillamentis insistat, inter fornices diuage-
tur, prouocet adulteria, vidualésque toros in-
quinet libidinis spurcitiis: Angelus Dei propu-
gnator castitatis, qui impiger obsistat, inter
septem spiritus discernendus est. Hunc suspicor
esse Vrielem,de quo Gerson part.3.tract.8.super Gerson.
Magnificat. *In libris Esdræ fit mentio de Vriel*
Angelo, cuius interpretatio sonat ignis Dei, cuius
officium est suauiter vrere renes & cor nostrum,
consumere sordes vitiorum,succendere totum cor ad
virtutes,sacrificare pietatis holocaustum, quod est
in odorem Domino suauissimum. Beda in collecta- Beda.
neis. *Gabriel esto mihi lorica, Michaël esto mihi*
balthem, Raphaël esto mihi scutum,Vriel esto mihi
protector. Quo iure alia Angelorum nomina
præter tria decantata asserenda sint, illæso Za-
chariæ Pontificis decreto, tractat Serarius suprà
quæst.11.& Delrius lib.1.Disquisit.Magicar.c.4. Delrius.
quæst.4.
Vriel ne quod solet exponi *ignis, lumen, seu* 87.
splendor Dei,Iuditham ab impuritatis detrimen-
to defendit, ne venustas,quæ à Domino incre-
mentum accepit, lasciuientium inseruiret iniu-
riis? Profectò,vt liquet suprà cap.10.vers.4. *Et*
Dominus contulit splendorem, quoniam omnis ista
compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat.
Si *Vriel* lumen seu splendor Dei est: nunc An-
gelus hic è Iudithæ facie scintillas castitatis vi-
brabat,ne lasciuis conspectibus premeretur, sed
potiùs spectatores opprimerentur à gloria? Ad
pulchritudinis lumen in facie, Vriel in latere
fuit, qui nefarios ausus auerteret, zonámque
pudoris perstringeret innodatam? Nec iniuria
est Angeli custodis, quòd alterum huic publicæ
functioni assignemus Iudithæ, siquidem quod
vniuersitatis intererat, agebatur, nec fœmina
priuatis commodis studebat. Quin increbruit
apud Hebræos, quasi nouum Angelum itineri-
bus imprecari, vt constat ex Tobiæ 10. *Angelus* Tob.10.
Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatque
vos incolumes. Magnus meus Benedictus gemino
Angelo custode potitus fuit, si fides adhibenda
est Petro Damiano sermon.8. in vigilia S.Bene- Damian.
dicti. *Cùm per ignota loca solus viator incederet,*
vbicumque binium occurrebat, duo protinus iuue-
nes videbantur assistere, qui sibi, quo progressus di-
rigere debebat, indicarent. Qui nimirum iuuenes,
qui alij sunt credendi, nisi Angelici spiritus ad
sancti viri custodiam deputati? Id fulcitur ex
Historia Cassinensi lib.1.cap.1.vbi constat quod Hist. Cassin.
discessisset S.Benedictus: *Duobus se comitanti-*
bus Angelis, & tribus coruis, quos nutrire solitus
erat consequentibus. Quidni Monachorum Pater
& Dux,qui in spiritu duplicato Elisæum imita-
tus est,duplici cælesti spiritu muniretur; siqui-
dem geminus Angelus Regibus & Principibus
soleat adscribi. Consule Suarium lib.6. de An- Suar.
gelis cap.17. num.24.
Et non permisit me Dominus ancillam suam coin- 88.
quinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me.
Nitorem exaggerat & munditiem, ne eam pra-
uæ opinionis deuenustet fuligo. Duo quidem
efficaci contestatur industriâ, & quod in casti-
tatis flore rediuit, & quòd nullius peccati sor-
des contraxit. Quæ Princeps in fœmina virtus
est, castitatem tantùm probauisse videtur, cùm
incoinquinatam impollutámque se decantet;
obscænaque voluptas de spurcitiarum nomine-
tur illuuie. Verùm cùm omnis virtus puritas sit,
animíque nitella, quódque peccatum, cur non
immunditia

immunditia putetur, præcipuè erga Angelos, quorum innocuus candor, quidquid aduersatur virtuti, sordes reputat & nigredinem. Prodest nimiùm huic instituto Petrus Damianus in epist. ad Alexandrum 2. Pontificem: *Deputet Deus virtutes Angelicas humanæ custodia, & infelix homo relicta munditie & puritate virtutũ squaloribus se polluit ac sordibus vitiorum. Nam cum inhalantis ac cœnosæ luxuriæ fœtore prouoluitur; cum vermescentis auaritiæ sordibus inquinatur, cùm velut in cloacam stercorum corruens, multiplicis nequitiæ facibus fœdatur; hunc Angelus fœtorem, inhonestam purulẽtiæ nauseam, inuitus satis & grauiter tolerat. In Angelorũ quippe conspectu nil sordidum, nil fœtet obscœnum, nisi vitium & peccatum.*

Damian.

89. Ergo Iuditha non solum ab incontinentiæ suspicione se eluit, sed ab omni peccati coniectura, quod sub voce pollutionis & sordium aptissimè protulit; quippe agebat de Angelo, cui purulentum est, extremáque fæce pollutum, quidquid in virtutem peccatur. Quidquid Iudithæ fuit, Angelus custodiuit, ne perfectæ virtutis laberetur constantia: multum enim officio pædagogi detraheret, multum de munimento minueret, si clypeo solam defenderet castitatem, nec illum ad omnes sensus, animique fenestras obtẽderet, cùm dixerit Basilius Magnus hom. in Psalm. 33. *Sicut enim muri ciuitatis circumducti omni ex parte arcent propulsántes hostiles incursus, sic & Angelus te præmunit à fronte, & tergo custodit, & nihil vtrinque in custodiendo relinquit.* Abeant igitur, quotquot vilitate mendacij onerant illustris Iudithæ nobilem indolem, & de abruptæ temeritatis præcipitio condemnant, aliísque, aliísque næuis, innocentis cordis pulchritudinem dehonestant. Quódque vitium fœtor esset Angelo comitanti, qui in spiritualis munditiæ culmine squalorem iudicat, quod peccatum. Ideò autem singularius illæsæ castitatis, sospitiśque pudoris auspicem protectorémque Angelum Domini modulatur, quia Angelis semper est cognata virginitas, quos S. Cyrillus *castitatis operatores* appellat. S. Basilius serm. de institut. Monachor. *castitatis paranymphos.* Nec est cur in hac trita cum Angelis cognatione paginam oneremus.

Basil.

Cyrill.
Basil.

90. Nec dubito, quin Angelus iste, quisquis sit, qui belligeratrici fœminæ adfuit, lateraque, quæ baltheus seu zona argenteæ castitatis obstringit, tanquam solidissima fibula strinxit, & à conuitiis flagitiosis procorum reduxit immunia, ei in specie nitidissimi commilitonis apparuit. Sicut aduersus Lysiam infensissimum gentis Hebrææ hostem, se prospectandum præstitit Machabæis, acuens in prælia aureo armaturæ bellicæ operimento, niueáque veste, qui color cœlitum est, è matutina auroræ textrina elaboratus. Nisi velis, alarum vmbraculum, consciâ fœminâ, in pulcherrimo corpore ad arcendos oculorum ictus expandisse, alarum, inquam, oculis clarissimis scatentium, quales in alata pauonis pompa multicolor varietas compingit, sicut Gabrielem depingit Augustinus serm. de Annuntiat. *Flammeos artus vibrans velut pauo, vniuersi colores radiis Solis obiectus per medios cœli sinus ferebatur.* Oculatissima etenim forma hunc Argum cælestem castitatis custodem decebat, ne pupilla fœminæ læderetur, & vt ocularem indolem pædagogus Angelicus exhiberet, Sic Philo lib. de somniis: *Sunt quædam purissimæ substantiæ, optimæque omnium, quæ altius, diuiniúsque sapiunt, aspernata ista terrestria & humilia, ministra omnipotentis, tanquam magni Regis aures & oculi, audientes videntésque omnia.* Videtur alludere Philo ad primores Ministros Regis Persarum, cui magni Regis cognomentum est, qui aures, & oculi magni Regis appellabantur, vt ex Aristotele scribit Apuleius lib. de mundo. *Sed inter eos aures Regiæ & Imperatoris oculi, quidam homines vocabantur, per quæ officiorum genera Rex ille ab hominibus Deus esse credebatur: cùm omnia quæ vbicumque gererentur, ille Otacustarum delatione discebat.* Heliodorus lib. 8. hist. Æthiop. Περσῶν γὰρ βασιλικῆς αὐλῆς ὀφθαλμοὶ καὶ ἀκοαί, *Persarum aulæ Regiæ oculi & aures.* Scilicet Angelus, vt magni Dei oculus, Regis magni Nabuchodonosoris oculum Holofernem, cæterósque superbi ministerij oculos obcæcauit, dum vt pupillam oculi sui venustam fœminam custodiuit: nec aduersus diuinum oculum oculus terrenus inualuit, sed illi soporem obduxit, vt melior Argus, qui soporari non potest, nec in pudoris iniuriam palpebris complicatis illudi.

August.

Philo.

Apul.

Heliodor.

91. Quidni protegentem alam crocco, puniceóque colore radiantem, inspersámque oculis Iuditha vidisset, siquidem & Alphonsus Henriquez Rex Lusitaniæ sub similis alæ inuolucro Maurorum contriuit exercitium? Subiiciam verba vt amœneris. *Mirabile visu euenit iuxta me peccatorem; brachium pugnantis & adiuuantis me, armatus quidem secundum visum meum, & summitatem eius cooperiebat ala tanquam Angeli, corpus autem non videbam, nec aliquis vidit, quamquam multi Maurorum manum vidissent. Confortatus insily in hostes, & ceciderunt à latere meo mille, & decem millia à dextris meis.* Quid inde? Equestris militum ordo à Rege decernitur, quorum tessera, supra cor ala purpurea auro promicans & fulgore. Quin Rex in eadem verba prorupit, quæ nostra Heroina hîc: *Cantabimus laudem Deo nostro, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius.* Vt videris quàm concinnè Iuditha, postquam Angelum opitulatum sibi narrauit, coronidem imponit sermoni dicens:

92. *Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius.* Non abs re erit si suspicemur, totum hunc Psalmum, qui vt Sanctius obseruat post Serarium, in gratiarum actione apud Hebræos solemniter increbuisse, vt constat ex 1. Paralyp. cap. 16. vers. 34. Esdræ 1. cap. 3. v. 10. continuò à Sethuliensibus fuisse cantatum, vtpote in quo omnia huius facinoris momenta collucent. Sat est illud: *Dextera Domini fecit virtutem, Dextera Domini exaltauit me:* siquidem in manu fœminæ dextera Domini fortitudinis impleuit prodigium, vt Iuditha præmiserat: *Interficis in manu mea hostem populi sui in hac nocte.*

Sanctius.

1. Paralip. 16. 34.
1. Esdr. 3 10.

Vers. 22. Vniuersi autem adorantes Dominum dixerunt ad eam: Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.

Vers. 23. Porrò Ozias Princeps populi Israël, dixit ad eam: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram.

Vniuersi

93. *Vniuerſi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam.* Fortaſſis pariter procubuerunt, oréque & oſculo tetigerunt humum, quæ forma adorationis eſt, ſicut ſolet apud Græcos προσκυνεῖν coniungi cum πεσεῖν εἰς γῆν, id eſt cadere in terram. Dio. lib. 36. de Tygrane adorante Pompeium: *Cadentem in terram, & adorantem.* Liuius lib. 45. *Submiſit ſe, & oſculo limen curiæ tetigit.* Quare textus Græcus ait: καὶ κύψαντες προσεκύνησαν τῷ θεῷ. *Et inclinantes adorauerunt Deum.* Dum verticem vertebant in humum, animum in Deum, verba dirigunt in Iuditham, quaſi Dei portionem fœminam æſtimantes, cui contigit manum innectere cum Dei brachio, vt vno ictu & Deus & fœmina perculiſſent. Quare non dicitur, quòd adorauerunt Dominum & dixerūt; ſed quòd adorantes Dominum dixerunt ad eam. O quantum de diuinitate contraxit, quæ pro Deo vindex, pro caſtitate bellatrix, pro ſoſpitate populi victrix meruit copulari cum Deo, eiſdémque ſyllabis innecti, apta quidem diſtributione, vt adoratio Deo, laus fœminæ penderetur. Quæ in periclitantis pudoris anguſtiis honeſtati peperit incrementa, vſque ad Deum creuit, & in vnum cum Numine coagmentata vnum ſancti præconij conflauit obiectum. Quid? Deum in fœmina venerabantur infuſum proni Bethuliæ ciues, qui ſe depreſſit in fœminæ manu, & illam ne caderet è ſuggeſto pudoris, in ſui contubernium erexit. Vide quò creuerit illibatæ pudicitiæ ſtudioſa, quæ in thalamum cadere recuſauit.

94. *Benedixit te Dominus in virtute ſua.* Id eſt, in robore & fortitudine: quaſi os Domini, quo benedicit virtus ſit, quam indit cui non diſtat manus ab ore, nec organorum intercapedine, ſpatiiſque prolixis diſtenditur, ſed benedicto & beneficium indiuiſa actione formatur. Quid? Verbum Dei, quo ſibi ſéque loquitur, vteroque fœcando progignit, idcirco manus appellari dignoſcitur, ne opus à dictione diſcedat, nec à promiſſione ſequeſtretur promiſſum. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. Theſauri c. 1. agens de verbo Dei; *Ideo & dextra & brachium Dei nominatur, quia quaſi per manum omnia Deus per ipſum operatur.* Nicæna Synodus lib. 2. *Pater veluti per manum in Verbo ſuo operatus eſt omnia.* Ergo inquiunt: *Benedixit te Dominus,* vt beneficiorum pelagus in illâ & influxiſſe ſubindicent, & omne genus ornamenti à ſupremo largitore traxiſſe, quæ ſupra ſexum, ſupra naturam operam clamabilē ſæculis perpetrauit: ac ſi dicerent: Non à nobis ſed à Deo tibi laus eſt, qui panegyriſta tui, eloquentiq; encomiaſtes ſuprà oratorū phaleratā præconia, inflātáſq; orationū tibias, dixit & perorauit de te, benéque dixit, & vocem laudis, & opus pariter laudabile tibi donauit.

Cyril. Alex.

Conc. Nic.

95. *Quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros* Nullus adhuc cecidit niſi dux, iamque de inimicorum contritione gloriantur. Anne animoſa Bethulienſium fides aliud credidit, aliud vidit, ſpeique fidelis ab eo quod conſpicit, ſurgit ad incognita, quæ non cernit? Nimiùm adoleuit virtus in populo, quæ eſt priſtina diſſidentiæ ruina ſe in verticem, quaſi poſſidentis ſpei vno ſaltu deduxit, promiſſiſque diuinis alacriter detulit, qui ad primas impetentis exercitus minas in deſperationis caueam pectus depreſſerat. Admodum argumentoſa eſt ſpes, quæ vtpote argumentum non apparentium, in pignora diſtantia ſe porrigit, & præpropera manu præſumit, quæ ab oculis diſſita, ſpiritu trahit. Quid quod decollatum exercitum Aſſyriorum coniectet Bethulia, ſi caput eius proſpectatur abſciſſum: nec pertimeſcit cætera membra, quæ abeunte Ducis animâ pallor mortis oppleuit? Solius Dei eſt, quod erat aliquid, in nihilum redegiſſe; ſicut quod nihilum fuit, facere quòd proſiliat in aliquid. Sicut Deus dixerat, & facta ſunt, & ex creatrice omnipotentia eruperunt, quæ in nullis ſeminibus erudiebantur ad eſſe; ſic cùm benedixit fœminæ, per ipſum factum eſt nihil Aſſyriorum agmen, ſine quo factum eſt nihil. Ioan. 1. 3.

Porrò Ozias Princeps populi Iſraël dixit ad eam. Princeps poſt populum fœminam benedicturus accedit, & ordine præpoſtero præconiorum ſeries intexitur: ſiquidem ad linguam Principis attinebat, ordiri laudum cantica, quæ ſequacibus modulis circumfuſa plebs frequentaret. Sed impetus inopini gaudij nullis legibus paret, nullius ordinis carceribus coërcetur, tumultuario progreſſu linguas facit excurrere, & æqualitate promiſcua inter Principem & populum non diſcernit. Poſitis vulgi tanquam ſonori venti flatibus, hilariſque murmure quieſcente, Princeps Iſraëlis Ozias fœminæ encomiaſtes prorumpit, ne quid in eius honorem è minimo ad ſummum deficeret ad obſequia. Cur Ozias Princeps Iſraëlis dicatur, ſupra tractauimus 96.

Benedicta es tu filia à Domino Deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram. Cur filiam nuncupat? An quia hoc agnomine vocari amabat, quæ gentis Hebrææ ſaluatrix, quaſi ab vnoquoque progenita fuiſſet, vt vniuerſitatis filia ſe geſſit? Sanè ſic ſuprà cap. 10. verſ. 12. reſpondit excubiis Aſſyriis: *Filia Hebræorum ſum.* Hoc illi nobile gentilitium fuit, generoſumque ſtemma, quod non natalia hæreditauerunt, ſed virtus. An filia dicitur, quoniam hoc nomine ciuitates vocabantur. Iſaiæ 32. verſ. 9. *Filiæ confitentes percipite,* vbi Chaldæus *ciuitates* vertit. Cantic. 7. v. 4. *Quæ sūt in porta filiæ multitudinis.* Sanè ſolidiſſima ciuitas, fortitudinis vallata muris Iuditha fuit, quæ & pepulit inimicorum iacula, & impreſſo pugione Aſſyriorum murū nempe Ducem Holofernem truncauit. Vel potiùs filia appellatur, quaſi iuuencula & puella, qualiter eam appellauerat Vagao: ſtylo enim Hebraico hac voce efferuntur innuptæ, & quibus ætas nondum è virore deflexit, vt adnotarunt Neoterici ad illud Cantic. 6. verſ. 8. *Viderunt eam filiæ, & Beatiſſimam prædicauerunt.* Adeò ſupra caſtitatem pudica fœmina peruolauerat, vt, etſi thalamum experta, flammeúmque paſſa, cum virginitatis flore contenderit, filiæq; nondúmque libatæ adoleſcentulæ ab hoc pudicitiæ triumpho debuerit inſigniri vocabulo. Vel ab Iſraëlis Principe dicitur filia, quæ pulchris greſſibus in argenteis calceamentis pudoris iter integrum peregiſſet, iuxta illud Cantic. 7. verſ. 1. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis.* Quaſi Principe genitore digna fuiſſet, quæ impolluto veſtigio torum mœchi ſanguine polluit, & caſtrorū inimicos ſtrepitus in canoros choros conuertit. Princeps enim apud Iſraëlem ex proprio munere arma curabat, bella gerebat, & inſtructus militaris pro obeundis victoriis, ſingularibus inſeruiebat officiis. 1. Reg. 8. verſ. 20. *Et iudicabit nos Rex noſter, & egredietur* 97.

Iſai. 32. 9.

Cant. 7. 4.

Cant. 6. 8.

Cant. 7. 1.

Reg. 8. 20. 1

egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Ergo quia vna Iuditha bella pugnauit pro Hebræis, Assyriorúmque manus contriuit, vt Principem populi se gessisse dignoscitur, meritóque filia Principis nuncupetur, sicut de sua Sulamite sponsus, vt eius fortitudiné commendaret, filiámque Principis diceret, præmisisse dignoscitur: *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum.* Penthesileam vnam in Amazonibus. Quintus Calaber lib. 1. appellat Martis inuicti filiam. Calab.

98. *Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso.* Quàm populus construxerat laudem, amussim repetit Princeps, ne inter Dynastam & ciues discordaret accentus, sed germana concinnitate, velut ab vno pectore, idem exundaret præconium. Quin agnouit Ozias, eloquentiæ legibus stetisse, dum pro omni apparatu dictionis benedictam à Domino fœminam geminato testimonio repereret. Vniuersa linguæ rhetoris lumina laus ista præcellit; siquidem Paranymphus cælestis, summus Incarnationis interpres Gabriel hoc elogio virginem, Dei parentem mox futuram, pro pleno Oratoris lumine ornauit, dicens: *Benedicta tu in mulieribus.* An ab Luc. 1. 28. Oziæ ore decerpsit encomium, & quod ad Virginis vmbram, veterémque figuram, nempe Iuditham, è Principis eruperat pectore, ad prototypum, corporísque veritatem traduxit, Mariam videlicet, quæ cùm Filium Dei in vtero virgineo concepit, tenebrarũ Principis caput abscidit, vt dixit Hyeronymus epist. 22. ad Eustochiũ Hieron. *Statim vt Dei Filius ingressus est super terram, nouam sibi familiam instituit, vt qui ab angelis adorabatur in cælo haberet Angelos & in terris. Tunc Holofernis caput Iudith continùs amputauit.* Quid splendidius in fœmina, quàm è characteribus eius, elogia Deiparæ concinnari? Quid venerabilius, quàm in ea, quæ typus virginis fuit, literarum typum excudi, quo Mariæ laus decãtaturis Angelis imprimatur. Iansenius in Concordia Euang. cap. 30. *Excellentia illa benedictionis non conuenit perfectè Iuditha, nisi quatenus huius Virginis typum prætulit. Illa enim benedicta à Deo est propter singularem illam gratiam & fortitudinem, qua Holofernem perdidit, hæc vero,* &c. vide suprà tom. 1. caten. paneg. num. 212. Iansf.

99. *Præ omnibus mulieribus super terram.* Siue indigenam consulas, siue extraneum, semper Iuditha à communi fœminarum censu dirimitur, vt quæ naturam vicit & sexum, non debeat cum mulieribus comparari. Nonne dictitabant Assyrij suprà cap. 11. vers. 19. *Non est talis mulier super terram in aspectu, pulchritudine, & in sensu verborum*; nunc Ozias: *Præ omnibus mulieribus super terram?* Vbi inter se vota inimica conueniunt, & aduersorum agminum suffragia cohærent, quid pro veritatis constantia amabilius? Scilicet, etsi Iuditha fœmineum est nomen, formam nominat, sed non pectus; faciem, non manum; corpus, non animam. Muliebrem sexum reliquit in ictu, quæ iuit fœmina, quid supra virum, nedum virago, remeauit. Sidonius in Sidon. carm. Eucharist. ad Faustum Rhegiens.

Et fragilis valido latuit benè sexus in ictu.

Carminis acumen exposuimus suprà tom. 1. caten. paneg. num. 84.

Vers. 24. Benedictus Dominus, qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis Principis inimicorum nostrorum.

Vers. 25. Quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias, & tribulationes generis tui, sed subuenisti ruinæ ante conspectum, Dei nostri.

Vers. 26. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.

Benedictus Dominus qui creauit cælum & terram. Cur signatè dum Deum asserit benedictum, cæli & terræ nuncupat creatorem? An quia cum ex omnipotentiæ laciniosis sinibus quamque creaturarum seriem educeret, recens opus è vestigio benedicebat, vt quod Verbum bonum eructans condiderat, eiusdem boni verbi benedictione compleret? Vade & ipse creaturarum gratitudine *benedictus* audiebat, quasi benedictionis diuinæ in Deum imagine repercussa, reuibratáque voce. Quin quoniam dixerat Ozias ad Iuditham: *Benedicta es tu filia à Domino,* & Populus: *Benedixit te Dominus*; illicò cæli & terræ geneseos meminit, vbi benedictio Dominica septem lucibus percrebruit infundi, qua recentes operatricis virtutis fœtus, quasi sacra aspergine lustrabátur. Hanc omnem benedictionem, quæ per dierum spatia primigenias res imbuit, quasi vna sibi à Domino Iuditha traxisset, dum illa, *benedicta* profertur Deus quà cæli & terræ creator, non insubtili perhibetur industria, Omnium rerum benedictiones sibi benedicta libauit, quæ omnium virtutum, vnius castitatis incolumitate, ornamenta sortitur. Benedictionum compẽdium est virilis in fœmina fortitudo, quæ vt impudentem virum non patiatur, in viri caput pugione constantiæ prudenter agit. *Deus qui creauit cælum & terram.* Hæc vna, si posset, superbiret structurâ creaturæ, vtpote qui diuinæ imaginis lineas pleniùs bibit, quas non vmbra peccati, non purpurissus luxuriæ, sed candor inficit innocentiæ, vt aliàs Tertullianus lib. de exhortat. ad castitat. cap. 1. *Vult enim imaginem suam nos etiam similitudinem fieri, vt simus sancti, sicut & ipse sanctus est.* Quæ sanctitas apud illum castitatis decor censetur. 100. Tertull.

Qui te direxit in vulnera capitis Principis inimicorum nostrorum. A Deo dirigitur carnificis manus, quæ vt scopum attingat, priùs in libra iustitiæ manum appendit, ne vel iracundia exorbitet, vel vindictâ declinet, vel de furoris iniquitate, dum caput excîdit, iuguler æquitatem. Arcus tentus erat fæminæ pulchritudo, quæ in lasciuum sagittabatur: opus fuit, quòd Deus dirigeret telum, ne dum peccatum intendebat transfigere in consortium criminis curuaretur. Qui delictum castigat, caueat ne in delicti castigatione delinquat, clauóque clauum eruat, nempe crimine crimẽ. Difficilè nimis erat, quòd quæ venustatis ictu perimere venerat inimicum, non se priùs cuspide, quam acuebat, transfigeret, nec lasciui reliquiis pulchra manus aspergeretur, quæ illecebræ glutine ad se traherent madidam à sanguine castitatem. In stadio Veneris, 101.

Veneris, in laſciuiæque campo, nempe thalamo accubantem impetere, plenum periculi fuit; quippe procliuis eſt caſus, ſi veſtitus luctetur cum nudo; ne per pugilatus amplexus traheretur in lectulum, fieréque exaggeratio peccati incautum cum peccatore luctamen. Ideò prudenter inquit Ozias: *Qui te direxit in vulnera capitis.* Niſi enim Deus huius ſacræ pugilis fuiſſet pædagogus, & rector ſi occideret Holofernem, ignoratis caſti certaminis legibus, occiſus pudor in ſuomet periret triumpho.

102. Nec dixit: Qui manum tuam direxit, ſed *Qui te*: niſi enim quidquid in fœmina eſt, rectum ſit, etſi manum dirigat, aberrabit; etſi brachium eleuet, corpore cadet: cadere autem in thalamum, caſus eſt extremus pudoris. Cur non ait *in vulnus capitis, ſed in vulnera*? An quia bis percuſſit ceruicem, dupléxque vulnus in intentione fuit, etſi vnum apertius in opere? Vel gemino vulnere percuſſit, quæ pulchritudine ſimul & gladio confodit. Ex hydra libidinis capita pullulant, & in diſſectis ſubſidium caput erumpit. Geminare ictum oportet, ne quæ in duelli principio vincit, in fine vincatur, & quæ viriliter inceperat, fœmineè finiat, corpus molliter vulnerato adultero præbens, cui per primum vulnus caput intendebat adimere. O quoties in progreſſu victoriæ vincitur victor, & quam ſibi vendicabat, porrigit herbam dum incautè cadentis agminis ſpoliis abutitur, & in ſuamet ſorte defeſſus, vſque ad gloriæ currum peruenire non valet! Frequentior hæc fortuna eſt in certamine caſtitatis. Rigeſcere ſolet in acie prima fœmina conſtans, ſolida exaſperatur vt cautes; ſed à pugilis ſui delinita lacertis, tandem imbecilla emolleſcit, matutinóſque caſtitatis fulgores, tenebris miſeri conſenſus obductis, in veſpere ſepelit, mutatiſque vicibus ad nocturnas inſidias victa declinat. Docet Iuditha integrum victoriæ diem, quæ in lucis ortu è Bethulia belligeratura proceſſit, & in media nocte obtrūcauit Tyrannum. Protelauit caſtitatis imperium, ampliauit ſpatia, mediúmque tempus amputauit libidini, dum eius amicas tenebras in hoſte conſumendo conſumpſit.

103. *Qui hodie nomen tuum ita magnificauit.* Magnificare nomen, extendere eſt, & de anguſtiis
Matth.6.27. reddere auguſtum. Dicebat Dominus Matth. 6. v. 27. *Quis autem veſtrûm cogitans poteſt adycere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?* Impotens eſt incrementi libiti compago membrorum; ſed qui creſcere nequit in corpore, bene geſtis dilatetur in nomine, vt in imagine ſui corporis baiula creſcat, & quā dedit natura, porrigat breuitatē. Anne pigmentis augetur facies, capillitiúque turre, & vndantis comæ gradibus caput aſſurgit, quaſi lenocinia laſciuiæ ſint additamenta ſtaturæ? Imò nimis curta fit, quæ vt in lectum ſe premat, in fuco diſtendit: multum de corpore minuit, quod de virginitate detraxit. Vtique caſta magnificatur, quæ in ſpiritus latitudinem carnem conflauit, & per temperantiæ ariditatem, membra exſiccauit, vt tanquā virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, amaritudiniſque puluerибus in leuem ſpiritum halarentur. Inde illud, quod pluries obſeruauiſſe me memini, à virginitatis primipila can-
Luc.1.46. tatum: *Magnificat anima mea Dominum*: quaſi nedum magna fiat, ſed & Deum magnum faciat, quæ virginitatis induſtria in latitudine animæ, vt imago Dei eſt, corpus afflauit. Hymnum hunc illi ſolùm modulantur in cælis, qui carnis inquinamenta non norunt. Apocalypſis 14. Apoc. 14.
Et cantabant quaſi canticū nouū; & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines enim ſunt. Petr. Bleſſenſis ſerm. 28. *Canticum etiam nouum ſoli virgines dicuntur cantare.* Qualе ſi putas? pergit: *Magnificat anima mea Dominum: ac ſi diceret: Alia magnum prædicant Dominum & dicunt vt creatura rationales, alia magnum probant, & oſtendunt. Ego autem magnum facio Dominum. Quātum ergo diſtat operatio ab operis commendatione, tantum & hoc canticum à canticis aliorum. Hîc enim dicitur Dominus factus magnus, alijs dicitur magnus.* En hoc canticum Ozias Iudithæ decantat, illam magnificatam oſtendens, quæ caſtitatem vidualem tanta latitudine extendit, vt ex pudicitiæ abundantia fermè in virginitatem aſſereret, & quod à thalamo maritali perdiderat, ferè hoc facinore reſarciret: quaſi poſſit cum incoinquinatis canticum nouum in virgineis cælitum choris accinere; ſiquidem illa priùs dixerat: *Non permiſit Dominus me ancillam ſuam coinquinari*: in quo matrem Domini, quæ ſe Domini nuncupabat ancillam, caſtitatis præfigurauit nitore, ſtrauitque viam, vt fœmina noua in virginitatis thalamo circumdaret virum, ſiquidem ipſa in impudicitiæ thalamo circumſcripſerat virum, & quòd ſponſa, abſque nuptiali toro, inſcia viri virum educeret, quandoquidem illa in medio tori ſuſtulerat virum è medio:

Petr. Bleſſ.

Hierem. 31. 22.

Vt non recedas de ore hominum. Laus eſt vnicuique à Deo, qui cenſor eſt cordis. Homo, qui ſub cutem penetrare non præualet, quæ ſunt hominis, improbus ſolet eſſe laudator, & quod vituperabile eſt, præconiorum ſolemnitate remunerans, virtutémque ſub cute latentem, tacita obliuione prætеriens. Sed virtus Iudithæ extra corpus apparuit, nec animi latebris contenta, proceſſit ad manum, vt pectoris pudici abundantiam in immanis capitis abſciſſionem exerceret, & ori hominum irrefragabiliter admoueret, vt iam non libata fuiſſet, ſed neceſſaria laudatio; ſiquidem in foribus aderat, & ab vnuſcuiuſque labris pendebat. 104.

Qui memores fuerint virtutis Domini in æternum. Non potuit concipi exaggeratius encomium. Adeò Iuditha cum Domino contubernium ſortitur, adeò quæ adhæſit Deo, vnus ſpiritus fit cum illo, vt memores Dei, vtique & Iudithæ memores ſint, nec poſſit diſſociare laudatio, quos adſibulauit compago virtutis. Domini virtus, vt iam ſemel diximus, per omnipotentiæ brachium ſe in manum fœminæ continuauit, quaſi vnum fortitudinis compleuiſſet lacertum neruoſus Dei impetus cum fœmina percutiente. Ergo quiſquis virtutem Dominicam recordabitur, non valebit fœminæ ſequeſtrare memoriam: vna periodo connectet vtrumque, quos vnus copulauit impulſus. 105.

Pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter anguſtias & tribulationes generis tui. Quid eſt *pro quibus*? An pro cunctis hominibus, quorum ab 106.

ore laus non discessura prædicitur? Virtus & iustitia communis res est, commune bonum, non de gentium varietate variatur, non de distantia regionum censetur. Quæ vnius gentis Hebrææ sospitati fœmina incubuit, totius vniuersitatis negotium egit: quippe communi iustitiâ negotiata est, quæ iuri gentium cognata, non generis, non Reipublicæ, non familiarum patitur differentiam. Imò ad vnum iustum suæ ciuitatis natalibus adscribendum totus orbis iure decertat, nec sustinet vocari alienum, quem vniuscuiusque proprium virtus effecit. Vt sis omnium, nullius fias in agnatione vitiorum. Virtus quà cælestis est, altiorem terris verticem incolit, cælique more vna fit omnium, quotquot in terrestrium bonorum possessionibus disiunguntur. Sed addit Ozias, quòd signatè pro generis sui, id est, gentis Hebrææ angustiis & tribulationibus, propriis commodis fœmina non pepercit: quia & cæli pars, quâ regioni propinquior, in eam vberes thesaurorum imbres effundit, nubésque premit, vt stillantibus beneficiis humentem terram ad segetum annonam erudiant; nec priùs se egerit in arua distantia, quàm largitatis officia in propria discingat. Juditha vt contribulium suorum tribulationem abigeret, se alacrem in discrimina dedit, séque in beneuolum imbrem expressit, vt ex sui populi opimitate suppeterent vniuersitati reliquiæ.

107. Si caro & sanguis genus est, nec in generationum stirpe, animarum, sed corporum cognatio peragitur, qualis à primordio ex viri osse dolata virago non per neruorum traducem, affinitatémque carnis, sed per Dei afflatum animam hausit; quid est, quod pro sanguineæ vinculis cognationis, generísque pietate animam, quæ supra genus est, fœmina paruipenderit? Sed ex corporibus, quæ anima cælestis informat, quædam etiam in animis videtur deriuari cognatio, quasi indolem carnis animus edoceatur, & de indiuiso cum corpore sodalitio, eius participet qualitates. Scilicet pro gentis suæ sospitate animam periclitari Juditha non dubitat; non quòd in discrimen criminis rueret, sed quòd vitam, quæ ab anima est, ludere non timesceret; quippe quæ saluatrix populi erat, nec saluatoris munus siccum est à cruore.

108. *Sed subuenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri.* Elisum suscitare è ruina, non ruentis est, nec in valle deiectionis prostrati; sed eius, qui ab alto, quem præcipitatus prendat, tendit lacertum: nec modicæ constantiæ eget, ne à præcipitati pondere tractus in sodalitium vergat ruinæ. Judithæ brachium, quà de castitate stabile, de fortitudine validum, de magnanimitate extensum, in obsidionis clade, imóque puluere populum iacentem erexit: & in superbiæ suggestu elatum, vsque ad imum pauimentum, iam suo præcipitio discerptum pepulit Holofernem. Vt ex contrariis officiis, vnius brachij cælestis indoles innotesceret, quæ eodē impetu, dum mundani petauri orbem enoluit, exaltat quod humile, deiicit quod supernū. Sed addit Ozias: *Ante conspectum Dei nostri.* Ne dubites, si deliquit in aliquo, quæ Dominicos oculos integrâ pauit serie facinoris. Stylus Hebraïcus est. Quod absque peccati næuo ex perfectæ virtutis diligentiâ peragitur, ante Dei conspectum peragi dicitur, quasi Dei oculos auersetur, qui dum malum patrat, odit lucem, vtique quam diuina lumina fundunt.

Et dixit omnis populus: Fiat, fiat. Solemnis erat apud Hebræos hæc formula pro desideriorum auspicato prouentu, spéque alacri inquietudine, quæ vniuersum populum in hanc geminationem mouebat. Duplicare enim vocabulum apud Hebræos, sicut & plurali numero vti, cuiusdam latitudinis & granditatis erat indicium. Sed quid, est quòd populus hac imprecatione peroptat; siquidem Ozias nihil fortunatum inauguratus fuit Judithæ, nullam illi de futura gloria sortem prædixit, quam desideriis suis faustam lætámque potuerit multitudo precari? Imò quidquid fœminæ dixit, iam de præterita possessione collegit, nempe: *benedicta es tu filia à Domino. Benedictus Dominus, qui creauit cælum & terram.* Ego quidem censeo hanc populi imprecationem, ex conceptis verbis. *Fiat, fiat,* seu Hebraïcè *Amen, amen*, adiici solitam in coronide sermonis, postquā Deus dicebatur *Benedictus.* Id facilè probabimus Psalm. 105. v. 48. *Benedictus Dominus Deus Israel: & dicet omnis populus: Fiat, fiat.* Psalm 88. v. 52. *Benedictus Dominus in æternum, fiat, fiat.* Psalm. 71. vers. 21. *Et Benedictum nomen maiestatis eius in æternum, fiat, fiat.* Idem inuenies Psalm. 41. vers. 15. Erat igitur signaculum precum ad confirmandam benedictionem. 109.

Psalm. 105. 48.
Psal. 88. 52.
Psal. 71. 21.
Psalm. 41. 15

Vers. 27. Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Judith: Deus Israël, cui tu testimonium dedisti, quòd vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium increduiorum incîdit in hac nocte in manu mea.

Vers. 29. Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius.

Porrò Achior vocatus venit. Nonnisi vocatus veniret, qui sub vrbanitatis specie, honestique hospitij figura intra Principis Oziæ domum sedulò tenebatur: ne insidiosum esset transfugium, & architectus doli, potiùs quam ab Assyriis deportatus, appulerit in Bethuliam. A quóne accitus? A Juditha, nempe cui ciuitatis obediebant Primores, nunc vel maximè quæ infixo Holoferne clauum merebatur imperij. *Et dixit ei Judith.* Fidem fecerat Judithæ dictis nimiùm credula confisáque Bethulia. Solitat diffidere pauor. Meticulosus animus parum credit, & qui spem sub cinere palloris extinxit, potiùs ab arboris fronde, leuíque susurro terretur, quàm de veracis linguæ obfirmari possit eloquio. Sed fœminæ reuerentia pectora sibi in fidem pariter & fiduciam facilè subiugauit: nemóque hæsitauit, an Ducis esset exectum caput, quod ex ancillæ pera in suggestum, quo dicebat, prospectabile cunctis Juditha leuauerat. Huic confidentiæ vt se redderet gratam, inexpugnabili argumento iam creditam veritatem fulcire parauit pro fidentis sibi populi præmio, remuneratoniśq; officio. Adest Achior Ammonitarum Princeps, transfuga ille violentus, quem religatum ad truncum, iubente Duce, Assyrij milites arbitrio volucrum reliquerunt. 110.

In

In hunc accitum fœmina prud.ns verba conuertit.

111. *Deus Iſraël, cui tu teſtimonium dediſti, quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea.* Quæ rhetoris lingua tam fabrè, tantóque compendio ſic detornauiſſet ſermonem, quo & Achioris dicta, & ſui facta perbreui dictione, eloquentíque cinxit? Quoniam accedebat Achiorem, vt ſuo teſtimonio firmaret, caput Holofernis eſſe, quod è fœminæ digitis pendulum, etſi occiſa ſæuitie truculentum ſpectaculum erat; præmittit, hoc eius officij eſſe, qui iam antea Deo Iſraëlis teſtimonium exhibuit. Anne dixerat Achior Holoferni, quòd Deus Iſraël vlciſcitur ſe de inimicis ſuis? Hanc impingere notam placabili Deo, & pro inimicorum propitiatione beneuolas leges ferenti, nimis diceres iniurioſum. Nonne hominem de dilectione inimicorum erudit, inhibétque vindictam, ſtrictàmque machæram in vaginam reducit, ne vterque pereat, ab vltore inimicus, vltor ab odio? Imò pende momenta verborum: *Quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis.* Qui ſub diuino ſupplicio conſtratus non reſpicit, ſed adhuc in criminis rebellione rigeſcit, conſtánſque Dei inimicus perſiſtit; in ſupplicio, quod erat medela, experitur vindictam; ſuáque nequitiâ, eruditionis flagellum in ſuffocationis funem conuertit. Ergo ſolùm ſe vlciſcitur Deus de inimicis ſuis, nempe qui permanent inimici, extremáque impœnitentiâ iugum excutiunt, Dominóque reſiſtunt, negántque opificem, dum in afflictionum fornace in vas gloriæ figulari detrectant. Imò dicitur *de inimicis ſuis*, id eſt, qui ad vltimum halitum, eius inimici perdurant emendatricémque pœnam amabilis medici tranſigunt in vindictam potentis.

112. *Caput omnium incredulorum* dicitur Holofernes; imò non ipſe, ſed caput eius, quod inciderat fœmina: quaſi adeò in infidelitate proceſſerat, vt omnes increduli conflati in vnum, hoc tantùm capite conſtitiſſent: ſiquidem renuit fidem Achiori, benè de Dei Iſraëlis indole conſulenti, & pro conſilij mercede, eum hoſtilibus præbuit iniuriis, vt qui in latus Hebræorum dabatur, latera transfixa doluiſſet, cùm ouantes Aſſyrij per Hebræorum graſſarentur prouinciam. Caput ſingulari motu quatit Iuditha, vt præſentet Achiori: vnde ait verſ. 28. *Ecce caput Holofernis.* Niſi mauis, quòd tenera fœmina caput vltrà non tetigiſſet; quippe in Græco eſt, quòd vidit Achior *Caput Holofernis in manu viri vnius è congregatione populi.*

113. *Videns autem Achior caput Holofernis.* Audierat forſitan Achior à nuntio, qui eum è Principis acciuerat domo, quid geſtum fuiſſet à fœmina, Holoferníſque cædem, quam popularis clamor, per tectáque concitatus ſtrepitus nemini ſuſtinuit eſſe ſecretam; ſed poſtquam caput horridum, concretíque ſanguinis pice reſperſum vidit, pauor ingens Ammonitidis artus concuſſit. Viſa enim efficaciùs, quàm audita, diſcruciant cor, ſubitóque pauore contundunt, & collidentibus affectuum fluctibus vehementiùs exagitant: viuidiùs enim obiectorum ſpecies per oculos, quàm per aures ſubintrant. Ergo caput, quod nouerat nullis non euratum delitiis, & in ſuperbi corporis collo continuum, trepidus cernit, crinibus paſſis, genis exeſis, oculorum cauitate profundum, liuidis labiis ſpumoſum, mento hiſpidum, tabem ſtillans, de priſtináque figura ſola ſæuitiæ lineamenta conſeruans, & ex mortalitatis ſcena iam monſtrum, ſpectaculúmque caſtigati furoris. Ad immane obiectum Dux Ammonitarum exhorret, præ attonitóque ſtupore fatiſcit, & anguſtiis vndíque ventilatur.

Anguſtiatus præ pauore. Ergóne quem pauebat viuum, adhuc pauet defunctum, nec metum abſtergit, quo de ſuperſtite Duce ſauciabatur? Ea eſt humanorum affectuum colluſio: non ſuſcipit homo de completis deſideriis ſolatium, ſed mentis impos eamet, quæ concupiebat, exhorret; nec deponit pauorem, ſed mutat: antequam enim ad ſe de commotione ſubita redeat, confundit paſſiones, & pro lætitia eligere ſolet timorem. Adeò in Holoferne crudelitatis vultus excreuerat, vt etiam abciſſo capite ſcaturiant ſigna rigoris, quæ incolumem hominem vix reddere poſſunt de ſua columitate ſecurum. Imò pauor hic, qui Achiorem concuſſit, non iam de Holoferne manauit, ſed de vlciſcentis Domini fortitudine, quæ muliebri manu ſic Libani cedrum, ſuperbique montis verticem, ſupplicij falce meſſuerat. 114.

Cecidit in faciem ſuam ſuper terram. Non potuit ſuſtinere conſpectum: tegit oculos caſu, in terráque frontem elidit, ſpectaculi impatiens, quod ſic mutatis vicibus ex fortunæ vertebris in tam diſſimilem ſtatum, flexum videbat. Inopino pondere grauatus pedes amiſit, & quo erigebatur Bethulia, ille cadit, caſum Ducis hac corporis ruina rependens, indicánſque quantum cæſo capite hoſtilis exercitus cecidiſſet, ſiquidem ipſe, qui de eius militibus fuit, etſi iam alienus, cadebat. Minatus fuerat ei Holofernes, quod poſtquam in Bethuliam victor veniret, eius erat latera transfixurus: licèt aduerſa ſorte, nunc iam adimpleuit promiſſum; ſiquidem ad Principis occiſi conſpectum latera ſuſtinere non potuit, qui pulſo corpore exanguis cecidit & elumbis. Sic ſuperborum vaticina complentur. Scit ingenioſa Domini prouidentia, iniquorum oracula ſpecie veritatis afficere, ſed in eorum cladem, qui impudenti vaticinio, quod ſuperbiæ ſpiritus afflat, aduerſus ſcientiam Dei contendunt eſſe prophetæ. 115.

Et æſtuauit anima eius. Æſtum animi dixit Firmicus lib. 3. cap. 5. æſtumque curarum. Virgilius 8. Æneid. De pauido, ægréque ſolicito & exangui. Cicero de Aruſp. reſponſ. *Exanguis atque æſtuans ſe è curia proripuit cum quibuſdam fractis, atque inanibus minis.* Accedit & reciprocat æſtus, cùm maris vada repercuſſis exundantibúſque fluctibus, ſuorum terminorum carceres irrumpere ſatagunt, & quaſi intra conſcientiam poſiti præcepti reducunt. Non potuit aptius cogitationum colliſio in Achiore depingi, quaſi ab Aquilonis verbere quateretur, vaſtáque voragine æſtuaret vt gurges, expiranti ſimilis, qui in lucta mortis iam egerit ſpiritus, iam reſtringit. Hine dixit Ariſtoteles, nullum animal, niſi æſtu recedente, expirare. Vndéne motus iſte inſolitus in Achiore? Quoniam lætitia pariter & pauor conſertis lacertis luctabantur, frigidáque pugnabant calidis, & vapor igneus, quem hilaritas educebat, cum frigore priſtini metus, quaſi ardentiſſima febris 116. Firmic. Virgil. Cicero. Ariſtot.

post gemitus fecerat, spiritúmque clausis præ pauore meatibus, ignis intrinsecus æstuabat, vt dixit Virgilius 4. Georgic.

Virgil.

Interea teneris tepefactus in ossibus humor
æstuat, et clausis rapidus fornacibus ignis.

Vers. 30. Postea verò quàm resumpto spiritu recreatus est, procedit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit.

Vers. 31. Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israël.

117. *Postea verò quàm resumpto spiritu recreatus est.* Sic Ouidius 4. Metamorph.

Ouid.

Vt primum valido mentem collegit ab æstu.

Quasi spiritum, quem fermè emiserat, resumpsisset, recreatus dicitur, & ex noua creatione iterum suscitatus, quem impetuosus casus in terram alliserat. Vnde liquet, non despondentis animum, nec dolorem passi fuisse deliquium, sed de alacritatis impetu, cumuloque lætitiæ. Siquidem agitat one laberte, absque vlla herbarũ medela, eodémque subito sui compos efficitur, & in vulnere Ducis iucundum & pacatum animum pascit, iam de victoria metus triumphans, plenéque per artus hilaritate diffusa.

118. *Procidit ad pedes eius.* Qui ceciderat præ pauore, præ reuerentia iam cadit. Manum fœminæ veneratus artificem strenui facinoris, non audet manui osculum admouere, quam Deo imbutam religiosè colit; sed se ad pedes dat, qui ad conterendos Assyriorum exercitus semitam opportunè contriuerant: nec ex castrorum sordibus aliquid pollutionis contraxerant. Sandalia lingit, quæ rapuerant oculos Ducis, oréque ligulas, vt cui Holofernas, incautique laqueos deuotus euoluit, labiísque licia prendit, his catenis captiuus adstringi, vt victricis fœminæ seruus fiat.

119. *Et adorauit eam.* Iactantiæ Persicæ adorationi assuetus, quidquid ibi deliquerat, hac intendit adoratione lustrare. Quoties versis poplitibus adorauerat Holofernem, & fastuosum Dominum, herilíque tumore turgidum declini fuerat veneratus obsequio; procubitu corporis contestans, pluribus cubitis eum esse grandiorem! Iam factam Holofernis carnificem, terram osculans, gratulatus adorat, quoniam superbiam praui Ducis excidit, capútque deiecit ad pedes, vt videris quantum iactantiæ, vindice humilitate, decresceat.

120. *Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israël.* Quid est quòd aduena Achior, religionis expers, & de inimica Hæbreorum stirpe progenitus quasi Iudaica fuisset disciplina eruditus, idem insonuit Iudithæ præconium, ac nuper protulerat Ozias, vt, si recolas, facilè iudicabis? An iam consciẽtia Hebræus, eundem sancti Spiritus hausit afflatũ, non cælestis spiraminis factus extortis, qui nondum de circumcisionis signaculo censebatur? Et quidem non coram adfuerat, cùm similia fuerat loquutus Ozias, sed fortassis de Hebraicarũ institutionum schola, sacrisque literis ob generis affinitatem, maiorumque cognationẽ satis edoctus, hoc genus gratulationis didicerat. Non enim apud Hebræos, qui benè superna callue-

rant, & laudum cantica frequentabant, alia creberior imprecatio, laudatioque fuit, quam à Deo benedictionis assertio, nominis gloria, stemmaque memoriæ perpetuum.

Cur autem benedictam à Deo nuncupauerit in omni tabernaculo Iacob, exponit Sanctius ex Achioris stirpe, vt pote Ammonitide gente, vbi Balaam ortus cecinit, Numer. 23. vers. 5. *Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel.* Ego puto pulchra antithesi tabernacula Iacob nuncupasse Israëlitidum ciuitates, & domos, alludens ad tabernaculum Holofernis, vbi sub papillione castrensi hospes fœmina, strenuâ manu fecit virtutem: ac si diceret Deus qui te suorum exercituum primipilam constituit, qui luctans cum Iacob parente tuo, bellandi artes, vincendique vires infudit, qua exercituum Dominus est in tentoriis Israëlitidum habitat, téque in omni tabernaculo benedicit. Vel potiùs homo, qui iugiter sub Martis censu, militaríque buccina victitauerat, in tabernaculis nempe & tentoriis, hoc nomine Hebræorum domos vocauit: præcipuè cùm in sacris passim tabernaculum domum significet, seu ciuitatem, vt constat ex 3. Reg. 12. *Vade in tabernacula tua Israel* Genes. 18. *Festinauit Abraham in tabernaculum.* Psalm. 17. *In circuitu eius tabernaculum eius.*

121. Sanctius. Num. 23. 5.

3. Reg. 12. Gen. 18. Psalm. 17.

EXPLANATIO

Moralis institutionis ad Cap. XIII.

Vers. 1. Vt autem serò factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, & abiit.

Vers. 2. Erant autem omnes fatigati à vino.

Vers. 3. Erátque Iudith sola in cubiculo.

Infelix diligentia est, obserare cubile, intra seras hoste latente. Obturatis sensibus, ne medelæ pateat animam cum criminibus claudere.

Sectio I.

INFOELIX diligentia est, cubile vectibus obserare, ne peregrinus hostis obrepat, si domesticus lateat; damnare repagulis portas, ne pateant furto, intrinsecus custodito latrone. 1.
Extremè à columitate desperat, qui spem in clauibus stolidè collocauit, quæ vitæ insidiatorem concludant. Cur mœnibus ciuitas, cuius ciuilis hostis indigena est, in arietes obduratis circumdatur? Citiùs nocet domesticus ciuis, quàm exterum agmen. Ægrè calet admotis stragulis & operculis, cui frigus in medulla est, cogitque tremescere corpus, dẽtésque dẽtibus cõpulsare

pulſate. Segnis eſt medicina, quæ cutem illinit, dum viſcera hauſere venenum. Putrem ſub puſtula nititur cuſtodire, qui tuber non aperit, ſed obdurat, vt claudat. Ergo priùs examina pectoris penetrale, ſi alicuius vitij aduerſitas hæſerit, deinde ſenſus obicibus diſtrictionis obtura; ne ſi intus ſit illecebra, organaque ſenſuum ſeris hypocriſis circumcludas, non diruto clauſtro ab intranea flamma cremeris.

2. Cuſtos erat Vagao corporis Holofernis, quo ſopito cubiculi, in quo iacebat, oſtia concluſit, v.1. *Vt autem serò factum eſt, feſtinauerunt ſerui illius ad hoſpitia ſua, & concluſit Vagao oſtia cubiculi, & abiit. Erant autem omnes fatigati à vino: eratque Iudith ſola in cubiculo.* Quid agis ianitor iniurioſè? Vt herile corpus defendas, pulchrum ſub vectibus hoſtem, qui iugulet, intus deſeris, claūibúſque ſubſignas cubile quaſi ſepulchri lapidem, qui gemina ebrietate, nempe fœminæ & vini, ferme iam defunctum continet, quē cuſtodis? Sed imitatur indolem Domini, quem tot barbarorum phalanges ab hoſtium impetu defendebant, tot cingebant obæratæ cohortes, ne in aduerſariorum vincula caderet, eſsétque mancipium victoris; & tamen ſic extrinſecus cuſtoditus, vrebatur intus flamma cupidinis, & quam oculis captus hauſerat formoſam puellam, priùs cordis ſuauiter iugulatricem expertus eſt, quàm crudeliter capitis pateretur. Ergo qui exemplum famulo dedit, interiit famuli diligentia, cuius ob induſtriam hoſtiſ fœmina manſit obſerata in cubili, vt abſque defenſorum ingreſſu tutiùs & quietiùs cæderet inimicum.

3. In leonum caueam iacitur Daniel, vt humano cibo feras fameſcas inſtigaret. Liberare nititur Rex, dolens nimiùm cladem Prophetæ, quem criminatores obſederant. Vide quid agat, Dan.6.

Dan.6.16. verſ.16. *Tunc Rex præcepit: & adduxerunt Danielem, & miſerunt eum in lacum leonum. Allatúſque eſt lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os laci: quem obſignauit Rex annulo ſuo, & annulo optimatum ſuorum, ne quid fieret contra Danielem* Egregium profectò libertatis ſtudium, non ſolùm vincire innocentem, ſed oſtium claudere, ne egrediatur. Si intus leonum furit inſanies, qui in ſuum inquilinum exerant vngues, rictuque rabido corpus præpeditum dilanient, nonniſi ſecuriori cladi lapidis ſubſignatio proficiet, ne poſſit reus reuerſis veſtigiis ad fugam, cruenti carceris calamitatem euadere. Et tamen ſubſignationis titulus fuit: *Ne quid fieret contra Danielem.* Sic ſic accidit in mortalibus, qui cùm brutis deſideriis corda permiſerint, ne à foribus mors immineat, irrepátque aduerſitas per foramina, firmiter occludunt veſtibulum, clauſique intereunt, qui apertis foribus conualeſcerent. Verùm non ſic Daniel, non ſic: intus vitæ defenſorem ferebat, qui leonum circumſtantem cohortem auerteret ab iniuria ſalutis. Attende quid dixerat Rex verſ. 16. *Dixitque Rex Danieli: Deus tuus quem colis ſemper, ipſe liberabit te.* Deum eius aptiſſimè nuncupauit; quaſi qui Danielis eſſet, nunquam ſecederet à Daniele, ſed hæreret intus in pectore, vt quamuis rugientibus, qui circumdarent, pateret leonibus, clauſus vtique ad eorum impetum cenſeretur. Vt noueris iuſtum apertum hoſtibus, intraneā virtute defendi, obſeratúmque hoſtibus peccatorem ab intima morte diſcerpi. Stolidi Satrapæ vitam, quam medullitus Vates portabat; quem dederant in eſcam leonum; ſtudio obiecti lapidis defenderunt, ne pateret oſtium, quà vita egrederetur, & mors intraret.

Id in cuſtodibus corporis Dominici attende. 4.
Expetunt à præſide Phariſæi, Matth.27.v.64. Matth.27. 64.
Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertium. Egregia illatio: *Iube ergo.* Vita non à foris aduenit, ſed ab intus aſſurgit; non quà patuit per ſciſſuram vulneris morti locus, in examine cadauer regreditur, quid excubiis opus, vt vitali ſpiritui ianuam occludant, qui cùm corporis ſit, non clauſtris præpeditur, ne redeat? Tunc ille verſ. 65. *Habetis cuſtodiam: ite, & cuſtodite, ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus* Ibi v.65.
O qualis ſtolidæ perfidiæ fiducia! Cur lapis iniicitur, & ſignatur? Ne cadauer à viſceribus mortis erumpat, cùm Auctoris vitæ cadauer erat, qui intra recluſorium mortis poterat vitam reproducere, quam condiderat? Recordati forſitan ſunt, quòd cùm Dominus ad Lazarum ſuſcitandum acceſſerat, priùs oſtium vitæ lapide reuoluto præuenit, Ioannis 11. verſ.38. *Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus: Tollite lapidem.* Ac ſi dicerent: Qui non potuit extraneum à cineribus excitare, niſi amoto lapide; qui occludebat; nec poterit ſe, ſi lapis cuſtodibus ſubſignetur. Sed eſtote memores, ô inſipientes: Ibi euulſus eſt lapis, vt ſpectatoribus mors pateret, non vt regrederetur vita in defunctum, qui adhuc funeſtis inſtitis inuolutus è ſpecu mortis viuus erupit, verſ.44. *Et ſtatim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata.* Cur cuſtodia mortis perſeuerat in viuo, compedéſque funerei, & vincula fati perdurant? vt appareret, non opus eſſe vitæ, dirimere cadaueris præpediti ligamina, quæ cùm intus emergat, extraneis obicibus non terretur. Ergo vitam virtutis tecum feras in animoſi pectoris penetrali, vt obſidionem hoſtium eludas, & adhuc viuas ſub vinculis, expeditus. Ergo hoſtile vitium in animi cubili non claudas, cubiculariorum pompa ſtipatus, latet intus inſidioſa libido, quæ te intetimat cuſtoditum. Ioan 11.38. Ibi v.44.

5. Phalanges Siſaræ Barac fuderat: fugit ille ad tentorium Iaël, nec contentus tegmine tabernaculi, pallium ſolicitat, quo operiatur, ne quærentibus inimicis pateret, Iudic.4.v.18. Iudic 4.18.
Qui ingreſſus tabernaculum eius: & opertus ab ea pallio, dixit ad eam: Da mihi obſecro, paululum aquæ, quia ſitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. Si iam operuerat, cur nunc operit? Vix dimidium os liberum reliquit ad poculum, ne inimicus intraret in hauſtu. Duplicauit operculum, ne aduerſitas per foramen irrueret. Nec ſatis fuit tentorium & pallium; imo fœminam ad cuſtodiam inſtigat verſ. 20. *Sta ante oſtium tabernaculi: & cum venerit aliquis interrogans te & dicens. Nunquid hic eſt aliquis? Reſpondebis: Nullus eſt.* Cur obſerante fœmina, ſic te ab extero inimico defendis, qui lac tecum & fœminam reſeraſti, rigaſtique viſcera potu, vt labenti morti ſterneret ſemitam? Ibi. v 20.

Soporatus est Dux à frigore lactis perfusus, & vt quietiùs dormiret, nec somnum audito strepitu concitaret, ostium fœminâ obseruante conclusit. Fœlicius ei esset, si non portas vocibus obdidisset, quæ eximerent à somno dormientem. Sed qui sibi cum reseruauerat lac & fœminam soporatur à lacte, & à fœmina occiditur. Diuiserunt mortis officium lac & Iaël; illud fecit accumbere, & hæc occumbere: hæc illius opus sedula continuauit, quæ in somni

Iudic.4.21. incrementum mortem adiecit vers. 21. *Et ingressa abscondité & cum silentio, posuit supra tempus capitis eius clauum, percussúmque malleo defixit in cerebrum vsque ad terram: qui soporem morti consocians defecit & mortuus est.* Ergo custoditus interiit, & à claudente fœmina & à lacte clauso in visceribus.

***Vers.*4. Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimiâ ebrietate sopitus.**

Voluptatum cumulus helluonem suffocat voluptatum. Qui plures simul appetit, nullam prendit, sed ab omnibus prenditur in excidium.

SECTIO II.

6. NEMO magis voluptatis est impos, quàm qui pluribus simul voluptatibus inhiat. Qui non solùm inspergi delitiis, sed & obrui solicitat, ipso cumulo suffocatur, nec gustum liberum vni relinquit. Qui reptat per libidinum blandimenta in omnem cupidinis campum effusus, dum hanc prendere satagit, illam perdit, & vtriúsque vacuus miserè iacet. Est qui è lecto popinam suam prospicere delectetur, strepitúque coquorum somnum amittit, insomnique stomacho & crudo, nec sopore nec sapore potitur. est qui luxuriæ per odores lasciuos patenter, ne nares otientur, cùm incumbit thalamo ad sordes dispersa in pluribus sensibus delectatio fit minor, vapore immodico suffocata. Est qui dum voluitur in illecebrarum sagina, attonitus in spe futurorum, præsentia oblectamenta non sentit. Ergo non solùm virtus, sed & iugulat libido libidinem, voluptas enecat voluptatem, quæ dum per omnes corporis vias influere procurat, ipso sui ingrediendi tumultu per nullam subintrare sortitur. Minor est sensus ad titillamenta vitiorum, nequit simul multa subire. Qui multa amplectitur, parum stringit, quæ si modicè stringat, postquam prensa, labuntur. Habes Holofernis exemplum, qui gulæ & libidinis vices dum explere nititur, ambas perdit, vtramque temulentiæ sopore, in quo sub lapide membrorum sepultus, neque habuit gustum fœminæ neque vini.

7. *Porrò Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus.* Non fuit somnus naturæ, sed vitij, imò sed vitis, de cuius succo madidus, qui gemino Deo, & Baccho & Veneri, se deuouerat, illum ebrietate infamauit, hanc ignauiâ dormitionis contempsit. Non est illecebra nisi vini, nec viæ figura iacere est. Ergo à concupitis moritur, qui noluit vni, sed dyplici se dedisse. Quid est, ô vitiorum helluo, si sic fœminam adamabas, cur ambitis amplexibus te non reseruasti viuentem. Sed & se bibentem amauit, vt pariter geminâ cupidinis ebrietate maderet. Attendistine: *iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus.* Lectum, quē strauerat ad concubitum, vini redundantiâ rigauit, ne vtraque distaret voluptas, sed & concumberet madidus, & maderet ebrietate concubitor. Ligatus temeto iacet in lecto, vt alteram alteri illiget voluptatem: & tamen à sensu extorris vtramque perdidit in sopore. Virtutes sequere, quæ etiam si turbâ venerint, non turbant, sed cumulant gaudium. Vitia se mutuò pellunt, & auiditate tyrannidis pectus, quod gestiunt occupare dilacerant. Modestæ sunt voluptates virtutum, contubernales vtique, & placidæ societatis amantes, non se ad inuicem pungunt; ex pluribus benè mixtis saporibus vnum ferculum appetenti propinant, quarum ille plus habebit, qui plura cupit. Sorores vnius vteri sunt, pretiosúsque gratiæ torques, cuius si vnum annulum prendas, cæteros non ægrè leuabis.

Substantiam dissipauerat nequam filius, qui 8.
eam à superstite genitore præsumpserat, cuius ob pretium emit magisterium porcorum, Lucæ Luc.15.16.
15. vers. 16. *Et abijt & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat.* Cur qui dispensatoris pabuli accepit officium, & qui in suinam naturam per sordes libidinis se transfuderat, sic à siliquis, quas dispendit ipse, ieiunat, & sub quercus residens abundantia, quas baccas ictu funis ab ilice proiicit, sic in porcis contribulibus erogat, vt nullam sibi in escam necessariam reseruet? Recole quod præmittitur vers. 13. *Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.* Ibid.v.13. Qui luxuriosè vixerat, nec substantiâ quâ extorserat à patre, contentus in meretricū se substantias effudit, vt per scortorum thalamos, propudiosóque nexus caro succresceret; & substantiam, quam habuit, amisit, & quas per vitia rapere festinabat. Ergo & scorta perdidit & substantiam. Quid inde? Non variauit officium, qui postquam in fœminarum spurcitias fuit officiosus, se ad porcos transtulit in obsequia. Si vsque ad famem in meretricia pretia prodigus fuerat: quidni vsque ad famem prodigus perseueret in sues. Tot vitia concupierat, quot porcos regit; ideò miser inter porcos ieiunat, cui abundantia illecebræ, fames fuit, nec vnam manducare sortitur de tot siliquis, quæ cadebant. Sic inter vndas Tantalus sitit, quas ipsa libido per cupiditatum fistulas, per capita vitiorum diduxerat. Non tam pœna fuit, quàm exemplū. Vt nouerit, qui ad oblectamenta plura se vertit pendere in medio, palo cupidinis illigatus, nec manu posse prendere, quod delectet.

Cur Adamus cuius colonus erat, à paradisi 9
sorte detruditur? Nonne sat esset, quòd deportaretur ab arbore, quam inobedientiæ manu tetigerat, gulæque palato gustauerat, Gen. 3. v. 23. Gen.3.23.
Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis. Iusta sententia. Obserua quòd voluptatis paradisus vocatur, non vtiq; voluptatū. Ille plures voluptates appetiit, qui titillamēto vetiti delinitus, nec integri viridarij satisfactus honore, vt quid esset ficus, addisceret, scientiá per gulæ semitá cōcupiuit. Ergo vtriusq; voluptatis maneat extorris, qui nō vna cōtentus geminá affectauit. Non tá sentētia eū pepulit, quá voluptas

quæ

quæ ſi praua eſt, de malóque venit, neſcit cum altera copulari. Seipſam iugulat oblectamenti concupiti nimietas: benè à gaudio exulat, qui boni delicias cum mali illecebrâ copulare ge-
Gen.3.24. ſtiuit. Quid inde? verſ.24. *Eiecitque Adam: & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem* Nonne Cherub ſufficit, vt à colonia ſua auertat hominem, ſi redierit? Cur flammeus pariter ſtringitur gladius? Vt qui duplicem voluptatem caipuit, obice duplice ab vtraque amoueatur. Cherubim, qui ſcientiæ Angelus eſt, bonúſque ſpiritus ab arboribus cæteris præter vetitam arcet, gladius flammiger à negata; quippe flamma ſupereſt inhibitis inhianti, vt ſi manum porrigat, contactu voluptatis cremetur. Sed verſatilis gladius eſt, vt qui in plura ſe delectationum verterit vota nullum poſſit contingere, niſi feriatur pariter & vratur.

10. Cur Nabuchodonoſor, ſi homo erat, in figu-
Dan.5.20. ram bruti deflectit? Danielis 5.verſ.20. *Quando autem eleuatum eſt cor eius, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius ablata eſt: & à filijs hominum eiectus eſt. ſed & cor eius cum beſtijs poſitum eſt & cum onagris erat habitatio eius: fœnum quoque vt bos comedebat.* O calamitatis ingenium! Si in ſydera ſe extulerat per ſuperbiam: nonne ſatis erit quod in terram decidat per ſupplicium, & homo maneat, qui de deitatis gloriabatur imperio? Satis eſt pœna vallis, qui ſe elationis pennis dederat in cacumen. Sed qui vtrumque appetierat inter homines & Numina numerari, vt & humana blandimenta ſentiret, & diuinâ gloriâ polleret; impetu appetendi negata, perdidit propria; ab hominum conſortio in armentorum contubernium detruditur, vt dum bos fiat, nihil guſtet humanum, qui in forma hominis bonum appetiuit diuinum. Sed cur bouis lineamenta ſententia diduxit, vt à boue diſceret, qui fœnum præſens, quod bibulcus apponit, quietus glutit, nec diſtantis paleæ oblongo deſiderio, ne proximum pabulum placidè manducet, adigitur. Docent nos bruta, non paſcua, quibus gaudent, amittere per cupiditatem diſtantium.

11. Voluptatum obſidione circumdatus Balthaſar, vt vitiorum inuitaret fomenta, conuiuium optimatibus fecit, ad triclinium pellices aduocauit, ne otiaretur gula ſine Venere. Geminis delitiis ſatisfacta luxuria eſt? Imò quaſi nondum ſtillam bibiſſet, ſitit adhuc poſt temulentum,
Dan.5.2. Daniel 5.v.2. *Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea & argentea, quæ aſportauerat Nabuchodonoſor pater eius de templo, quod fuit in Hieruſalem, vt biberent in eis Rex & Optimates, eius vxoréſq; eius, & concubinæ.* Obſerua illud: *Præcepit ergo iam temulentus.* Si iam per ebrietatem in puluinis reptabar, & vſque ad rationalis ſenſus iacturam viri vaporibus tenebratur; quid vltrà bibere concupiſcit, quà madidus, ſitiês, hydropiſique blandimenti laborans? Quid ſtomacho profuerunt lyæa, ſi ſic calidis liquoribus rogatus areſcit? Verè ſitit, qui inter voluptatum gurgites natat. Non noui potus auiditas fuit, ſed cupido noui piaculi. Non ſatis ſtipendiis gulæ contentus, niſi & ebrietati ſacrilegium & ſcortationem adiungeret. Adnotáſtine: *Vt biberent in eis Rex & Optimates eius, vxoréſque eius & concubinæ?* Non in vno tantùm triclinio, ſed & in vna patera de triplici flagitio ſtuduit reportare dulcedinem; qui fecit è vaſis ſacris & Regem ebrium bibere & meretrices, vt impietas, gula, & libido guſtum coniungerent, &
in vno vaſculo libarentur. Quid tunc? verſ.5. *In* Dan.5.5.
eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contrà candelabrum in ſuperficie parietis aulæ Regiæ. Cur non integra manus, ſed qui ad ſcriptionem digiti ſufficiunt, apparent? Vt in triplici digito, qui ſolet ad exarandas litteras ſatis eſſe, triplicis piaculi, delectationiſq; ternæ interitus & inopia pateret. Daniel expli-
cat Sacramentum, verſ.25. *Hæc eſt autem ſcriptu-* Dan.5.25.
ra, quæ digeſta eſt: Mane, Thecel, Phares. Et hæc eſt interpretatio ſermonis. Mane: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. Thecel: appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens. Phares: diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis. Cur in numero, menſura, & pondere mortifera ſententia libratur? Vt innoteſceret, immodicè auido delitiarum, qui reſpuit numerum, menſuram & pondus, quò magis in immenſa oblectamenta feratur, abſque menſura & pondere inaneſcere voluptates, vacuúmque ſine numero remanere, niſi dum ſententia profertur, quæ conſtat his dotibus ad ſupplicium. *Numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud.* Si diceret *regna*, numerum intelligerem; vnius regni vnitas, non numerus eſt. Sed ſcitè completo numero caſtigatur, qui cum vnum regnum haberet vel in plura ad numerum voluptatum diuiſit, vel aliena rapere ſtuduit. *Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens.* Quomodò *minus*, ſi tot ſibi gazas congeſſit, & vſque ad templi myſteria vaſaque ſacra auaritiam propagauit & luxum? Quomodò minùs, ſi poſtquam ad vomitum temulentus, adhuc veteribus vinis impletas nouas amphoras exſiccauit? Imò ideò minus: quia minus habet, qui plura prendit, & impetu voluptatum arteritur, dúmque inter contrarias vitiorum opiniones libratur, nec vnciam percipit de cuiúſque tributo, ſed in illecebræ redundantiâ iacet egenus.

Verſ. 5. Dixitque Iudith puellæ ſuæ, vt ſtaret foris ante cubiculum, & obſeruaret.

Solidior, & nobilior, pulchra, & pudica fœmina manet, ſi ſola abſque pediſequis, & ancillis, quæ lenonio famulatu grauidas reddunt Dominas de ſeruitio.

SECTIO III.

Tutior graditur incomitata caſtitas 12.
abſque vernula, ſi vernula lena eſt, & libidinis adulatoriæ mediatrix, quæ ſi ſimul ſit ſenex, magiſterium vitiorum coniungit obſequio, & iuuenem Dominam erudit vetita famulando, cui famulatur turpiter erudiendo. Suſpicioſus eſt teſtis iſte pudoris, quæ ambientibus procis de heræ leuitate perhibet teſtimonium, & ad leuitatem, horæ conſilium. Aſſentatur ſedula & officioſa, cùm primis Dominæ cogitationibus aſſentitur, nec pediſequam ſolùm, quæ placita ſequatur, ſe putat, niſi & ante

Dominæ vota præcedat. Abſtinete, ô puellæ his meratoribus voluptatum, ſeruitia ſoluite, háſque ancillas meritorias repellite, vt ſoluamini à retibus obſequiorum. Non eget hac famulatum pompâ pudicæ venuſtatis nobilitas, ſe ſola ſufficit ad honorem, quæ abſque ſatellitij adiumento incedit virtutibus ſtipata. Cur roſa vepribus cingitur ad ſeruitium, vrticiſque circumdatur quaſi ancillis, nec blandis & lenientibus pediſſequis honoratur? Non potuit pulchritudinis ardor, niſi auſteris vernulis conſeruari, quæ manus procorum figat, nec ad Dominæ roſeæ contubernium admittant. Sume à flore exemplum, ô pulchra, qui cùm veris & horti regnum obtineat, non adulatricibus choris ſepitur, ſed ſpinoſis obſequijs ſentibuſque diſſentientibus ad ingreſſum.

13. *Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus. Dixitque Iudith puellæ ſuæ, vt ſtaret foris ante cubiculum, & obſeruaret.* Cur Abram pepulit? Cur puellæ nomine nuncupauit, cùm *Abra* præcipuè ſit pediſſequarum ſenior; & quæ domus fingitur œconomia? Solent ſeniles & exoletæ ſenſulæ canos ad vigorem torquere, iuuentutiſque incendia de rugarum cineribus reproducere. Equidẽ honeſta erat Abra, qualis Iudithæ diſciplinam decebat: verùm quia ſola in cubili cum impuro & procaci viro manebat, vt iuſtè à ſe pelleret, appellauit puellam, ne de iuuentutis vitio in prauam ſuggeſtionem verteret famulatum. Maluit ſe, quam cum comite, ſolam, quia Holofernes recumbebat in lecto, & ſolidior eſt inter thalamos pudicitia, ſi ſit abſque conſule, & ſuggeſtore. Sed dormit Holofernes; quid times? Potuit admonitionibus ſuſcitari puellæ. Sed Abra hæc non de lenonio circulo eſt, non de lamiarum indole, ſed comes officioſa ſtrenui facinoris: teſtis aderit, & manus ad necem cruentæ, & ad thalamum incruenti pudoris. Quid quòd ſuſpicioſa non ſit? repellatur poſt oſtium, vt ſit adoleſcentibus in exemplum, quæ amoueant lenas, & licèt ſenes in ætate, puellas in vitio; ſiquidem Iuditha famulam pepulit in annis & virtute ſeniorem.

14. Vt latricibus æſtum leniret, ingreditur pomarium Suſanna, quam ad balnei officia ſequebãtur puellæ. At vix ad ſtagnum appulit, cùm fa-
Dan. 13. 17 mulas pellit. Daniel 13. v. 17. *Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt ſicut præceperat: clauſerúntque oſtia pomarij, & egreſſæ ſunt per poſticum.* Cur ſi ſe lauatura proceſſerat, non iam puellæ ſmigmata & vnguenta tolerunt, ne lympha expectaret morantes? O quale prouidæ caſtitatis ingenium! Phialæ & nardi præuenit obliuionem: Quippe ſenes, qui puellari vitio virebant, ſub arboris operculo latitabant. Foras abiguntur ancillæ, ne forſan ad impudica vota ſeniorum, aſſentatione ſuffragij Dominam inſtigarent, vnguentorúmque miniſterium adulatoriis blandimentis augerent. Sola, ſed ſolidior, Suſanna remanet inter vndas: non habuerunt, quo prenderent ſenes, quibus lenonium famulatum defecit. Conſtat ſibi incomitata caſtitas in lauachro, cui deeſt vnguentaria vernula, quæ blandiatur ad ſordes, quam lauare fingit, & vngere. Nec poſtquam inuictus pudor impudicos ſenes triumphauit, cecinitque ſibi clamore ingeminato victoriam, puellæ ad ſtrepitum ſubintrarunt. Priùs famulos, quàm ancillas vox matronæ & ſenum percuſſit. V. 24. Dan. 13. 24
Et exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerũt autẽ & ſenes aduerſus eam. Et cucurrit vnus ad oſtia pomarij, & aperuit. Cùm autem audiſſent clamorem famuli Domus in pomario, irruerunt per poſticum vt viderent quidnam, eſſet. Quò puellæ fugerant, quas Dominæ clamor non tetigit? Cur honeſtæ matronæ, famulis recluditur penetrale, nec gynnecæum puellarum auſcultat, quarum oculi in manibus Dominæ ſunt, & nonniſi in manibus Domini ſeruorum oculi collocantur? Induſtria prouidentiæ fuit, ſic longè vernulas abſtitiſſe, ne negotiarentur fortè pro ſenibus, libidiniſque ſuſurro clamorem caſtitatis confunderent.

15. Certè lego, Rebeccam viſo iuuene dimiſiſſe camelum, non lego è camelis deſcendiſſe puellas, cùm anteà dominam & ancillas pariter legerim aſcendiſſe, Gen. 24. verſ. 61. *Igitur Rebecca* Gen. 24. 61.
& puellæ illius aſcenſis camelis ſequutæ ſunt virum. & 64.
Et verſ. 64. *Rebecca quoque conſpecto Iſaac deſcendit de camelo, & ait ad puerum: Quis eſt ille homo, qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei: Ipſe eſt Dominus meus. At illa tollens cito pallium operuit ſe.* Nonne decentius eſſet, puellarum è camelis morari deſcenſum, ne cum futuri ſponſi famulo pro ſodali virgo ſine pediſſequis fœminus inceſſiſſe putetur? Cauit forſitan à marito, qui fidem famuli, vtpote ſui, non ancillarum, quæ ſuæ nondum erãt, mordicus cognoſcebat: quaſi ſecurior iret cum ſponſi famulo virgo, quam ancillarum ſodalitio ſtipata. Ideò viſo iuuene, qui eam ad nuptiales tædas petierat, non reluctante ſeruo pallium obduxit, quod fortaſſis aliqua coniunctior de puellis manibus impediret, ne tam præpropere viro abſconderet pulchritudinem.

16. Sterilem ſe deflebat Rachel, non tam ob ægritudinem vuluæ: quàm in inuidia ſororis, dolens aridam ſibi pulchritudinem accidiſſe, cùm lippitudo Liæ de oculorum ſtillicidio ferax rigaretur ad fructum. Habebat famulam, cui thalami committit negotium, ſubiecitque viro, vt ſibi ſub eos quaſi obſequia referret. Ge- Gen. 30. 4.
neſ. 30. verſ. 4. *Deditque illi Balam in coniugium quæ ingreſſo ad ſe viro, concepit, & peperit filium. Dixítque Rachel: Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam dans mihi filium. Et idcirco appellauit nomen eius Dan.* Ergóne matronis vterum famulæ dant, Dominarumque ſic vuluis inſeruiunt, vt fœcundas de ſterilibus reddant? O ancillarum fertile miniſterium! Abige famulas, quarum officio de virgine mulier euades. Quem Balã conceperat, Cur Rachel appellitat ſuum? Idéne eſt Dominam ac famulam concubuiſſe? Doctrina ſit, ne nimiùm fœcundis, feracibúſque ad illecebram puellis vtaris tibi partus imputabitur, quem educent. Accubat famula, cùm dominam prouocat ad accubitum, accubat domina cùm ad procum famulam mittit: dum hæc ſuggerit, & illa aſſentitur, dum illa imperat, hæc obſequitur, ſoboles naſcitur ab vtraque.

17. Filia Pharaonis flumen in lauachrum petebat marginémque virentem pediſſequarum chorus ornabat, quaſi laſciuiret per herbam, flexiſque ſaltibus adulatoriiſque motibus Dominam iucundaret. Exodi. 2. verſ. 5. *Ecce autem deſcende-* Exod 2. 5.
bat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine; & puellæ eius gradiebantur per crepidinem alui. Cur

ſignatè

signatè puellarum memoratur incessus? Quoniam vnius è puellis ministerio infantuli Moysis accidit inopinata columitas. Vide quod sequitur: *Quæ cum vidisset fiscellam in papilione, misit vnam è famulabus suis, & allatam aperiens, cernénsque in ea paruulum vagientem, miserta eius ait: De infantibus Hebræorum est hic* Miraculum fuit, quòd curiosa famula non priùs vimina fiscellæ detegeret, nexúmque dirimeret, vt quid absconderet, præuideret. Sed tamen credibile est, vix per iuncorum rimas pueruli audiuisse vagitum, cùm ad dominam officiosa cucurrerit, iamque de infantuli pulchritudine peroraret, vt pietati blandiretur herili. Sed, ó famula, quem de fluuio infantem leuasti, filium tuæ dominæ efficis nõdum matris, qui illam in patre, eiusque
Exod.2.10. genus post annos suffocabit in aquis. Scimus enim quod adiicitur vers. 10. *Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum.* Hic, quem extulit de aqua filia, sub virore iuncorum, posteà in aqua rubra patrem efferet ad perniciem. Sic sunt famularum seruitia, quæ cum filium dominæ dant, patrem adimunt & honorem, domúmque calamitatibus obruunt, dum sic dominas reddidere fœcundas, vt & in alienam prolem vuluas extenderint.

18. Meliùs filiæ Principis fuisset, si famulæ, quæ fiscellam adduxerat, in filium adscripsisset infantem, à seque ancillam eiecisset & filium, qualiter Sara fecit. Ausculta quid dixerit ad mari-
Gen.21.9. tum, Genes. 21. v. 9. *Cúmque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eiice ancillam hanc & filium eius: non enim erit heres filius ancillæ cum filio meo Isaac.* Aut serò sapit Sara, aut celeriter filium propellit. Nonne hic filius vernulæ, heræ vtero adscribe-
Gen.16.1. batur? Recole Genesis caput 16. v. 1. *Habens ancillam Ægyptiam nomine Agar, dixit marito suo: Ecce conclusit me Dominus, ne parerem: Ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa suscipiam filios.* Si Ismael est, qui fœcunditatis ingenio sinum sterilis Saræ compleuit, maternóque eam titulo decorauit, cur tandem veritatem genitricis aduertit, & ancillam proiicit, atque filium? Agnouit prudens Domina filium, qui famulæ gignitur artificio, esse Dominæ in turpitudinem, ruborémque excutere ad vultum, ex cuius ludere illudere fit per vernulam sic gignenti. Quare despicere incepit Saram Agar, postquam se fœtam agnouit ex thalamo? Ge-
Gen.16.4. nes. 16. vers. 4. *At illa concepisse se videns despexit Dominam suam.* O ancilla superba, cur sic de furto extolleris, quod non inuita, sed procurante Domina commisisti? Hic fœtus eius est, cuius & vir, imò cuius, vt in te illa gigneret, fuit ingenium. Imò ideò despicit matronæque incutit verecundiam; quippe quæ putauit, famulã vt instrumento, potuisse filium in honorem suscipere, qui hac arte quæsitus in contumeliam nascitur verecundiæ, in toruóque vultu, feróque & hispido, vt Ismael, nec patrem referat, neque Dominam; sed in deformi forma publicet protinus procurati concubitus artificium.

Virtutis facinora non amant spectaculum, ne turbentur à turba. Secum in solitudine tubam præferunt ad præconium.

Sectio IV.

EGREGIA facinora securiùs sine teste patrantur, ne videntium oculis fascinentur. Virtus in publico minor est ad opera grandia, quibus detrahit spectaculum quantitatem; partem superbia fert, partem gloriæ vanitas vellit, nisi totam inuidia; sic laceratum opus inter digitos auctoris euanet. Illustria facta secũ præferunt testimonium, non subsignatore indigent, non præcone. Theatralia sunt, quæ spectatores ambiunt ad gloriam. Histrio & tibicen qui de risu populi viuit, ambitque plaudentium circulum, vt audiatur, quot gestibus ludit, tot illuditur irrisionibus. Procul iacitur ab inuidia, qui videri solicitat, & de oculorum victitat censu. Virtus sibi pro theatro est. Nunquam aberrabit in ictu, quam effusa spectantium lumina non perstringunt, nec præsentium tumultibus impeditur; sed validiùs & tutiùs agit, cùm absens. Quid sericis liciis subtilius? & tamen ea net ex stamine foliorum vermiculus, quæ dum ore legit, reddit per os sub fœnore fili pretiosi; & tamen, vt tam acutum & gracile peragat opus, non tantùm à comitibus, sed & fugit à luce, & in ipsa se sepelit officina, mallens vniuersitatis orbem relinquere, & in sui operis orbiculo se concludere, ne si oculi viderint, decidat ab ingenio artificij. Non haberent fœminæ pompam sericam, qua per vestium luxum rugirent, nisi sine pompa vermiculus laboraret; quo illæ ad gloriæ vanitatem strepunt, hic sine teste laudabilior efficitur, qui ingenium explicat in secreto, editq; opus, quod egregij fit sepulchrum auctoris; sed viuit in postera monimenta insecti animalculi laus, qui sui operis monumentum, vt sepeliretur, elegit. 19.

Iudith ceruices parat amputare Tyranno, & eiicit à cubiculo ancillam, vers. 5. *Dixitque Iudith puellæ suæ, vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret.* Nunc opus est Abræ comitatu, ô Heroïna, cur præsidium amoues ad prodigium? Non tantum hæc famula se itineri dedit consortem, vt annonam in pera & vtriculo baiularet, sed vt cædis sortem iuuaret, etsi non fortitudine, ministerio. Nonne reuellet acinacem à columna, à gemmáque vaginæ, tuæ dextræ parabit strictum? Nonne saltem Holofernis comati crines manu prendet ad ictum, ne minus valida sit tua dextra, si sinistra laborat? Nonne corpus truncum, quasi radices ilicis, à lecto mouebit? Cur te totam elegis, solámque cupis ad audaciæ miraculum? Non sustinuit pro teste puellam, ne manus in vulnere titubaret, & non errandi ob spectatricis oculos auida, forsitan aberraret in ictu. Ne à gloria facinoris pungeretur, dum mucrone pungeret inimicum, etiam abigit comitem familiarem, qui pro toto aderat apparatu strenuæ solitudo virtutis. 20.

Abrahami fuit nobile documentum. Iugulaturus sobolem pergit in suggestum cacuminis, 21.
vixque aram verticis prospectauit, cum Gen. 22.
vers. 5. *Dixit ad pueros suos: Expectate hic cum* Gen.22.5.
asina:

asina ego & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad eos. Cur familiam remouet familiarum nobilis pater, quæ, si iubeat genitor aram sternere, lignaque componere ad holocaustum, etsi victima sit filius, obediet, ne, vt non perdat filium, Dominum perdat? Timuitne à precibus & lachrymis famulorum ne sacrificium inquietarent singultibus, gladiúmve atriperent Sacerdoti? Sed & stolidum brutum reliquit; ne vehendæ sarcinæ reseruauit. Inter patrem & filium voluit sacrificij diuidi ministerium, nec asino permisit officium. Quid stultum animal officiet operi, quod intentas? Ne ad cædendi pignoris iugulum non attenderet, si puerorum oculos attendentes conspiceret, & in sui facinoris gloria brachium stuperet leuatum; sed solùm coram præcipiente Domino viscera cecidisset in sobole. Nec brutum tolerauit ad visum, qui & sine filio iret, nisi filius iret in ouem. Quis referet immensum obedientiæ prodigium, si sine teste sit? Qui solus agebat, solum Deum appetiuit videntem, stadiúmque facinoris hoc nomine nuncupauit. Attendisne? vers. 14. *Appellauitque nomen loci illius: Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit.* Sat est Abrahamo videns Dominus pro theatro. Cur nomen nouum indidit monti? Quasi noluisset, montis iugum ad facinoris testimonium durare. Vt in alterum verteretur ab hominum notitia seclusum, latendi studio vertit vocabulum. Verùm nonne Dominus videt vbique? quæ singularitas huic fastigio? Vbique videt, sed & vident creaturæ, quæ adsunt; hîc solùm Dominus videt: nam & cædendo puero, velo obnubuntur oculi, ne videret. Sed & Dominus, qui vidit, testimonium perhibuit, vt clarior esset fama tanto præcone. Vides? Aries ad victimam pullulauit è rupe. Qui asinum non tolerauit in testem, arietem in facinoris subsignatorem inuenit, quem videns Deus produxit ad famam, vt è cornibus tuba fieret, quæ per orbem veheret clangoris ministerio, obedientiæ prodigium. Vers. 13. *Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus.* Cur aduertit ad cornua, quæ à vepribus pendere prospexit? O nobilis operis, quia silentis, publicitas! In tuba cornea, dicunt Hebræi, huius facinoris Abrahami, vt alacritas crepitu grandiore sonaret, celebratum fuisse portentum. Ergo qui ab oculis prospectantium abstinuit, aures sua celebritate compleuit. Sciunt & rupes non solùm filios Abrahæ producere, siquidem pro Abrahæ filio victimam produxere; sed & testes edere clamorosos, qui à victimæ cornibus reseruatis detorquent buccinam ad præconium. Cur vox Angeli sonat, ne sanguine genito ferrum cruentet? Vers. 11. *Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum.* Si videbat Dominus, cur non loquitur? Satis est Abrahæ, qui pueros dimiserat, ne viderent, quòd alia creatura, quantumuis cælestis, adfuerit, vt absconditi ab oculis operis, studiosus latibuli intermittat officium. Adest Angelus, ne procedat, turbátque vocibus sacrificium. Potuit iam à gloria timere, qui solus ascenderat in cacumen.

Gen.22.14. (margin, at "tendisne? vers. 14.")
Gen.22.13. (margin, at "sterio, obedientiæ prodigium. Vers. 13.")
Matth.3.9. (margin, at "filios Abrahæ producere")
Gen.22.11. (margin, at "tet? Vers. 11.")

22. Consulit Dominus Matth. 6. vers. 2. *Cùm ergo facis eleemosynam, noli tubâ canere ante te.* Et vers. 3. *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddat tibi.* Quid est: *noli tubâ canere ante te?* Non enim inquit, *Noli tubam canere*, sed ne ipse tubâ cecinerit, admonetur. Quod si ipse buccinam inflet, flaminéque superbo organum clangoris inspiret. Quid est illud *ante te*, quasi sic canens ante se sit; séque eleemosynæ largitorem ipsemet vt tibicem præcedat? Sic se geminare contendit, qui non se solum cupit ad opus; sed, etsi solus sit, facit numerum de persona, vt in vno supposito sit & qui dat, & qui dantis canit elogium. Cur tubam eligit ad præconium? An quia Abrahæ famigerata celebritas in tuba fuit, postquam filium iugulare contendit, vt nuperrimè dicebamus? Adeò inuisceratur in nummis, vt denarios amet quasi genuerit, etsi quem pauperi tribuat, velut si prolis sanguinem funderet, ad occisionem filij tristetur. Sed illi turba pro tuba est, qui nonnisi coram turba, diuitiarum censum collocat in pauperibus, vt è vanitatis telonio sæcularis gloriæ ferat vsuras.

Matth.6.2.3 (margin, at "facis eleemosynam")

Sed eum, qui se sic multiplicatum ambiuit, vt duo fieret, qui erat vnus, amputare Dominus gestit, reddeféque dimidium de vno, vt nec ipse integer videat, cùm opus eleemosynæ patrat. Attende: *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Sic amputas hominem liberalem, & quasi medium secas, ne sinistra præsens conspiciat, quam peragit dextra pietatem? Adeò ab spectatoribus cauit, nimiæque solitudinis satagit, vt & manuum sodalitium recuset, ne altera nutu publicet, quod altera facit. Habent & digiti linguam suam, cuius gesticulatione, etiam verba surdis infundant, dum articulorum ingenio sine calamo & attramento in actis papyro litteras formant. Ergo, ne illicò læua reuelet virtutis opus, quod dextra construxit, nec misericordem manum conturbet, & impediat strepitu, nescire iubetur, quasi abesset abscissa, vt solus in abscondito videat, qui & à sua portione timentem, muneratus est operantem: *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Solúmne in abscondito videt? Videt quidem in abscondito solum: quia solum se videt, qui solus agit, solùm à remuneratore videtur, intergrúmque fœnus liberalitatis sortitur, non lacerum, nec minutum per inuidentium oculos, quà videntium.

23. (margin, at "Sed eum")
Matth.6.3. (margin, at "trat. Attende")

Parum est, quòd nesciat sinistra, imò dextra nesciat, quæ in abscondito agat. Scis quid Moysi acciderit, cùm in opera eruditur illustria, Exod. 4. vers. 6. *Dixitque Dominus rursum: Mitte manum tuam in sinum tuum. Cúmque misisset in sinum, protulit leprosam, instar niuis.* Vt quid prodigiorum artifex manus priùs latibulum edocetur, & in omnipotentiæ gymnasio, absconditi sinus accipit disciplinam? Vt qui orbe auditore in Ægypti theatro erat editurus miracula, in pectoris didicisset secreto, in sinuosísque latebris instrueretur, non priús elementa reuellere, sæculum voluere, vndas sanguine purpurare, corporibúsque mare complere, quàm manus in secretum abiret, nec solùm ab altera absconderetur, sed & à brachio fugeret, & ipsius Moysis oculos amoueret. Reducit dextram, è sinúque dum liberat, laprâ candet. Cur limpida cutis sic sordeat, spurcitijsque tabidis contegatur? Ne & ipse, qui educebat, manum agnosceret,

24. (margin, at "Parum est")
Exod.4.6. (margin, at "Exod. 4. vers. 6.")

ret, nec articulos palam videret operum egregiorum artifices. Quin nec integra manus oculis Ægyptiorum conceditur, qui velut denexis digitis vnum vident. Poſtquam ſtimulis ſcyniphum, extensâ manu Moyſis, pungebantur homines & iumenta, punctionibúſque muſcarum ſcabiei prurigine laborabant, dixere malefici
Exod 8.17. Exod.8.verſ.17. *Digitus Dei eſt hic.* Imò integra manus, ô vos, quæ virgam vibrauit in aerem, vt tempeſtas plueret aculeorum. Cuius Dei Digitus eſt, quem maleficus cernit? Dei vtique Pharaonis, qualis Moyſes erat, qui virgam extenderat, vt de puluere & vento geminina ſcyniphum ederentur. Sed qui manu operabatur myſteria, vnum oſtendit digitum, condit cæteros; quippe in ardentis rubi ſchola didicerat ad ſilentium pectoris manum vertere.

25. Adhuc parum eſt, quòd à ſe manus ipſa ſecedat, fugiátque à numero digitorum, cùm præclarum opus ediderit; totum oportet corpus neſcire, quod egregij facinoris peragit actor.
Act.5.14. Actorum 5.verſ 14. *Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum, ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt, veniente Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum. & liberarentur ab infirmitatibus ſuis.* Quid eſt quòd vmbra ſani corporis ægra ſanet, priuſque medicina, quàm medicus cognoſcatur? tangant ægroti, vt contactu diluant contagium; ſalubre corpus ſentiat ſe tactum, ne vmbratilis ſit ſalus, quæ ab vmbra fit. Cur vel fimbriam veſtimenti non pulſant, vt per limbum affluat ſanitatis commer-
Luc.8.43. cium? Certè Lucæ 8. verſ.43. *Mulier quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari: acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius.* Cùm Domini veſtis tangitur, cruentæ fœminæ vena ſtat, quæ ſolet, dum tangitur,
Luc.8.45. ſcindi ad ſanguinem. Tunc Dominus verſ.45. *Quis eſt, qui me tetigit?* Senſit limbi tactum, corpus intactum, & ad vocem veſtis reſpondit, cùm ſolùm fœmina loqueretur cum veſte. Ergo vt neſciret corpus Apoſtoli, quod corpus agebat, non patitur fimbriam pulſari, ſed quam non ſentit, vmbram emittit, quæ priùs ſtupidos ſenſus immodulatáque organa reddere ægris, quam inſcius medicus opus agnouiſſet ſalutis. Ergóne Sol ſemper erat, cùm per plateas, & compita gradiebatur Apoſtolus? niſi lux feriat corpus, vmbra non fluit, nec imaginis obſcuritas reſilit, niſi à reflexo luminis penicillo. Secum ferebat Solem, qui à luce laudis adeò ſe cupiebat abſentem, vt adhuc in publico ſic amaret vmbræ ſecretum. Totus eſt ſibi Sol, vt per opera abſcondita fulgeat ad gloriam, qui ſolus & ſub vmbra occluſæ virtutis, illuſtrium factorum ſacramenta producit.

26. Nunquam lucidior Moyſes, quàm cùm fuit
Exod.34.29 culminis eremita, Exod.34.verſ.29. *Cùmque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.* Quamobrem ignorat, quo lucet, nec ſentit ardorem, qui in fronte eſt? tangat verticem, iubaris experietur fauorem. Sed qui ad ſolitudinis faſtigium receſſerat, adhuc ſe putabat in vmbra: cum non ſolùm degebat in Sole, ſed & ſol ſibi ante oculos erat. Sic oportuit legis datorem, qui Magiſtratus trabeas de Solis purpura rubricauerat, ne ſibi dandæ legis gloriam adſcribere putaretur, qui & proprij vultus gloriam neſciebat. Obſerua ſtudioſè illud: *Ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.* Quale poteſt ſermo conſortium facere? nemo niſi perſonæ ſodalis eſt. Tam procul ſe à conſortio perſonarum cupiebat, vt non niſi ſermo, & qui Domini eſſet, ei potuerit ſodalitium præbere. Et tamen cornuta erat facies, iubarque per cornua diſpoſitum, vt quod ipſe ignorabat, lumen, tamquam amans latibuli, tuba cornua fieret, quæ viri famam buccinæ claritudine diuulgaret. Sic ſecretiora opera non ſolùm ſacratiora ſunt, ſed de ipſo ſecreto organum ſibi ad celebritatem efformant.

Verſ.6. Stetitque Iudith ante lectum orans cùm lachrymis, & labiorum motu in ſilentio.

Pluries nocet tumultuariò, & ſine diſcretione virtus clamata. Non ſemel lucraberis peccatorem, ſi oſtenderis ei aliquid ſuum: ne oſtensâ ſanctitatis figurâ quam odit, territus aut reſiſtat, aut cadat.

SECTIO X.

PVBLICATA virtus, ſi in tempore non ſuo crepet, vitioſos ſolet excitare dormientes, quòd ſapiat hypocriſim non iuſtitiam. Intempeſtiuè ſanctitas lucet, ſi detractores prouocet ad flagitia. Feras, quas non in ſpecubus & cauernis incluſit, oborta lux liberat à latibulis. Niſi diurna lampade vniuerſitas indiguiſſet, cauiſſet forſitan ſe prodere Sol, ne truces beſtias lumine excitaret ad prædam, effuſóque iubare dentes ad laniénam, vngues ad lacerationem acueret. Intempeſtiua claritas eſt, ſi non proſit laborantibus, ſed cædentibus. Niſi opportuna ſit oſtēſio virtutis, oportet abſcondere & præſtolari, ne ſceleratorum perſtringens oculos, plus cæcos reddat, ſeu induitiis flagitiorum ſopitos, faciat ad crimina expergiſci. Occulta ſanctitas aliquando iuuabit, triumphabítque validiùs, quàm prodita. Habet ſuas artes militia ſacra: in ſilentij latebris agmen abſcondit, turmáſque dirigit inter nemora, vt hoſtem in tranſitu ſecurum occidat. 27.

Iudith iugulatura Tyrannum vix hiſcere audet, nec ſuſurrum orationis proferre, verſ. 6. *Iudith ante lectum orans cum lachrymis, & labiorum motu in ſilentio.* Cur ſic ſuffocas orationis ſingultus, amputáſque ſyllabas precibus? Vel labia non moues, vel ſuum ſonitum articulatis verbis concedas. Sat eſt quòd lachrymæ vocales non tinniant; ſi lingua loquitur, cur non per commercium aëris ibit ad aurem? Non timeas altum ab ebrio excitare ſoporem. Quem ſemel temulentia ſepeliit, calidúſque vindemiæ torrens inuaſit; etſi torrens per ſcopulos ſe tumultu doloris dilaceret, madidus durabit in ſomno. Nonne præceſſerat: *Porrò Holofernes iacebat* in

in lecto, nimia ebrietate sopitus. Nimiè dormit,
qui nimiè bibit. Exilis fœminæ vox, gracilisque
modulus linguæ quid proficiet ad sopiti à vino
vigiliam? Sed prudens fœmina timuit ostentare
virtutem, pompámque facere de oratione, ne
forsan religionis facinus impediret, si testimo-
nio vocis personam panderet religionis. Pote-
rat prouocare dormientem, si verbum castitatis
effunderet, qui libidinis vitium, vt robustior
euaderet in illecebram, hauserat, vsque ad fundũ
dum à vite. Libidinosiq; aures patulæ sunt, quæ
vel breuem pulchritudinis vocem percipiunt.
Ergo silet fœmina & orat, ne odiosum temu-
lento virtutis murmur vigilem ad vindictam
redderet de sopito.

28. Dominus in silentium horti secesserat, vt in
confinio mortis sibi ad Patrem precibus paren-
taret, tres discipulos somnus & inertia ligaue-
rat, quos ille torpentis animi desidiśque accu-
Matth.26.40. sauit, Matth. 26. vers.40. *Et venit ad discipulos
suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: sic
non potuistis vna hora vigilare mecum?* Rediit ad
preces, iterúmque sopitos reuisit, quibus ait
Ibid.45. v.45. *Dormite iam, & requiescite: ecce appropin-
quauit hora, & filius hominis tradetur in manus
peccatorum. Surgite eamus: ecce appropinquauit,
qui me tradet.* Perpende causam, cur dormire
& requiescere iubet; quoniam perfida cohors
aduentabat, & sacrilega turba diffusa per hor-
tum, quasi ex latibulis angues reproducti, fure-
bat. Imò nunc non dormiant, Domine, cùm
phalanx impetit inimica: tempus est virtutis,
non otij, vires exerantur in hostes. Scit contra
aduersarios sanctitas reluctari Sed verborum se-
riem attende. Qui dixerat: *Dormite iam & re-
quiescite, adiecit: Surgite.* Quomodo si surrexe-
rint, dormient? Cur somnum imperat & inces-
sum? Oportebat, ne discipuli, ostensâ virtute,
plus agmen sceleris irritarent: iubet quòd dor-
miat virium religiosa solertia, & indefensam
victimam, quæ libens tradebatur, macello pec-
catorum permittat, ne si repugnent, furorem
inimicum instigent. Sat est, vt surgant ad Re-
giæ victimæ comitatum, cui suppeteret ad præ-
sidium, Angelorum expeditio cælestis, si nollet
in aris patibuli deuoueri. Petrus excusso corpo-
ris somno, noluit ampliùs dormire virtutem,
strictóque gladio; quasi soluto grandi clamore,
militis auriculam petiit. Criminatur Dominus
Matth.26.52. inopportunâ religionis audaciam, v.52. *Conuer-
te gladium tuum in locum suum. Omnes enim, qui
acceperint gladium, gladio peribunt.* Cur nunc
gladium inhibes, quem iussisti? Dixeras enim
Luc.22.36. Lucæ 22, vers.36. *Qui non habet, vendat tunicam
suam, & emat gladium.* Sed & gladium voluit,
&, nisi esset opportunitas, in vagina. Sileat ali-
quando Machæra virtutis, ne si sine prudentia
clamet, religio pereat. Vt acies vincat, non in-
trepida manus, sed occasio dat & tempestas.
Quid quòd auricula militis amputetur? ad vo-
cem gladij tumultuarius exercitus lacesseretur, ge-
minataque crimina respondebunt.

29. Gladium fert orationis Iudith, sed non strin-
git è vagina labiorum, quæ gladio eius elegit
iugulare Tyrannum, qui à mucrone proprio
non excitaretur vt proprio, vt vitij, vt libidinis,
vt furoris; & tamen ad alieni impulsum elueret
somnum, vt virtutis, vt pudoris, vt religionis.
Fœliciùs solet vincere peccatorem, de morum,
eius armario iaculum aliquod mutuatum, quod
suæ indolis ferat figuram, & sub vitij forma
demulceat, quàm gladius sanctitatis ostensus,
etsi de ingenio discretionis inflictus.

Dauid in specu interiore latebat, cuius in- 30.
atrium, vt sordidis naturæ obediret iniuriis, se
dedit Saul, ignorans speluncæ medullam altè
esse militibus inimicis armatam. Quid inde? 1.
Reg.24. vers.5. *Et dixerunt serui Dauid ad eum:* 1.Reg.24.5.
*Ecce dies de qua loquutus est Dominus ad te: Ego
tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut pla-
cuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præ-
cidit oram chlamydis Saul silenter.* Quid agis for-
tissimè Dux? Vbi virtus? Vbi animositas in Ty-
rannum? Si gladius in manu est, cur si aciem co-
gis silere, ne inimicum conturbet? non chlamy-
dem gustet, sed vsque ad viscera saturetur. Os
habet gladius, cur illud obturas, vt sileat? quòd
si vulneret, non chlamydem; vel inermis exeas,
vel redi cruentus. O virtutis ingenium! Ne vir-
tutis vacuum se ostenderet, & gladium tulit, &
chlamydis oram libauit. Ne virtutis pompam
faceret & tumultum, silet dum scindit: nec enim,
si vocale vulnus infligeret, vltrici cæde peccato-
rem lucraretur in sortem, qui studebat ab illo
peccati præcidere redundantiam, non hominem,
ne perderet, interimere. En felicitas non vulga-
tæ virtutis, silentio triumphat, tumultuatis
non est. Forsitan, si à fronte, Saulem impete-
ret, vel vterque caderet, vel Saulis occisi deli-
ctum cum cadauere pergeret ad sepulchrum.
Ergo sacra religionis prouidentia fuit, & curta-
re superbum præciso pallio, & qui resipisceret,
hominem seruauisse.

Quem noluit vincere gladio publicatæ vir- 31.
tutis, nec de inuiso ei occidisse mucrone,
(vtpotè qui iustitiæ & rectitudinis erat) suæ
segmento chlamydis, quasi parte vitij, quod
amabat, deuicit; vt noscas quo instrumento ali-
quando potes peccatorem lucrari. Vides Dauid
egreditur cum trophæo, vt ex argumento pie-
tatis, syllabisque clementiæ inuidum conclude-
ret inimicum, v.12. *Quin potius pater mi, vide &* 1.Reg.24.12.
*cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quo-
niam cum præscinderem summitatem chlamydis
tuæ, nolui extendere manum meam in te.* Quid lim-
bus chlamydis ad inuidiæ proderit medicinam?
ad furoris inimici leuamen? ad Saulis pœniten-
tiam de ferocitate in Dauidem? Conualebit
ab inuidentiæ ægritudine liuor Regis visâ por-
tione pallij, quam aduersarij manus præsci-
dit? Nonne inter chlamydis licia subsidet in-
uidiæ contagium, quæ purpurea sunt magis à
vindictæ, quàm à maiestatis ardore? Consueuit
suorum ostenso instrumento vitiorum pecca-
tor ad frugem reduci, quem tota virtus, cum
omni apparatu procedens, proferénsque inuecti-
uam in vitia, aut terret, aut prouocat, & non
sanat. Benè vota successere clementiæ. Rex
conuertitur, Dauid vincit vers.17. *Et leuauit* 1.Reg.24.17.
*Saul vocem suam, & fleuit: dixitque ad Dauid:
Iustior tu es, quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona:
ego autem reddidi tibi mala.* Quid ais, ô Rex?
Imò rigor est in iustitia, sicut venia & lenitas in
pietate. Si iustitiam exhibuisset Dauid, non so-
lùm iure belli, sed victione legitima te potuisset
figere impunis. Sed ô benè! Quia silenter ac-
cessit, nec extulit virtutis clamorem, quasi iu-
re destitutus ad necem, impósque iustitiæ; &
iustior, & triumphator euasit, sortitus homi-
nem peccatorem.

Iudex

Iudex pietate moduletur ſupplicia, ſeu caſtiget ore, ſeu manu, fleat oculis, vt miſericordiæ vndâ lauet ſanguinem, quem effundit.

SECTIO VI.

32. NON ſicca lachrymarum iuſtitia ſit, etiam dum ſanguinis non eſt ſicca. Poteſt fluere, & à vulnere dãnati capitis cruor, & à pij iudicis oculis aqua. Miſericordiæ fletu ſuſpendendo reo parentare non renuat, vt clementiã monſtret in ore, qui rigorẽ in manu. Non inter ſe virtus vtraque cõtrariatur, imò quò magis ſeueritatis flamma pectori accedit, cor pietatis per oculos liqueſit. Durus eſt carnifex, qui non frontem & lumina iugulandi ſub cortina velaminis tegat, non tantum, ne cædendus ad vibratum gladium collũ auertat; ſed ne lictor ſiccis oculis aduertat vultũ pallidum occidẽdi. Damnatoriã ſententiam fletu pro atramento iudex ſubſignet, vt miſericordiæ inſtrumenta ſeruiant apparatui iuſtitiæ. Diſcat Iuditha, qui iure ſæuit, nec illachrymabile cenſeat Prætoris officium ad malefactorum vindictam, v.6. *Stetitque Iudith ante lectum orans cum lachrymis.* Heroina, cur fles: Si cor tenerescit ab vnda, quæ aſperitas ſuppetet manui? Obdura pectus, quod ſexus mollit, & quæ transfis in virum animoſitate facinoris, lachrymas depone cum fœmina. Sed iuſtè flet, quæ vulnerat iuſtè: nec voluit dimittere ſorores miſericordiam nempe & iuſtitiã; ne vltionis liuor videretur Holofernis occiſio, ſed amor iudicij, qui quia amor eſt, de voluntatis teneritudine venit. Lachrymatur pectus, vt inuiget ad pietatẽ, dum viget ad iuſtitiæ rigorem, quaſi vt lauet ſanguinem, quem effundit: ne cruentum & dirum videretur, ſed iuſtum.

33. Samuel pertæſus irreligioſũ ſcelus Saulis, eius auerſator conſortiũ: fugiebat à Rege, ne ſceleris ſentiret odorem; at ille pallium arripuit, ſedulus ne recederet, quod Propheta contra nitens inter digitos prẽdentis reliquit, mallẽs lacerato pallio recedere, quam integro, ſe permittere peccatori.
1.Reg.15.27. 1.Reg.15.v.27. *Et conuerſus eſt Samuel, vt abiret: ille autẽ apprehendit ſummitatem pallij eius, quæ & ſciſſa eſt. Et ait ad eum Samuel: Scidit Dominus regnum Iſraël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Ergo ſciſſio pallij occiſio fuit certiſſima Regis. Quiſnè ſcidit, Samuel an Rex? Samuel equidem, qui fugæ impetu portionem, qua tegeret humeros, à prendẽtis manu reuulſit. Sed ſcidit vterque, alter vt iudex, alter vt reus. Quod in ſymbolum regni abſcindendi hic criminis mucrone ſecauit, ille per auguriũ damnationis diſſecuit, non ſolùm iugulat iudex reum; ipſe priùs ſe iugulauit, cùm quid decerneret in ſuppliciũ, ſtaturæ legi ſubiecit. Verùm hic ipſe Samuel, qui in ſuggeſtu ſpectaculi popularis iugulum damnauit Saulis, lachrymatur illico poſt ſententiam, & quos ei oculos non permiſit, fletui conceſſit,
1.Reg.15.35. v.35. *Et non vidit Samuel vltra Saul vſque ad diẽ mortis ſuæ: verumtamen lugebat Samuel Saulem.* Duplex eſt officium in oculis, proſpicere, & lachrymari; qui ademerat vnum, cur inuiſus, & libito alterum iugiter offerebat? Diſcas Iudex à Samuelis exemplo. Criminis condemnatus inuiſus ſit Magiſtratui ob ſceleris odium, ſed oculis videntibus, at non, flentibus Si non pupillis viderit, videat pectore, viſus pectoris fletus eſt. Ad omen interitus, quem inaugurat Propheta, tam dirum, & auſterum ſe prodit, flectique neſcium, vt nec corpus flexerit, ne flecteretur conſentiam. Deinde innatat lachrymis pro Saule. Aut rigeat ſolùm de ſeueritatis duritia, aut madeat ſolùm de pietatis liquore; cur iungit vtrumque? Quia Propheta erat, & in Dominica eruditus ſchola, in qua ſub eiſdem fidibus miſericordia canitur & iudicium.

34. Pſal.100.v.1. *Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine.* Quid eſt: *Cantabo tibi*: Quòd his modulis delectaris. An diſſimili carmine? Imò eodem. Vides? Vnam & breuem vtriuſque virtutis protulit cantilenam. Cantabo tibi, quia tua ſunt; ſed &, ſi tibi, quia tua, cantabo, quia & mea, vtpote quia metrum compoſui reciprocis ſyllabis rigoris videlicet, & clementiæ, vt quod ſonat graue iudicij, ſonet pariter & ſubtile pietatis. Habet ſuos flexus, ſicut gracilis, vox rotunda, quæ in aſperitate gutturis ſciſſa, quaſi eliſa per ſcopulos vnda ſimul dum graue ſonat, acutè ſcinditur per induſtriam. Sic iudex canat, vocem dilaceret priuſquam hominem, vt cum grauitate ſententiæ flexum ſonitũ miſericordiæ producat. Pſal.100.1.

35. Accipe à Domino diſciplinam, Luc.19.v.41. *Et vt appropinquauit videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu, &c. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo: & ad terram proſternent te & filios tuos, qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* Rationem adnota, cur diruant ciuitatem optimam inimici; non furoris inuidia, ſed cenſura ſupplicij, *eò quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ* pœna eſt, non caſus, niſi quòd ſceleratorum caſus pœna ſit. Quòd ſi pœna, quis niſi iuſtus iudex infligit? Et quis niſi Dominus iudex peccati, qui vt molem diſſipet peccatorũ, vrbem & receptaculum demolitur peccantium. At ſi tu Domine ſic decernis perfidiæ ſuppliciũ: cur nunc ſic fles, quaſi vallu lachrymis impleas, quo mœnia circumdabũt inimici? An ſatagis mergere in aquis hoſtiles impetus irrumpentiũ, vt transfrenent riuum pietatis, antequã iuſtitiæ manu ciuitatẽ diripiant. Lachrymatur pariter qui caſtigat, quia Deus eſt, in quo miſericordia non diſſidet à iudicio, nec vtraque virtus in natura ſimplici diſſidet, ſed cùm vna ſit, & luget plectens, & plectit lugẽs, quaſi ſit pietatis oculus, manus pœnæ. Luc.19.41

36. Nec deeſt barbarus qui ſic egerit. Præuaricationis in legem damnatur Daniel: feris traditur vt lictoribus, quæ culpam decoquerent intra viſcera, Daniel 6.v.16. *Tunc Rex præcepit: & adduxerunt Danielem, & miſerunt eum in lacum leonum.* Quid inde v.18 *Et abiit Rex in domũ ſuam, & dormiuit incœnatus, cibique non ſunt allati coram eo: inſuper & ſomnus receſſit ab eo. Tunc Rex primo diluculo feſtinus ad lacum leonum perrexit: appropinquanſque lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit, & affatus eſt eum.* Obſerua illud: *Voce lachrymabili inclamauit*: nouum oſtium lachrymis fecit de ianua verborum. Non ſat fuit oculis, ſed & ore lugere, quaſi redundantia pietatis non potuiſſet, niſi aperta triplici vena fluere. Sed & ſomnus ab eo receſſerat, quaſi qui oculos apertos inuenit, & per ſtillicidia fletus fugam arripuit. Quid eſt, ô Rex, ſi imperio leonibus tradidiſti, feciſtique lachrymabilem in ſententia, cur poſt traditum lachrymaris in iuſtitiæ Dan.6.16. Dan.6.18.

iustitiæ validam suspicionem, inhonoram tuis legibus & infamem? O qualis nouitas tribunalis! iudex lachrymatur, damnatus ridet. Solùm Rex doluit, qui pro reo gaudente lachrymas præparauit. Sic oportuit, vt barbarus edoceret Christianum. Legem damnationis implere iustitiæ fuit; lachrymas fudisse, pietatis: obediuit vtrique, qui aliter non potuit iubere, sed potuit flere. Non solum Rex compatitur, sed & patitur; imò non compatitur reo, quia reus non patitur inter feras; pœnam ab innocente præsumpsit, quem in pœnam dederat vt nocentem. Sic Prætor erudiatur, dum plectit: cum conterat passio miseri, det saltem lachrymas, si non vitam.

Criminis & vitæ periculum quasi crimen sapit & mortem; eisdem lachrymis deplorandum.

SECTIO VII.

37. LVGEAT se, etiam post animæ pericula, victor. Sat est potuisse cadere, qui non cecidit. Partem habet criminis, non fugisse discrimen. Qui in angusto vertice graditur, & quidquid subtus prospicit, est præcipitium, incepit quidem ruere adhuc stans; quippe quotquot fixit vestigia, tot ruinas pedi labili præparauit. Lachrymare funambulum, etiamsi in fune ludat & rideat; quippe casus est quòd non cadat, potest saltem cadere, dum subsistit. Quod potuit accidere, accidisse præsumas, téque reum vitæ, qui in aleæ fortunam vitam lusisti. Non idem es post periculum; interiisti, qui ore patente patens periculum deuorasti. Quòd si superes, alter eris: te pristinum inter lethalis suspicionis dentes relinquis, nouus es, qui nunc viuis: lachrymare pristinum te defunctum, ne funeris honore priueris, v.6. *Stetit Iudith ante lectum orans cum lachrymis.* Cur signatè dicitur, ante lectum, lachrymas effudisse? Plura in littera dedimus momenta rationum; nunc accipe hanc. Lectus & luctus contiguis hîc syllabis coniunguntur: nam lectus erat, in quo periclitari castitas potuit, & intingi sordibus pudor. Si accedit ad thalamum, in quem potuit fracta cadere pudicitia; cor non casus opinabile infortunium deploret? Non solùm cubatori, sed & concubitui fit proxima, quæ ad confinium luxus accessit. Ergo fleat castitas, etiam in fortuna victoriæ, infortunium periculi. Non solùm dolor vltimus poscit lachrymas, sed & primus extorquet; nec dolorẽ solùm incutit vulnus, sed & vulneris metus, nec ictus merum infligit, sed ictus sustinendi suspicio. Ergo coniectura delicti pro delicto sit, cui mordicus insedit iustitia, luátque lachrymis, quo potuit inquinari, illibata. Calamitatis discrimen prima calamitas est, sicut strictio gladij dispositio occisionis. Nonnisi per pericula præparatur strages, hac semita tenditur in perniciem, qui gradi incepit per cædis locum, cœpit & cædi.

38. Ioan.11.33. Ioan.11.v.33. *Iesus ergo vt vidit eam plorantem* (Magdalenam) *& Iudæos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine veni & vide. Et lachrymatus est Iesus.* Cur vitæ hilaritas lachrymatur, cùm parat vitam elargiri defuncto? Omnipotentia cur fleat, in quam nullus dolor subrepit, vtpotè ad arbitrium voluntatis potentem, & quæ odore vitali potest fœtidum cadauer respergere? Sed flet Dominus, quia soror flet, per cuius vndas ad miraculum transfretauit mallens se madidum à pietate, quàm à potestatis robore siccum. Deplorat vtique casum fœminæ, quæ casum Lazari deplorabat, qui, etsi poterat ab omnipotentia resurgere, potuit & sub cineribus remanere. Sat est vitæ contingentia ad ploratum. Etsi Deus adsit, qui spiritum refundere paret, potuit morti relinquere suum, nec reuellere leges naturæ, quæ sepulchri lapidẽ subsignauit, ne reduci vitæ pateret. Qui se incautus in periculum iecit, nisi omnipotentiæ partes imploret, non poterit à morte resurgere, quam discriminis incussit audacia. Ergo prius se cadauer deploret; si viuus euadit, non lucis veteris continuatio est, sed ad nouam suscitatio cælestis.

Cur vt Iacob ad fraternam luctam erudiat, 39.
athletam se Deus ingerit inter brachia, vertitque solitudinem in gymnasium? Gen.32.v.25. Gen.32.25.
Traductisque omnibus, quæ ad se pertinebant, mansit solus: & ecce vir luctabatur cum eo vsque ad mane. Non vmbratilis miles pugnã edocetur in sicco nisi quam in puluere madido consertis manibus postea geret. Iacob non cũ Esau veniet ad bellũ, nec fraternũ sanguinẽ gladius pietatis effundet; imò quos natura contexit, amor rediuiuus cópinget, beneuolæq; vnionis amplexibus in vnum coagmentabit vtrumq; ideò enim subditur. c.33.v.4. *Currens itaque Esau obuiam fratri suo amplexatus est eũ: stringénsque collum eius, & osculans fleuit.* Gen.33.4. Sed & cur alter ex fratribus lacrymatur, alter sub diuini Numinis magisterio asperatur ad pugnam? Oportuit vtrumque. Potuit inter fratres contingere decertatio, nec solùm impetus indiget disciplinæ, sed & belli periculum non futuri; instruitur ergo à pugile pugil, si forte hostem experietur in fratre. Tam sanguineum est periculum; quàm euentus, nec minus difficile est, cum vmbra, quàm cum corpore decertare. Ideò in vmbra ab Angelico phãtasmate prædocetur, vt sic cum vmbra periculi depugnaret. Sed Esau fleuit adhuc in victoriæ pietatis, amplexúmq; fortis lachrymis irrigauit: quia & potuit conseruisse manus cum fratre, qui nunc brachia in fratre conseruit, & vel cecidisse germanũ, vel à validiore germano cædi; quilibet euetus fraterno sanguini derogaret. Fleuit igitur eiusdem vteri sobolem à gladio periculi vulneratam, & abstersit luctu luctam fortuitam, fletuque diluit discriminis opinabiles sordes.

Decernit Dominus, primogenitis Ægyptum 40.
orbare, vt genus in primitiis sobolis occubuisset. Sed, vt tutò primigenios eraderet, agnum in familiis iubet occidi, de cuius sanguine limina rubricentur Exod.12.v.12. *Et transibo per terram* Exod.12.12.
Ægypti nocte illa, percutiámque omne primogenitum in terra Ægypti ab homine vsque ad pecus. Erit autẽ sanguis vobis in signum in ædibus, in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Ægypti. Siue Angelus sit carnifex siue Dominus, cur sanguineis litteris opus habet, vt vestibulũ cruore rescriptum lictoris gladius liberet à pernitie? Esto tumultuaria sit clades, quæ tot defunctos tumuletur in domibus, quot domus sint: benè sine sanguinei indicis monitione discernet Angelus Ægyptiorum habitacula ab ædibus Hebræorum. Non eget à vestibulis erudiri

eruditi qui non pedibus graditur, sed intuitu, nec oculis carnalibus intuetur, qui in fores rubricatas impingant, sed cubilia penetrat intellectu. Sed quoniam publica erat strages, in vicinique morte saltem periclitabatur vicinus, etsi cū stirps Israelitica liberaretur; oportuit mortis limen, quod periculum est d[illegible] [illegible] mortis aspergi, agnique recentis purpurari cruore, vt omnibus primogenitis aliquid mortis accidisse appareret Ægyptiis lethiferū vulnus, Hebræis non infligendæ plagæ periculum. Verum quid est, quod Hebræorum saluis pecudibus, vnus tamen agnus in vnoquoque censu familiarum occiditur, cuius carnibus viuat & alatur Hebræus cuius sanguine, quòd mori potuit, signū in limine præscribatur? Si Hebræorum primogeniti sunt incolumes, cur in agno adumbratus, Patris cæditur vnigenitus? Vt non solùm Deum noueris se neci dedisse, vt redimeret à morte peccati, sed vt à periculo mortalis sceleris redemisset. Nec nimis diuersum iudices, potuisse cadere & cecidisse; siquidem idem sanguis quem diuina victima effudit, non solū pro detergendo crimine est, sed & pro eluendo periculo ad crimē.

41. Dauid arte pastoritiâ perfusus, fundam & peram in gigantis cædem parauit, quasi in gregis custodiam contra lupum famelicum armaretur.

1 Reg. 17. 40. 1. Reg. 17. v. 40. *Et tulit baculum suum quem semper habebat in manibus: & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum, & fundam manu tulit: & processit aduersus Philisthæum.* Quamobrem quinque lapides congerit intra peram quasi aceruum componeret, quo acerbum & durum sepeliret gigantem? Si vnus tantùm emissus è funda, quam strenuus brachij vigor rotabit, Philisthini frontem percutiet; cur superfluis lapidibus oneratur, qui petrosâ sarcinâ minus expeditus incedet? Certè non geminauit fundæ rotatū, sed caput tetigit primo iactu, ne manus iuuenis laboraret, quæ à cælesti spiritu erudiebatur.

1. Reg. 17. 49. Vers. 49. *Et misit manum suam in peram, tulitque vnum lapidem, & fundâ iecit, & circumducens percussit Philisthæum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram.* Ergo rediit cum suo onere pera etiam post honorem victoriæ? Sed qui ad inimici cædem lapidem vnum, quatuor ad sui periculum præparauit, ratus vnum ad gigantis mortem sufficere; nonnisi bis geminos, ad discriminis euasionem. Etiam dum sibi fœlix auspicabatur trophæum quoniam se infortunij sorti deuouerat, maluit onustū iaculis ire, licèt & onustus rèdiret; vt plures lapides contingentiæ propriæ mortis præberet, qui vnicum præbebat alienæ. Non otiosa sunt arma, quæ, etsi nō distringat euentus, potuit distringere, si sors caderet; saltem ea sanguis intinxit, qui à vulnere periculi fluxit.

Pluries oculorum cæcitas ad periculi fauet victoriam. Inoculata aliquando præualet virtus; & quæ videt in tenebris, caligat in luce.

Sectio. VIII.

42. INOCVLATA virtus plures aliquando deuicit, quàm si multis oculis decertaret

Non semper tenebræ facinoribus egregijs obsistant: sunt quibus, dum clariora sunt lumina, nocent. Sicut voluptatibus cæcis lenocinium est libidinis, vmbra noctis, vt sine distractione oculorum luxuries tota per amplexus effluat impuros. Sic clarioribus factis non semel obscuritas fauet, ne impedimenta videant in luce, sed in vase caliginis sorbeant. Qui orbatur visu agilius manum mouet ad ictum, totúmque robur ad alapam vnam effundit, ne verber in aëre perdat, quod nescit à vultu percutiendi discernere. Castitas operto capite meliùs dimicat, ne priùs pereat oculis, quam cædat manu. Qui congreditur cum periculis, vmbras quærat, pauc[illegible] numerabit in tenebris. Est qui per breue & fragile lignum, tanquam per stratum pontem, immadidus fluuium traduxit, cùm non aduerteret ad profundum: si oculos à cælo deponeret, priùs à vertigine capitis, quàm à gurgite mergeretur, transfretauit securus, attigens ad superos lumina, vt cæci pedes per angustam semitam non errarent. Plures nimis acutæ argumenta rationis, hinc & illinc aduersantia confodiūt, minúsque eligunt, cùm plus vident. Profuit alij stupor, qui multos ad consilium Magistratus non curat, sed insensibiliter vicit quod, pauciore sensu adoritur. Ratio non indiget pupillarum subsidiis, sine ciliorum strepitu fauste aggreditur, ne per organum illecebræ, quod est oculus, priùs quàm bene consulat, male iudicet.

Iudith Holofernem aggreditur, non ad thalamum, sed ad mortem. & instante victoria cæcat oculos turbine lachrymarum. Vers. 6. *Stetitq; Iudith ante lectum orans cum lachrymis.* Cur extinguis lumina fletu, nec accensa conseruas? nunc opus est oculis, ne erret manus, quæ ad ceruices Ducis collineat: exterge potiùs pupillarum crystallum, speculum adauge pudoris, ne de luctus sordibus hebetetur. Sed prudens fœmina benè processit, recole nostrū litteræ commentarium. Ne thalami purpura, ardorque gemmarum oculos lacesseret intuentis, ne inuisas castitati delitias per apertum visum videret, oculos & illecebram suffocauit in lachrymis, mallens frontem obcæcari, quam animum. Ne voluptas iustum impediat, fugiátque ratio per aperta vestibula frontis, vectibus obturet foramina: si aliam clauem non habuerit, sat est fletus. Hanc tempestatem pectus fœminæ emisit, vt oculorum confunderet lenocinia, qui non possent formas obiectorum recipere, cum dabāt gurgites lachrymarum. 43.

Samson miraculum fortitudinis, Philisthinorum sustinens iugum, vt molam verteret frumētariam, orbatur oculis, quos antea somno dederat in perniciem. Iudic. 16. v. 21. *Quem cùm apprehendissent Philisthijm, statim eruerunt oculos eius, & duxerūt Gazam vinctū catenis, & clausum in carcere molere fecerūt.* Opportunè cæcū efficiūt, quem ad voluendum pistrinum destinarunt, non aliam semitam cæcus benè scit absque duce, quàm per circuitū iugiter ambulare, vtpote qui in directū progredi nescit, qui nequit terminū videre, quò tendat. Verum si supremum fortitudinis facinus superest, quo moriens plures interimat, quam cùm viuus: cur perdit lumina, quæ ad illustrem virium sortem proficient? Certè dirutâ domo Philisthinis confertâ, hostes pariter sepelire & interficere parabatur, ne à cæde monumentum distaret, priùsque in fossam conderet, quam confoderet, vers. 29. *Et apprehendens ambas columnas,* 44. Iudic. 16. 21. Iudic. 16.

nas, quibus innitebatur domus, ait: Moriatur anima mea cum Philisthiim; concussisque fortiter columnis cecidit domus super omnes Principes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat; multóque plures interfecit moriens, quàm ante viuus occiderat. Cur igitur antequam mors, vulnus oculos obcæcauit, & ne spem luminis reliquisset, eruit inimicus non texit? Prouidentia fuit in immensæ fortitudinis certitudinem. Ne in frequentia conuiuij alia fortè Dalila recubuisset, quæ Herois oculos pulchritudine alliceret, audaciámque virtutis coërceret, careat oculis fortitudo: fortè enim pepercisset ruinæ, ne communi strage, visa fœmina cecidisset. Absque opinionum agmine vires animosæ procedunt, si cæcæ sint; veniam totius populi vna pulchritudo extorqueret, si ante intraret oculos demolientis, quàm euulsis columnis rueret ædificium. Ergo cæcus vlciscitur inimicos, quibus hostilia scelera forsitan dimitteret videns, ne mori videret, quam inceperat adamare. Meliùs solet manum dirigere, cui manus sunt pro oculis, quibus caret. Ideò præcipuè adnotatur, quo ductu Samson se in tam arduum opus direxit, manuum nempe, in quibus operis symbolum præsignatur. *Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dexteram, & alteram læuâ tenens.* Nec vnum digitum permisit otiosum, cui otiosa luminis frons. Cur dextera & læua stylo sedulo memorantur, qui nihil læuum in facinore fecit? Quoniam & benè solet operari sinistra, vbi oculus visæ voluptatis impedimenta non sentit. Læua fuit in situ, sed non in sorte: est enim ambidexter, qui cæcus & mortui luminis virtus descendens à fronte in sinistra geminat virtutem.

45. Vt fratris benedictionem subriperet à parente, hœdinis pelliculis collum vestitus ingreditur Iacob ad Isaac, cui oculi caligauerant, non tam ab effœtæ senectutis iniuria, quàm ab ingenio superæ prouidentiæ; ideò enim signatè præmittitur, Gen. 27. v. 1. *Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat.* Gen. 27. 1. Visitatius in senibus est, manibus tremere, quàm in oculis caligine laborare, quibus non penitus lumen extinguitur, sed tepescit; etsi non penetrent distans obiectum, sentiunt vtique pupillis vicinum; & tamen Isaac manibus validis, nec trementibus adhuc in lecto vtitur senectutis; sed enecta luce oculorũ nec proximã cutẽ discernit. Gen. 27. 21. Vides? v. 21. *Dixítque Isaac Accede huc, & tangam te fili mi, & probem, vtrum tu sis filius meus Esau, an non.* Accessit ille ad patrem, & palpato eo dixit Isaac: *Vox quidem vox Iacob est, sed manus manus sunt Esau.* Qui tentabat opera, manus nouit: elogium fuit Isaaci, eius virtutes probauisse parentem, sententiámque de legitima benedictione tulisse, quæ, vt iusta sit, non ad frontem respicit, sed ad manus. Ergo fuit dispositio cælestis patrem oculis caligasse, dum iudicat, vt meliùs decerneret, qui non cerneret, nec sceleratum filium, qui genitoris luminibus blandiretur, benedictionis primigenio bearet. Fælix cæcitas, quæ direxit ad opus, & Israël, id est, Deum videntem elegit, quem si videret genitor ab hæreditatis titulo reprobaret. Benedictio non oculis sed manibus fit: constet manibus, careat oculis virtus patris, vt benedictioni visui luminis accreuisset augmentum.

46. Matthæi 5. v. 29. *Si oculus tuus dexter scandalizat te erue illum & proiice abs te. Bonum est tibi* Math. 5. 29 *vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentẽ mitti in gehennam ignis.* Quid est scandalum? Alibi diximus: seu terræ tumulus, quo cæspitat pes; seu lapis in quo eliditur, si plus graditur. Cur ergo eruatur oculus, ne in itineris scandalo offendat? citiùs cadet, si dimidium lumen extinguat. Quin in oculo non est lapis, quem mobile vestigium incurrat; imò vt scandalum lapidem amoueat, discretione luminis, opus est, sed qui per petrosam, inæqualémque graditur semitam, quò magis videt, minùs incedit, vtpotè qui aduertit obices, & ne vulneret tibiam, veretur. Priùs est ipsi scandalum oculus, quàm scopulus, & per virtutis tramitem quo blandientes videt illecebras, ad semitæ, quã debebat terere asperitatem, & difficultatum lapides vix mouere gressum disponit. Ergo si cæcus, perget, dirigétque tramitem, quem tenebat. Quid si vterque oculus scandalum sit? Euellat vtrumque. Attende causam. *Bonum est tibi vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* Expende duo, *intrare & mitti.* Qui intrat, graditur: qui mittitur seu deiicitur, non propriis pedibus, sed alieno impulsu deuoluitur. Cur priuatus lumine sic vestigiis certis terminum, quò tendit, attingit; & tamen gemina luce constans, non oculis adiuuatur ad gressum, sed ab alio vt cæcus impellitur? Vtrumque egregiè. Per viam salutis, qui se libitò à temporalibus obcæcauit, à se mobilis & securus, beatitudinis tenet fastigium, vtpote qui vestigia non turbauit terrenorum intuitu; qui oculis cupidinis & illecebræ currit, flectitur in obliquum, dúmque ascendere parabat in verticem, retro gradu voluitur in ruinam. Nec prætereas iterum: *Quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* A quóne mittitur? Ab ipsis oculis, qui eum ferebant videntem, vel quos ipse videns ferebat. O, dum clariores obscuri duces? In gehennam ignis; qui vrit, & non lucet, immittunt, vt huius lucis claritas sæcularis, gehennalis obscuritas esse appareat.

Ioann. 8. 12. *Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* 47. Ioan. 8. 12. Crederes inferendum. Sed *habet lumen*, non *sed habebit:* nam qui in tenebris non ambulat, luce gaudet; cùm tenebræ luminis sint priuatio, vmbráque lucis in sepulchro noctis vsque ad crastinum funeretur. Verùm qui se lucem mundi dixerat præeuntem, optimè intulit; *sed habebit:* quippe sol si proximiùs oculis obiiciatur, pupillarum impedit vsum, quas dum lucis pondere verberat, facit in pelago iubaris tenebrescere. Ergo qui sequitur Christum, non vtatur oculorum officio: securus it, vt pote non per tenebras, sed per lumen, licèt nondum lumine fungitur, cuius abundantia respersus, nequit semitam, qua tendit, aduertere. Quod si oculos à præeunte Sole dimoueat, ambulabit vtique, sed in tenebris; vbique cadet, quia tales sui itineris duces elegit. Virtutis ergo semita oculos non amat gradientis; ne sæcularia obiecta cursum impediant; cæca vtique, & non in tenebris est, quam redundantia lucis obcæcat, & à mundialium visu dirimit oculos ambientis.

Audiisti sine tenebris cæcum, audi nunc videntem cum tenebris. Lucæ 11. v. 34. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus* 48. Luc. 11. 34.

tuum tenebroſum erit. Vide ergo,ne lumen, quod in te eſt,tenebræ ſint. Si oculus lumen eſt,& oculare lumen in homine: cur non ſolùm homo in tenebris erit,ſed & lumen tenebræ nuncupatur? Aduerte quòd diuiſerat ſimplicem oculum ab oculo nequam, quaſi nequam ſimplex non ſit: Quid eſt ſimplicitas ? Quod à compoſitione diſcernitur : vnum eſt ſimplex;ſi aliquid adhæſerat, compoſitum.Si oculi pupilla aliquo colore immiſceat cryſtallum , ſi opacatur à nube, mentitur in viſu; qualitate , qua afficitur, recolorat obiectum,dumque haurit ſpeciem, formã immutat, meliùs videret oculus, ſi haberet minus.En igitur ſaluatoris ſententia: Nequam oculus & compoſitus, qui ſibi terrenorum ſpecies appetitu videndi mordicus figit,& ne ab obiectis ſæcularibus diſter,obiecta ſibi imprimit intra palpebras, lumen ſe putat eſſe , ſed tenebræ eſt: non hominem ſinit ambulare,dum ambular; qui,quà viſum multiplicat,nimia videntem cæcutire coëgit.

49. Luc. 11. 36. Concludit Dominus verſ.36. *Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum,erit lucidum totum,& ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Non aptam dixeris conſequentiam,ſed vel tautologiam notabis,vel inutilem illationem. Si enim corpus totum lucidum fuerit,erit vtique lucidum totum. Sed ingenioſè concluſit , qui erudiuit ſapienter. Si corpus tenebrarum partem non habeat, nempe oculum compoſitum & multiplicem,(qui nequam dicitur, & ſimplici opponitur) erit lucidum totum hominis corpus; quippe oculus erit & lumen,& quã ſine oculis eſt in fronte , per omnia membra lucentibus,& ducentibus oculis perfundetur, vt ſecuriùs viam ſalutis incedat, quã minùs compoſitis oculis formas intueatur mundiales,quæ hominem,qui plus videt,faciunt in lumine tenebreſcere.Cæcus ergo oculis,toto corpore eſt oculatus ; manus quippe egregij operis meliùs videt,dum frons in viſu terrenorum non cæſpitat.

Verſ.7. Dicens: confirma me Domine Deus Iſraël, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum,vt ſicut promiſiſti, Ieruſalem ciuitatem tuam erigas : & hoc , quod credens per te poſſe fieri cogitaui, perficiam.

Fortior & animoſior eſt, qui poſt conſilium facinus adoritur , quàm qui ſubitario impetu in periculum robur committit.

SECTIO IX.

50. FORTIVS & animoſius eſt aggredi periculum poſt conſilium , quàm repentè vincere, & ex temporali audacia incogitatum bellũ abſoluere.Qui temerè ſe dedit in taurũ,licèt impetentem cornibus brachiorum induſtria deiiciat,ſolùm cum fera,non cum cogitatione luctabitur.Si priùs ſecum ageret per imaginẽ pugnæ,ferociora timoris agmina vinceret, dum deſcendere in arenam decerneret. Prouidentia egregij facinoris & examen,non ſolùm anticipat,ſed multiplicat metum,ſuſpicionibúſque infortunij laborat,argumentáque congerit, quæ à dubiã mali opinione deterreant.In incertum iacitur, qui priùs de certaminis ſanguine cogitauit,habétque ſe vincere priùs quàm hoſtem,quem ſi poſt præuiſam incertitudinẽ conterit, duplici lauro redimiri meretur.Dubia ſignificatio periculi ſemper animum detorquet in peius;qui ſubitò aggreditur à præcedentibus anguſtiis eximitur. Licentia pauentis animi eſt diſcriminis coniectura futuri. Geminauit audaciam,qui, poſtquam conſuluit tulcitram de periculo,alacris matutina luce certauit. Acies gladij exterſior & acutior ab imaginationis penicillo depingitur,quàm in ſe eſt; creſcit quantitas in phantaſmate.Perſpicilia ſunt præuidentibus oculis mentis, ſic cryſtalli gradibus temperatã , vt grandiora reddant obiecta, quibus quò proſpicitur longius,creſcit immodicè quãtitatis viſæ figura. Sic qui in aggrediendis longè immoratur,pericula gigantia præſentit , ad quæ ſi non trepidat,fortior eſt,quam ſi cæcis oculis , ſubitarióque impetu , ſtrenuæ virtutis nondum dimenſum adoriatur diſcrimen.

Iudith illicò in facinoris limine de conſtantia laudatur verſ.6.*Stetitque Iudith ante lectum orans cum lachrymis & labiorum motu in ſilentio.* 51.
Obſerua quòd dicitur ſtetiſſe. Hic ſitus & figura conſtantiæ eſt, quæ, ſicut charitas, nunquam excidit, ſed pennatarum volucrum more, etiam ſtat in pedibus , quando dormit. Sedes nonniſi flexibilibus corporis grauis vertebris deſtinatur : conſtantia vtpote quæ flecti non didicit; non ſedili indiget, vt requieſcat. Cur conſtantiæ elogium fœmina meruit ? Ipſa reſpondeat verſ. 7. *Confirma me Domine Deus Iſraël , & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum,&c. Vt hoc , quod credens per te poſſe fieri cogitaui, perficiam.* Quoniam cogitauerat antea quot nunc ſubit pericula intra cubile, nec pauit animus ad admonitiones timoris , dilemmatáque diſcriminis ; ſed ſe proiicit in periculi corpus; poſtquam longiores ſibi expreſſerat vmbras , meritò de conſtantiæ titulo muneratur. Cùm oculus cæli lucidus propinquior ſit montibus in occaſu,maiores vmbræ de altis cacuminibus cadunt, quàm cùm ſol arduus in medio itinere tenet cælum ; quia tunc occupatus in orbe , non ſic ad faſtigia montium aduertit , quæ dum attentius proſpicit iam vicinus, productiores imagines ſibi repræſentat, quouſque in ipſis vmbris, luminis vigorem ſepeliat. Ergo ſupra Heroum fortitudinem emicat Iudithæ conſtantia , quam nec vmbra metus deterruit , nec præcogitatio mali continuit, ne in trucem impudicum agminéque potentiæ ſeptum Tyrannum fœmina vidua, ſola,nimiſque venuſta prodiret.

Diſcipuli periclitabantur in mari, quod nauiculam fluctibus agitabat. At Dominus, ne timerent ab vndis,liquida vada quaſi ſtrata marmorea calcans , veſtigia ſolida imprimebat in aquis, Math.14.verſ. 24. *Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus:erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans ſuper mare. Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt dicentes : Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt.* Si nondum timent , quando hiantibus criſpíſque vortici- 52. Math. 14. 24.

bus nauis iactatur; quid timent pro serenitate venientem, qui labilem vndam, vt fiduciam conciperent pauimentum esse gressibus demonstrabat? Timent quia phantasma videtur? Sed spectrum phantasmatisque figura corporis quátitatem excellit, nec humanos ad mensuram & numerum ponderatos, metróque linearum angustos oculis repræsentat. Si Dominus erat, qui sine remo & linteo vndas remigio omnipotentiæ vincebat, cur sibi de phantasmate cogitarunt, cum eius corpus modulatum in Virgine metam non excederet rationalis naturæ? Sed crescit in phantasia cogitantis, obiectum, & quos non concusserat opinio naufragij, quia præsentis, & subiti, perculit imaginatio matura. Iubet Dominus quòd Petrus se proiiciat in liquidum, quia petierat gressus imitari Magistri,
Math. 14. 28. & 30. quibus obediebat vnda lapidea vers. 28. *Domine si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Veni.* Fretus voce Domini ibat siccus Petrus per fretum, sed vers. 30. *Videns ventum validum timuit: & cùm cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine saluum me fac.* Super petram ibas, ô Petre, quamuis incederes per liquorem: ibas etenim super te, qui petra es. Si sic animosus vndas pro nauicula commutasti, nec pedem humectabat aqua, nec absorbebat: cur nunc mergeris supra crura? Obserua causam. *Videns vero ventum validum timuit.* Quid quòd ventum videris, si non pateris? Imò non videtur ventus, sed perflat; licèt oculos verberet, pupillas ad intuitum non mouet. Sed qui præ timore cogitat, suspiciosus naufragij, etiam ventum se videre præsumit, & in inanitate vacui lumina figere. Quia cœpit cogitare, cœpit pauere: fortior fuit, cùm sine opinionum inter se contrariarũ agmine abruptè se labilibus vndis permisit, fortitudini cogitatio detraxit, quæ tempestatem credidit de sereno: quia citò non peruenit, citò se mersit. Egregium facinus mergitur in distantia. Grauius esse corpus incepit, postquam cogitationum pondus sustinuit. Non illud mare, sed imaginatio depressit. Suf-
Math. 14. 31. fragatur Dominus qui eum obiurgat v. 31. *Modica fidei, quare dubitasti?*

53. Balthasar visis digitis in pariete, nec integra manu, contremuit artubus, quos in feruido
Dan. 5. 5. saginabat triclinio. Daniel 5. v. 5. *In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrũ in superficie parietis aulæ Regiæ: & Rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies Regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum; & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad inuicem collidebantur.* Quid est, ô Rex? Ad suspicionem vulneris tyro pallescit. Vt quid tu, qui veteranus es, & vinis veteribus alitus, ad nudos articulos contremiscis, qui nondum parietem penetrant, sed superficiem tantùm prægustant? Sat est vnus digitus, vt illum pro corpore toto opinetur, & de cute parietis iudicet à medulla procedere. Notauistine? *Et cogitationes eius conturbabant eum,* Compago non denectebatur ad visum, sed ad cogitationem videntis: in renes, vbi virtus est & virilitas, de phantasiæ altitudine metus descendit; exuxit ab ossibus cogitationis feruor medullas. Cùm cogitare desinat, desinet & timere. Aperit Daniel scriptionis mysterium in miserum Regis consulentis excidium. Tunc ille alacer commentatorem purpurâ donat, torquéque pretiosa decorat, & tertium in regno imperat appellari. Nec nox præterijt, quin interfecto
Rege, digitorum scriptio transiret in opus, v. 29. Dan. 5. 29.
Tunc iubente Rege indutus est Daniel purpurâ, & circumdata est torques aurea collo eius, & prædicatum est de illo, quòd haberet tertiam potestatem in regno suo. Eadem nocte interfectus est Balthasar Rex Chaldæus. Quid est, quòd qui medullitùs timuit ad signum, impauidus subsistit ad ictum, & immoto corpore mortem bibit, cuius ad odorē anteà tremebat? Cur si non carnificem sui, saltem carnificinæ interpretem munerat, & intertitus cadit, qui sic in conuiuij accubitu pauerat? Quoniam cogitationes deposuit, quas superbia pepulit, beneficij: mẽtem in liberalitate occupauit, vt se nimium largitorem ostenderet. Iam non versat digitos in memoria, sed articulorum oblitus, & in eadem sententia mortis mortem non cogitans, imò vt iam præsentem arripiens, obijt subitò sine metu. Fatum auertere satagebat, cùm fati truculentam speciem nixu cogitationis pariebat, & in imaginationis tortus equuleo, plura sibi doloris instrumenta congessit; sed extemporaliter vitâ defunctus, minùs indiguit animi, cùm animum afflauit repentè. 54.

Ionathas tantùm adolescente armigero comitatus, interrito pectore se in Philistinorum agmina dat, per excelsos & pendentes elati montis scopulos reptat, nec à pluuia sagittarum pertimuit, quas desuper inimicorum nimbus iacie-
bat, 1. Reg. 14. vers. 1. *Et accidit quadam die, vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum: veni, & transeamus ad stationem Philistinorum, quæ est trans locum illum.* 1. Reg. 14.
Quæ te fortitudinis animositas cepit, ô strenue vir? Locus & præruptis cautibus imminet, & ascensum absterret, mille sunt insuper Philistiim & castris tecti, & numero iaculorum muniti. Vnus quid proderit ad victoriam, contra quem & petrosi situs asperitas militat, & confertissimus exercitus impetit? Sed tandem vicit? quippe periculum sine consule cogitatione adoritur. Obserua illud: *Et accidit quadam die.* Casus fuit, non consilium; audacia vtique, non sententia, minùs fortis esset, si cogitasset secum. Secum non pugnauit ad sortem, nec in opinionum ciuili lucta vires diminuit. Quoniam non argumentis diffidentibus fessus ad radicem collis accelerat iugum reptans pedibus superauit, & eos, qui iugum coronabant, contriuit, vt sibi arriperet coronam ad gloriam.
Vers. 13. *Ascendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius post eum. Itaque alij cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat sequens eum. Et factum est miraculum in castris.* 1. Reg. 14. 13.
Non accidit miraculum nisi subitò, qui repentè aggreditur, mira facit. 55.

Sed hic ipse bellator egregius cur cum vno Goliath ad Israëlis gloriam non cōserit manus, qui vnus cum exercitu pleno conseruit? Clamabat ille 1. Reg. 17. 8. *Eligite ex vobis virum & descendat ad singulare certamen, si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui: si autem ego præualuero: & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis.* 1. Reg. 17. 8.
Audiit Ionathas, & expauit. Vers. 11. *Audiens autem Saul & omnes Israëlitæ sermones Philistæi huiuscemodi, stupebant, & metuebant nimis.* Ibid. 11.
Nunc dies tua est, ô Ionathas; cur si prouocatus, non insilis, qui anteà non lacessitus vicisti?

Verùm quia audierat, cœpit audita in cogitatione verſare. Plus ſolent audita terrere, quàm
Senec.epiſt. 13. viſa: plures ſunt, quos aliena fabula (dicebat Seneca) ſine auctore ſparſa conterruit. Solet bellum fama conficere. Non poterat Ionathas viciſſe gigantem, qui ſe multa cogitantem non potuit. Corpus gigantis auxerat metus, & ad bis ſenos cubitos imaginationis arte produxit, quod tantùm erat altitudinis ſex cubitorum &
1.Reg.17.4. palmi. Qui in animo verſauerat monſtrum, non auſus eſt tangere manu. Si repentè irrueret, fortè vinceret.

De cæleſtibus plura ſunt expetenda, quàm opus eſt largiori munere, vt gratia abundet, & cæleſtium indoles noteat. Nunquam ſatis. Eſto auidus iugiter de ſupernis.

SECTIO X.

56. ETSI redundet, nihil in virtute ſuperfluum: etſi minimum ſit in vitio, hoc eſt, vtique, quod ſuperfluit. Non ſis contentus, à virtute expetere, quo opus habes. Opus habes, vt redundet, quod petis. Bona cæleſtia non admittunt menſuram, quæ ſi in animum influant, primo imbre fodiunt ſibi receptaculum ad ſecundum, & quo magis pluunt, maiorem ſuccedentibus vndis puteum pectoris ſibi cauant, aquarum more, quæ, ſi ſtillicidium perduret, cauant lapidem, quem prioribus guttis rigabant vtique, non feriebant. Scis illud Ec-
Eccl.1.7. cleſiaſtæ 1. verſ. 7. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* Cur incremento vndarum non vberatur, nec ſpatia littorum ad receptaculi ſubſidium vſurpat? Quoniam profundi anguſtias exprimeret, ſi quid ſibi effudiſſet ſuperfluum. Ergo amplitudinem animi manifeſtes, erudiaris à mari, quod cùm iuxta cæli leges ſe gerat, à cæli documentis abiret, ſi ad fluctus nouiter capeſſendos non ſe magnanimum oſtendiſſet. Cæli munera cum fœnore veniunt; vſuras ſecum noui muneris trahunt. Si cæleſtia popoſceris, ſcito vas pectoris ampliandum, vt capiat.

57. Orat Iuditha verſ. 7. *Confirma me Domine Deus Iſraël, & reſpice in hac hora ad opera manuũ mearum.* Cur preces ſupererogat, & pluſquam indiget, ſic efflagitat? Momento iugulabit Tyrannũ. Si in gutture gladium ſepeliat, eodem impetu inter ſanguinem effluet vita, quo fuerit euocata voce mucronis. Ad vulnus quidem Barbari ceruicibus infligendum popoſcit auxilium, & in inſtanti vulnus infligit, & tamen ad inſtantis certitudinem horam exagitat, quod probare poteris ex verſ. 9. cùm iamiam percuteret iugulum. *Cúmque euaginaſſet illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora. Et percuſſit bis in ceruicem eius, & abſcidit caput eius.* En repetit horam, quam petit, cùm tamen ſubitò iugulauerit. O auguſtæ mentis fœmina! noluit tempus anguſtare virtuti, quam de donis cæleſtibus inſtruebat. Etſi ſat ſit momentum, horam expoſtulat, vt præſidij redundaret duratio: cùm cæleſte fuerit, nunquam potuit eſſe ſuperfluum. Citò egebit alimenti virtutis, qui ſibi in modico ſatisfit. Sæcularis, qui mundialibus pompis diuitiarúmque cumulis nunquam modum præfigit, ratus ſe inopem, niſi abundet, vna vel altera virtute ſi polleat, plenum ſe cogitat & perfectum, quaſi in paruo ſatisfaciat ſtatui, nec opus cenſeat ſacris indulgere conſiliis, ſi vel præceptum vnum obſeruet. Vix eſt cæleſtium diuitiarum auarus. Nemo onuſtus ſupererogationis mercibus ſuſtinet viã ſalutis incedere, quaſi perfectionis ſtudium ſuperfluum ſit ei, qui legem non curat prætergredi, ſed non tranſgredi; & tamen tranſgreditur paſſim, quia paſſum continet tarditatis compedibus, ne ad oblatum, licet non imperatum, ſanctitatis pergat faſtigium. Quis gulam mactat, etiam in ſtationibus ieiuniorum, aridíſque contentus abſtinentiam adhibet in conceſſis? Sat ſibi putat ad rigoris officium, ſi carnem non ederit, quod præcipitur, etſi non ſe ab ingluuie eximat, quod conſulitur. Nihil frugalitati libitò damus. Non imus in virtutem, ſed trahimur. Non cupimus currere, ſed non cadere. Qui ad inſtans orationis ſeu voto, ſeu præcepto tenetur, nimium ſe iudicat, ſi horam impleat; cum tamen Iuditha ad momentaneum opus horam depoſcat.

Ioſue, ne luce defungatur, imperat Soli, c. 10. 58.
verſ. 12. *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna* Ioſ.10.12.
contra vallem Aialon. Quid victoriæ iam habitæ proderit longiſſima dies? Cur vltra metas lucis, cæli præſides progredientur, quibus ab exordio præceptum fuit, vt *ſint in ſigna, & tem-* Gen.1.14.
pora, & dies & annos? Sat equidem cæli legibus erit, ſi Sol ſuum adimpleuerit diem, cuius ad lucidum gyrum eius fuit deſtinatus ſplendor. Ita eſt. Sed pauciora, quàm miraculo, legi ſufficiunt, oportebátque Solem ſupererogationem lucis aliquando proferre, vt oſtenderet libitam iubaris voluntatem, nec ſolum diem facere, quia iubetur, ſed & diem porrigere ad virtutis abundantis exemplum. Dux fortiſſimus Iſraëlis, non diurnis horis ſe victoris ſtudio ſatisfacere credidit, ſed vt propagaret triumphum, propagauit & diem, ne intra limites veſperi ſacrum opus cogeret in anguſtum, cui cordi erat plus adhuc facere, quàm debebat.

1. Corinth. 14. verſ. 12. *Quoniam æmulatores* 59.
eſtis ſpirituum, ad ædificationem Eccleſiæ, quærite 1.Cor.14.
vt abundetis. Non ſolet quærere niſi egenus: 12.
Vrget inquiſitionem neceſſitas. Qui abundare ſatagit, inops non eſt; ſiquidem non nititur egeſtatem euadere, ſed vltra ſortem victus prouentuum opimitate pollere. Quid eſt quòd Apoſtolus pauperes Chriſti, quos cenſura diſtrictionis coërcet, ne ſolicitent veſtimenta mordicus & annonam, vrget quòd quærant ſtudioſi, vt abundent, nec parco cenſu contenti ſint? O auaritia cæleſtis, quæ non ſolùm impleri, ſed & nititur redundare! Cuius cauſa ſi putas? Quam poſuit ille, *ad ædificationem Eccleſiæ.* Si ſemel Eccleſia ædificata eſt, cur ſuperfluat ſtipendiorum vbertas, nouíque veteribus aggerantur theſauri? Ea eſt ædificij Eccleſiaſtici indoles, vt non habeat terminum in faſtigio. Quouſque ſupra ſydera ſurgat, continuà debet ſtructura leuari. Quibus ſumptibus? Cenſu virtutem. Ergo quære, vt abundes, qui tantæ molis artifex ſis: quæque ſuperfluitas eſt neceſſitas; ſupererogа, vt ſupercreſcat. Ingenioſum eſt illud: *Quoniam æmulatores eſtis ſpirituum* Alienæ

siue pompæ siue substantiæ, siue pulchritudinis æmulator, vt vel procum superet, vel de mundiali luce nitentem non numerum sumptibus, non mensuram permittit, vt vel vincat in dotibus, vel in pretio: nec quietus incubat his, quæ possidet, sed omnem mouet fortunæ rotam, quousque proteruâ machinâ diuitiarum supremo fastigio manum ponat extremam. Simus igitur, instigante Apostolo, argumentosi spirituum æmulatores, vt spiritui, quo viuimus, plures virtutum spiritus adiiciamus. Imitetur spiritus, aëris indolem, cui tribuit & nomen. Aër sine numero, sine pondere, sine mensura est, quâ omnia implet. Estò his terminis opificis sapientia taxauit. Nunquam perflare cessat, & quò magis spirat, magis augetur, nec laborat in flamine nec sustinet vacuum, sed in quodque receptaculum velox intrat: quod si angustiis concauis detinetur, rumpit specus viscera, tremit intus, donec per spatiosi orbis amplitudinem diuagetur. O elementum & libertatis, & liberalitatis amicum! Sic esto, qui in augendis spiritibus negotieris.

60. Iud.6.37. Gedeon, vt in Ducem populi initiaretur nonnisi signo duplici satisfit, Iudicum 6. vers.37. *Ponam hoc vellus Lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut loquutus es, liberabis Israel. Factúmque est ita. Et de nocte consurgens, expresso vellere concham rore impleuit.* Quale signum diuinæ potentiæ est, parcitas muneris sic auari, vellus roscidis guttis spargere, pluuiámque amputare cælestem, liberalitatemque lacteam surgentis auroræ ad vnum velleris vasculum angustare? Hæc potiùs semipotentiæ, non omnipotentiæ ostensio videtur, dum siccis glebis & à roris quotidiano ientaculo orbatis vellus solum guster liquorem. Imò cùm in difficilioribus pateat potentia, Gedeon vt difficilius elegit, cælestem liberalitatem arctari, & à prodigo paruum expetere. Adeò enim amat Deus sua gratiarum munera superfluere, beneficiisque roscidis scatere, quem sibi eligit ad virtutis ducatum, vt non aliud mirabilius prodigium consecrandus Dux adinuenerit, quam si beneficium diuinum ad modicam experiretur mensuram. Verùm qui rorem poposcerat soli velleri, vellus bibulum expressit in concham, vt vel sic ostenderetur redundare donum cæleste, quod post lanam humidam habuit, quo concham à reliquiis impleret.

71. Iudic.6.39. Sed nondum futurus Dux sibi complacet in hoc signo. Quasi errorem corrigens petit aliud vers.39. *Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. Fecitque Deus nocte illa, vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.* Cur sic ludis miraculo, vertísque syllabas ad prodigium? Nonne iam tibi constat diuini veritas sacramenti, quo in Religiosi exercitus Ducem sacraris? vellus, nisi Numine negotiante, non ditaretur de roris gemmis, inope sitientéque terra. Sed qui in Deum magnanimum parabatur, ab angustiis pectoris resipuit, noscens in virtutis exercitus Imperatorem, non in sibi necessariis contentum fore, nisi bonorum liquor in vniuersitatem terræ redundet. Vide ingenium, concham sibi hesterna nocte rore compleuerat, vt liquor vasculo seruaretur, qui nunc omnem terram rore madefactam sortitur. Amplius habuit in signo duplici, quam in vno; quippe si prius rorem publicum poposcisset, non esset quid sibi reliquisset in concha, sed a primo Solis ardore ros, quem terra biberet, siccaretur, inérsque remaneret campus & concha. Ergo quia non semel, plus petiit; plusque sortitur quoniam qui virtutis in virum initiatur perfectum, semper debet exquirere, queis abundet.

Filiorum Zebedæi mater ad Dominum precatura se confert Matth.20. vers.20. *Adorans & petens aliquid ab eo Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.* O qualis ambitus ambitiosæ matri pro filiis! quòd latera sedentis in throno ambiat soboles vtraque petit, & tamen quasi minùs deposceret, *aliquid* solùm se petituram esse præmittit. Expende illud *aliquid*: nec minus erat, quàm quod quilibet filius assisteret secundus à Rege, & ne vnus eorum tertius diceretur in throno, ad vtramque manum collocari vtrumque deposcit. Sed verè aliquid solùm petiit, quæ licèt totum vtrique, non cuilibet efflagitat totum. Enitere, ò mulier, quòd quilibet filius vtramque sortiatur Domini manú: modica est sors appetenti Deum, non Deum integrum sibi ambire. Nondum officiosa genitrix integrum virtutis stadium cucurrerat, quæ sic beneficium precibus amputauit, vt ad læuam remitteret vnum filium, ad dexteram alium, neminem ad geminam manó. Ambidexter quidem est Deus, non sinistram habet nisi ad supplicium. Si mulier vt beneficum cogitaret, vtrumque vni filio vtrumque & alteri latus flagitare debebat: parum enim est Deus, quem angustæ mentis homo solùm contendit habere diuisum: nisi singulis fuerit totus, singulis nullus est. Inde Dominus Ioan. 16. vers.24. *Vsque modo inquit, non petistis quidquam in nomine meo: Petite & accipietis; vt gaudium vestrum sit plenum,* Ioannes est, qui refert, & Ioannes in matre petierat, quæ sodalitium regni filiis poposcit. Cur ergo beneficus Dominus, oris in discipulis silentium castigat, quòd quidquam non petierint, cùm iam anteà aliquid postulauerint? Sed ô bene! non quidquam petiit, qui à Deo solum aliquid petiit: quidquam est totum, aliquid verò pars. Ideò subdit: *Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.* Ergo ad vota plenitudinis suos erudit, quos non vult partibus esse contentos. Cui non Dei vtraque contigit manus, non vtique Deum totum contingit; meritò reprehenditur, qui non totum comprehendere, sed ex parte solùm prendere tentat.

62. Matth.20. 20.

Ioan.16.24.

Scis illud Apostoli 1. Corinth.9. vers.24. *Sic currite, vt comprehendatis.* Cur cælestium Doctor sic admones? incomprehensibilis est Deus; non sustinet fundum natura Deitatis; quò magis se immittit in pelagus claritatis beatus, magis inuenit, quod supersit. Ita est; verùm ideò semper superest, quod inquirat, vt inquirat semper, quod superest. Habes in Apostolo exemplum, qui habuisti doctrinam. Ad Philippenses 3. vers.12. *Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse.* Quem comprehendere nequis, cur studiosè sequeris, vt comprehendas? Imò ideò incomprehensibilem comprehendere sequitur, vt nunquam sibi satisfaciat in cursu, sed post emensam viam suppetat iugiter, quam metiatur. Ne sequi cesset, sequitur

63. 1. Cor.9.24.

Phil.3.12.

ſequitur comprehendere incomprehenſibilem, ne nunquam ſatis dicat, cum numquam eum poſſit prendere ſatis. Egregium eſt illud: *Si quomodo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum à Chriſto Ieſu.* Impoſſibile eſt comprehendere eum, qui te comprehendit medullitus; quippe comprehendere eſt, ſubtus manum totum, quod prenditur, continere, vt lateat ſub articulis, nihilque ſui vltra clauſulam digitorum redundet. Si à Chriſto comprehenditur Paulus, totus ſub Chriſti continetur amplexu: non poterit vtique alterutra ſorte continentem ſe continere. Sic eſt. Ideò Apoſtolus à ſequendi ſtudio non ceſſat, ſi quomodo ſe continentem comprehendat, vt cùm impoſſibile ſit, nunquam poſſit ab argumentoſa inquiſitione ceſſare.

Qui ſe in publica commoda totum erogat, Filius vniuerſitatis ſit & Mancipium.

SECTIO II.

64. VNIVERSITATI natum ſe probat, qui viuit in publicum, cùm de proprio laborat; qui angi ſuſtinet, conteri, & premi, vt vindemiæ more contuſæ prælo, non ſuis, ſed bibentium vſibus exprimatur. Ideò vitis vitæ omen accepit, quæ de proprio vulnere in vitam negotiatur communem, ſuóque ſanguine quos calore liquido rigat, dum inuitat bibere, facit viuere. Nulla, quàm fiſci, commodior pecunia eſt, quæ pertulit ſignacula & ignem, vt tamquam ſeruus publicus, quem herile iuſſit ſtigma, vniuerſitati conſulat erogata. Magiſtratus meritò nuncupatur *miniſter*, cui ſeu purpura ſeu prætexta, non tam ad honorem inſidet, quam, vt ab omnibus, quorum quomodo obſequitur, cognoſcatur. Vnus ſuæ patriæ, compendium eſt, qui totus impenditur patriæ, quaſi totam geſtet in humeris, quos, vt illa quieſcat, inquietos patitur & laſſatos. Cur ſymbolum terræ bos eſt? An quia terram vertit aratro, pedemque tardè figit in gleba, vt erudiat ad fructum? Imò quoniam qui terræ frumentarios curat prouentus, terram in ſe baiulat, quam ſuſtentat. Mel apis argumentoſa non guſtat, dum cellaria publica imbuit nectare, quod condiuit. Ideò eius ſtimulum flores admittunt, nec inflictam plagam recuſant, quia non ſuo fœnori liberalis apecula vulnerat virentia virgulta, ſed campum edocet omnibus inſeruire, ſiquidem ea pro omnibus ſine pretio laborat. Quidquid natura eſt, publicum eſt; fœtere incipit, & humore ſtagnante corrumpi, niſi in totius generis bonum effluxerit. Exemplum eſt reſidis, & paluſtris vndæ auaritia, quæ ægrotat illicò, cùm non labitur.

65. Orat Iuditha verſ. 7. *Confirma me Domine Deus Iſraël, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, vt ſicut promiſiſti, Ieruſalem ciuitatem tuam erigas.* Conſidera ſeriem verborum propria manuum opera dixit, ſed fortunam communem; vt quod vna manus effecerit, vniuerſitatis ſit ſors. Brachij impetu demoliri geſtit Tyrannum, vt integra ciuitatis moles aſſurgat. O fœmina, tuis olim vſibus laborabas, quæ choro comitata puellarum, ſeu ſtamina voluebas in fuſo, ſeu aurum intexebas in ſerico, ſeu conſilio manuum tuarum acu pungebas ſubtegmen byſſinum ad decorem. Quid eſt quòd nunc, quam à calathis Mineruæ manum amouiſti ingenioſam, ad officium Palladis ſic conuertis, vt pugnet pro patria, commodóque inuigilet ciuitatis? Noluit iam eſſe ſui, quæ ſe voluit eſſe communem. Recluſorium reliquerat, non laribus anguſtis contenta, vt libertatis publicæ ſe miniſtram ederet & ancillam. Perge fœmina, vinces: totam incipis eſſe patriam, quæ pars eras, dum tibi ſoli inſeruire manibus procurabas.

Quis proprior filius Superi Genitoris, quàm qui propriè naſcitur Filius? Ne à proprietate generis nomen diſtaret, de Filij vocabulo noſcebatur. Sed Deus communis eſt, Filij vox ſingularitatis indicium. Ergo vocetur ſeruus, ne ex priuati nominis ſuſpicione, Deitatis veritas ſubeat opinionis diſpendium. Iſaiæ 49. verſ. 5. *Et nunc dicit Dominus formans me ex vtero ſeruum ſibi, vt reducam Iacob ad eum.* Pondera illud: *Et nunc dicit Dominus.* Dei dicere gignere eſt, vtetus eſt lingua, Filius verbum, quod eructat Pater, dum dicit. Ideò adiecit: *Formans me ex vtero ſeruum ſibi.* Quòd ſi filius, & hæres per Deum, non vtique ſeruus, ſed Dominus. Mirè copulauit vtrumque, quòd & gigneret, & quòd ſeruum. Cur ſi putas? Ne Filij ſingularitas à communi commodo diſſideret, noluit diſtare nomen generis ab officio. Ipſa generatio quaſi pro ſtigmate eſt. Illud, erga Patrem; hoc, erga vniuerſitatis publicum miniſterium. Non ſibi celat genitum Pater, ſed velut ſeruituris publicæ punctis ſic cælat, vt idem ſit ei eſſe genitum & communitatis Dominum pariter, & miniſtrum. Sed nequit ſeruire Parenti, qui eiuſdem poteſtatis cum ipſo eſt. O egregiè! Vt Deitatem Pater oſtenderet, Filium ex vtero gignit & ſeruum, Filium ſibi, ſed ſeruum orbi, ne ſi ſeruum ſibi produceret, ex proprij commodi coniectura, officioſæ Deitatis periclitaretur opinio. 66. Iſai. 49. 5. Pſ. 44. 2. Ad Gal. 4. 7.

Diſces ex his, cur ſecunda Trinitatis perſona ſeruilibus deuouetur inſtitutis, ad negotiúmque mittitur Redemptionis. Cur non Pater, cui omnipotentia conſtructióque hominis adrogatur? Cur non Spiritus ſanctus, cuius origo in amoris eſt flamma, & quod proprium habet, Genitoris & Geniti amor eſt. Nihil eſt homini magis proprium, quàm vterus, in quo ſibi ſoli ſobolem ſerit, nec patitur eſſe communem, ne de ſpuria nota infametur. Ergo Dei Filius in hominis ſeruitium decernitur, vt qui proprius ſit Patris vt Filius, omnium diceretur vt ſeruus. Ideò principatum creaturarum promeruit, cui aures perforatæ in vtero matris. Pſalmo 39. v. 7. *Aures autem perfeciſti mihi Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi: Ecce venio.* Scis quòd alia littera legit: *Aures autem perforaſti mihi*, quod ſeruorum ſymbolum eſt, cui auris perfoditur, vt obediat, iuſſiſque herilibus auditionis organum pateat. Qua cauſa vnigenito foditur auris, cùm vnigenitus verbum ſit? Ne diſtaret verbum ab aure, ſed dicente Patre, illicò quod dicitur, reſponderet, hominúmque officiis incumberet, pro quibus fodi venerat in patibulo. Sed & ne Filius diſſideret à ſeruo, ipſe qui quà verbum eſt, Filius, vt mancipium perforatur in aure, vt generoſitas fœcundæ dictionis cum obedientia auriculæ necteretur, eſſétque 77. Pſ. 39. 7.

quę totus omnium per aurem, qui erat Patris vnicus per intentionem. Sed parum est auris iuxta frontem perforata. Qui vnius solum seruus est, solùm perforatum in aure. Qui manus & pedes nonnisi in vsus communitatis exercet, habeat & in manibus & in pedibus, quibus fungitur ad vniuersitatis seruitium. Ita fuit. Ps.21.v.17. *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.* Cur fodiuntur manus & pedes? Vt vestigia & opera perforentur, nec vllum sit mancipij publici membrum impune, sed & manu auscultet & pede, nec opus habeat recurrere ad caput, vt audiat, cui pro auriculis membra sunt.

Ps.21.17.

68. Ad Galatas 6.vers.17. *De caetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Seruus in fronte Dominico vocabulo inuritur, herúmque stigmate refert, vt cuius sit, doceat scriptura Lectorem. Vt nihil sui esse, quod est, statim manifestet in vultu, puncta fronte loquitur esse alterius. Nonne sat tibi, ô Paule, super cilia stigma portare; cur sic toto corpore inureris, vibicibúsque pro signo protuberas, vt nulla sit portio ab indicio seruitutis immunis? Non solùm frontem voluit esse seruilem, sed & manus, latera, & pedes, in quibus vires, & opera, & vestigia signantur, & quibus vniuersa constant officia, ne quod natura proprium hominis fecerat, esset Apostoli singulare, sed vel verso poplite, vel inuerso, sedens & stans, & ad vigorem vocis latera mouens, seu ad soporis quietem deflectens, publicis manciparetur officiis, operáque vt seruus deberet orbi, cui erat dedititius in vsum. Sed non stigmata vniuersitatis portabat, qui solum Domini Iesu insignibus protulit se cælatum. Verùm in eo ingenium est. Quicumque seruus, sui Domini portat stigma, non quo Dominus eius inuritur; quippe seruus non est; sed qua ipse, vt Dominum monstret, cicatrice notatur. At Paulus bis Domini stigmata gerit, nempe & quæ priùs corpus Domini cruento vulnere conscripserunt, & quæ, vt suum Dominum sic referret, ab eius corpore transcripsit in suum. Ergo Apostolus seruus est serui, stigmaticique mancipium. O nouitas! nemo nisi liberi seruus est: sed vt magis Paulus vniuersitatis appareret mancipium, eius qui vniuersitati per stigmata clauis infixa vsque ad mortis patibulum inseruiuit, eisdem notis se perhibet esse mancipium. Quid subtilius pro totius mundi potuit cogitari ministro.

Galat.6.17.

69. Cur cùm manu capitur, seruilique compede premitur, vt in Gentium pararetur obsequium, lucis tempestate perfunditur, fulminéque tangitur de cælestibus. Actor.9.vers.3. *Et subito circumfulsit eum lux de cælo. Et cadens in terram audiuit vocem.* Cui ille illicò obsequutus respondet: *Domine quid me vis facere?* cum tamen anteà sciscitaretur vers.5. *Quis es Domine?* Cur à luce gignitur nouus homo? Vt exemplo lucis in orbis ederetur mancipium. Lux non sibi, sed omnibus lucet: per inane dispergitur, momento se dat, nec partem sibi in latibulo tenebrarum recondit. Obit Sol luminis magistratum, sempérque irrequietus se rotat, & ab ortu in occasum gyrat officiosum seruitium; cùm tamen vt præesset diei, purpurâ splendoris Regali fuerit, simul conditus & vestitus. Hoc est præsidere, seruire: sub hoc consule non vnus, sed omnis

Act.9.3.

vertitur annus, cùm ipse vertitur ad obsequia. Nec in libertatis indicium, vt moris erat seruis, quos Domini liberalitas eximebat, circumducitur & rotatur; imò libertatis notam per volubilem gyrum in officium seruitutis traduxit. Ergo Paulus, qui in orbis gignebatur ministrum, ab vtero lucis educitur, suscipitúrque in cunabulis iubaris, ne ex contractu aut victoria, sed ex propriæ generationis natura vt seruus gentibus traderetur. Inde luce circumfusus interrogat: *Quis es Domine?* Si ignorat quem, qua causa Dominum appellauit? Vix lucem sensit, cùm se seruum esse cognouit. Inde *Quid me vis facere?* ait: ne iam frueretur arbitrio, quod in Dominum transtulisset vt seruus. En cur Domini stigmata ferat, quæ cælestis ignis incussit. Nec prætereas, quod nouiter à Domino nominatur vers.15. *Quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & Regibus, & filiis Israel.* Vas stylo Pauli, corpus significat. 1. Thessalon.4.vers.4. *Sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere* 2. Corinth 4.v.7. *Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus.* Testaceum vas fecit è limo opifex ab exordio, cùm illud spiraculi flamma decoxit, Ergo si in gentium vsum vas est Apostolus, meritò cælaturas Domini fert, stigmatúmque characteres, ne vlla pars corporis publicum ministerium excuset, sed quæ dolorem cælaturæ sustinuit vt proprium, non sibi, sed Gentibus vt publicum propinet liquorem.

1.Thess.4.4.

2.Cor.4.7.

Ioseph venundari sustinet in mancipium, postquam nudus à cisternæ cauitate resurgit; eunucho inseruit, Ægyptiæ patitur contumeliam, in lacum detruditur cum prædonibus, & quem non vicerat adulatio libidinis, patitur vinciri compedibus. Vt quid hæc calamitatum illuuies: Vt orbis magistratum teneret. Nulla fuit seruitutis nota, nulláque mancipij calumnia, quam Ioseph non incurreret ante solium. Libertatem exuit in polymita veste, in venditione seruitutem incurrit, mercatorum nundinas, quasi sub præcone & hasta subiuit, ad inustam familiam sub Putipharis iugo adlegatur, in foueam mancipiorum eiicitur; & ne aliqua seruitus defuisset, satagebat Ægyptia, vt & lasciuio secum inseruiret amori, ideò manu cepit vestimenti lascinia, vt sub manu Dominæ adhuc ad thalamum inciperet esse mancipium. Cur his disciplinis eruditur ad regnum? Vt intelligeret idem esse præesse, & prodesse, imperare, & seruire, nec in mundi Saluatorem, nisi cæremoniis seruilibus præeuntibus, initiari potuisse. Audiamus ab eo, quid sui venditoribus fratribus dixerit Genes.45.vers.5. *Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur, quòd vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.* Imò paueant, qui fraternum sanguinem vendiderunt, quem ab vno genitore ebiberat naturæ germanitas. Cedat saltem pauor in locum supplicij, &, quamuis tuti sint ex veniæ fauore, scelus, quod non latet, metu venditores compungat. Coarguit illos conscientia delicti: quod proprium est nocentium, ad minus sufferant trepidare. Sed pauere vetat frater misericors & benignus, quasi quòd ipse venditus fuisset, non tam contrahentium flagitio, quàm indoli supremi Magistratus futuri, irrogari debuisset, qui, quà initiandus in vniuersitatis ministrum, illicò vendibilis fuit, ne aliquid ei de serui conditione deficeret. Expende

70.

Gen.37.23.28.

Gen.39.12.20.

Gen.45.5.

pende rationem: *Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.* Ergóne communis salus propriæ est calamitas libertatis: nec potuit sanitas contingere fratribus, nisi in medici venditione insanirent? Non equidem Ioseph Saluatoris mundi sortiretur elogium, nisi à seruitutis patientia, quæ adeò recto imperio proxima est, vt, quia per venditionem Ioseph fuit euectus in supremum fastigium, impunitas fuerit fraterni delicti seruum efficere, quem publicum mundi auspicabatur prouidentia ministrum. Imperium ei seruitus peperit, ne spurium crederetur & nothum, quod non ab hoc vtero manauisset. Audi quid post seruiles compedes ab ore
Gen 41.44. Regis Ioseph audiuit Genesis 41. vers. 44. *Ego sum Pharao: absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi.* Qualis est ista connexio: *Ego sum Pharao*, id est, Ægypti Rex: *absque tuo imperio non mouebit quisquam*, &c. Vnū aut alterum videbatur dicendum, siue *ego sum Pharao: absque meo imperio*, &c. siue *Tu es Pharao: absque tuo imperio*, &c. At si Rex est, qui remunerat sic Iosephum, cur in famulum transfundit imperium? Quoniam ab omnigena seruitute inauguratus erat in mundi publicum Saluatorem, Rex non dicitur, sed Regis minister; & tamen etiam in Regem sortitur imperium, vt adhuc imperans se meminerit fuisse mancipium. Publicè interest, vt capite minutum se gereret, cuius caput Regij diadematis incrementum accepit, vt seruorum opera præstet, cùm imperat, & officiorum impensis se in communis salutis sortem dispendat.

71. Vidisti figuram, & typum; iam verum mundi Saluatorem considera. Nonnisi à seruili vul-
Luc. 2. 21. nere nomen accepit. Lucæ 2. vers. 21. *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in vtero conciperetur.* Statim difficultas se dat; cur circumcisionis vulnus Lucas subticuit, sed solum aduenisse horam sanguinis memorauit: non enim adiecit: *Et circumcisus est puer*, sed illicò subtexuit vocabuli impositionem, quasi auertens oculos à cruore puelli. Ne otiaretur calamus, si litteras in dolore erogaret, præproperè nomen Saluatoris adiecit: quasi non nisi à serui stigmate, proprijque calamitate doloris venire posset vniuersæ ministerium salutis. Meliùs explicuit notam vulneris in vocabulo, ne quasi antecedens, videretur, iam prætериisse symbolum seruitutis; sed adhuc ipsis nominis syllabis inhærere. Cur Angelus indidit nomen, antequam conciperetur in vtero? Ne priùs ei accideret seruilis conditionis natura, quàm publici ministri vocabulum.

72. Sanè Apostolus, ne humanitas à seruitute distaret, naturam hominis, quàm Patris vnigeni-
Ad Phil. 2. 7. tus sumpsit, formam serui appellare non renuit, ad Philipp. 2. vers. 7. *Sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Quam ob caussam Apostolus formam hominis sic infamat, vt ei imprimat mancipij figuram, vbi cibúsque seruilibus notet? Imò homo ab exordio fuit in vniuersitatis præsidem detornatus, & in ipsa conditione naturæ Regiæ libertatis conditionem
Gen. 1. 26. assumpsit, Genes. 1. vers. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli & terræ.* Sed qui luit è malo subripere pomum, vt in dispendium generis inseruiret illecebræ, noluítque per obedientiæ fructum prodesse futuris, perdidit & præesse; saluam sobolem reddidisset, si se Domini pateretur esse mancipium. Ergo seruituti mancipauit naturam, dum voluit se esse præsidem, sed non seruum. Vnde qui, vt saluationi præesset, aduenit, adeò se concupiuit seruilem, vt naturam antequam eam acciperet, vocabulo seruitutis notaret, & statim ac accepit, stigmate. Quasi fructu? Explicuit Apostolus, qui, postquam dixerat: *Formam serui accipiens*, continuò adiecit vers. 9. *Propter quod & Deus exaltauit* Ad Phil. 2. 9.
illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Vide Paule: seruus est, qui ad heriba docilis iussa, reuerentiæ promptitudine genu flectit nec patitur poplitem sine vertebris solidare; sed quot gressus mouet, in tot se humilis curuat obsequia. Si serui formam acceperat Vnigenitus Patris, cur ad formam pro merito successit vocabulum, quod audientium genua deflectat? Sed ô optimè! Si Saluator mundi nomen est, bene seruili formæ debetur: ne procul absit esse hominum per naturæ formam mancipium, esséque præsidem per vocabulum. Vt vtrumque subeat qui præest, omnibus inseruire quà seruus, ab omnibus adorari quà præses.

Vers. 8. Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit.

Gladius peccatum est; carnifex pariter & Iudex conscientia; Tribunal & patibulum Mens Peccatoris.

SECTIO XII.

AMORVM Philosopho exordij vestibu- 73.
lum honoremus: Prima & maxima pec- Senec. epist.
cantium est pœna, peccasse. Nec vllum scelus, li- 97.
cèt illud fortuna exornet muneribus suis, licèt tueatur, ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris, in scelere supplicium est. Sic est. Et nos: Habet conscientia stimulum suum, quo postquā voluptatum pupugit flores ad furtiua mella vitiorum, se transfigat ad fella supplicij. Apis quidem impune per vireta grassatur: quoniam licet stimulo fodiat virgulta, furtum in nectare studiosa restituit, expiátque culpam prædæ largitatis officiosæ innocentiā. Peccator, qui sibi nocet, nemini prodest; meritò stimulatur in viscere, sibique generat carnificem, qui castiget. Ne aliquod crimen impunitum abiret, quod vel texit vmbra, vel patronus elusit, vel iudex subornatus absoluit; in tribunali pectoris lictor residet, qui ferente peccatore sententiam, non vno ictu, sed continuo verbere puniat. Secum portat instrumenta supplicij, integrique iudicij strepitum, apparitorem, suggestum, & gladium, qui peccat. Compendium pœnæ peccatum est.

Cur Heroina ſacra ad militiam venit inermis, & iugulatura Tyrannum, non machæra accingitur, vt abſcindat? Ne ad armarium criminis veniſſet armata, inaniterque onuſta inſtrumento cædendi, vbi gladius pro culpa ſuppetebat in reo. Verſ 8. *Et cùm hæc dixiſſet, acceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat, exoluit.* Cur ſic fœmina imparata receſſiſti à Bethulia? Quid ſi pugio defuiſſet ad cædem, & quæ imbellis adueneras, incruenta redires? Sed quæ ad innocentem plectere non perrexerat, agnouit, gladium ſibi oblaturum nocentem, qui in eum etiam minaretur ſopitum, niſi, quòd dum dormit peccator, in vagina eſt, cùm expergeſit, ſtringitur, nec deſiſtit à vulnere, quando ſentit. Qua cauſa è columna thalami pendet rhomphæa, & impurum Veneris campum ſic obarmat ferro pendente, cui cubiculi angulus, vel vncus in pariete defixus, potuit ad cuſtodiam ſufficere? Ne diſtaret libidinis lectus à gladio, nec niſi in cuſpide, quæ puniret, thalami, qui peccaret, fundaretur columna. Conſcientia Veneræ Tyranni erat in lecto, cui ad impuram illecebram corpus & animum iugiter immergebat. Ergo, eius qui, qua carens ſenſu virtutis, in ſe ſtimulo conſcientiæ carebat, quam in voluptatis toro poſuerat, pependit meritò gladius ab ſpondæ columna, vt inſomnis fœminæ virtus illum ſtringeret ad ſupplicium ſopiti. Nemo eſt tam abſque conſcientia peccator, qui in libidine, qua illinitur, non ad cædem ſui, gladium punitionis ſuſpendat.

74. Dormiebat in tentorio Saül, quem inuidia Dauidis à domus Regiæ laquearibus deportauerat, vt papilionum in campo fieret inquilinus. Aduertit Dauid ſcelerati Regis incuriam, & ſubdole ingreditur tabernaculum 1. Reg. 26.
1.Reg.26.7. verſ. 7. *Venerunt ergo Dauid & Abiſaï ad populum nocte, & inuenerunt Saül iacentem, & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius.* Si peccator dormit, haſta non dormit accumbebat ille, ſed lancea ſtabat, niſi quod cuſpidem figebat in terra, vt propinquius caput occidendi, qui iacebat, notaret. Meditare lanceæ figuram: *Et haſtam fixam in terra ad caput eius.* Mucro eminet in faſtigio non in extremo conti defigitur, vt iaculantis manum defigat. Sed priùs ab acumine propriæ lanceæ feritur, qui eam nequiter vibrat, vt innocentem ſine lege perfodiat. Caput dormientis quærebat acies, ne & ſomnus liberaret à pœna, quem vigilantis culpa damnauit. Sed in terra figitur lancea, & tamen ſopiti capiti fit propinqua, cùm tamen lectus Regis à pauimento ſurgeret gradibus, ne in ſtragulis ſuper terram dormiret, qui cùm vigilabat, ſuper ſuperbiæ ſydera gradiebatur. Id appoſitè. Nam pœna fuit dormientis ſitus defuncti, nec procul erat iam à cadauere, cui in terra lancea iuxta defixa pœnam meritam minabatur. Cuius peccatum erat ferocitas & inuidia: quidni ad caput mucro ſubſiſteret? inuidus enim ſibi carnifex eſt, & de aliena fortuna ſe intrinſecus per liuoris pœnam dilaniat.

75. Tunc Dauid à commilitone admonetur, di-
1.Reg.26.8. citque ad illum Abiſaï verſ. 8. *Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra, ſemel & ſecundo opus non erit.* Intelligis ſtylum? *Semel & ſecundo opus non erit.* An ſenſus eſt, quòd ſi ſemel perfoderit, non opus erit ſecundus impetus, vt intereat? ſeu ò nec opus erit ſemel transfixiſſe iacentem, quem iam ipſa lancea inuerſo mucrone defigit: nec manus indiget impellentis, quæ cùm inſtrumentum ſit proprij ſceleris ad perniciem, ſine aliena manu vibratur, ceruicéſque perforat peccatoris. Tunc Dauid noluit haſtam ad cædem Principis admouere, ne extraneo brachio clades imputaretur Saulis, quam ipſamet proprij criminis haſta parabat. Ergo ait ad comitem v. 10. 1.Reg.26.10.
Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut in prælium deſcendens perierit: propitius ſit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Chriſtum Domini, nunc igitur tolle haſtam, quæ eſt ad caput eius, & ſcyphum aquæ, & abeamus. Si ad prælium ſeruas inimici vindictam, cur relinquis inermem, & abſque lanceæ fauore diſcinctum? ò Dauidis pietas! Puero cultellum pater adimit, ne feriatur, dúmque cum acie ludit, manum nugatoriam cruentet. Sciebat quòd *paruulum occidit inuidia.* Iob. 5. verſ. 2. quo mucrone occidit: inuidiæ. Habet ſuam cuſpidem in extremitate peccatum, Iob. 5. 2.
quam mittat in præcordia peccantis. Ergo tanquam à paruulo lanceam dimouit, ſed non potuit ſtimulum criminis abſtuliſſe, ne intra ſecreti partes partem viſcerum auulſiſſet. Reliquit ei intra ſinum pectoris haſtam ſceleris, etiam dum propinquam capiti abſtulerat.

76. Imò & hæc haſta, quia criminis erat, rediit ad ſuum Dominum, vt transfigeret. Vides? In montibus Gelboë triumphant Philiſthiim in Saulem, nec vitam eius extraneæ potuerunt euocare ſagittæ, donec proprium gladium ab armigero petit, vt impeteret in præcordia, 1.
Reg. 31. verſ. 3. *Totúmque prælij pondus verſum eſt in Saul, & conſequuti ſunt eum viri ſagittarij, & vulneratus eſt vehementer à ſagittariis. Dixítque Saul ad armigerum ſuum: Euagina gladium tuum, & percute me.* Timet ille ſui Domini forte lictorem, aciem continet in vagina, ne à propriæ ſupellectilis, quæ aduerſus inimicos erat, Dux acumine periſſet. Ne paueas armiger, etiam iniuſſus gladius pectus ſui Domini perforabit, vbi mansus eſt criminis, quæ eum ſtringat. Da Domino, quod eſt ſuum, ne nouum & mirabile ſit, inermem eſſe ſine gladio, peccantem. Sic accidit verſ. 4. *Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus: arripuit itaque Saul gladium, & irruit ſuper eum.* Non furatus eſt, ſed arripuit; quippe cui proprius erat; gladiúſque ſe geſſiſſet impropriè, niſi ſi proprij Domini crimen plecteret occiſione. Notam illationis expende: *arripuit itaque*: procliuis conſequentia eſt, à ſuo gladio ſceleratum interfici: Scis illud Dominicum Matth. 26. verſ. 52. *Conuerte gladium* Matth. 26.
tuum in locum ſuum: omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt. Quo? Quem acceperint. Ne diſtet pœna, gladius non diſtat, vt ſine accuſatore pectus caſtiget, in quo venam criminis nouit.

77. Sed Amalecites, qui nuntiauit Dauidi interitum funeſtum Saulis, non ſiue prouidentia retulit aliter, 2. Reg. 1. verſ. 6 *Caſu veni in montem* 2.Reg.1.6.
Gelboë, & Saül incumbebat ſuper haſtam ſuam. Et ſtatim: *Stánſque ſuper eum, occidi illum.* Cur cædis mutauit ſtylum? Vt credibiliorem cædem nuntiaret, quæ non tam à gladio, quem armiger in vagina ferebat, quàm ab haſta, cui proximus

mus per manum erat peccator, sibi magis inimico, quàm hostibus contigisset Sauli Non passus fui distitisse mucronem, etiamsi propinquus armiger portauisset: proximiori instrumento occisionem attribuit, vtpotè quem in manibus ipse tulisset, & in vicinum latus immitteret Sed nonne hæc hasta est, quàm à dormientis capite Dauid dimouerat, iuxta quam accumbebat in tentorio sopitus? cur iam ad occubitum rediit lancea, vt non concumberet cum Saule; sed vt eam medullitus insinuaret in viscera, incumberet Saul super illam: *Et Saul incumbebat super hastam suam.* O! non profuit diligentia Dauidis. Quantumuis officiosa pietas gladium à peccatore diuertat, si peccatum non auferat, redit gladius, qui cùm in peccato dormienti proximus ad caput cædem minetur, vigilem ad soporem mortis reducit.

78. Gigas ille, qui exprobrabat agminibus Israëlis, nec proceritate corporis fisus, nec in ossium robore fretus arma, quæ natura dederat, asperabat squamatâ loricâ, æreáque casside super caput, ocreisque æreis crurum solidabat columnas, latósque humeros clypeo latiori tegebat: cùm prodiisset in certamen pastoris, viso
1.Reg.17. 43. adolescente sic dixit 1. Reg. 17. vers. 43. *Nunquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cum baculo?* Scipionem pastoritium contempsit; qui non iuuenem rufum & pulchrum, sed toruos, & de villis fortitudinis feros secum voluisset pugnare Scipiones: *Tu venis ad me cum baculo*, id est, vbi gladius, vbi machæra, delicate miles vbi qui in viscera mucro descendat? Baculus iste festuca est, quam nisi in oculos gigantis immittas, non poteris, solo visu iam partam, obcæcare victoriam. Falleris, Goliath, falleris: non deest gladius iuueni, quo amputeris; suppetit tua vagina pro integro Dauidis armario: te accinctus iuuenis procedit ad duellum: culpâ tuâ cades, qui baiulas in culpa machæram. Stolidè cogitauit sine gladio pastorem, quem ipse obtulit in congressu. Sic acci-
1.Reg.17. 50. dit vers. 50. *Cúmque gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & duxit eum de vagina sua: & interficit eum, præciditque caput eius:* Obserua illud: *Cúmque gladium non haberet in manu Dauid*; quasi gladium haberet, sed non in manu, gladius siquidem Goliath, Dauidis erat, etiam dum ex gigantis baltheo pendebat; vsus est vt proprio, vt alienum Dominum iugularet. Culpa dat virtuti gladium, quo feriat, quem gestat sibi scelerator ad necem. Stultè conuitiatus es iuueni, quasi inermi, qui in peccatorem vsurus erat armis peccati.

79. Sed considera, quòd cùm describitur armatura gigantis, vagina subticetur & gladius. Recole & figuram eius & præliandi instrumenta
1.Reg.17.4. suprà vers. 4. *Et egressus est vir spurius de castris Philistinorum nomine Goliath de Geth, altitudinis sex cubitorum & palmi: & cassis area super caput eius, & loricâ squamatâ induebatur. Porro pondus loricæ eius quinque millia Siclorum æris erat: & ocreas æreas habebat in cruribus, & clypeus æreus tegebat humeros eius. Hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorium texentium; ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos Siclos habebat ferri.* Cur silentium gladius subiuit, & inter apparatum armorum, etiam in Scriptoris litteris latuit ensis? Opportunè. Non erat vna gladij vagina, cui superbia, quæ latebat in pectore, pro vagina vaginæ fuit; vt intimior fuisset rhomphæa, in corde medullitus delitebat. Soli potuit Dauidi locus, vt ex præcordiarum conscientia gladium eximeret, quo interimeret peccatorem.

Sed ne prætereas lapidem, quo è funda pa- 80.
storali soluto procerum gigantem deiecit. O iactus fœlix, qui in superbiæ collineauit scopum
v. 49. *Et misit manum suam in peram, tulitque* 1.Reg.17. 49.
vnum lapidem & funda iecit, & circumducens percussit Philisthæum in fronte; & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. Cur ingeniosus lapis recto tramite tetendit in frontem? Vt in situ figeretur superbiæ, & qui à proprio gladio erat cædendus, priùs in situ criminis cæderetur. Verùm si scopulum impetu directus lapis tetigerit, resilit, non infigitur, & quò duriùs percussit, citiùs resultat. Scopulus erat vertex gigantis: cur sic admisit lapidem inter ossa? Meritò superbia semitam aperuit ruinæ, vt & scelus cladi profuisset, nec in capite culpa otiaretur, quæ non casui panderet callem.

Alium iam memineris lapidem, non qui ad 81.
caput, sed qui ad pedes se dedit, Danielis 2. v. 34. Dan. 2. 34.
Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus; & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento. Si lapis libitò de fastigio rotatur, cur vestigia fictilia tangit, nec percutit capitis aurum, vbi diuitiarum gloria splendebat? Sed qui sine manibus lapis ibat, noluit ad diuitias appellere, vbi statuæ superbia regnabat; noluit pectus attingere & brachia, vbi per argentum auaritia insidebat; noluit ventrem percutere & femora, vbi libido tondebatur in ære, ne si aliquam superiorem partem percelleret, à vitij inferioris iniuria statua permaneret impunis; sed extremitatem pedum, quæ decidua & fictili materia constabat, studiosa prouidentia percussit, vt omnium vitiorum extremitas esset in statuæ ruinam. In suomet casu simulacrum stabat, quod varia criminum symbola compingebant; quid quòd pedes fictiles essent, siquidem ipsorum fundamenta vitiorum peccatori sunt pro ruina. Vnde adnotatur egregiè: *Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum:* pariter dicitur fuisse contrita, ne aliquod vitium ad statuæ casum tardaret, sed simul cuncta, quæ in ænigmate mortis, nempe in fictili terra ad augurium funeris subsistebant, vno impetu simulacrum in inane proijcerent. Ideò sine manibus lapis fuit euolutus à monte. Quippe vt cadat peccatoris integra moles, de criminibus compacta diuersis, non opus est extraneus impulsus, non manus aliena: sufficit lapideus scrupulus, adhuc sub vestigio pedis calcatus, vt tamquam conscientiæ stimulus, qui ab insensato pectore, ad plantas cecidit in contemptum, gressum percutiat, & totius figura peccati suorum metallorum pondere [illegible].

Fortissimus ille Samson qua parte vulneratur 82.
in cladem? Sanè in oculis, Iudic. 16. v. 21. *Quem* Iudic. 16. 21.
cùm apprehendissent Philisthym, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt in Gazam, vinctum

catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. Cur
corui isti sic inhumanis rostris pungunt oculos
fortissimi viri? Imò coruus voluptas fuit, quæ
adhuc sub palbebris delitebat, cadauérque quæ-
rebat in viuo. Si peccati pœna peccatum est;
quidni voluptatis pœna voluptas? Sanè hac
portione Sanson cupierat. Ibi periclitatus est,
Iud. 16. 1. vbi illecebrâ delinitus, cap. 16. v. 1. *Abyt quoque
in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, in-
gressúsque est ad eam.* Nec destiterunt oculi, etsi
formæ lenocinio variato; nam posteà subditur
Ibid. 4. vers. 4. *Post hac amauit mulierem, quæ habitabat
in valle Sorec, & vocabatur Dalila.* Nonnisi per
oculos influit amor. Priùs fuit captus oculis,
quàm amaliæ funibus ad perniciem. Ergo eruun-
tur oculi, quibus viderat, ne calamitas alio in-
traret, quàm egressus fuerat radius ad captan-
dam illecebram.

83. Volucrum carnibus populus inhiabat: arri-
sit cupidini cælum, & in coturnicibus se depo-
suit. Altilia vsque ad faciem terræ demisere vo-
latum, quasi reptile fieret auis, ne Israëlita, vt
pennatam carnem occideret, indigeret pila, sed
Num. 11. 31. manu. Numer. 11. vers. 31. *Ventus autem egre-
diens à Domino arreptas trans mare coturnices de-
tulit, & demisit in castra itinere quantum vno
die confici potest, ex omni parte castrorum per
circuitum, volabántque in aëre duobus cubitis
altitudine super terram.* Ergo fames de auibus
saginatur, cælum deuorauit ingluuies. Quid
Ibid. 33. inde? vers. 33. *Adhuc carnes erant in dentibus eo-
rum, nec defecerant huiuscemodi cibi: & ecce fu-
ror Domini concitatus in populum, percussit eum
plaga magna nimis. Vocatúsque est ille locus se-
pulchra concupiscentiæ.* Cur dentium officium
munúsque palati calamitas non expectat, sed
deglutitur cum carnibus gladius? Vt gula car-
nium, carnifex appareret, nec esse sine cuspi-
de aues, quæ conuiuatores suos rostrorum en-
sibus dilaniarent. Afflatur spiritus, cùm deglu-
titur caro, eiusdem alis ad fontes peruolauit sup-
plicium, quibus de cælo aduolauerat cibus. In
esca, quæ vegetat vitam & nutrit, mortem man-
ducarunt adultam. Idem fuit prandere & mori,
ne præcederet ægritudo, quæ ciborum vsum
fastidit.

84. David ingeniosè retulit casum Psalm. 77.
Ps. 77. 30. vers. 30. *Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum:
& ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues
eorum. Eorum & ipsorum* sedulò dixit, ne puta-
res escas extraneas, quas posses de homicidio
accusare. Si mors prandebatur in esca, esca
fuit peccatoris prandentis, qui in organo gustus,
tanquam in vagina gladium abscondit, & in
se stringit, cùm in voluptatis conuiuatur tri-
clinio. Verum quid est: *Et ira Dei ascendit su-
per eos*? Si cum volucribus mors descendit,
cur non & iram dixeris descendisse? Sed ô
aptè! Volucris non erat lethalis: gladius crimi-
nis latebat intra viscera peccatorum, qui ab ira
Dei motus, vt occideret pingues, ascendit. Er-
go quæ descendit auis in penna, ascendit iam
vt gladius ad pœnam; vt idem stomachus diuer-
sis functionibus inseruiret, & vitæ per escam,
Num. 11. 31. & morti per gulæ supplicium. Inde accepit titu-
33. lum locus: *sepulchra concupiscentiæ.* Non concu-
piscentiæ diceres, quæ saltem appetitum imple-
uit, nec carnium libidinem sepeliuit abstinen-
tiæ rigore; sed concupiscentium, vel potiùs eo-
rum, qui iam concupita tenebant. Imò concu-
piscentiæ sepulchrum fuit? ipsa enim voluptas
sepelit, quos illinit blandimentis. Priùs est mori,
deinde exanime sepeliri cadauer. Viuit adhuc,
qui cupit; priùs saltem, quàm sepulcrum
intret, occumbat. Sed ea est sceleris ad mor-
tem velocitas, vt, ne præstolatur occisionis
etiam subitæ moras, iam vt mortuos sepeliat,
quos concupiscentiæ natura viuos vtique sup-
ponebat.

---

*Quidquid gloria mundialis est, pendulum
est. Quâ furtiuum, suspendio damnatur
& furca. Qua aëreum, ab aëre venti-
latur ad casum.*

Sectio. XIII.

Canunt tyrunculi: Omnia sunt homi- 85.
num tenui pendentia filo. Dicunt Veterani
Philosophi: Numquam non credideris fœlicem
quemquam ex fœlicitate suspensum. Quid fœli-
cius arbore pomis onusta? Sed quia pendet fru-
ctus, fœlicitas pendet. Caducæ sunt baccæ, cùm
ad suum peruenerint pondus; etsi manus non le-
gerit, terram subeunt. Quidquid pompæ est,
pendulum est. Omnis gloria plectitur in suspen-
dio, & qua furtiua, damnatur in furcam. Ne mul-
tum fidas condemnabili bono. Non radius pen-
deret à Sole, nisi auspicaretur occasum. Faciamus
vt bona pendeant ex nobis, non nos ex bonis; ne
cùm illa ceciderint, nos cadamus. Time vel à
monte, si exesos scopulos & à diuturnitate de-
fossos suspenderit de fastigio; etsi durus est, sæ-
culis rodentibus ruet. Solent & de montibus
vmbræ cadere, dum vicinior Solis fauor affulget.
Nulla est sine vmbra pendula lux.

Exemplum in Holoferne te pungat, cuius 86.
gloria erat pugio, quo tot sibi subiugauerat re-
gna; & tamen pugio pendebat. Vers. 8. *Et cùm
hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad
caput lectuli eius, & pugionem eius, qui in ea
ligatus pendebat, exoluit.* Cur pendet gla-
dius? Quia in alto. Tenet nos altitudo su-
spensos; sed omnis altitudo in suspenso est.
Quantumuis eam mordicus alligauerat Holo-
fernes, & de latere, vbi machæræ locus est, ad
alienum capitis situm extulerit, pendebat qui-
dem, ne censeres esse fœlicem, qui è tenui vitta
suspenderat sibi fortunam, vt filo diruto à for-
tunæ pondere, vitam amitteret.

Deuterononmij 28. vers. 66. *Et erit vita tua* 87.
quasi pendens ante te. Timebis nocte, & die, Deut. 28. 66.
*& non credes vitæ tuæ. Mane dices: Quis mihi
det vesperum? Et vespere: Quis mihi det ma-
ne?* Si vita penderet in homine, intelligerem
sententiæ tenorem; quia pendet viuens seu
à vespertino lucis deliquio, seu à crastino
ortu. Cadentis stillicidia vitæ prægustas, ne-
scius, si desistat imber, & gutta cadens gelu
concrescat, & in medio itinere hæreat pen-
dula. Verùm quòd coram viuente vita sua pen-
deat, & ante oculos nutet in aëre, vix ca-
perem, nisi humana fœlicitas me edoceret.
Homines, quibus grauis humor oculorum
incrassauit pupillas, suas formas dicunt re-
spicere sine speculo. Vapor enim æger, quem
cum visus radio oculi mittunt, aërem densat,

resilitque species ad oculos, cernuntque attoniti proprium sine ope crystalli figuram, quæ vt pendens in diaphano se demonstrat. Instruat mores hæc philosophia. Vitam suam videat homo, ab aëre ante oculos eius pendere; nec se solidare satagat in thesauris, ædificia moliri, terram prendere, ne ceciderit. Vana sunt hæc fulcra videnti, vitam sibi apparere fugitiuam in suspenso. Si vita ante se est, quomodo viuit; ergo moritur adhuc viuus, qui distat à vita, quam nutantem intuetur à fronte. Quòd si quod viuentis est proprium, ab eo sic distitet, quia periclitatur ad casum; quid erit de alienis, quæ sua non sunt, sed precariò se commodant, gloria, nobilitas, diuitiarum apparatus, & regna? *Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ.* Cui non credat se viuere quis, dum viuit? Quia mors est creditor vita debet. Qui commodatò accepit, cur distrahat pignora, si antequam dies cesserit, dubitat repetenda? Non solum fructus, sed nec vsus depositi est cuius actio pendet continuò; nec mutuò accepimus vitam, adhuc cum viuimus, sed depositam. Succedaneum est quidquid pendet; pendet quidquid deponitur, ad arbitrium aëris, in quo nutat; nec vitæ spiritus nisi per respirationem venti cognoscitur.

88. Psalm. 105. v. 19. *Et fecerunt vitulum in Oreb,* Psal.105.19. *& adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.* Quale idolum erupit ab igne? Vitulus. Integer? Imò bubulum caput: *Serapis* enim, nempe caput vituli, Ægyptiorum fuit simulacrum. Si caput sine humeris est, sine iuguli fibula ad artus, sine pedibus, qui sustentent, sine vngulis, quæ figantur: ergo pendebat caput hæsitans in inani, cùm ara ruat, procumbet idolum. En cur dicuntur gloriam suam in vitulum mutauisse, nec in vitulum, qui substantia, sed in similitudinem vituli, quæ ab stylo duxit cælaturæ accidentia. Nec vitulus ieiunabat in ære, sed de fœno victitabat metallum, vt inconstantiam ab indole pabuli demonstraret. Quo grandiori culmo sustollitur fœnum, crinitum aristis caput, & debili festuca comatum è gracili calamo pendet: si ventus tetigerit, cadit in aream; ponderosior segetum pompa nonnisi in capitibus pendulis est.

89. Qualis pœna adorantibus vituli caput, co- Exod.32.20. lentibusque fœni fastigium? Quòd puluerem comedant vitulum. Considera Moysis industriam, Exod. 32. v. 20. *Arripiensque vitulum, quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam; & dedit ex eo potum filiis Israël.* Cur caput vituli puluis fit? Quoniam puluis & à vento leuatur, & à vento deiicitur; idem fauor, qui extulit, ipse sustulit, quò altiùs erigitur, cadit profundiùs. Vna functione perflans Aquilo & à terræ vilitate puluerem in superna deducit, & quem ad gloriam nubium leuauit, antequam mutatur ventus, in pristinam humilitatem deponit. Ergo gloria capitis vitulini redigitur in fauillam, vt certiùs caderet, quæ altius creuerat. Quis sic crederet ignis fauori? in vitulum conflauerat flamma diuitias, eademque ex abundantiori incendio concremat vsque ad cineres. Cùm creuit splendor, vitulus in fauillam decreuit: eadem fuit contumeliæ officina, quæ fuerat nuper honoris. Quo fructu? Vt qui gloriam suam in vitulum commutauerant, etiam vituli calamitatem obirent, pulueremque manducarent in mortem. Qui moritur, fit cadauer. Nulla mors stat; quia quæ pendet vita, cùm interit, cadit. Itaque vt caderent, qui pendentem è suspenso capite gloriam coluerunt, caput ipsum pendulum deuorarunt. Vides? Statim subditur v. 28. *Cecideruntque in die illa quasi* Exod.32.28. *viginti tria millia hominum.* Ceciderunt, inquit, qui caput in puluere deglutierant; nec caput nisi cum labente corpore ruit, vel stantibus pedibus à ceruicibus amputatur. Sed qui caput adorauerant sine corpore, & in eius se transfuderant gloriam; quidni ad casum capitis ipsi caderent? Vbi gloria idoli suspenditur, casus est adoratio cultorum.

Te edoceat Nabuchodonosoris edictum, Da- 90.
niel. 3. v. 4. *Vobis dicitur populis tribubus & linguis:* Dan.3.4.
In hora qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor Rex. Non dixit: *Cadite & adorate*, ne mora hæreret inter casum & cultum: sed *Cadentes adorate*; siquidem adoratur gloria in procubitu, & idem est os leuare, vt ambitionis pompa captetur, & os in terram allidere per ruinam. Sed considera incuruatæ gloriæ quale momentum. *In hora, qua audieritis sonitum tubæ & fistulæ, &c. & vniuersi generis musicorum.* Gloriæ Nabuchodonosoris instans in musicorum flatu decernitur. Si suspenditur tonus in aëre, & auræ vectaculo tendit in aurem, pendétque auricula à melodo fidium metro; ergo ab aëre pendet statuæ gloria, ipsumque eius stare cadere erit. Quid quòd non adorent nisi cadentes, cùm edoceat musicæ pompa è vento nutare honoris suspensi fortunam.

Populus Israël per prostibula ad idola tetenderat, vt se sordida religione inquinaret. Quid 91.
tunc Dominus index ad pœnam? Numer. 25. Num.25.3.
vers. 3. *Initiatúsque est Israel Belphegor: & iratus Dominus, ait ad Moysem: Tolle cunctos Principes populi; & suspende eos contra Solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Israël.* Quo iure plectuntur Principes soli, cùm vulgò peccatum est, publicéque idololatria percrebuit, & per sordes libidinis, irreligionis itum ad sordes? An quia corporis fortuna pendet à capite, multitudinis à Dinasta, sicut à nauclero carina? Vt in suspenso remaneret scortantis populi vita, Principes suspenduntur, non ab alio, quàm è pabulo Principatus. Sicut membrorum gloria caput est, sic cunctum, Principale fastigium. Ergo aëris situs supplicio Principum designatur, vt siquidem gloriæ fortuna in suspenso est, sic vtique suspendatur & pœna. Verùm pendere contra Solem iubentur, iam à solari luce defuncti, vt splendor gloriæ, quæ in Sole est, quia diei obtinet Principatum, adhuc putetur per ætheris inane pendere. Quid incertius iubare matutino? à vapore, quem eleuat, opacatur; ab æstu aduritur meridiano: vesper est periculum lucis, nox interitus: ergo tota die pendet, qui quà propendet cursui, impendet sibi celeritatis inquietudine tenebras. Itaque Sol & Principes in eodem patibulo suspenduntur, vt alteri ab altero discant, splendoris sortem in aëris vacuitate nutare.

Postquam Absalon diadema genitoris appe- 92.
tiit, meritò pependit ab ilice. 2. Reg. 18. vers. 9. 2.Reg.18.9.
Cúmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui;

& illo ſuſpenſo inter cælum & terram, mulus, cui inſederat pertranſiuit. Non modicum vegeti corporis pondus eſt, cui præter artus bene nutritos, ad onus adhæſerant arma, & quamuis ſine caſſide caput, non deficeret ſquamata lorica, quæ lanceæ triplicem ictum, nondum terebrato pectore pati potuit. Cur manu non extricat implexam in ramorum vncis cæſariem? Cur in reſtes coma torquetur, & in momento crines ſine vitta deuincti ſe ſe collegerunt in cirros? Cur à vento diſcincti ſubitò conglobantur in faſces, nec tergum verberarunt effuſi, ſed curſus, qui eos ſolet in dorſum ventilatos ſpargere, ſurſum ſtante copulauit in connum? Cur quadrupes concitus non ſcidit leuem funem de textura capilli, nec per calcar, infœlix iuuenis ilibus cruentis adhæſit, vt vnitus per ſtimulum bruto, illo tranſeunte, à ramoſa furca tranſiret? Ne pendulæ gloriæ indoli derogaret, tot in ſe prodigia congeſſit. Debuit pendere à quercu, qui à fortiuæ coronæ pendere ſatagebat faſtigio. Suſpenſus ibat adhuc cùm in equi phaleris inſidebat. Capillorum perplexitas, non comæ, ſed iuuenis culpa fuit: ibi conabatur diadema collocare paternum. Aëreum erat iuuenis caput; quid quòd ſic corona perpendiſſet in aëre? Leuius erat caput, quàm pilus: inanéque cerebrum, quod vanitas gloriæ complebat, cum comâ appenſum, capillitij lancem vergere in aduerſum coëgit: quid quòd crinium licia non rumperet ambitio gloriæ, ſi integrum gloriæ pondus flocci & pili eſt?

93. Eliacim voce Domini inauguratur in Principem, gloriæque vaticinium ſortitur. Quibus
Iſai.22.23. elogiis? retulit Iſaias cap.22. verſ.23. *Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domus patris eius, & ſuſpendent ſuper eum omnem gloriam patris eius.* Si gloria ſacri Antiſtitis eſt, quo iure ſuſpenditur è paxillo, qui cum ligneum ſit inſtrumentum, quà gloria ponderoſior de donis cæleſtibus cumuletur, frangetur, & cadet, ſicut paruo ſubditur interſtitio
Iſai.22.25. verſ.25. *Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur & cadet, & peribit, quod pependerat in eo.* Eſto fideli firmóque parieti tenax ſui affigatur paxillus, pondus vtique nutabit appenſum, iugitérque caſum addiſcet, quia quà pendet, inclinatur ad terram. Non modicum itineris dimetitur, quod ab alto ſuſpenditur verſus infimum; cadere cœpit, cùm exordium caſus ſuſpendium ſit. Ea eſt gloriæ ingenita propenſio ad ruinam, vt quæ firmior eſt & fidelior, nonniſi ex paxillo dependeat, vbi, licèt diutiùs perſiſtat, ſubit tamen de patibulo notam.

94. Diſcipulus, quem vel ambitio vel pecunia fefellit, auaritiæ curſum conſummauit in aëre,
Act.1.18. Actor.1.verſ.18. *Et hic quidem poſſedit agrum de mercede iniquitatis, & ſuſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius.* Cur feſtinus properauit ad laqueum, ſéque altiùs ſuſtulit, vt decideret? Quoniam gloriæ pecuniæque, quam à Sacerdotum Principibus priùs captauerat, ferebat ſacculum intrà viſcera, inanem quidem, vtpote è quo nefarij fœnoris proiecilſet argenteos. Ergo ſe meritò ſuſpendij damnauit, qui reum ſe cognouerat vanitatis. Splendorem gloriæ, pondúſque diuinæ ſubſtantiæ vendiderat, vt è ligno penderet; ſolum ſibi gloriæ inanitatem reliquit quam è ligno ſuſpendit, vt in inani periret qui in inane miſeræ ſortis, contractum fecerat, & diſſoluerat.

Qui ad amicas luxurioſus diſcingitur, agrè aduerſus Patriæ accingitur inimicos. Non ex tentorio Veneris Mars erumpit.

Sectio XIV.

NON apta ad bellum libido eſt, quæ in ſe 95.
ſcincta, ægrè cingitur in certamen. Zonam ſoluit meretrix in proſtibulo, campus Veneris cingulum & baltheum recuſat. Et tamen, ô tempora, ô mores! Ariſtarchi munus vocatur, qui cùm diſſolutus incedat, nunquam nouit enſem à vagina diſſoluere. Comati & cincinnati iuuenes baltheorũ inſignibus honorantur, qui vt effluat in Cæſarie luxuries, & tempora blandè flagellet, nec ſub cenſura forficis patiuntur ſtrinxiſſe capillum. Nemo magis enſem carcerat in vagina, quàm qui minus ſe incarcerat in virtute. Qui magis ſe per vitia diſtendit, magis arma continet intra ſeras. Clauis eſt gladij, qui patriæ inimicos defendat, ianua vitiorum; & ignauia bellandi fortitudo virilis etiam cum alienis nubendi. Aries laſciuus non grauiter impetit cornibus; conſeruat frontem, vt ſi integrum ouibus ſeruet. Sine officio torpet machæra, quæ ad laſciui tenes appenditur. Non de tentorio Veneris Mars erumpit. Niſi fœmina exoluat enſem, iuuenis fœmineus, concludit; quia cui ſexum luxus mutauit, eget erudiri à fœmina, qui vir erat.

Subſignet huic placito Holofernis inertia, 96.
Hebrææque fœminæ confirmet exemplum. v.8. *Acceſſit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, enſemque qui in ea ligatus pendebat, exoluit. Cúmque euaginaſſet illum, apprehendit comam capitis eius.* Non ſemel incluſus erat acinacis vigor, qui & ligatus & ſub vaginæ cuſtodia pendebat; & tamen vitta, quæ ſupererat gladio, comæ defuerat, cuius crines ſparſi, & ſine cenſura diſcinctum ad bellum militem adnotabant. Opus fuit fœminæ, gladij & comæ mutare vices, quæ cùm crines conſtringeret, enſem diſtrinxit. En præliandi doctrina, libidinis ſuperflua ligare, & abſoluere gladium. Sed qui poſtquã viderat pulchram, dediſcere incepit pugnatoris officium, ſe voluit per capillorum luxum diffluere, gladiúmque ſub geminis vinculis premere. Sic vſus fert: prodigus in vitia, auarus redditur fortitudini: qui frænos non patitur ori, brachio dat, zonámque diremptam à lumbis, manibus, quibus militaret, imponit.

1. Reg.13. verſ.22. *Cúmque veniſſet dies prælij, non eſt inuentus enſis lancea in manu totius populi, qui erat cum Saül & Ionatha, excepto Saül & Ionatha filio eius.* Cur ſic populus 97.
inter inimicorum cuneos inermis? Si inimica agmina non impeterent, tranquilláque regio inter opimas ſegetes luxuriante falce otiaretur, ſocordiæ populi pepercιſſem; ſed cui vicinus inimicus inſultat, nec obturat claſſicum, ne præliatem vocem auſcultet, ſine venia eſt, imbelli manu adoriri certamen. Vtrùm quid, quòd gladiis populus abundaret? Adhuc non inueniretur gladius in manu; quaſi

quaſi non illa ſedes fuiſſet machæræ, vtpote à luxurioſo populo in ſocordiæ tenebras deportata. Recole quòd à ſe populus pepulit Sacerdotem, vt virtus incluſa reſideret in templo, nec ignaua ciuium brachia imbuiſſet, vt
1.Reg.8.7. ſe largiùs prodegiſſet in vitia. 1. Reg.8.verſ.7. *Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.* Ac ſi diceret: Abiecerunt coërcitionem virtutis, moderaminíſque ſacri cenſuram, vt ſe ſpargerent per negata. Reſpuunt vincula, quibus cingitur ad honorem honeſtas, & cinctorio legis diſſecto redundantiam luxus exoptant. Adiicit illicò iura Regis verſ. 11.
1.Reg.8.11. *Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites & precurſores quadrigarum ſuarum, & conſtituet ſibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruum ſuorum.* Si his Regiis ſtipendiis incumbitur, cur Saulis Regnum abſque mucrone eſt? vbi faber, qui fornacem & ferrum ad acumina gladiorum erudiat? Quomodò eques ſine lateris munimento, ſine ſpiculo manus, ſine thoracis robore pectus? Nulla ſunt decretoria arma. Non agitur niſi luſoriis, quibus bellare ludere eſt. In politura corporum ſumptus conſumitur, meretricios colores ſibi virorum illinit cutis, traducitur virilitas inter fucos. Non alius diſtrictionis carcer amatur, niſi prenſis articulis gemmeus annulus. Ergo non eſt inuentus enſis & lancea in manu totius populi excepto Saül: quaſi ſi Hiſpanè diceres: *No acerba à hallarſe en la mano:* ne exaſperaretur capulo pellis.

98. Hic ipſe Saül, in quo inuentus eſt gladius; poſtquam ſe per veriti diffudit amorem, adhuc
1.Reg.31.3. in prælio enſem retinet in vagina, 1.Reg.31. verſ.3. *Totúmque pondus prælij verſum eſt in Saul. Dixitque Saul ad armigerum ſuum: Euagina gladium tuum & percute me.* Si impetus militaris exardet: cur gladij ſplendor in vaginæ tenebris alter, nec inter inimicos vibratur; ſed opus eſt ad Principis cædem quod à tegmine dirimatur? O mollis armiger, ſic cincta machærâ præliaris, cùm chlamys Regia diſcincta ſit, orámque fluentem in Samuelis manu reliquerit? Sic ſic agitur de bellorum fortuna, cùm milites ad omne malum animo euaginato, damnant gladios ad vaginæ clauſuram.

99. Eſaiæ 2. verſ. 4. *Et iudicabit gentes, & ar-*
Iſai.2.4. *guet populos multos, & conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prelium.* An patietur locus iſte ſenſum, quem etſi præter litteram, ad mores admonendos ſubiicimus? Si ſic pacata tranquillitas orbis, vt nulla ſint armamenta feriendi, nec ſonat claſſicum ad iniurias, nec ſigna inter agmina conſeruntur: ſi non nocetur alicubi, iudicium nocentibus cur impendet; ſiquidem cùm arguit Dominus, plectit, cùm iudicat gentes, caſtigat? Quoniam otij luxus mollit virtutem, & diſcinxit in vitia, non ferrum abſumitur, ſed figura mutatur. Transfunditur gladius in vomerem, lancea in falcem, quia quamuis in forma priſtina perſeueret, nonniſi in luxuriæ ſegetem exercetur: armatur libido ad opimitatis victoriam, ad frumentum ager vrgetur, & de violentia vomeris in faſces Cereris patientium glebarum virtus eruitur, & per voluptatis ariſtas falx cupiditatis graſſatur. Ergo gladius eſt vomer, & lancea falx, quibus delectationis agellus pro toto crimine eſt.

Qui virtute ingenita conſtat, non acumen lanceæ obdurat in vomerem, nec gladium in ligonem extendit, nec in ſarculi dentes mucronum aciem, ſed potiùs vomerem exacuit in lanceam, ne hyemem feriat ad æſtatis tributum, nec campum voluptatum fœnori ferat, ſed in belli campum conuertat. Iudic.3.verſ.30. *Humiliatúſque eſt Moab in die illo ſub manu Iſraël: & quieuit terra octoginta annis. Poſt hunc fuit Samgar filius Anath, qui percuſſit de Philiſthym ſexcentos viros vomere: & ipſe quoque defendit Iſraël.* Quia terra quieuerat ab agminibus, à vulneribus vomeris non quieuit: nulla erat niſi in ſegetes fortitudo, traducta ſunt in horrea armamenta. Sed ſi terra ab ſtrepitu bellorum quieuit, quid opus Iſraëli defenſio Samgar? Imò tunc operæpretium eſt Dux, qui indefenſos ab otio, & à pace illecebrarum inertes defendat ab hoſte, qui voluptatibus mollibus inſidiatur. Sed non niſi vomere propugnauit. O ſtrenue agricola, qui è vomere falcem fecit, qua ſexcenta capita virorum demeteret; imò è vomere gladium, non mutata formâ, ſed agricolæ virtute mutata. Sic fac & vinces, quiſquis vomeri ad ſpargenda libidinis ſemina incumbis, nec gladium curas, qui hoſtiles defendat iniurias.

Iudic.9.verſ.52. *Accedens Abimelec iuxta turrim, pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur: & ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens illiſit capiti Abimelec, & confregit cerebrum eius. Qui vocauit citò armigerum ſuum, & ait ad eum: Euagina gladium tuum & percute me: ne fortè dicatur, quod à fœmina interfectus ſim.* En iterum enſis ſub vaginæ latebris inter bella. Non gladio impetere nitebatur, ſed igne, qui à fœmina tandem occubuit. Congreſſus militaris cum fœmina nonniſi in igne cupidinis eſt.

Samſon molam vertere vrgetur. Iudic. 16. 102.
verſ.21. *Statim eruerunt oculos eius, & duxerunt* Iud 16.21.
Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. Sunt Rabbini nimis obcœni, qui ſub verbo *molere* ſcortantem iuuenem declarant iuxta illud Iob 31. verſ. 20. *Scor-* Iob 31.10.
tum alterius ſit vxor mea: vbi in Hebræo eſt: *Molat alteri vxor mea.* Vnde Hieronymus Heronymus
in caput 47. Iſaiæ. *Quia ſequitur: Denuda turpitudinem tuam, etiam mola ab Hebreis figuraliter intelligitur, quod ſcilicet in morem ſcorti victorum libidini pareat. Illúdque, quod in Iudicum libro de Samſone ſcribitur, ad molam eum à Philiſthiim eſſe damnatum, hoc ſignificare volunt, quod pro ſobole robuſtiſſimorum virorum hoc in allophylas mulieres facere ſit compulſus.* Sed abeant iſti generoſiores interpretes generoſi Samſonis. Non ſic molit fortiſſimus vir, qui mollis euaderet & enernis, ſi ſe ſpargeret in ſcorta, & ad virtutis ſemina relinquenda præliares artus, lanceáſque neruorum conflauiſſet in vomeres. Non ei vis ſuppeteret ad firmi ædificij ruinam, ſi diſcingeretur ad luxum. Ergo frumentum molis Philiſtinorum pabulo vir

vir robustus,vt quos saginaret voluptatis conuiuium, vt pingues victimas domo dirutâ cecidisset.

103. Melius impudicæ molæ symbolum fuit fragmem molæ,quod è turri fœmina iecit, vt Abimelec decidisset:quoniam nonnisi molam amabet qui,vaginatū gladium furebat in prælio.Sanè, qui à scorto vitam acceperat, ad impulsum molæ restituit,vt mors responderet origini, & qui à vago cōcubitu fuerat genitus, sub symbolo fœmineæ scortationis obiret.Nonne Ierobaal furtiua fuit voluptas libidinis gignere Abime-

Iud.8.30. lec.Recole Iud.8.v.30.*Habuit speptuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius:eo quòd plures haberet vxores. Concubina autem illius, quam habebat in Sichem,genuit ei filium nomine Abimelec.*Eneruis homo ex enerui luxu progenitus; qui cùm septuaginta fratres super lapidem vnum occide-

Iud.9.5. rat,Iud.9.v.5.*Et occidit fratres suos,filios Ierobaal septuaginta viros super lapidem vnum.* A fragmento lapidis interficitur sub vocabulo molæ, vt discinctus vir,& militaris roboris expers non sine merito putaretur,quem discincta zona concubinæ genuerat. A molæ fragmento periit,qui se per blanditias effregit,vt ex similitudine lapidis frumentarij periret, qui mollia nequitiæ appetebat frumenta.

*Vers.*9. Cúmque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora.

*Vers.*10. Et percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopeum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum.

Ira Dei non abruptè, sed sensim percutit sontes;vt productior sit pœna puniti, & largior punitoris clementia.

SECTIO XV.

104. NON vno impetu solet ira Dei cadere in peccatorem. Pluit,non ruit, nec torrentis, sed stillicidij morem obseruat. Priùs discedit cælum antequam fulguret. Nimbus metator fulminis est; tonat æther ad ignis,qui parat decidere,pompam. Nimbus aëris callem sternit, quà supplicium flammæ procedat. Sensim de cælestibus pœna labitur, nec subitò paret. Calamitosius est successiuum supplicium partibus sui,quàm si semel toto,percutit diriùs. Deficeret dolor pauoris, spéique dubitantis angustia, si repentè caderet, qui casurus. Bis feritur, qui priùs timorem vulneris, quàm vulnus accepit. Geminata morte mulctatur, qui vt ictum patiatur extremum, patitur primum. Partem infortunij vitauit,qui citò totum infortunium absorbuit. Non hoc morti debuit impiissimus Holofernes,qui, vt non semel moreretur, iterata vice percutitur. Non fœminæ arbitrium fuit,quæ de iris cælestibus instruebatur.

105. Vers.9. *Cúmque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora. Et percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius.* Si Domini robore confirmatur ad cædem, diuinóque furori, non vindictæ propriæ nititur adrogare supplicium, cur bis ceruicem percutit, nec vno vulnere per ostium gutturis animam euocat impudicam? Cur in dura, neruosáque ceruice aciem primo ictu deponit? Vt pignus fuisset secundi, saltémque de ceruicis vsque ad gulam distantiâ mortis sensum acciperet soporatus. Voluit prudens fœmina ostendere,à Deo Ducem percuti,cùm à fœmina: Deus enim,vt supplicij sensum in stupido peccatore acuat & prouocet, sensim castigat & inter fauces & laqueum, antequam nodo premat,moras introducere solet.Non semel cæditur Holofernes, vt adhuc dum viueret, moreretur, vnúmque collū confinium esset mortis & vitæ. Sic pœna reum criminis præstolatur, vt pietatis sit, quòd expectet vt resipiscat; seueritatis, quòd si non resipuerit primo ictu, durior sit calamitas, quò plus duret.

Tumultuariò homines vlciscuntur, nec furor patitur, cutem priùs libare mucrone, nisi subitò descendat ad viscera:manu,non pede currit vindicta, simul omnes digitos mouet, nec per articulos sententiam diuidit damnationis. Deus, vt partitè puniat, sectiones metitur ad numerum; seu articulis,seu digito agit. Habes in sententia Balthasaris exemplum, habes & in Pharaonis supplicio, Danielis 5.vers.5.*Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ Regis, & Rex aspiciebat articulos manus scribentis.* Si tandem Rex morte plectendus, cur non integra manus promitur ad internecionis officium; sed articulis constat tribunal, & terni digiti, qui sufficiunt litteris exarandis, è parietis superficie appenduntur? Sic oportuit, ne vindicta hominis videretur. Cùm digiti quasi manus hominis apparebant, Deus est qui vlciscitur Regem; sic tentando digitis pœnam damnationis orditur. Dissecuit in frusta sectionésque cædem, qui priùs digitis ingessit timorem, deinde plenâ manu interemit. Mitiùs forsan cum Balthasare ageretur, qui cùm in rebellione obdurauerat,sine exordio subitò experiretur sententiam, & à timore immunis, mortem apetiisset repentè. Bis cæsus est, qui semel animo per timorem interiit, semel corpore per occubitum. In conuiuali lecto mori inceperat, dum pauebat; sed in dormitorio finiuit: ergo per articulos funestum mortis cursum compleuit, qui digestam articulis auscultauit sententiam. Considera articulos damnationis, sectúmque Scripturæ tenorem, vt triplici digito, qui scribebat, triplex sententiæ articulus responderet,vers.25. *Hæc est autem Scriptura, quæ digesta est: Mane Thecel Phares. Et hæc est interpretatio sermonis. Mane: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. Thecel: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares: diuisum est regnum tuum,& datum est Medis & Persis.* En in dictione triplici numerus,mensura, & pondus; vt pondus pœnæ post numerum, qui non nisi per moras accrescentis vnitatis completur, & iræ diuinæ quantitatis influxisset. Sic pœnæ lentitudo immaniùs sæuit,cùm guttatim sugitur mors, nec cicuta vno haustu sorbetur.

Anguis se rotauit in spiras, vipereúmque orbem gladio secuisti: quot frusta post sectiones viuunt in reptili, tot mortes serpens amputata subibit:

Marginalia (right column): 106. (beside "Tumultuariò homines vlciscuntur, nec furor"); Dan.5.5. (beside "supplicio, Danielis 5.vers.5."); Dan.5.25. (beside "sponderet,vers.25."); 107. (beside "Anguis se rotauit in spiras, vipereúmque or-").

subibit: hinc & illinc à se diuisa multipliciter
serpit,repit vbique mors, dum vita superest in
portionibus. O mortalius omnibus animal,
quod integro tibi superstes post occisum totum
viuis in partibus,truncóque reptas ,ebullis caudâ,
vt morte productiore plectaris. Melius tibi
fuisset vna ruina, quòd demissus scopulus spiras
pariter suffocaret, ne intra mortis numerum
adhuc viueres.

108. Accipe iam quod de Pharaone promisimus.
Exod.14.28. Si decreuerat prouidentia, rebellem Principem
& superbum, in suggestu pelagi, gladio fluctuũ
iugulare rubentium, cur decem plagis moratur
cædem, nec iram penitus euomit, sed distillat?
Exod.7.20. Priùs in sanguinem vertit latices, vt sanguineo
Exod.8.6. exordio inciperet sententiæ cruorem. Vt fluuij
se plangerent de sanguinea punitione cruentos,
ranas, quæ inferias pangant, vsque aulam Re-
Exod.8.17. gis eructant, quæ garrulæ repetunt epicedium,
& carmine funesto coaxant. Finito cantu pul-
uis in scyniphes animatur, terráque viuere in-
cipit super terram, vt puncta stimulis animalia
Exod.8.24. saucientur. Nec à mortis conuiuio destitit
Exod.9.6. musca, ne sine conuiua otiaretur putredo. Ar-
Exod.9.23. mentorum interit quodque genus, nec equis
parcitur generosis, nec baiulis sarcinarum ca-
melis, nec docili stultitiæ asinorum, nec bobus
agrorum ministris, nec ouibus; in quibus
census hominum, & substantia est, caro ad es-
Exod.9.13. cam, vellera ad indumentum. Cinis in aërem
spargitur de camino, vt ex abundantis mortis
præludio,reliquiæ supperterent vsque ad cælum,
expiraretque in cinerem aër,vt quo Ægyptij res-
pirarent vltimi spiritus fuisset pignus. Æther
tonat simul & grandinat,pluit ignis,imber igni-
tur, fulgura parturiuntur à nimbis. Vt nec aqua
refrigeret,dum ardebat,nec ignis proficeret hu-
Exod.9.22. mectatus.Quodlibet ædificium fit area, vt locu-
starum pateretur iniurias, pungeréntque supel-
lectilem vt frumenta: marcet herba,viror absu-
mitur, nec superest arboribus nisi truncus. De-
nique opacatur tenebris cœlum, inane in soli-
dum obscurantibus, quæ tactum admitterent,
dolorémque caliginis manus sentiret. En
quàm sensim ira processit; & tamen nulla fuit
plaga, vbi non sentiretur mortis auspicium;
sanguis in fluuiis, funebréque carmen in ranis,
ad scyniphes puluis, ad putredinem musca,bru-
torum interitus, ignis in aëre, grandinans nim-
bus, locustarum illuuies, & pro compendio
mortis vltima tenebrarum caligo.Equidem hæc
pompa fuit funeris Pharaonis. Antequam in a-
quarum feretro portaretur, familia mortis pul-
lata præiuit. Non momento periit Ægyptus,
per sectiones librum mortis vorauit,periodis &
punctis, incisorúmque diuisionibus sententia
constitit damnationis. Agnouere malefici, cùm
Exod.8.19. dixerunt.Exodi 8. vers. 19. *Digitus Dei est hic.*
Quid ais de digito malefica turba? Imò vtraque
manus Dei est, qui ad decem plagas,vt decem
digitos exerceret, opus fuit, quòd dextera ma-
nus digitos mutuaretur à læua.Sed benè cogno-
uit Magus nonnisi per digitos numerari suppli-
cium, quod sic per articulos formabatur. Si
cùm scyniphum stimuli percrebrescerent,vnum
Dei digitum cogitarunt,cuilibet plagæ suum di-
gitum non negarent.

109. Benè Isaias cap. 51. vers. 5. *Prope est iustus
Isai.51.5. meus,egressus est saluator meus,& brachia mea po-
pulos iudicabũt.* Anne in brachiis,an in ore iudi-
cium? Qui castigat digitis,brachiis iudicat,& ar-
ticulata linguâ, nempe manuum articulis, suis-
met periodis, interruptâ damnatione percutit
sontes.

Cur virga plagarum ministra non semel ver- 110
titur in serpentem, sed & cùm Moyses initiatur
in Principem, & cùm coram Pharaone prodi-
giorum fecit exordium, Exod.4.vers.3. *Proiecit,* Exod.4.3.
*& versa est in colubrum,ita vt fugeret Moyses:*Et
Exod.7.vers.8. *Dixitque Dominus ad Moysem* Exod.7.8.
*& Aaron: Cùm dixerit vobis Pharao,Ostendite si-
gna: Dices ad Aaron: Tolle virgam tuam & pro-
yce eam coram Pharaone,ac vertetur in colubrum.*
Disciplinam, quam hauserat virga,docente Do-
mino in ardentis rubri suggestu, illico in Pha-
raonis aula digessit,& edocta in solitudinis vm-
bra, quasi in miraculo se exercuisset colu-
brum fieri, fit coluber, coram aulicorum fre-
quentia.Qua de causa non alius signi exercita-
tionem virga præaccipit, sed satis eruditur ad
decem, cùm durities baculi in anguem labilem
emollitur? Ingeniosè prouidentia processit. Par-
titè serpit coluber,nec simul integrum truncum
mouet. Se post se trahit, parte sequitur,
parte præit; Dux sibi in capite: assecla in por-
tionibus corporis est; nec totum se subitò
proiicit, sed inter caudam & verticem flexuosâ
intercapedine distat, reptat, non ruit,nec ra-
ptim peragit cursum ad morsum, sed dat indu-
cias tempori, cùm sublabitur, adhuc cùm parte
peruenit,parte tardat. Ergo in colubri signo di-
uinæ iræ describitur indoles, quæ per decem
plagas, serpentis modulo labebatur, nec pari-
ter se totam profudit,donec perueniret ad mare;
vbi coluber nequit iam tentando reptare, sed
vno iactu se integrum immittit in vndas.

Ezechielis 7. vers. 5. *Hæc dicit Dominus* 111.
Deus: Afflictio vna, afflictio ecce venit, finis Ezech.7.5.
venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce & 8.
venit. Et statim vers. 8. *Nunc de propinquo
effundam iram meam super te, & complebo
furorem meum in te: & indicabo te iuxta vias
tuas, & imponam tibi omnia scelera tua.* Si af-
flictio vna venit,cur iam finis? Imo nondum
finis,si venit. Finis in momento est, non per-
ficitur nisi instanti, nec vtique potest finis ve-
nire,nisi partem sui præmittat ad partem.Quod
per semitam graditur, vestigiis demetitur spa-
tium, quod cadit desuper, non venire dicitur,
sed irruere; quippe totum simul cum turbine
funditur. En diuini furoris exemplum: post
afflictionem vnam venit afflictio, in ipso fine
partes admittit, vt bis venire dicatur, qui
parte venit,postquam venerat parte. Inde pul-
chrè geminatur stylus: *Finis venit, venit finis.*
Quasi finis se præmisisset in geminam portionẽ
diuisus: nec dicitur, *finis venit.finis venit*; sed
Finis venit, venit finis, quasi inter duplicem fi-
nẽ vtpote in se interruptione diuisum, duplex
inijciatur aduentus, nec finis continuetur post
finem, sed tarditas veniendi intercedat. In-
de subditur: *Euigilauit aduersum te.* Excubiæ
quæ euigilant, non gradiuntur, peruigiles sta-
tionem obseruant, si finis euigilat,cur iam ve-
nit? Vt venire credas, cùm vigilat, nec adhuc
mouere,sed intendere gressum, se per vigiliam
præparat ad eundum,& ne incogitatò accedat,
exercet priùs in cogitatione vestigia. O blandus
Dei furor! non furit subitò,sed stationes vigi-
liarum obseruat, vt ire momentum per vigilias

 extendat

extendat, & instans dilatet in horas. Sed tandem cùm iam imminet vltima pœna, inquit: *Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te.* Quòd de propinquo effunditur nondum funditur. Imò sanè funditur pars: cùm totum euomitur, tunc effunditur. Ergo inceperat fluere furor, quem amputauerat pietatis industria, ne si semel rueret, simplex & sine partibus putaretur, cùm pars vltima ceciderit tunc complebitur. Qui se completurum fore minatur, iræ cæteras portiones supposuit.

112. Rom. 2. 5. Scis illud Pauli ad Romanos 2. vers. 5. *Secundum duritiam tuam & impœnitens cor; thesaurizas tibi iram, in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Thesaurus est vetus depositio pecuniæ, cùm aureum pondus quadam alluuione auaritiæ ad repositum pondus aggeritur; & vt simul totus ad sortem posthumam inueniatur, nonnisi partitè conducitur. Quid est ergo quòd impœnitens cor iam sibi in defosso pectore thesaurizet; cùm ira sit in iudice, non in reo, nec in se furit, qui in impœnitentiæ sacco crimina condit. Sed ô benè! Peccatum est pœna peccati: tunc Deus irascitur, cùm peccati incrementum peccatori permittit, diuitiasq; supplicij sub impœnitentia concludit. Mitiùs fieret cum scelerato, si in primo scelere, quod capitale est, capite plecteretur, ne, cùm pondus aggesserit, altiùs in profundum vergente grauitate declinet. Diues in miseratione canitur Deus, qui scit vno iactu erogare sumptum pietatis, cum peccator facit diuitem in furore, at non prodigum, sed auarum, vtpote iracundarum opum glomeratorem, qui nonnisi per stipem furoris succurrat criminibus castigandis, sed quomodò in diem iræ, nempe iusti iudicij Dei, reponitur iræ thesaurus, siquidem
1. Cor. 15. 52. *in momento, in ictu oculi* peragetur tribunal? Quoniam auarus, etiam cùm opes profundere coërcetur, sensim dispendit; & cùm ad momentum vrgeatur, diem nititur extendere de momento. Qui thesaurum effecerat de supplicio; ne extra auaritiæ leges abiret, & diem satagit efficere de momento, ne adhuc in fine sine fine castiget; qui vtique, cùm punit, citra condignum, vult ictum geminare, vt inter vulnus & vulnus vita moretur.

113 Iob. 6. 2. Iob. 6. vers. 2. *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera.* Vide dolorum Vir, non te manus Domini tetigit, qui dæmonis manui lictoris permisit officiũ: dixit enim illi suprà cap. 2. vers.
Iob. 2. 6. 6. *Ecce in manu tua est, veruntamen animam*
Iob. 1. 12. *illius serua*, & cap. 1. vers. 12. *Ecce vniuersa, quæ habes in manu tua sunt, tantum ne in eum extendas manum tuam.* Cur iræ diuinæ adrogas, Numinisque citato furori, vtriusque substantiæ dispendium, diuitiarum ab inopiæ vulnere, carnis à lepræ. Recole infortuniorum iliadem, & calamitatis illuuiem; totius simul fortunæ rota non solùm de superna parte fauoris conuerso gyro in seueritatem deflexit, sed ne volubilis ad benignitatem rediret, subitò concisa disparuit. Hæc non Dei, sed ira Dæmonis est, quæ non metitur merita, nec furorem appendit; imò absque scrupulosa stateræ censura, tota penitus se diffundit. Armenta & pueros, pariter bubulcos & boues, gregem & pastorum excubias prædâ comparari abegerunt Sabæi: ignis de cælo, non vt solet, ilicè tetigis, pepercitque velleri leui, & humili ouiculæ, vt superba iugularet fastigia; sed incendit oues, nec in lanæ coma se implicuit. Chaldæi inualuerunt camelos, furtumque seruorum sanguine purpurarunt. Vnus ventus quadratum ædificium diruit, nec aduersus paries defendit aduersum, nec domus frons tergum ab impetente turbine custodiuit, nec tergum frontem; sed tot facies ventus habebat, quot angulis moles constabat, ne alter ex filiis alterius solaretur ruinam, fratrique fuisset per momentum superstes, sed septenam sobolem, quam vnus vterus successione genuerat, sine successione clades contriuit; & ne moraretur sepulchrum, idem fuit cædere, & sepelire. Cap. 1. vers. 19. *Repentè ventus vehemens* Iob. 1. 19.
irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt. Quo igitur iure ad diuinam iram queritur Iob, stateræque solatium desiderat. Imò agnouit vir sanctus, se sic sine meritis dissipatum, cùm ira Dei, dum castigat merita, lancem subeat. Ergo ait: *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui.* Qui ad trutinam ponderat quantitatem, non simul lancem onerat, qui sine discretione vergat in imum, sed post libram adiicit vnciam, post drachmam, vt æquetur ponderi pondus: sedulò æquilibrium timatur, si vel in momento statera discordet. Sic ira Dei statera est, non indignationis lancem illicò grauat, verùm sensim adauget, & clepsydræ more guttatim stillat donec & horam compleat iudicij, & in aduersa scelerum lance victoria ponderis agnoscatur.

Iustitiæ rigor ictum duplicat, vtitúrque geminâ manu, vt rebellem peccatorem confodiat. Pietas in compendio est.

Sectio XVI.

Nvrita nimis pietas est, surda seueritas illa primæ voci respondet, hæc nisi ictus geminetur, non audit, nec sibi satisfactum existimat, nisi è duplicato vulnere vita fluat. Amat misericordia compendium, rigor in prolixitate lætatur. Non extorquetur à benefico benignitas, quæ impetratur. Nisi in neruo torqueatur reus, & ante suspendij funem funis intortus per brachiorum neruos confessionem inquirat, nescit se pacare seueritas. Diuinæ iustitiæ prætextam, vt Tyrannum plecteret, induebat Iuditha, nec in vno vulnere se continuit, quin secundo ictu vel altius effecisset vel nouum. Vers. 10. *Et ait: Confirma me Domine Deus in hac hora, & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius.* Vt quid in plaga duplici superrogat aciem, mucronémque repetit in ceruice? Ne indolem amputaret iustitiæ, dum caput amputabat Tyranno. Rebellis & crudus peccator est; nescit primo ictu compungi, ideò iterum pungitur à iustitia, quæ cum in protervum desæuiat, eius naturam sequitur, cum castigat. 114.

Vt fons scaturiret de petra, & rigor lapidis molliretur in riuos, Moyses geminauit verbera & verba. Numeror. 20. vers. 10. *Congregata multitudine* 115. Num 20. 10.

tudine ante petram, dixit eis: Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis aquam poterimus eycere? cùmque eleuasset Moyses manum percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. Quid tunc Dominus? ad mitis scopuli per latices irriguos responsum contra percussorem irascitur, v. 12.
Num. 20. 12. *Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* In quo peccauit duplicata obedientia? Dominus Moysi iusserat, vt percuteret: nonne bis percutiens, bis obediuit, & exaggerauit seruitium, dum virgæ geminauit officium? In pietatem delinquitur, cui opinio imponitur de rebelli. Silex, vt ignem furoris excutiat, bis à dente ferri mordetur; nisi ictus repetatur, non succurrit flamma petita: sed vt pietas lympham emittat, sat illi simplex virgæ contactus; impulsus geminus visceribus misericordiæ detraxit, quæ si libetur cutis, sine ostio vulneris per benignos fluuios erumpunt. Bis percussit, qui tractauit petram vt silicem: nulla latitabat in lapide flamma, qui solùm inseruiebat pietati. Moyses rebellem, & incredulum populum nuncupauerat, qui non nisi duplicatum ictum iustitiæ, auribus obturatis auscultat; de hac indole lapidem cogitauit, qui secundo vulnere nisus est castigare proteruiam. Error fuit, vices rigoris adscripsisse clementiæ, & duritiam lapidis de duritie cordium metiri: ideò Israelitidum Dux à regione promissionis priuatur, quæ cùm misericordiæ erat, docilis ad rogata, & ad primum tactum in beneficiorum riuos fluentis, eum admittere renuit, qui postquam semel, iterum lapidem ad fontis largitorem percussit.

116. Iam brachium leuauerat Abraham, vt in chari pignoris iugulo innocente deponeret, & ecce
Gen. 22. 11. Genes. 22. v. 11. *Angelus Domini de cœlo clamauit dicens: Abraham Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognoui, quòd times Deum & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.* Cur bis vocabulum repetit Sacerdotis, qui aram de monte, sacrificium de sobole præparabat? Si cælestibus edit spectaculum obedientiæ, & ad orbis theathrum religionis pompam educit, dum genus in filio nititur amputare, non indiget vocis, quam Angelus duplicet, sumptu, sed obediet placitis, qui iussis asperis obediebat. Imò qui iustitiæ agebat ministrum, nec vno ictu satisfaceret incendij rigori; sed, vt post obedientiam peractam, iterum satageret obedire, post primum ceruicis vulnus manum reponeret ad secundum, prima & secunda voce iubetur, ne iustitiæ cursum incipiat; imò & quem inceperat, dum brachium erexit, ne deponeret, vt perficeret. Geminæ auri gemina vox insonuit, vt quà intrauerat voce geminâ, iugulandi præceptum, eodem numero absoluendi subintret. Recole quot vices imperij rigor ap-
Gen. 22. 1. pellauerat genitorem suprà v. 1. *Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham Abraham: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, &c.* Sicut impetrauerat, reuocauit: quia pater non misericordiæ personam agebat, nec pietatis referebat figuram, cùm pium filium cædere festinabat. Adnotauit tunc: *Nunc cognoui quòd times Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.* Non parceret, etsi absolueret: non enim innocentiæ parcitur, sed peccato. Insons erat puer, nec meritum prouocauerat aciem: cur non pepercisse dicitur, quem iam timoris supplicio damnauerat imminente? Obibat genitor Magistratum rigoris, qui nescit, etsi insontibus parcere, nisi accedat pietas, quæ ad vnam vocem, etsi sontibus, parcit, & absque gemino impulsu peruenit solicita ad veniam.

Isaiæ 11. vers. 4. *Et percutiet terram virga oris* 117.
sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Isai 11. 4.
Si os virga est, qua iudex iustus percutiet iniquos, nunquam vno verbere, sed gemino tundet, quem peccatum nudauit, vt in quoque flagello ex fissa latitudine virgæ ictum duplicem sustineat ad pœnam: binis enim labiis componitur os, quæ ad vocis artificium mouentur. Id explicuit, cùm subdidit: *Et spiritu labiorum suorum interficiet impium*: vt ad labiorum numerum vnus ictus duplicet vulnus. Enecat spiritu bipartito, vt bilinguis sententia non permittat pietatis, quæ vnius labij est, ad reum liberandum, auxilium. In compendio Euangelista protulit
Apocal. 1. vers. 16. *Et de ore eius gladius vtraque* Apoc. 1. 16.
parte acutus exibat. Ex vtraque parte acutus stringitur gladius, cùm os seueri iudicis supplicium spirat, vtpote cui quodlibet labium pro acie est, verbúmque, quod erumpit, scindit, vt alterutrum pungat audientem, & ab vno tactu machæræ duplicata plaga contingat. Non simplicibus curatur peccator, qui inueterata rebellione cordis obriguit; nisi pœna composita, gladióque ancipiti, qui duplici ostio descendat in viscera, vix medullitus emollitur.

Deportato paradisi colono Cherub sistitur 118.
cum versatili gladio, ne repatriet ciuis, delitiarum in hortum, à quo eum pepulerat indigna- Gen. 3. 24.
tio, Genes. 3. v. 24. *Eiecitque Adam & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem.* Si benè attendas, quælibet dictio numerum habet: Cherubim enim præter vnum Cherub significat, sicut aciem geminam rhomphæa versatilis ad custodiam. Nescit nisi duplicibus vestiri iustitia. Si vnus Adam est, à quo defenditur paradisus, vnus sufficit Cherub, imò gladius redundat, cuius ignea virtus in sexcenta millia sub Sennacherib quasi ludens impetiit, & sine armorum pondere ingentes exercitus dissipauit. Cùm quisque primum sui spectaculum edit, propriam indolem manifestat. Iustitia, quæ nondum homini se detexerat, cùm suspenditur è vestibulo paradisi, se prodit in Cherubim bipartitam; in gladio ancipitem, in ferro & igne geminatam, vt simul incenderet, & inscinderet. Sic cuicumque reo, antequam è mœnibus vireti depelleret, duplicauit supplicium mulieri, quòd doleret puerpera, essetque fœnus illecebræ calamitas partus cruenti, & quòd sub viri incumberet potestate; homini, vt à terræ tribulis pungeretur, frontémque sudore fœdaret, quo glebas irrigaret ad fructum; serpenti, quòd non nisi labiliter se moueret, nec formaret gressus, sed serperet, terrámque ori virulento propinquam, tanquam proprium pabulum manducaret. Ergo in fronte paradisi describitur, quod intus præcesserat ad supplicium, & ex triplici reo, quem geminus ictus percussit, triplex in valuis animatur figura, sed quælibet geminata, Cherubim, versatilis gladius, & ferrea flamma.

Ecclesiastici 21. v. 4. *Quasi rhomphæa bis acuta* 119.
omnis iniquitas, plaga illius non est sanitas. Si sani- Eccles. 21. 4.

tas non est, cui iniquitatem omnem comprehendit, cum ex vnguentario pietatis, & resi, piscinæ medela absque cicatricis medio ad sanitatem veniant vulnera peccatorum? Agit sapiens de iniquitate rebelli, quæ tandem plectitur à iustitia, cui tam vicina est acies geminata supplicij, vt ipsa in vocabulum eius transierit, & bis acuta nominetur rhomphæa; quippe cui ad meritam pœnam bis acuta rhomphæa è seueri iudicis manu impendet.

120. Insomnis diues, qui de vsuris segetum lætabundus, tempesta nocte vigilabat in lecto, audiuit à iudice Lucæ 12. vers. 20. *Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te!* (Luc.12.20.) Vt misericordia prouocetur ad veniam, & largitas vocetur ad donum, non est opus repetere, sat est petere. Ioan. 16. vers. 24. *Petite & accipietis.* (Ioan.16.24.) Luc. 11. vers. 9. *Quærite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis.* (Luc. 11. 9.) Non fores tundere manus importunæ protectiuâ, non precum duplicare periodos. Vna syllaba impetrat, nec prima dicitur, cùm non sit necesse secunda. Iustitia etiam cum petit reum, petere dicitur, vtpote quæ geminata semper plagâ procedit, & ob rigentem in scelere peccatorem non vna voce de sopore suscitat ad supplicium. Si adhuc in quietis thalamo diues irriquietus agebat, & inter horreorum numerosa grana animam euoluebat; cùm vertebat caput in culcitra, cur necessum fuit duplicare vocis impulsum, & velut si sopitus iaceret, iterata manu contingere, vt expergisceret à somno? Elucubrans dormit, qui, vt inuigilet censui, & scelerum negotia pertractet, lethargum subit de rebellis ægritudine iniquitatis. Inde iustitia bis impellit, bis pulsat, cui petere ad pœnam, repetere est.

Nisi vniuersa vitia non solum resecaueris, sed reuulseris, abscissum repullulabit illicò de residuo.

SECTIO XVII.

121. NON vno vulnere de improbitatis altitudine cadit vitiosus. Nisi quot vitiis scatet, tot vulneribus per pœnitentiæ manum pertundatur peccator; ex sano vitio ad vulneratum valetudo resurgit. medela est vitij cæsi, sanitas impuniti. Lambit canis, quem sauciasti lapide pedem; nisi linguam sciderıs, medicum vulneris reliquisti. Nunquam à salute desperat, qui ægrotam partem curare potest valetudine partis. Fert sibi apothecam salutis, cui vnguenta suppetunt, quæ tacti membri saniem illiniant. Vitium patrocinium est vitij, & inscissum repullulat de superstite. Residuum crimen, cui nouacula districtionis pepercit, resecti sceleris est origo, rediuiua malignitas è nondum contritis ossibus suscitatur.

122. Edocet Iuditha modum amputandi tyrannidem, quæ ad virtutum interitum pergrassatur vers. 9. *Cùmque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius.* Nonne sat cædi, iugulum cecidisse; cui acies re petito impulsu penetrauit in gulam; & donec caput absciderет, non quieuit; Duplici vitio laborabat Tyrannus; luxuria vtique cũ omni libidinis satellitio, ebrietate videlicet & ingluuie; & superbia insuper, cuius organum in capite est. Ergo primo ictu amputauit lasciuiam, quæ à collo versus ventrem per feruorem spirituum impurum, incestique sanguinis redundantiam fertur vectaculo temulentiæ: secundo decollauit superbiam, quæ erecta graditur super humeros, ne si adhuc semisectum caput penderet, etiam in cadauere, elationis reliquisset figuram. Ergo vicissi fœmina, quæ nihil de vitio ausa es permisisse residuum; ne hiatus vulneris, si partes modicè denexæ manerent, tractu temporis iterum nectecterentur, & licèt defuncta, integra vitiosi reproduceretur species.

123. Matthæi 5. vers. 29. *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te:* Et deinde vers. 30. *Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.* (Matth.5.29. & 30.) Duo consulit; & eruere oculum, & abiicere; abscinderéque dexteram, & propellere, & qui oculum & dextram sic abscissione, & ablegatione mulctauit, membra cætera sub compendio principalium conclusit. Quid opus aduertere, quòd oculus erutus abijciatur, quòd abscissa manus, & à brachij per gladium diffibulata compage, à membro superstite deportetur? quasi timor sit, ne eiulsus oculus sistat in vicinio genarum, ne execta manus iuxta sanguine fluentia venarum oscula suspendatur. Opportune serius Magister post abscissionem indixit exilium, ne si vulnerata portio, vbi vitium insederat, iuxta superstitem resedisset, societatis glutine recoiret, & ad pristinam compaginem fauente crimine redderetur. Vitiorum seminibus peccatoris membra sparguntur, nisi euulsa radix longè à vitiosa gleba discedat, iterum insinuatâ repullulat per illecebræ venas, serpentis sceleris contagione.

124. Colubro decernitur pœna de mulieris vestigio. Genes. 3. vers. 15. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* (Gen.3.15.) Si caput conteritur, quæ vita trunco superest ad insidias? O infelix quia dimidia victoria! caput contriuit, non abscidit; & de reliquiis corporis vita capiti ad vindictam ascendit. Non totus pariter serpens moritur, sed partitè luce defungitur. Si portio mortis maneat ad portionem vitæ continua, viperinus spiritus facilè organum contritum inflabit. Scit vitium vitio mutuari, quod viuat, nisi totum absumitur, totum redit.

125. Bubulum caput ex ignis officina eduxit sibi populus in idolum. Exodi 32. vers. 4. *Fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntque: Hi sunt Dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* (Exod. 32.4.) Nobilium Patrum defendit cohors; non integrum vitulum fuisse conflatum, sed Serapim, vt Hebraïcè est, quod significat bouis faciem. Sic Hieronymus in Amos cap. 5. Ambrosius epist. 62. Augustinus in Psalm. 73. Lactantius lib. 4. c. 10. Cyprianus lib. de bono patientiæ. (Hieron. Ambros. August. Lactant. Cyprian.) Sed & nos adnotauimus sæpe. O idololatriæ scrupulosa conflatio! velut si dimidiaretur piaculum; non totum corpus permiserunt idolo. At sicut ex non contrito trunco in contritum caput ad insidias vita surrexit, sic caput vituli sine corpore, vitio adolescente, non solùm sibi corpus, sed & vitulum alterum geminabit. Moram expectâ temporis; vitulum duplicatum inuenies, quasi

à fertili capite, vitiosæ idololatriæ prurigine, prodiisset. 3.Reg.12.v.28. *Et excogitato consilio fecit (Ieroboam) duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltra ascendere in Hierusalem: Ecce Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Posuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan.* Quid ais, ô sacrilegij non solùm artifex, sed & auctor? Sic scelus, quod imitari contendis, adauges? Si vitulus est, cui insonuit impium elogium: *Hi sunt Dij tui, qui te eduxerunt de terra Ægypti*; vnum construe mutilum sine membris vituli caput; cur in effigie crevit ad numerum, quod idololatra primus curtauit? Quid? Caput vnum, quod adhuc in cogitatione Regis viuebat, nec abscissum proiecerat à phantasia, se per artus cæteros propagauit, & increbrescente contagio vitulus duplicatus emersit. Si Ieroboam in puluerem, quod Moyses fecerat, redegisset, & in aqua lachrymosæ pœnitentiæ diluisset, non idololatriæ allusione sic cresceret, nec per artus diffueret, impatientque termini quantitatis, ad vituli figuram accommodæ, se in vitulum nouum extenderet, vt ad speciei magnitudinem sibi saltem in numero satisfieret. Hydriæ caput abscissum generat caput, & quasi claua sit vomer, & area collum, ad demessam segetem nouam segetem reproducit: tot impendet capitibus, quot fœcunda vulnera patitur. Error fuit Herois, non penitus collum abscindere, & post capitis plagam amputare propere truncum, ne vicina pars remaneret, quæ infortunium partis leuaret. Actum est de dracone, cui spes occisi membri in inuulnerato non remanet. Sic cum vitiis age: ne de demessis fascibus grana cadant, quæ iterum in manipulos surgant, totam aream æquabilis incendij opportunitate disperde: si granum remanet, fascis fit.

126. Nabuchodonosor vidit arborem in insomnio: proceritas cælum tangebat, vt hortum faceret de syderibus; foliorum pulchritudine quasi sub aurea theca includebat gemmas baccarum; quilibet ramus erat conuiuale triclinium, annonamque omnium animalium pabulo dispensabat; familiæ volucrum habitabant in brachiis, vt non solum poma gigneret, sed & aues; erat commune viuentibus ædificium, quibus coma pro tecto, rami pro trabibus, pro parietibus folia, Danielis 4.vers.7. *Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis: & proceritas eius contingens cælum: aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ, folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius; & esca vniuersorum in ea; subter eam habitabant animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cæli, & ex ea vescebatur omnis caro.* Rex visu arboris pascebatur, cùm auscultat vigilem, qui clamabat de cælo, v.11. *Succidite arborem, & præcidite ramos eius; excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestiæ, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius: verumtamen germen radicum eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo, & æreo in herbis, quæ foris sunt.* Cur tanta mora in arboris succisione: compendium esset abscindere truncũ, vt coma, rami, fructus & folia concordi decidissent ruina. Cur sensim tondetur ramus, excutitur folium, dispergitur fructus? Ne mutilata pars partem illicò geminaret, ne ad folium excussum de folio comite vmbra vulneris pararetur, ne, nisi poma à se dissiderent dispersa, alterum alteri fuisset ad cumulum. Quin si arbor tota pede claudicaret abscisso, cui reliqua corporis supererat pompa, iterum malignitatem vitiosam glebis, in quas caderet, inseruisset. Sigillatim abscinditur quodque vitium, ne alterius societate conualeat. Radicum germen nudum relinquitur, quia non homo occiditur, sed peccatum. Sed ad herbas, quæ foris sunt, alligatur vinculo ferreo, vt virtutum vigor non de trunco subeat contagium, cùm malignæ arboris genitalis spiritus non per ferri semitam dispensatur, sed rami. Sed quæ herbæ supererant foris, si arbor patula vniuersam terram tenebat? Adeò serpit malignitatis humor in comites, vt nonnisi extra orbem quærendi sint, qui etiam amputato homini peccatori, absque salutis dispendio possint cum societatis nexu catena.

Turrim, quæ pertingeret cælum, non cælestis stationis amore, sed terræ, quam in sydera inferrent, terreni homines vitiorum sumptibus penitus moliri gestiebant. Genes.11.v.4. *Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras.* Superbum nomen architecto scelere, vt etiam cælestibus innotesceret, in stellarum choros ad lucem famæ immittere satagebant. Quo molis ingenio? Lateritiâ strue, bituminisque coagulo, vt de vitiorum pice ædificium cohæreret, & per compagem criminum in proceritatem surgeret superbiæ figura. v.3. *Habueruntque lateres pro saxis & bitumen pro cæmento.* Quàm procliui prouidentiâ inuentum est bitumen ad artem! vt ex supposito vitio vitium superpositum fundaretur, iniquitatis tradux per suggestum omnem repraui. Vnum crimen erat basis alterius; imò superstruendi lapidis scaturigo: nec finis posset inueniri fastigio, quia origo partis subsiliebat è parte. Quid tunc Dominus, vers.6. *Ecce vnus est populus, & vnum labium omnibus; cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Venite igitur descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui.* Obserua illud. *Cœperuntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.* Ergone immensitas spatiosa distantiæ, quæ à terra distenditur vsque ad cælum, poterit ab hominum curis artificibus superari? Etsi imponant Pelion Ossæ, onerentque montibus montes, quò magis surget scopulosa congeries, fugiens cæsum stultis conatibus irridebit. Sic est. Verùm cœperunt hoc facere: Initium criminis sibi parturit incrementum, nec potest ab incepto desistere, qui in vno lapide, quem semel collocauit ad molem, noui lapidis venam imposuit, bitumineque illiniuit fœcundo, quod partis vlterioris est semen. Sine fine est compago vitiorum, quæ secum ferunt artificium cohærendi. Quasi fama crescit eundo, quoniam quot aures tangit, tot sibi multiplicat incrementa linguarum: sic iniquitatis fastigium sine ope sedulæ manus velut animata quantitate conscendit. Ergo Deus turrim funditus demoliatur, nec lapis super lapidem maneat, ne vitia dissipata, iterum concrescant ad numerum. Quæ diligentia est, turrim relinquere dimidiato fastigio, labiumque figulorum diuidere? Opportuna. Si adhærentia labra manerent, vegetarent lapides, vt assurgerent, quorum non materia, sed

Margin notes: 3.Reg.12.28. — Daniel 4.7. — Daniel 4.11. — 127. — Gen.11.4. — Gen.11.3. — Gen.11.6.

ſed opificum culpa ferax erat vlterioris augmenti. Labium igitur diſſipatur à labio, ne commercium idiomatis, & conuerſationis bitumen ſaxa iterum coagmentaret ad ſaxa. Abſciſſione ſtyli corpus integrum ſtructuræ laniatur, vt in latè diſſitas regiones linguæ diſperſæ, non altera in altera delinquendi patrocinium haberet. Lingua erat iniquitatis fermentum, quæ maſſam bituminis corrumpebat: hac in breuiſſimas partes præſciſſâ, & à ſe per longiſſimos terræ tractus diſiectâ, à vitiorum culmine deſperatur. Niſi vni vitio impoſueris ſilentium, ad contubernium ſui vel muſſitatione vocis alterum compellabit. Eiuſdem idiomatis ſunt flagitia, licèt diſparis ſpeciei. Se per improbitatis capiunt dialectum. Si ſermonem confuderis, ſolus eris.

128. O ſtolidi Philiſthiim! cæcum reliquiſtis hoſtem, ſed viuum, glabrum quidem in capite, ſed cum capite. Quid interfuit diligentia tonſoris? Quid aſtus amaſiæ, tectíque doli? Si cutis veſtiat capitis oſſa, cerebrique medulla ſubſiſtat: cui ſua gleba remanſit, humórque ſuus, iterum germinabit herba capilli, & licèt nondum diffluat in comam, vigor ſuppetet ad ruinam.
Iud. 16. 17. Iudicum 16. verſ. 17. Ad Dalilam dixerat Samſon: *Si raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea.* Illa forfice expetitur myſterium: raſit crines, qui ſecum abſtulere virtutem, ſed ad inducias fortitudinis, non interitum. Reliquit capiti originem capillitij, ſolùm fontem obturauit ad tempus. Sed Philiſthiim iam obcæcauiſſe præſumunt, cùm oculos eruunt. Errauiſtis ſtulti; non hic fons crinium eſt, alia vena capillus erumpit.
Iud. 16. 21. Verſ. 21. *Quem cùm apprehendiſſent Philiſthiim, ſtatim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. Iámque capilli eius renaſci cœperant* Quid quòd inceperant renaſci, ſi nondum in iuſtam ſeptem crinium quantitatem aduenerant? Sat fuit primus impetus capillitij, vt ſine comæ mora nouum impetum faceret fortitudo, innatus pilus pilum fecit properare naſcendum. Sat fuit quòd cœpiſſent erumpere primi, vt ſeptem illicò ſubuenirent ſe dedit compendiariò Cæſaries. Quod nunc pili æſtimas, time, mete, cras erit pondus. Prope eſt æſtas ad arboris gemmam. Vitis detonſa non virtutem in ſarmento vulnerata dimiſit. Vel odor vineæ ſtatim vberes ſpondet racemos Niſi radix eruta proiiciatur, quæ recidiua eſt, eſt vtique rediuiua.

129. Ergo vitiorum caput abſcinde, nec relinquas trunco vicinum; ſed euolue corpus, cuius verticem obtruncaſti, & remitte caput ad peram, ne iterùm coaguletur ad truncum. Sic erudit fœmina prudens hic verſ. 10. *Et abſcidit caput eius, & abſtulit conopæum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. Et poſt puſillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ ſuæ, & iuſſit, vt mitteret illud in peram ſuam.* Cur ſic ſedulò vtrumque à ſe inuicem abſcondit extremum? ſtragularum inuolucro corpus contegit decollatum, nec ſuis manibus fidit caput, ſed in ancillaris peræ latibulo circumcludit. Carnificem vitiorum inſtruxit: partem vitij elongat à parte; faciem, etſi defunctam, abſcondit, ne ad derelicti corporis viſum adhuc per oculos morte lucis ſopitos redire feſtinet. Noluit etſi enectam, amplius peccatoris videre figuram, nec in dextra, quæ amputauerat, caput proſpicere, ne ad memoriam corporis in imaginationis reuniretur compage.

Verſ. 13. Et dixit Iudith à longè cuſtodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiſcum eſt Deus, qui fecit virtutem in Iſraël.

Spes dilatata magis torquet, quàm ſors ſperati boni delectat. Sed ſpes cæleſtium poſſeſſio eſt.

SECTIO XVIII.

DIRIVS ſpes in dilatione torquetur, quàm deſperatum ſortis torquet inopia. 130.
Ab anguſtiis abſoluitur, cui nulla contigit opinio fruendi. A boni diſtantis cruciatur figura, quem ſperata ſubſtantia delectat. Spes, incerti boni nomen eſt; imò certum malum incerti boni, quod ante ſe, præmittit metum pro nuntio, & pro præſentiæ pignore, diſtantiæ dolorem. Inanis & aërea nuncupatur hæc paſſio; quippe patitur in inani ſuſpendium, qui à tarditate pendet fortunæ. Quod fortè erit, fortè non erit: en fortunæ vocabulum; ſed infortunium ſine fortè eſt, quia non fortè angitur, ſed neceſſe, qui fortuita ſtolidè præſtolatur. Sperata cæleſtia, ſæcularia deſperata, a mundialis ſortis moroſo iurgio abſolueris; ſed, apprehenſam deſiderij manu, non fatigatione pedis, quæ ad diſtantem currat, obtinebis illicò poſſeſſionem cæleſtium. Si ſemel in Tantalum, ſeu Ixionem ſaxum pendulum cecidiſſet, euaderent pœnas ſperandi, quòd lapis, qui diu ſe continuit ſuſpenſum, vel nunquam; vel alio caderet, & ruinæ metum, vel ſpem ſcopuli diuertendi fœliciori clade vitarent. Plures moritur, qui viuere ſemel ſperat, & dum vitam intuetur à longè, indiſtante ſpei morte, punitur.

Verſ. 13. *Et dixit Iudith à longè cuſtodibus murorum: Aperite portas, quoniam nobiſcum eſt Deus, qui fecit virtutem in Iſrael.* Cur à longè fœ- 131.
mina clamat, & antequam ad mœnia perueniat, alacres victoriæ voces effundit: Expecta fœmina, ne ſi ſubitò pronunties triumphum, vel inimicæ excubiæ præſentiant, vel amicæ non credant; ſed inopinatæ ſortis tumultu ſors in ſuomet apparatu depereat. Sed ne expectet Bethulia, Heroïna ſedula non expectat, vt eſſet cumulatior ſperati boni lætitia, quod minus tarditatis prolixitas momordiſſet. Voce priùs, quàm veſtigio, ad muros appulit velox fœmina, vt priùs victoria perueniret, quàm victrix. Nouerat expectationis moleſtias, quæ animi medullas corrodunt, vt euaneat pectus nucleo exinanito vigoris, antequam ad deſiderata pertingat. Non partim timet, partim, qui deſiderat, roboratur: tota expectationis ſubſtantia metus eſt. Quod ſi in metu ſubſiſtit, in leui ſuſpenditur fundamento. Habes huius rei pulcherrimum argumentum in verſ. 15. *Et concurrerunt ad eam omnes à minimo vſque ad maximum: quoniam ſperabant eam iam non eſſe venturam.* Agnoſce in ſpe, deſperationis ſtylum. Si venturi boni ſpes eſt, quo iure non eſſe venturam ſperant? Si diceret, quòd metuebant eam non eſſe venturam,

ſententiam

ſententiam caperem ſuis dictionibus cohærentem. Sed opportunè indolem expectationis expreſſit, cui promiſcuum vocabulum eſt cum metu. Adeò nutat in æquiuoco diſtans bonum, vt quod quis deſiderat aduenire, timeat quòd fugerit; & idem ſit ſortem præſtolari morantem, quam ſortis interitum auſpicari. Sperat ſe non viuere moribundus, qui ſperat viuere: ideò impetentis mortis dubius in agone luctatur; & tandem ex certaminis puluere in funeſtum pulnerem cadit, cui luctari fuit certiſſimè mori, & pro vitæ incertitudine depugnare. Non tam à morte, quàm à vitæ ſpe debellatur, qui ſi ſubitò occumberet, nullius agoniæ ſubiiſſet iniuriam. Sed ſpes de cæleſtibus non timida eſt: diues illicò poſſidet quæ deſiderat.

132. Iſaiæ 58. verſ. 8. *Tunc erumpet, quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iuſtitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis & dicet: Ecce adſum.* In quaque ſyllaba celeritatis miraculum exhibetur. Lumen quaſi matutinum iubar erumpit, & velocitate lucendi non ſolùm moras, ſed & tenebras rumpit. A quo Sol, erumpit, cùm naſcitur? A nocte. Imò nox infœcunda luminis eſt, nec poteſt parturire vulua non fœta. A ſemet erumpit in diaphanum, cùm vterus lucis ſine luce non ſit. Sic gloriæ ſplendor speranti cæleſtia promittitur, quæ cùm à ſemet oriatur, cùm venit, & in fœtu luminis ſe præmittat, citiùs ſe peruenit, quo tendebat. *Et ſanitas tua citius orietur.* Quone citiùs? Vbi comparationis extremum? An citiùs lumine, quod præceſſerat? Sed ſi & lumen ſanitas eſt, accedit ſanitas ſanitate velocior. Ita eſt. Conſule Malachiam cap. 4. verſ. 2. *Orietur vobis timentibus nomen meum, & ſanitas in pennis eius.* Quid velocius in volucre niſi penna? Imò nonniſi pennis eſt velox. Pennatus Sol, vt citiùs quàm ipſa ſanitas perueniret, è ſalubri corpore excuſſit ſanitatem in alas, & anteuolans radios, ſe ipſo vt lucente appulit priùs ad ægrotum vt ſanans. Ne expectatio medici ærumnam augmentaret infirmi, & antè decederet ſpei morbo, quàm acerbitate doloris, alata venit ſanitas & erumpens: quod enim erumpit, ſubitò germinat, & abſque ſumptibus deſiderij tranſilit expectationis ſpatium, & inopinatò reddit fruentem, quem nondum audierat ſperantem.

Iſai. 58. 8. Malach. 4. 2.

133. Inde adiicitur: *Et anteibit faciem tuam iuſtitia tua.* En gratiæ ſanitas antecedit, & præit antè iuſtum iuſtitia. Ergone fugit, quæ prendentis manum euitat, tergumque obiicit oculis, ne occupetur? Imò iuſtitia dorſum non habet; tota eſt facies, & in cerebro frontem fert, vt qui receſſus videbatur, acceſſus fiat, curràtque in alterutrum iuſtitia & iuſtus, vt dimidium itineris alter alteri det emenſum, & præpetis curſus ſubſidio reciproco copulentur.

134. Hinc ſubditur: *Et gloria Domini colliget te.* Cucurrerat iuſtus, ſi quo modo gloriam comprehenderet. Cur cum manum iam leuabat ad captum, non gloriam colligit, ſed à gloria colligitur? O ſortis velocitas æmula deſiderij! Prius votum attingit ſperata, quam manus. Pennigera eſt cupiditas obtinendi, quæ per vacuum volat, ſed cum temere ſe proiecit, è vacuo ſuſpenditur ſine pignore. Ergo antequam iuſtus ſe in expectatione diſcrucier, à gloria Domini præcolligitur, cuius venire apparere eſt, canente Vate Pſalm. 16. verſ. 15. *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua:* Si ſpes Chriſtiana non niſi in gloriæ beatitudinem tendit, nec repentè prenditur, in quod curſoris anhela velocitas ſe diſtendit; cur dicitur apparere gloria ſperanti, & de repentinorum ſtylo ſumitur ad deſiderata vocabulum? O bona indoles cæleſtis ſpei! Quaſi inſperatum ſit, quod beat ſperantem, apparet, ſubitò beatitas ſperata, ne priùs de expectatione fatiget, quem præproperè de ſua poſſeſſione tranquillat. Pſalm. 16. 15.

135. Pergit Propheta. *Clamabis, & dicet: Ecce adſum.* Clamor non niſi in diſtantem emittitur, nutus ſufficit, vt intelligat præſens: cur eius reſponſio, quem clamor ſupponebat abſentem, non in aures immittitur, ſed in oculos? *Ecce,* inquit: pupillas prouocat ad videndum, nec agit cum auricula, ſed cum lumine. Sic diuina ſperanti inditur pro reſponſo præſentia, vt adeſſe iam credat, quod ſpei qualitas & natura cogitabat abeſſe.

136. Matthæi 9. verſ. 20. *Ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius: dicebat enim intra ſe: Si tetigero tantùm veſtimentum eius, ſalua ero. At Ieſus conuerſus & videns eam dixit: Confide filia; fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora.* Mulier fidebat ſanitati futuræ: *Salua ero:* Dominus de præterita dat reſponſum: *Te ſaluam fecit.* Vbine præſens inter duo extrema temporum interiectum? Votum tranſiliuit ſpatium, fecitque præteritum de futuro, ne fluxum temporis pateretur ſordens fœmina, quæ ſanguinis patiebatur. Ærumnoſior illuuies eſt, quæ expectationis momentis tanquam in reſide palude inſtagnatur, fœtet à mora, & à pigritia ſortis ægrotat. Sed vide contraria: *Confide filia, fides tua te ſaluam fecit.* Si diceret *faciet*, confidentia prodeſſet. Sanitas præſtita non accidit à fiducia præſtandæ. O prodigia beneficij diuini! Euanet expectatio, non deſperatione, ſed ſorte. Fiducia detulit medicinam, quæ ſuum pharmacum anteiuit, non vt ei negaret originem, ſed vt celeritatis æmula, antequam fideret, perueniret ad ægram. Matth. 9. 20.

137. Verùm S. Lucas aliter retulit ſanitatem, qui non Dominum expectauit videntem, ſed ad fœminæ tactum agnouit iam ſtantem riuum cruoris, cap. 8. v. 44. *Acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius, & ait Ieſus: Quis me tetigit?* Et paruo interſtitio, v. 47. *Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius.* Ergo non ad oculos, ſed ad pulſatam fimbriam ſanguinis irriguit fluentum. Concordia eſt ex oculato corpore Domini, & fœlicitate ſperantis. Per fimbriam viderat, ne fœmina, quòd faciem verteret, expectaret, pupillæ palpebra limbus fuit, & de ora veſtimenti fecerat os, ſuccurrendi voto velocitas, ne per moras anxia diffloreret, quæ morbido cruore fluebat. Nuper vidiſti iuſtitiæ Solem pennis ſanitatis veſtitum, nec huius volucris luminoſi cæcas alas permitte, cùm ſint oculatæ pennæ pauonis; & qui præſes eſt luminis, veſtiti debet luminibus nempe oculis; quippe qui decorem induit amictus lumine ſicut veſtimento. Ergo facies, cuius decor eſt; cum ſuis oculis Luc. 8. 44. Luc. 8. 47. Malach. 4. 2. Pſal. 103. 2.

oculis in Domini veſtibus habitabat, fœminámque tangentem proſpexit: imò ſenſit manum tanquam qua palpebras tetigiſſet. Vnde dixit
Luc.8 46 Lucæ 8.verſ.46. *Tetigit me aliquis: nam ego noui, virtutem de me exiiſſe.*

138. Iacob ſeceſſerat ad orandum, ſarcináſque dimiſerat, vt in ſolitudine Eremi vota produceret. Nondum aduentauerat dies, interim cum vmbris agebat, & ecce vmbratilis pugil in deſiderantis brachia ſe dedit,
Gen.32.23 Geneſ.32.v.23. *Traductíſque omnibus, quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque ad mane.* Quò
Gen 32.26. & 25. certaminis feruor tendebat? Vt brachia pugnæ benedictionis organum eſſent, v.26. *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.* Stadium agonis eſt expectatio victoriæ. Etſi victor euaſerit, qui expectabat, è puluere ſaucius recedit, nec niſi in poplite, vt claudicet incuruatus triumphus. v.25. *Qui cum videret, quòd eum ſuperare non poſſet; tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit.* Quæ indoles hæc victoriæ eſt? victor vulneratur ab inuulnerati robore, ſed iam victi. Sed ſi emarcuit neruus, vulnus intulit expectatio, quæ cùm ſit eneruis & marcida, & ab inerti mora tabeſcat, contagium incutit expectanti, quâ qui patitur tarditatem, redditur tarditatis impatiens. Semiuictor manſit Iacob, qui non illicò vicit, ſed vſque ad mane, dubiæ ſpei protraxit agonem. Cur non in loco titulum erexit triumphi, ſed nudo vocabulo ſatisfecit, noménque certaminis dedit, nec aliud ſuſtulit monimentum.
Gen.32.30. v.30. *Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanue, dicens: Vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* Quæ clarior ſors, ſub vmbratum ænigmate, facie ad faciem Dominum proſpexiſſe, nec ſolum veſtimenti tangere fimbriam, vt corpus ab ægritudine conualeſcat, oramque præſumere veſtimenti, ſed ore ad os ebibiſſe virtutem, vt in animæ viſcera ſalus deſcendat? & tamen non conſtruit lapidem, vt ſpectatiſſimum ſuſpendat trophæum.

139. Certè hic ipſe, cum pergeret in Chanaan, de lapide tentorium efficit, mollémque ſoporem in ſtragulis duris accepit. Continuò ſcala ſuſpenditur de cæleſtibus, cui baſis pauimentum, cui cælum vertex, cui Dominus inſuper pro faſtigio, & Angelorum familia graduum trabes in-
Gen.28.12. quieto ſatellitio occupabat, Gen.28.v.12. *Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes ſuper eam, & Dominũ innixum ſcalæ.* Perlegit Iacob in ſoporis papyro omnem ſuperæ maieſtatis elenchum, vbi ſchala calamus, ſplendor inter tenebras attramentum, exaratæ litteræ ſacramenta Deitatis. Eluit ſomnum, à tempeſtate iubaris tactus, cenſens, non ſolùm oborto mane diem incepiſſe, ſed vſque ad meridiei ætatem per plenæ lucis adoleuiſſe compendium. Pauet, dum gaudet (habet ſuum lætitia pauorem) & quaſi debitor loci illuſtri titulo locum remunerat, vt vertentibus ſæculis maneat
Gen.28.16. prodigium ad celebritatis reliquias, v.16. *Cùmque euigilaſſet Iacob de ſomno: ait: Verè Dominus eſt in loco iſto & ego neſciebam; pauénſque, Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte! Non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cæli. Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper.*

140. Componas, rogo, donum cum dono, vnam & alteram largitatem. Nunc vinculis irretitus ſoporis Dominum proſpectauit à longè; in extrema cuſpide proceræ ſcalæ Deus, non elogio ſolùm, ſed & ſitu ſimul Altiſſimus, nitebatur. Cùm ſe athletam proiecit in brachia, partem iuuenis ſe in certamine dedit, & ne donum de diſtantia minueret, in ſinum per amplexus deſcendit. Alibi fuit comes in puluere, alibi de ſuperno ſolio incolam diſtantiſſimi pauimenti videbat; hîc pugil cum pugile eſt, gladiatoriſque ſpectaculi pars: illic ſuper gradus theatri longior omnibus ſpectator. Et tamen Iacob ſententiam tulit de huius excellentia fauoris, cui artifice gratitudine columnam in memoriam erexit. Quæ cauſa? Quòd hic inſperatum retulit beneficium, quod expectationis dens non momordit, nec pugnax deſiderij fatigatio diminuit, ſed in quiete ſoporis, otioque tranquillo quietis, ſine moræ pretio, fœnoréque dubij timoris clauſis oculis acquiſiuit: illic poſt luxata, laſſatáque brachia, nec niſi itinere tenebrarum emenſo, largis expenſis dubiæ expectationis promeruit. Ergo beneficium celebrat, quod non prius deſiderij neruis extortus, de libito benefici largitoris extorſit. Illuſtre fuit pugnauiſſe cum Domino, ſed & laborioſum pugnare, multum benedictionem ſortiri, ſed pendentis ſpei priùs pretium ad emptionem appendere, ſumptúque certaminis, & diutinæ precis acquirere, muneris granditati detraxit: Ergo alteri titulus in doni monimentum debetur, alterius pro monimento fuit eneruis femoris claudicatio, quæ pendulæ expectationis vulnus videntibus enuntiaret.

In re virtutis qui benè cæpit, non ſolùm dimidium habet operis, ſed & totum.

Sectio XIX.

ADHVC audiiſti, quòd principium, totius operis eſt dimidium, quòd dimidium 141.
habet facti, qui cœpit. Liberaliùs agam; & totum. Ergo ſat eſt aggredi, & non proficere? Sed profecit ſatis, qui aggreſſus. Qui magnum facinus adoritur, licèt quaſi tener ad operis lucem oriatur, in ipſomet ortu adoleſcit: non eget niſi pedibus, qui ad operis ſemitam introducant; in carcere deponat veſtigia, ipſius operis feruor perducet ad metam. Qui è littore ſoluit, pedémque è ſicco detulit in carinam, quidquid opus fuit, de miniſterio pedum exhibuit, cætera nauis agit. Lapis, quem deliciorum intextis vinculis brachio rotantem fundibularius proiecit, non ala, non remo, non gradu longiſſimum metitur ſpatium. Quo impulſu cietur? Nonniſi virtute principij; quia dimitti cœperat, ſe ſpiritu concitato dimittit. Iacientis perſeuerat impulſus, & ad curſum lapidis geminatur; ille totum peregit officium, qui iationi iaculi dedit exordium. Intentus neruus, qui ſagittam excuſſit, dum illa volat irrequietè, quieſcit, ſat fuit dimidiato oculorum lumine collineare, vt ſagittarius ſine ſui motu tetigiſſet ſcopum. Saxum, quod cœpit è cacumine cadere, ſeu flamine tactum, ſeu manu, ſecum fert finem in exordio ruinæ; quò magis deuoluitur, impetum multiplicat ad cadendum. Nec hanc caſui

adroges

adroges vt propriam, naturam; ascensui sine repugnantia concede. Volucris, quæ alarum inertiam incipit erudire in inani, dum parumper libratur ad pondus, dubiásque plumas ausa est credidisse tereno, sensim in suomet remigio confisa, superiora conscendit, & nubes prouocat ad fastigium totum volauit, dum pattem animosa exorditur. Auis sis, vt volites ad virtutem: alas expende, sat est. ipse ventus te ad cælestia feret, flaminis inspirante fauore. Docet Iuditha consummationem operis in exordio.

142. Vers. 13. *Et dixit Iudith à longè custodibus murorum: Aperite portas quoniam nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israël.* Imò, ô Heroina, nondum integram fecit virtutem, sed faciet. Incipere ad sortem, auspicium optimum erit sortis, sed nondum sors. Vnus adhuc cecidit inter millia: Assyriorum castra adhuc in camporum latitudine sistunt. Vnius Holofernis interitum plures, qui è stationibus pullulabunt Holofernes, exercitus ducatum supplebunt; nondum detonet triumphi vox, nec triumphalis quadriga virtuti quasi vet. ranæ parcetur, cùm adhuc tyruncula sit & iunior, nec totam victoriæ compleat ætatem. Imò *fecit*, inquit, non *faciet*: quia qui in re virtutis incepit facere, iam perfecit. Caput operis est principium, principium exercitus Imperator & Dux. Si caput scidit Principis, & supremi Aristarchi, vincere incipiens fœmina, reddidit se in principio victricem, & quæ finem dedit capiti, exorsa est facinoris principium à fine; quippe cohortum Dux, non solùm principium est exercitus, sed & finis. O mirabilis concordia prodigij! Principium & finem vna breuis pera coniungit, quæ cum baiulet abscissum Principis caput, cum fine caput operis copulauit.

143. Isaiæ 41. vers. 2. *Quis suscitauit ab oriente iustum, vocauit eum, vt sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes, & Reges obtinebit. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum.* Non à meridie, non ab occasus vmbris iustus dicitur suscitari. Et nouum est suscitationis ingenium, quod quis suscitetur ab ortu, cùm resurrectio nonnisi à cineribus sit, & de frigidis tenebris calens iterum animosi spiritus restitutio. Oriens, secum ipse gerit quod viuat, & de appetente luce surgit equidem, non resurgit. Verùm adeò iustitiæ initium sine intercapedine ad consummationem adnectitur, vt quoties iustus ad virtutis oritur splendorem, iam diei cursum præsumatur egisse, & post vesperum iterato principio crastinum suscitetur ad lumen. *Dabit in conspectu eius gentes, & Reges obtinebit.* Prima operis diligentia non manus, sed oculus est. Cui exoculatur exordium, primúmque obcæcatur vestigium, nobilior manus ad meditationem operis amputatur. Sed nisi prouidentiæ visui, palpebrisque solertiæ accesserit pes, qui pergat; dextra, quæ occupet; brachiúmque fortunæ, quæ vincat; quî poterit solo aspectu, præuióque luminum dominatu obtinere, quod ambit? O sors compendiosa fruendi! Tres sunt celeris dictiones triumphi, veni, vidi, vici: sed iustus minore sumptu, qui obtinuit visu, syllabas amputauit; antequam veniret, vidit, & vicit, vtpote qui victoriæ opus negotiante lumine incepit, & exorsus oculis, manuum officio ad opima non indiguit spolia. Sic citissimè qui solùm cœpit, conniuentibus palpebris, antequam se consumeret præliaribus copiis, gentium consummauit victoriam. *Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit.* Qui persequitur hostes, tergúmque fugacium sollicitat, puluerulentus it, œstróque percitus sanguinei furoris procul abest à pace, vtpote qui bellum fugitiuum inquirit, campúmque hoste deserente signa fatigat. Si iustus agmina vitiosa persequitur, quomodo non tantùm siccus à sanguine, sed & nunquam madidus, de togata pace sternit semitam, quà pertransit, nec eius pedibus concitati pulueris hæret reliquia? Quid? Vix persequi incipit, cùm iam cepit: aggredi non solùm fuit congredi, sed & de militari chlamyde ad pacatam regredi togam.

Quis hæc inspirauit auspiciorum compendiosa prodigia? meritò sciscitatur Propheta: *Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio?* Si exordij miracula sunt, non solùm ab exordio, sed & ad exordium generationes vocauit, vt finem operis in exordio tenerent. Prima pars concipiendi fœtus generatio est; imò quæ præit principium ætatis; non enim tempus, nisi à puerperij noto computatur momento. Sed ita velox est per iustitiæ stadium primus impetus gratiæ, vt moris præoccupatis puerperij, & ætatem à regeneratione dinumeret, & vsque ad virtutis maturam adolescat senectam; quippe qui incepta iuuat, Deus est, qui vtrumque terminum, finis videlicet & initij suomet nominis stemmate iungit: *Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum.* En celeritatis miracula subsignauit. Si primus & nouissimus est, quale interseritur medium, quod nectat extrema? nouissimum non illicò succedit ad primum; minor numerus est binarius, nec secunda vnitas nouissimæ promeruit vocabulum, quod est superlatiuum longissimi recessus à prima. Ita est. Sed simplex natura, quæ nullius partibus variegatur, nec numerosa tarditate distenditur, cùm omnia sit, vnum vtique est; quaque prenditur tota, quisquis eam incipit capere, cepit. O igitur fœlicissima primordia virtutis, quæ in sua origine conualescunt, nec pars sequestratur à parte, sed more amphoræ siue vrcei, qui incepit ansam prendere, totum vehit. Non spatij latitudo te terreat, non latè patens campi profusi vsque ad sydera stadium, non scopulosa grauitas montis: arripe semitam, repe, qui se primus dederit, cliuum, meta tibi promittitur in exordio, in radice cacumen. 144.

Psalm. 118. vers. 94 *Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.* Quid exquisiisse procederit, si non acquisiuisse contingat? Quid currere, vt tangas, cui non tetigisse concessum? Et tamen audacter, *Tuus sum ego*, inquit, cùm nonnisi iustificatus, per gratiæ commercium ad Domini peculium attineat. O opportuna confidentia fruendi! Cœpit per iustitiæ semitam currere, qui sedula vestigia mouebat, vt iustificationum latibula vestigaret. Otiosum esset, sibi de inuentionis gratulari fortuna: illicò iam inuenerat, qui sic venit. Hinc protinus adiicit vers. 96. *Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum* 145. Psal. 118. 94. Psal. 118. 96.

Isai. 41. 2.

nimis. Ergo solo visu latitudinem peregit spatij, & consummatur in breui, multa tempora nondum concitati cursus impleuit. Sat fuit vidisse, Sap 4.13. vt finis successisset exordio, volucrem præcucurrit, qui ciliis peruolauit vt alis. Exaggerauit spatiositatem mandati, qui nimis latum esse cognouit, nec ad superandi cursu moras expauit, qui in initio currendi, quod visio est, sibi de emensa latitudine iam blanditur. Sed exaggeratiùs explicuit, quàm per primos oculos, operis penetrauit extremum: *Omnis consummationis vidi finem.* Si consummatio finis est, consummationis finis, erit vtique finis. Adeò vsque ad penetralia perfectionis descendit, vt ipsius finis fundum attingeret, & consummationis, quæ in puncto est, quasi extremiores partes teneret.

146. Sitire se Dominus in patibulo clamat Ioan- Ioan. 19.29. nes 19. vers. 29. *Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hysopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cùm ergo accepisset Iesus acetum dixit: Consummatum est.* Si sitis Domine, cur non pleno haustu sugis hysopum, sed primoribus labris iniquitatis acetabulum libas, quasi si Ioui (Deo vtique, qui tu es) Saluatori liberas. Quòd si tantum propinationis guttam in palato primo gustasti, cur, velut si acerbitatis dolium vsque ad fæcem hausisses, consummatum esse proclamas? Cur sic transire calicem permisisti, quem, vt integrum biberes, dedit Pater? Imò vsque ad fundum hausit, qui asperitate iniquissimi potus labra rigauit. Sat fuit appetere, peteréque amphoram delictorum, vt præcocem peccatorum vindemiam, quam prælo patibuli conterebat, vsque ad mustum sanguinis, in patiendi feruore decoqueret. Qui solam peccatoris exhibebat figuram, sed Redemptoris solidum corpus, dum cœpit ab hysopo, generis aspergi criminibus, totum Redemptionis plenissimé contractum peregit, & in prima gutta, criminum profundum absorbuit, vt consummationem operis in operis exordio monstraret, & saluum fore, qui quæ gustare inceperat, incipiat detestari flagitia; siquidem, quod magis est, in huius exemplo doctrinæ, ipse Dominus fit Saluator.

147. Volumen erat in medio throni septem circumclusum sigillis, cuius ambitum circumdabat corona seniorum, nullus tamen seniorum poterat penetrare secretum, Apocal. 5. v. 6. *Et vidi, &* Apoc. 5. 6. *ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem. Et venit: & accepit dexterâ sedentis in throno librum. Et cùm aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt.* Quasi organo agnus aperuit, fidémque signaculorum confregit, & cessauit custodiam pede, manu, oculo, an cornu? Certè numerus oculorum, & cornuum, sigillorum numero respondebat, vtrobique septenus, ne sigillorum vni oculus, seu cornu deficeret. Ergo cornu impetere, collinearéque lumen, aperire fuit opúsque consummauit intentio? Exordium auspicato successit. Vix agni teneri tetigit frons radiis oculorum, cornutáque luminum gloriâ, cùm se palam liber exhibuit, altáque sacramenta patuerunt; quippe liber vitæ à principio vitæ aperitur. Verùm qui est, *Et ecce agnum stantem tanquam occisum?* Stare viuentis est, cadaueris casus: non pedibus nititur forma moriendi, nec figura cædis assurgit, cui à procubitu *occubitus* vocabulum insidet. Sed tanquam occisus agnus stat, qui in patibulo crucis patientiæ cursum consummauit stando: oportebat enim Imperatorem salutis stantem mori. Imò agnus cùm primum stans apparuit, iam occisi aspergebatur specie, vt qui occidi venerat tanquam agnus, illicò vellus effuso purpuraret cruore. Vix stare incepit, cùm vitæ exordium, vsque ad cædem præcucurrit spatium, & ex ouis limpidæ vtero, cecidit in præsepis cunabula, vt de ligno nascendi ad moriendi lignum eruditio suppeteret, & per exordium lucis, Redemptionis perficeret œconomiam. Ideò librum dicitur aperuisse; qualem si putas? *Liber generationis Iesu Christi filij David,* Matth. 1. 1. *filij Abraham.* Ergo statim ac gignitur, quasi occisus apparet, librumque vsque ad vmbilicum rubentibus foliis expendere, vt iam in matris vtero speciem Redemptionis perageret. Et vide quali nomenclatura insignitur, cum occisionis lineamenta prætendit? agnus equidem nuncupatur; & tamen hoc nomen in initio apparitionis assumpsit, cùm vox præcursoris insonuit, Ioann. 1. vers. 29. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit* Ioan. 1. 29. *peccata mundi.* Vix primam sui edidit suspicionem, cùm ad prædicationis inter Iordanis latices initiabatur officium, & iam agnus lanam vermiculatus sanguine protendebat, quasi consummationis ederet finem, compleuisséque in ipso vestibulo sacrificium. Inde canunt seniores, Apocal. 5. vers. 9. *Dignus es Domine accipere* Apoc. 5. 9. *librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione.* Si iam aperuerat, cur, vt aperiat, dignus vtique proclamatur? Quoniam qui natiuitate inceperat aperire, iam signacula exordio fœlici discusserat, & affectu impleuerat passionis compendium. Nondum vsque ad occisionem librum medullitus reserauerat; sed quia cœperat, & primum libri caput prologo puerperij insigniuit, totum aperuisse apertis vulneribus concordi seniorum decantatur suffragio. Ergo initium facti, consummationis titulo fruitur.

Vers. 16. Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi: illa autem ascendens in eminentiorem locum, iussit fieri silentium. Cúmque omnes tacuissent.

Suauior & delectabilior ex pœnitentiæ lixiuio, sacrísque iustificationis pigmentis facies redditur peccatoris, quàm ex innocentiæ lilio facies insontis.

SECTIO XX.

SIT sua nobilitas innocentiæ; à vitiis excussio celebritatem meruit festiuam; 148. dulciolum virtutis est, & manu prædonis furtiuum hominem subripuisse. Gloriosiori quadrigâ ad spectaculum sui vehitur victor, dum pugnæ reliquias adhuc calentis sanguinis fert in dextera seu in fronte. Rubor ille

purpura

purpura est, & Imperatoris palludatum insigne, nec rosam nouæ pulchritudinis os triumphatoris oculis & osculis plaudentium exponit, nisi quam ardor profusi sanguinis seruauit. Venustas victoriæ de vulneribus constat, quam ruptis venis, purpura pretiosior inspersit; fœdus rediisset victor, si siccus: sordes hæ politura corporis sunt. Gratior apparet maculosa pœnitentis figura, quàm innocentis candor, cui nullus deuicti ignis fumus adhæsit. Esto sit generosius, & tutius nunquam inter sordes iacuisse, æstimabilius est de contactu stercorum manum limpidam eruisse. Celebratiori elogio Sol sibi impunem claritatem decantat, cùm politum iubar in cloacam demisit, leuauitque cum lucis arrogantia politum. Nunquam peccator à formositate desperet: pœnitentiæ lixiuium scit cutem reddere formosiorem.

149. A barbaris gentium spurcitiis pulchrior fœmina quia redierat, apparatum luminarium promeruit vers. 16. *Et accendentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi.* Cur hæc pompa reduci præparatur, quæ anteà à mœnibus excesserat sine luce? Nondum de victoria Bethulienses instructi, tractant fœminam vt victricem, solùm quia de hostilibus castris redierat. Par esset, quòd anteà ad fœminæ egressum gaudiosa festiuitas concurrisset, quæ ibat voto victrix, antequam dexterâ. Sortem priùs enunciet iugulati Tyranni, vt ei læta ignium stipendia deuoueant. Sed non tardauit retulisse victoriam, quæ à vitioso Assyriorum commercio se illibatam retulerat in Bethuliam. Ergo flammeis linguis luminaria pro præconibus successere, & ad pulchritudinis incrementum, de lampadibus, funaliúmque diligentia nitor accessit; quoniam ampliori celebratione dignus efficitur, qui à vitiorum frequentia nitidam columitatem eripuit, quàm qui in lacte virtutis, sine turbidi periculi fluctibus inoffensam valetudinem conseruauit.

150. Ionas profusam Domini criminatur pietatem, quòd dissipationis eluserit vaticinium, statéque fecerit Niniuem, quam iam fuerat sententiæ iaculis demolitus. Satisfacit ille seueri

Ionæ 4.11. Prophetæ querelis, cap. 4. v. 11. *Ergo non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quod sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?* Vide qualiter misericordiæ laxitatem excuset, nec veretur stabilitati derogare iustitiæ. A puerorum numero, quos innocentiæ candor adhuc illibatus aspersit; à iumentorum gregibus, quos irrationalis indoles à rationis ægritudine liberauit. Nónne cùm demolitionis minis ciuitatem ante percusserat, hæc ipsa innocua lilia virebant, quæ nondum peccatorum pruina decoxerat, nec alborem suxerat proprij fuligo peccati? Quid tunc deliquerant armenta boum, gregésque caprarum, & equorum generosa propago? Numquid de bobus est cura Deo, qui sic brutorum columitatem procurat? Si priùs euaginato rigori non obstiterat innocentia: cur nunc strictam gladij aciem perstringit, & quasi æstimabilitas accreuisset, iram continet, quam seueritas iam laxauerat? Recole adauctam pulchritudinem innocentiæ, pœnitentiæ tormentis, à sordibus venustior euasit, & de hispido sago ditiora conduxit ornamenta decoris, Io-

Ionæ 3.7. næ 3. v. 7. *Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore Regis, & Principum eius dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quidquam; nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiantur saccis Homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine.* Non parcitur ætati, non sexui, non bruto: Vtraque natura, siue quam nondum ratio regebat, siue quæ nunquam sub rationis calculo computanda, criminis personatam figuram ductam vmbris pœnitentiæ ferebat. Ergo euasit innocentia pretiosior, quam aboliti per dolorem peccati forma de squalore pulcherrima commendabat. Habuit diuina pietas illecebram miserendi, meritúmque præualuit rigori, qui in innocentes nudos exarserat, quibus parcit libitò ob valoris æstimabilis incrementum. Dulciùs delectat perditum, quod vestigationis vendicatur industriâ, quàm quod nunquam labitur è tranquillitate tenentis. Gratia, quæ iustificat impium, quà laboriosior est & sedulior, deliciosa nimiùm & mellea est, sicut saccharum post absynthium, marisque lac post fella naufragij, post nimborum turbinem Sol lucidior. Columitas, quæ euasit ab hostibus, duplicata libertas est. Nec salus æstimatur, nisi quæ ab auaritia medici, chirurgique sæui scalpello, qua postliminio reuertitur.

Surgit è telonio Matthæus, & quem sarcinâ nummalaria grauabat, à forensi compede eximitur; vix à promptuario vsuratum assurgit, cùm festiuus in triclinio conuiuali reclinat, 151.

Matth. 9. v. 9. *Et cùm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, sequutus est eum. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis suis.* Si veteranus fœnoris illiciti miles vexillum iniquitatis deseruit, vt asscreretur in gratiæ tyronem; cur ad criminis displicentiam non succedit, lachrymarum illuuies, fluórque pectoris, quo abluatur: sed in epuli feruorem deflectit, quasi ab æstu auaritiæ in escarum æstum recideret? Vt quid festiuitas conuiuij post culpam, lætáque charitas propinantium, Deo ipso ereptum hominem à laqueo scelerum in gratulatorias epulas prouocante? Qui vitiorum obses profugus à Tyranno reuertitur, nescit recipi nisi inter lætitiæ crateres, celebrésque dapum sapores, vt pompa sit gaudij, reducis pœnitentis amplexus. Cùm Ioannes à piscatoriis retibus extricatur, vigintiúsque iuuenis reuocatur ab aquis, quas non ad ablutionem, vtpote insons, sed ad pretium, vtpote mendicus tractabat, nec piscium reliquiæ ad conuiuij gaudium torrentur, nec alacritas perstrepit per obsonia; quidquid festi fuit, ad publicani sortem seruatur, quasi Deo riserit iucundior fortuna, cùm reuocatur perditus, ac quando vocatur imperditus. Matth. 9. 9.

Illicò te lacessit seduli memoria pastoris, cuius grex centum velleribus enitebat, quæ diffusa per gramina vnius censura sibili, minisque baculi ad ouilis contubernium trahebat. Inter virgulta, inescata furto foliorum, solitaria ouicula mansit, quam ramorum vmbræ tutò deprædantem tegebant. Sed pastor reducturus in caulam, postquam numerosum calculum supputauit, pignoris transfugium aduertit, gregisque residui custodiam exilio damnatus deseruit, donec per saltuum errores, implexæque volumina vallis ouem inuenit, quam nimia viroris illecebrâ laborantem, ne fati- 152.

garetur per colles, imposuit humeris, non tam in subsidium defessæ, quàm vt mordicus pignus prendisset, ne aberraret iterum, si suis pe-
Luc.15.4. dibus graderetur. Luc 15.vers.4. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdiderit vnam ex illis; nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? Et cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum, conuocat amicos & vicinos dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.* Plura sunt, quæ consideres in parabola. Ouis vna se segregem fecerat à comitibus, nec fugæ culpam balatu defleuerat, nec gradum mouerat, vt rediret; sed inter herbosas delitias oblita luxuriabat pastoris. Si saltem reducem se voluisset, nec posset extricare conuallem; non mirarer pœnitentem transfugam plus stantibus adamari, quæ vestigio docili post prædam sui, floréſque detonsos, se ad pastoris reuocabat officium.
Luc.15.24. Prodigus quidem, qui sua effuderat; quousque se fudisset in sues, à pio patre præ frugi filio diligitur: quoniam, vt reciperetur, sui pretium detulit, cùm rediuit. Verùm quis ouiculæ valor accreuit, quam nec discessisse pœnituit? Adeò reducis peccatoris, suauis æstimatio præponderat innocente, vt non solùm pluris appendatur, cum redux, sed & cùm speratur reduci. Sat est opinio, quod redire possit ad caulam, postquam suus error ad semitæ fortunam impulerit, vt gregalibus ouibus ouicula pretiosior appareat, quam lasciuus exteri pascui vigor auulsit, vtpote quæ, licèt furtiuo pabulo delinata, poterat à longè olfacere gregem, & per odoris semitam ad germana vellera necti. Nunc perdita est ouis, sed saltem poterit inueniri, siue gressibus accesserit proprijs, siue vestigetur alienis; cóque pretium pœnitentis assurgit, vt non solùm sors, sed & contingentia fortuita pœnitendi plus officij, quam tranquilla iusti possessio, à beneuolo pastore promereat. Nec prætereas, quòd qui nonaginta oues in deserto dimiserat, postquam fugitiuam inuenit, non dicitur in eremi rediisse iuga, vt palantem gregem reduceret, sed se rectà in domum alacris retulisse, etsi dissipatus grex, impetentium luporum per offusas noctis tenebras pateretur incursus. Quid pro pretio inuentæ fugitiuæ pugnacius? Sic gaudium attonitam mentem abduxit, vt desertam in deserto totam reliquisset substantiam, ne si ad cliuos montis rediret, lætitiam, quam de inuenta acceperat, interrumperet. Imò in humeros ouem imponit, vt eius sustentaret errorem, nec lanam ictu baculi verberauit, qui incepit fieri baculus ouis. Nec eam manu ducit ad domum; ne vel manum castigantis timeret; sed humero ducit, vt fiduciam veniæ concederet, qui nequibat humeris impositam plectere, ne tergum concitata auicula calcitraret.

Vers. 17. Dixit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se.

Vers. 18. Et in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quam promisit domui Israël; & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte.

Laudis merces operis Auctori debetur, non furi, qui merita deprædatur aliena, vt propriam gloriam de solâ furti industriâ venetur.

SECTIO XXI.

NON manus, sed impulsus laudem sibi adroget de facinore: etsi propria illa sit, 153.
esse solet alter alterius; nec par est furtiui operis præmium promerere furtiuum. Latet pluries inter digitos operantis virtus subsidiaria patroni, quæ gubernat dexteram, ne deflectat; & opus est ad mercedis sortem concurrat, qui concurrit ad factum. Pædagogus, qui articulos pueri manu superpositâ imbuit, & ducit, vt calamus procedat ad artem, nec crena sub tenero pollice nutet, litteram exarauit, non puer; nec eum de scriptionis benè comptæ elegantia, sed de docilitate commendes. Quod equus siue à carcere stadij impetuosus exiliit, siue ne in metam concitatus allideret, in moderaminis lance, cùm iam peruenitet, flammei cursus velocitatem appendit, etsi obedientem bruti indolem prætonetur, equitis insidentis industria fuit, qui & laxauit frænos in tempore, & in tempore coangustauit. Iustus esto, cùm elogia distribuis: da cuique quod suum, ne honore oneres, quem honoras de alieno. O quot in sæculo ære laudationis grauantur, arripiúntque gratitudinem famæ, cùm solùm in officina egregiè factorum non architectum ingenium, sed exanime instrumentum dedere. Quod expansis linteis per fretum nauis concitata percurrat, da gratias vento, qui si steterit, non alæ, sed sarcina vela sunt, & nisi funibus implicentur, immobilis nauigij obumbrabunt verecundum ruborem. Compendiosius ageretur cum meritis, si solùm verè meriti, & de proprio operarij muneratentur. Vnius meritum plurium solet debita constituere, & rarefacto opere largitorem præmij ad calculos plures vrgere; ergo auctorem inquire, nec immeritò furibus alienæ mercedis facinorum substantiam dispendas.

Vers.17. *Cùmque omnes tacuissent, dixit Iudith: Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se: & in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam quam promisit domui Israël, & interfecit in manu mea hostem populi sui hac nocte.* Cui tributum ex pensitatione famæ debetur, tributum Iuditha rependit; cui laus, laudem, ne elogiorum ære damnetur, & sub onere non suo grauata succumbat. Nihil nisi manum, & quidem quà fœminæ mollem, quà venustatæ breuem, quà ieiuniis exuctæ pusillam, sibi attribuit de facinoris apparatu; cætera vtpote Numinis origini libenter restituit, pædagogiúmque soluit Magistro, qui puellæ dexteram, gladij calamum pulchris digitis contrectantem, ad inscriptionem vulneris manuduxit. Cur tibi nec animos pangis, nec suprà viri spiritus sexus desidiosi constantiam; imò nec neruosum lacertum; sed velut brachij alieni posteriorem portionem, quæ virtutem hausit è superis? O nunc amplissimi dignà præconij, quæ vt præco, non ad tuæ, sed velut fœnerato 154

rato vocis officio ad alienæ celebritatis pompam conduceris. Ideò se ancillam præuia proclamauit cautione, vt quidquid operis Domino acquisiisse monstraret, nec pars elogij sibi suppeteret ad peculium. Meritoria artificia sunt non solùm artes, quæ pecuniam quærunt, non laudem, (& à liberalibus discernuntur, quoniam seruiunt, & mercedi, vt Domino, laboriosa corporis fatigatione curuantur) sed & illa, quæ prædone ingenio ad aliena opera adroganda sibi furtiuâ inclinatione ducuntur, vt pro gloriæ pretio diuendant. De meritoria gesticulatione lauda comœdum, non de poësis ingenio. Quòd meretrici carminum pedes seu acutè, seu rotundè ceciderint, non histrionis fuit, sed poëtæ; huic debes eloquentiæ mercedem, personatus ille satis spectaculo muneratur.

155. Thecuam mulierem Ioab conduxerat, vt sibi lugubrem, pullatámque pallam indueret, sobolèque se egisset orbatam si hoc apologo posset ad Absalonis veniam offensum genitorem allicere. Apparuit fœmina coram Rege, & doli capax, subdolæque calliditatis magistra aptè quod
2.Reg.14. 19. imbuta definxit. Tunc Dauid 2.Reg.14. vers.19. *Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait: Per salutem animæ tuæ Domine mi Rex, nec ad sinistram, nec ad dextram est ex omnibus his, quæ loquutus est Dominus meus Rex: seruus enim tuus Ioab, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc. Vt verterem figuram sermonis huius, seruus tuus Ioab præcepit istud. tu autē Domine mi Rex sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, vt intelligas omnia super terram.* Cur sub larua Rex illicò artificium rimatur, & agnouit auctorem, cum astus insidiosi schola suoptè ingenio fœmina sit? Cur fictricis meritum non honorat, sed inter sermonis blanditias, versipellis retegit fraudem? Quoniam sapiens erat sicut Angelus Dei, qui personæ cerebrum penetrat & medullam, nec à fuco decipitur, cùm fontis venam intuitu æquabili perscrutetur. Ergo mulier sine laude recessit, cui nec solutum est
2.Reg.14. 21. fictionis ostentum: statim enim adiicitur v.21. *Et ait Rex ad Ioab: Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerum Absalom.* Cur non verbum fœminæ, quæ loquuta? Quoniam non suum erat, nec de proprio laborauerat lingua. Sumptum fecerat styli Ioab, ei absolutionis munus præstatur. Nec Rex vllum verbum mulieri Thecuanæ rependit; quippe nullum eius acceperat, debuitque architecto sermonis verbum restituere, quod debebat. Benè percalluit fœmina sic fuisse decernendum à Rege, quæ dixerat: *Sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei.* Qua causa cum Angelo comparauit? Quoniam omnes sunt administratorij spiritus, qui officia, quæ peragunt, non sibi, sed Domino tribuunt.

156. Virgo Dei Genitrix mox futura, vt votis Angeli responderet de superno nuncio præmonita,
Luc.1.38. inquit Lucæ 1. vers.38. *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.* Imò secundum verbum Domini, quæ Verbum concipis sic loquuta. Sed agnouit Angelorum magistra, non sibi Angelum vsurpaturum gloriam sermonis, dum suum audisset; quippe quidquid est Angelus, suo Domino mancipatur; nec Regis Orator à se loquitur, sed à Rege. Missus erat de supernis
Luc.1.26. ad nuntium: ideò præcessit, vers. 26. *Missus est Angelus Gabriel à Deo.* Ergo verbum fuerat mittentis, ministerium vtique missi. Inde se ancillam protinus nuncupauit, vt ostenderet Angelo vtrumque ad familiam Domini pertinere, verbóque Domini imbutum vtrumque, virginem vt parentem, Angelum vt legatum. Nec ait: Fiat mihi secundùm verbum meum, cùm Incarnationis fœdera subsignaret, cuius obses natura præstolabatur assensum, verboque proprio, cælestis Genitoris Verbum conciperet: quippe nihil sui detexit in opere, quod altissimi obumbrauerat virtus, vt sub sua ditione sibi occluderet inopinabile Sacramentum.

Quinque virgines stoliditatis dānantur, quòd à virginum sapientium schola, extinctis sine succo lampadibus, reaccendendo lumini oleum 157.
liberale deposcunt, Matth.25. vers.8. *Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.* Cur sine oleo, quasi incomptæ, sordidæque puellæ stultitiæ turpitudinem subeunt, & suprà inopiam, dedecore fatuitatis grauantur, cùm egestas, etsi infamis audiat, soleat sapientibus adhærere. Doleat sponsus vernularum inopiam, quæ non in polienda cute, sed in funalibus enutriendis olei guttulas consumpserunt. Non ineptum consilium fuit, antequam flamma lampadis obiisset, agoniæ luminis succurrisse per stipem olei quęsiti. Imò fatuæ meritò nuncupantur, quæ de aliena luce ambiunt nitorem, & de emendicata sapientia vnguentarium laudis lucrum vestigant. Etsi vestias stultum apparatu sapientis, stultus remanet in medulla. Eadem est simia nuda & vestita. Sub humano indumento superest brutum. O quot alienis lucubrationibus, quæ insomnis auctoris oleo redundantem olent lucernam, sua tingunt scripta, cùm papyrus ad suam albedinem de conscientia furti rediret, si ad suos dominos litteræ refugissent. Ergo bis fatuæ virgines sunt, quæ de extorto oleo inanes lampades lucidare conantur. Inde prudentes responderunt de suo: *Ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.* Estne forense bonum sapientia? hastam patitur & præconem, &, quasi res mancipi sit, quærit nundinas ad commercium? Sic agitur in litterariis musæis: qui fert sacculum, redit sapiens; emitur pro diuitiis ingenium, & celebritas acuminis ære appenditur. Quasi telonium cathedra sit, & nummularij magistri, ad vsuras negotiatur sapientia, lingua perpolitur argenti stylo, aurique dente intellectus cerebrum excauatur, vt vapores stultitiæ deponat; & qui inops, diceretur insipiens, si diues sit, illicò super antesignanos extollitur. Sed minori calumnia digni sunt isti, saltem aliquid pro sapientiæ dotibus erogarunt: dat animos opulentia, quidni & animum cum toto suo satellitio rationis? Quare prudentes virgines consulunt stultis, ne gratis oleum à liberali manu procurent, sed ad vendentes pergant, vt & in eundo laborent, nec fumant sine sumptu, quod lucet. Verùm quid est quòd hæ de prudentia laudentur, nec à charitatis defectu subeant auaritiæ opinionem; cùm oleum, quà sapientiæ symbolum est, eodem succo, charitatis attributum accendat; nec sapientiæ lux, nec largæ charitatis incendium angustias patitur nitoris & flammæ, sed & lucet omnibus, qui in domo sunt, & qui ad focum accedunt, caloris largitate

remuneret? Sed, ô prudentia virginum commendabilis! permittere stulto, vt sugat claritatem alienam, & de aucupio nitoris inanem sibi pompam opinionis producat, non charitas est, sed luminis prodigalitas superuacua, sicut alere fures, nec suspendium præparare ad supplicium, vt qui de aëre viuunt, in aëris statione moriantur.

158. De hispidis villis, qui tactui hirsutam fratris cutem referrent, manus & collum asperauit Iacob, subdolâque lanugine, genitoris cæcitatem delusit. Sed modesta fuit deprædatio, quæ quod fœdum & toruum fratris erat, effinxit, & inuenustam crispitudinem pili, quæ potiùs erat fœditati, quam laudi, hœdinis pellibus figurauit.

Gen.27.22. Tunc Isaac inquit palpato eo Gen. 27. vers. 22. *Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. & non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant.* O in ipso doli legitimi sacramento intra deceptionis scœnam optimus arbiter meritorum! in vno filio vtrique detulit, quod suum erat, alteri pilosam pellem, alteri vocis gracilis suauitatem: etsi ipsum, quem tentauit, audiuit, geminam sobolem in contactu & aure discreuit, ne vel Esau adrogaret sibi vocis dulcedinem, vel de villosa indole, roboris speciem Iacob. Benè distribuit, etsi cæcus & senex, nec ab oculorum caligine tumultuario, & confuso iudicauit arbitrio. Maluitque, qui benedicturus erat Iacobum, fraternæ pellis pandere furtum, quamuis cognitâ causâ subiret opinionem iniusti, qui vocis modulo potiùs credere debuisset, nec facillimæ ad fraudem lanuginis contrectationi confidere. Si tacuisset pater, vocisque notitiam absconderet, Esau conqueri non valeret. Sed iustus Isaac, nec Iacobi meritum, lenitatémque vocis feritati fratris adscriberet; quem esse Esau dum benediceret, cogitabat, ab elogio lenissimæ vocis priuauit, fassus audiuisse Iacobum, cùm fassus tetigisse Esau.

Vers. 19. Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis dicens: Ecce caput Holofernis Principis militiæ Assyriorum: Et ecce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum fœminæ percussit illum Dominus Deus noster.

Non à patrocinio eloquentiæ, sed ab exhibitione operis, meritum est probandum. Exprobrat opus, qui aliud ad præmium testimonium quærit, quàm opus.

SECTIO XXII.

159. TESTIMONIVM est operis ipsum opus: fidelior publicatio facinoris facinus. Res benè gesta, non sic benè dicta panditur auscultantibus, quàm si cùm geritur, exhibetur videntibus. Non annulis testium credas, nec sic æstimes publici signaculi confessionem: opus tuum ad oculos spectaculi ferto. Incorruptus vindex veritatis est veritas. Sunt qui causam meriti in rhetore oratore deponunt, & ad fortis mercedem, patronum, qui declamet, conducunt; sed cùm reliquias operis non ostendant, non immeritò causam amittunt, qui litem meritis insolerunt, & strepitu iudicij grauarunt. Frons protuberans cicatricibus, manus ærea, & dimidium cruris de ligno, balthei honorem strenuo vindicant bellatori. Si à consertis manipulis, polceréque sanguineo immadidus & sanus rediuit, quid proderunt papyracea diplomata? Quid subscriptior Aristarchi, vt mercedem ferat sanguinis sine sanguine, & quasi veterano & emerito annui redditus sub meritorum calculo deputentur? Meliùs in mercede proficeret, si conductus portitor mutilum pedibus eum ante Regis oculos introduceret, nec lingua suppeteret ad loquendum, quam tormentaria pila diuulsit, nec ventilata manus ad fortitudinis persuasionem, quam hostis impetitus defendente abscidit machæra, nec bullatus spiritus pectoris ad clamandum, quem post traiectam loricam obturauit iaculum in ima descendens. Fœlicior aduocatus est saltem pars operis ad totius operis iustum præmium. Gutta cruoris, quam gelu & puluis quasi adhærentem cuti globulum dereliquit, fides est roboris credibilior.

Vix orationis prologum exorsa Iuditha, de pera caput Holofernis diducit vers. 19. *Et proferens de pera caput Holofernis ostendit illis, dicens: Ecce caput Holofernis Principis militiæ Assyriorum, & ecce conopeum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum fœminæ percussit illum Dominus Deus noster.* Si publicam fidem promereri festinas, non tam præproperè amputes sermonis exordium, ô docta caput amputare Tyranni. Lento styli gradu procede, Bethuliensium animos capta comptæ blandimento orationis. Sed non tolerauit inducias morosas styli. Quæ se credibilem concupiebat, diffidit verbis, cùm efficacior sit eloquentia manus, quàm linguæ; operis, quàm dictionis. Cruentauit lenitatem eloquij, adhuc venis palpitantibus capitis, quod secuerat, quæ sermonis limpidi venam pretiosiori sorde obcæcarent. Verborum enim cæcis est opus, nonnisi prospiciendi vulneris oculatis. 160.

Ioannis 20. vers. 25. Thomæ, qui aberat, cùm se Dominus discipulis prodidit intuendum, dixere sodales: *Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.* Quid est, ô tu? testium dispositioni diffidis, nisi rem manu tua teneas, depositúmque contrectes, naturámque pignoris experiaris à tactu? O creditor infidelis, qui quod debitor soluit, si suo pondere constet, appendis. *Non credam*, inquit; & tamen cùm fides ex auditu sit, renuit dictis auriculam applicare, manuique & oculis, quod fidei est, tribunal desidiosus attribuit. Vnde coniectauerat, gloriosum corpus, quod nec lapidem vulnerauit ad exitum, vulnerum stigmatibus illitum surrexisse, nec clauorum terebra incursu fuisse luminis obturata, discessúmque lateris non rediisse ad floridæ carnis continuum? Nónne credet si cum sudario, & institis, plagarum ignominiam reliquit, ne iniuriosa tabes hæsisset corpori ad immortalitatis dispendium? Sagax incredulitas fuit, quæ agnouit 161. Ioan.20.25

agnouit indolem Redemptoris. Stemmata meliora victoris profundiora ſtigmata ſunt, quæ adhuc calcant viuente cruore. Nec Dominus lucem extingueret teſtimonij, quod per ora vulnerum triumphator poſt patibulum publicaret, ſi luce gloriæ confudiſſet ſigna rubentia. Ergo oculos & manum Thomas præparat ad examen, auréſque à credulitate ſequeſtrat, quia de Redemptoris facinoribus agebatur, quorum incorruptior præco exhibitio vulnerum eſt. Indulſit
Ioan.20.27. Dominus incredulo experimẽto, v.27. *Dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Ordo præpoſterus, ſed ingenioſâ diligentiâ mutatus. Videbatur dicendum: Vide manus meas, & infer digitum tuum huc; ne obductis palpebris, non in terebrum digitus collinearet, & aberraret fortitan index, dum ad manus deflexiſſet planitiem, nec cauitatem vulneris penetraret. Sed adeò erat ab iniuria claui perfoſſa manus, vt vel cæci digitus in profundum deſcendiſſet hiatum. Tactum priùs prouocauit, quàm oculos, vt quòd patebat plaga illicò palpanti pateret. Nouum clauum vt vulnus recrudeſceret, percupiunt, qui ferro duriorem digitum, vt denuò perforaret, laceſſiit, adhuc pati auidus poſt patientiæ curſum emenſum, vt cùm patientiæ ſignum ederet, qui redemerat, ſignum etiam redimentis dediſſet. En glorioſum teſtimonium operis opus, en proteſtatio vulneris vulnus, & etiam in impatibili, pro patientiæ præteritæ ſigno nouum artificium patientiæ.

162. Amalecites illi funeſti nuntij non ab alio, quàm à ſuamet ambitione legatus, feſtinus re-
2. Reg. 6. tulit interitum ſanguineum Saulis 2. Reg. 6. *Et ait adoleſcens, qui nuntiabat ei: Caſu veni in montem Gelboe, & Saul incumbebat ſuper haſtam ſuam,* &c. *Stánſque ſuper eum occidi illum: ſciebam enim quòd viuere non poterat poſt ruinam: & tuli diadema, quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc.* O egregium lethalis vulneris teſtimonium, diadematis deprædatio, aurique ſpolium, quod non militaris, ſed furtiua manus eripuit! Vbi haſta adhuc fluens recenti cruore, indolémque Regiam occiſi, purpurâ meliore pronuncians? Vbi in brachio iuuenis caro luxata, neruorúmque; compago ab hoſtium defenſione denexa? Mentiris, ô fur veritatis & auri, qui diues à bello, ſiccuſque redis, & inuulneratus aliena vulnera confeſſione libitâ profiteris. Apertæ falſitatis damnauit iuuenem incruentum illibati corporis ſanitas. Certè veritas fuit, quòd Saul ſagittatus ab hoſtibus, ne ab incircumciſis occumberet, gladium ab armigero arripuit, capulúmque proiecit in terram, vt in ſupinum cecidiſſet mucro-
1.Reg.31.4. nem 1. Reg. 31. verſ. 4. *Dixitque Saül ad armigerum ſuum: euagina gladium tuum & percute me.* Et ſtatim: *Arripuit itaque Saul gladium, & irruit ſuper eum. Quod cùm vidiſſet armiger eius, videlicet quòd mortuus eſſet Saul,* &c. Ergo mentita eſt iniquitas ſibi, ſine accuſatore falſa mendacium, cùm mendax ſit vulnus alienum, quod percutientis dexteram aſpergine ſanguinea non tinxit. Sed cui non profuerat roboris ementiti procacitas, nocuit quam de ſe iactauit opinio. Iuſtè ſine mora à Dauidis ſatellitibus interficitur, proferente Rege ſententiam, vt quid eſſet mors aliena ſentiret, dum incurreret propriam. V.15. *Vocánſque Dauid vnum de pueris ſuis, ait: Accedens irrue in eum. Qui percuſſit illum, & mortuus eſt. Et ait ad eum Dauid: Sanguis tuus ſuper caput tuum: os enim tuum loquutum eſt aduerſum te, dicens: Ego interfeci Chriſtum Domini.* Non quòd fecerat, ſed quòd dixerat, plectitur: oris culpâ, non manus deuouetur ſupplicio. Solùm capite Saülem interemerat, quod definxit; ſolùm linguæ cuſpide, quæ facinoris fortitudinem publicauit: inde ſuper caput ſanguis redundat, vt veroſimilius eſſe inciperet teſtimonium cruoris alieni proprius in nuntiantis capite cruor.

Quàm ſecus ſe geſſit Michæas, qui vt ſe mi- 163.
litem definxiſſet, procurauit ſuo capiti vulneris veritatem. Vt iniquum Regem Achab de malignis moribus admonuiſſet, & ad virtutis frugem reduceret, vide, quid architecto machinatur in-
genio 3. Reg. 20. verſ. 37. *Inueniens virum, dixit ad* 3.Reg.20.
eum: Percute me. Qui percuſſit eum, & vulnera- 37.
uit. Abijt ergo Propheta, & occurrit Regi in via, & mutauit aſperſione pulueris os & oculos ſuos. Cúmque Rex tranſiiſſet, clamauit ad Regem, & ait: Seruus tuus egreſſus eſt ad prælianduml cominus: cúmque fugiſſet vir vnus, &c. Cur ſic de iniurioſi vulneris litteris apologum & ſcænam compoſuit; & ſe verè atrociter percuſſum oſtendit, vt alienam perſonam in obiurgando Regem ſubiret? Perſonata larua, etſi frontem vulneratam exhibeat, plaga ſolùm eſt in laruæ papyro, ſed in cerebro ſanitas; & tamen Propheta liuoris ſaniem de profundo medullæ produxit, tropúmque figmenti ſine tropo plagæ percuſſit. Quid? Vt ſe eſſe militem demonſtraret, & vnum de prælиaribus copiis, de ſcriptione mucronis ferebat in capite teſtimonium. Puluerulentum & luridum, quà militiæ ſtipendiarium, ſe prodidit, cùm concretus ſanguis ad tabem, & aggeſtus pulnis ſordidans cutem ſine exceptionis periculo teſtis ſit militis probatiſſimus. O fictio de veritatis patrocinio compoſita, etſi nimium dira fictori! Oportebat, ſe militem fingere, vt alloqueretur ad Regem, nec potuit ſe fingere ſine vulnere militem. Promeruit vates, deuincere Regis ſuperbiam, qui quod militiæ non deuouerat ſacramento, ſanguinea atteſtatione compleuit.

Luctatur Angelus cum Iacob, Gen. 32. verſ. 25. 164.
Qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, Gen.32.25.
tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit. Expende cauſam vulnerati femoris in victore. Si bellatoris neruoſa virtus ſic Angelum premit & diſiicit, vt herbam porrigere cogat, détque manus victas in pulueris gymnaſio ſuccumbens; cur Angelus ſui pugilis faſſus victoriam, eneruem reliquiſſe contendit, & quem ſuperare non poterat, ſaltem ſauciat? Magis profuit vulnerans, gloriæ vincentis, quàm ſi vulneratus abſcederet. In poplite percuſſit, vt ambulante vulnerato victore, victoris ambularet & fama. In luxato genu triumphi fidem inſcripſit, ne in aleam opinionis, cauſa ouantis iuuenis verteretur. E percuſſo femore vulneris ſuſpendit trophæum, quod tacente Iacob, vocali plagâ famam detonaret victoriæ, iugéque præconium è claudicante pede in ſpectatorem oculos percrebreſceret. Non potuit celebratiùs veritas certaminis adoleſcere, quæ, vt clariori luce innoteſceret, ſe illicò ad intuentium lumina publicabat. Nec memoria triumphi niſi per recordationem femoris eneruati poſtea per vertentia ſæ-

cula inualuit, primúmque trimphatoris specimen, fœlicissimæque sortis exemplum populus
Gen.32.31. claudicatio fuit, v.31. *Ipse verò claudicabat pede. Quam ob causam non comedunt neruum filij Israel, qui emarcuit in femori Iacob, vsque in præsentem diem, eo quod tetigerit neruum femoris eius & obstupuerit.* Imò ô vos omnium superstitiosiores, cur in monimentum facinoris, deuictique ab homine Dei, vulnus hominis recordamini, & mactata gula à nerui manducabilis vsu, pangitis rediuiuà celebritate victoriam? Nónne nobilius esset, in gloriosum triumphatoris stemma plagam femoris obliuisci, brachiorúmque recinere robur, quod Numinis fortitudinem permittente tanto pugile superauit? O appositè! Meliùs pangitur sors victoris, cùm ad famam operis cruenta reliquia pugnæ reproducitur operosæ. Stat in recto generosa opinio vincentis cum ab aduersarij impulsu claudicauisse iugiter memoratur; quippe cicatrix accepti vulneris loquax est, & ineluctabile profert congressus fortissimi testimonium.

Nullum est sine voce delictum. Ab eisdemmet latibulis, quibus obumbratur, retegitur. Ne fidas vmbræ sceleris; te accusabit.

SECTIO XXIII.

165. QVOD vmbraculum fuit ad culpam, lux est, quæ retegit peccatorem. Ne fidat scortator cubili. Etsi mussitet illecebra, ne sentiatur, etsi aulæorum voluminibus contegatur, ne appareat; etsi extinguat lampadem, vt cæca voluptas, & impetuosiùs irruat, & lumen in testem non subeat: paries auritus est, thalamus loquax, vocales stragulæ, accusatrix culcitra, tenebrarúmque opacitas dies. Alloquuntur insensibiles creaturæ, quod patrat insensatè lasciuus. Signat officinam libidinis ipsius fornicis structura, quæ dum specum cameratum ostendit, cameraténusque lucis orbatam, vt obscuro tegmine furta meretricia recondat, in ipsamet figurâ prostibuli denotat habitare delictum. Fur proditur vel canis indicio, vel à vestigiis semitâ consignatâ. Occisor sub vaginæ latibulo homicidij fert testimonium, per linguam sanguinis mucrone loquente. Vulneratæ virginitatis, etsi sub operculo tori, byssina lintea floris rubricata reliquis confessionem iudici præstant. Ipsa scelerum patrocinia in rostris publicis aduocant ad supplicium. Testis innocentiæ incorruptior, locus est, in quo commisisse piaculum à criminatore innocens accusatur. Inquiratur à iudice; si suffragium dederit: absoluendus.

166. Iuditha in pudoris insigne, postquam è pera caput decollatum exemit, conopæum thalami reproducit. Vers. 19. *Et proferens de pera caput Holofernis ostendit illis dicens. Ecce caput Holofernis Principis militiæ Assyriorum, & ecce conopæum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum fœminæ percussit illum Dominus Deus noster.* Nónne in vindicem pudicitiæ sat est execútum iugulum Holofernis, manúsque fœminæ sanguine salacis redundans, quem noluit illecebræ subseruire? Affatim expressisti victoriam, ô semper commendabilis Heroïna, dum venas exprimis abscissæ ceruicis. Triumphi testimonium pronuntiat Tyranni lingua extra oris metam de faucibus vulneratis exorbitans. Quid intererit conopæum, vt sententiam fœlicissimæ sortis adaugeat? Sed quæ studuit, supra victricem se ostendisse pudicam, quæ in victoriæ trophæum caput sustulit iniuriosi Tyranni, in castitatis ineluctabile testimonium, impuri thalami depromit aulæum, quod coram concione deponat, si flos castitatis emarcuit. Sed cur conopæum deligit ad iudicium, nec aliud è toto pignus euulsit, quod pudicitiæ faceret confessionem? Egregia prouidentia fuit. Papilio suamet rotunditate figuræ opacat & obumbrat lectuli cauitatem, & venerei furti tegit secretum, mutique lenonis de lasciuiæ vmbraculo gerit officium. Sciebat ergo fœmina indolem tegminis, quod obscurum scelus occludit, vtpote quod nesciat secreti retinere constantiam, sed si interrogetur, facilè prodit. Sicut cinis, qui igniculum condit, si manum applices, per caloris notitiam delitentem flammam euinces; si titione verses, prunæ veritas denudabitur.

Senes illi, quos vsque ad canos vt cineres, decoxerat flamma libidinis, intextos ramorum nexus, vmbrámque silentij in pomarij penetrali solicitant, nec vel sceleris cogitatio sine arborum vmbraculo pateficeret, Daniel. 13. vers. 16. *Et non erat ibi quisquam, præter duos senes absconditos, & contemplantes eam.* O stolidi, arbores quæritis, quæ obducant tenebras flagitiosæ cupidini, foliorúmque lenonio facinus detestabile opacent; ab arboribus damnabimini, quæ secretum luxus execrabili reuelabunt. Stat Daniel ad tribunalis officium criminantésque matronam interrogat, vers. 54. *Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi.* Formulam iudicij considera: dixerant senes, vers. 36. *Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis: & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea.* Non dixere, sub arbore concubuisse, imò quòd iuuenis absconditus nemoris reliquisset secretum, cùm ad amplexum illegitimum properauit. Quid si sub aperto cœlo connexi, nec diem veriti, sed sub dio adulantem luxui lucem appeterent? Verùm opportunè de arbore sciscitatur; quippe senes occulti arborum tegumentum amarunt, ne se opprobrio lucis dedissent; imò fures se ostenderent, qui tenebras quæritant ad prædandum. Sed qui ab arboribus vmbram sceleris conduxerunt, reuelationem ab arboribus subeunt, & delicti argumentum perplexitas fuit in arborum qualitate, sicut ramosa implexio à senibus pro operculo fuit quæsita. 167. Dan.13.16. Dan.13.54. Dan.13.36.

Operuit se Thamar theristri velamine, ne innotesceret socero, à quo officia procurabat mariti, & vt publicaret pudorem, caput obnubit, dum nudauerat corpus, quasi incolumis remaneret inuerecundiæ perfricta frons, si veli tegmen adiiceret vultui, cætera nuda. Genes. 38. vers. 15. *Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur.* Quæ cognosci voluit, agnosci timuit. Cùm se operuit, succumbere incepit. Exordium libidinis est tenebrosi operculi cura, idem odium castitatis & lucis. Sed ô fallax vmbra prostitutæ, & socero, viduæ! ipsum pignus me- 168. Gen.38.15.

retriciæ

retriciæ mercedis, quod ſolicitudo texit cubandi, reteget ad ſupplicij periculum. Attende verſ. 18.
Gen.38.18. ait Iudas: *Quid tibi vis pro arrhabone dari? Reſpondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes.* Iam poſtquam ſcortum, ſe nobilem enuntiauit, quæ meritorij corporis nonniſi pretioſum quæſitum prætentur. Non vulgaris meretrix iſta eſt, nec oneraria nauis ad communem vſum expoſita, quæ tanti ſumptus naulum expoſcit. Sed ſupra nuptiarum decus ſe nouæ concubina deduxit, quæ vt antenuptiale donum, fœdus de arrhabone præmittit. Etſi fallere ſatagat, vix poteſt feſelliſſe libido. Nec fœmina, nec Iudas latebunt: pignora ad notitiam concubitus proclamabunt. Annulo ſubſignauit quis eſſet, qui annulum præſtitit pro ar-
Gen.38 25. rhabone. Verſ.25. *Quæ cum duceretur ad pœnam, miſit ad ſocerum ſuum dicens: De viro, cuius hæc ſunt, concepi: cognoſce cuius ſit annulus, & armilla & baculus. Qui agnitis muneribus, ait: Iuſtior me eſt.* Ergo ſceleris ſunt præcones ipſius ſceleris ſtipendia. Time vel à vitta, qua teſtes illigas capillitij, vel à torque, qua collum, ſi venerunt à proco; erunt tibi inſtrumenta in ſuſpendium, vt quæ ſtrangulatunt pudorem, & ſecretum verecundiæ, funium voluminibus compreſſerunt, guttur ſtrangulent ad ſupplicium. Totus Iudas apparuit in nuru, annulus pro digito, armilla pro brachio, & pro integro corpore baculus, in quo nitebatur: ne negare poſſet concubitum, qui poſtquam corpus dederat fœminæ, corpus pro teſtibus inſtrumenta reliquit.

169. 2.Reg.11.verſ.2. *Accidit vt ſurgeret David de*
2.Reg.11.2. *ſtrato ſuo poſt meridiem, & deambularet in ſolario domus Regiæ, viditque mulierem ſe lauantem, ex aduerſo ſuper ſolarium ſuum: erat autem mulier pulchra valde.* Qualis hæc nouitas bellatoris, meridianum cibum illicò meridiano ſomno decoquere, & poſt triclinium cecidiſſe in ſtragulum, qui & noctes in tentoriis tranſigebat inſomnes, & nonniſi in vmbone vix demiſſum caput ad breuem quietis parentheſim deflectebat. Sed ab vmbra cubilis ſe continuò dedit in ſolem, vt impura futuri concubitus cogitatio, quæ adhuc inſcio Rege ſilenter per pectoris ima à diurno ſomno poſt eſcam ſerpere potuit, de obumbrata lecti conſcientia ſtatim ſe panderet in ſolarium. Vix mutauit ſitum, qui de ſoporis & thalami tenebris aſcendit expergefactus ad lucem, ne lateret fax prima incendioſæ libidinis, quæ iam in ſoporis abſcondito, vt pro nuba illegitimi amplexus, carpere cœperat cor ſopitum. Solarium pro lectulo fuit, vt qui ſolus dormire deſierat, appareret ſoli cum adultera dormiturus: ſtatim enim, vt illatio prona ſub-
2.Reg.11.4. ſequitur verſ. 4. *Miſſis itaque David nuntiis tulit eam, quæ cùm ingreſſa eſſet ad illum, dormiuit cum ea.* Quam in ſolario iniquitatem concepit, peperit in cubili, qui quam in cubili ſomni torpedinem ſub ſtatione meridiana in occulto toto, quaſi ad æſtus laſciui pabulum innutriuerat, ad adultam libidinem ſtatim in ſolario produxit. Promiſcuum & facile commercium eſt inter ſceleris vmbram & publicationis nitorem. Inde
2.Reg.12.11. Nathan 2. Reg. 12. verſ. 11. in flagitium Regis ſuccenſus inquit: *Hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius: tu enim feciſti abſcondite: ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, & in conſpectu Solis.* Vide qualis protenditur exaggeratio ſupplicij, quòd conſuetudinis flagitioſæ ſecretum de tenebris erumpat ad Solem, & quod obiecto velo patrarum, cælo reueletur aperto. Verùm quid proficiet ad adulterij famam obſcuri, quod Rex commiſerat ſub Solario; coram Solis ab extraneo concubitore vxores Regis in propatulo conſpurcare: ſiquidem illa propudioſa libido, noua vtique erit, & numero piaculi repetiti potiùs Regis illegitimum furtum confuſo ſcelere in obliuionem deducet?

Imò vide quod accidit 2. Reg. 16. verſ. 22. 170.
Tetenderunt ergo Abſalon tabernaculum in ſolario, 2.Reg.16.
ingreſſúſque eſt ad concubinas patris ſui coram vniuerſo Iſrael. 22.
Cur in ſolario tenditur tabernaculum? Quoniam inibi erat, vbi illecebra genitorem inuaſit, & ex aprico radiorum impulſu æſtum libidinis concitauit. Ergo ipſe locus in delicti priſtini memoriam expanditur, & ſub ſimilitudinis propria effigie, parentis concubitum, filio concumbente, vniuerſis ſpectatoribus explicauit. Quæque pellex dum ingrederetur ad facinus, ad imaginem paterni ſceleris incumbebat. Toties fuit reſcriptum delictum, quoties ad litteras exarandas ſcorta ſub ſcriptoris filij licentiam cum inceſtus atramento ſuccumbunt. Ergo ſolarium, quod primam in Rege thalami meditationem abſconderat, filio negotiante retexit. Ne fidas parietibus ad criminis vmbram, quæ ſol modicâ tarditate temporis erit. Sed tabernaculum tenditur in ſolario. O nuda, dum leuibus veſtita, libido, & ſub pellucido conopæo tenebræ clariores laſciuiæ. Cur ſic tam ſcrupuloſus impudicitiæ pudor, & inuerecundiæ verecundum latibulum? Ipſum aulæum inceſtum, quem figura tegebat, aërea raritate monſtrabat, & per nebulam fumi ſolem admittebat ad thalamum, vt publicum faceret de ſecreto. Sic ſunt obumbrationis ſubſidia. Etſi ſub fornicis latebris, meretricióque ſpecu recumbas, nonniſi in ſolario cum pellice nectèris impudica; nec ſine teſte peccas, ipſe torus pro fama eſt. Nec prætereas, quod Nathan dixerat: *Dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis huius.* Vno oculo pro corpore conſtat ſol; cur illi oculorum numerus pangitur? Quoniam ad abſconditi ſceleris viſum vel ipſius lucis oculus geminatur. Ne putes cæcum lectulum, in quo volueris; lumina ſol multiplicat, vt ad publicationis videat infamiam.

Miſer Achan à ſuomet furto proditur, quod 171.
abſconderat, Ioſuæ 7. verſ. 21. *Verè ego peccaui Do-* Ioſ.21.
mino: vidi enim inter ſpolia regulam auream quinquaginta ſiclorum, & concupiſcens abſtuli, & abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei. Nulla defuit diligentia ſecreti. Non ſolùm in defoſſà terra reconditur, ſed in occultiori domus latibulo. Non in angulo tabernaculi, ne vel mus corroſo puluere panderet cauitatem, ſed in ſtrati medio, vbi à curſitantium pedibus altius ſibi pauimentũ hæreret. Sed furtiuæ regulæ indoles ſe vocali teſtimonio deprompſit. Scis pro *regulam auream, linguam auream* circumferri de Hebræorum ſtylo. Ergo qui artificium vocis abſcondit, famam facinoris conſeruauit. Ipſa ſe lingua loquuta eſt, & quam effecerat mutam ars, auri ingenium reddiderat in loquentem. Vocales ſunt diuitiæ, quæ etiam ſub auari arcâ tenebro-

sâ declamant, furémque prouocant ad rumorem. Ergo furti materia accusatrix furis euasit. Stolidè, in arundinea casula aëdonem, vt abscondas, concludis: etsi sub repagulis tegas, ne Domino pateat, & anceps suam vindicet volucrem, quam visco possedit, ipsa se, dum carceris canit querelas, strepitu sonoro pronuntiat. Nullum est sine voce delictum.

Non victorem reddit victoria, sed vincendi modus honestus. Per accidentia turpia substantia fortis à nobilitate degenerat.

SECTIO XXIV.

172. MODVS vincendi, nobilior est substantia triumphi. Parum sors obtenta delectat, si obtinendi forma lachrymabilis fuit. Nom tam pondus æstimatur, quàm species. Et quod inuenisse iuuat, stylus inuentionis turpis defraudat. Eadem purpurâ splendet Tyrannus ac Rex, sed huic paludamentum est honos, alteri contumelia: quia quod Rex intinxit de generosa sanguinis successione, Tyrannus de illegitimæ cædis saturauit cruore. Æquè possidet aurum fur ac Dominus; sed quod ille de rapacis manus ingenio ad scelus inaurandum eripuit, hoc alter iure proprietatis attrectat; & quibus dissimilis modus habendi, æstimatio dispar assistit. Cursor quòd hinnulum velocem præteruolet, quòd cameli sarcinam scapulis mercenarius ponderis baiulet, quòd Dædalus volitet super aues, pretium à brutis æstimabilitatis præcedit; quippe quod irrationalis libitò natura concessit, hoc in rationali extorsit industria. Ergo pretiosiora sunt rerum accidentia, quàm res, opúsque valet quantum valuit ad lucrum operis diligentia.

173. Iuditha pluris æstimat illibatas artes victoriæ, quàm capitis execti trophæum, semitámque, qua peruenit ad sortem, quàm acquisitæ sortis euentum; cùm soleat infortuniis iter ad fortunam consterni. Vers. 20. *Viuit autem Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillam coinquinari.* Cur sic omne semitæ metitur spatium, nec celebrat capitis abscissionem, sed elogia in festiuitate modi consumit? Cur religiosè memorat omnes temporis differentias, vt præconij æternitatem constituat? Quòd iuit, accessit, & rediit, vtrobique fortunatò, decantat, præuiáque & posthuma ad interitum Holofernis scrupuloso reproducit stylo. Quoniam hæc gloriosior victoria fuit, nulla parte non fuisse victricem. Media ad vestiendum finem subintrant, cursúque præpropero, vt circumsistent terminum, præcedunt euntem. Seu crescit nobilitas, seu decrescit à qualitate semitæ, qua tenetur. Idem lac & à sapore tangitur & à visu. In variato obiecto discernuntur potentiæ ex dissimilis tendentiæ discrimine. Iisdem instrumentis & frugi, & nequam vtitur ad vitæ stipendia; sicut non absimili flore, melioreque succo apis ad fauum, & ad toxicum anguis. Fuerunt viragines, quæ viros in thalamo trucidarunt; sed postquam virgines esse desierunt, expertæque viros, & quod essent fœminæ, passæ. Crescit in Iuditha super astra laurus victoriæ, cui & laurus contigit pudicitiæ, nec vestigiis, quibus se ad Tyranni interitum comparauit, eundo & redundo virentem florem honestatis contriuit. Habeat triumphus nouitatem vocabuli, & modus pudoris transeat in nomenclaturam trophæi. Sit pro stemmate seu casta fortitudo, seu castitas fortis, totidem syllabæ in vna dictione vtrique virtuti debentur, vt compositum nomen virgineæ viragini, & castè forti, seu fortiter castæ ad nouæ victoriæ titulum decantetur.

Dixerat Petrus confessione fideli, Matth. 16. 174.
vers. 17. *Tu es Christus, filius Dei viui.* Tunc Do- Matth. 16.
minus: *Beatus es Simon Bar-jona: quia caro &* 17.
sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Si semel Filij Dei sacramentum penetraret abstrusum, quid interesset, an à supera, an ab infera reuelatione nouisset? Quid quòd à carnis didicisset schola, & de sanguinis concepisset feruore diuinæ generationis mysterium, seu à genitore superno prodigium inopinum originis? Opportunè non rem sed modum fœlicissimæ cognitionis commendat. Esto idem per carnis disciplinam penetraret potuisset, decresceret nobilitas sacramenti per ignobilitatem semitæ, quâ traiecerat. Sicut idem latex, qui per amaræ indolis serpit meatus, & ægrotis fistulis dispensatur, insipidus & amaricans est, quem sani tubi, & Euripi salubres dulcem redderent, vt acceperant. Cognitio, quam suggerit caro, de carnis adhæsione inamœnum halitum fert, & licèt sit pretiosæ substantiæ, ab improba accidentium parumpenditur qualitate. Non quid, sed qualiter, æstimatur; nec vicisse, sed quomodo, honoris vindicat monimentum.

Samson dissipatis Philisthæis & fusis, post- 175.
quam debili instrumento interfecerat mille viros, sibi cecinit titulum singularem triumphi,
Iudic. 15. vers. 16. *In maxilla asini, in mandibula* Iudic 15.16
pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros. Cur sibi repetito elogio blanditur, non tam agmina disiecisse, quàm de bruti reliquiis? Obseruastine vocabula synonyma erogauisse, vt breuem congratulationis compleuisset periodum: *In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum.* Iam semel te explicuisti, fortissime Heroüm: quid iterum reproducis stylum, & syllabas supererogas cantilenæ? Cupiebat intelligi paraphrasim, & commentum adiecit, ne vocum tyro in instrumenti nomine cæspitaret. Sanè
præcesserat vers. 15. *Inuentámque maxillam, id* Iudic. 15. 15.
est, mandibulam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros. Opus fuit scriptori, explicuisse dictionem, vt ossei gladij inacuminata pusillitas sine scholiastæ diligentia pateret. Ergo vtrumque strenuus vir ad victoriæ carmen coniunxit, non quia geminâ maxillâ myriadem inimicorum contriuit, sed quia studuit vocabuli claritati, vt clariori gloria fulgeret. Quem asinum præmiserat, pullum explicuit, quam maxillam dixerat, mandibulam commentatur, vt machæræ infirmitas pateficeret, quam iunioris pulli, non adulti asini, nec integra, sed dimidia facies præstiterat; imò nec os totum, sed dissecta portio mandendi, cui dentes seu iam mobiles, seu arrosi, & moralibus vacuæ cauernulæ. Hæc prima laus triumphatoris est, inopportuna debellandi materia. Substituit viribus,

quod

quod defecerat armis, totus impetus brachij fuit. Non ſemper ſorte conſtitit ſors, ſed & quibus mediis obtenta.

176. Iſai. 8. 3. Iſaiæ 8. verſ. 3. *Voca nomen eius: Accelera ſpolia detrahere; Feſtina prædari. Quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ.* Cur non aliud vocabulum puer accipiat, quod circumciſionis ſtigma donauit? Si de ſubſtantia Saluator eſt, præcocémque ſanguinem fun- Luc. 2. 21. dit, vt Redemptoris vocem non inanem, ſed imbutam nucleo cruoris, nec ſonum, ſed rem experimento vulneris manifeſtet, vocetur nomine, quod Angelus protulit ante vterum. Imò quia velociter Saluatoris impleuit officium, & accelerato venarum impetu incepit appendere pretium, Redempionis celeritas tranſiuit in nomen, & ſtemmata Redemptoris velox modus redimendi compoſuit. Sed quis puer iſte eſt, qui vagitu vt claſſico conuocauit cohortes, qui crepitacillo, non tuba agmina ad præliandum coëgit, qui de vberibus gerulæ matris, non de murorum pinnis inimicum exercitum laceſſiuit? Pompa vincenti fuit infantilis teneritudo victoris. Quid quòd buccina cecinisset? Id præſtant humanæ phalanges? Quid quòd loricatus in hoſtilem impetum ſe dediſſet? Nullus eſt miles, qui non pectus ferro defendat. Quid quòd tormentaria ingenia arido puluere ad ignea iacula nutriuiſſet? iam ignis militat, manu deſide bellatorum. Non hæc decent victoriæ Dominum exercituum modus pugnandi diuinos triumphos ab humanis diſcernit. Puer dicitur, dum præliatur, dum vir nuncupatur, cùm gi- Ierem. 31. 22. gnitur. Scis illud Ierem. 31. verſ. 22. *Fœmina circumdabit virum*: illibatè gignere ſine rima ſignaculi, circumdare fuit; & tamen nuperus fœtus adulto vocabulo. Vir appellatur, cui contingit vni ab integra Genitrice ſemel integrum, nec ſenſim coaleſcentibus partibus, antequam viuerent, generari. Ergóne non vir naſcitur, qui gignitur vir? Vt vincendi artes de corpuſculo monſtraret puelli, viri nomen in puerperio dimiſit, qui ſub pueri nomenclatura regnum ſuper humeros extulit in nati- Iſai. 9. uitatis exordio, Iſaiæ 9. *Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt Principatus ſuper humerum eius.* Si puer erat; ne humerum Principatu grauaret, non ferreus, nec aureus, ſed ligneus fuit. Regnauit à ligno, qui domuit orbem non ferro, ſed ligno, & qui in infirmitate carnis humanæ mortem de patibulo vicit, in infirmiore ætate, puerilibúſque crepundiis ſibi pangit mundi victoriam, quæ diuinam eſſe ſe profert, cùm fragiliorem modum ad vincendum elegit.

Verſ. 27. Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith: Deus Iſraël, cui tu teſtimonium dediſti, quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea.

Verſ. 28. Et vt probes quia ita eſt, ecce caput Holofernis, qui in contemptu ſuperbiæ ſuæ Deum Iſraël contempſit; & tibi interitum minabatur.

Vt conſerues amicos, quidquid eſt tibi fortunarum oſtende. inimicis, ne inuideant; fœlicitatis bona reconde; infortunia retege, vt compatiantur.

SECTIO XV.

INFORTVNII, & fœlicitatis vſum neſcimus ad humanæ conuerſationis commercium. Si fortuna riſerit, cenſus accreſcat, & ſydera beneuolè aſpiciant, pompa fortis inimicis oſtenditur; ſeruorum greges, ſatellitum ſtipata corona, gazarúmque cumulus in aduerſariorum ſpectaculum editur, vt quem viderint onuſtum bonorum, etſi diſcolâ reuerentiâ, incuruato poplite colant, & timeant. Solis amicis retegitur ægritudo ſubſtantiæ; quòd onerariam nauem domicilij iure pelagus abſorbuerit, quòd cauſa ceciderit primogenij, quòd alitur precario familia, tótque debita ſunt, quot fercula parantur in menſa, nec proprius niſi de alieno victitat equus, nec ſine nouo numero ad calculum; pallium ſupereſt humeris contegendis. O viuendi inordinatum ingenium! Sic in comparandis amicis, & vitandis inimicis erratur. Si vertas indolem, vtrumque collineabis ſcopum. Amico, ne diſcedat, fortunam oſtende, infortunium inimico, ne inuideat. Liuor vtriuſque viri color eſt, vtique & inuidiæ & furoris. Iram inimici ſaginas, cui te monſtras redundantium bonorum odoratis oleis perfuſum ignem accendiſti, quem lignorum cumulo extinguendum putabas. Nec melius cum amicis egiſti, qui temporarij ſunt, ſubeunt temporis mutationes. Plures numerat ſodales frugifera tempeſtas æſtatis, qui appetente hyeme campum deſerunt, quippe nudum. Focos adamat præ vinetis, qui poſtquam vindemiam in dolium extorſit, comitari negligis vites; dum ad frigus arcendum, & habet domi lares, & calorem expreſſi liquoris. Nec melior eſt fortuna hominibus ac arboribus. Si amicus frigeat, libitò deportatur amicus. Cùm primùm in carcere catena crepuerit, deſolatus gemit, quem frequentia ſalutantium, cùm agebat liberè & fortunatò, turbáque propinqua clientum ad obſequia offerenda, etiam de ſomno matutino euocabat. Ergo ſi ſemel tuæ fortunæ fictor es, per induſtriam, ad arbitriúmque rotam euoluis, te amicis manifeſtes in ſummo, inimicis in infimo, vt hi per compaſſionis dolorem gyrum fortaſſis euoluant, nec ſaltèm ſine ſpe regyrandi amputatum ab inuidia relinquant; illi per ambitum rotæ circumſtent, tuum expectantes de faſtigio fauorem. Diſce à Juditha. Achiori vt amico ſe fortem exhibet & robuſtam, dum eum accerſit, vt Tyranni iugulatum caput oſtendat. 177.

Verſ. 27. *Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith: Deus Iſraël, cui tu teſtimonium dediſti* 178.

dicti, quòd vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit hac nocte in manu mea. Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis. En emblema fortitudinis pulchrum. Venustæ fœminæ manus erecta, è qua trucis Tyranni caput suspenditur. Cur ad virtutis bellicæ hieroglyphicum Heroïna satagit accersere Achiorem, vt dexteram miretur potentem, & in molli sexu roboris animosi prodigium? Certè hæc ipsa puella, dum transfugium è Bethulia desinxit, & coram Holoferne comparuit, infortunij pondus lugebat, & à fame & siti fugæ præsidium; ac coram satellitibus desolationis casum defleuit, his quærulis vocibus cap. 10. vers. 12. *Filia sum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui, quòd dentur vobis in deprædationem.* Vix in calamitatum cessauit illuuie: quòd sanguinem pro frigida lympha biberent, quòd exta pecorum ad ariditatis sugerent refrigerium, exaggerata confessione nunciauit, vt infirmitatis prodidisset statum. Vnde tibi hæ artes ô fœmina sagax? Achiori vt amico te belligeratricem ostendis, Imperatricémque de purpura extorti cruoris; hostibus te exhibes imbecillam, & à diro sydere aspectam. Muta vices iuxta sæculi leges, desinge valetudinem fortis hostibus, vt timescant; ægritudinem virium Achiori iam amico, & indigenæ, vt cum eo diuidas infœlicitatis & ponderis iugum. Sed mundialium vertit stylum, in te amicitiæ opportunam proferens disciplinam; ne abscedat amicus, pandere apparatum fauoris, censúmque recensere virtutis; ne inimicus inuideat, sed misereatur miserabilis & deiecti, vulnera laborum retegere.

Iudith. 10. 12.

179. Ignorauit Aman agere cum fortuna. Regis gratiam supra omnem ambitum promeruerat; fuerátque sortitus, in aula Regis numerari secundus: eum Aulicorum greges beabant, palatiúque frequentia in eius cultum officiosis nutibus curuatisque poplitibus ibat. Sed vnus Mardochæus nec brachia innectebat in pectore, nec genua flectebat, nec subsellium vestibuli deserere dignabatur, cùm supremus Regis Administer apparatu gloriæ per aulæ limina pertransibat. Esther 5. vers. 9. *Egressus est itaque ille die Aman lætus & alacer. Cúmque vidisset Mardochæum sedentem ante fores palatij, & non solum non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valdè.* Magis percutit helluonem superbiæ vnius vel vulgaris cibi, seu ciuis defectus, in quo honoris pondus deposuit, quam onerat cætera ingluuies, quæ de fortunæ plausibus venit. Ergo quid ageret infœlix elationis mancipium? Pergit ad amicos, vt calamitatem exponat. Vers. 10. *Et dissimulatâ irâ reuersus in domum suam, conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam, & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, &c.* vsque ad illud: *Et cum hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores Regias.* Perdidisti causam, cuius te voluisti patronum, ô infauste tuimet infortunij relator. Amicos consulis in negotio contemptus, quem à meliore te pateris Mardochæo? Quale suffragium, nisi trabem ad suspendium tui ab amicis consulibus expectares? Vers. 14. *Responderúntque ei Zares vxor eius & cæteri amici: Iube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos.* En tibi desolationis augurium ex consilio celeri familiarium. Etiam ignari, vt Amanem desererent, & quem in fortunæ circumsederant flore, euersum, & commissum solitudini fugerent, præsagiunt furcam ex altitudine; qua plus ab amicis distaret: nam subditur cap. 7. vers. 10. *Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat.* Satius illi fuisset, si detegeret Mardochæo, quem sibi inimicum putabat, plagam, quam subibat intrinsecùs, vt à quo patiebatur despectum, fortassis compassionis medicamina retulisset. Se ei pomposum, satellitióque fauoris armatum, dum fores conterebat, exhibuit; amicis ægrum, & plumatum totâ depositâ ergo altitudinem ad suspendium inuenit, in qua sodalibus orbaretur, qui amicis prodidit, quo ægrotabat.

Esther. 5. 9.

Esther. 5. 10.

Esther. 5. 14.

Esther 7. 10.

180. Quæ vnquam inimicitior hostilitas, quàm Saülis aduersus innocentiam Dauidis? Sed strenui iuuenis arte de pusillitate cicuratur obiectâ. Semel accidit, quòd Dauid cunctis præliantibus potens, florénsque militari pompa vigebat, cui pro amplissimis castris sinuosæ speluncæ latibula suppetebant. Ingreditur casu Saül, vt non iram, sed ventris repurgaret ingluuiem. Tunc satellites, vt Dux ad cædem Regis erumperet, instigabant, & ostensâ armorum virtute, antequam dexterâ, contereret hostem. Sed restitit supra fortem industrius vir, noluítque plaudentis fortunæ ostendere inimico fauorem, ne cuius inuidiam humilitatis fomento curare, & flectere satagebat, superbæ gloriæ contrario pharmaco in insanabilius vulnus perfoderet. 1. Reg. 24. vers. 4. *Porrò Dauid & viri eius in interiori parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui Dauid ad eum: Ecce dies de quâ loquutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis.* Malè consulitis, ô vos iam Aulici Regis futuri. Non arrogantia inimici rebellis, ostensâ militum latentium fortunâ, & euaginatis gladiis, sed deiectionis lenitate percutitur; ne plaga per inopportunum scalpelli rigorem recrudescat in saniem. Faciet de inimico Dauid, quod in eius oculis placet: sed placet, non ei se armato milite exhibere robustum, & de abundantia fœlicissimæ sortis potentem, sed egenum & supplicem, vt compendio medicaminis vlcus sanet liuidum inuidentiæ. Ergo chlamydis limbum humili gladij attrectatione rescindit, quem portans in victoriæ trophæum, egressus è specu loquitur ad Saül vers. 15. *Quem persequeris Rex Israël? quem persequeris? Canem mortuum persequeris, & pulicem vnum.* Non sat canis, sed & sine latratus officio, sine dentis virtute, sine arrogantis caudæ elatione? quin & parum crescentibus syllabis, quantitas canis in atomi pulicis breuitatem decreuit. Quale hoc artificium promerendi inimicum, trucémque indolem subiugandi? Nequiuit ethicâ subtiliori. Illicò compassum sortitur, & in teneras voces pectoris emolliuit scopulum. Tenerescit in puellares fletus Saül, dulciolúmque mellei nominis repetiuit: *Numquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem*

1. Reg. 24. 4.

1. Reg. 24. 15.

vocem ſuam, & flevit. Qualis hæc affectuum colliſio? An inuidentiæ fumus lachrymas extorſit ab oculis? Imò ex arida vulua, quam iam pietatis madidauerat imber, momento ſibi filium progenuit, quem anteà impetebat vt hoſtem. En machina lucrandi inimicum, vſque ad pulicem anguſtari, nec ei pandere grandi-tatem.

181. Hic ipſe Dauid, qui artificioſè minor aduerſario comparuit, artificioſè maior coram amicorum turbà producitur. Transfugit ad Achis Regem Geth, & poſtquam fauorem eius ambiuit, & ab Aulicorum frequentià officioſum ſibi allexit amorem, nihil roboris, nihil imperioſæ virtutis coram gratis ſodalibus prætermiſit. 1. Reg. 27. verſ. 9. *Et percutiebat Dauid omnem terram, nec relinquebat viuentem virum & mulierem: tollénſque oues & boues, & aſinos, & camelos, & veſtes, reuertebatur, & veniebat ad Achis, dicens: Ne fortè loquantur aduerſum nos.* O ſupra nobilia amicitiæ ſtipendia! ô fortitudinis illuſtre vectigal! Cur ſic pulex in robur adoleuit gigantis, & qui vt canem mortuum ſe protulit ad Saülem, coram Achis rediuiuum ſe exhibet canem, non vt gregem defendat à lupis, ſed vt oues laceret; leonem, vt dilaniet vnguibus boues; inſidiatorem nemoris, vt peregrinantium veſtes eripiat; & ſupra virum, nec à viro & fœminâ natum, vt omne connubium non alterutrim viduaret, ſed nuptiali cede vtrumque coniugem ſuſtuliſſet. Quid? Iam cum amicis agebat, quos vt ad obſequij retineret conſtantiam, & fortunæ adulatores ſeruaret, ſic de virtutis erudiebat prodigiis. O digne ſæculo vir, cui ſic tractare contigit ſæcularia, inimicum de ficta vilitate ad clementiæ lachrymas extorquere, amicum ad neruum ſtabilitatis torquere, bonorum publicatà affluentià.

1. Reg. 27. 9.

182. Chriſtus Dominus, dum baiulus ſui ſupplicij ad patibulum duceretur, ex ore Prophetico præmiſſa voce lachrymabili inſonuit. Threnor. 1. 12. *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus.* Cur ſic calamitatis famam profundit, nec patitur, quòd ſemitæ curſor tam diri dedecoris inopinus pertranſeat? Tegat ſaltem non aduertentibus, ignominiam, nec tubam imbuat libito deſpicabilis infamiæ clamore. O dolorum vir, ne ſis, & quos iniuſtè pateris, præco dolorum, ne quos ſuſtines in pretium ſalutis, calumniatorum lingua verterit in opprobrium. Inimicis ſcatebat via, & quotquot per circuitum ibant patibuli, etiam capitum vertentium periodo, tanquam conuitiorum dictionibus ſacrilegè crucifixo inſultabant. Matth. 27. verſ. 39. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua & dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud readificas: ſalua temetipſum: ſi Filius Dei es, deſcende de cruce.* Ideò his tranſeuntibus inimicis dolorum, quibus angitur, tempeſtatem exaggerat, & abſcondens intùs diuinitatis potentiam, infirmitatis ſpectaculum profert; ſi fortè quos non domabat maieſtatis imperium, ad compatiendum patienti, publicatione deliniret laborum.

Thren. 1. 12.

Matth. 27. 39.

183. Hic ipſe qui coram orbis theathro in patientiæ ſe profudit ſtadium, ad ſupernæ gloriæ agnata lumina retegenda, amicos prouocat in Thaboris cacumen, Soliſque facie frontis ſuæ fulgoribus nobilata, veſtiúmque pompâ, primas niues de victoria albedinis offuſcante, domeſticis & ſodalibus diuini ſplendoris manifeſtat arcanum, Matth. 17. verſ. 1. *Aſſumit Ieſus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.* O potentiæ miraculum! Solis ardorem frigidæ veſtis ſtaminibus niuis, niuíſque gelu quaſi textorio ignei Solis radio condenſat; nec tepet Sol, à frigiditate niuali, nec ab ardoris ſodalitio lubricâ fugâ nix appropinquata liqueſcit. Cur ſic in iubaris apparatu, imperióque ſupernæ virtutis familiaribus exhibetur, qui aduerſariis carnem publicat ſugillatam? Ne ab amicitiæ ſtabilitate deſciſcerent, ſed de expectatione gloriæ, etiam poſt ſcandalum crucis amoris confirmarent obſequia. Nec prætereas, quos ad lucis pelagus expandendum elegit, iidem ipſi, ſunt quibus intra latebras horti pallentem præ triſtitia vultum explicuit, & ſibimet infirma mortis parentalia cauentem, dum à carnis infirmitate pauimento corpus alliſit, & de agone, quo cum mortis luctabatur præludio, per venarum oſcula ſanguis concitatus erupit, Lucæ 22. verſ. 43. *Et factus in agonia prolixiùs orabat, & factus eſt ſudor eius ſicut gutta ſanguinis decurrentis in terram.* Ergo tres diſcipulos de corporis gloria in Thabore præmonuit, qui calamitatem corporis erant in Gethſemani conſpecturi. Stat in facie Sol pro mortali agonis pallore, hærent veſtimenta in cryſtallum pro lubrico cruoris elapſu, ne amicum in calamitate deſerant carnis, quem in carnis beatitudine iam præuiderant.

Matth. 17. 1.

Luc. 22. 43.

Verſ. 29. Videns autem Achior caput Holofernis, anguſtiatus præ pauore cecidit in faciem ſuam ſuper terram, & æſtuauit anima eius.

Talis eſt humanorum affectuum tumultuarius congreſſus, vt alter pro altero ſoleat erumpere, fletus pro lætitia, metus pro gaudio.

SECTIO XXVI.

Inopina ſubitáque fortuna ſolet affectuum ordinem conturbare: quà data porta alter ruit, dum alterum expectabas, pauor pro lætitia, & pro alacritatis feruore gelidus metus. Qualiter colliduntur inter ſe intrinſecùs deſideria, & confuſus animus neſcit optione inter concupita gaudere, ſic & pro riſu lachrymas fundit, & per aperta luminum oſtia humorem viciniorum ſtillat, & ad voluptatis cantum corde ſaliente, quæ comœdia inceperat, deſinit in tragœdia. Sic in mundialium bonorum ſcæna deuoluitur; quippe paſſiones hiſtriones ſunt, quæ tot perſonas agunt, quot mutant facies, & perſonatorum more, cui vultus 184.

tus intimus lætus est exhibet in larua cutem mœroris. Sic idipsum, quod lætificat, terret, & præ turba affectuum non vocatus pallor egreditur ad theathrum, cùm occasio sortis festiuitatem prouocabat lætitiæ. In scissione venæ forsan erratur, cùm incuria phlebotomi sit, sic in obliquo osculum pupugisse; vt salubrior cruoris purpura flueret, & corruptus humor hærens sisteret in medulla. Humanarum voluptatum acumina non benè tangunt pectoris venam; alius pro alio liquor erumpit, gaudium, cùm lachrymis opus erat; lachrymæ, cùm ianua, risus facultati dabatur. Sed quid? Promiscua sunt & contribulia, quotquot penduntur stipendia fortuitis. Fratres vterini sunt gaudium, & mœror, cordis latitudo & angustia, facilèque genis mutatis pallor & rubor. Et cùm fortuna & infortunium successibus reciprocis & continuis ad volubilis rotæ gyrum iugiter coram sæculo ludant; quasi se similibus faciei lineamentis ostendant ex perpetua inter se societate, vix celeres affectus discernunt, quæ cuiúsque sit forma; sic fortunæ mœror occurrit, alacritas infortunio. Si in tenebris agitur, ne passionum cæcutientium errorem accuses.

185. Vers. 19. *Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius.* Plura non sine amœnitate in explicatu litteræ dedimus. Cur ad caput inimici dissectum, adhuc post afflatum spiritum venis palpitantibus expirantis, pauor in Achiore succedit, & gaudij latitudo pectoris angustat meatus, & quasi Holofernis ebibisset cruorem, duplicato sanguine suffocat cor? Deliquium passus est, cui geminabatur spiritus, & quem Holofernes amiserat, & quo ipse viuebat? Sed non minùs desideratæ sortis in procubitum pondus impellit, quàm inanitas voti appetentem, animo euacuat. Præ affectuum impetu confusam manum, quam parabat lætitiæ, dedit pauori, incepitque metuere, quod cupiebat. Didicisti loco citato, æstuare quid sit. Æstus in pelago confuso reciprocat; cùm, gladiatoris fluctibus collidentibus, iam in spumas attollitur vnda, iam albedinem cutis vincente turbinis obscurat nigrore; iam suprà, iam subtus est, sibi pariter victor & victus, humor cum humore contendens. Sic fretum recedit, & accedit ad littus, & expiranti luci consimile (quæ flammam implet, & momento diminuit) quos in superbiam sustulerat fluctus, succedente vortice sorbet. Æstuat Achior, quem subitò gaudium inuasit, subitò dereliquit, & accessit fluctus pauoris, cùm fluctus fortitudinis præcurrere satagebat. Sed metus qualitas gelu est, audaciæ calor, sicut tristitiæ timor, virtus feruida alacritatis. Quid est, quòd cùm paueat, æstuet, & de metu frigido subeat incendium? Non subtilius potuit exprimi colluctatio passionum, tam strictis amplexibus se premebant, vt gaudij calor immixtus cum frigiditate timoris, gelúque pauidum flammâ alacritatis perfusum alternas secum diuiderent proprietates, vt æstuaret metus, & frigesceret gaudium. Nimius affectus etiam in distantem exundat, sicut limitanea prædia impetuosus torrens immiscet, nec terminorum patitur discretionem, si vadum exuberet in arata.

186. Insomnem noctem studiosus piscium duxerat Petrus, nec adhuc hæserat spinula reti. Albescente aurora, quòd vndas repetat, imperat Dominus, ne retia implicet sine sorte. Iam ab onere piscium gemina nauicula fluctuabat. Non semel fuit immodica fortuna naufragium. Lucæ 5. vers. 7. *Impleuerunt ambas nauiculas ita* Luc.5.7.& 8.
vt pene mergerentur. Quid tunc fortunatus piscator? Vers. 8. *Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens: Exi à me, quia homo peccator sum Domine: stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum eo erant, in captura piscium, quam ceperant.* Vnde stupor: An à periculo, quod de sortis abundantia subierant, quasi bonorum cumulus fruentem deprimat, quem desideratus leuauerat appetentem? Non miraret. Nauis animæ mergitur in serenitate fauoris, & onusta fœnore diuitiarum, quippe in alto erat, etsi illam suus ventus agebat, ruinam in profundo experitur. Sarcina est, quidquid sæculi onerarias implet ad pretium, non diffidet nisi in forma naufragium. Si supra modum aurum accumules, aquas, vt secum fluant, impetúque absorbeant, admittet. Siue auream, siue nigram mortem incurras, solùm dissimilis calor est, casus idem. Sed stupet Petrus ab incogitato pondere piscium, & tamen lætari debebat, qui fatigationem noctis vsurarum supplemento leuauit. Circumdatus piscibus, circumdatur stupore, eadem bona, quæ circumstant fruentem, pro monstro sunt, vt pauorem incutiant. Ergo & ei mutantur affectus; stuporem pro tranquillitate subiuit, pro pace timorem, & in mercede operis dilatatus, angustato corde constringitur. Sed si stupet, cur à se Domini lenimen repellit, extorrémque se cupit à sodalitate fauentis: *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.* Sic subitorum affectuum errat electio, sicut qui, vt mucronem auertat, aciem quasi capulum manu prendit, séque libitò vulnerat, cùm vulnus effugere satagebat.

Nec deseras in mari discipulos: iterum nau- 187.
fragantes aduerte Matth. 14. vers. 24. *Nauicula* Matth. 14.
in medio mari iactabatur fluctibus; erat enim con- 24.
trarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Quid iactata fluctibus potuit magis nauis appetere, quàm fauorem? Si ad vestigia Saluatoris vnda labilis solidatur, & silicem de liquido construit? qualis percutit nautas timor, qui siccum experiuntur in pelago. Portum iam tenetis, littus se reflexit in medium; dat aridæ qui super vndas ambulat, testimonium: estote festiui, qui argumentum marginis sortimini de profundo. Sed qui dum periclitabatur nauicula, mutescebant, constanterque patiebantur tempestatis flagella, dolent, cùm accedit remedium, & pro lætitiæ cantico, tinniunt stridore pauoris. Nesciunt affectus obseruare sua tempora, & vt animum ictibus contrariis dilacerent, à fronte impetunt, qui nonnisi post tergum veniebant. Sic miser homo iactatur in suis, vt pila, quæ aduersis impulsibus hinc illinc ventilata rotatur? vix terram tangit, dum quam quiescere cogitares, illicò resilit in altiora, vt fatigata in vicissitudine situum,

& errando contuſa, tandem viſcera per cutem effundat. Nec contradicas, homo pila eſt à vento, à quo victitat, agitur. Et attende quod dixerunt: *Quia phantaſma eſt*, vt puſillitatem excuſarent timoris. Quid commune corpori Dominico cum phantaſmate? illud ſolidum, hoc inane, illud veritatis, nēpe ſtabilis verbi ſubſelliū, hoc ſine ſubſtantiæ fulcro ventilabile fictionis ſpectrum. Sed qui ſic in affectibus errauerunt, quidni & in obiectis errarent? Illudimur ſpecie bonorum & veris fallimur, quia fallacibus inhiamus. Non ſcit diſcernere compreſſa cupiditate cupiditas. Semetipſa vota propellunt, deſiderio frangimur, & deſideratorum ſorte percutimur. Qui ſomniat, eodem momento hominem, quem fingebat phantaſia, lenitérque mulcentem eloquij blandimentis audiebat, vt ſubitum horret leonem ſubis deſpexis, rictu minantem, lacerantémque vnguibus ſoporati quietem. Facilè ab altero tranſit in alterum; quippe ratio dormit, tumultuantúrque phantaſmata, ſpecierū penu confuſo. Ergo qui atteritur frequentia paſſionum, ineptit vt ſomnians, a fauore ſuffragante terretur, iudicatque phantaſma, quod ſalus eſt.

188. Vxori Manue, cuius vuluam ſterilitas exiccauerat, apparet Angelus, vterúmque promittit, Iudic. 13. verſ. 3. *Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & abſque liberis; ſed concipies & paries filium.* Aſt illa non de nuntio incredula, ſed ſupra votum hilaris, retulit oſtentum marito, verſ. 6. *Vir Dei venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis. Quem cùm interrogaſſem quis eſſet, & vnde veniſſet, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: ſed hoc reſpondit; ecce concipies & paries filium.*

Iudic. 13. 3. & 6.

Conſidera dictionum diſcordiam: vultum Angelicum de pulchritudinis lineamentis agnouit, cui aurum coma, cui pro toto corpore lumen. Et tamen quem formoſum viderat, terribilem iudicauit; cùm torua deformitas, non amœna venuſtas ſoleat incuſſiſſe timorem. Sed pauet fœmina ad faciei liberalis prodigium: ſteterunt capilli ab immodica luminum claritate, quia & pulchrum aſpexit, & inopinati pignoris promiſſorem; & præ impetu affectuum, cùm hilaritatem quietam parabat, de inordinata, præ confuſione, pectoris theca, manum in terrorem iniecit. Cui vterus in media hyeme ſterilitatis arebat, dum æſtatis fructum præſenſit, timuit ad autumni prouentum, vtrobique errante paſſione, hilaris in ſobole deſperata, in ſpe certiſſima pauens. Nec ab indole vxoris diſſi-

Iudic. 13. 20. det vir, verſ. 20. *Cúmque aſcenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit. Quod cum vidiſſet Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram. Statimque intellexit Manue Angelum Domini eſſe, & dixit ad vxorem ſuam: Morte moriemur, quia vidimus Deum.* O debilis viri coniectura mortis debilior. Si Deus eſt, vtique in promiſſo non fallit; non morietur coniux, quæ potiùs geminatur in prole, nec poteſt ſperari ſoboles à defuncta, quæ ab ſterili iam ſperatur. Si concipiet filium & pariet, cui vita redundat ad prolem, nequit non ſuppetere, vt viuat genitrix paritura. Sic immodicum gaudium confundit ſyllabas, mortíſque vocabulo vitam infundit, ſicut pallore & metu, hilaritatis flammam obducit.

Cogitata mors, oculíſque præproperis hauſta feracior eſt ad æternitatis ſobolem, quàm vitæ fœcunditas.

SECTIO XXVII.

MORTIS imago ſui ſpectatorem æternat. Succidaneæ vitæ nobilis meditatio, vitæ 189.
ſucceſſores, ſibique ſuperſtites annos conſpicui pulueris artificio producit. Nullum eſt tempus, quod non durationem promittat, labilitatem refugi temporis cogitanti. Naribus viuacibus fœtidus halitus ſepulchrorum, ſanies putida, granéque ſpirans vermium ſentina, pro aromate pigmentorúmque ſuffitibus ſit. Nonniſi mortuis fœtet, pèrennare cupientibus olet amœnè. Vitæ flos ab atatro mortis contritis repullulat glebis, & ex ſulci feralis intuitu erumpit viror, qui proficiat ad æuum. Ab occubitus funeſti momento in dies Sol in horas iubaris eruditur, & ſub tenebrarum ſchola ebibit diſciplinam matutini fulgoris. E buſto ſui ſurgit rediuiuus, vt viuat. Nec meridiano deflagraret in æſtu, niſi qua citus vergere nititur in occaſum. Heſternæ & craſtinæ lucis confinium, ipſius lucis eſt monumentum; quæ clariùs rutilat ab auroræ vberibus pendula, quoniam ei ſupereſt plus ætatis, vt attendat, quò magis niteat, ſe completo circulo tumulandam. Nunquam Phœnix ex cineribus refloreſceret odoratis, niſi alarum plauſu quaſi funus cogitans, ſuaueolentia ligna concuteret, vt in fauillas redigat meditando, quibus vrnam pariter debebit & vuluam. Ergo quod ales hæres ſui, poſthumáque ſibi de funeris vitali prouentu, lucubratione concitatæ pennæ reuoluit in typum ſæculi productioris; homo mente volucri recognoſcat, meditationis alis præproperóque pennarum incurſu ignem in ſuos cineres excitet, vt ſe fœtum mortis ſub vſuris durationis progignat.

Achior mortem ſpectatiſſimam Holofernis è manu fœminæ pendulam circumſpexit. Quid 190.
in manu fœminæ niſi mors, quæ cùm manum arbori admouit, mortalitatis pignus retulit viro? Pauet ethnicus ad ſpectrum ferale, formámque cadaueris de conſpecta cadaueris forma reſumit. *Videns autem Achior caput Holofernis, anguſtiatus præ pauore, cecidit in faciem ſuam ſuper terram, & æſtuauit anima eius.* Nihil de apparatu mortis dimiſit: anguſtias ſubit mortalis agonis, expallidum corpus elidit, cadit lubricus quaſi in foueam, ne cadaueris ſolùm, ſed & tumuli figuram oſtenderet. æſtuat anima, quaſi deſeruiſſet compagem, & quæ ignea eſt, in flagrantioris lucis æſtum obitu enititur imminente. En viuus integra mortis lineamenta diduxit, quaſi imaginatio caſum efficeret. Quis præuentæ falcis in vitali ſegete fructus? illicò non ſolùm ad meliorem frugem renaſcitur, ſed ad geminatas annorum fruges pro fœnore cogitatæ ruinæ in ſæcula duraturus reſurgit. Vides? infrà cap. ſeq. verſ. 6. *Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſrael, relicto gētilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael, & omnis ſucceſſio generis eius vſque in hodiernum diem.* Quid eſt quod exanimi Achiori, & coram mortis ſpe-

ctatâ formâ parenti tam præproperè successio sobolis computetur, séque in prole, nedum rediniuum, sed & conspexerit æternandum, stirpísque suæ propaginem imprimat commentariis? O fertilis vulua sepulchri! etiam cogitata, & cum dolore, non solùm parturit, sed & parit, reproducítque palmites, qui immortalitatis dolia fœcundent de vindemia viuente. Exercere falcem inceperat, vitis genitalis malignam resecans redundantiam, sibíque de incidentis ferri profecit iniuria, quæ pampinos vberiores eduxit. Sciebat quòd ex sati seminis corruptela fœcundiorem messem suscipit æstas, & fertilitati botri vigor accrescit, cùm vitis luxuriosa malignitas resecatur. Ergo qui mortis propriæ intuitus est in aliena figuram, cogitationis falce organum generationis demessuit, quasi se faciliorem reputaret ad sobolem, qui per meditationem pulueris iam aderat sobolis vberrimæ vaticinium. Habet & promptiorem familiam mors, quæ matris familias titulum de thalamo putredinis meruit.

191. Indicitur homini documentum pulueris & infamiæ, Genes. 3. v. 19. *Puluis es & in puluerem reuerteris.* At ille illicò v. 20. *Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua*; nec subticuit rationem. *Eo quod esset mater cunctorum viuentium.* Quam Dominus de pœna pulueris periodum incœperat, ille de vitæ fonte compleuit, nec passus est à mortis puluere in generis auspicium distantiam, quin sine interuallo syllabæ, dum se auscultat puluerem, viuentium matrem coniugem appellauit. Heus stolide, tam durus, etiam inter expertas minas, obsistis? Deo non credis, seu pransuro è ligno minetur mortem, seu incutiat prandenti? Adhuc in ipsa pœna gloriaris de posteritate futura. *Miranda*, inquit Tuicensis Abbas, *cordis impœnitentis duritia est, gloriantis adhuc in ipsa pœna sua de posteritate futura.* Sed retine iaculum, ó Beate. Pro nomenclatore Adamo vindicem ago. Sobolem auspicatur in pœna. Si puluis pœna fuit, seque adscititium mortis audiuit: quidni speret se prole postera locupletem? Si puluis est maritus, vtique & vxor, cuius vna caro. Disparem naturam non sustinet. Quod si de terreno cæspite coniux est, generatricem vuluam statim ad fructum seminis erudiuit. Audierat, quòd in sudore frontis versaturus erat terram aratro, glebámque contriturus ligone, vt sudoris imbre rigata annonam segetum reproduceret? quid quod ex nuptiali puluere similem fructuum messem speret? pulchrè intulit se sobole successiua parentem, dum se audiuit à terra satum, terram esse, terram futurum: siquidem frugiferam fore terram conspexit. Continuò in vitali nomine moriendum sibi didicit, & è corruptelæ vulua, annuâ segete coronandum statim rationalis naturæ, natura propagante, conseruationi confidit. Perennis vitæ spem auditæ cogitatio mortis edocuit. Sic Septuaginta, *vitam* transtulerunt pro *Eua*. Et adnotauit de Hebraicis litteris litteratus Hebraicè poni *Chauah*, de quo sic ait: *Aduerte quòd ponitur pro Chaiah: nam Chauah non significat viuere, sed nuntiare, Chaiah verò viuere, & litteræ Eui sunt ad inuicem permutabiles.* Nec vacat acumine. Siquidem eadem vox significauit nuntium, quæ vitam, quasi non sit vita abscondita, sed aperta, non muta, sed loquax, quæ è mortis pullulauit sententia. Quin & ipse Adamus vocis protulit explicatum: *Eo quod esset mater cunctorum viuentium.* Cur hæc nouitas commentarij, cùm cæteris titulis creaturarum nullius nominis scholium adiecerit? Ne vberis prodigij occultaret mysterium; quin vt ingeminans vitæ voces se in supplicij fertili demulceret iniuria, publicans generosam è puluere fore propaginem, & de putredine sobolem successuram. Nec prætereas quòd Hebraicæ linguæ altè insederit tractatoribus, vocem *Eua* nullam etymologiam recipere, & apud quásque gentes corruptionem subire, cùm apud Græcos & Latinos non sine corruptela efferatur. En in nomine, quod vitam sonat, corruptionis imago. Et ni me de ludo plectas, adeò adscitam corruptioni vitam coniecto, vt ipsa vox, quæ vitam sonabat, nunquam à corruptione destiterit.

Nec tædeat iterum premere, cur cunctorum viuentium matrem nuncupauit vxorem, à qua non bellua, nec volucris, neque piscis, nec quod viret à cæspite, nec quod vegetatur è trunco, vitam deriuat; sed solum, quibus natura contigit rationalis. Sanè sic paraphrasis Chaldaica vertit. *Eo quòd esset mater omnium filiorum hominis*: sed lepidior Vulgata: *Eò quòd esset mater cunctorum viuentium.* Tam diuitem in coniuge post mortis indictionem vitam præsensit, vt & ei suppeteret, quid cunctis viuentibus profudisset. Fide mortis voci; quæ inflicta deturbat à vita, cogitata in vitæ publicæ germina te proclamat, Plus acuminis habet. Cur Adam non se cunctorum viuentium patrem appellet, cùm id nomen impertitur vxori? Se, non coniugem, nuncupet, siquidem fons generis ille est. Opportunè. Futurus erat homo ex sola fœmina generandus absque viri appulsu, absque thalami officio, sine aratro pudoris. Vt neminem à sua posteritate secerneret, non se viuentium parentem protulit, sed vxorem, vt vberiorem fontem generis eulgaret. Discas cogitatæ mortis prouentum, quæ a primigenio tantùm audita in tot nos conduxit ingenia.

Iob 17. vers. 14. *Putredini dixi: Pater meus es, mater mea & soror mea vermibus.* Quomodò 193. vtriusque parentis, vni putredini impartitur officia? Scio, doctos post *Pater meus*; duplex apposuisse punctum, vt mater & soror vermibus tribuatur. Ergóne vermis mater & soror sit, ex obscœno quidem & incesto concubitu, vbi in corruptionis thalamo ipsemet genitos cum generato verme concumbit, vt sororem illi vermem educat? Nescis certis legibus fœcunditas corruptelæ coërceri, quæ vt familiam sibi producat, in sororia vulua inuenit genitricem. Attamen apud codices intermedia puncta deficiunt. Sanè Septuaginta legunt: *Mortem inuocaui Patrem meum esse, matrem meam esse & sororem putredinem.* Ecce putredinem, quam apud vulgatam compellauit patrem Iob, apud Septuaginta compellat matrem. Mira nomenclatio, nec nisi titulus solius Dei. Apud sacros & prophanos increbruit, fœcundum Deum nuncupare patrem & matrem. Synnesius Hymno 2. *Tu pater, tu mater es: tu mas, tu fœmina: natura natura fœcunda.* Orpheus in Hymno:

Iupiter & mas est, & nescia fœmina mortis.

Si mortis nescius, hoc fœcunditatis meruit elogium, cur & ipsum morti concinitur? Vt noueris mortis cogitatæ familiam vmbrâ superni sacramenti mereri, vtpote quæ æternitatis symbolo gaudet.

Gen 3. v. 19. & 20.

Rupert. lib. 4 de oper. Trinit. cap. 26.

Oleast. Genes. 3.

Chaldæus.

Vulgata.

Iob. 17. 14.

Septuag.

Synnes.

Orpheus.

gaudet. Ergo memor ſis mortis, generationis æternæ lineas, conſiderationis penicillo tranſcribes. Commune Thèologis eſt, Filium Dei ex memoria fœcunda Patris prodire. Si te memoriæ illigaueris mortis, iteratóque refricueris ſepultos cineres inſepultus; ſiue curſaueris puluerem, ſpoliaque cadaueris victor tractaueris, piæ ſobolis ſucceſſione in æternitatem abibis.

149. Recole illud: ***Puluis es & in puluerem reuerteris.*** Gen.3.19. Semet voces iugulare videntur. Si iam puluis homo eſt, quomodò in puluerem reuertetur? Nulla res conuertitur ex ſe in ſe; non aër in aërem, non ignis in ignem. Non eſt idem identitas & conuerſio. Ex contrariis generatio contigit: formæ generandæ priuatio principium naturale genitæ eſt. Sed ô mirum pulueris mortalis ingenium! Pulueris meditatio præſcribitur. Noſce te ipſum. Æternæ generationis adumbrabis myſterium. Puluis es: ſi te cognoſcas, reuérteris in te. In ſe conuertitur, qui ſe noſcit, ſicut in obiecta, quæ attingunt, conuertuntur potentiæ. Æternus Pater noſcit ſe ipſum; ſic è pudica vulua generat Deum. Non a ſe recedit cum creat, quin ad ſe conuertitur cum ſic gignit. Irrequietè quietus non à ſe egreditur cum progreditur. Iugiter ſe conſiderat, cum in artefacta vagatur. Procedit ad opera, & non diſcedit. Continuo gyro Artifex reuoluitur in Artificem. Reſcribe exemplum. Qui puluis es, in te puluerem conuertaris, tuimet ſobolem te progignes, nec deficere poteris ſic meditationis ingenio, vitæ æternitati proficient. Quàm profundè Diuinus Bernard. Bernardus 1. de conſiderat. ad Eugenium. *A te incipiat tua conſideratio, non ſolum autem, ſed in te finiatur. Sume exemplum de ſummo omnium Patre verbum ſuum & emittente, & retinente. Verbum tuum conſideratio tua, quæ ſi procedit, non recedat: ſic progrediatur, vt non egrediatur; ſic exeat vt non deſerat.* Ergo mellee Pater multum audes. Superam generationem reſculpam, dum in puluerem meum mei cogitatione reuertar? O fertilis cineris meditatio! Si circulum amem, ſi à me egrediens, regrediar ad me, in æternitatis fontem repetita ſucceſſione, mihi poſthumus, me producam.

195. Quò leuas oculos, heus Adame? Et tu maleſuada fœmina, quo manum adulantem extendis? Vtérque ad pomum, quod Domini reſeruauit imperium. Gen.3.19. Redde oculos terræ, perderis. *Veſceris pane tuo, donec in terram, de qua ſumptus es, reuertaris.* Impoſſibilis ſanè conditio. Homo terræ non reuertitur, ſed cadauer. Defunctus foueam implet, non viuus. Imo perpende: *Donec reuertaris in terram.* Ergo à terra receſſerat. Benè. Fugaces è terra oculi terram reliquerant. Oculos fœmina proiecit in arborem, vir in pomum. Redde peto lumina pulueri. Te ſui ſpectatorem expectat terra, ex qua corpus nedum oculos ſacto figulo negociante traxiſti. Si adhuc homo, vitáque ſuperſtite, te reuertas in terram, impetúmq; mortis propera proueniās induſtria; conditionem libertatis implebis, dies cedes, remittetur ſupplicium. O miſere Cherub, Lucifer, qui mane oriebaris! Terram non habes, ad quam meditatione reuertas. Ex luce te Artifex, non ex limo compegit. Forſitan ſi luto conſtares, redires ad lucem per humilitatis compendium. Vides? Homini dictum eſt. *Donec* non Angelo. Matth.25.41. Imo *ite in ignem æternum qui paratus eſt Diabolo & Angelis eius.* Angelus molliri neſcius, impotens pœnitere, incudi obſtinationis addictus, quia ſpiritus, pulueris expers eſt. Homo è puluere ſatus, vtriuſque libertatis eſt compos, ſuperbiam quam ſubiuit inſanus, ſanatus ex pulueris cognitione deponit, & ex fragilitatis occurſu in beatæ durationis ſolidatur ætatem. Semel Bernardus profecit. Bernard. Proficiat iterum. *Tempus mihi conſtituit, mihi dicit donec. Illi æternum parat. In ſudore, inquit, vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. Miſer ille Angelus de terra ſumptus non eſt, nec in terram aliquando rediturus: propterea non habet donec, ſed ignis ei paratur æternus.* Quis ſic crederet de natalium fortuna? Inſanabilis eſt Angelus, quia non terreus. Nonne ſi è terra, eſſet corruptibilis & mortalis: Originis obſcuritas profuiſſet ad ſontem? In croceis innutritus, cui natura veſtis & pretium, cui lux cunabula, & de ſtellis in nobilitate victoria, ſubit nocumentum à pompa. Reſpicere non poterit, ſi ſe agnoſcat? Quàm benè cogitabas, Beate! Non Cognitio ſui magis ex pulchritudine blandiretur, & innata ſpiritalis naturæ demulceret nobilitas. At homo quot dedecora ex cœnoſa materia contraxit, tot ſibi parat humilitatis titulos vt reſurgat. Si in priſtinum, futurúmque puluerem ſe reducit, contorquet collum, quod oblitus ſui, mala indole inueniabat erectum.

Pulueris virtuti confide. Cur ignobilis hæc origo homini candidato Deitatis? Vt diſceret reſurrectionis floridæ fidem. Præcognouerat Deus hominem mortis falce metendum, dúmque impius arborem nudauiſſet, pœnas cum prole poſthuma ſubiturum. Sed deſtinauerat ſuſcitare, poſtquam funditus occubuiſſet. Quale fœderis ſignum præiret? Decoctus in cineres, in fauillas contuſus, eroſus vermibus, animalium pabulum, ignibus buſtum poſſet iteratò renaſci; neruos, oſſa, compagem repetito glutine compilare? Vt noueris poſſe, è puluere conſtitit à principio. Si valuit è puluere naſci, poterit & renaſci; ſi reformaris, reformari; ſicut ſurgere, ſic reſurgere. Omnis durationis fortuna è puluere eſt? ſegetes ex gleba reſurgunt. Quid quod falx ſæuiat? fertilis vterus ad luxuriem ſpicarum manet in aruis. 196.

CAPVT XIV.

1. DIXIT autem Iudith ad omnem populum: Audite me fra-
tres, ſuſpendite caput hoc ſuper muros noſtros. 2. Et erit, cùm
exierit Sol, accipiat vnuſquiſque arma ſua, & exite cum
impetu, non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetum fa-
cientes. 3. Tunc exploratores neceſſe erit; vt fugiant ad
Principem ſuum excitandum ad pugnam. 4. Cúmque Du-
ces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inue-
nerint eum truncum in ſuo ſanguine volutatum, decidet ſuper eos timor. 5. Cúm-
que cognoueritis fugere eos, ite poſt illos ſecuri, quoniam Dominus conteret eos
ſub pedibus veſtris. 6. Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſraël, re-
licto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij ſui, & appoſi-
tus eſt ad populum Iſraël, & omnis ſucceſſio generis eius vſque in hodiernum diem.
7. Mox autem vt ortus eſt dies, ſuſpenderunt ſuper muros caput Holofernis, acce-
pítque vnuſquiſque vir arma ſua, & egreſſi ſunt cum grandi ſtrepitu & vlulatu.
8. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. 9. Por-
rò hi qui in tabernaculo erant, venientes & ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes
excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, ſed à
ſonantibus Holofernes euigilaret. 10. Nullus enim audebat cubiculum virtutis
Aſſyriorum pulſando, aut intrando aperire. 11. Sed cùm veniſſent eius Duces,
ac Tribuni, & vniuerſi maiores exercitus Regis Aſſyriorum, dixerunt cubiculariis.
12. Intrate & excitate illum; quoniam egreſſi mures de cauernis ſuis auſi ſunt
prouocare nos ad prælium. 13. Tunc ingreſſus Vagao cubiculum eius, ſtetit an-
te cortinam, & plauſum fecit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim illum cum Iudith
dormire. 14. Sed cum nullum motum iacentis ſenſu aurium caperet, acceſſit pro-
ximans ad cortinam, & eleuans eam videnſque cadauer abſque capite Holofernis
in ſuo ſanguine tabefactum iacere ſuper terram, exclamauit voce magna cum fletu,
& ſcidit veſtimenta ſua. 15. Et ingreſſus tabernaculum Iudith, non inuenit eam,
& exiliit foras ad populum. 16. Et dixit: vna mulier Hebræa fecit confuſionem in
domo Regis Nabuchodonoſor: ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius
non eſt in illo. 17. Quod cum audiiſſent Principes virtutis Aſſyriorum, ſciderunt
omnes veſtimenta ſua, & intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos, & turbati
ſunt animi eorum valdè. 18. Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtro-
rum eorum.

Litteralis Commentarius.

Verſ. 1. **Dixit autem Iudith ad omnem populum: Audite me fratres, ſuſpendite caput hoc ſuper muros noſtros.**

1. DIXIT *autem Iudith ad omnem populum.* Quæ vindex populi, fit & magiſtra. Quæ fortitudine amputauerat Ducem, prudentia progreditur ad exercitum amputandum. Non ſat eſſet maſcula manus in ſexu imbecillo, niſi & quà prudentiſſimi Conſulis, conſilium profuiſſet. Vicit in vtroque naturam, quæ in fœminis, quà debilior in neruis, tenuior eſt & in mente: quibus animus & ad imbuendum corpus fragilior, & ad quæ ſua ſunt, nempe ſpiritalia documenta, parum de ſapientia delibat. Sed qui alienum pectus in Iuditha animus bel-
August. lator obſederat, vt dixit Auguſtinus, in vtróque muliebrem indolem ſupergreſſus, geminâ præſtantiâ, virium nempe & conſilij, viros excelluit. Poſtquam chlamydem militarem exuerat, ſapientis Magiſtratus induit prætextam, & ex Conſularibus faſcibus, depoſito gladio, Bethulienſibus facem accendit; vt ingenioſè debellent hoſtes, quorum illa Ducem prudenter occi-
derat. Equidem apud Ambroſium de Elia & Ambroſ.
ieiun. cap. 9. *Sobrij vigore conſilij abſtulit Holofernis caput.* Ergo conſilium non in trunci corporis vulnere dereliquit, ſed in animi maturiore portione, vt conſuleret populo, Conſúlque fieret populi, cuſtodiuit.

Audite me fratres. In benè temperatis auri- 2.
culis audire obedire eſt: quin conſulenti ob-
temperare. Cicero ad Curionem lib. 2. *Tecum* Cicer.
loquere, te adhibe in conſilium, te audi, tibi obtempera. Terentius in Eunucho 2. 3. *Audio,* id eſt, Terent.
conſentio, vt ibi Donatus exponit. *Audite me* Donat.
fratres. Cur fratres nuncupat? An quia audire diſcipulorum eſt, ſicut audire Zenonem ſignifi-
cat, Zenonis eſſe diſcipulum. Cicero 1. Acad. Cicer.
Iam Polemonem audiuerant aſſiduè Zeno & Ar-
cheſilas. Diſcipuli autem fratres vocantur. Matth. Matth. 23. 8.
23. v. 8. *Vnus eſt enim Magiſter veſter: omnes autem*

tem vos fratres estis. Sic & Actor. 1. vers. 15. *Exurgens Petrus in medio fratrum*, vbi Syriacus: *In medio discipulorum.* An fratres dixit stylo Hebraico, qui omnes ex vna stirpe progenitos fratres appellat: Augustinus tract. 28. in Ioan. *Erat consuetudinis scripturarum appellare fratres quoslibet consanguineos, & cognationis propinquos, extra vsum nostru non quo more nos loquimur: nam quis dicat fratrem auunculum, & filium sororis?* Dixerat nuper ad Iuditham Ozias supra cap. 13. v. 25. *Pro quibus non pepercisti animæ tuæ, propter angustias, & tribulationem generis tui.* Quidni eiusdem generis contribules, fratres appellitet? Vt nôscant Iudæi, fœminam hanc non solùm ex idiotismo consuetudinis Hebrææ, omnium Iudæorum esse sororem. Quòd enim Hebræi suæ gentis fœminas sorores nominarent, virósque fratres expressit Baronius tom. 1. anno Christi 57. agens pro cœlibatu Pauli ad illa verba 1. Corinth. 9. *Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi.* Sed & ex arctiore vinculo, quod vniuersitatis indiderat amor: quasi hæc fœmina intra cuiusque lares cunabula cognata susceperit, quam patriæ libertatis amor in omnium familiarum aduocauerat censum.

3\. Amorem sibi vindicat ex fraternitatis vocabulo, qui validissimus est, cùm ob nauatam pro vniuersitate virtutem iactatur in aliquem. Plutarchus in præceptis Reipublicæ gerendæ. *At Persæ, quia Cyrus adunco fuisset naso, etiam nunc tales amant, ac pro formosissimis habent. Adeò omnium amorum cum validissimus est, tum diuinissimus is, quem ciuitates & populi erga vnum aliquem ob virtutem eius concipiunt.* Quòd autem fratris vocabulum idipsum sit quod amoris, iam Gellius dixit lib. 13. cap. 10. *Frater est dictus, quasi ferè alter.* Ideo enim natura ex vno vtero geminos ducit, vt fieret, quo constaret amor. Quare Ægyptij meritò duos cupidines colunt, ne alter alteri defuisset. Seneca lib. 5. de beneficiis c. 10. *Frater sum, sed alterius: nemo est enim suus frater.* Imò sibimet quis frater est, cùm ne sit solus, sibi esse incepit amicus. Hinc ad illud dicterium Hecatonis: *Quæris quid profecerim? Amicus esse mihi cœpi.* Addit Seneca epist. 6. *Multum profecit, nunquam erit solus.* Ex quo acuit Bethuliensis Juditha, vt fraterno iuuamine, digitis communibus, & quasi vnius corporis neruis, quales vnius naturæ fratres sunt, arma arripiant in hostes, & vnam Rempublicam, tanquam vnam familiam, per traducem virtutis in organa propria distentam, efficiant; accordíque impulsu gladios assumant, nec se implicent & distorqueant tumultuario congressu. Ideò enim gemellos, vt magis coniungeret; fœcunditas vterina disiunxit, & fraternitatis vocabulum eduxit in orbem. Pulcherrimè Plutarchus in lib. de fraterno amore. *Omnibus est manifestum, naturam ex vno semine, ac principio, duos, tres, aut etiam plures fratres gignere, non discordia ac repugnantia causâ, sed vt separati faciliùs se se mutuò adiuuarent. Quippe tricorpores illi & centimani, siquidem extiterunt, omnibus inter se membris concreti, nihil foris aut seorsim agere potuerunt, cùm fratres & manere, & peregrinari, & simul Rempublicam gerere, atque agros colere mutuis operis possint.*

4\. En cur vnius sectæ, regionísque incolæ *fratres* meritò nuncupentur, vt à vocabulo edoceantur concordiam, inditúmque à naturâ gluten amoris reciprocâ stabilitate conseruent. *Quod si non faciunt* (pergit ille) *nihil differunt à pedibus inuicem se supplantantibus, opinor, aut digitis contra naturam mutuò se implicantibus ac distorquentibus.* Hoc stricto nexu suos ciues vincire curat Heroïna prudens, vt vincant, ne si diffideant, naturam ipsam punibilem reddant, sicut Lacones fratribus inter se litigantibus, patrem mulctauerunt, quod diffidere filios pateretur. Cessare libet ab vlteriori lucubratione huius vocabuli; quippe illud latè, lautéque nimis prosequitur acer ingenij vir, à sacrísque Musis nimium amabilis, & de Doctore gentium doctissimè meritus P. Ioannes Anton. Velazquez, mihi, præter delicias obsequij mutui, nimiùm in cultu, in tom. 2. Epistolæ ad Philippenses cap. 2. vers. 26. à num. 4.

Suspendite caput hoc super muros nostros. Quæ de castris militaribus venerat quasi didicisset Martis ingenia, armatique campi frequentauisset scholam, profligandi exercitus artes inspirat, edocta, etsi neruosam trepidare manum, nisi quam legitimæ fraudis dirigat architectum consilium. Ambrosius lib. de viduis. *Nec dextera tantùm hoc opus, sed maiora trophæa sapientiæ. Nam manu solum Holofernem vicit, consilio autem omnẽ hostium vicit exercitum. Suspensu enim Holofernis capite, quod virorum non potuit excogitari consilio, suorum erexit animos, hostium fregit, suos pudore excitans, hostes quoque terrore percellens, eóque casi sunt & fugati.* Queis verbis compendio rationes exhibuit, cur hoc consilium Juditha suggessit: quibus videtur accinere Lyra, dum scholiat: *Suspendite in signum exultationis, & victoriæ iam habitæ, partim in re, partim in spe.* Ex quo excripsit Comestor in historia Iudith cap. 1. Ergóne signum victoriæ est, caput è mœnibus, quasi è tholo, suspendere? Nonnus lib. 27. *Hostium capita adducite symbola victoriæ.* Albertus Kranthius lib. 3. Histor. Vandalor. *Caput defectum barbari cum insignentes in titulum victoriæ Deo suo Radigasto immolarunt.* De quo more plurimus est Cerdensis 9. Æneid.

6\. Prosiliet quiuis aduersus industriam Iudithæ: Quid proderit è pinnis suspendere caput? An vt Assyrij excubitores, qui per Bethuliæ montem etiam ante vestibulum ciuitatis in vigiliis matutinis insistunt, inspecto Ducis capite, despondeant animos, arma deponant? Imò ipsa Juditha huic refragatur euentui, dum admonet ciues, vt albente die, stricto ferro è muris erumpant. *Tunc enim*, ait v. 3. *exploratores necesse erit, vt fugiant ad Principem suum excitandum ad pugnam.* Quod & accidit: non etenim in affixum muro caput vlli milites oculos iniecerunt, nec mortem ebibere Dinastæ ex medij cadaueris suspensi è mœnibus visu. Hinc reor, quòd fructus huius consilij non ab hostibus, sed à Bethuliensibus vestigandus. Quibus vt accenderet pectora, quæ arida sitis exucto sanguine exhauserat, diráque obsidionis attriuerat calamitas; hoc trophæum spectabile sustulit; vt cuius sustulerat vitam, truncauerátque superbiam, pallentem formam, mortisque figuram, quæ præcipuè in capite est, è proprio culmine pendulam intuerentur. Cui censioni adridet Ambrosius suprà. Languor enim, & pallor vires Bethuliensium exederat, fregerat latera, spiritus attenuarat; vnde opus fuit hoc amuleto pauidam ignauiam ab animis, & corporibus pellere, vt quémque puderet, non prorumpere in hostes ad terroris

tis speciem pugnæque figmentum; siquidem
vna fœmina verè caput illud Principis Assyrio-
rum absciderat. En verba Ambrosij: *Suspenso
enim Holofernis capite, quod virorum non potuit
excogitari consilio, suorum erexit animos, hostium
fregit, suos pudore excitans.*

7. Sanè ne diffidentia fortis obreperet, quasi in
discriminis aleam adhuc vocaretur victoria, fi-
dissimum victoriæ indicium in atrio Bethuliæ
suspenditur, siquidem diximus, hunc esse trium-
phi titulum hostile caput, siue è lanceis, siue è
August. truncis, siue è pinnis appendere. Vnde Augusti-
nus serm. 67. *Coruscus ensis caput abstulit hosti,
persoluitur, in patriis mœnibus victoria suspenditur:
Armis stupentibus cunei densantur præpostero ordi-
ne triumphant, sequitur bellum, vino fusi, soluti som-
no in certamen nec clamore prouocante consurgunt.*
Quæ verba sigillatim studioso commentario do-
nauimus supra tom. 1. caten. paneg. à num. 95.
vbi expendimus quid est illud. *Præpostero ordine
triumphant*; id est, antequam inueherentur in
hostes, Bethuliæ milites, iam triumphi nobilis-
sima portio, nempe trophæum dissecti capitis
in edito loco disponunt. Sicut enim trophæa
sunt, in vestibulis templorum clypei suspensi,
Herodot. apud Herodotum lib. 1. summaque nauium ro-
Strabo. stra apud Strabonem lib. 3. & armorum aceruus
Liuius. apud Liuium lib. 45. sic & capita inimicorum
Alexand. postibus affixa, vt de Belgis scribit Alexander
lib. 5. cap. 24. Sic ouantes Boij excisum caput
L. Posthumij in bello, templo intulerunt, cal-
uámque cælauerunt auro, & è cranio, quod in
poculum purgata cauitas transtulerat, bibens
Sacerdos Diis solemni ritu libabat, de quo Li-
Liuius. uius lib. 22. Nec mirum, cùm & ex hostium
capitibus, tanquam ex aureis phialis bibere so-
Herodot. leant Scythæ apud Herodotum lib. 4. in fortitu-
dinis monumentum. Caput M. Crassi Surenas
Parthorum Dux ad Herodem Regem in Arme-
niam remisit: de cuius figmentato triumpho
Plutarch. consule Plutarchum in Crasso.

8. Præteriri non debet, quòd vbi Latinus habet:
Græca. *Et exite cum impetu*, Græcè est: *ϰ̀ δώσετε ἀρχη-
γὸν ἐπ' αὐτοὺς*, quod ad litteram vertitur: *Et dabi-
Serar. tis Principem super eos.* Quod interpretatur Sera-
rius; *id est, priores irruetis, & Principem impetum
dabitis, facietis, vt vestrum quilibet, primus &
Vatabl. quasi Dux sit.* Sed Vatablus aliter vertit, nempe:
Ex vrbe viri, cum Duce vobis dato erumpetis. Sen-
sum non percelluit Vatablus: non enim decer-
nit Iuditha, quòd detur Bethuliensibus Dux,
cùm non super eos, id est, Bethulienses; sed su-
per eos, id est, Assyrios, Principem dari, hoc dif-
ficili stylo moneatur, vt liquet. Nec tamen Sera-
rij enodatio plenè animum pacat: non enim di-
citur: *δώσετε ἀρχηϰὸν*, id est, principalem, seu
præcipuum, sed *ἀρχηγὸν*, id est, præsidem, ducem,
auctorem, aut principem. Quare intortè vide-
tur exponi de principaliori, primóque impetu.
Anne dabitis Principem super eos, idem est,
quod apud nos, *Darles vn Santiago*: quasi sicut
Hispani in irruptionibus validis, collisionibús-
que signorum clamore bellico ingeminant Hi-
spaniarum Apostoli nomen: sic Hebræi impe-
tentes in agmen hostile, Dominum exercituum
conclamarent. Sanè Dauid Philisthæo bellum
indicens, iámque conserens non arma, sed lapi-
1.Reg.17. des dixit 1. Reg. 17. v. 45. *Ego autem venio ad te
45. in nomine Domini exercituum*, velut si hæc esset
bellantium vox. Vel aliam similem vocem lau-
dis, & iubili ederent, quæ Principis Dei quasi
vocali tessera perstrepentes inimicos irrue-
rent.

Hæc cogitatio plurimum mihi conjectura- 9.
rum præstat. Quod enim Hebræi in ipsa colla-
tione signorum aliquam oratiunculam, qua Do-
minum fortem, exercituúmque Principem sibi
in victoriæ pignus aduocarent, ex lib. 2. Machab.
cap. 12. non distortè probabimus: Sic ibi. v. 15.
Machabæus autem vocato magno mundi Principe, 2.Mach.12.
qui sine arietibus & machinis præcipitauit Iericho, 15.
irruit fortiter muris. Compara ly *Principe* cum
nostro *ἀρχηγὸν*. Et vers. 28. *Et cùm omnipotentem* Ibid.v.28.
*innocassent, qui potestate sua vires hostium confrin-
git, ceperunt ciuitatem.* Et vers. 37. *At illis qui* Ibid.v.37.
*cum Esdrin erant, diutiùs pugnantibus & fatiga-
tis, inuocauit Iudas Dominum adiutorem, & Du-
cem belli fieri, incipiens voce patriâ, & cum hymnis
clamorem extollens.* Nonne *ἀρχηγὸς* Dux belli est?
Ly *voce patriâ* id est, ex Hebræo clamandi in
conflictibus more: ac si diceres: clamauit id,
quod solent Hebræi. Sicut dixit Polybius lib. 12. Polyb.
Romani iuxta morem patrium clamore sublato. Et
Suidas: *Abari ingruunt conserti, vtentes consueto* Suidas.
suo lupino sono. Iam dedimus illud Liuij lib. 20. Liuius.
Cantuque moris sui. Accedit, id etiam aliqualiter
suboluisse Sanctio, qui ait: *Cum patriâ voce* Sanctius.
*hymnum in eo rerum articulo cantari solitum ite-
rasset:* putatque esse illum, cuius symbolum qua-
tuor litteris comprehensum gestabat Iudas in
vexillo; vnde illi *Machabæi* nomen: quod qua-
le fuerit, ipse non explicat; sed fuit profectò
conflatum ex primis elementis illius carminis,
Exod. 15. 11. *Quis similis tui in fortibus Domine?* Exod.15.11.
Vt obseruauit Alcasar ad caput 1. Apocal. v. 4. Alcasar.
notat. 3. sect. 1. Quod idem est ac Dominus exer-
cituum, vt nos suprà admonuimus cap. 9. v. 10.
*Qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen est
tibi.* id est, hoc nomine in ipso præliorum æstu
vocaris. Et sanè clamor huiuscemodi ab ipso
Deo legislatorem indictus, Numer. 10. vers. 9. Num.10.9.
*Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes,
qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus
tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo
vestro.* Quod actiuè accipiendum duco, id est,
oratione patrio more editâ Dominum Deum
interpellabitis. Sic Machab. 1. cap. 5. vers. 33. *Et* 1.Machab.5.
exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione. 33.
Et cap. 7. vers. 45. *Et tubis cecinerunt post eos cum
significationibus*, id est, ea significatione, & voce,
qua consueuerant. Nec hanc meditationem im-
minuit, quod dicitur *δώσετε ἀρχηγὸν*, id est, date
Principem, non verò clamate Principem; *δίδωμι*
enim non solùm dare, sed & inferre, immitteré-
que est, vt ex Platone & Homero probat Henri- Henr. Steph.
cus Stephanus: ac si diceret: *Clamorem vestrum
immittite in eos.* Quin quod *Deus nobiscum*, seu
Dominus exercituum voce pronuntiatum, sit vo-
cale signum ad bellum, dixit Vegetius lib. 3. Vegetius.
cap. 5. *Vocalia signa dicuntur, quæ voce humana
pronuntiantur, sicut in prælio pro signo dicitur: Vi-
ctoria, Palma, Virtus, Deus nobiscum.* Nec He-
bræi ore tacito præliabantur, vt liquet Exodi 32.
vers. 18. *Vlulatus pugnæ auditur in castris. Qui* Exod.32.18.
*respondit: Non est clamor adhortantium ad pu-
gnam, neque vociferatio compellentium ad fugam.*
Aptè dicitur vlulatus: clamor enim congre-
dientium vlulantis similitudinem fert: quare
dicitur lupinus sonus apud Suidam: & Liuius Liuius.
lib. 20. illum attribuit Gallis: *Galli occursant in* Suidas.
ripam

ripam cum variis vlulatibus, cantúque moris ſui. Quin & Bethulienſes ſimili nunc vlulatu irruperunt infrà verſ. 7. *Et egreſſi ſunt cum magno ſtrepitu & vlulatu.*

10. Nec videtur Iuditha, quæ ſummæ ſapientiæ perpendiculo emenſa eſt, quidquid facturi eſſent Bethulienſes, huius clamoris, qui nimis erat operæ pretium, potuiſſe prætermittere indictionem, illúmque me iudice, ſubinnuit in Latino ibi? *Et exite cum impetu.* Impetus enim clamori bellico cognatus eſt, ſicut impetere

Polyb. idem quod inuadere. Polybius lib. 1. *Ex more iis conſueto armis concrepuerunt, & vnà clamantes*

Græca. *inuaſerunt hoſtem.* Id Græcus in his verbis, quæ enodamus, explicuit: *Dabitis Principem ſuper eos.* δώσετε ἀρχηγὸν. Nec inuſitatus eſt ſtylus hic? nam dicto cap. 32. Exodi Græcè eſt ὐκ ἔστι φωνὴ ἐξαρχόντων κατισχὺν, ὐδὲ φωνὴ ἐξαρχόντων τροπῆς, ἀλλὰ φωνὴν ἐξαρχόντων οἴνου ἐγὼ ἀκούω, id eſt, *non eſt vox imperantium violenter, neque vox imperantium conuerſionem, ſeu non eſt vox præcinentium pugnam, ſeu præcinentium fugam, ſed vocem imperantium, vel præcinentium vinum ego audio.* Vbi, vt vides, clamor in ipſo belli impetu cum imperio connectitur: quaſi idem ſit præcinere & imperare, quod Principis ſeu Imperatoris agminum eſt, ne renuas aptè apud noſtra Græca dictum ἀρχηγὸν. Nec diſtat, quòd duo clamores ſolemniores erant in pugna, duplexque Pæana, alterum in congreſſu, alterum poſt pugnam, vt obſeruauit

Lipſius. Lipſius lib. 4. de militia Rom. dialog. 11. ex Scholiaſte Thucydidis.

Si criticis delectationibus delectaremur, ſuſpicio obreperet mendum eſſe in Græco, & pro δώσετε ἀρχηγὸν, ſcribendum, δώσετε ἀλαλαγμόν: ſic enim Græci vocant clamorem illum, qui à militibus impetentibus inſonat. Pæánque Græcorum eſt, τὸ ἀλαλάζειν: nec id longè diſtat ab Hebræorum in bello clamore: nam ſuprà dicto cap. 32. Exodi, vbi legitur: *Audiens autem Ioſuë tumultum populi vociferantis,* Hebraïcè eſt *iubilantis*; iubilatio autem Græcè ſolet verti ἀλα-

Pſal. 150. 5. λαγμὸς: nam Pſalm. 150. verſ. 5. *In cymbalis iubilationis,* Græcè eſt ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ. Quin ex præfatis liquet huiuſmodi vlulatum apud confligentes Hebræos increbuiſſe ex Sanctione

Num. 10. 9. Domini, Num. 10. verſ. 9. *Clangetis vlulantibus tubis.* Hæc quidem expoſitio eadem fermè eſt cum ſuperiore: quippe ἀλαλαγμὸς iubilationis canticum eſt, quod in congreſſibus militaribus

Henr. Steph. inſonat. Quare Henricus Stephanus ait: *Eſt cla-*

Vegetius. *mor lætus militum.* Vegetius *& quidem recentiores*

Suidas. *barritum vocant, alij iubilationem.* Quin Suidas

Heſych. Plutarchus. & Heſychius appellant victorialem hymnum, & Plutarchus in Publicola. Hinc Lucanus: *Lætis*

Lucanus. *vlulare triumphis*: eſt enim propriè clamorem tollere cum animi alacritate. Iam ad verborum ſeriem redeamus.

11. *Et erit cùm exierit Sol.* Græcè eſt: *Cùm illuxerit diluculum, & exierit Sol ſuper terram.* Diluculo, aduentantéque primo iubare præliares impetus gratiùs & fœliciùs fiunt. Machab. 1. 5.

1 Mach. 5. 30 verſ. 30. *Et factum eſt diluculo ecce populus multus, cuius non erat numerus.* Et cap. 4. verſ. 6. *Et cùm dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorum.* Fulgor enim Solis repercuſſus in armis ferit oculos, terribilioréſque red-

Lucretius. dit exercitus. Lucretius:

Corpora quæ feriant oculos, viſúmque laceſſant.

Ammian. Ammianus lib. 9. *Cúmque primùm aurora ſurgeret, vniuerſáque videri poterant, armis ſtellantibus coruſcabant.* Virgil. 7. Æneid. Virgil.

Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus, æráque fulgent.

Sole laceſſita, & lucem ſub nubila iactant.

Accipiat vnuſquiſque arma ſua, & exite cum impetu. Doctrix fœmina, Imperatoris militiæ more, eloquenti oratione, vt conſuetudinis eſt, ſuos acuit ad irruptionem, ſicut Dio ſcribit, Boundi- Dio.
cam Britanniæ Reginam ad arma capeſſenda milites alloquutione impuliſſe. Et quidem moris erat apud Hebræos, Sacerdotem creare, qui exercitum alloqueretur. Rabbi Moſes apud No- Nouarin.
uarinum lib. 9. Schediaſm. *In bello tàm quod gerebatur pro imperio, quàm quod lege diuina indictum fuit, Sacerdotem creabant, qui exercitum alloqueretur ſub tempus prælij, vngebántque oleo ſacro.* Apud Simochatam lib. 4. cap. 13. Sic Dux Simochat.
alloquitur milites: *Itáque ego orator veſter Princeps prælium ciens alacritate mea omnium manus quaſi mercede pactâ ad pugnandum obligabo.* Clau- Claudian.
dianus de bello Gildonico.

Dictis antè tamen Princeps confirmat ituros

Aggere conſpicuus: ſtat circumfuſa iuuentus

Nixa haſtis, pronáſque ferox accommodat aures.

Plura huius inſtituti videtis in Lipſio lib. 4. de Lipſius.
Militia Rom. dial. 9.

Non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetum 12.
facientes. Agnouerat fœmina, quantis phalangibus campus, quem pedibus contriuerat, ſcatebat; nec paruam Bethulienſium turmam ſi ſemel ſe dediſſet in vallem, impunem obituram: ideò ſuadet, quòd tantùm appetant armis, non impetant, armorúmque colliſione, clamoréque valido plurimas copias effingant, vt ad crepitum perterriti hoſtes, rati innumeras acies ſe in fugam dent. Idipſum de Baccho Polyænus lib. 1. Polyæn.
Strat. *Cùm Bacchus expeditione indicâ in valle aliquâ cauâ cum copiis eſſet, ex aduerſo autem infinita hoſtium multitudo, nonnihil in animo pertimuiſſe, tum Pana ſuaſiſſe, vt noctu Dionyſij exercitus maximum clamorem tolleret, quem cùm petræ & valles exceptum referrent, & augerent, hoſtes territos in fugam ſe dediſſe.* Ideò ait: *Quaſi impetum facientes*: impetum enim facere idem eſt, quod inuadere, & adoriri. Cicero pro Roſcio Cicer.
Amer. *Vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur.* Sic impetum dare apud Liuium 2. ab Vrbe, & Tacitum lib. 2. Impetum Tacit.
facere, belli ſignum fuit. Libanius in declamat. Liban.
Inimicitias palam denuntiare, ſi ſublatâ contra illos manu, & telo emiſſo, atque arreptâ lanceâ fecit impetum. Illudit Perſis Xenophon. lib. 8. pæd. Xenoph.
in fine. *Faciunt verò illi quidem impetum, ſed priuſquam intra hoſtes penetrent, partim ſponte ſua dilabuntur, partim deſiliunt.* Optimè conſulit Iuditha, vt diluculo, appetentéque luce impetum faciant Hebræi: Perſæ enim hoc impetus genere maximè territantur & reprimuntur: nec opus eſt conferre ſigna. Xenophon. lib. 3. ἀναβάσ. Idem.
Nam multò præſtabat facto ex vico impetu, quàm inter proficiſcendum aduerſus eos irruentes dimicare. Equidem quòd primùm ablutâ nocte, auroræque exordio impetus fiat, peritè conſulit Iuditha: nondum enim eo tempore Perſæ expeditos haberent equos, & arma, qnolibétque tumultu frangeretur. Prodeſt nimiùm Xenophon ſuprà. *Sunt certè Perſarum caſtra noctu perincommoda. Nam & equi ipſorum alligantur, ac plerumque pedicis conſtricti tenentur, ne ſi ſoluti ſint, aufugiant. Quòd ſi quis tumultus incidat, neceſſe eſt*

hominî

homini Persico equus insternatur, necesse est frænetur, atque vbi quis iam lorica se munierit, equum conscendas necesse est.

Græcè est ὡς καταβαίνοντες εἰς τὸ πεδίον τῆς προφυλακῆς υἱῶν Ἀσσοὺρ, οὐ καταβήσεσθε. *Quasi descendentes in campum ad vigiliam filiorum Assyriorum, & non descendetis.* Sic vertunt Complutenses; sed

Varabl. meliùs Vatablus: *Vbi in campum descenderi in primam stationem Assyriorum:* προφυλακὴ enim propriè præexcubias significat; licèt promiscuè idem fit in vsu, quod φυλακή; sed προφυλακίδες νῆες naues sunt, quæ ante exercitum excubant, videli-

Thucydid. cet præsidiariæ, seu speculatoriæ apud Thucydidem lib. 2.

Vers. 3. Tunc exploratores necesse erit, vt fugiant ad Principem suum excitandum ad pugnam.

Vers. 4. Cùmque Duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inuenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor.

Vers. 5. Cùmque cognoueritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris.

Tunc exploratores necesse erit, vt fugiant ad Principem suum excitandum ad pugnam. Græcè est: *Et cum acceperint isti arma sua, ibunt in castra sua, & excitabunt Principes exercitus Assyriorum.* Queis verbis innuitur, benè calluisse Iuditham, quòd stationarij milites, seu excubitores non perrecturi essent immediatè, multóque præuio Admissionali ex Primoribus Ducibus; sed quòd ad excitandos lacessendósque iuerint Duces, vt ipsi commonefacerent Holofernem, vnde statim adiicit: *Cùmque Duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis.* Ideò autem dicitur in Græco: *Accipient arma sua,*

Varabl. *seu vt meliùs Vatablus, omnia arma sua:* quoniam Persarum vigiliæ iugiter stabant in

Curtius. armis. Curtius lib. 4. refert Alexandri responsum Parmenionem monentem, vt Persas impeteret nocte: *Vigilias, inquit, agere Barbaros, & in armis stare, vt ne decipi quidem possint.* Aliàs quasi desides & inermes videntur a Poëta 9. Æneid. depingi.

Virgil. *Discurrunt, variántque vices, fusique per herbam*
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos:
Collucent ignes, noctem custodia ducit
insomnem ludo.

Liuius. Tacit. Liuius lib. 44. Scutum in vigilia ferre vetuit; licèt Tacitus 11. annal. armatos vigiles perhibeat ex disciplina indita à Corbulone: *Stationes, vigiliæ, diurna nocturnáque munia in armis agitabantur.*

15. August. Nonne exploratores isti elisi sunt somno, vinóque sopiti? Sanè sic sensit August. serm. 67. *Vino fusi, soluti somno, in certamen nec clamore prouocante consurgunt, teguntur armis coruscantibus montes.* Quid est; *nec clamore prouocante?* Quòd dormiunt crapulam, madorémque decoquunt somno, nec obturatas ab ebrietate aures ingentibus possunt clamoribus aperire. Eodem

Virgil. stylo vigiles apud Virgilium 9. Æneid.

Lumina rara micant, somno vinóque soluti
Procubuere.

Simochata lib. 9. cap. 6. historiæ: *Barbari tum somno sepulti, tum ebrij cùm essent, suis insomniis detinebantur.* Sed vnde has vigilias aspersas Baccho rimatus est Augustinus, cùm Holofernes tantùm seruis suis Symposium fecisset, qui fatigati à vino ex nimia compotatione dicuntur? Fortassis id moris apud Persas, quod apud Latinos, apud quos vigiliæ in prætorio, id est, tabernaculo Imperatoris constituebantur, tubicinibus ibi canentibus. Polybius lib. 13. *Est enim mos Romanis sub tempus cœnæ buccinatores, & tubicines omnes canere ad Prætoris tabernaculum, vt tunc vigiliæ nocturnæ constituuntur.* Tacitus 15. annal. *Initia vigiliarum per Centurionem denuntiari, conuiuium buccina dimitti.* Ergo in Holofernis prætorio vigiles hac nocte delecti, cœnæ opiparæ obsonia sortiti fortasse fuerunt, meríque participium, quo nimis maduere. Simocha. Polyb. Tacit.

Sed qui, & quod huiusmodi exploratorum munus? Suidas in voce [illegible], quæ an Græca sit, ipse viderit: *Exploratorum munus est, rerum statum omnem, & consilia hostium, locorúmque situm, & conditionem, & itinera indagare.* Sed Græcè est προφυλακή, id est, vt iam præmonuimus, præuigiliæ, seu præcustodiæ, quas propriè vult esse stationes Lipsius lib. 5. de milit. Rom. Dialog. 8. Sicque vox illa vertitur in Dione Cassio lib. 50. explicatque Dionysius lib. 11. *Sunt ij, qui ante castra custodias agunt.* Vatablus quidem hic vertit *stationem.* Anne discrimen inter vigilias & stationes? Distinguit quidem Tacitus lib. 18 & Liuius 1. annal. Quod stationes diurnæ sint. Sanè agebat Iudith de impetu matutino in hostes, cùm iam vigiliæ fuissent solutæ, stationésque sequebantur. Vatablus exponit *In primam stationem Assyriorum.* Quid est *in primam?* Anne plures? Equidem quatuor communiter vigiliæ erant. Vegetius lib. 3. cap. 8. *In quatuor partes ad clepsydram sunt diuisæ vigiliæ, vt non ampliùs quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare.* Idem ipsè duplicem stationem decernit lib. 1. cap. 8. *Castris positis aliæ manè, aliæ post meridiem, propter fatigationem hominum, equorúmque agrarias faciant:* Sic stationes dictæ, quia in agris & sub dio. Sed prima statio hic non erat temporis lapsum metienda: sed quoniam sicut in pluribus locis nocturnæ statuebantur vigiliæ; sic & stationes diurnæ. Nec abnuendum est manipulum ante Holofernis tabernaculum excubauisse, sicut Romanis Aristarchis præbet Polybius. Duas stationes in constitutione Lycurgi Spartiani obseruabant apud Xenophontem: *Illas quidem quæ in castris & frontem arma versa essent, non enim hostium causâ, sed sociorum, & amicorum eæ constituuntur. Alteras quæ hostes obseruant, equitum, idque in locis, è quibus longissimè fit prospectus.* Nec abnuendum est, hos de Holofernano exercitu exploratores non pedites, sed equites fuisse; quorum & tam ingens numerus. 16. Suidas. Dionys. Vatabl. Tacit. Liuius. Vatabl. Vegetius. Polyb. Xenoph.

Venit in mentem, si hi non tam vigiliæ, excubitæque sint, sed circuitores, quorum munus erat, per vigilias circuire, an ritè obirent officium. Certè lego hos *exploratores* dici. Statius lib. 10. Statius.

—— Monitu Ducis acer agebat
Amphion equites, noctem, vigilatáque castra
Explorare datur.

Suidas

Suidas. Suidas in voce κωδωνοφοροῦντες Circuitores, qui vigilias circuibant, & explorabant, euntes ad vigiles, tintinnabula habebant, atque ea concutiebant, explorantes ſi quis dormiret. Eques explorator, dixit Sillius lib. 16. Feſtus ait diſtinguit ab ſpeculatore, quòd ſpeculator hoſtilia ſilentio perſpicit, explorator pacata clamore cognoſcit.

18\. Cæſar. Pergit Iuditha: *Neceſſe erit vt fugiant ad Principem ſuum excitandum ad pugnam.* Sic Cæſar 4. Gall. *Hi qui pro portis in ſtatione erant, Cæſari renuntiarunt.* Lyra. Scholiat Lyra: *Ad Principem ſuum, ſine cuius voluntate exercitus non debet bellum committere.* Profectò nonniſi ab Holofernis imperio ſignum pugnæ erueti, poterat & extendi, quòd apud Perſas fuit flammeum Am. Marc. vexillum, vt liquet ex Ammiano lib. 20. in quóne loco tendebatur? In prætorio ſanè, & taber-Plutarchus. naculo Ducis. Simile quid de Romanis Plutarchus in Fabio: *Pugnæ ſignum propoſuit. Eſt autem tunica coccinea tabernaculum Imperatoris ex-*Lipſius. *tenſa.* Conſule Lipſium lib. 4. de militia Rom. dialog. 12. Quod id eſſet munus Imperatoris, Cæſar. conſtat ex Cæſare 2. Gallicar. vbi de ſubita pugna agitur: Quare peridonea ſunt noſtro inſtituto verba: *Cæſari omnia vno tempore erant agenda, vexillum proponendum, quod erat inſigne, cùm ad arma concurri oporteret: ſignum tuba dandum, acies inſtruenda, milites cohortandi.* Hæc tibi erant múnia, ô Holofernes, ſi iam Holofernes eſſes.

19\. *Cúmque Duces eorum concurrerint ad tabernaculum Holofernis.* Duces, id eſt, non ſolùm Tribuni & Arittarchi, ſed Legati præcipue, & Cicero. Conſiliarij: hi enim, vt Cicero dixit, ſunt *Curatores, interpretes, bellici conſilij auctores, nuntij pacis ac belli.* Hos illicò concurrere ad tabernaculum Holofernis, moneris ſui inſtructet diſ-Liuius. ciplina. Liuius lib. 2. *Concurrunt ad eum legati, Suidas. tribunique monentes.* An hi Duces dicti? Certè ſic apud Suidam: *Liberauit vrbem intus quæſitus Fortunio, legatus copiarum Myſiæ, quos Duces appellant.* Ad tabernaculum Imperatoris, quaſi ad ſenatum, veniebant Duces, belli conſules, Martiſque periti. Vnde prætorium dimittere, dictum, ſicut mittere Senatum: quoniam Liuius. ad illud confluebant. Liuius lib. 30. *Vbi prætorio dimiſſo ſigna concinuiſſent.* Iuditha non tantùm vt præſaga futuri, ſed vt iam militarium rerum conſcia, percalluit, Duces è tentoriis ſuis excedentes, illicò in prætorium ſtipandos; ideò enim in medio Ducum prætorium locabatur, Ioſeph. ſicut illud conſtituit Ioſephus lib. 3. Excid. *Media tabernacula Ducum ſuorum ponunt, maximè* Polyb. *autem medium & inter iſta prætorium.* Sic Polybius: *Ac qui ponè Tribunorum tentoria locus iacet, & ex vtraque parte prætorio adiacet.* Proſi-Lipſius. cuus eſt nimium Lipſius in expoſitione tabulæ & formæ caſtrorum. *Prætorium, quod in medio ſitum vides, non quidem caſtrorum, ſed aliorum Ducum. Magna rationis hic ſitus. Vt Duces omnes circum ſe habeat, quorum conſilio, cùm opus, ſtatim vtatur: iterum iubeat aliquid aut mandet.*

20\. Concurrent ex templo, inquit fœmina prudens, Duces ad tabernaculum Holofernis, à quo & belli ſignum petendum, & conſilij pendenda momenta in ſubitaria prouocatione ad pugnam. Sed fruſtra quidem conſules illi, cùm in penetrali tabernaculi truncus ſit, conſilij ex-Statius. pers. Aptè ad hanc rem Statius lib. 10.

Ventum ad conſilij penetrale domumq́, verendam
Signorum, magnis vbi dudum cladibus æger
Rerum extrema mouens fruſtra conſultat Adraſtus.

Peritè dictum, quòd Duces illicò aduolaturi ſint glomeratim in tabernaculum Holofernis: Duces, inquam, ſiue legatos dixeris & conſiliarios, Polemarchóſque ſiue Tribunos, & Doryphoros, cataphractíſque, & clibanariis præpoſitos: imperium enim Ducis per hos quaſi calliculos in vniuerſum exercitum continuabatur, vt de Spartanis perhibet Thucydides lib. 5. Thucyd. *Rex cùm ducit, ab eo omne imperium, & ipſe quidem Polemarchis, quod opus eſt, edicit, iſti centurionibus, hi quinquagenariis, hi decanis, hi decuriis.* Qui ordo & apud Romanos, Tacitus 1. hiſto- Tacit. riæ: *Ita ſe Ducum auctoritas, & ſic rigor diſciplinæ habet, vt multa centuriones, tribunoſque tantùm iuberi expediat.* Ergo aduentante prima luce, appetentéque Sole, in Holofernis tabernaculum non iam ſalutaturi, proſperáque precantes, vt militaris diſciplina eſt, ſed infauſta ferentes, acuentéſque ad bellum accurrent hi. Ioſephus Ioſeph. lib. 3. excid. *Mane & ſub auroram, milites quidem ſinguli ad Centuriones, ad Tribunos porrò iſti conueniunt ſalutaturi; cum quibus ad Ducem primarium omnes deinde ordinum ductores.* Hæc tibi ſupereſt, ô Holofernes, in matutino iubare ſalutatio, vt ſi valeas, benè ſit: ſed quod tibi *ſalus*, ſi ſaluus non es, imò nec ſaluatus, quem iam tenet orcus, téque dæmones flammeis muneribus conſalutant.

Et inuenerint eum truncum in ſuo ſanguine volutatum, decidet ſuper eos timor. En cur Heroina priùs eduxit è lectulo corpus glabrum, & truncum, vt illicò in illud Duces ingredientes impingerent. O infauſtum omne! triſtius equidem, quàm quod Deo Caſius refert lib. 46. de Vibio Panſa, qui in Antonium parabat irrumpere: *Hominem, inquit, qui puniceam ei veſtem afferebat, prolapſum in effuſo ſanguine cecidiſſe, & veſtem maculaſſe.* Ingredimini Perſarum Duces: non veſtis aſperſa alieno ſanguine, ſed proprio Imperatoris corpus in pauimenti funere iacet. Hanc vobis in auſpicia victimam fœmina dereliquit. Ara quidem & focus ad auguria in prætorio Principis erat, vt aliàs de aliis dixit Iulius Hyginus: *Auguratorium parte dextra prætorij, tribunal leuâ, vt accepto augurio inſuper aſcendat.* Sacerdos fit fœmina, focus & ara thalamus: nec defuit libaminibus vinum, quo ebrius ſtertebat perfuſus, vt ſacrificij ſanguis augeſceret. En ſanguineo ſabulo refulgent humeri, quos vulnus ſcaturientibus venis madidauit. Non hæc Imperatoris veſtis eſt, vt ex Sillio ludamus lib. 3. *Humeróque refulget ſanguinei patrium ſabuli decus.* En paludatus eſt Dux veſter proprio, non alieno cocco: hoc vos ſpectaculum manet. Adridet, quod aliàs Liuius lib. 42. *P. Licinius Conſul, votis in capitolio nuncupatis, paludatus ab vrbe eſt profectus,* id eſt, veſte purpurea. Cur hæc in exercitus Imperatore ardens pompa: id enim paludamentum eſt, interprete Iſidoro: Pallium nempe Imperatorium, cocco, purpura in auro diſtinctum. Nónne hæc ſpecies conopæi, *quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum,* ſuprà cap. 10. verſ. 19. Cur inquam purpureus hic apparatus? Pergit Liuius: *Contrahit enim non officij modò cura,* Idem.

21\. (right margin at "Et inuenerint") Dio. Iul. Hygin. Sillius. Liuius.

sed etiam studium spectaculi, vt videam Ducem suum, eius imperio, consilióque summam Rempublicam tuendam permiserunt. O quale spectaculum Ducis, cui ex proprio cruore, paludamenti vigor! sed pullis iam vestite & atris, sicut Crassus apud Plutarchum contra Parthos pugnaturus non puniceis, sed atris vestitus.

22. *In suo sanguine volutatum.* Imò cui integrè dissectum caput, antequam corpus pauimentum attingeret, qui potuit in suo sanguine volui, quod proprium est purpuream animam ex sanguinis vulneribus halantis? Anne aliquis mansit intra venas spiritus, qui se extremis motibus in volutabro cruento concuteret? Sed seriò fœmina in sanguine euoluerat, vt impudicum corpus hoc emacularet lixiuio, sicut thalamum obscœnum priùs sanguine lauerat, canente Prudentio in Psychomachia: Prudent.

Assyrium postquam thalamum ceruix Holoferni
Cæsa cupidineo madefactum sanguine lauit.

23. Textus Græcus parum dissimiliter: *Et currunt ad tabernaculum Holofernis, & non inueniunt eum.* Sed verè. Non enim Holofernes, corpus Holofernis est. Nisi quod vbi venter, ibi & totus sit, cui non solùm integer homo, sed & Deus venter erat. Inde pulchrè Appollinaris non semel datus lib. de ætat. hominum. Apollin.

Quin & Holofernis caput est à ventre recisum,
Cùm potor vino plus æquo deditus esset.

Quæ carmina enodauimus suprà tom. 1. paneg. num. 68. & alibi. Integer igitur, etsi truncus manet, cui organa luxuriæ supersunt. Ex quo lux Augustini verbis sermone 67. *Quid alienigena fremis? Quid bella componis? Quid aciem paras habens, quem in cubiculo quæras? Omnem varium furoris impetum retine, tantùm vobis reliquimus Ducem, agnoscendam partem habemus in porta pendentem.* Tantum, id est, non tam solum, sed tam magnum: nisi mauis legere *totum.* Totus Dux relinquitur exercitui ebrio & helluoni, cui Ducis relinquitur venter: totus quidem, cui truncus; syluaticis hominibus & arboreis, quos effera irrationalísque sæuitia in truncos durauerat, totus & integer Dux est, qui truncus est, iuxta illud 4. Æneid. August.

Génsque virûm truncis, & duro robore nata.

24. *Cúmque cognoueritis fugere eos, ite post illos securi.* Cur non securi, quibus victoria manebat in muris? Pulchrè Augustinus: *Iam porta plenissimâ securitate panduntur, iam pendet muris victoribus caput. Omnis erat in ciuitate victoria, & in hostilibus castris tremor erat, & fuga. Iudith in ciuitate cum securis secura.* Scilicet exectum Ducis caput integra victoria fuit: non enim trophæum nisi proculcatis hostibus in edito figitur. Portæ quidem adhuc clausæ erant, sed pro signo bellico, quod solebat è muris suspendi, præpostero more signum victoria fuit. Dio Chrysostomus in Boristhenetico: *Et portæ clausæ erant, & in muro signum sublatum bellicum.* Ideò autem fugam auguratur fœmina prudens, quoniam prænuiserat: *Decidet super eos timor.* & Homerus 11. Iliad. vocauit fugam frigidi metus sociam. Sic Iliad. 21. August. Dio Chrys. Homer.

Hectorem postquam agnouit, cepit, timor, neque dein sustinuit
Illic manere, à tergo portas liquit, iuitque fugiens.

Ideò autem addit? *Ite post illos securi,* quoniam hæc fuga non ex peritia, dolóve, sicut eam laudat Plato in Lachet. sed ex metu erit; nec ex Parthorum Scytharúmque more, qui fugiendo pugnant, iuxta illud Æneid. 11. Plato.

Illa etiam si quando in tergum pulsa recessit Virgil.
Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.

Quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris. Hæc indoles fugientium est, in semet collidi, tumultuarióque & confuso turbine concuti, & in ipsamet arma ruere. Sic 11. Æneid. 25.

Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentúsque fugâ, mediis se immiscuit armis.

Conteret eos, ait, nempe impetu fugæ cadentes. Sic acciperem illud Theophylact. lib. 13. histor. cap. 13. vbi fugam appellat τάφον κακίας, id est, *sepulchrum ignauiæ;* quasi sepulchrum sit cadentium, sicut & cadauerum, fuga. Theophyl.

Vers. 6. Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israël, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij sui & appositus est ad populum Israël, & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem.

Tunc Achior. Dixerat Iuditha, consiliatricisque orationi imposuerat finem. Anne suffragium exhibuit populus? Sanè ad lucem vsque, nec hilum ex præceptis militaribus prætergressus, vt liquet ex versu sequenti. Quo signo annuit concinatricis monitis? Percrebruit apud Gentes, seu clamore militum suffragium ferri, irique in dicentis vota, apud Liuium lib. 7. seu armorum collisione apud Ammianum lib. 20. seu elatione dextrarum apud Lucanum lib. 1. Nunc fortassis silentio in Iudithæ verba iuratum, obedientéque gressu statim itum ad arma capessenda, ne matutinus albor reperiret imbelles. Pepercerunt clamori, alacrique in fœminam præconio, ne per montem vocalis fragor repercussus, in valléque receptus sonitum ederet, qui vigiles excitaret. Pro assensus indicio, taciti perrexerunt in arma, sicut aliàs strenuus Dux apud Liuium lib. 7. ne hostes clamoribus incitarentur, in initio orationis ad milites sic fatus est: *Hoc silentium, milites, omisso militari assensu, in me audiendo seruandum est. Vbi sententiam meam peregero, tunc quibus vadent placebunt, in dexteram partem taciti transibitis.* Sed in Græco suffragium per clamorem? *Vt autem cessauit loqui, voce magna exclamauit populus, & dederunt vocem iucundam in ciuitate sua.* Sic Liuius suprà, *Omniáque ea ingenti alacritate per clamorem militarem indicem omnium assensus agebatur.* 26. Liuius. Ammian. Lucanus. Liuius. Idem.

Quòd lucem spargeret præpropera dies, iamiam instructi ab Heroina præcupiebant ciues, auroràmque festinatò currere, quasi nox, quæ consiliatrix nuncupatur apud Sophoclem in Elect. *Atra consiliatrix reliquit astra,* iam abisset, postquam consiliatrix fœmina cessauerat dicere, cuius elogium consilium fuit, consilium autem victoria, vtrumque scitè in nocte, cui hæc attributa apud Plutarchum in vita Themist. *Nocti vocem attribue, nocti consilium, nocti victoriam.* 27. Sophocl. Plutarch.

Quasi

28. Quaſi Iudithæ fructus, victricíſque caſtitatis noua propago, illicò vt nouellum germen erupit Achior, falcémque popoſcit, vt redundans palmitis maliguitas cæderetur, circumciſioníſque ſignaculum è veſtigio imprimere carni parauit. In Græco additur nunc, quod præcedenti capiti defuerat, nempe à Iuditha accerſitum veniſſe Achiorem, qui perhibetur ſciſcitatus fuiſſe fœminam, in transfugij interſtitio quid feciſſet: ſubditúrque: *Et annuntiauit ei Iudith in medio populi omnia quæ fecerat, à qua die exiuit, vſque quo loquuta eſt ei.* Tunc additur, quod noſter Latinus: *Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſraël, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij ſui.* Plura ſunt, quæ hic adigunt mentem.

29. Cur nunc ſignatè gentilitatis tenebras eluit, pectúſque luci non commodatò, ſed ſolidè præſtat: nam Græcè eſt: *Credidit Deo valdè.* Cur non ad primum ſciſſi capitis ſpectaculum, cùm cecidit in terram exanguis & ethnicus, non ſurrexit viuidus & Iudæus; ſed poſtquam loquuta fœmina fuit, tunc de cælo tactus? Sanè Ducis iugulata ceruix nondum poterat medullitus de imminente periculo metum euertiſſe: adhuc mutila res erat corpore mutilo Tyranni. Conſiliis ſapientis fœminæ integritas fuit conciliata victoriæ. Iam actum de Aſſyriorum exercitu, poſtquam dictum à Iuditha, quid ageretur. Ea fuit dexteritas prudentis afflatus, vt vndique metu propulſo ſpem conuertiſſet in gaudium, debellandique deſiderium in triumphi lætiſſimi poſſeſſionem. Ergo tunc credidit Achior Deo, cuius perfecta ſunt opera, nec de dimidia largitate gloriatur; ſed omnis conſummationis finem beneuolus largitor intendit. Quaſi plus facinoris fuiſſet, prodigiique cæleſtis, fœminam ſapienter conſulere, quam fortiter cædere. Nunc Achior credidit, poſtquam audijt, qui non crediderat, poſtquam vidit. Plus luminis per aures, quàm per oculos hauſit, loquendi miraculum miraculo iugulandi præponens. Sed quæ fides ex auditu eſt, oculorúque ſub cæcitatis, & obſequij ſepelit vitta, non ad amputati capitis viſum, ſed ad verba Iudithæ ſuomet ingenito calle proceſſit: vide quæ huic diximus inſtituto ſuprà tom. 1. caten. paneg. n. 94.

30. Quàm feſtinanter Gentilis cœleſti Numini ſe deuouit, nec ſolùm animum, ſed & corpus imperio flaminis diuini ſubiecit, lucem nempe, quam intrinſecus fidelem ebiberat, in ſanguineis guttis per vulnus circumciſionis ſiue egerens, ſiue rependens; vt impetum cordis ſentiret caro, & per cruentam plagam, concupitæ religionis euaporaret ardorem. Cur illicò ſe Iudaiſmi ſignaculo cælat, & cædit, nec præſtolatur an auſpicatò cedat victoria, cuius adhuc nonniſi ſpes? Im quid velocius ſpe fideli, quæ nullam patitur in fide diſtantiam, quæ cùm ſperandarum rerum ſubſtantia ſit, vtramque virtutem cui charitatis fibula nectit. Quid? Victoriam ſibi præſumit Achior; imprimitur non ſolùm pignore, ſed & ſecuritate triumphi; hæc eſt enim victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra. Spiritus ſanctus, cuius indoles celeritas eſt, & à primordio ſuper aquas pernici ferebatur volatu, moræ eſt impatiens, non ſuſtinet tarda molimina; momento peragit, quæ ſua ſunt, & ex infidelitatis nocte abſque parturitione, momento ſolet auroram educere, prima obſtetricante cogitatione.

31. Quid ſi non fauſtò ſuccedant, quæ conſiliatrix ſpoponderat fœmina? Quid ſi Ducem renouet Aſſyrius exercitus, & à cæde Principis laceſſitus, ferociore agmine Bethuliam impetat, nec parcat ciuitati, quæ Nabuchodonoſoris contemptricem vnam fœminam progenuerat? Imò ne in lubrico fides Ethnici nutauiſſet, antequam de diſcrimine cogitet, totum hominem imbuit vſque ad vulnus præputij, ne poſſet iam eſſe victus, quamuis victor graſſaretur Aſſyrius. Edoctus amputationem à fœmina, quaſi æmulus fœminei facinoris, ſuam carnem amputare feſtinat, & è Tyranni capitis circumciſione ignobile membrum circumcidere parat, ne iam aliquid ei de luxuria ſuppeteret, cuius principalis portio in ſuo Duce iugulata manebat. Ex Duce & militibus, per compaginem exercitus ordinati, vnum corpus efficitur, quod exciſo Duce truncum fit & mutilum. Ergo vt totus exercitus, qui libidini, & ſuperbiæ inſeruiebat, horum vitiorum puniretur in membris, Achior organum libidinis amputat; ſiquidem ſuperbiæ organum amputauerat fœmina. Inter vtrúmque diuiſa ſunt caſtigationis officia. Pura caſtáque Heroïna diſſecuit caput, Achior præputium, quaſi vnum & alterum Holofernis fuiſſet, polluendæque fœminæ deſiderium Achior in laſciuiæ plecteret inſtrumento, quod non decebat pudicam fœminam cecidiſſe. Benè ſucceſſere vota; nihil manſit in Holoferne impunitum; ſuperbia in capite, libido feritur in corpore. Minatus Achiori fuerat Holofernes, quod per eius latera ſubiugatis Hebræis transfixurus erat lanceam, vt ſimili ruina caderet cum cadentibus. Se ad laterum foramen diſponit fœlicior Achior, dum iniecto vulnere lumbos reſtringit, libitúmque ferrum admittit, ſic adimplens vaticinium Ducis, quod noluit ſibi eſſe violentum. Hoc Holoferni debuit: qui iam eum inter Iſraëlitas inceperat computare, dum iniuriam Tyranni in illuſtrem honorem conuertit.

32. In Hebræorum rituali habetur tract. de Circumciſione, ne circumciſio noctu fiat, ſed Solis ortus expectetur, vt filius lucis incipiat eſſe, qui latebram tenebroſæ carnis deponit. Achior ſolet interpretari *lucis frater.* Ergo indutus eſt arma lucis, iamiam appetente Sole, vt in ſacræ lucis religioſam cogitationem veniret.

33. Dubitant aliqui, quomodò nunc circumciſus dicatur Achior, cùm iam forſitan antea circumciſus fuiſſet, vt moris Orientalibus erat, & apud Ægyptios, Arabes, & Æthiopes vſitatum. In primis non cenſeo, tunc temporis circumciſionem fuiſſe gentibus vſitatam, cùm potiùs ſub præputij vocabulo ab Hebræis nominarentur; quam ob cauſam immundi dicebantur, quotquot alius gentis, quàm Hebrææ eſſent, vt conſtat ex Iſaïa cap. 52. verſ. 1. *Vt pertranſeat per te incircumciſus & immundus.* Quare Paulus ad Epheſios 2. verſ. 11. *Aliquando vos gentes in carne, qui dicimini præputium habere, quæ dicitur circumciſio in carne manufacta.* Ex quo vides gentes appellatas præputium. Nec intereſt quòd Philo lib. de Circumciſ. dicat. *Ridetur enim maiorem noſtrorum circumciſio, quamuis id non mediocri honore habita, etiam apud gentes alias, præſertim*

Iſai. 52. v. 1. Epheſ. 2. 11. Philo.

tim Ægyptiam praecellentem hominum tàm frequentia, quàm sapientia. Non enim affirmat omnes Ægyptios hoc se cælauisse signaculo, cùm ad veritatem verborum sat sit, quòd aliqui ex eis circumciderentur. Ausculta Origenem in cap.2. ad Romanos: *Apud Ægyptios nullus Geometriæ, Astrologiæ, & Geneseos, quæ nihil diuinius putant, secreta rimabatur, nisi circumcisione suscepta. Sacerdos apud eos, aruspex aut quorumlibet sacrorum minister, vel, vt illi appellant, propheta, omnis circumcisus est. Litteras quoque Sacerdotales, quas hieroglyphicas vocant, nemo discebat nisi circumcisus. Omnis hierophantes, omnis vates, omnis cæli, vt putant, infernique mystes, & conscius apud eos esse non creditur, nisi fuerit circumcisus.* Non igitur circumcisio communis: & cùm Philo dicat, præsertim apud Ægyptios obseruatam, constat cæteris gentibus minùs inualuisse. Quin Theodoretus q.3. in Exodum, putat filiam Pharaonis agnouisse ex circumcisione, Quod Moyses erat ex infantibus Hebræorum, cùm illum reperit in fluminis alueo, licèt deinde asseueret circumcisionis legem ab Hebræorum imitatione sumpsisse Ægyptios.

Origen. Philo. Theod.

34. Quidquid sit de aliis gentibus, certum duco, Moabitis & Ammonitas circumcisione non vsos, cùm illis ingenitum odium iugiter in Hebræos exarserit, ob cuius causam Holofernes Ammonitas sciscitatus est ipsique inciderunt formulas fontium, aquarúmque fornices, ne in Bethuliam influerent, dissipatunt. Nec suspicor, quòd Loth Ammonitarum pater ab Abrahamo fuerit circumcisus, vtpotè qui nimiùm iam erat ab eo segregatus, cùm circumcisionis fœdus & præceptum accepit Genes.17. vers.10. præsertim cùm solùm in Abrahami familiæ lex circumcisionis indicta. Quin plures censent, posteros Abrahami, præter propaginem ab Isaac, postquam ab eius familia discerpti fuerunt, non hac lege teneri, sicut ab Ismaële prognati, & ab Esaü, qui, vt vult Epiphanius in lib. de ponderibus & mensuris, posteà sibi præputium resumpsit. Adi Suarium 3 p.q.70.disp.29. sect.2.

Gen.17.10. Epiph. Suar.

35. Demus, iam anteà circumcisum fuisse Achiorem: iterúmue cultrum admouere potuit, vt pelliculam circumcideret? Certè geminatam circumcisionem in Samaritis & Iudæis, nominatus Epiphanius admittit. En verba præfato loco: *Huius temporibus Symmachus quidam Samarita ex numero sapientium apud ipsos, cùm non reperisset fidem apud propriam gentem, accedit ad Iudæos, ac fit proselytus, & circumciditur secunda circumcisione. Et ne mireris de hoc, optime auditor, contingit enim hoc. Qui enim à Iudæis ad Samaritas profugiunt, rursus circumciduntur; similiter & qui à Samaritis ad Iudæos transfugiunt.* Ad id semper, postquam Spathistere, quod instrumentum pelliculæ attractorium dicebatur, renouauissent præputium, quod maligniter ab aliquibus fieri, innuit Paul. 1. Cor.7. & Iosephus lib. 10. antiq.cap. 6. de quibusdam Iudæis, qui *adduxerunt sibi præputia, vt nudi quoque non essent Græcis dissimiles.* Imò quia illud moram temporis in caruncula suscitanda expetebat, non suspicor ab studiosis noui ritus & religionis semper adhibitum, sed fortassis altiùs immisisse cultellum, vt de superstite carne amplius aliquid resecarent. Quod videtur innuere Epiphanius, si sedulò verba relegeris; quippe qui post postquam iteratam circumcisionem præmisit, adiicit: *At hoc adhuc grauius est, quòd etiam à circumcisione præputiati fiunt, arte quadam medica* &c. quasi mirabilius hoc esset, quàm iterum circumcidi. Ergo *Achior circumcidit carnem præputij sui.*

Epiph. 1.Cor.7. Ioseph.

36. An seipsum circumcidit? Negat Carthusianus. Sed cùm id adultis non inhibitum, vt docet Abulensis in Iosuë cap. 5. quæst. 44. seque circumciderit Abraham, Genes. 17. nil intererit opinari, non ab alio accepisse vulnus, sed quà feruor validissimus arsit, sibimet iniecisse manum, & petrinum seu ferreum cultrum in resecandam pelliculam admouisse, quod nunc vnguibus, quos in hunc vsum longiores parant, lego ab Hebræis fieri ex libro rituali apud Nouarinum lib.8. Schediasm. c.25. num.134.

Carthu. Abul. Nouar.

37. Insurgit aliqua difficultas ex Exodi 12. n. 48. *Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circumcidetur priùs omne masculinum eius, & tunc ritè celebrabit, eritque sicut indigena terræ.* Cùm ergo Achioris familia non intra Bethuliam erat, quò ille violenter intrusus; quid interfuit cecidisse præputium? Verùm ea tantùm fuit eius legis intentio, vt qui circumcideretur, paratæ voluntatis votum haberet, omne ad se pertinens circumcidere masculinum; nec ad instantaneum opus illicò vrgebat, vt obseruauit Suarius 3.p.q.70. disp 29.sect.2.

Exod.12.48. Suar.

Et appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem. .38.

Plicatur hic non facilis nodus. Esto abiurauerit Achior ritus patrios, séque Hebræorum religioni deuinxerit, qui potuit Israëlitico populo aggregari, cùm clare resistat lex Deuteronom. 23.vers.3. *Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum.* Idipsum perhibetur 2. Esdræ 13. vers. 1. Quòd Achior fuerit Ammonita, liquet suprà cap.5. vers. 5. *Tunc Achior Dux omnium filiorum Ammon.* Facilè hunc nodum explicaremus, si adfuerit locus cogitandi, non vnum vel alterum Ammonitam præfixa sanctione comprehendi, vt ab Israëliticæ Ecclesiæ orbetur sorte; sed vniuersim omnem Ammonitarum gentem, quippe cùm de cæteris, nempe eunucho, notho, Idumæo, & Ægyptio, quos lex eiusdem tenoris seriè ab Ecclesiæ comunione secernit, singulariter agat, pluralem numerum in his elegit, præcipuè cùm infrà vers. 6. adiiciatur: *Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum:* quod non erga vnum Ammonitam, sed integram Ammonitidem, nisi nimiùm fallimur, venit intelligendum: aliàs nullus Ammonita seu Moabita posset impunis in Hebræorum ingredi vrbes. Et quidem Ruth, & Rahab, Maalon, & Chelion qui Moabitidas coniuges acceperunt, iniustè in Israëlitici populi potuisset contubernium acciri. At quia nullum legi auctorem, qui huic cogitationi suppecias ferat; imò quémque Ammonitam iuxta præfatam legem commentantur arceri, alia ratio elucubranda est.

Deut.23.3. 2.Esdr.13.

39. S. Thomas 1. 2. quæst. 105. art. 3. ad 1. docet dispensationis, indulgentiæque benignitate in Collegium populi admissum Achiorem, ob strenuæ

S.Thom.

ſtrenuæ virtutis merita, operámque tanta retributione dignam, quam in Iſraëliticam gentem nauauerat. Profectò ipſamet verba, quæ enodamus, huius diſpenſationis ſcintillas emittit. Non ſolùm enim ipſe appoſitus dicitur ad populum Iſraël, ſed & omnis ſucceſſio generis eius, quod ſuperuacuè videretur addi, ſi ſuopte iure, abſque cuiuſdam indulgentiæ nouitate ipſe per ſignaculum fidei in ciuitatis iura tranſiiſſet, quæ vtrique ſoboles merito ſucceſſionis, ſicut patrium ſtemma, communicat. Ideò autem adiectum: quoniam cùm priuatus fauor in Achiore fuerat ad populum adlegatio, opus fuit idipſum ſpeciali largitate, ſuccedenti ab illo propagini tribui. Quin ex his verbis liquet ſenſus prohibitionis præfixæ in cap. 23. Deuteron. Non enim ab his, quæ Dei ſunt, fide nempe, cultu, religioſiſque cæremoniis Ammonita repellitur ſub conceptis verbis: *Non intrabunt Eccleſiam Domini*; ſed vel à ciuitatis ſorte, functionibuſque dignitatem, vxoriſque ex Iſraëlitis nuncupatione, vt Abulenſis inibi, & ex eo Serarius hic obſeruauit. Quare concinnè hic dicitur Achior appoſitus ad populum Iſraël, id eſt, non ad fidem tantùm, ſed & ad populi honorabile contubernium.

Abulenſ. Serar.

40. Quòd enim huiuſmodi gentes neutiquam à Iudaïcæ religionis arcerentur commercio, ſeries ipſa verborum non latenter ſuggerit. Eodem etenim ſermonis nexu Hebraica Eccleſia Ammonitæ inhibetur, ac notho, & eunucho; cùm tamen liqueat nec ſpadonibus, nec ſpuriis Iudaicam religionem negatam. Præterea nec poſt decimam generationem lex Ammonitæ largitur Eccleſiam. Igitur admittit ad fidem; ſiquidem non manet principium aliquod, à quo poſſint decem computari generationes, niſi in illo figatur, qui per circumciſionis ſignaculum ſe legis ſubiugauit oneribus, vt bene cogitauit Abulenſis in Deuteron. cap. 23. quæſt. 2. Scio quòd Auguſtinus quæſt. 35. generationes has computauerit ab Abraham: quare admiſſam perhibet Ruth, quia iam generationes impletæ. Obſeruat etenim alia editione ſic legi: *Non intrabunt Ammonites, & Moabites Eccleſiam Domini, & vſque ad decimam generationem; & vſque in æternum:* ob quæ vltima verba aliter expendit, cur Ruth admiſſa, nempe quia non in fœminas lex, ſed in viros. Alia tamen lectio ex catena Græca habet: *Et vſque in ſæculum, & vſque ad decimam generationem*: alia: *Vſque ad tertiam & quartam generationem.* Qua vtitur Ambroſius in Luc. 4. & in Pſalm. 48. Quæ lectiones, ſi veræ eſſent, nulla diſpenſatione indiguiſſet Achior, ſed lege propitiante, abſque nouitate fauoris potuiſſet in ciuilia populi iura adlegari. Nec obſtaret, quod additur ly *in æternum*? poſſemus enim coniectare ſenſum, ne à verbis ſuffragium abeſſet, nempe quòd non cadere debeat ſuper generationum ſeriem, ſed ſupra obſeruationis conſtantiam, ita quòd in æternum ſeruetur, nonniſi poſt decimam generationem admittendum iri Ammonitam.

Abulenſ. Auguſt. Ambroſ.

Verſ. 7. Mox autem vt ortus eſt dies, ſuſpenderunt ſuper muros caput Holofernis, & accepit vnuſquiſque vir arma ſua, & egreſſi ſunt cum ſtrepitu & vlulatu.

41. *Mox autem vt ortus eſt dies.* Ad lineam vſque Bethulienſium obedientia proceſſit, nec hilum abiit à Iudithæ iuſſis, dum ipſa momenta verborum in lance diſciplinæ militaris appendit Dixerat illa: *Et erit cùm exierit Sol.* Nunc. *Mox vt ortus eſt dies.* Dies pro Sole. Seneca Rhetor. controuerſ. 16. *Et terribili fragore horridæ tempeſtates abſconderant diem.* Claudianus in Raptu: *Miſerat vnda diem.* Ergo matutinus albor illuxit, dubióque iubare vix cælum tenebras diluebat, cùm iam Bethulienſium acies ordinata cum aurora conſurgente ſurrexit, Solſque exterſa obiecerunt arma, vt reuibratis ſplendoribus augeſceret dies.

Seneca. Claudian.

42. *Suſpenderunt ſuper muros caput Holofernis.* Sanctius putat, è muro ſuſpenſum caput conto præfixum. Congratulor viro benè de Muſis erudito: in contis enim præfigere capita, militaris mos fuit. Tacitus lib. 1. hiſtor. *Præfixa contis capita geſtabantur.* Adſtipulatur concinnè illud Virgilianum 9. Æneid.

Sanctius. Virgil.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile,
Turnus in arma viros armis circumdatus ipſe
Suſcitat, aratáſque acies in prælia cogit.
Quiſque ſuos, variiſque acuunt rumoribus iras;
Quin ipſa arrectis (viſu mirabile) in haſtis
Præfigunt capita, & multo clamore ſequuntur.

Et quidem Græcus habet: *Suſpenderunt caput Holofernis de muro.* Quaſi non in muro ipſo fixerunt, vt aliàs affixa capita in veſtibulis dedimus ſuprà. Oportuit quaſi ab elatiori tholo, vt nimiùm proſpectabile foret, ſuſpendere caput Tyranni.

43. En in ſignum belli, ipſummet debellandi exercitus caput in pertica ſuſpenſum. Sanè apud Perſas belli ſignum erat aquila aurea peltæ inſidens, ſicut ſcribit Philoſtratus in Heroic. cap. de Themiſt. ſicuti & perticam ſuſtollere, apud Latinos. Curtius de Alexandro lib. 5. *Perticam, quæ vndique conſpici poſſet, ſupra prætorium ſtatuit, ex qua ſignum eminebat pariter omnibus conſpicuum.* En ſignum non bellandi, ſed & vincendi, caput elatum fuit, ipſiuſmet, qui priùs debellatus, ſuum exercitum ſignificat debellandum. Non aquila eſt, ſed à rapacibus volucribus diſcerpendum proponitur, vt funus Perſis amabile, Perſarum Duci contingere. Perhibet enim Agathias lib. 2. hiſtor. impium & execrabilem cenſeri apud Perſas, ad cuius inhumatum cadauer volucres & feræ dilacerandum vndique non concurrerent, exiſtimantes nobiliſſimum mauſolæum, alitum, & ferarum guttura. Qui ingluuiem adamabat, benè de volucrum alimento procurat, & roſtra ſaturare contendit, vt cibus fiat, qui cibis inhians, ſepulchrum auidum volucrum fuit. Qui Bethulienſes muros dirà obſidione cingebat, nunc meliori cuſtodia coronat: aſſidet in pinnis excubias agens, vt nec mortuus obſidionem dimittat. Sed qui intra vrbem militari triumpho ingredi auebat, extra remanet pro trophæo, vt qui muros ambiebat, in muris hæreat, nunquámque poſſit vrbis penetralia obtinere.

Philoſtrat. Curtius. Agathias.

44. En purpura in mœnibus extenſa ſanguineum caput Tyranni protenditur; ſiquidem erat belli ſignum, veſtem extendere purpuream. Appianus in Ibericis: *Signum tollere de die quidem puniceam veſtem in haſta alta.* Plutarchus in Philopom.

lopom. *Donec à Rege sublata esset punicea vestis super sarissam extensa.* Cur autem illicò, antequam albesceret dies, caput non suspensum è muro, sed expectata lux: in causa fuit vt aptior mœnium portio eligeretur, & simul esset victoriæ signum, & bellandi impetus; nec priùs hostile caput prospectaretur in muro, quàm portæ aperirentur de obsidionis periculo securæ.
Auguft. Augustinus serm. 66. *Iam portæ plenissima securitate panduntur, iam pendet muris victoribus caput.* Muros victores appellauit, quasi ipsi triumphum agerent, è quibus tanquam in curru, præcipuum pependit ex Assyriis spolium.

45. *Accepitque vnusquisque vir arma sua.* Aptè
Ier. 49. 26. vir, nam hi solùm ad bellum idonei Ieremiæ 49. vers. 26. *Et omnes viri prælij conticescent in die illa*; vtpote qui duti, articulisque discreti, nec à senecta curui, nec à pueritia ignaui & immaturi. Ex quo paræmia illa: *Vir virum legit*, pro eo, miles militem, contra quem belligeretur
Apollon. eligit. Petrus Appollonius lib. 2. excid. Ierosolymit.

Conseruit, legitque virum vir feruidus irâ.
Virgil. Et viro vir, 10 Æneid.

Haud aliter Troianæ acies, aciésque Latinæ
Concurrunt; hæret pede pes, densúsque viro vir.

46. *Et egressi sunt cùm grande strepitu & vlulatu.* Non tam Hebræorum, quàm Persarum, & Assyriorum erat, clamore impetere inimica vexilla,
Ammian. de quibus Ammianus Marcellin. lib. 24. *Cum vndique solito more conclamaretur, virorúmque*
Curtius. *alacritatem sonantia classica iuuarent.* Curtius lib. 5. *Iam in conspectu, sed extra teli iactum, vtraque acies erat, cum priores Persæ inconditum & trucem sustulêre clamorem.* Sed eorum artibus conantur Hebræi Persas debellare, edocti à fœmina, quæ proprio acinace Holofernis ca-
Vegetius. put truncauit. Dixit Vegetius lib 3. cap. 18 *Clamor autem prius non debet attolli, quàm acies vtraque se iunxerit: imperitorum enim vel ignauorum est, vociferari de longè: cùm hostes magis terreantur, si cum telorum ictu clamoris horror accesserit.* Sed hîc non ignauiæ, sed industriæ fuit, vt aduersus innumeras phalanges tenuis Bethuliensium acies non tam gladiis, quàm vocibus
Cato. armaretur. Fuit enim operæ pretium, Catonis obseruare dictum: *Verba plus quàm gladium, & voces quàm manum, hostes territare, & in fugam vertere.* Nec enim ad conserenda signa, committendúmque bellum erant idonei Bethuliæ viri, quos diutina obsidio contriuerat, exesásque macie genas, & absque spiritu lacertos exangues sitis & pauor detenuauerat. Iam explicuimus suprà, quid vlulatus præsignet: Sat est
Plutarch. nunc Plutarchus in vita Crassi: *Hæ fusum, & dirum clamorem edunt, velut vlulatu belluino, & tonitrui asperitate mistum.* Quin aduersùs vino madidos, benéque meritos de orgiis Bacchi, aptissimè personant vlulatus tremuli: erant enim
Virgil. hi bacchantium proprij, vt audire est ex Poëta 7. Æneid.

Ast aliæ tremulis vlulatibus æthera complent,
Pampyneásque gerunt incinctæ pellibus hastas.
Cerdenf. Consule ibi Cerdensem, qui multa dabit.

47. Græcè est: *Et exierunt in circulum ad ascen-*
Vatabl. *sum montis.* Vatablus vertit: *Omnes viri sumptis armis in spiram circumeuntes ad ascensum montis egressi sunt*; κατ' σπεῖραν; quod me iudice potest
Actor. 21. exponi: in legionem, & cohortem: nam Actorum 21. [illegible] τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης, quod solet reddi: *Nuntiatum ex Tribuno cohortis.* Sic & cap. 10. vers. 1. Ennius apud Festum, *Spiræ* Ennius.
legionibus nexunt. Et Hesychius, & Suidas hac Hesych. Suidas.
notione vocem istam exponunt, licèt propriè sinuosa volumina, serpentium præcipuè, & funium significet, vt liquet ex Arato & Æliano. Aratus. Ælian.
In orbem circa muros vertebatur exercitus, vt iam hîc, iam illîc inquietâ agitatione subsiliens cohors ingentia agmina, plurimásque copias effingeret, & breuitatem cohortis resarciret industriâ. In vrbis obsidione solemne fuit circuire muros, orationibúsque lustrare per ambitum, ne inimicus obreperet, sed constanti fide mœnia subsisterent. Morem hunc exemplis donatum tradit Nouarinus lib. 2. Sacror. Elector. Nouarin.
num. 372. Ergo Bethuliæ ciues non intrinsecam, sed extimam murorum faciem circumeunt, strepitúque per circulum animosi rotantur, de cælesti opitulatione securi, murisque de immobilitate imperculsâ gratulantes per gyrum. Sortitus es, ô Holofernes, præclaros tui funeris circuitores; siquidem suspensus è muro decurrentes in orbem obtines Bethulienses. Erat enim consuetudo militaris, se circa bustum, & pyram, funúsve decurrentes rotare. Appianus in fune- Appian.
re Viriati: *Pedites atque equites per turmas in orbem decurrentes cum armis, barbarico ritu illum laudabant.* similia habet Calaber in decursu Calaber.
Achillis.

Vers. 8. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.

Vers. 9. Porrò hi qui in tabernaculo erant, venientes & ante ingressum cubiculi perstrepentes excitandi gratiâ, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret.

Quod videntes exploratores, ad tabernaculum 48.
Holofernis cucurrerunt. Distinctiùs in Græco: *At* Græca.
filij Assyriorum vt viderunt eos, miserunt ad Duces suos, illi autem venerunt ad Duces & Tribunos, & ad omnem Principem suum. Græca verba sunt: οἱ δὲ υἱοὶ Ἀσσοὺρ ὡς εἶδον αὐτούς, διέπεμψαν ἐπὶ τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν. οἱ δὲ ἦλθον ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ χιλιάρχους, καὶ ἐπὶ πάντα ἄρχοντα αὐτῶν. Militaris schola hos ordines seriémque instruit; nec fas erat exploratores, siue excubias dixeris, siue circuitores, protinus ad Holofernis tabernaculum cucurrisse, cùm eos inferior functio, ignobiliorque sors pepulerit, debuerítque per suam semitam nuntium vsque ad Imperatorem venire. Ideò iustâ successione deuoluitur in Græco nouitatis suggestio, ad Duces nempe ipsorum exploratorum; deinde ad manipulorum Duces, statim ad Tribunos, & ex his ad Principem quemque. In his, nisi fallor partitè & luculenter ordo Ducum, qui exercitibus præerant, elucet. Et quidem bis nomen Ducis repetitur: gemini enim sunt proprij nempe, & communes; vt scribit Lipsius Lipsius.
lib. 1. de milit. Rom. dialog. 9. Ergo exploratores è vestigio ad suos Duces miserunt, non perrexerunt ipsi, ne excubias desererent, quod graue piaculum. Polybius lib. 1. inquit: *Pœna mor-* Polybius.
tis apud Romanos illi, qui locum deseruisset, aut omninò fugisset ex statione.

Quoniam

49. Quoniam ſtationes & vigiliæ ex omnibus
manipulis legebantur: Ideò exploratores iſti ad
ſuos peculiares Duces, Hebræorum impetentium agnitionem remittunt: ex quibus conſequenter per totius exercitus quaſi cardines euoluitur nouitatis nuntiatio. Nam illi, nempe priuati Duces, è veſtigio excurrerunt ἐπὶ τὰς φρουρὰς,
Vatabl. quòd vertetem *ad centuriones*, licèt Vatablus
primos illos, ad quos miſerunt, centuriones exponat, quaſi non alius ſit inferior centurione
Vegetius. Dux, cùm Vegetius lib. 2. cap. 13. dixerit: *Antiqui cohortes in centurias diuiſerunt, & ſingulis centuriy ſingula vexilla conſtituerunt.* Non abnuo, quòd primi poſſint centuriones vocari; ſed quia inferiorum ordinum erant, & Duces à Tribunis ſic diſtinguantur, opus eſt aliquali diſcrimine hos priores Duces à poſterioribus diſiungamus, fatentes, quòd hi fuerint primorum ordinum centuriones, ideóque cum Tribunis nectuntur,
Cæſar. vt & in Cæſare 5. Gallic. *Ad conſilium rem deferunt, complureſque Tribuni militum, & primorum ordinum centuriones nihil temerè agendum cenſebant.*

50. Accedit, quòd Perſæ exercitum diuidebant in Decurias, Centurias, & milliarias cohortes: quin & ſenis hominibus ἑξάδαρχοι dicti præ-
Herodot. erant, vt conſtat ex Herodoto lib. 7. & Xeno-
Xenoph. phonte lib 6. & 8. pædiæ, Vnde ἑκατόνταρχαι, ſic centuriones dicti, à δεκάρχαις, id eſt, decurionibus diſtincti. Poſt centuriones ſeu Duces in textu Græco Tribuni ſuccedunt ſub voce
Curtius. χιλίαρχοι, qui millenarij Duces ſunt. Curtius lib. 5. *Singulis millibus peditum præfuturi erant, Chiliarchas vocabant.* Ideò autem Duces è veſtigio ad Tribunos, vt certos facerent de Hebræorum ſtrepitu conuolarunt, quoniam Tribuni iura
Iſidor. tribuebant, ex quo illis nomen apud Iſidorum lib. 9. Quin ſignum ab eis petebatur, apud
Liuius. Liuium lib. 28.

51. Quid eſt autem illud: *Et ad omnem Principem ſuum*, quaſi alij Principes præter Imperatorem ſupereſſent? An qui apud Perſas Myriarchæ dicebantur, nempe decem millium Præfecti, vt
Herodot. ſcribit Herodotus lib. 7. Sanè præter Centurionem, & Tribunum, qui ex primo ordine legebantur, in manipulis & centuriis Principes dicti,
Cæſar. & primopili, & haſtati. Cæſar 4. Ciuil. *Omnibus prima cohortis centurionibus interfectis præter*
Liuius. *Principem priorem.* Liuius lib. 42. *Mihi primus Princeps prioris centuriæ eſt aſſignatus*: De quo
Lipſius. perlege, quod latè ſegete tractat Lipſius lib. 1. de militia Romana dialog. 8.

52. *Porrò hi qui in tabernaculo erant, & venientes, & ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes excitandi gratiâ inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, ſed à ſonantibus Holofernes euigilaret.* Qui ſunt hi, qui in tabernaculo eſſe dicuntur? Anne ſerui, cubicularij nempe & ianitores? Vix ſuſpicor, ne iam crapulam decoxiſſent, quos euacuati crateres immerſerant. Sunt, opinor,
Polyb. excubiæ, quæ ante prætorium accubabant. Polybius: *Imperatorem & prætorium accubans manipulus cuſtodit.* Et antea de ſtationariis dixerat: *Vnus verò ex omnibus manipulis in diem Imperatori excubat.* Id apud Perſas in nimio honore, cùm Proceres, & Primores tantùm ante Regum
Xenoph. veſtibula ſtarent, vt narrat Xenophon lib. 8. pædiæ. Niſi mauis hoc eſſe, qui vocabantur ἀγγελίας ἀποφέροντες, id eſt, internuntij, abſque quorum functione nulla nuntia ferebantur ad Principem: ea enim erat Perſici Principatus iactantia, vt nonniſi per hos calliculos ſermonem perciperent, vt Herodotus auctor eſt lib. 3. Quare Herodot.
Iuſtinus lib. 1. aſt de Babylonio Semiramidis filio: *Rarò à viris viſus in fœminarum turba conſenuit: poſteri quoque eius id exemplum ſequuti reſponſa gentibus per internuntios dabant.* Quin admiſſionales dicti, quorum ope Imperatori denuntiabatur: hi ſtantes erant in veſtibulo Regis, nec ſtationem linquere conceſſum, vt auctor eſt Plutarchus in Themiſt. & Athenæus Plutarch.
lib. 6. Athen.

Ergo ne opinatum ſomnum Holofernis diluiſſe plecterentur, arte diuertere moliebantur, 53.
ſtrepitu nempè & ſuſurro, vt ille expergefactus, non de Aulicis quereretur. Sanè in priſca Perſarum diſciplina, cùm mores virtúſque vigebant, vnus erat è cubiculariis ſignatus, qui manè è ſopore Regem excitaret, officiique eum admoneret, thalamúmque deſereret, quem Reſpublica intentum, & à ſomni pedicis expeditum
optabat, vt ſcribit Plutarchus. Sed poſteà dominante deſidiâ, luxúque in aulam ingreſſo pro Plutarch.
mollitie fuit hos ſomni excitatores habere, qui altum ſoporem à Rege abigerent, ne illo obrutus, minùs in die ebiberet voluptatis. Quare inter delitias Perſarum poſt cibi parſimoniam,
bonámque frugem id memorat Xenophon lib. Xenoph.
8. pædiæ his verbis: *At nunc & oſtiarij, & panis & obſoniorum opifices, & pocillatores, & balneatores, & qui cibos in menſas apponunt, & qui ſubitum deducunt, & qui de ſomno excitant, & qui eos pigmentis illinendis, & infricandis exornant: hi omnes à viris præcipuâ potentiâ præditis equites facti ſunt, vt ſtipendia ſibi mereant.* Verùm ſomni Regij excitator neutiquam audebat quietem diſturbare Holofernis, tum quia ſummum manè erat, tum quia cum Hebræa ad integram voluptatem hauriendam putabatur cubare: nec par erat veneris furtum, amplexúſque laſciuos in Aulicorum ſpectaculum prodi. Strepitum igitur circa portam cient; ſed qui ad portas mortis acceſſerant, qui truncum poterant excitare?

Geminæ dicebantur apud Ethnicos ſomni 54.
portæ, altera ex ebore, altera ex cornu: apud
Homerum Odiſſ. 19. Statius 5. Sylu. Homerum. Statius.

Inde tamen venias melior, quà porta malignum.
Cornea vincit ebur.

Somnia putantes ab inferis aſcendere ad ſuperos. Accitis clamoribus excubitores ſtudent ab ſtygiis latebris excitare Holofernem: ſed qui per fratrem mortis in mortem ruerat, per imaginem in veritatem, corpus, quod abſque capite deſeruerat, nulla poterit euocatione reſumere. Nec illi porta manet, qua regrediatur ad aureas, nec aures, quibus auſcultet, vt poſſis dicere cum
Nazianzeno orat. 1. contra Iulianum. *Audi & tu Conſtantini Magni anima, ſi quis mortuus ſenſus eſt.* Senſus quidem Holofernianæ vmbræ, ſed vt inter tenebras crucietur, in quas nullus aër mortalium ſonitum deducit, nulla perferuntur obiecta. Nazianz.

Verſ. 10. **Nullus enim audebat cubiculum virtutis Aſſyriorum pulſando, aut intrando aperire.**

Nullus enim audebat cubiculum virtutis Aſſyriorum pulſando, aut intrando aperire. Diximus 55.
alibi, obſeruatum eſſe aditum, nec in Perſarum

Regiam vllum, nisi ab Admissionali admissum, subingredi, vt ex Esther 2. liquet, & Iosepho lib. 11. antiquit. cap. 6. id & in Imperatorum exercitibus obseruatum, vtpote qui virtutem supremi Regis in se videbantur gestare. Ideóne cubiculum virtutis Assyriorum dicebatur prætorium? Sic profectò suspicarer, cùm & suprà Iudith dixerit cap. 11. vers. 5. *Viuit enim Nabuchodonosor Rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te.* Quippe etiam apud Romanos virtus Cæsarum in Imperatore exercitus subsidebat, vtpote in quem auspicia, Diique Cæsaris committebantur. Ouidius de Tyberio lib. 2. Tristium.

Per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas,
Auspicium cui das grande, Deosq; tuos.

Vnde illud Suetonij de Augusto cap. 21. *Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis.* Exponit eruditè Lipsius lib. 2. de milit. Romana dialog. 12. *Ductu, cum ipse interfuit: auspicijs, cùm illo mandante alius, & fortunam ac Deos suos commodante.* Ex quo crediderim prætorium nuncupatum esse *Augustale*, quasi inibi resideret Augustus. Sic Fabius dixit: *Tabernaculum Ducis Augustale.* Quin virtus Assyriorum, me iudice, dicebatur, quoniam apud prætorium signa & vexilla tendebantur Tacitus 1. annal. & Statius lib. 10. iam à nobis suprà datus. Et quamuis Curtius referat lib. 3. vexillum Regium esse apud Persas Aquilam auream, quod & suprà firmauimus ex Plutarcho in Heroïc. pronior sum, vt crediderim, post Cyrum Draconem fuisse, qui à Medis accepit *tunicæ genus, & draconis vexillum*, vt scribit Ioannes Curopalates. Quare *dracones Persici* apud Vopiscum in Aureliano dicuntur.

56. Magis tamen crediderim, in hac Holoferniana expeditione nihil in vexillo cælatum, nisi Nabuchodonosoris effigies orbem domantis; quippe qui, quidquid Deorum, exterminans, super vniuersitatis globum armorum virtute gradi tentabat, suprà cap. 2. vers. 3. *Dixitque cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio.* Quare satis coniecturarum est, in vexillo, quod dederat Holoferni, orbem sub bellicæ virtutis aureis litteris insculptum; sicut aliàs de Augusto commemorat Isidorus: *Pilam in signa constituisse fertur Augustus, propter nationes sibi in cuncto orbe subiectas, vt magis figuram orbis ostenderet.* Nonne id valdè pronum Persico supercilio: de quo Chrysologus serm. 110. *Ne simus vt Persarum Reges, qui subiecta nunc pedibus suis sphærâ, polorum se calcare vices mentiuntur, nunc radiato capite, ne sint homines, Solis residens in figurâ.* Non alia Numina ad vexillorum stemmata Nabuchodonosor emendicabat, qui rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, imaginem Deitatis sibi præsumpsit, quam regiones subiugandæ adorarent, vt aptiùs de se diceret, quàm de Maximiano Panegyristes: *Demens qui nesciebat, quocumque fugeret, vbique Numina vestra diuinitatis esse, vbi vultus vestri, vbi signa coluntur.*

57. Nisi manus, à Cyro fluxisse, quòd *virtus Assyriorum* Aristarchus supremus diceretur, cui ab exordio ea cura fuit, vt positis præmiis suos in virtutem militarem accenderet. Xenophon lib. 8. Pædiæ. *Et certamina Cyrus indicebat, & proponebat præmia, cùm contentiones inter suos excitare de studiis praclaris, & honestis vellet; ea res Cyro laudem afferebant, quòd cura ipsi esset, vt virtus coleretur.* Nec nisi virtuti ascensus militaris patebat, quidni quòd hîc virtus Assyriorum nuncuparetur, supremi Ducis dignitas, sicut aliàs Latia vitis pro Centurionis dignitate apud Lucanum lib. 6.

——— ibi sanguine multo,
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

Iouenalis Satyr. 14.

Scribe puer, vigila, causas age, perlege rubras
Maiorum leges, aut vitem posce libello.

Ex quo communis eruditio fert, vitem fuisse Centurionis insigne & gestamen, iuxta illud Satyr. 8.

Nodosam post hac frangebat vertice vitem.

Plinius lib. 14. cap. 1. *Quid quod castris summam rerum, imperiúmque Continent? Centurionum in manu vitis, & optimo pramio tardos ordines ad lentas perducit aquilas.* Liuius lib. 7. *Quem militem extra ordinem deprehendit si Romanus esset vitibus, si extraneus, virgis cecidit.* Ergo vitis in manu Ducis ad milites continendos. Et benè quæ olim *virtus*, iam *vitis* apud molles & ebrios Persarum Imperatores, qui virtutem Assyriorum in vitem conuerterant. Diximus enim iam suprà ex Athenæo, quòd supra lectum Regis Persarum vitis insidebat, quam *vitem nobilem* dixit Plinius lib. 33. cap. 10.

En Holofernes, qui virtus Assyriorum ex dignitate erat, vitis ex vitio fuit, à cuius succo succubuit, vt à fœmina truncaretur: virtutem voluptatem vocabat, iuxta dicterium Agesilai: *Virtutem non tolerantiam esse, sed voluptatem.* Quid, si Cambysis vino dediti, quem nos Nabuchodonosorem esse opinamur, virtus erat: Vnde dolebat Xenophon lib. 8. pæd. *Ea tempestate* (id est, Cyri sæculi) *Persica quidem institutione & continentia adhuc vtebantur, vestitu verò & elegantia Medorum: nunc à Persis profectam laborum tolerantiam extingui patiuntur, & Medorum mollitiem retinent. Libet autem ipsorum delitias & voluptatem explanare*: It pluribus Græcus auctor. Mollis ignauiæ, effusæque libidinis, & lenociniorum omne genus symposium, imò emporium fuit Holofernes, nobilem virtutis indolem neruosam, integrísque lacertis constantem ad popinas, & fornices, furtiuáque latibula elumbis & madidus vsque ad extremum vitæ halitum deduxit, fecitque quòd virtus Assyriorum animal esset, quasi diluens quæstionem, quam prosequitur Seneca epist. 113. An virtutes animalia sint. Habent Stoïci, quo suum delirium in Holoferniana virtute confirment, qui apud Stobæum in excerptis Physic. *Sentiunt omnem virtutem esse animal.* En virtus Assyriorum, vt ludamus figmento, insipidóque errore, si Holofernes est, ne dum animal, sed truncus est; imò mutilatus in truncum, quoniam belluino more ventri suísque appendicibus organis, gulæ nempe & libidini inseruiit.

Vers. 11. Sed cùm venissent eius Duces ac Tribuni, & vniuersi maiores exercitus Regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis.

Vers. 12. Intrate & excitate illum; quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium.

Sed cum venissent eius Duces ac Tribuni, &c. dixerunt cubicularys. Iam explicuimus, quid hîc. 59.

Intrate

60. *Intrate & excitate illum.* Vrgebat geminatus fragor, qui per præcipitia montis abruptus, tergeminis ictibus resonabat. Aderant iam in prætorio omnium ordinum Primores, Duces, & Tribuni, qui militari ardore adigunt cubicularios, vt non vereantur in tam subitario euentu sacramenta legum perfringere: obsequium enim Duci præstabunt, si non ex arbitrij licentia, sed rebus publicis impellentibus, profundum illi soporem absterserint.

61. *Quoniam egressi mures de cauernis suis.* Inquit Lyra: *Modus est superborum de alijs contemptibiliter loqui.* Sed in arroganti probro non modicus timor delitescit: licèt enim à paruitate militantium virium de Hebræis insultent Assyrij, ideóque appellitent *mures*, multitudinem non impauidi innuunt. Multifidus enim strepitus copias innumeras effingebat, quasi per verticem montis murium exercitus ebulliissent, qui eâ solent numerositate pollere, vt celeriter in aream segetum spatiosam ingruentes, omnem à grano denudent aristam, vt scribit Aristoteles 6. de histor. animal. cap. 37. & Plinius lib. 10. cap. 65. Quin è cauernis dicunt prosilire mures. Ergo decipulæ vestræ deceptæ sunt: prudentior mus est, qui, vt fert adagium, non vni fidit antro: illusa est obsidio, nec sub murorum carcere mures isti sustinent præpediri; totus mons illis pro spatiosa cauerna fit, quam iam non poteritis obsidere. Plautus in Trucul.

Sed tamen cogitato, mus pusillus quàm sit sapiens bestia,
Ætatem qui vni cubili nunquam committit suam:
Quia si obsideatur vnum, aliundè præsidium gerit.

Lactantius lib. de ira Dei cap. 7. *Sunt animalia, quæ latibulis suis diuersos & plures exitus pandant, vt si quod periculum inciderit, fuga pateat obsessis.* Imò qui verè mus fuit, in prætorio iacet Holofernes vester, qui gustauit picem, & hæsit in illa, vt pœnas lueret, sicut mus apud Herodotum lib. 1. iuxta quod Theocritus: *Nunc tandem sicuti mus, vt aiunt, Theonyche, gustauimus picem.* Qui salaci cupidine studuit impudicè adhærere, in piceo sui cruore adglutinatus interiit. Nónne ille mus, & albus quidem, vt Suidas ait, μῦς λευκός; seu malus, vt Diogenianus μῦς κακός, quod adagiali formula de lasciuo dicitur & obscœno: muribus enim ingenita libido est, effrænísque salacitas. Cratinus: *Age nunc tibi de sereno aduersus mollitiem muris fulgurabo.* De quo & Epicrates in dramate, quod inscribitur *Chorus* apud Ælianum lib. 12. de animal. cap. 10.

62. Censeo, quòd Persæ & Assyrij Hebræos appellauerint mures, quoniam hoc animalculum Persis nimiùm erat in odio. Plutarchus de inuidia & odio: *Mures Magi Persarum interficiebant, quòd ipsi eos odio haberent, & Deo inuisos arbitrarentur.* Non mirarer, si Ægyptiorum Deos colerent, id est, feles. Sed imò Assyrij, Persæque qui felium more prædam rapere inhiabant, peribunt à muribus, sicut somniauit Herodotus lib. 2. qui Euterpe dicitur, Sennacheribum Assyriorum Regem, cùm Ægyptum inuaderet, à murium gregibus imperitum, cum multorum cæde fugam iniisse: *Eò cùm peruenissent noctu, effusam ipsis hostibus vim agrestium murium, qui illorum tum pharetras, tum arcus, tum scutorum habenas abederunt, ita vt postera die hostes armis exuti, fugam fecerint multis amissis.* O quale Ethnicorum delirium! Quod Angeli fuit, qui in castris Sennacherib centum octoginta quinque millia Assyriorum percussit 4. Reg. 20. vers. 35. muribus adscribit. Vtique vtique Angelus qui à salaci mure castitatem Iudithæ defendit, Assyriorum copias diffindet, vt noueritis; quòd si mus audeat, scit se tueri. Sic enim Brasidas apud Plutarchum in lib. de profect. virtut. *murum inter aridas ficus deprehensum, morsus ab eo dimisit, tum sic secum: Hercules, quàm nihil est ita paruum aut infirmum, vt non possit vitam tueri, si audeat se defendere.* En audet se defendere Hebræus, qui in elephantos tuos mus est, edoctus à fœmina, de qua concinitur: *Horruerunt Persæ audaciam eius.* Comedent, comedent aliena mures isti, & à Persicis saturabuntur spoliis: nec vestra edacitate, ô epulones, vinci valebunt; sicut in Persa, quasi hoc ageret iocatur Plautus act. 1. scena 2. quæ *Saturio* dicitur:

Quasi mures semper edère alienum cibum,
Neque edacitate eos quisquam poterat vincere.

Nouit mus arrepere circa micas, & Diogenem instruere, qui inebriari inter teneras, & floridas stragulas percupiebat, & deserere Philosophiam, postquam viderat Athenienses inter splendidas epulas totam noctem in comessationibus absumentes. *Quid ais* (secum volutabat in angulo fori in somnis) *Diogenes; mus hic reliquiis tuis lautus vescitur,* (videbat enim murem ad conuiuij micas arrepere) *tu verò præclarus scilicet homo, te ipsum deploras, quòd non istic in stragulis teneris atque floridis inebriare.* Inter aulæa mollia, operimentaque florida inebriato Holoferni, postquam noctem duxerat ludo, Bacchíque transegerat fluctibus, cæsum fuit iugulum: quidni ad micas mures isti concurrant, veræ Philosophiæ studiosi, exulténtque victores captâ prædâ, quando diuident spolia? Iam insidias Persicas mus iste delusit, longa illi superest vita, non ab impetu cadet; paulatim iuxta statam diem, lentâ morte post æuum decident Bethuliæ ciues, quos vna strage percupiebat Holofernes dirimere. Adsit Ælianus lib. 12. de animal. cap. 10. *Mures qui non ex insidijs, sed non sua sponte moriuntur, defluentibus membris è vita paulatim excedunt: vnde profectum id, quod est in prouerbio: iuxta muris interitum, cuius Menander meminit in Thaide.*

63. Textus Græcus exprobrationem hanc aliter exhibet: *Excita Dominum nostrum, quoniam serui isti ad nos in pugnam descendere ausi sunt, vt disperdantur in finem.* Quasi vincentium opprobrium fuit, veluti si iam Hebræi subiugati fuissent Nabuchodonosoris imperio: non enim semel obseruauimus, omnes subiectos Persarum Regibus, seruos appellitari, quos in contemptum pluries malos seruos dicebant. Herodotus lib. 8. Artemisiæ verba ad Xerxem referens: *Tibi verò omnium virorum optimè, mali serui sunt.* Curtius lib. 5. perhibet, quòd Darius Narbazen mancipium pessimum appellauit. Quin Græcè est ὅτι ἐτόλμησαν οἱ δοῦλοι καταβαίνειν ἐφ' ἡμᾶς: *ausi sunt descendere super nos.* Non modica emphasi, quasi qui quà serui, semper descendere, subiicique debebant, super nos, dominorum more, se iactent.

Vers. 13.

Vers. 13. Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire.

Vers. 14. Sed cùm nullum motum iacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam, videnſque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua.

Vers. 15. Et ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum.

Vers. 16. Et dixit: vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor: ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo.

Vers. 17. Quod cum audiissent Principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super eos, & turbati sunt animi eorum valdè.

Vers. 18. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

64. *Tunc ingressus Vagao cubiculum eius.* Erat fortassis Vagao Chiliarchus in Holofernis exercitu: Chiliarchi enim munus erat, nuntia ad Imperatorem deferre. Ælianus lib. 1. histor. cap. 21. *Tribunus militum, cuius officium erat, res nuntiatas ad Regem deferre, & admittendos ad eum introducere.* Diodorus lib. 17. hoc munere donatum apud Artaxerxem commemorat Bagoam eunuchum. *Stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire.* Spado industriâ consultrice se coërcet, veritus ne si dimoueret cortinam, in occultos offendisset amplexus, Regiſque conspiceret pellicem, quod apud Persas capite plectebatur. Plutarchus in Artaxerxe, agens de Dario Aspasiæ, quæ Cyri Regis pellex fuit, proco: *Barbari,* inquit, *in auberibus graui æmulatione præditi sunt, vt non ille modò, qui appellauerit, & attigerit Regis pellicem, verùm etiam qui propiùs in itinere præterlatus fuerit & prauectus, quibus portantur plaustra, capite luat.* Vnde pellices Regiæ, dum curribus vehebantur, tegebantur cortina, quam attingere non licebat. Nominatus auctor in Themist. *Per viam vndique septa in tentorio vehuntur curribus.* Græca Plutarchi sunt: [illegible], quæ accinunt nostris in textu Græco: [illegible]. Quæ non benè vertit Vatablus: *Pulsauit atrium tabernaculi*: potiùs exponerem: *Pulsauit aulæum*, quod per ambitum potest dici [illegible]: licèt enim sonet aula tentorij, exponendum aulæum, quod tendebatur. Tendebantur enim aulæa, vt interpres Horatij lib. 2. Satyr. 8. *Sub cameris tendebantur.* Sanè præter conopeum sepiebantur lectuli aulæis. Iam alibi dedimus ex Curtio lib. 8 *Nec quidquam eorum, quæ inuicem iactata erant, Rex ignorabat, cùm post aulæam, quæ lectos obduxerat, staret.* Polybius apud Suidam: *Audiens hæc omnia per aulæum Rex risit.* Quare forsitan legendum putarem in Græco τὴν αὐλαίαν τῆς σκηνῆς. Et quidem postquam hæc ipsa verba scripseram, lego apud Serarium, in Codice Romano legi τὴν αὐλαίαν, ipséque exponit, peristromata videlicet, variósque tapetes. Scilicet Vagao manu sericum pulsauit, vt rugiret: erant enim aulæa vela Tyria: Tertullianus de habitu muliebri cap. 8. *Parietes Tyriis, & hyacinthinis, & illis Regijs velis pro pictura abutuntur*: quorum vsus in tabernaculis Persici, vt constat ex Plutarcho in Themistocle Quòd hæc cortina nonnisi aulæum fuerit, obfirmare possumus ex interprete Horatij suprà lib. 1. satyr. 8. dum ait: *Aulæa cortina vela. Apud veteres tensis aulæis exercebantur conuiuia: vnde permansit consuetudo militibus, vt tentoria haberent.*

Ælian. Diodor. Plutarch. Idem. Vatabl. Interp. Hor. Curt. Polyb. Serar. Tertul. Int. Hor.

65. *Sed cùm nullum motum iacentis, sensu aurium caperet.* Attectas aures adplicuit eunuchus, si forsan stertentis ronchos perciperet, aut quem ex amatoriis verbulis susurrum, lacertorúmve in contactu murmur, qualiter in lecto conuiuali describitur Cyrus apud Plutarchum in Artaxerxe: *Ea (id est Aspasia) cùm ad cœnam Cyri esset inter alias mulieres introducta, cæteræ accumbentes alludente illo & contrectante ipsas, lætéque iacente, comitatem eius læta exceperunt: illa lecto assistit tacita.* Qui sonum sperabat à trunco, tandem dimouit aulæum à Ducum strepitu lacessitus: *Accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam.* Græcè est. [illegible]: quod ad litteram sic verte: *Vt autem nemo audiuit, aperiens introiuit in cubiculum.* Suspicaretis legendum: *Vt autem nihil audiret*, vtpote qui aures studiosas intenderat, siquid fragoris intra cubiculum tinniret. Sed è contrario est: *Vt autem nemo audiuit*, id est, à nemine posset audiri propulsio cortinæ, ne de irreuerenti aduersùs leges Persicas pulsu, cortinæve tactu accusari potuisset. Quare cauens, & sedulus, ne quis eum proderet, dimouentem aulæum, maturâ tentantéque manu velum leuauit. Nec benè vertit Vatablus: *Dimotis foribus in cubiculum ingressus*, quasi vectem infringeret, vtpotè claue, quam Iudithæ tradiderat, deficiente. Non enim par est credere, iterum ianuam fœminam serauisse, quæ potiùs studuit, vt truncum corpus è vestigio patesceret ingredientibus. Potius ex hoc confirmor in eo quod suprà meditabar cap. 13. vers. 3. & 5. In spatioso conclaui velum interiectum esse, quod cubiculi diuideret penetrale ab exteriore parte, in qua remanserat Abra, dum se ad iugulationem Iudith accinxit. Ergo non opus fuit spadoni recludere seram, sed tantùm amouere cortinam, vt penetraret cubile, id est, eam partem, vbi thalamus sternebatur: cubile enim & cubiculum solet significare lectum genialem, iuxtà illud Lucani ad finem lib. 3.

Non iuuat in toto corpus iactare cubili.
Seruatur pars illa thori.

Probat id fusè Cerdensis 12. Æneid. ad illud: *Ingratum ascendere cubile.* Quin pro quolibet lecto solet vsurpari, non solùm apud Tacitum 4. annal. cap. 6. sed apud Metaphrastem in vita Sanctorum

Plutarch. Vatabl. Lucan. Cerdens.

ctorum Iuliani & Baſiliſſæ. Saltem cubiculum propriè eſt, vbi lectus ineſt. Suetonius in Nerone cap. 25. *Sacras coronas in cubiculis circum lectos poſuit.* Itaque aulæum, quod dimouit eunuchus, lecti impediebat conſpectum.

66. *Vidénſque cadauer abſque capite Holofernis in ſanguine ſuo tabefactum iacere ſuper terram.* Pulcherrimè dictiones diſpoſitæ: non enim dicitur, videns cadauer Holofernis; ſed, abſque capite Holofernis: non enim lineamina & fila, quibus quis dignoſcitur, ab aliiſque generis ſui diſcernitur, niſi in facie, naturæ penicillo tenduntur. Omnem Holofernis formam ſecum fœmina detulerat in Bethuliam, dum abſciſſum caput deuexit. Ideò truncus tantùm manſiſſe perhibetur, quem nulla compago, nulla æthetogenea diſſimilitudo conflat: abiit cum capite vniuerſa figura. Sed Vagao in mutilo corpore, cuius eſſet capitis, præcognouit, quem vacuus corpore thalamus, ſatúrque cruore pro tumuli lapide, quis iaceret in pauimento, prodebat. Vix muta animalia, rationis orba, ab animíque luce diſpuncta, in vultu à cæteris diſgregantur: quorum vnus eſt impetus ad pabulum, & luxuriem, nulla eſt differentia facierum: ſat eis pro diſcrimine corpus. Hîc, ô Vagao, tuus Holofernes! non de capitis diſpunctione queraris; quem de cætero corpore cognouiſti, humanum illi caput videbatur eſſe ſuperfluum; nam Veneri & Baccho ſat eſt venter & ventris appendix. Ergo integer eſt ex vitio, qui ex naturalis ſpeciei mutilus complemento.

67. *In ſanguine ſuo tabefactum iacere ſuper terram.* Seruius ad illud 8. Æneid. *Et ſanie tabóque fluentus,* inquit: *ſanies, mortui eſt; tabo, viuentis ſcilicet ſanguinis.* Sed imò etiam *tabus*, piceus & corruptus ſanguis in cadauere eſt. Virgilius 3. Georgic. *Dilapſa cadauera tabo.* Silius lib. 13. *Putri tabo liquentia cadauera.* Putidi ſanguinis rubor deflexerat in nigredinem, tabidóque ſitu obduxerat artus, & in globulos denſatus cruor ſparſim nigricabat in membris. Tabeſcere amantium eſt: Gellius lib. 7. cap. 8. *Delphinus amans deſiderio tabuit, exanimatúſque eſt.* Qui tabuit viuus amore Iudithæ, quidni tabeſceret mortuus, dum ſanguinem ab eius manu euocatum effudit, quem illi per thalami lenocinia percupiuit impendere. Quid quòd mœchi ſanguis in cadauere tabeat corruptus, ſi eum vina corruperant in viuente? Quid quòd ater appareat, quem libidinis flamma decoxerat, & in ventris foco calida vina vſque ad nigredinem, ignibus aggeſtis, aduſſerant.

Obſeruatur accuratè in Latino, ſuper terram iacuiſſe corpus, id eſt, ſuper pauimentum: nec nudum cenſerem, cùm dixerit Xenophon lib. 8. prædiæ: *Eis non ſatis eſt cubilia molliter ſterni; ſed iam ſpondarum quoque pedes tapetibus imponunt, ne pauimentum obnitatur.* Græcè eſt: ἐπὶ τ᾽ χελώνης ἐρριμμένον νεκρὸν, quod non benè vertit Vatablus: *proiectum in lecto*: tum quia vtrúmque diſcoliæret: qui enim proiectum, ſi adhuc in lecto? tum quia concinnius verti ſolet, *ſuper ſtratum, proiectum*: tapetibus enim & ſtragulis infima cubiculi ſuperficies operiebatur: ex tapetibus autem ſtratum dicitur, cui vſui Donatus in præfat. ad Terentium, aulæa fuiſſe cogitauit, dicens: *Aulea quoque in ſcena in terra ſternuntur*: licèt iam diu Donato litem mouerint critici.

Seru.

Virgil.

Sil.

Gell.

Xenoph.

Vatabl.

Donat.

Exclamauit voce magna cum fletu, & ſcidit veſtimenta ſua. Videtur, hunc ſpadonem ſic lugubrem & funeſtum ad lineam vſque deſcribere Curtius lib. 5. *Poſt hanc vocem ſpado, gemitu non modò tabernaculum, ſed etiam caſtra compleuit. Irrupere deinde alij, laceratiſque veſtibus, lugubri, & barbaro vlulatu Regem deplorare cœperunt.* Veſtem diſcindere in luctu, licèt aliarum gentium fuerit, in Perſis potiſſimum. Nominatus curtius lib. 10. *Abſciſſa ergo veſte, qua induta erat, lugubrem ſumpſit, laceratiſque crinibus, humi corpus abiecit.* Quid in primo doloris impetu, & horribilis ſpectaculi ictu recente exclamauit eunuchus? benè ſubſiletur: Inarticulatus ſolet eſſe incuſſi doloris ſtrepor, cui vocis organum ad modulos pulſare non vacat; ſed quà dato exitu, per gutturis oſtium, ſponte prorumpit, totiúſque ſyllabi dictionum oblitus, in belluinos ſe exerit vlulatus, ſuſpiriiſque & gemitibus ſuffocat ſyllabas, ſi quas lingua inceperat detornare: Balbutienti ſimilis, impulſus ſubitus dolentis eſt: pluribus, vt intelligatur, ſe effundit, & amputata ſingultibus verba, multitudine reſarcire feſtinat. Sicut extemporalis funeſtæ cladis aſpectus adiacentem humorem oculis perpremit & expellit, ſic & inconditos clamores pectus exhalat, quos nullis priùs characteribus conformauit. Si verè pupugit cuſpis doloris, non ſicca vox à lachrymis eſt, quæ per eliſionem cadunt, libentérque inter querelas fluido comitatu miſcentur. Ad primam forſitan vocem, quam ſpectaculum atrox eduxit, Duces & Tribuni, qui ad veſtibulum aderant, veſtigio concito cucurrerunt. Vnde Vagao ambitioſiori luctu ſe in vniuerſa mœroris indicia profudit, gemitus, fletus, veſtíſque diſciſſionem. Benè Seneca epiſt. 99. *Plus oſtentatio doloris exigit, quàm dolor: quotuſquiſque ſibi triſtis eſt? Clariùs cùm audiuntur, gemunt, & taciti quietique, dum ſecretum eſt; cùm aliquos viderint, in fletus nouos excitantur. Tum capiti ſuo manus ingerunt, quod potuerant facere nullo prohibente, liberius. Sine ſpectatore ceſſat dolor.* Græcus exaggeratiùs: *Et exclamauit voce magna cum fletu & gemitu, & valida vociferatione, & ſcidit veſtimenta ſua.* 68.

Curt.

Idem.

Senec.

Et ingreſſus tabernaculum Iudith non inuenit eam. Qui nuper cogitabat, inter heriles amplexus Iuditham accumbere, plurimùm de eius pudicitia nunc eunuchus iſte meretur, qui ſummo mane iam ſuſpicabatur ad conclaue ſuum effugiſſe, vel noctem non duxiſſe cum Perſa, à quo ebrij inſenſibilitas dimouiſſet. Quid eſt, ô Vagao? Si Domini tui carnificem opinaris fuiſſe puellam; expectabit, putas, impunis, nec exeundi copiam exercuit; quam capitis ream ipſummet Ducis caput accuſabit erectum? Quòd ſi ſtolidum eſt, te accedentem, fœminam præſtolari, cur in theſaurorum locum, vbi transfuga morabatur, feſtinatò ſic adis, quaſi caput quæritans inter gazas, vbi & cor ſuperſtitis reſidebat, & inter cratere, & phialas, aureóſque calices os & labra bibaciſſimi Ducis requirens? Conſilij eſt impos repentinus affectus: huc illuc agitatur & fluctuat, quaſi qui feritur à cuſpide, velut ſi vulnus ſtimulus eſſet, inquietudine & curſu, corporíſque vertigine exiſtimat mederi dolori. Quam poſt conuiuium dereliquerat fœminam in cubili iuxta Imperatoris ſopiti thalamum, iam in interiori latibulo peruestigat. 69.

uestigat, & per angulos tabernaculi noniter ebrius à furore distinctur. Sicut amor, sic odium diligentiam inquisitionis multiplicat, nec oculis credit, sed pluries reperit, quod semel sedulum explorauerat. Anne diuitiarum theca asylum fuisset maiestatis reæ, quæ meliores Persarum Deos, nempe gazas & idola auaritiæ contrectare manibus festinauit, ne in auri templo mulctari posset, cuius ope grandiora facinora absque merito remittuntur supplicio. Ingreditur spado elapsæ iam hospitis diuersorium, & inter auaræ repositoria ambitionis sanguineam pulchritudinis manum rimari solicitat; inter diuitias vniuersi criminis reas, etiam fœmineum pignus de homicidio suspectum argumentosa solicitudine quærit. Sed constantem puellam, quam aureæ illecebræ non poterant emollire, quam aridæ annonæ commendabat paupertas, gemmarum theca non potuisset abscondere: malè enim virtus celatur inter incentiua vitiorum.

70. *Et exilijt foras ad populum.* Non dicitur, exiit; sed *exilijt*, quod est veluti saliendo & gestiendo cucurrit, vestigióque concito emersit, quasi exundantibus doloris fluctibus in vestibulum

Lucret. eructatus. Sic apud Lucretium lib. 2. *Foras emergere, & exilire.* Quare verbum hoc vt plurimùm

Cicero. cum celeritate connectitur, vt liquet ex Cicerone 4. Verr. seu potiùs impetum subitarium præsignat, & de eo, qui nec in aduersum, neque retro obicibus impedientibus moueri po-

Statius. test, concinnè dicitur. Statius 9. Thebaid.

Ipse nec ire retrò, nec in obuia concitus arma,
Exilit.

Foras ad populum, id est, ad exercitum, quem à

Seneca. populo discriminat Seneca epist. 89. *Describitur in tribus populus, in centurias exercitus.* Sed quoniam innumeræ erant militum copiæ, voce multitudinis vsus est: populus enim significat multitudinem. Quare qui ex variis gentibus apud

Claudian. inferos cruciantur, *populus* à Claudiano dicuntur, lib. 2. de raptu Proserp. *Populóque silenti*

Martian. Arnob. Zeno. *traderis.* *Astrorum populum* nuncupauit Martianus Fœlix lib 10. sicut *populum numinum* Arnobius lib. 4. & *vlcera populosa*, plagarum multitudinem Zeno in serm. de Iob. Dicas spadonem ad populum exiliisse, id est, ad omnem cohortum cum Principibus, & Ducibus vulgum. Certè cohors Græcè χόρτος, propriè est quædam portio domus clausa & septa, quæ pro tectis, & domibus sumitur, ex quibus villa, seu vrbs constatur. Inde ad militarem cohortem trahitur,

Varro. quæ ex manipulis copulatur. Varro: *Quod vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, sic ex manipulis copulatur cohors.*

71. *Et dixit: Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor.* Præmittitur apud Græcum dixisse, ἠθέτησαν οἱ δοῦλοι, quod solet verti, *præuaricati sunt serui.* Emphasis nimia est in ly ἠθέτησαν; ἀθετεῖν enim subditos

4. Reg. 23. à Rege deficere, solet significare. 4. Reg. 23. ἠθέτησεν ἐν τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος. Quasi iam Hebræi sub Assyriorum censeretur imperio, & quos nondum captiuauerat gladius, arrogans captiuasset superbia, defecisse clamat eunuchus. Quin abrogare & irritum facere significat, velut si stata lex fuisset, Hebræos subiugari Holofer-

Ad Hebr. 7. Prouerb. 11. 3. Reg. 8. ni: quo sensu vsus est Paulus ad Hebræos 7. & Prouerb. 11. vlterius ἀθέτημα scelus dicitur, quo lex diuina violatur, vt Reg. 3. cap. 8. &

Ierem. 12. Ergo Nabuchodonosoris deitatem arroganter subinnuit, quam ad Hebræis queritur esse violatam. Denique ἀθετεῖν de discolis seruis profertur, qui Dominorum excutiunt iugum, & manum aspernantur herilem. Iudas in epist. vers. 8. κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσι: *dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant.* Benè vertit Vatablus: *Serui nefas admiserunt*; quasi scelus hoc, quod aduersus Regem patratum, nefas esset maximum, & alienum à fandi licentia. Sic inabruptum erupit eunuchi dolor; nec dictionem inuenit, qua panderet enorme flagitium: bullit abundantia furoris, qui in semet collisus, & fractus vix, quo explicaretur, reperit. Omnes Hebræos sceleris accusat nefandi, velut in vnam fœminæ manum ad cædem nequissimam conspirauerint. Ierem. 12. Iudæ 8. Vatabl.

Vna mulier Hebræa. Sensim se expendit, & deglutitis singultibus tandem prodit iugulatricem. Nec subito dolori permisit vt ingenitam remitteret arrogantiam; compendio exaggerauit prodigiosum flagitium. *Vna*; id est, non phalangibus comitata, non armis cincta, sed imbelli solitudine, satellitiique orba. *Vna*, id est, omnibus Orientis regionibus, & quodque genus gentibus ad imperium Holofernis curuatis, hæc vna resiliit à virga, nec communes potestatis frænos subditâ veneratione percoluit. *Mulier*, id est, quam sexus disgregabat ab ense, teneritudo ab asperitate diuulserat, ignauia sequestrauerat ab audacia: non vir, non de militari industria peritus. *Hebræa*, non ex Assyrio robore nata, nec ex Persico furore concepta, sed de fæce gentium, de ignobili stirpe, de ignauo seminario producta, & ex Hebræorum fœtido situ prosiliens. *Fecit confusionem.* Scilicet verecundiam iniecit; qua notione donatur verbum *confundi* apud Cyprianum lib. de lapsis, dum sic legit illud Dominicum: *Qui confusus me fuerit, confundet illum Filius hominis. Et Christianum se putat, qui Christianus esse aut confunditur, aut veretur.* Quod alibi exponit: *Quomodo potest esse cum Christo, qui ad Christum pertinere aut erubescit, aut metuit?* Quin stolidus Vagao protinus exercitus ominatur exitium; & qui animos addere fractis ab attonito casu militibus debuit, hoc misero vaticinio detenuat: *confundere* enim ordinibus opponitur militaribus, qui à pauore turbati, promiscuo tumultu miscentur, & ad stragem concidunt glomeratim. Quare *confusam stragem* dixit Virgilius 6. Æneid. *In domo Regis Nabuchodonosor.* Vel prætorium virtutis Assyriorum, in quo per auspicia, & imperia supremum Regem residere iam diximus, Nabuchodonosoris domum vocauit, vel constanter ominatus est, integrum regnum potentiámque Regis hac vna Holofernis cæde delendam. Nunquam altiùs in superbi sinum, subintrat opprobrium, quam cum ab inferioribus viribus debellatur. Quare à fœmina cadere, omnem ignominiæ metam præteruolat. Vnde Abimelech à fragminis mola, quam iactauerat fœmina, tactus, Iudic. 9. vers. 54. *Vocauit citò armigerum suum, & dixit ad eum: Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus sim.* Id obseruauit Lyra hic. Cyprian. Virgil. Iudic 9. 54. Lyra. 72.

Ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Non dixit, decollatus est Holofernes, sed, iacet in terra. An quia iacere, trunci est iuxta illud Ouidij 3. Amorum, eleg. 6. 73. Ouid.

[illegible] *Truncus*

Truncus iners iacui. An quid extrema contumelia ſuperbo fuit, humi proſterni, & è terreno cipite herbam porrigere, quod deuicti ſymbolum eſt? Sanè, qui in arrogantis faſtus ſuggeſtu arduus aſſueſcebat inſiſtere, nullo potuit mordaciori perculti opprobrio, quàm quòd nudis membris terram contingeret, cùm Regum Perſarum laciniosa ſuperbia in tam enormem iactantiam illos abduxerat, vt terram vel pede calcare non ſuſtinerent, ne quid infimum per adhæſionem pulueris ſibi contraherent. Iam alibi id dedimus ex Athæneo lib. 12. cap. 13. Athenæus. qui præter verba ibi data ſic fatur de Perſarum Rege: *Pedes per horum aulam incedebat Sardiacis tenuibus tapetibus ſuppoſitis; vbi verò ad extremam aulam perueniret, aſcendebat in currum aut equum: nam pedes numquam extra Regiam conſpectus eſt,* vtique ne terram attingeret. Si mauis *iacet in terra,* ait, id eſt, mortuus eſt, non quidem ex libito naturæ, ſed ex violentia gladij. Non enim iacet, vitâ functus in lecto, qui ſpontanei obitus ſtadium eſt, ſed in terra, quaſi inſidiosis ſcandalibus ſupplantatus. Sanè *iacere* abſolutè prolatum, mortuum eſſe, ſolet ſignificare, ſicut *telo iacet,* dixit Virgilius 1. Æneid. Virgil. Verbum *iacere* ignobilitatem, ignauiam, dedecuſque extremum, præſignat, eſtque aduerſum militari vigori. Cicer. Cicero 12. Philip. *In pace iacere, quàm in bello vigere maluit, quamquam ille quidem numquam iacuit: nec hoc cadere verbum in tantam virtutis præſtantiam poteſt.* En in virtutis Aſſyriorum præſtantiam hoc verbum cecidit, qui cæſus à fœmina, bis ignobiliter iacet, & quia cæſus, & quia a fœmina. Quidni Virtus Aſſyria iaceat, ſi imperium dederat voluptati. Cicer. 2. de finib. Idem. *Maximas vero virtutes iacere neceſſe eſt, voluptate dominante.*

74. Similiter ac in ſuperioribus, compendio execrabile ſcelus infinitamque cladem explicuit. dixerat in domo Nabuchodonoſoris fœminam confuſionem feciſſe, cautàm ſubdit: *ecce enim;* quippe in Regis vultus in capite Holofernis vigebat, eo diſſecto, amputata facilſcit; & erubeſcentia & confuſio, quæ color eſſe ſolet virtutis, in pulueream mortis commutatur pallorem. *Holofernes:* non ex gregariis militibus vnus, non inter manipulos primopilus, non Conſularis, ſeu Legatus; ſed tot copiarum Imperator ſupremus, cuius nominis vel imago in montibus & vallibus repercuſſa, abſque ſpiculo & lancea victrix graſſabatur per vrbes, pauentéſque ad ſonitum ſubiugabat regiones. *Iacet,* qui vel in throno ſublimis inſidebat, vel in curru hoſtilibus ſpoliis onuſto triumphos agebat frondibus redimitus, vel ſuper equum elatus animoſi vectaculi alacritatem in furorem aduerſus inimica agmina conuertebat. *In terra:* non quidem iacet in conuiuali triclinio, ſtragulis floridis variegato, adoratiſque vnguentis infuſo, non in geniali toro leuibus auium filamentis imbuto; ſed in terra. *Et caput eius non eſt in illo.* Si caput à naturali humerorum ſitu ita diſiectum eſt, ergo & anima abiit, nec eſt Holofernes qui iacet. Sed corporis cubicularius eunuchus totum Dominum in trunco corpore menſus eſt, integrum cenſuit hominem anima & capite à membris cæteris exulante. Quippe eunuchus ille leno fuit pariter & pincerna, geminatam libidinem duplicémque ebrietatem Domino ſuo iugiter propinabat; quidni ex infimis membris Holofernem integrum iudicaſſet? Nil tibi deperiit lenopiæ artis, Bacchique peritiſſimè ſpado: ſi corporis cuſtos eras, ſtudioſúſque luxuriantium organorum curator, corpus tibi in cubiculo perſeuerat; non cauſeris capitis orbitatem: Qui lutoſis libidinum ſordibus inhiabat, verticis fuit indignus, nihil meruit habere ſupernum. *Et caput eius non eſt in illo.* Addidit hoc, vt exaggeratius calamitatem exponeret; quaſi ad patibulum aliquod ignominiæ cauſa coniectaret eſſe ſublatum, qualiter apud Perſas increbuit. Sic Cyri caput ab eunucho præciſum, perhibet Xenophon lib. 3 ἀναβάσ. patibulo fuiſſe Xenoph. ſuffixum.

75. *Quod cum audiiſſent Principes virtutis Aſſyriorum, ſciderunt omnes veſtimenta ſua.* Hic præcipuè orientalium mos, de quo qui non pleno calamo? Solum obſeruo, in Imperatoris obitu abſciſſos crines, quaſi capitis veſtimenta, depoſitóſque cincinnos, vt liquet ex Herodoto lib. 9. & Plutarcho in Ariſtide, Herodot. Plutarch. qui etiam perhibent attonſa iumenta, ne quid vel ingeniti, vel adſcitæ veſtis integrum permanſiſſet. Sicut enim hîc dicitur ſcidiſſe veſtimenta ſua Principes Aſſyriorum, ſic dicitur ſcidiſſe comam Agamemnon in luctu, de quo Cicero lib. 13. Tuſculan. Cicer. *Hinc ille Agamemnon Homericus, & idem Accianus ſcindens identidem intonſam comam: in quo facetum illud Bionis: perinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur.*

76. *Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum.* Quaſi extrema feralia & exequias excelsi Ducis ingens, & horridus obſtrepit clamor, qui ſublatus ad æthera, montiſque in cacumine eliſus, vſque ad fœminam cædis auctorem appuliſſet. Incomparabilis dicitur: nec hæc vox in Biblijs alibi quàm in libro Iudith, quaſi qui omnem compleuiſſet ſphæram, omnem cum alio ſimilitudinem ſuperaret. Sic Plinius lib. 2. epiſt. 58. Plin. Et Statius 1. Thebaid. Statius. *immodicum & inſolitum clamorem* dixere; ſicut Virgilius 9. Æneid. Virgil. Græca. *immenſum.* Adhuc exaggeratiùs Græca καὶ ἐγένετο αὐτῶν κραυγὴ καὶ βοὴ μεγάλη σφόδρα ἐν μέσῳ τῆς παρεμβολῆς, id eſt *Et factus eſt eorum clamor, & vociferatio magna nimis in medio caſtrorum.* Magnis Ducibus magnus ſolet clamor attribui, adeò vt præ granditate, & quaſi tonitru vocis, non humanus ſonitus, ſed diuinus pariter cenſeatur. Sic Plutarchus Plutarch. in vita Timoleontis, qui adeò elato clamore milites acuebat, vt diceretur, Deo aliquo vnà inclamante, clamauiſſe. Ergo ſupremo Ariſtarcho horribilis clamor impenditur, non ſolùm ab organis humanis emiſſus, ſed & ab armorum colliſione refractus. Quod è militari diſciplina venit. Dio Dio. lib. 47. *Deinde clamantes milites, ſcuta ſua pilis percuſſerunt, & ea ipſa in ſe ſe mutuò iecerunt.*

77. Si petas cur in funeribus clamoris vſus, apud ethnicos? adiecit Kirchmanus lib. 1. de funer. Kirchman. Rom. cap. 13. Tum vt egrediens anima remoretur, vt fingunt, quaſi impacta à clamoribus: tum vt ſi forſan in corpore eſt: vocibus excitetur, ne qui viuit, ſub ſpecie mortis, vel pyræ committatur; vel terræ. Ergo inutilis

est vester clamor, ô Assyrij; truncum iacet corpus, non retardabitis animam epulonis, quæ dissecto collo gulam, à qua detineatur, non habet: non vocali inquietudine turbabitis somnum, quippe ferreus est, à ferróque incussus, & vt canebat Poëta 12. Æneid.

Olli dura quies oculos, & ferreus vrget
Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.

EXPLANATIO
Moralis institutionis ad Cap. XIV.

Vers. 1. Dixit autem Iudith ad omnem populum: Audite me fratres, suspendite caput hoc super muros nostros.

Vers. 2. Et erit, cùm exierit Sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu, non vt descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes.

Finiat opus virtutis ipse qui incepit, nec in medio itinere præ desidiâ lassatus alteri quòd compleat, remittat.

SECTIO I.

1. DESIDIOSA nimis virtus est, quæ in medio itinere, quasi officio functa quiescit; & postquam strenui operis negotiatur exordium, coronam sibi dimidiatam præsumit, & alieno brachio finem committit. Quid quòd è carcere equum solueris generosum, si in stadij latitudine sistas, nec odorari metam permittas? Qui quòd classico prouocante, victoriæ auspicium in impetu primo protuleris; si nondum adulto prælio, amputasti triumphum, & expansum complicuisti vexillum? Non ingressus, sed exitus acta probat: virtutum laurus constantia est. Nisi librum ad vmbilicum scriptor deducat; nisi orator se dixisse pronuntiet; alter à causa, alter ab auctoris cadit elogio. Sunt qui non libram, sed semissem operis pendunt, nec se viros amant, sed pueros, cùm in primis elementis desistant, vt alter compleat litteram, quam inceperant. Sicut in meritoriis artibus, sic in liberalibus & honestis inoleuit officiis. Carnifex vellus à laniatis ouibus vellit, fullo in flumine lanam repurgat, pellémque nudam radiis exsiccandam committit, denique artifex caligarum in pedum ordinat vestimenta, sutor ad crepidam cameratum corium adaptat: Sic sibi artificia succedunt, nec vnus calceus ab vnius operarij penitus modulante manu procedit. Sic & administratio publica per varios calliculos dispensatur, alter alteri remittit quod agat: nullus est, qui totius laticis pondus baiulet vsque ad summum; sicut in ingenio ascendentis. Tagi ad vrbis Imperialis fastigium primus lebes vndam, quam absorbuit, in lebetem euomuit successorẽ, hic in alterum: donec per ahenorum seriem partito, & reciprocè suffragante labore, flumen rapitur in superna. Cui ex lebetibus vectaculi pendes mercedem? Nulli quidem, etsi omnes negotientur ad sortem; quippe alter est supplementum alterius, nec præmio dignus, qui in solam operis partem intendit. Inepta ignauiæ excusatio est, non integri negotij gloriam appetere.

Quàm secus omnibus numeris absoluta Iudith, vers. 1. *Dixit autem Iudith ad omnem populum: Audite me, fratres, suspendite caput hoc super muros nostros: Et erit cùm exierit sol accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu*, &c. Quid te interseris militaribus artibus, Heroïna? Officium viraginis impleuisti, iugulasti Tyrannum: sanguineum spolium redde viris, quibus disciplina Martis incumbit; te ad fusum & ad acum restitue. Quid fœminæ cum impetu? quid cum classico? Probasti fortitudinis cursum emenso Assyriorum stadio, otiare iam, suppleant viri sexus imbecilli imperitiam. Sed noluit sibi amputari victoriam, quæ Ducis amputauerat caput. Incipit militare consilio, quæ manu desiuit; feruidi pulueris fit magistra, quæ ditioni pulueris hostium dederat Aristarchum. Vt exercitũ vinceret ingenio, quæ vicerat dextera Ducem, emerito brachio, iam solertiâ capitis pugnat: ne in plurium numerum triumphus secetur, sed quæ triumphatrix cœperat, eadem finiat. Hæc Heroicæ virtutis indoles est, vsque ad summum verticem non desistere, nec per cliuos stationes diuidere, quousque Sisyphi lapis etiam reclamante præcipitio multiplici, constans in cacumine defigatur. 2.

Lucæ 9. vers. 62. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* 3. Luc. 9. 62. Quid quòd oculis repetat sulcum perfossum, si forsan aratoriam exorbitet artem, nec iuxta normam ponderata gleba è profundo cauitatis surrexit? Quid si latro insultet à tergo? si anguis insidietur calcaneo? si omissus tumulus, nec bene contusus memoriam aratoris depungat? Opportunum consilium. Ne in area media, vel parumper boues desistant, & qui stiuâ stimulabat euntes, oculos ad initium sulci remittat, & in medio opere satisfactus incipiat appetere laboris inducias, alteri partem iugeri inaratam relinquens. Ergo nunquam retrograda cogitatione respiciat, quid adhuc fecerit, donec nil faciendum supersit: ne partis aratæ blandimento deceptus nec compleat diem, nec iustum coloni consummet obsequium. Subsidiariis patronis studet inertia, manum vltimam non imponit; sed arrosum socordia mutilúmque deserit opus, nec omnis consummationis finem attendit, sed in quoque cliuo fessa quiescit.

Sic ille Cherub primigeniæ lucis dotibus 4. adornatus, Isaiæ 14. vers. 13. *Sedebo*, inquit, Isai. 14. 14. *in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.* Si Angelus erat, vtique administratorius spiritus; si minister sederit, cui committet officium ad herilia, queîs incumbit, obsequia? Etsi seruorum gregem, turbámque satellitum ad imperij obedientiam Dominus habeat, si sedeat famulus, & in alterum iussa transfundat, per familiæque numerum sic præceptum Dominicum volutetur, non suppetet Domino nisi vnus, in quem tandem docilitas officiosa, stánsque se

ſe obedientia recepit. O ſocors ſpiritus, ſic in ſecundo inſtanti ſedere coram Domino geſtis, ratus tuum iam impleuiſſe ſeruitium, dum in primo inſtanti ſteuiſti. Ideò illicò è ſubſellij culmine ruit, adnotante Propheta verſ. 15. *Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci.* Si diceret *detraheris*, non ſic penitus admirarer; ſed quod ſeſſionis inſtans eſſet & caſus, ſtuporem incutit cogitanti. Si ſtaret erectus in acuminato culmine montis, hinc illinc Aquilonis collidentibus flabris, certius eſſet ruinæ momentum: eſt qui ſedet, tutior figitur in cacumine, adiutus ſcopuli fulcro, totóque corpore ad præcipitij renitente periculum. Verùm ô optime qui ſedere cœpit, cœpit & cadere; quippe cui ſtandi ineſt miniſterium, & herilibus iuſſis parabilem corporis retinere figuram. Si quietis ſocordia ſubrepat, manúmque ab opere quaſi impleto ſequeſtret, recidet in momento retrorſum, & emenſum ſpatium velociore, quàm quo pertranſierat, gradu per ruinam retrogradam remetietur. (Iſai. 14. 15.)

5. Melius illi Seraphim, qui cùm duo eſſent, alter in alterum neutiquam traducebant muneris adminiſtratorij ſeruitium, nec altero ſtante ſedebat alter, nec vnius penna alius quieſcentis docile ſupplebat obſequium. Iſaiæ 6. verſ. 1. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum: Seraphin ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Cur ſic ſpiritum alatorum conſortium Dominico ſolio ſine interruptione deſeruit, & quod vnus facit, facit & alter? Ad velandam faciem ſat eſt vnius ala protenſa, plumis in figuræ ciuitatem rotatis, ne quid capitis denudatum relinquat, ſed cingat inuolucro pennato: nam ſi extenſa faciem obnuberet, dimidium verticis ſine tegmine remaneret. Quale ergo alteri Seraph ſuppetet miniſterium, niſi actum agat, valétque iteratò velatum? Intermitte parumper tuæ pennæ laborem, ô quiſquis ſis de duplici Seraph; ſupplet ſodalis, irrequieto velamini præſta inducias. Imò quaſi ſolus eſſet, quiſque negotiante comite negotiatur, nec in alterum onus deponit, ſed concorditer reperit inuolucrum, ne dimidiato officio ſuſtineat ſuſpicionem inertiæ. Verùm qui ſenis conſtitit alis, gemináque caput, & geminâ pedes obumbrat, in quem terminum geminâ volat, cùm beantem Dominum quadruplici vinculo preſſerit, pennatáque fruitione contineat? Siſte Seraph, remigium comprime, totum Dominum tranſfretaſti. Cur vela pandis, iam anchoris fixis in portu? Nec alas ſibi in Domini famulitio ſedere permiſit, ne finiiſſe putaretur officium. Volat, qui velat, quaſi ſpatium ſuperſit, quod pertranſeat, nondúmque adminiſtrationem compleuerit, cui iugis obedientiæ, ſtudiúmque operis irrequieti pro volatu celeri eſt. Ne crederes, quatuor pennis complicatis quaſi deiectis manibus quieuiſſe ſpiritum à ſeruitio; quas liberas alas manus dereliquit velandi, exercet officioſus volando, ne altero corporis organo laborante alterum à labore excuſetur, nec quieſcente quieſcat. Cui ſeruire valere fuit, eſt vtique & ſeruire volare. (Iſai. 6. 1.)

6. Scis illud Dominicum Matth. 6. verſ. 3. *Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Melius intelligerem, ſi dixiſſet: Dextera tua faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua. Verùm ſi ſuppoſitum, cuius & læua eſt, eleemoſynam facit, cur illa egregium opus pietatis ignoret, quaſi à corporis compage diuulſa, ad quàm non attineat operantis dexteræ gloria? Ne otioſa manus ob ſodalis opus ſe excuſet, nec ſiniſtrâ operari deſiſtat, nobiliori manui onus operandi remittens. In pietate negotietur alterutra, ſubeat & læua dexteræ miniſterium, nec ab imbecillitate ſitus torpeſcat, ſed adiutricis non expectans ad opem, ſibi operandi munus imponat. Ambidexter ſit in homine ſolerti conatus, nec parte ſedeat, parte laboret; ſicut ſarcinator & ſutor, qui tota die inuerſis cruribus in tripode ſedit, non ceſſante manu vel cum ſocco pungere corium, vel panni ſegmentum per licia immiſcere ſegmento. Imò ſit ſicut Angelus, qui ſemel totus operi incumbit, vtpote cui membra non ſunt, ſed totus in toto eſt, totus in parte, per ſimplicitatis naturam. (Matth. 6. 3.)

7. Debbora accerſiuit Barac, vt agmina aduerſus Siſaram cogeret: at ille dixit fœminæ, Iudic. 4. verſ. 8. *Si venis mecum, vadam: ſi nolueris venire mecum non pergam.* Tunc Debbora verſ. 9. *Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi quia in manu mulieris tradetur Siſara.* Cui niſi Duci, ſi exercitus vicerit, paratur triumphus? Quis fervor Ariſtarchi neruos infundet, deſperato victoriæ nomine poſt victoriam? Si fœmina munerabitur triumphi quadrigâ, procedat Imperatrix cohortum: ne biceps exercitus pro monſtro ſit, & in aduerſas partes verſis capitibus corpus in prælij impetu laceretur? Imò vir & fœmina connubiali fœdere pergunt, vt vir quà vir, totum militaris roboris manus, quaſi ſolus iret, intendat, de imbecillis ſexus ignauiâ ſubſidiaria opera non præſumens; & fœmina, qua titulo inſigniēda victoriæ animosè imperat ſuprà vires, nec de viri latere naturæ infirmitatem excuſet, opéque viri freta, in ſolicitudine militari decumbat. Ergo ambo adoriuntur in hoſtes: ſic vterque vicit, quia contendit vincere vterque, nec officiorum ſupplementa quæſiuit. Imò quia ſic concorditer laborarunt, nec altero impetente deſtitit alter, nemo ex illis exercitium Siſaræ fudit; ſed Dominus pro vtroque pugnauit, vincendíque votum victoriæ mercede rependit verſ. 15. *Perterruítque Dominus Siſaram, & omnes currus eius, vniuerſámque multitudinem in ore gladij ad conſpectum Barac.* Cur non & ad Debboræ ſodalis conſpectum. Vt ſaltem viri oculis elogium aliquod victoriæ ſuppeteret, & qui initi laboris deſiderio, quaſi viſu deuicerat, victor ſaltem ab oculorum nutibus caneretur, cùm fœmina conſilio peregiſſet victoriam. (Iudic. 4. 8.) (Iudic. 4. 15.)

Commissi criminis extrema figura per oculos peccatoris ebibita salubrius pharmacum est ad vitam.

Sectio II.

8. Nihil magis resipiscere cogit ad frugem, quàm mortale vitij caput iugulatum respicere, postquam illud improbus peccatoris vsus cupiditatis falce demessuit. Caput criminis, quamdiu viuit, speciosæ illecebræ nardo madens, illitum de fuco splendoris, oculos stibio depictum, labra meritorio rubore, integréque de deliciosa voluptatis formâ compositum, spectantium oculos figuræ lenocinio captiuat. Nullum est peccatum, quod in æstu suo scintillas claritatis non proferat: & vt viuere se defingat, cùm tentatum interficere tentat, quidquid vitæ, quidquid salutis est, dum allicit consensum, exponit. Cæterùm postquam experientia contabuit, manúque peccatoris tractum, à virore floris emarcuit, & inter legentis digitos fœtidum reliquit humorem, exhibuítque faciem de exercitij morte pallentem; tabificúmque vultum sania stillantem, situ horridum, & de suo fœdum oculis prospectantis expressit? suæmet mortis simplici veritate peccatorem conterit ad dolorem, excutítque ruborem ad genas, vt frigens animus à pauore, fugiat intuitum, cuius adamabat amplexum. Compendium valetudinis est, in propria forma, nec extraneis illita vnguentis, nec de pigmentorum mandacio, speciéque venali ad fraudem oculorum aspersâ, perpetratum crimen aspicere, postquam caput voluptatis vsu, qui deliquit, abscidit. Extrema criminis pro pharmaco sunt, theriacáque medela aduersus ebibiti veneni contagium.

9. Iudithæ demirare prudentiam. Quod lasciui detruncauerat caput, è mœnium pinnis, suspendi iubet. Vers. 2. *Audite me, fratres: suspendite caput hoc super muros nostros. Et erit, cùm exierit Sol, accipiat vnusquisque arma sua.* Cur è muro caput pendulum in arborem matutinum appareat? Quid intererit fundendis Assyriis, hostiliúmque vastitati castrorum, quòd caput in vertice supremo figatur, cuius vix à mortis impetu lineamenta confusa inimicus, etsi intendat lumina, recognoscet? Quod si calluerit esse Ducis, potiùs accendet sopitas iras in vindictæ cruorem, duplicatâque causa obsessa ciuitas diruetur, & vltionis titulo, & iure victoriæ. Nil potuit excogitari pugnacius. Caput libidinis & furoris à corporis, quo viuebat, compage dissectum, seu in fugam vertet lascinos, seu emolliet extrema fœditate, furentes. Nullus furor illecebræ suppetet, nullus calor facibus iracundiæ, prospectâ capitalis vitij figurâ, non iam ementito rubore ad adulatoria blandimenta suadente, nec in vultu, imperij purpura perorante, nec cohortum animos acuente, extincta flamma roboris, & enecta fortitudinis arrogantia. Nullos sibi vitium conduceret amatores, si faciem ostenderet, non personam illa de funesto cinere pallet, hæc de ascititio fuco resplendet: illa vix ossa operculo cutis inuestit; hæc auro bracteata ad diuitem prouocat venustatem: illa de suo mortua est; hæc se viuidam de alieno prætendit.

Quo ingenio saniem cicurabis draconis? 10.
Obiice speculum pro armamento. Si serpentina species resiliat, imaginémque sui immittis bestiæ oculis spectantibus reddat, seu fœditate, seu feritate visa terretur, verecundiámque sui subit admonente crystallo, incipitque esse mitis, ne furorem exaggeret in effigie. Quia non viuit in speculo forma, resipiscere facit draconem; quid erit post mortem coluber, viuenti colubro repræsentans? Israëlitides venenosis puncti cerastis, per tabem sacrilegum spiritum euomebant; nec vllum contagioni remedium, cùm de vulnerum artificibus, vtpote serpentibus, serperet lues. Dominus, vt desperato medicetur dolori, vide quid præparet, Numer. 21. vers. 8. *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexeris eum, viuet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo: quem cùm percussi aspicerent, sanabantur.* Quale acumen est medicinæ, quod etiam per oculos intret morbus; & artificij ope, etiam in metalli rigore multiplicetur numerus vulnerantium? Nequit amplius intendi ægritudinis causa, quam etiam per lumina mandari sanies, & pupillas vulnerari contagio. Nunquam serpens impetit oculos. Hoc solùm Israëliticis erat à reptilibus membrum immune. Ænei serpentis machinosa figura columitatem oculis inhibebit, vt & hac semita serperet tabes, quæ per cæteros artus serpebat. Sed ô solertia salubritatis industria! Vt lethifer succus, quem serpentes in vlcere deposuerant, obducto callo illicò siccaretur, vitiúmque mortale desisteret; vitij non viuentis imago è pertica opportunè suspenditur, quasi ad serpentum patibulum vulnerantium. Nec etiam serpenti superest vita, vt repetat morsum, si faciem sui non viuentem aspiciat. Nullæ in cæruleo corio maculæ purpureæ supererunt, nullus vigor ad blandientium spirarum amplexus, nullus in cuspide humor, quo membra prætentet, si formam sui è supplicio mortis suspensam, non iam de vitali inquietudine, pelléque illicibus rubricata, mortiferum fauorem mentientem è culmine defectam suspiciat. Pertica fuit serpentibus in speculum. Vbi effigies apparuit, morsum figere destiterunt.

Primigenia mulier deluditur à serpente, 11.
cum reptili nectit colloquium, nec à colubro viuo terretur, qui ei vt fructu viueret, pulchritudinem arboris propinauit. *Nequaquam*, inquit, *morte moriemini. Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: Et eritis sicut Dij, scientes bonum & malum*. O bestia nimis auida vitæ: sic, vt viuas fœmina, gignis peccatum, vitaléque alimentum producis, speciosum aspectui, sed lethale contactui? Non miror delicatum sexum sic ab immortalitatis inescatum auspicio. Cùm peccatum viuam exhibet formam, aspicientem delinit, fidémque æternitatis immittit: quasi vigor illecebræ subsiliénsque spiritus voluptatis, & adulatoria

Num. 21. 8.

Genes. 3. 4.

latoria officioſitas ad fruendum, omnem finis cogitatum eradat. Sic priùs oculos, quàm manum allectat, vt vitalia ſigna facilibus decipi, luminibus repræſentet. Ergo vidit mulier vegetam arborem, à trunco ad comam vbique viuentem, in quam nulla hyems viroris ſuccidi minabatur excidium. Illicò quod viderat, manducauit, ſéque nudam vt cadauer aſpexit, ipſius arboris foliis vt inſtitarum perizomate cinctam.
Gen. 3. 7. V. 7. *Et aperti ſunt oculi amborum: cúmque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Cur ex eadem ficu ſeu deglubunt corticem, ſeu folia decerpunt O ſalutis exordium! Folium quod viuebat in arbore a vita defungitur & virore, ſi eximitur à compage ramorum, nec ſuccus ſupereſt, quo nutriatur. Ergo demortua criminis forma marcidam ſe exhiberet, nec iam vitæ pelliceret blandimento; generationis organa, vbi ingenita illecebra viuit, de pallidis reliquiis peccati in ſui ſpectaculum veſtiuntur, ne iam delectet piaculum, cuius fœditas mortalis aſpicitur. Ideò mulier ſic de mortis ſpoliis ſemiueſtita, ſeminudáque ſe deceptam à ſerpente fatetur, verſ. 13.
Gen. 3. 13. *Serpens decepit me, & comedi.* Cur tam citò falſitatem agnouit, & veniæ tramitem per cognitionem adoratur peccati? Inuenuſtas ipſa foliorum, quæ vità viroris amiſsâ, turpis & emarcidæ mortis, lumbis illigata, prætulit funeſtam ſpeciem, edocuit deteſtari piaculum.

12. Sed adhuc ſerpens ſupereſt, quæ iteratò decipiat. Quid agitur de malo conſule ad præuaricationis iniuriam? En in reptile fertur ſententia verſ. 15.
Gen. 3. 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum.* Columitas fœminæ de ſerpentis pœna paratur. Agnoſce ingenium. Serpentis caput peccatum fuit. Hoc organo laceſſiuit ad ſcelus. Ergo quòd mulieris veſtigium conterat ſerpentis caput, indicitur, vt liuida ſanie ſtillante per vulnus, fuſóque cerebro, & medulla patefacta veneni, colubri fœditas innoteſceret, & tabifico mortis humore mendacium perſonatæ pulchritudinis de proprio inquinamento dilueret: inciperétque fœmina execrari monſtri figuram, cum qua, dum viueret, blanditiis venuſtatis illecta non detractauerat placidam ſubire loquelam. Nullum eſt, mihi crede, amuletum fœlicius, quàm ipſius veneni eliquato, quo tegitur, ſanitatis colore, ſeu aurea cute reuulsâ, mortalitatis penetrare ſecretum. Si peccatum à delicioſa pompa, quam affectat, denudes, & & cogitationis gladio viſcera eruas, ſeu in ſua extrema diſcindas, non opus habebis ad fugam citiſſimam monitore; auertes oculos, dabiſque dorſum, quàm celeriter turpitudinis monſtrum effugias.

13. Philiſthiim arcam Domini comitem effecerunt idoli, & iuxta Dagonis latus in ara ſacrilega ſuſtulerunt. Quæ conuentio lucis ad te-
1. Reg. 5. 2. nebras? Quæ veri Numinis ad Belial? 1. Reg. 5. verſ. 2. *Tuleruntque Philiſthym arcam Domini, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon.* In arca cibus vitæ, qui torantibus nubibus ſe in vitale alimentum depoſuit, & animoſa virga fortitudinis inlatebat. Ergo vt crederetur viuere ſimulacrum, vitam ei pro ſodali dederunt. Sic viuere peccatum contenditis, ô idololatræ mortis filij, vt reſipiſcentiæ ſit deſperatio, quæ defuncto peccato peccatorum conuertit? Qualis ad ſpem ſalutis medela? verſ. 3. *Cum ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum.* 1. Reg. 5. 3. Si Dagon cecidit, cur adhuc Azotij ſtant in abominatione rebelles, ſéque validiores iudicant, quàm idolum, qui poſſint attollere, quod iam ruerat? Perſeuerabat adhuc forma Dagonis, nihil ei contriuerat ruina, nec auream bractheam de vultu inuulnerato perdiderat. Solùm fuit in ſitu mutatio; priſtina figura remanſit; nondum peccati trucidata extrema patuerunt. Non ſat eſt medicus, qui ſine ferro curat, vt idoli medeatur amori. Chirurgo opus eſt, qui ſecet & circideret ſimulacrum verſ. 4. *Rurſumque mane die altera conſurgentes, inuenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſa erant ſuper limen: porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in ſuo loco.* 1. Reg. 5. 4. O fauor inæſtimabilis prouidentiæ! Cur de integra mole ſolùm mutilatus ſupereſt truncus; capútque & manus in veſtibulum proiiciuntur? Vt templum ingredientes in diſſectum caput peccati, in manúſque iacentes ſine fibula ad brachia oculos ſtudioſos intenderent; & à bis emortua facie, quam artifex ab inanimato, nec viuente metallo in ſpeciem vitæ dolauerat, ſiſterent greſſum ſtantibus præ horrore capillis, nec iam adorarent vt Numen, cuius os auulſum à mendacio vitæ, videbant. Acumen arcæ fuit, in quâ vitæ ſpecimen erat, ſimulacri extrema conſcindere, & nouiſſima demonſtrare: vt vitalibus organis à trunco exanimi diſſipatis; & in pulueris fœditate iacentibus, in ſe caput detruncarent nequitiæ, quotquot cladem perſpiciebant idoli.

Nec prætereas, quòd Dagon, vt plures cenſent, *Arotrius Iupiter* dicebatur, quaſi terras aratro vertat ad fruges, & per ſata vitam innutriat. Siue, quod aliis placuit, *Venus* erat, quam illecebroſæ viuentium generationi de laſciua fœminæ indole incumbere, ſeu ſuccumbere fingebatur. En qualibus vitæ argumentis idolum ſuum commendabant Azotij, vt ſperabile nunquam eſſet; à viuente ſibi ſimulacro deficere. Igitur ſiue Arotrius ſit, ſiue Venus, manibus & capite plectitur. Quoniam ſi extrema gulæ, ſiue excrementum ſit; ſiue vomitus, ſaluo poſſis conſpicere ſtomacho; fœtidas ventris execraberis onuſti reliquias, ſaturitatiſque turpitudine viſa mactabis gulam non tam abſtinentiæ virtute; quàm horrore fœtoris. Si Veneris nouiſſima contemplecis, malè olidi ſpermatis fructum, qui in ſuomet colore ſanguis eſt, ſanguineæ nempe crudelitatis portenta; quæ à furore laſciuientis gignuntur; os ſaliuis vitioſis inundans corporis iuncturas dolentes, vertebras ſine officio, inuerecundas ſine rubore ingenito genas, dentes inter ſputa iactatos, & figuram cadaueris in viuente, idolum illicò deteſtaberis, cui caput & manus abſciſſæ, & quaſi à luxurioſo morbo à ſuis fibulis ſine officio denexæ. 14.

Vtrumque ſeu Arotrij Iouis, ſeu laſciuæ Veneris, qualiter Dagon, illa turpiſſima Iezabel

munus agebat, quæ & de satis alienis, vineâ nempe innocentis Naboth, non solum bibe- 3.Reg.21.7. re sed & comedere suggessit marito 3. Reg. 21. vers. 7. *Dixit ergo ad eum* (id est Achab) *Iezabel vxor eius: Surge & comede panem, & æquo animo esto: ego dabo tibi vineam Naboth.* Adeò de gula helluo fœmina promerebat, vt liquorum palmitum non solùm ad poculum propinaret, sed & ad edulij ferculum, vt panis fieret Regi, quod vinum erat. Nec tantùm præsens lyæum, quod biberet instigauit, sed vt iam hauriret de futuro dono vindemiæ. Eò enim se protendit ingluuies, vt antequam in prælo liquescant, imò priusquam vitis gemmescat, nondum habitas vuas dentibus premat, vt succum bibat, & pelliculas cum acinis glutiat. Vidisti fœminam epulonem de Arotrij munere, audi de Veneris officio la- 4.Reg.9.22. sciuam 4. Reg. 9. vers. 22. *Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vi-* 4.Reg.9.30. *gent.* Vis meretricia signa? vers. 30. *Porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam.* Depicta fœmina, compto capite, iactans faciem & oculos per fenestram, compendiosa Veneris est imago.

16. Quid fiet libidinis & saturitatis idolo? Extrema à cætera compage soluuntur; caluaria, & pedes, summæque manus, corpore à canibus deuorato, supersunt. Iehu viuens simulacrum luxuriæ, per prostibulnm idem fenestræ fœminam præcipitem egit: parietémque sanguine rubricauit; vt pro turpitudinis monimento lasciui sanguinis fœtor hæsisset, & scorti domus criminis fœditate monstrata, halitúque expirantis libidinis spirato, à for- 4.Reg.9.33. nice lasciuos arceret vers. 33. *At ille dixit eis: Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam, aspersúsque est sanguine paries.* O superliminare prostibuli, quàm improbo sanguine mades! & tamen quia enectæ libidinis est, percutiens Angelus, domui parcet, à qua per turpis excrementum luxuriæ, mortis fœditate præuisa, deportabitur in poste- 4.Reg.9.35. rum luxuriosus. vers. 35. *Cùmque issent, vt sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus.* Ecce casus nouæ Veneris, qualis Dagonis. Vt ab infuneratæ reliquiis docearis extrema peccati, nec stibio credas, nec fuco, nec gemmis per articulos irradiantibus, nec pedibus sandaliorum retibus, & inter diuites crepidas seminudis, qui, vt diuendant meritorij corporis formam, ad commercium illecebræ diuiduntur.

17. Nec omittendum est, quòd subiicitur vers. 4.Reg.37. 37. ex Eliæ vaticinio: *Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicant: Haeccine est illa Iezabel?* En vox ad intuitum demortui peccati, pœnitentiæ quidem syllabis & admirationis compositus; vt de his litteris compositus homo frugalem se appetat, & de virtutis veritate viuentem. Sed cur quòd stercus est, totius Iezabel nomine nuncupatur? Quippe hoc tota erat, cætera de foro venalia: erasis fœminæ depictæ coloribus stercus pro picturæ linteo remansit. Sed cur stercus, & in agro, caro epulonis pariter & lasciuæ? Vt quæ dedit Veneris pœnas, in caluariæ denudatæ supplicio; satoris, seu Arotrij Dagonis exhiberet officium: quippe quæ de carnium stercore à purgatis ventribus canum, ad fruges, quæ ventri inseruiunt, impinguaret humidas glebas. Sed pro segete fuit pœnitentia videntium. Hæc messis est, quæ à peccati stercore ad studiosæ cogitationis facem assurgit. Nec enim daris oculis, & à fletu tenero non liquentibus possunt criminis extrema videri, stercus nempe, puluis, & dedecus.

Princeps non, nisi suffragijs ipsiusmet exercitij probatos eligat Magistratus. Consilij expers est expers experientiæ Senator.

SECTIO III.

NVLLVS opportunior est Consul, quàm qui iam consilij partem expleuit: nullus 18. ad magisterium operis litteratior, quàm qui experientiæ frequentauit scholam. Crede militi, qui de confragoso nondum siccus sanguine venit, dabit belli monita salutaria. Melior est gymnasiarchus ad circum, cui mutilata manus, nec nisi lignea est, quàm gladiatoribus deuictis amisit: ensem ore artificiosiùs erudiet ad ictus, quàm cui constat dextera sine vulnere. Si ad belli consilium imbelles Senatores accersis, queis sine callo cutis, comptíque sine puluere crines, qui nunquam sub aperto cælo, siue papilionibus leuibus occultato, somnum fatigati libarunt, nec stantes dormitarunt in clypeo, nec viderunt impetum, sed audierunt; Magistratuum suffragio ante classici signum, dabis inimico victoriam. Nemo sutorem pacta mercede conducit, vt tabulata contignationésque domus seu compingat, seu farciat. Scit corium ad calceum assuere socco, non calci trabem. Nemo citharœdum vocat, vt denexos brachij vulnerati neruos componat. Scit neruos citharæ ad melodum pulsare concentum, de corporum compagibus nihil nouit. Vt sericam texturam adaptet in pallium, non fabriferrarium accersis, sed sartorem. Aliud est agere cum fornace, duróque chalybe, aliud cum stamine leui, & acu. Si sic corpori tegendo industrius es, cur conciliandæ menti alienos tibi artifices circumducis, nec expertos in arte, sed & aduocas artis expertes? Nullus blæsum, linguáque dimidiâ, vocéque amputata loquentem sibi deligit in causæ patronum, ne censum bis perdat, & quem pro stipendio semioratori soluit, & quem litis infœlicitas abstulit. Ergo quicumque clauum Reipublicæ moderaris, Magistratibus suis, iuxta quod geritur, qualemcumque comple senatum, belli, quos accincta chlamys vulneratáque manus misit ad togam, iustitiæ, quos causarum patrocinia, rostráque publica de stantibus transtulerunt in sedes; fisci, seu ærarij publici, quos calcularij numeri cognouerunt, propriáque in substantia probatos ad administrationem alienæ.

Iudith sibi Magistratum præsumit vers. 1. *Audite me fratres, suspendite caput hoc super muros* 19. *nostros: Et erit cùm exierit Sol, accipiat vnusquisque*

que

que arma sua, & exite cum impetu, non vt descen-
datis deorsum, sed quasi impetum facientes. Quid
tibi de Martis artibus in pacis cunabulis innu-
tritæ? Quid cum præliari ingenio, & architecto
bellicæ calliditatis consilio, quæ, vt audiant
milites, imperiosa sic iubes? Nec tantùm cum
auribus loquitur, sed cum manibus. quæ audiri
se dixit, indixit vtique & quòd obediant. Sed
quæ fortitudinis argumentum è manu pendulo
inimici capite fert, quæ gladium stringere, &
in iugulum nouerat vaginare, quæ Ducem exer-
citus prudenti consilio præscidit, venitque de
puluere cum trophæo, si prætextam optimæ
Consiliatricis promeruit. quid quòd sexu tene-
ra? quid quòd de delicata venustate imbecillis?
se fuit experta in fœmineo corpore virum, in
senatorio munus naturali suffragio virium asse-
ritur. Non genus, non figura in artifice spe-
ctanda est, sed ars; nec ars nisi ab artefactis pro-
banda. Nec detrectat homo à bombycis labo-
ribus & ingenio vestiri, nec ab ipsis officio
dulciter pasci. pretium operantis quæritur, non
natura. Non viri, sed & fœminæ virtus est,
quæ vel sexum non habet, vel vtrique sexui
communem.

20. Flebat Ioannes in insula corpore, mente in
cælo, quòd librum, quem septem signacula
præmoniebant, nullus inueniretur habilis ape-
rire; sed exsiccat lachrymas vnus, qui aderat de
Apoc.5 5. senatu, Apocal. 5. vers. 5. *Et vnus de senioribus*
dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iu-
da, radix Dauid aperire librum, & soluere septem
signacula eius. Imò nunc largiùs fleat: difficilior
aperitionis manet spes. Quid leoni cum litteris?
Quid cum scientiarum volumine feræ? Vngui-
bus vtique lacerabit, pacémque foliorum dila-
niet; non modestis manibus sensim aperiet:
Psalm.57.8. bellicum est animal non scholare. Imò Euange-
lista lætetur. Leo de tribu Iuda, de quo in libri
capite fuit scriptum, à generationis origine lit-
terarius est, vtpote Verbum superi Genitoris;
scientiarum cursum in æternitate probauit: nec
in vtero matris librum dedidicit, qui venit è ra-
dice Dauid, & de arborum corticibus liber fit;
adeóque à materiæ generationis exordio librum
agnouit, vt & eius generatio *Liber* aptissimè
Matth. 1. 1. nuncupetur. Matth. 1. 1. *Liber generationis Iesu*
Christi filij Dauid, filij Abraham. Cur Dauid,
primùm? Quoniam *liber* præcellit, cui verbum
imprimitur, vt litterarum linguâ loquatur: &
Dauid litterarius vtique fuit, qui & canoris fi-
dibus, vt musicè loquerentur, cælestium verbo-
rum inspirauit scholam. Ergo, etsi in effigie
leonis appareat, aperiet librum, cui ars suppe-
tit de experientia, quantumuis ferorem & mili-
tarem generosi animalis oculis naturam exhi-
beat.

21. Quid inde? vers. 6. *Et vidi, & ecce in medio*
Apoc. 5.6. *throni, & quatuor animalium, agnum stantem tan-*
quam occisum. Et venit, & accepit dextera se-
dentis in throno librum. Et cùm aperuisset librum,
quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceci-
derunt coram agno, habentes singuli citharas, &
phialas aureas, Si apparuit vt Leo, cur aperuit
vt agnus? Vt artem consideres, non naturam.
Etsi ab altera transeat in alteram, si ars in alte-
rutra perseuerat, hic ad tractandum librum præ-
eligi debet. Quid quòd velleribus torpere vi-
deatur implexis? Quid quòd petulcis saltibus
inter gramina ludat, seu de vberibus pendeat
capellæ? Lacteam doctrinam suxit è mamma. Ioan. 1.29.
Agnus est, qui peccatum sustulit mundi. Pec-
catum fuit inordinata scientiæ cupiditas, stul-
titiáque per inhibiti pomi saporem, sapientiæ
diuinæ integram deglutire academiam. Nec po- Gen. 3.4.
tuit ignorantiæ expiare peccatum, nisi scientia-
rum Dominus esset. Ideò Senatores coronas co-
ram agno deponunt, rati superuacaneas fore in
capitibus, qui etsi Magistratuum honore & no-
mine fungebantur, ad librum aperiendum appa-
ruerunt inhabiles.

Verùm audi quid canant, vers. 9. *Dignus es* 22.
Domine accipere librum, & soluere septem signa- Apoc. 5.9.
cula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos in
sanguine tuo. Si iam agni victoris occisio, gene-
risque redemptio peracta est, madétque calen-
te sanguine vellus, apertus est vtique liber, nul-
lum est folium sub signaculi censura plicatum.
Qui vsque ad vmbilicum nascendo & prædi-
cando librum perduxit, aperto in patibulo la-
tere reserauit, vnde septem Sacramentorum si-
gnacula patuerunt. Qualis ergo dignitas librum
aperiendi probatur, quòd iam librum aperuis-
set in morte? O egregiè! ille solus dignus ape-
riendi librum censetur, qui iam aperuit; dat ple-
num experientia suffragium. Quis cathedra di-
gnus, nisi qui rostra publica frequentauit? Quis
secundum vulnus aptiùs & altiùs inimici la-
tus immittet, nisi & is, qui incusserat primum?
meliùs clauem iteratò moderabitur per seræ fo-
ramen, qui semel calluit, cui sera obediat manus
impulsui.

Ioseph vbertatis & inopiæ somnium reuela- 23.
uerat Pharaoni; in septem spicarum pompa pin-
guibus aristis onusta, septem fertilitatis annos
præuidit; in septem tenuibus, quas vredo per-
cusserat, culmúsque sine pondere non deflexo
capite stabat, septenas messes sine messe, & fru-
gibus orbatas agnouit. Consulit Regi, vt ad
venturam famem horrea de præsenti prouen-
tuum fœnore saturentur, ne ab imparata annona
vita populus defungatur. Ergo Pharaoni sic sug-
gerit Gen. 41. vers. 33. *Nunc ergo prouideat Rex* Gen. 41.33.
virum sapientem, & industrium, & præficiat eum 39.
terræ Ægypti. Tunc ille vers. 39. *Quia ostendit*
tibi Deus omnia, quæ loquutus es, nunquid sapien-
tiorem, & consimilem tui inuenire potero? Tu eris
super domum meam, & ad tui oris imperium cun-
ctus populus obediet. Considera: quo titulo Rex
moueatur, vt Ioseph præposituram regni com-
mittat: quoniam eruditus de somnio. Quid si
praxim ignoret, qui mysterij penetrauit acu-
men? frumentarius agricola deputetur, seu in
ærario per lucratorias artes saginando eruditus.
Non solent respondere manus ingenio, nec qui
theoriam callet, prædaneos operarios præcellit.
Sed opportunè Rex administratorium virum
disposuit. Iam in cogitatione Prophetæ septena
segetum exundabat vbertas; iam steriles campi
de saturitate priori sibi in languentem maciem
successerant; iam falx grassata per culmos, ma-
nipulique à tribulis triturati; iam horrea messi-
bus grauabantur. Sed Ioseph in spatioso phan-
tasiæ campo exercitium hauserat frumentarium:
ergo frugibus præponatur, qui etiam per som-
nium de frugibus curandis tractauit. Quin vt
innotesceret, ægrè fieri consulem operis, qui
nondum vel partem operis prælibauit, ipse, qui
consuluit, quomodo sterilitas de granorum sup-
pleretur thesauro, triticóque abundaret egestas,

& de reliquiis pristinæ mensæ, in qua septena æstas vsque ad satietatem comederat, quid posteræ necessitati suppeteret: ipse inquam, ad triticeas copias prætorianæ præfecturæ sufficitur; quippe qui neutiquam consuleret fieri, quod ipse facere ignorauisset.

24. Matth.24.45. Matth.24.vers.45. *Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore?* Domine, dicam, quem puto, Ille, qui fuit. Qui prudenter dispensauit annonam, dispensabit prudenter: qui dedit in tempore cibum, & in tempore dabit. Operis exhibitio præteriti præsentissimum est vaticinium futuri. Indefinitè *in tempore* posuit, ne vllo in tempore à dispensatoris munere sequestretur, qui aliquando pensum, & munditiam quotidiani panis famulorum gregi diuisit. Inde subditur v.46. *Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.* Cur non dixit: Inuenerit sic facturum, vt spe egregij moderaminis erga herilem substantiam, in totius domus vocaretur præfectum? Quoniam faciet vtique, qui sic facit. Nec iam curando triclinio domesticóque præficitur pani, sed de præpositura obsoniorum in vniuersa bona sustollitur; quippe cui officium partis auspicatò successit, totum se libenter committit.

Matth.24.46.

25. Quòd inexercitatus opus suis numeris constans ediderit, in syllabo miraculorum adscribe, quasi quòd sterilis pariat, quæ nunquam erudiuit vuluam ad fœtum. Fœminea solet esse soboles prima, quippe nondum probata virtus segnis est ad pignus virile; debilior sexus à tyruncula natura procedit, donec per elementa gignendi assuescat vterus virilia & robusta lineamenta formare. Cur Lia promeruit fœcunditatis elogium? Quoniam prima vteri rudimenta se in virili fœtu exercuerunt. Si sic orsa est robustè natura, quidni sex filiios suo coniugi peperisset, & præpostero ordine filiam denique, quasi à vulua suscepisset effœta? Genes.30.v.20. *Mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei sex filios: & idcirco appellauit nomen eius Zabulon. Post quem peperit filiam nomine Dinam.* Viriliter in Lia natura se gessit, quasi cum viro, quippe quæ optimam fœminæ partem, nempe pulchritudinem, non habebat. Fœcunditas respexit ad faciem, vtique lippientem & fœdam. Nunquam delicata fœditas est; gracili lineamento pulchritudo tenera constat. Liberalis soror in prole, cui illiberalis contigit facies. Non sic Rachel, quam venusta frons sterilem sobolis proclamauit, Sed tandem Rachel concepit & peperit. Verùm quia non didicerat, puerperium extitit de miraculo, Genes. 30. vers. 22. *Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. Quæ concepit, & peperit filium, dicens: abstulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomen eius Ioseph dicens. Addat mihi Dominus filium alterum.* Ergóne, ô puerpera, partus vnus spes opinabilis est secundi, quasi iam edocta natura facilè increbrescet in prole? Fiduciam concepit, alterum concipiendi; quippe fides est iterandi operis opus. Ne ab edito filio fraterni, vterinique pignoris vaticinium distaret, ipsum de futuri spe nominauit. *Ioseph* vocabulum incrementum significat. Sic adulta fuit secundæ sobolis prophetia, vt cùm nascitur filiùs, lucísque teneritudinem salutauit, iam creuisse dicatur, non quidem in corpore, sed quod maius est, & in fratre.

Gen.30.20.

Gen.30.22.

Sed vide pulcherrima mater; docilis nunc superno fauori, quasi nutans & tentans, obediuit natura: Deus est, qui vuluam aperuit, & tametsi de nuptiali thalamo, fœtum inexercitatæ vuluæ concessit. Ergo quæ hunc peperisti, alterum paries: sed quia de superna ope, nec de tuo mordicus erudita, ægrè alterum educes in lucem, nec nonnisi vitali luce defungens. Sic contigit Genes.35. vers. 16. *Venit verno tempore ad terram, quæ ducit Ephratam: in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obstetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei: pater verò appellauit eum Beniamin, id est, filius dextræ.* O quantis verna tempestas, obstetricante vere, parturientem fouebat auxiliis. Tempus erat, quo annus genitales venas aperiebat ad fruges, fotáque radiis gleba pubescebat in herba, pariebat in germine, florebat in gemma, & supra se crescebat in caule, vt parturienti fœminæ prosperi partus inderet disciplinam, & tamen nesciebat parere, quod nonnisi semel de miraculo fecerat. Denique vitam & orbem ignorauit filio præstare, nisi sibi perdidisset vtrumque. Ergo quod natus iste fuerit, puerperio primi pignoris tribue; quod sic natus, genitricis occumbente virtute, inexpertæ fœminæ adscribe. Quare vtroque nomine nuncupatur, *& filius doloris mei*; quippe ægrè ediderat, nondum priùs nisi de cælesti auxilio conceperat: *& filius dextra*, quippe dextera Domini fecit virtutem, quæ primum fœtum dederat in secundi fiduciam. Et naturæ prodest ad vlterius opus probata operis assuetudo.

26.

Gen.35.16.

Qui doles communem sæculi iniquitatem; ad mali publici sanitatem proficies, si tibi singulariter consulas de virtute. Ars lucrandi cæteros, te lucrari.

SECTIO IV.

27. QVID lachrymaris & doles, per abrupta vitiorum ire sæculum volubili præcipitio; in omne nefas labi mortales; non iam esse vitæ transfretabile pelagus; in altum nequitiæ, quisquis nauigat, mergi; euersos esse vbilibet mores; vitia tenere clauum; nullam sine sentina, scelerúmque sarcina per mundiales vndas agi carinam? Si vis te medicum tantæ pestis, primus bibe de pharmaco virtutis salubri, enitere te conuersum in frugem, errantes luctaberis tuo ducatu. Si quisque secum ageret de columitatis fortuna, & à se depelleret, quod dolet in aliis, citò in melius mundi conualesceret forma. Sed misera infœlicitas est. Queritur vnusquisque nauis naufragium; nullus est, qui siue velum implicet, siue pandat, nullus qui infarciat tabulas arrosas ab vndis, nec sibilantes funes industriâ obmutescere cogat. tumultuariò trahimur in profundum. Etsi vnusquisque ad caua gurgitum volumina clamet, nemo nauim reparat,

reparat, vt reſiſtat. Scit & ſciſſo velo nauigare nauclerus; ſi ſemel vnus agat fortiter & induſtrie, omnis turba ſpei columen coronabit. Vt exercitus inextricabilem ſyluæ, in quem incurrit, euadat errorem, ſat eſt, quòd vel gregarius miles ad ſemitæ præcedat odorem, ibi cohortium pondus inclinat, equeſtres vngulæ, etiam ſine fræno, ſequuntur. Ouis ouem trahit, non ſolùm crepitaculo ad collum appenſo, ſed & præeuntis magiſterio veſtigij; grex totus ſequitur, quaſi vellus Ducis agnoſcat. Sat eſt vna pueri vox, quæ in dubio regno, & cupido deficiendi, libertatem proclamet, momento iugum excutit multitudo, armáque tumultu capeſſit. Non minor ad virtutis ſortem frequentia erit. Si peccator vnus, quem corporis politura occupabat, rectiſque crinium negabat ſexum, & in diuitiarum ferebatur quadriga, repentè ſago & cinere ſordidus in publicum exeat, præ fletu oculis caligantibus, præ ſingultibus voce detruſa, crimina plangens, & ſtudium æternitatis præconans; qui incepit procedere ſolus, nonniſi ſtipante ſodalium turba recedet. Nec opus eſt his publicis elogiis virtutis. Dum vnus de amentibus, etſi in occulto carcere reſipiſcat, pluribus medetur inſanis, mentémque reddit, cùm ſe reddidit menti. Ergo vt euerſorum conuerſor fias, verte iterum, & circumſpice; te frugem ama, multum frugum lucraberis incrementum.

28. Laceſſit animos Bethulienſium Iuditha non alio ſtimulo, quàm exemplo ſui; imò vnum prouocat, vt & alterum acuat, & de vniuſcuiuſque virtute omnis victoriæ ad numerum vigor confletur, verſ. 2. *Et erit cùm exierit Sol, accipiat vnuſquiſque arma ſua, & exite cum impetu, non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetum facientes.* Non tam conſulit omnibus, ſed velut vnicuique ſeorſim; imò, vt omnibus conſulat, vnuſquiſque conſilium exhibet vnicuique. Ergòne ſi vnus, quiſquis ille ſit arma rapuerit, & de ſuo impetum adoriatur, procedent cæteri militari ſequela? Nec inquit: arma de publico armamento recipiant, ſed ſua quiſque à vaginæ clauſula amoueat. Dum quiſque facit, quod ſuum eſt, tota Reipublicæ ſalus fit. Fidenter Heroina ſpiritus Bethulienſium inſtigat, vtpote quæ iam egerat, quod ſuum erat, nempe de inimici mucrone vitam inimici euocare. De ſuo Principem obtruncauit, cùm de alieno gladio percuſſit; non alia decebant fœminam arma, niſi quæ de ſpolio hoſtili virtus ei parauiſſet ad ſortem. Quòd ſi mulier armis non ſuis ſciuit inimicum occidere, cur non arma ſua vnuſquiſque virorum arripiet, libertáſque contingat Bethuliæ, quia vna de ciuibus liberè ſe geſſit in hoſtem?

29. Ad puteum venerat fœmina de Samaria hydriæ vacuæ gerula, vt rediret impletæ. Cùm aquatrice Dominus de aqua diſputat, vt illam conuinceret ab officio. Viuentem lympham, & de cæleſti ſcaturigine dimanantem, ne iterum cum hydria laboret, de fauore, nubis promittit. Illa cum in vndæ limpido ſpeculo ſe proſpexit, momento reſipiuit ad vitam; & animo ad frugem conuerſo, veſtigia in vrbem, ciues conuerſura, conuertit. Ioan. 4. verſ. 28. *Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci: numquid ipſe eſt Chriſtus?* Cur hydriam in labro fontis iam non officij ſedula dereliquit? Vt quæ mutauerat animam, laborem priſtinum demutaret. Expedita pondere redit, nec onerarium ſuſtinet inſtrumentum; nec voluit humeros vltra grauare, quæ vitiorum onera depoſuerat. Sed cur tam leuiter irreligioſa ciuitas, & rigens in ſchiſmate rebellionis, ab vnius aquarum vernulæ voce mouetur, & à cardinibus obdurati erroris euulſa exit in campum, quæſitura hominem qui ſaluabat? Sat fuit, non iam hydriæ laborioſæ tenacem, ſed à vitio veteri deſciſcentem conſpexiſſe mulierculam, vt & viri quærerent Redemptorem. Si vnus è carcere, ſeu induſtria, ſeu ictu vincula ferrata confregit, cæteri, qui catenam trahunt, ad fortunam ſimilem animantur; herbámque ſiue clauum inquirunt, quo compedes eximant, ſéque liberent.

Quid tunc? Diſcipuli accedunt, vt Dominum reclinatum in fonte depaſcant, & cui ſuppetebat de propinquo latice poculum, non deficeret eſca de diſcentium obſequio. At ille, verſ. 34. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me, vt perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt ad meſſem.* Si adhuc eſt in cunabulis hyems, víxque attigit brumalem ætatem; ſi vix ſeges in herba eſt, quatuórque menſium lapſum nondum exterſa falx præſtolatur; quomodo diſcipulorum oculos prouocat, vt iam pingues videant ariſtas, curuatóque collo iugulum meſſori præſtantes? nondum ſe genitalis vigor aperuit, nondum ſemen ſe erudiuit ad culmum, ſulcus recens eſt, crebróque hiatu dolet gleba vomeris vulnus. Sed quia à primo Saluatoris rigantis imbre vna ſpica, Samaritana ſcilicet, ex ſuccida doctrina ſurrexerat, omnis campus ſegete coronatur. Sed vna hirundo non facit ver, nec præcox amygdalus, quæ albentibus gemmis nondum dilutam brumæ tempeſtatem irridet, cæteras arbores de velocitate ditat gemmarum. Imò ſpiritalia vincunt naturam. Sat eſt quòd vna fœmina ad virtutis flatum reſpiret, vt hyemis peruolatâ ſegnitie campus ſæculi non ſolùm pubeſcat in flores, ſed & in fructuum canos albeſcat. Omnis ager in ſegetes properat, omne lignum nudos ramos, & viroris orbatos ad baccarum orbes accendit. Ad vnius ſpicæ ſe ſubitò è corruptela ſeminis attollentis, & è ceſpite terreno leuantis, obuiam & pompam nondum cultæ regiones per manipulos adultos aſſurgunt, nec expectant falcem, & tribulum, vt per grana veniant ad horreum, ſed in ipſis culmis gradiuntur vt pedibus, vt ad Saluatorem accedant. Vides? verſ. 40. *Cùm veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et multò plures crediderunt in eum.*

31. A facie Domini Ionas fugiebat, maríſque abyſſum pro latibulo fugacis elegit, quaſi ſæculi gurgites aberrantem à diuina luce ſequeſtrent. Sed pelagus, vt citiùs arriperet fugitiuum, fluctus reciprocat, in vorticibus geminatur, aquarúmque volumina, quaſi brachia, vt prenderent, præmittit in nauim. Stupent nautæ ad toruum & inſolitum maris vultum, cauſámque turbinis in carina latitare coniectant. Itaque fugienti confeſſioné extorquent, cui pro equuleo æquor, cui funes ſibilantes pro neruo, Ionæ 1. verſ. 8. *Et dixerunt ad eum: Indica nobis, cuius cauſa malum iſtud ſit nobis: quod eſt opus tuum? quæ terra*

Marginal notes: 30. — Ioan. 4. 34. — Ioan. 4. 40. — Ioan. 4. 28. — Ionæ 1. v. 8.

terra, & quò vadis? Ille fugam in tormento fatetur, nec expectat sententiam, sed quam sors reum conuicerat, facit ipse iudicem, & carnificem, vers. 12. *Tollite me, & mittite in mare, cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hac grandis venit super vos.* Illicò se à fuga reduxit, cùm per pœnitentiæ tribunal, vndarum se supplicio deuouit. Qui profugus ibat in naui, vt citiùs ad Dominum verteret cursum, se refugum vndis committit, quæ vectaculo velociore Domino suo redderent, à quo fugerat. Vt vestigia conuerteret, inobediens pectus conuertit: fretúsque pœnitentiæ fide se credidit libenter in fretum. Quid tunc nautæ? vers. 15. *Et tulerunt Ionam & miserunt in mare; & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.* Si accepto pignore, iam fuit cicurata tempestas, successitque pro rapido feruore serenum, & nauigium ab ægritudine mortali conualuit; cur nautarum membra, Dominicus timor dissoluit; cùm expansa lux, & pelagi lac remigibus fiduciam præstabat? Poplitem, quem curuabant idolis, iam Domino vertunt; Diísque suis victimas præparatas, quas saginauerat sacrilegium ad cædem, vero Numini religiosâ cuspide mactant. O vnius efficacitas pœnitentis! Sat fuit Ionæ, fidelis de peccato confessio, & supplicij libiti votum, vt idololatra turba, quam iam nullæ minæ quatiebant, ad agnitionem Domini se conuerteret, & pædagogo timore, per holocausta & pacifica religionis addisceret rudimenta. Nullus fuit remex, qui non remearet ad lucem; à puppi ad proram sacrificuli cursitabant; nec armentis gula pepercit, quominus seu gladius, seu ignis ad religionis pabulum deuotaret; ara fuit quæque tabula nauis, & quam nupera sentina humectauerat, incendij religiosi feruor siccauit.

Ioan. 1. 12.

Ioan. 1. 15.

Tantumdem ac sors & victoria est, ad sortem & victoriam optima præparatio. Industrius apparatus ad opus præ opere solet esse fælicior.

SECTIO V.

32. Ipsimet optimè dispositus apparatus ad egregiè fortunatum successum fortunatus successus est. Idea operis benè instructa, antequam massus cum laboris instrumentis accedat, nondúmque temperato bitumine, dolatóque saxo, nec à lapicina dissecto, non solùm ædificij est promptissima spes, sed & pariter ædificium. Pictor, qui industriè colores miscuit, oleóquedelibutum reddidit linteum, purpureum temperauit cum fusco, subflammeum cum aqueo, subnigróque lapide duxit lineamenta in papyro, & imaginationis fœtum ad prima elementa in sicca tabula, priusquam ad imaginem coloratam diduxit; multum iam de adumbratoris arte promeruit, para pretium, ecce manus vltima in propinquo est. Rerum simulacra & paradigmata Platoni nobiliora rebus putantur, vtpote in quibus apta rerum dispositio præcedit. Rudis est manus, quæ incumbit ad praxim, si ad ingenium compares architecti. Sat est præpares, quod interest obtinendæ virtutis. Artificiosa vota præ executione præualent sortis. Miles, qui se exercuit in sicco, & ense nigro vmbratilis aduersarij gustauit vestem, licèt non penetrauerit pectus; pro robusto gladiatore censetur; quippe in aëre ictuum successionem disposuit, & qui agerer in feruore certaminis, in vmbræ frigore præconcepit. Qui tetendit arcum, & accommodauit neruo sagittam, dimidióque & obliquo lumine iamiam collineabat scopum; antequam à chorda liberet iaculum, egregij sagittarij titulum promeretur. Plures instructa pharetrâ, sagittáque paratâ non semel inimicos fugauit, qui nonnisi vnum percuteret, si proiiceret. Digestæ phalanges, cornua composita, reciprocisque tactibus scuta sonantia, ante classici signum impetúsque primi fragorem, sola facie, benéque modulato exercitus vultu pluries sortiuntur incruentas victorias, suppetit pro vulneribus aptus vulnerandi apparatus.

Ergo edocet Bethulienses Iuditha vers. 2. 33.
Et erit cùm exierit sol accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu, non vt descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit, vt fugiant ad Principem suum. Artes meditare Heroine, reprimit milites, ne impetum faciant, signaque conferant, & descendant in puluerem. Solam impetus figuram demonstrat, vt quasi impetentis exercitus lineamenta inimicos sine vulnere triumphent. Industriè modulatur cohortes, agminum imaginem exhibet, concertationisque simulacrum effingit, & vmbram prælij coram lumine solis. Verùm quid, si non deueniendum ad arma? Satis est præparatio pro sorte.

Iosuè 6. vers. 12. *Tulerunt Sacerdotes arcam* 34.
Domini, & septem ex eis septem buccinas, quarum Iosuè 6. 12.
in iubileo vsus est, præcedebántque arcam Domini, ambulantes, atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos. Vulgus autem reliquum sequebatur arcam, & buccinis personabat. Circuierúntque ciuitatem secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. Die autem septimo, diluculo consurgentes, circuierunt vrbem, sicut dispositum erat, septies. Quid intererit circuitio per integram hebdomadam repetita? Quid clangor buccinæ aërem verberans, ære armorum otioso? It reditque sine machinarum corpore vmbratilis figura per campum. Cur non schalæ admouentur ad muros? Cur non textis cratibus pinnæ quatiuntur? Vbíne arietaria testudo, scorpius, & canis, vt fortissimam mœnium fidem perstingat? Nullum adhuc est iaculum cum officio; immunis aura sine telorum nimbo peccatur; nullum fit in saxo foramen. Et tamen exercitus, quasi aliquid ageret, accedit dispositus circum muros, dispositúsque ad tentoria recedit. Si scæna est nimiis sumptibus exhibetur: quòd si veritas, parum feruet, Sed tandem à solius artis imagine cecidit arx, corruerunt muri, dirutus fuit sine lapide lapis, vers. 20. *Igitur omni po-* Iosuè 6. 20.
pulo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitúsque increpuit, muri illicò corruerunt: cœperúntque ciuitatem. Magis crepat operis dispositio, quàm opus. Obsidere gnauiter muros, etiam sine teli iactu, demoliri & fundere est. Cur septem vicibus geminatur circuitus. Vt cùm vltimò circuirent, ad obsidium redderentur

redderentur doctiores, & circuitus repetiti aſſuetudine, extrema vice cingerent induſtrioſiùs. Ergo ruit libitò muralis moles, ſolique benè depicto ſimulacro certaminis, muralis corona debetur. Non ſic funditus mœnia corruerent, ſi partitè teſtudines ingruiſſent; hìc & illi in rimas dehiſcerent, ſeu, quod fœlicius eſſet, hiatum panderent, vt miles poſt militem introiret; plus vaſtauit compoſita vmbra, & operis imago, quàm opus.

35. Iudic. 5. 20. Diſſipato Siſara, hoſtilibúſque agminibus fuſis, cecinit Debbora, Iudicum 5. verſ. 20. *De cælo dimicatum eſt contra eos: ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt.* Qualis hæc vmbra pugnæ non niſi in vmbra, vbi nox in ſilentio & imbellis? Si eminus ſydera certauerunt, anne pro igneis iaculis ignes cæleſtes, qui in noctis meditullio non vrunt, ſed facŭlis ordinatis collucent? Anne pro exterſa acie, claritudinis fulgor, pro tormentariis pilis iubaris guttæ? Sed in ſua ſtatione aſtrorum militia quieſcit. Quòd ſi vigilias faciunt: ſine ſtrepitu & cum lumine eſt. Ipſa Pſalteria modulum explicuit pugnandi? *Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo.* Sat eſt quod lucis agmina in ſuo ordine ſtarent. Quia benè micabant, optimè dimicarunt. Solâ caſtrorum metatione, ordinibuſque digeſtis, Siſaram contriuerunt. Stant ſtellæ & hoſtis occumbit. Quot lumina, tot fulmina iactant. Immotæ eminus, cominus feriunt. Militaris nitor ſolùm in ſuo ordine, ad ſortis nitebatur fortunam. Eleua in ſerena nocte oculos ad cæleſtes phalanges: Militia nuncupatur, & nonniſi vnum ſydus Mars eſt. Imò etiam ibi Venus delicato iubare militat, luminoſis cornibus impetit taurus, piſcis & naualia bella prætentat, aries fronte ferit; nullum eſt gregarium ſine ſplendoris militari iaculo ſydus; nec tamen præter ordinem, alia ſunt arma. Luſtrum & cenſus militarium aſtrorum per accenſorum luminum ſeriem illuſtrem, & ſplendidam computatur. Hæ ſtellæ pro fronte ſunt, pro exercitúſque iugo & facie; aliæ pro cornibus & lateribus; iſtæ in dextero rutillant, illæ in ſiniſtro; vmbilicum aliæ conſtituunt; & pro latitudinis muro acies vniuerſa coruſcat. Si in ordo ſyderibus eſt, quidni aduerſus hoſtem pugnauiſſe crediderís, etſi ſerenitas ipſa pacem demonſtrabat, non bellum?

36. Ammonitæ & Moabitæ innumeris turmis aduersùs Domini exercitum ingruebant. Adeſt Propheta, qui Regem Ioſaphat, Iſraëliſque milites acuit ad pugnam, & vt ſe præparent, admonet ad certamen. 2. Paralipom. 20. v. 16. *Cras*
2. Par. 20. 16. *deſcendetis contra eos. Non eritis vos, qui dimicabitis, ſed tantummodo confidenter ſtate, & videbitis auxilium Domini ſuper vos: nolite timere, nec paueatis; cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiſcum.* Attende verba: *Non eritis vos, qui dimicabitis, ſed tantummodo confidenter ſtate.* Stationes imperat, ſed inhibet impetum. Cur armati proſilient; ſi non dimittet gladium vagina, ſi brachia complicata manebunt, nec vir virum leget vt pugnet, nec Imperator ſigna conferet, vt debellet? Præceſſerat verſ. 15. *Non eſt veſtra pugna, ſed Dei.* Quòd ſi Dei eſt, vt quid digerendæ cohortes, & bellica expeditio procedet? Superuacuè in centurias ſe exercitus modulabitur; inutiliter acuetur in cornua, pandetur in frontem, & in aciei ſolidabitur vmbilicum. Sed ô benè! Vt Deus pugnet, præordinatas cupit phalanges, luſtratos milites, aciem compoſitam. Imò ideò pugnat, quoniam ſolus apparatus pro pugna eſt; quin pro victoria: nam pugna Dei cum triumphi titulo æquiuocatur.

Scis illud Dominicum. In paſſionis veſtibulo 37.
diſcipulis Dominus iubet, Lucæ 22. verſ. 36. *Qui* Luc. 22. 36.
non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. 38.
Tunc illi verſ. 38. *Domine, ecce duo gladij hîc.* Ergo Petrus, cui vt ſtrenuo è latere pendebat machæra, ne in vagina otiaretur, eximit, & militis auriculam ſcindit; ſed Dominus inquit, Matth. 26. verſ. 52. *Conuerte gladium tuum in lo-* Matth. 26.
cum ſuum. Omnes enim, qui acceperunt gladium, gladio peribunt. An putas quia non poſſum rogare 52.
Patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum? Cur vt gladium emerent, priùs indixit; ſi cum ventum eſt ad certamen, deſidioſus in vagina torpeſcat? Sat ſibi putauit ad pugnam, non imparatos proceſſiſſe diſcipulos. Quos armatos eſſe imperauit, vetat in æſtu pulueris arma mouere: quippe pugna Dei erat, cui pro fœliciori impetu præparatio eſt. Nec dixit: Abiice à te gladium, ſed *Conuerte gladium tuum in locum ſuum,* vt etſi ſub vagina, adhuc in latere perſtitiſſet, ne ſimulacrum pugnæ deficeret, nec tribueretur imbecillitati virtutis, ſi inermis ſe dederet inimicis. 4. Reg. 19.
Verùm, vt quid duodecim Angelorum legiones 35.
ſibi de armamento orationis ſuppetere dixit, cùm vnus Angelus octoginta quinque millia hominum in Sennacherib exercitu fuderit! Sanè de Angelica militia ordinem militarem amauit, quæ non per centurias, ſed per plures myriadas numeratur, cùm vnaquæque legio ſex militum millia contineat, compingitúrque equitibus & peditibus.

Quam militaris ordinis adhuc probauimus 38.
efficaciam, eamdem in cæteris virtutum facinoribus proba. In veri Numinis argumentum Elias prouocat Prophetas Baal, vt Deus haberetur, qui compoſita lignorum ſtrue, occiſique bouis fructis ſuper poſitis cumulo, per elapſum ignem audiret. 3. Reg. 18. verſ. 32. *Et ædificauit de lapi-* 3 Reg 18. 32.
dibus altare in nomine Domini, fecitque aqua ductum, quaſi per duas aratiunculas in circuitu altaris, & compoſuit ligna, diuiſitque per membra bouem, & poſuit ſuper ligna. Vix fatus erat, poſtquam ordinem lignorum digeſſit, & ecce diſcedit cælum, ignémque ſitientem laticis mittit,
verſ. 38. *Cecidit autem ignis Domini, & vorauit* 3. Reg. 18.
holocauſtum, & ligna & lapides, puluerem quoque 38.
& aquam, quæ erat in aquaductu, lambens. O noua ignis indoles! deorſum cadit, qui adeò ſuperum amat faſtigium, vt pro aſcendendi impetu flammeis veſtigiis fumum concitet quaſi puluerem. Quo illice flamma trahitur de ſupernis? A compoſitione holocauſti. Nihil defuit ordini victoriali. Lignorum agger, lapidum in aram erectio, bos iam quaſi à coquo conditus, & in fruſta diſſectus. Sed ignis nondum eſt. Quid? erit vtique. Sat eſt integer apparatus, vt ſit. Adeò velox ſuccidam, & vndantem materiam in voraci gutture flamma recoxit, vt ad crepitum ſcintillarum, vdique cumuli reſiſtentiæ querelas non ſuppeteret vnum inſtans; nec ignis in cineribus hebetauit ardorem, ſed inſolitum cibum remandit, cùm ſoleat flamma pepercisse fauillis. Præparationis miraculum fuit.

Quam paratus in ſuggeſtum pergebat proprij 39.
pignoris,

pignoris, priùs ab animo, quàm à dexterâ iugulator. Genes. 22. vers. 6. *Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum; ipse vero portabat in manibus ignem & gladium.* Ambas senex occupat manus, qui aduersus propriam carnem, instrumentis trucioribus armabatur igne, & ferro; incidit vnum, aliud incendit. incensio, & incisio duo sunt hostes, in patibilis carnis dolorem. Quo Cherub iste pergit cum gladio versatili & flamma? An vt paradisi æmuletur custodem, vrgeátque in Adami supplicium, qui plus carnem adamauit, quàm Deum, & derelicta Numinis obedientia blanditiis coniugis obediuit; cum ipse, vt Deo obediat, nec præceptum cum vxore tractauerit, nec soboli propriæ pepercerit. Nónne erat compendiosius tulisse bipennem, vt in monte finderet ilicem, & de scopulosi cacuminis silice ferro pulsatum ignem educeret? Sed noluit imparatam ferre virtutem, ne forsan in vertice egeret sacrificij instrumentis. Offeres, offeres holocaustum, inuictissime Pater: illibata prole mactabis ouem, qui in duplici persona, totum gestas sacrificij apparatum, Sacerdotem & victimam, patrem & filium, lignorum fascem, ignem, & gladium. Sed quærit innocens Isaac. Vers. 7. *Ecce ignis & ligna: vbi est victima holocausti?* Cui ille: *Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi.* Si Deus sibi victimam prouidebit, nonne & pariter prouidebit gladium, ignem, & ligna? Imò prouidebit victimam, quia cætera Pater prouiderat. Vbi quod suum est, præuenit homo, Deus sibi præuenit & quod suum. Ex ipso monte victima pullulabit, quæ præparatum lignorum aggerem, gladium & incendium exerceat. Sic contigit. Sacrificij imago transiit in opus, & ne superuacua præparationis dispositio maneret, non alij vsui aries gignitur ab scopulo, nisi vt se dedisset in gladij aciem, in flammæ feruorem, in altare lignorum.

Gen. 22. 6. Gen. 3. 24. Gen. 22. 7.

Vers. 6. Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israël, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij sui, & appositus est ad populum Israël, & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem.

Fides quæ ex auditu est, per aures quidem concipitur, sed per manus illustrium operum adolescit. Exhibe ad alienos oculos fidem, quam tuis auribus ebibisti. nam à visa fide magis homines incitatur,

SECTIO VI.

40. ALTIVS in animum, quod videtur, descendit, quàm quod auditur. Breuior est pupilla, quàm foramen auriculæ; & tamen amplius percipit & velocius. Cælum pariter discedit, & tonat; & cùm fulguret modicè, sed immodicè crepet, priùs oculus insoliti iubaris sentit lucem, auris nonnisi interuallo tonitruum. Patrocinium coloris est, sine limine & ianitore, lumine negotiante se per oculos in interius penetrale demittere: rudior est auriculæ fistula. nisi à limpido vocis latice, syllabas & litteras non admittit. Ergo magis concutit animum, quod oculis cernitur, quàm quod ab elice linguæ, per calliculum auris ductatur. Non sic nos mouent exempla priorum, quæ vel atauis, vel commentariis referentibus intelleximus, quàm quæ sine calamo & lingua, nostris oculis circumspeximus. Fides quidem ex auditu est, nobilissima virtus, nec solùm cardo, sed & sperandorum substantia: verùm si quæ credis, non agis, nec diducis in opus spectabile, quod aurium ministerio suxisti, vitam ademisti virtuti, quæ, licèt per aures concipitur, nonnisi per visibilia opera vegetatur. Admoue manum credibilibus sacramentis, & de meritis secreto fidelium documentorum signa prætende, vt quotquot viderint, plausibilibus venerentur obsequiis, quod in aurium latibulo circumclusum, & ab oculorum sequestratum theathro non sic fructum imitationis sortitur.

Vers. 6, *Tunc Achior videns virtutem, quam fecit* 41.
Deus Israël, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputij sui. Quia vidisti Achior, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Nónne olim audierat Israëlitici Numinis sacramenta, & diuinæ manus miracula, qua vel in aqueos muros rubrum pelagus ad puluereum callem discreuit, vel absynthium fontium in saccharum dulcissimum erudiuit, vel sine scuto & iaculo Israëliticis geminauit triumphos? Equidem adeò hæserant in Achioris pectore Dei Israëlis per monimenta generis celebrata prodigia, vt memoriter retulerit Holoferni, suprà cap. 5. vbi postquam mysteria dexteræ diuinæ nuntiauit, orationi clausulam posuit, vers. 25. *Si non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos; & erimus in opprobrium vniuersæ terræ.* Cur igitur postquam in Bethuliensium transiit coloniam, non illicò gentilitatis ritum deposuit, & stigma libertatis subiuit, amputatâ in præputio idololatræ libidinis redundantiâ? Equidem audierat tantùm, non viderat: fidem adhuc in limine cogebat hærere, nec per vestibulum aurium in animum labi, donec ostia clariora, oculos nempe, ad ingressum aperiret, per visum. Inde singulariter adnotatur: *Tunc Achior videns virtutem.* Virtus, quæ videtur, gaudet fœliciori prouentu, & oculorum officium præproperâ fortis mercede rependit. Sic age: illine virtuti colorem, operis feruore rubeat, ad conspectum prouocet lumina; vt quot spectatores, tot sui imitatores producat. Non perfricata manibus cutis, tepiditate ingenita marcet; si tractetur digitis, ascito sanguine rutilat, & ardore feruido purpuratur. Segnis sine opere virtus, & in otij lectulo recubans operta stragulis negligentiæ, pallet, sicut hominis facies, qui opertâ velamine dormit. Itaque, vt credant te virtutis alumnum, per conspicua opera ale virtutem: multos numerabis sodales, & de visa pulcritudine formæ procos ad æmulationem habebis.

Iudith. 5. 25.

Matth. 5. vers. 15. *Nec accendunt lucernam, &* 41.
ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt Matth. 5. 15.
luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra

veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Cui poterat cogitatio ſubrepere, lampadem ſub modico concludere, menſuramque frumentariam ad lucis operculum aduocare? Qui ſub modio lucem recondit, vtrique nocet, & luci & modio; hoc à cumulo priuat granorum, vacuúmque ſine fructuum fœnore reddit, illam à iubaris exercitio ſequeſtrat; ſicque curtè claritatem metitur, vt nonniſi ſub modica menſura diſpenſet, & vacua vnius modij cauitas clareat, dum cæterum cubiculum tenebreſcit. Nonne ſat erit, quòd ex auditu nouerit inquilinus, ſuppetere lucem cubili, non eſſe claritatis egenum, cui lumen ſub theca reſplendet. Quid quòd credat, non eſſe domum deſtitutam lucernâ; ſi quod videt, tenebræ ſunt, & per tenebras nihil niſi tenebras videt? Non obiectorum color ſentitur per aures: oculis apertis cæcutiet, ægréque fidem luminis edocebitur; niſi viſu tractet fulgorem. Vt lucis ſit prouentus & modij, disiungat vtrumque; modium granis, cubiculum luce perfundat, lucrabitur meſſem claritatis & ſegetis. Optima parabola eſt, quæ mores inſtruit, vt fidei lumen, non ſub auricularum tegmine incluſum, quaſi ſub modio ſterili lateat; ſed, vt credant, quotquot viderint, videant; & in ænigmatis nocte, quæ ſæculum eſt, tanquam in nitore meridiano procedant. Quare illicò ſubdit: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona.* Ergóne ad ſpectaculum operum nos erudit, vt hominum fama captetur, quaſi de ſcænico circo hiſtriones laudis cupiat eſſe fideles? Imò auſculta quod ſubjicit: *Et glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Si præceſſiſſet: *Sic luceat lux Patris veſtri coram hominibus*, integram percallerem periodum; quippe ad diuinæ lucis nitorem nonniſi diuinæ gloriæ fama ſuccedit. Opportunè ſic ſyllabas concinnauit; quippe fides, quæ euacuatur in gloria, & ad ſortem beatitudinis euaneſcit, (vtpote tenebras fidei claritate ſuperni luminis abigente) adeò in ſpectatorum oculis per opera creſcit, vt velut cum ſplendore gloriæ nectatur; & Deus, qui in nitoris latibulo inacceſſibilem lucem habitat, quaſi videri incipiat per fidei exhibitam claritatem.

43. Dominus ſuis indigenis inquit Lucæ 4.
Luc. 4.23. verſ. 23. *Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice cura te ipſum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Latentia cogitantium conuitia carpit, qui miraculis Chriſti litem mouebant, quod non intra proprios lares coram contribulibus, & patria patraret. Ergo de prouerbij ſtylo eorum obiurgationem patefacit Dominus, quaſi prodigiorum impotens haberetur, quoniam indigenarum in aures, neutiquam in oculos, ſuperæ virtutis ſigna mittebat. Quare deſpectui erat conciuibus, qui aſpectui, non auriculæ fidem promptiſſimam deuouerent. Sed ô inſignis calumniantium ſocordia! ſi non diffitémini, conciuem veſtrum extra patriæ terminos naturæ terminos præcelluiſſe, dum neruos diſſolutos compreſſerit, paralyſique compreſſos diſſoluerit, vacuas palpebras impleuerit luminari cryſtallo, arentia corporis organa rigauerit humore vitali, mortiſque ſpolia in peculium vitæ reduxerit: ſiquidem audiuiſſe teſtamini, nec mendacij accuſatis audita: Quid vltra ad fidei meritum veſtigatis, quod diuina facinora ſpectatrice peragat patriâ? Idipſum, quod ab auribus ebibitum æſtimatur, niſi per oculos influat, de crimine falſi damnatur, & quamuis vtriuſque auriculæ ſuffragium accedat, cadit à cauſa; vtpote cui teſtimonium deficit oculorum.

44. Matth. 12. 38. Phariſæi & Scribæ, qui ſimili ægritudine laborabant, vt nonniſi per viſum fidem ſentirent, arroganter accedunt Matthæi 12. verſ. 38. *Magiſter volumus à te ſignum videre.* Quid adhuc non vidiſtis de promptuario diuitæ omnipotentiæ? Conſulite morbos, quotquot à Dominici verbi pharmaco deſtiterunt, oculorum explorate cauernulas; quotquot quaſi cæcutiente naturâ genitalis infirmitas, vtpote conceptas in tenebris, in tenebris ingenitis dereliquit; ſed imperij Dominici lux lumine fœliciore perfudit. Nec procul à vobis, etiam liuidè & iniurioſè mirantibus, edidit portenta, quæ cupitis: quid iterum appetitis, quæ vidiſtis videre? Quoniam viſa in præterito non videntur, adeóque iſti ſcioli; fidem ab oculis ſuſpendebant, vt ſi ſemel lumina peracto viſus fungerentur officio, fidémque hærentem palpebris in memoriam præteriti relegarent, præſens credulitas pateretur excidium. Idem intrinſecus receptaculum eſt ſpecierum, quáque porta ſubintrent, ſiue oculis, ſiue auriculis. ergo nolunt fidere penui communi memoriæ, ne ob auditum credidiſſe putentur, ſed iugiter & continuò ſigna videre, vt ſubſignent prodigioſi Numinis veritati. At ille ſuccenſus reſpondet verſ. 39. Matth. 12. 39.
Generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Cur generationem adulteram, & de furto thalami nuncupauit? Quoniam thalamum adulterat fidei, qui ei oculos, vt ſuccumbat ſupponit, auribúſque furatur conceptum; & de proprio connubialique organo illegitimè in extraneum traducit. Sponſa fides nonniſi cum auribus dextram nectit, etiamſi vt poſtea ſplendida, & ornata ad ſpectaculum per opera prodeat, alienos oculos, vt mirentur, & diligant, ambiat.

45. Sed qui ſignum minaci reprehenſione negauerat, cur poſt ſyllabam repromittit: *Et ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ?* Opportunè quidem. Illi ſignum ſatagebant videre. Solùm iuxta miraculum, quod audierant, ſpondet ſui audibile ſignum. Non quidem viderant in vaſto gurgite à vaſta bellua deuoratum Prophetam, nec ſibi ſuperſtitem inter viſcera, viuo alimento, crudo tamen & incocto, famem voracis piſcis non ſanguinem, ſed ieiunio deuotari ſibi plectentem. ergo ſi quod tantùm audiuerant, crediderunt, cur non credunt ſigna, quæ iam viderant, quia non vident? Datur illis ſignum, quod audiant, nec poſſint examini oculorum ſubiicere, nempe

filius hominis post triduum tumulo illibato resurgens.

46. Sic sic erudiuntur de organo fidei, quæ ex auditu est. Sed & illi credere noluerunt, qui excubiarum ad sepulchrum oculos, ne per visum credere cogerentur; sepelierunt cimentito sopore. Vide quæ infœlix rogitauit astutia. Resurrectionis miraculum senserat excubitor miles, qui loco Principum lapidis custodiam agebat. admonet Principes de prodigio, vtpote qui per oculos excubiarum signum, quod Dominus repromiserat, simile Ionæ, non tam auribus hauserunt, quàm oculis. At illi prætextum somni militibus videntibus consulunt, Matthæi 28,
Matth.28. 13. vers. 13. *Dicite, quia discipuli eius noctè venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus.* Attende, quòd iuxta periodi seriem, Principes dixisse debebant: *Vobis dormientibus.* Sed ô ad litem fidei calliditas! *Nobis dormientibus* dicunt, quasi Principes, qui in suorum excubitorum oculis viderant, somnus excusaret á fide; à saporéque palpebris clausis, etsi signum notissimum audiuissent, non impellerentur, vt crederent, qui nonnisi patulis oculis, & apertis, fidei ebibunt sacramenta.

47. Moyses signum, quod iam viderat, ite-
Exod.3.2. rum videre prætentat. Exodi 3. vers. 2. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moyses: Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Aduota stylum: *Vadam, & videbo visionem.* Visio vtique, qua vident oculi, non videtur. Sed qui iam viderat, ideò cupidus euasit videndi, vt quasi suammet satageret videre visionem. Vt quid iterum simul oculis & pedibus properas, vt repetitò videris, quod vidisti? Viderat quidem è flammæ pluuia spineti virorem, nec virticam cedere incendio, nec vrticæ incendium nocere, sed in spectabili pugna vtriusque victoriam, flammæ quidem, quòd tribulos non vreret, ne deficeret, & in sui ardoris exuuiis, cineribus vtique defuncta pelleret; tribulorum, quòd debili cuspide resistebant ardori, nec tamen ab implexis brachiis ignem pugilem dimittebant. Sed nondum viderat causam, quam probare contendit: *Quare non comburatur rubus.* Verum qui visionem esse magnam testatus est, naturæ ordinem inutiliter quærit, causamque sine causa vestigat. Ea est ad fidelia signa oculis probanda, propensió, vt & Moyses seruus fidelis cùm adhuc erat tyro in Dominicis sacramentis, non vno oculorum iactu contentus, propinquius luminum collinearet intuitum, si titulus esset naturæ, non gratiæ, sentium immunitas ab incendij, quo flagrabat, ardore.

48. Sed Dominus abigit accedentem vers. 5.
Exod.3.5. *Ne appropries huc: solue calceamentum de pedibus tuis: Locus enim, in quo stas, terra sancta est. Ego sum Deus patris tui, &c. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum.* Moyses geminauerat visum, signum Dominus geminauit. Iam non solùm ardet viror rubi, sed loquitur; nec tantùm pascit oculos, sed & aures. Fidei fuit eruditio superna, quæ auditum amat, examinantia lumina respuit. Audi Moyses, non videas: imò fœlicissimam fidem adauge, quippe signum, quod aures quærit, vt esse se fidei præmoneat; priùs oculos vrticoso lumine sparsit; quoniam plausibilior est fides, quæ, postquam per auriculas subintrauit, per opera lucida egreditur ad oculos prospectabilis. Non ad oculos spinetum admoueas; vrtica in oculo & visum adimit, & dolorem rependit. Sed vrtica splendida est; habet secum lumina, vt & videatur & videat, quippe ferit visum, si sine aure sit, vbi propria fidei semita sternitur; & visum illuminat, si auris accedat; quoniam per visibile opus fides redditur luminosa. At Moyses *abscondit faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum.* Quorsum, qui auidus iteratò videndi, gressum maturauit rubum; iam obnubit oculos, ne intueantur? Sat illi visum est, quod videre cupiuerat, audiuisse. Agnouit iam causam, quare illibata rubus arderet, nempe fuisse cæleste prodigium, solium Numini ad spineto compingi, cui nimius nitor est pro latibulo tenebrarum. Ergo abscondit faciem, solúmque liberas aures relinquit; vt per religionis opus fidele, nobis videntibus Prophetæ venerationem illustrem, fidei meritum pompámque lucidam illustraret.

Vers.7. Mox autem vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, & accepit vnusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & vlulatu.

Vers.8. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt.

Qui cecidit è fortunæ fastigio, quasi faciem mutauerit, non agnoscitur, etsi à suis. Ignotus ad obsequium, iacet notissimus ad contemptum, opprobrium.

Sectio VII.

NON solùm faciem mutat fortuna, sed & fortunatos suos, si à vertice rotæ 49.
discusserit; in alteram ex vulnere ruinæ, faciem transformat. Non eadem frons superest ei, quem infœlicitas tetigit; vultus soliti lineamenta turbauit idem turbo, qui à culmine fœlicem disiecit. A nemine non agnoscitur, quem amicum sydus respexit: si à diro respicitur, nullus est, qui à facie agnoscat. Expallidæ genæ; ossáque vix cute vestita à statu cadentis vultum deturpant, licèt eadem rosa, eadémque candoris nix; idem frontis lumen pristinam venustatem commendet. Etiam à sodalibus alius habetur; qui per infidelis fortunæ vices de altero transiuit in alterum. Incipit esse ignotus, qui incipit esse miser.

Omnium

Omnium oculos ferebat & corda, cui cum ſuo apparatu ore pleno riſerat fortuna libenter; ſi ridere ceſſauerit, nedum irridetur à ſuis, ſed nec amicorum ad infortunij lachrymas oculos ſubit. Bifrons eſt, qui faſtigium tenet honoris, directam frontem omnibus cum obſequio poplitis proſpectabilem exhibet in cacumine; ſi ceciderit, oſtendit obliquam, vix limis oculis proſpectandam. In detorſiſſimum traducitur de pulcherrimo, de geſtúque liberali & amabili in toruum, eodem ore manente, quem paupertatis pallor obduxit. Nonniſi improbo digito deſignatur, quem in cenſu diuitiarum ſtantem manus vniuerſæ captabant. Figura quantitatis terminus eſt, qui ſubſtantiæ, gloriæque & claritudinis quantitatem amiſit, amiſit pariter & figuram. Quiſquis tranſit, cubito pungit, lutoſóque veſtigio; vt è plebe ignotum, conculcat. Si formarum artificia deſideras; non pigmenta meretricia, non fucos; nec coloribus illitas quæras laruas; pictorium penu pandit fortuna, eamdem perſonam de fauore alteram, alteram de infortunio producit. Habes in Holoferne morum admirabilem ethicam.

50. Verſ. 7. *Mox autem vt ortus eſt dies, ſuſpenderunt ſuper muros caput Holofernis, &c. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis encurrerunt.* Si excubiæ caput Principis è muro proſpexerunt ſuſpenſum, quod dirus infœlicitatis mucro diſſecuit, ruináque fatalis, impetuoſúſque caſus ab alto (tanquam pilam, quam alapæ turbo in ſiccum & durum pauimentum alliſit) reſilire fecit in altum; cur non agnoſcunt vultum notiſſimi Imperatoris, ſed ad eius tabernaculum fugiunt, vt quærant, quem è pennis pendulum derelinquunt? Hæc eſt, ô vos, Ducis potentiſſimi facies; eædem lineæ, licèt duro, perſeuerant in ore; non defuit niſi color & calor, vtpote quia vterque per exciſas venas manauit. Hic idem eſt, intendite lumina. Prolixa coma, & vndantes, quamuis in ſuo ſanguine crines; oculi, (quos mors, horrens ad viri trucem fortitudinem, non occluſit) torui, & ſine vita viuaces; curuus, & cum cliuo imminente deſuper naſus; cutis hiſpida; aures patulæ, & retortus villus in mento; expanſa frons, ciliúmque cum cilio de pilorum confuſione contendens, Holofernem eſſe demonſtrant. Imò eadem iam forma aulicis & amicis non eſt: quoniam non idem Ducis ſtatus. currente rota in fortunæ, vt figuli, manu, noua facies contigit illi, quem calamitatis tetigit fulmen. Ad ſui Principis tabernaculum fugiunt, vbi ſub gemmea pompa, & conopæo, quod vniones texunt & aurum, ad miraculum gloriæ credunt recumbere, quem adorant. Ille, qui in patibulo eſt, ab aëre ventilatus in ludum, licèt ſibi ſit ipſe, militibus & pediſſequis ſuis ipſe non eſt, quem calamitatis caligo, adhuc poſtquam viſum, fecit ignotum.

51. Turba multa cum apoſtata duce, cum funalibus & lampadibus irruit in hortum, vt Dominum arriperent in ſilentio Matthæi 26. verſ. 48. *Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum dicens: Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum.* Oſculum imprimit indicibus labris, vt hoc noſceretur indicio. *Tunc acceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum.* Quid opus eſt ſigno ad vultum notiſſimum diſcernendum, è quo ad noctis tenebras eluendas ſubſidium iubaris erumpebat? Quis ſolem vel digito deſignauit, cuius limpidiſſimus oculos per ſerenitatem æthræ diffuſus acuit oculos ad officium, nec eget indice, cùm obiecta vel radiorum pingat indicio. Quiſque vel ex cohorte gregarius, faciei Dominicæ pulchritudinem diſcreuiſſet; niſi infidi fuligo diſcipuli, tenebroſáque frons proficiat ad luminis agnitionem. Verùm quem iam patibulo vouerant, & inter ſceleratorum infamem ferratámque deputabant cateruam, etſi anteà publicitis ex miraculorum ſignis, plebíſque agnouiſſent honore, protinus è memoria raſerunt, & de futuræ calamitatis augurio etiam faciem eius ignorant, etſi frontis nitor ſignaret. Inde, poſtquam reum patibuli conclamarunt, Marci 14. verſ. 65. *Cœperunt conſpuere eum, & velare faciem eius.* Nonne irreuerentior eſſet iniuria, in reuelatam frontem ſputa iactare, oriſque ſpumoſo fœtore liberas à velo genas obruere? Ne agnoſcerent, quin ne ignoſcerent, faciem obumbrant, quaſi iam eſſet altera, quam calamitoſus improperij pallor obduxerat. Sic ſæculares velant faciem homini, quem fortuna deſpexit, ne vllam ſubeat cognitionis ſpem. Ab honore deiectum interpoſiti lintei obex ab ſpectatorum oculis diſgregat, nec vlla priſtini vultus filamenta ſubſiſtunt.

Matth. 26. 48.

Marc. 14. 65.

52. Aman ille, quem Regij fauoris opulentia beauit, in conniuam Regis acceptus, idem meruit cum Regina triclinium. Sed inter fercula conuiualia poculíque Regalis Lyæa incipit ſubitò ieiunare fortuna. Rex è pretioſis ſtragulis ſurgit, vt conceptam iram inter horti germina parturiret. At qui à Dominico fauore ceciderat, cum in propinquo puluinari recumberet; ad Reginæ genua & aſylum, veniam rogaturus ſe dedit. De viridario egreditur Rex, & ait, Eſther 7. verſ. 8. *Etiam Reginam vult opprimere, me præſente, in domo mea.* Imò, ô Rex, propitiationis tetigit fimbriam, & qui ab alto ruit, quaſi tibias alliſiſſet in caſu; reptans poplitibus, ad promerendam de Regina veniam curuatur, quem fortuna vertit, ſupplici iam vertitur genu. Hi nutus non ſunt tuam coniugem opprimentis, ſed prementis pietatem, ſi de ſicco latice veniæ, ſuperſit guttula, quam ſtudioſa exprimat ſupplicatio. Geſticulatio hæc, ſi adhuc Aman perſiſteret in fauore, ſupra ſolitum mereretur honorem. Verùm iam actio miſeri non agnoſcitur; quæ de virtutis merito laudaretur, antequam inter miſeros ablegatus. Non eadem manus, non pes idem; & corpus diſſipato ſupereſt poſt naufragium honoris, operúmque forma mutatur, nedum facies & membra. Nullus eſt verſiformior Protheus, quàm qui de varietate fauoris inconſtantis arbitrio à ſemet momento diſtinguitur. Quid tunc aulici, & optimates? *Necdum verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius.* Quàm præproperâ diligentia cadentis à gratia Regis; quaſi cadaueris vultum obnubunt! Quorſum os velamine tegunt? Quoniam iam mutauerat faciem, quamuis idem

Eſther. 7. 8.

idem ſtylus ori remanſit. quippe cadauer, licèt eamdem formam poſt mortem mortis exhibeat, alia eſt, pereuntibus accidentibus cum compoſito. Non ſolum morti deuouerunt ab indulgentia Regis defunctum, ſed velut ſi expirauerit, agunt cum ſuperſtite vt cum exanimi. Non videre ſufferunt, cui iam non ſupereſt inuidere. Ne vultum agnoſcerent, contexerunt.

53. Iob à turbine dolorum quaſſatus, in ſterquilinium decidit è faſtigio; & cui omnis pretioſus lapis operimentum erat, corpus in vlcera ſcabioſa tabes defodit, poſtquam de regni ſolio non in durum ſilicem eliſerat dira calamitas, ſed vt ignominia durior duraret, in ſtercus blandum depoſuit. Ex condicto accedunt pariter tres amici, imò etiam accedentes recedunt, qui lento veſtigio vix approximari
Iob.2.12. ſufferunt deſolato, Iob 2. verſ.12. *Cùmque eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerunt eum & exclamantes plorauerunt, ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cœlum.* Ergóne diſtantia fecit ignotum? Non niſi procul oculos eleuarunt, quem olim in vertice eleuatum honoris nonniſi appropinquantibus oculis reſpiciebant. Magis quam gradu, elongantur affectu, ne priſtinam formam de vulnere caſus mutatum, vtpote diſtantem dignoſcerent. Procul eſſe incipit quiſquis cadit. In faſtigio honoris, non diſtans cenſebatur ad gratiam. Illico dum cecidit diſtans fit. *Et non cognouerunt eum.* Nonne eadem eſt pellis, etſi vlcerum ſurculis partim protuberet, partim in cauitate vlceris profundetur? Sanè ipſe Iob faſſus eſt, eamdem ſibi poſt ingruentem luem
Iob.19.26. cutem vtique permanſiſſe, cap 19 verſ 26. *Et rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius.* En à ſe auertit ſuſpicionem alterius. *Ego ipſe,* inquit, nec quà variegatus vulnere, alius, in eadem pelle, quam ornabat chlamys in throno, quam tabus in ſtercore turpat, videbo Deum, & videbor ab eo, à quo non diſtinguitur caro, quæ ſubiit viciſſitudinem in fortuna. Sed amicis eſt alius, qui nonniſi de ſplendoris fuco, pellem fortunati dignoſcunt.

54. Solùm ad opprobrium calumniantium ſubit notitiam, qui felicitatis habitum demutauit. Rex Iſrael à Rege Iuda ſuppetias ſtudioſè popoſcit, vt aduerſus Regem Syriæ
3.Reg.22. 30. pugnaret, 3. Reg. 22. verſ. 30. *Dixit itaque Rex Iſraël ad Ioſaphat: Sume arma & ingredere prælium, & induere veſtibus tuis, Porrò Rex Iſraël mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum.* Ergo paludamentum depoſuit, ne ob regij coloris indicium aduerſa ſagitta collinearet in Regem. Se ex gregariis definxit vnum, ſi forſan ſtatus deiecti figura ignotum redderet, & impetus hoſtilis immunem. Non malè cogitaſti, infœlix aſtutia. Non niſi habitus Regem à plebeio diſcernit? Vulnus tibi parceret vt ignoto, niſi lynceos oculos calamitatis ictus haberet; vt formâ mutatâ non ad honoris titulum, ſed ad ſanguinei certitudinem iactus, inter confuſam turbam diſcernat. Sic con-
3.Reg.22. 34. tigit verſ. 34. *Vir autem quidam tetendit arcum in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit Regem Iſraël inter pulmonem & ſtomachum.* Si diceret: Sagittam in incertum proiecit, intelligerem facilè ſtylum, ac in incertum dirigere vix intelligo; quippe quod dirigitur, ductatur in ſcopi attingibilis ſuſpicionem. Sed certò in incertùm direxit, vtpote in Regem, quem gregarius habitus incertum definxerat inter milites. At incertus non eſt ad iniuriam vulneris, qui exhibet perſonam deiecti; eſt vtique incertus ad priſtinæ venerationis obſequium. Caſu percuſſit Regem boni ſagittarij dexteritas quippe ſe per popularem habitum à regno ſimulauerat cecidiſſe, nullúſque iaculum non collineat in eum, quem limis oculis conſpicit poſtquam cecidit, quamuis caſus non ſit veritas ſed fictio ſimulata cadendi. Caſus vtique fuit, non electio, ſi manum ſagittantis aduertas; at ſi variatam in peius Regis figuram, non fuit calamitatis caſus, ſed ordo: Benè ad infamiæ ictum inter tumultuariam cohortem diiudicatur, qui gloriæ habitum, & honoris veſtem dimiſit; ſolùm eſt ignotus obſequio.

Iezabel illa, quæ cùm ſupra maritum regni tenebat habenas, oculóſque ſtibio pingebat mundúmque ferens in capite, mundialis reuerentiæ a populis ſtipendia merebat; poſtquam nedum à ſolio, ſed à ſolo aulæ cecidit in profundum; etiam vſque ad caluariam, ſummáſque manus à canibus laniantibus deuorata per fœtidas reliquias agnoſcitur 55.
4.Reg 9.verſ.33. *Et præcipitauerunt eam, aſperſúſque eſt ſanguine paries, & equorum vngula conculcauerunt eam.* Ne præcipitari definerct 4 Reg.9.33.
adhuc poſt ruinam, ab vngulis equorum peſſumdatur; vt amplius caderet, defoſſo vngulis pauimento, quæ cadere inceperat ab imperio. Non ceſſat, etſi ad vallem peruenerit, ruentis ab altitudine præcipitium ſi ingiter cadit, etſi ad durum & planum pauimentum acceſſerit. Æquabilis planities pro hiatu eſt, ne vel priſtini honoris odor ſuperſit. Sed attende quid accidit verſ. 35. *Cúm-*
que iſſent, vt ſepelirent eam, non inuenerunt 4 Reg.9.35.
niſi caluariam, & pedes, & ſummas manus: Denique. Et erunt carnes Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicant: Haeccine eſt illa Iezabel? Si nonniſi ſine medulla cerebrum, oſſíſque ſine ore dimidium ex rotundo capite manſit, nec niſi excrementa putredinis decuratæ carnis reliquiis; cur ſic populariter fœminæ olim venuſta facies agnoſcitur, digitóque publicitus deſignatur nominis elogio famoſi: *Haccine eſt illa Iezabel?* Ex vngue non cognoſcitur niſi leo, cur ex caluaria & ſtercore mulier pulcherrima cognoſcatur? Permanet ad improperium vulgo notiſſimus adhuc poſt cineres, quos fortunatus ignis ſplendor in dignitatis buſto reliquit. Portat ſecum ad opprobrium indicium, quem infamiæ teſſera deſignauit.

Verſ 9.

Vers. 9. **Porrò, hi qui in tabernaculo erant, venientes & ante ingressum cubiculi perstrepentes excitandi gratiâ, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret.**

Voluptatis nefariæ somnus inquietus est, trepidus, semisopor; & vagus; ad leuem sonitum excitatus vt ad præsens periculum contremiscit.

Sectio VIII.

56. Mundialium voluptates trepidæ sunt, & vtpote nonquam adultæ, sed teneræ & infantiles, seu vmbræ, seu sonitus terriculamentis mouentur. Facilè ebullientis sanguinis concitati spiritus inquietantur, cui sanguinis illecebra pro thalamo est, & quasi super vndas mobiles cubat. Qui innititur solidis, non ad Aquilonis flabra turbatur; qui pendet è crine, ad auræ leuis sibilum velut graui ventilabro cietur. Non dormit, sed dormitat, quisquis longas noctes ad pacatum Veneris silentium impellit; etsi nihil obstrepat inquietudinis, obstrepit sibi animus, fugitque sub non rugiente serico conopæi. Nullus est impauidus inter oblectamentorum cohortes. Ipsamet arma gaudiorum crepant, somnúmque captanti discutiunt. Secum fert tumultum, qui tumultuariò voluptatibus sonantibus circumagitur: sicut saltator, cui crurium vitæ, periscelidésque crepitacula sunt, ad quodque vestigium crepitum, quo præcingitur, audit, etiámque per nutum poplites loquentes auscultat. Etiam proximus Nili fragori, cui suus animus constat, & in virtutis quiete subsistit, fluctuum collisionem non sentit. Qui suam in cælum transtulit de terra coloniam, & mente cogitat permansura, se solùm audit de diuinis tractantem, quietémque secreti iugiter in publicum baiulat, nec ad platearum exclamationes turbatur, nec ad popinarum institores aduertit, qui signatis modulis per compita mercedem diuendunt. Patulæ sunt aures, quibus ad sæcularia captanda, quódque patet corporis organum; non possunt placido silentio quiescere; quippe aduersa sensuum ad cupiditatum inter rixantium ingressum ostia publicè reserarunt.

57. Vers. 9. ***Porrò hi, qui in tabernaculo erant venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratiâ, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret.*** Vix audent impressisse vestigium, blandísque calceis pauimentum prægustant, qui scortantem Dominum de somno illecebræ excitare verentur. Vix mussitat pes, ne euigilet herus, quem vel vmbra tentati sonitus inquietabit. Si dormire creditur cum puella, quid interetit altè strepere, cardinésque & vectes stridere compulsos, nec artem quærere, quà citari, potiúsquam excitari putetur; siquidem altus sopor inter voluptatis brachia auribus obturatis ligauit, quem à fremitus auribus obturatis ligauit, quem à fremitus & clamoris incursu ferrea surditas oblectamenti defendit? Agnoscunt aulici, facilè inquietari lasciuum, qui adhuc vigilat; quando dormit, audiuisseque se queritur, quæ non audit, procúlque tinnientis sibili ad cogitationem turbatur, noctémque perdit, etiam ad fragorem lucis intentus. Ipse sinus libidinis, quo molliter fouet cubantem, quasi cubito pungit, ne inturbato somno quiescat. Non vno sopore transigit noctem, qui pauoris stimulis actus pluries dormit, quia euigilat pluries, totiésque expergefit ad periculum, quoties ad illecebram soporatur.

Samson inter Dalilæ brachia, & sinum; 58.
membra fortissima deposuerat, vt veluti precariò quietem captaret. Vide quoties somnum ipsa, quæ somnum conciliauit, excussit. Vix ille palpebras clauserat ad soporis exordium, cùm eadem vox, quæ blanditiarum cantu infuderat somnum, in sinu recumbentem expungit. Iudicum 16. vers. 9. Iudic. 16. 9.
Clamauitque ad eum: Philisthym super te Samson. Ille contertitus vix ebibitum eluit soporem, & cui suppetierat ad rumpenda vincula fortitudo, imbecillis fœminæ voce, & ipsius voluptatis clamore plenè expergefactus erumpit. Sed iterum dormit, iterúmque fœmina clamat, iterum Heros robustissimus excitatur. Quales te territant vmbræ, strenue virorum? Amasia tibi thalamus est: silet cubiculum; nullus loquitur nisi Dalila. Ergóne pauorem incutit thalamus, in quo cubas, mollísque te turbat lectulus, vbi iacest? Quid? Suspiciosa nimis voluptas est: quot blanditias, tot tendit insidias. Latent Philisthiim sub cubilis aulæo, nullum est lenocinium libidinis sine hoste; cùm clamat fœmina, conclamat calliditas insidiatum. quidni tam clara vox in viuente fœminæ toto expergefaceret sic dormientem? Vers. 12. *Et clamauit: Philisthym super te Samson, in cubiculo insidiis preparatis.* Iudic. 16. 12.

Denique fœminâ, vt illi somnum mor- 59.
tis incuteret, crinem vt Proserpina vellit vers. 19. *At illa dormire eum fecit super genua* Iudic. 16. 19.
sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius & cœpit abigere eum, & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit: dixitque: Philisthym super te Samson. Qui de somno consurgens, &c. Cur ad forficis sonitum non euigilat, nec tonsoris sentit impulsum, nec cranij rasitationem attendit, qui ad vnam vocem fœminæ excitabatur: Nonnisi ipsamet voluptas, quæ dormire facit in sinu, ipsiusmet lasciuiæ tumultu solet excitare dormientem. Silet iam fœmina, ne expergefiat, qui nouaculæ acumen, etsi subtus crines penetret, in fœminæ brachiis insensatus non sentit. Clamorosa nimis luxuria est, quæ surdum ad agminis stridorem, tumultu deliciarium conturbat; nec dicitur iam Dalilam clamauisse, sed voce protulisse mitiore:

mitiore: *Philisthijm super te Samson*: & tamen qui non audiuerat tonsoris accessum, manúmque radentem; vel mussitantem audit amasiam, cùm protinus adiiciatur: *Qui de somno consurgens.* Stridulus rotundúsque clamor, qui omnem respirantis spiritum consumit in sonitu, non expergefacit in libidine soporatum: eademmet libido, brachiúmque illecebræ illisum ad brachium, leui tinnitu de peccati clamore in thalamo iacentem inquietat. Sat est ipse somnus, vt à somno excitet soporatum.

60. Danielis 2. vers. 1. *Vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo.* Conuocat Rex Magos, ariolos, & maleficos, & ait vers. 3. *Vidi somnium: & mente confusus ignoro quid viderim.* Si ignoras somnium, cur sic territus & expallidus angeris: Ignarum periculi pectus nullus pauor instimulat, nec nisi dormientem enormitas somnij conturbat. Vigiliæ luce vmbras abluunt soporis: quiescat pacatus animus; quorsum ei sine causa iurgia moues? Sat est peccatori vel ipsa somnij ignorata figura, vt non solùm eum excutiat à lecto, sed & vigilem & stantem vel de obliuionis pungat memoria. Non solùm quòd dormit, sed & dormiuisse terretur. Tam trepida est flagitiosi quies, vt & postquam eum euigilare coëgerit, etiam somnij immemorem de pauidi somnij reliquis discruciet, & angat. Somnium quidem vmbra est; quòd somniauerit, non verò quid somniauerit recordari, & ex recordatione pauere, quid aliud erit, nisi ad vmbram vmbræ terreri, & quod minus est nihilo exanimi corde metuere? Sic sunt oblectamenta mundialium: vel odor & vmbra iniquæ voluptatis concutit viscera sic gaudentis.

Dan. 2. 1. 3.

61. Quid luce amabilius? Quid magis leue, & volupe, quàm splendor? Et tamen vmbra, quæ resilit ex pace nitoris, nocet frugibus, ne luxurient. Seruat & in vmbra sua aculeos & spinosos tribulos Herinacius, nec horret solùm ad conspectum spinosi corporis vinitor, sed & ad vmbram. Et quidem animalculum sagax, vbi senserit venatorem, ore pedibúsque rotatur, aculeatámque exhibet pilam, ne prendentis manum lubeat impunem. Se gerit ex aduerso voluptas, regyrat cutem, spinulas intus remittit, vt de blanda planitie, tersáque pelle lenocinium captanti fiat; sed postquam auratam pilulam delitiarum epulo deglutiuit, cùm ad libidinem it dormitum, ventris lacerati dolet punctiones, & quo magis somno decoquit potionem, magis vt repurget merum, excitatur à somno. Sicut qui medicas pillulas, cùm lectulum ingreditur, haurit; ipsammet dormitionem, qua medicinam coquit calore, redundantis humoris fluxu disturbat.

***

Aulici adulationis dente sciunt Principi infligere plagam, medicinam reddere ignorant. Quid? Scorpiaci sunt. Scorpioni mille sunt ingenia nocendi, proficiendi nec vnum.

SECTIO IX.

AVLICVS solùm didicit, quasi medicatâ Cerberi offâ, prauæ voluptatis blanditiis, adulatorióque libidinis poculo, siue saporare, siue soporare potentem: excitare à somno non didicit, donec ipse sibi diluta lasciuiâ diluat soporem. Præstigiis Optimatum Princeps illuditur, canorísquè modulis incantatur, qui noscunt vtique obsequij phialam toxico fatali miscere; oleum, vt euomat, propinare non noscunt. O ars infœlicissima famulantium! Non sic Magi, qui, vt diuenderent amuleta, sibíque prodigij medici ambitiosum fastum caperent, postquam herbâ cutem ad medullam infixerant, cutem herbâ saluti pristinæ redonabant, vt sentiret membrum opem à cuspide, à qua vulnus ante præsenserat. Sed Palatini Principem in foueam incutiunt, à qua eruere artificiosi obsequij deficiente machina, nec præualent; nec satagunt præualere. Quòd si curauerint, nolunt sibi resipiscentiam ad virtutem deberi, ne improbæ assentationis pœnitentiam ostendant; sed artificiorum fucum sibi conducunt, vt si expergefiat Dominus à dementia, non dementatores suos de piaculo fraudis castiget. 62.

Holofernis cubicularij pellexerant Ducem, vt volupem somnum carperet cum Hebræa; & tamen vt euigilet ad periculum; claritate vocis excitare verentur, sed alienos sonitus fingunt, ne de offensa voluptate plectantur. vers. 9. *Ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratiâ, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret.* Cur qui liberè somnum persuasit; cùm opus est, liberé non dissuadet; & qui adulationis leuibus plumis culcitram, vt recumberet Dominus, emolliuit; non obduret aduersi iam consilij rigore, vt elisum sopore caput resiliat? Hæc est indoles pro gratia Principis negotiantium, nocendi conscia, proficiendi, medicandíque ignara. 63.

Naaman supremus Regis Syriæ Administer turpem morbum è fauore contraxerat, cui cutem deformis crusta obducebat, & de recremento bilis fœtida inquinabat scabies. Vt plurimùm aulici pruritu laborant, vnguibúsque refricant pellem; ambitionis & census cupidine reciprocè vellicantur. Ergo leprâ candebat, quem Regalis gratia beauerat, nec inter cæteros fauoris & gloriæ procos medelam inueniebat dolori. Causabatur Rex infirmitatem potissimi familiaris; qui quà bracteatus diuitiis, erat vtique leprâ crustatus, 4. Reg. 5. vers. 1. *Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ erat vir magnus apud Dominum suum & honoratus: per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ. Erat autem vir fortis & diues, sed leprosus.* Itaque ægrotabat vlceris contagione. 64. 4. Reg. 5. 1.

Non

Non ſimplices ſunt, qui percutiunt aulicum morbi; publicè ſerpunt, faciléque adhærentibus hærent. Quotquot vt ſcalpant pruriginem, vnguentóque adulationis illiniant, fictitiis accedunt obſequiis, ſibi partem mali communicant, nec ab infirmo partem abradunt. Ergo agnouit Rex, ancilla Iſraëlitica ſuggerente, ægritudini Principis promptiſſimam opem ſuppetere in Iſraël, litteráſque mittit ad Regem huiuſce tenoris verſ. 6. *Cùm acceperis epiſtolam hanc, ſcito quod miſerim ad te Naaman ſeruum meum, vt cures eum à lepra ſua.* Compendiaria epiſtola. Subſignauit clauſulam in exordio. Nec tamen meminit quod ancilla detulerat, nempe incoli à Propheta Samariam, qui ſciebat morbos, imperij ſacramento depellere. Ad apothecam Regiæ Principem mittit, vt quem in Regia auferat, lepram dimittat. Bonum aulico tuo xenodochium decernis. Aula non ſanat ægritudines, ſed infligit. Nulli medici ſunt, ſed ſalutis medici, quotquot in grabatis aſſentationis, & ambitus cubant, noſochomium eſt infirmorum ſine pharmacopola & chirurgo, morbos recipit non curando, ſed de adulatorij vitoris per tormenta ſucco labili procurandos. Si in aula Regis Syriæ à nemine famulantium Naaman potuit valetudinem promereri, aderit in aula Iſraëlis, qui prurigini ambitioſæ lepræ ſuccurrat? Palatiorum climata eadem lues contagionis infeſtat; ſi illuc Naaman accedat, inſanatus redibit, nec inſanos aulicos ſanos relinquet.

4 Reg. 5. 6.

65. Quid tunc Rex Iſraël? verſ. 7. *Scidit veſtimenta ſua, & ait: Numquid Deus ego ſum, vt occidere poſſim & viuificare, quia iſte miſit ad me vt curem hominem à lepra ſua?* Sciditne veſtimenta, vt & ſcabioſum penderet corpus, ſimilíque lepræ cruſtis protuberans, quas dira tempeſtas conſuetudinis aulicæ obducit? Non poſſet aptiùs ſe expertem medicinæ producere, quàm patulis ægritudinis pruriginem denudando, nec eſſe intra Regiam, qui malis viceribus mederetur, quæ vlcerum inflictionibus abundabat. Verùm quid eſt, quod inquit: *Numquid Deus ego ſum, vt occidere poſſim & viuificare?* Non expetitur, vt occidat Principem Syriæ; de attiſque pompa, vitæque reducis magiſterio & ſaluti, & luci reſtituat: & tamen Rex inſcitiam ſanitatis fatetur quòd viuificare, quem occiderit, nequat. Percalluit, plures eſſe in aula carnifices, ſed neminem ad reddendum vitam induſtrium, nec quot morbos impingunt, ſimili artificio diluere. Id ſolius Dei eſt, qui quot vulnera incutit, pharmaco pietatis ſine cicatricis nota reuellit, leniorémque poſt plagam perpolit cutem, eruditiorémque ad ſalutis conſtantiam de ſanatæ ægritudinis elementis. O bonus artifex necis & vitæ, ſalubritatis & plagæ, vtpote in cuius aula non perſtrepunt morborum inſalubres lenones, qui medicinas præparant nonniſi ad ſalutis priſtinæ nocumentum.

66. Exodi 4. verſ. 6. Dixit Dominus ad Moyſem, quem initiabat in Deum Ægypti. *Mitte manum tuam in ſinum tuum. Quam cum miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar niuis. Retrahe, ait, manum tuam in ſinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ.* Vt quid hæc viciſſitudo morbi & ſalutis, ſcabiei & leniſſimæ polituræ? Si in aulam Pharaonis mittitur Moyſes, quorſum de medulla in pellem tabes egeritur, manuſque limpida lepræ inquinamento fœdatur? Quod ſi opus eſt, manum inhoneſtâ plagâ ægrotare, vt quid tam ſubita reſtitutio ſalutis? An in ſinus latibulo contraxerat luem; vt non eſſet miraculum, ſed exemplum, in intrantium Principis penetrale manum auidam ingredientium, pruritu cupidinis laborare, & quoſquos tangunt, ſimillima tabe polluere. Verùm edocuit, Moyſem fore veri Numinis aulicum, qui quos morbo percutiet, ſanet eoſdem, & ex eodem ſinu plagam & medelam exhibeat. Obſeruaſtine verborum ſtylum: *Retrahe manum tuam in ſinum tuum.* Videbatur dicendum: Retrahe manum tuam è ſinu tuo, quippe quam in ſinum immiſerat, protulerátque leproſam è ſinu, nulla ſpes reducis ſanitatis de ipſius ſinus poterat ſuppetiiſſe fauore. Voluit eidem ſitui medicinam deberi, à quo morbus ſcabioſus obrepſerat; quippe miraculoſum eſt artificium, eodem inſtrumento infortunium & fortunam parari. Sic in Pharaonis Regiam Moyſes peritiſſimus eruditur, vt quas plagas inferat manu, eaſdem viciſſitudine fauoris excutiat. Quam ſub ſchola rubi didicerat, exercuit diſciplinam in aula. Vitreos latices vſque ad fluxum ſanguinis premit, ſed in ingenitum reſtituit liquorem: garrulas ranas è paludibus eruit; ſed in reſides aquas reducit: ſcyniphes de puluereo ſemine creat; ſed enectis ſtimulis in priſtini pulueris elementum redigit. Hac arte Deum ſe Pharaonis ineluctabili argumento demonſtrat: cùm Numinis ſit, vincula reſtringere, quibus preſſerat; ignes extinguere, quibus vſſerat; cruorem in clementiam imbris diluere, quo rigoris figuram ſparſerat. An ſic Pharaonis miniſtri, qui ſtudioſis præſtigiis Regis calamitatibus occurrebant? Equidem etiam aquam fluminis purpurarunt, & de ardore bilis lymphis muricem ſanguinei incuſſerunt furoris, nulláque præter vnam ex virgulæ arbitrio plaga fuit, quam arioli ſuis incantationibus non effingerent, cùm vbique legas: *Feceruntque ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis.* Verùm quos peritos ad plagas ambitionum magiſterium inſtruxerat, inhabiles ad remedium deſeruit: obediuit aqua ad ſanguinis iuſſa, ſed rebellis hæſit in ſitu cruoris: rana loquax è garrulo paludum gynnecæo incantantibus erupit ariolis, ſed obſurduit, ne in labiles cauernulas rediiſſet. Sciunt ſciunt Principum obſequioſi miniſtri vſque ad ſuſpicionem prodigij parare, quod noceat; neſciunt reparare, quod nocuit.

Exod. 4. 6.

Exod. 7. 20.
Exod. 8. 6.
Exod. 8. 17.

Exod. 7. 22.

67. Roboam adhuc regni tyro aulicos iuuenes de artibus regnandi conſuluit: illi ſuggerunt, quod populo dicat 3. Reg. 12. verſ. 10. *Sic loqueris ad eos: Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei: & nunc pater meus poſuit ſuper vos iugum graue, ego autem addam ſuper iugum veſtrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus.* O maleſuadi conſules tributorum, ô infauſti auſpices popularis defectionis à Rege! ſic inſufflatis Principi vt animam afflet imperij, exidiúmque ſubeat latiſſimi Principatus? Si iugum immodicè exaggerat ſuper humeros ciuium, non iam reget homines, ſed iumenta. Vel ſubiugale cadit, ſi ſupra dorſi docilis obedientiam vltra menſuram ſarcina exaggeretur. Ergóne rebellantis populi iurgia ſedabitis, qui rebellionem improbitate conſule progenuiſtis?

3 Reg. 12. 10.

genuistis? Imò nullus fuit, qui subditos deficientes in Regales reduxisset habenas. Quisque suo impetu sine fræno decurrit: Nec auriga restitit vnus, vt vel scuticæ verbere ad flagelli censuram anolantes ciues reprimeret. Sciunt Aquilones isti ab area dispergere grana, nesciunt in cumulum retro agere; nulla sibi suppetunt nisi ad promptam cladem ingenia.

68. Recognosce verba, quæ infœlici Regi afflaruerunt. *Ego autem cadam vos scorpionibus.* Scorpio tot secum in versicolori corio venena, quot ingenia præsentat, tot pernicies, quot species, tot dolores, quot & colores, cuius semper cauda in ictu est; nullóque cessat meditari momento, ne quando desit stimulus occasioni. Ferit & obliquo ictu & inflexo. Arcuatum ab eo vulnus est, quod hamatili spiculo retrofidit. Nónne aulici, qui non à fronte audent in Principem venena diffundere, sed adulatione caudæ ictum infligunt, internodiisque nodosæ assentationis pungunt, quem ambiunt, scorpiaci sunt, vtpote qui patriæ, regníque parentes conficiunt; & obliquis gesticulationibus adoriuntur; cùm tamen, siquidem gestant in extremo venenum, nunquam de se possint promittere medicinam. Quo pharmaco, domestico malo succurres? Adest Plinius: *Homini icto* (nempe ab scorpionibus) *putatur esse remedio ipsorum cinis potus in vino.* Transfige in cineres, quotquot blandiente cauda, flexuosisque nodis te sauciant sub obsequij figura, nec bibas vinum, quod in phialis aureis propinant, nisi suismet cineribus circumfusum, ne altus tibi sopor subrepat, à quo non possunt quem immiserant, te diluere. Sanè idolorum, & dæmonum est, morbos incutere, non mederi. Quid cum idololatris faceret Moyses, qui à conflatili vitulo barbara ægritudine contabuerunt. Exod. 32. vers. 20. *Arripiens vitulum, quem fecerant, combussit & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israël.* En scorpiacum malum, in cinere dilutum in poculum, vt qui sibi assentabantur per idoli execrabilis cultum, & semet adulatione sacrilega vulnerarunt, haberent de latice cinereo remedium. Sed nullum superest nisi mortis, quàm idolum post vulnus infligit.

Plin lib. 11. cap. 25.

Plin.

Exod 32. 20.

69. Quàm stolidus Ieroboam! dum colit simulachra fusoria, fictilibúsque Diis improbè libat, filius eius ægrotat non tam humoris, quàm perfidiæ peccato; sed mittit ad Prophetam, vt oret, vt ab Israëlis Deo sanitatem afflagitet. Vix illa vestibulum pede terebat, & Vates de Numinis ira succensus mortem pignoris ominatur 3. Regum 14. vers. 9. *Fecisti tibi Deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proiecisti post corpus tuum: idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, &c. Vade in domum tuam, & in ipso introitu pedum tuorum in Vrbem, morietur puer.* Cur tam præproperè ambientis sanitatem spem eludit Propheta, Regémque de idololatriæ piaculo criminatur? Quippe socordiæ & stultitiæ damnauit, ab altero Numine medelam expetere, pati ab altero infirmitatem. Cur non ad sortè valetudinis colitur, qui pro vulneris mercede adoratur? Si sub simulacro passus est vulnus, à simulacro cicatricem exambiat. Serò sapit Rex, qui sacrilegum poplitem non modico doloris idolo, sed inflictori morbi curuauit. Ergo à sanitate desperet; occũbet soboles, cuius genitor ad insalubres aras procubuit.

3. Reg. 14. 9.

Mille nocendi artes, cui nomina mille, Dæmoni scorpiaco sunt, medicandi nec vna. An in cauda portat venenum? Blanditur vt serpens sed extremitas sine iniuria non est Apocal. 12. vers. 3. *Ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata septem: & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram.* Si ad nutum caudæ cælestes potuit ignes euellere, & flagelli impetu Angelica sydera in profundum discutere, poterit vtique retrogrado ictu ab imo in supera reddere, quæ dimouerat. O ingenium impotens proficiendi! Solùm valuit profuisse ruinæ; post stragem functus est officio vigor animosus draconis: orbare cælum lucibus didicit, non reaccendere. 70.

Apoc. 12.

Nullus nisi de suo patitur excitari ad salutem, nec nisi de proprio ingenio à morbo criminis conualescere.

SECTIO X.

ÆGrè quisque suffert excubitorem, qui dormientem cubito pungat, & nuntio lucis excitet à sopore. Etsi longam noctem sine nictu palpebrarum altè soporatus dormierit, amat à semet libitò expergefieri, cubiculariúmque de importuno pulsu castigat. Sic sunt, quos licèt vitiorum thalamus de supina socordia fastidit, & adultam lucem per sensuum rimas velaminísque iuncturas aduertunt, tædet tamen à virtutis admonitore vocari, nec arripere viam salutis, nisi quam libente gressu, & arbitrio duce producant. Exosus est cuilibet consul ad frugem, plurísque æstimat gradi sine alieno calcari, quàm currere stimulatus, seu oblatis pennis volare. Non sic in animi, quàm in corporis sanitate proceditur. Censum qui erogat, si valetudo nutat, vt medicus tangat per salientem pulsum indolem morbi, & pharmacopola misceat potionem; nec sibi fidit, etsi medicam artem percalleat, quominus extraneum ad opem conducat ingenium. Sed vt conualescat à scabie vitiorum, nullum pigmentorum institorem admittit, nullum in schola virtutis emeritum sustinet præceptorem, etsi gratanter, & sine sacculi mercede se det. Amat quisque, semet sine sanatore sanari, arbitriíque pharmaco, & ingenio voluntatis de passionum xenodochio leuari, ne & in resipiscentiæ sorte libidinem ingenitæ ambitionis dimittat. Natator strenuus, etsi in voraginem voluminàque fluctuum incurrerit, renuit à sodalis brachio verber officiosum sufferre, vt in aquæ superficiem ictu fauorabili ascendat: pluris ducit in fluminis fundo columitatis aleam subire, vt artificium natatorium ostendat, quàm torporem de alterius industriæ publicare suffragio. Rarus est, qui non sibi de ingenio ad auspicium bonitatis præsumat, & cum frequentent omnes litteraria ad hauriendas artes stadia, virtutis scientia sine suggestore & suggestu, sine disciplina & magistro, sine ferula & flagello pædagogi haberi contenditur; quoniam vnusquisque qui in peccatis est, dormit; tædiúmque incutit, à somno excuti per præconem. 71.

Promptum est Holofernis exemplum. Dormire 72.

mire credebatur cum fœmina,& aulæorum adulantibus vmbris mollibúſque ſtragulis deliniẽtibus, ſaporem pariter & ſoporem captare. Ingruit periculum ex aduerſo,Bethuliæ mons ſtrepente milite fremit, impetus imminet in tentoria; & tamen cubicularij verentur à Principe ſomnum diluere, donec eluat ipſe, qui biberat. Effingunt ſonitum, vt à ſemet euigilet, nec ſatellitum excitari conſilio experrectus Dux criminetur. verſ. 9. *Ante ingreſſum cubiculi perſtrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, ſed à ſonantibus Holofernes euigilaret.* Si ſemel matutinum ſomnum interimat, quid intererit, vtrùm à ſemet euigilet, vtrùm excitetur ab aulico? Sanè cẽſ... batur inter transfugæ pulcherrimę brachia ſopitus, & de libidinis poculo, luxúſque vaporatus calore; duréque recipitur, quiſquis à voluptatis conſuetudine cubantem dirimit, donec emenſo laſciuiæ ſpatio, ſuõpte libitò ſe diſcernat. Vides? verſ. 13. *Tunc ingreſſus Vagao cubiculum eius, ſtetit ante cortinam,& plauſum fecit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim illum cum Iudith dormire.* Bis dormiebat, qui dormiebat crapulam & libidinem: nec credidit fas Eunuchus, etiam iam aurora appetente, protractam in voluptatis thalamo interrumpere noctem, quouſque ipſe & palpebras diſiungeret & lacertos.

73. Cant. 2.6. Canticor. 2. verſ. 6. *Læua eius ſub capite meo,& dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Hieruſalem per capreas ceruóſque camporum, ne ſuſcitetis, nec euigilare faciatis Dilectum, quoad vſque ipſa velit.* Quid eſt, *Quoadúſque ipſa velit?* Ad quoaduſque vſque ad fundum ſine fæce, limpidum ſoporis craterem exhauſerit, excutiántque membra vincula officioſi torporis? Eſtne ſponſa de mundialibus vna, quæ liberatorem à carcere voluptatis faſtidiunt, oſculantes compedes, quibus interitæ ſuccumbunt? Adeò propriæ voluptatis amor adhæret, vt & tædeat à virtutis pediſſequis excitari, & ad vigiliarum acui ſolertiam, operoſáque vota, donec pectori contemplanti libuerit. Verùm *quoaduſque ipſa velit*, inquit: id eſt, quoad velit ſuſcitari: nam & ſuſcitari vult, ſtimuliſque agitari ad progreſſum, qui adeò in perfectione præuoluit, vt inter ſponſi celeſtis pudica brachia per ecſtaſim otij ſaporati diſcumbat. Non ſic ſæculi amatores, non ſic: nulla ſpes eſt, quòd ipſi velint à lectulo ſuſcitari vitiorum, quorum caput nulla dexterâ ambitur, ſed vtraque læuâ improbi tegetur amplexus.

74. Dormiebat in tentorio Saül, nonniſi ſoporatis ſatellitibus cinctus; clanculum accedit Dauid, Regíque ſupino pepercit, noluítque de ſemihominis iacente figura virilem negotiari victoriam, lanceam, quæ ad Regis caput inuerſo mucrone iacebat,& ſcyphum aquæ ad teſſeram pie-
1. Reg. 26. 7. tatis abduxit, 1. Reg. 26. verſ. 7. *Venerunt ergo Dauid & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saül iacentem, & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius.* Denique ad Abyſſi inſtigantem ad vulnus pientiſſimus ho-
1. Reg. 26. 11. ſtis reſpondit verſ. 11. *Propitius ſit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Chriſtum Domini, nunc igitur tolle haſtam, quæ eſt ad caput eius; & ſcyphum aquæ,& abeamus.* Cur ſic ſuſpenſo gradu recedit, digitíſque ſilentibus haſtam è pauimento reuellit, ne contus crepet: & immoto latice cunctantur dimouet ſciphum, ne vel tinnitus aquæ, murmúrque labile auriculas tangeret ſoporati? Noluit iracundiæ æſtum Regi ſtrepitu concitare, ſi noctis turbauiſſet incubium. Ergo ad verticem montis cum ſpoliis tabernaculi fugit; nec adhuc Regem, ſed eius aulicum audet 1. Reg. 26.
excitare à ſopore, verſ. 14. *Clamauit Dauid ad* 14.
populum,& ad Abner filium Ner dicens: Nónne reſpondebit Abner? Et reſpondens Abner ait: Quis es tu, qui clamas,& inquietas Regem? O improbe peruigil, & iniquior excubitor, ſic Regis cuſtodiam agebas, & Domini ſomnum ſeruabas ſopitus in tuo? Imò tu recubans inquietaſti, qui tentorij oſtium inſidiis patulum reliquiſti, nec inſomnis obſeruaſti prædonis incurſum. Quid? Sciebat Abner, non ſine periculo capitis caput Regis ſequeſtrandum à ſomno, donec ipſe poſt ſoporis curſum leuaret; otioſúmque ſibi, etiam inter caſtra, peruigiles agere excubias, ſi nonniſi Regiæ dormitionis libito vigilia parebat. Inde ſuccenditur in clamantem, ne ſtrepor violenter excuſſiſſet dormientem. Sed Dauid non Reges excitat in eum directo crepitu vocis; imò clamauit ad Abner, vt non ab excitante, ſed à ſonante Rex ſe diſcuteret. Sic præualuit in cauſa: nam Saül vocem, quam aulicus non diſcreuerat, libito experrectus agnouit; verſ. 17. 1. Reg. 26. 17.
Cognouit autem Saul vocem Dauid,& dixit: Nunquid vox hæc tua fili mi Dauid? Alium ille vocauerat, alius reſpondet. Hac arte Princeps prouocatur ad frugem, ne violenter reſipiſcere appareat, ſed de proprio conualeſcere ingenio.

Inde & ſpelunca, vbi ventris onus, vt naturæ iniuria lateret, Rex intrauerat deponendum ipſe Dauid, qui altiùs in ſpecus viſcere delitebat, ſilenter limbum chlamydis mucrone 75.
religioſo præſcidit, 1. Reg. 24. verſ. 5. *Surrexit* 1. Reg. 24. 5.
ergo Dauid,& præſcidit oram chlamydis Saül ſilenter. Cur & acies ſilet, nec in fuga purpuræ crepat? Ne Regem, etiam dum vigilem, adhuc de vapore inuidiæ dormientem, gladij ſtrepitu proritaret. Ergo ab ſpecu egreditur cum trophæo, properúſque coram Rege ſe ſiſtit, verſ. 12. *Quin* 1. Reg. 24.
potius, pater mi, vide & cognoſce oram chlamydis 12.
tuæ in manu mea: quoniam cùm præſcinderem ſummitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Qualis hæc diligentia, nonniſi de ſonitu fimbriæ, oréque propriæ oræ Regem inuidum excitare? Proceſſit fœliciter. Non vult iniquus niſi de proprio, à grabato vitij reſurgere, nec paſſionem ab alio extorqueri, ſed ex inſtrumento proprio deponere. A ſuæ chlamydis ora conuoluit, qui impulſum recuſabat alienum. Cùm in manu Dauidis ſuæ chlamydis ſegmentum aſpexit, gratos oculos retulit inimico, partem ſui in manibus amans hoſtilibus. Placet cuique nonniſi ſuo modo, & iuxta indolem naturæ deuinci gratúſque ſeu moritur, ſeu reſurgit; ſi vel cicuta propria eſt, vel ipſe ſibi amuletum immiſcuit.

76. In Sarepthæ filio, quem fatum intempeſtum eripuit, figura peccatoris occubuit. Vt redderet luci Elias, ei de ſuo lectulo viuacis tumuli præparat formam, 3. Reg. 17. verſ. 21. *Et expandit ſe,* 3. Reg. 17. 21.
atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominum,& ait: Domine Deus meus: reuertatur, obſecro, anima pueri huius in viſcera eius. Cur non puerum compellat ad vitam, nec ſtrepitu prouocat, vt reſurgat; ſed proceri corporis granditatem in paruuli lineamenta condenſat, organáque viuentia refricat ad organa mortua,

mortua, defunctisque palpebris, orisque exanimi pupillas viuidas, redundánsque spiritu os, ad mensuram vsque, viuus cum defuncto coagmentat? En è gemino vnum, en ex vita mortéque tertium; subtus pallor, desuper vigor. Sed creuit puerulus post occubitum; seu grandis, qui sic se angustauit, decreuit. Peccatoris agebatur emblema. Nonnisi de forma sua, moduloque figuræ appetit suscitari, nec deforis vitam strepentem haurire, sed quasi suapte idole & de proprij situs acumine, normâque & figura resurgere: vt blandiatur sibi etiam de vitæ sorte, cùm sine vita est, séque potuisse adhuc exanimem leuare, cùm iacet. Ne Propheta vt Propheta, sed vt defuncti puerili imago typum peccatoris animare crederetur ad vitam, non passus est puer stante Elia, & innitente in sui corporis quantitate, in lucem euocatus restitui, nisi priùs vates in pueriles artus se arctaret, formámque defuncti exhiberet iuxta organum vnumquodque dimensus; vt aliquid pueri, saltem cadaueris ostendisset figuram, cùm de mortis ditione ob hospitij mercedem viduæ pignus charissimum eruebat.

77. Nec procul adest Lazari exemplum, vbi, qui inceperat in Sareptha puero, adoleuit in adulto viro typus spectatissimus peccatoris. Nisi
Ioan.11.43. quòd Dominus non silente prodigio, sed elata voce clamauit, Ioann. 11. vers. 43. *Lazare veni foras.* Ostendit quòd Dominus diffidebat à seruo: hic non nisi toto corpore negotiante, nec nisi paruulo vitam in exordio dereptam ob hospitij sortem restituit; Ille solius vocis verbere sine sumptu, & cum imperio herili, quasi effœto iam in vita donauit. Sed expecta v. 44. *Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus institis, & facies illius sudario erat ligata.* Cur ad vitam resilit morte vestitus, nec funesta spolia sepulchri dereliquit in cauea; sed cui facies erat viua, personam mortis in funebri velo ferebat? Cur vitalis, alacrésque lucis impetus rediuiuos non detexit oculos fermè iam post incursum vitæ nictantes, nec vincula feralia dissoluit? Vt gratior ei esset è funereis tenebris ad sortem luminis suscitatio, quæ sub ipsius mortis modulo & figura contingeret. Vt haberet aliquid suum peccator resipiscens ad vitam, non deseruit in tumuli vestiario lugubria cadaueris ornamenta, quasi secum portans, quo viueret, suæmet cinereæ pallidam imaginem pœnitentiæ. Inde Dominus adstantibus dixit: *Soluite eum, & sinite abire.* Imò semet soluat; institas, ligamináque discutiat, vt expeditio compedum sibi sit placidior & gratior, quæ de propriæ manus veniat industria. Quòd si soluitur spectatorum officio, illi manu ducant, ne cruribus de catena mortis dolentibus adhuc cæspitet per planitiem, nec recordetur semitam, quam vmbra lethalis abraserit à memoria. Verùm non signatur, quibus Dominus indixerit solutionem. Ipse Lazarus, vtpote viuus, forsitan celeriori ligaminum explicationi profecit, quem puderet, à sodalibus ad vestigium adiuuari formandum, nec plurimi ducere lucis vsum, nisi ipsemet organa vitalia, expeditique corporis vertebras sine pædagogo, exteróque adiutore exerceret. Gradus ille medullitus placet, quin nullo nititur scipione, nec eruditus, sed ingenitus est. Nemini est odiosum, quod suum. Nullus, qui cæteris, sibi fœtet. Præligit quis claudicare de proprio, quàm de alieno pergere liberaliter.

Nec prætereas solertiam Prophetæ Nathan. 78.
Rex triplici se flagitio polluerat; nunquam sine pedissequis graditur incomitata libido. Vtrique thalamum vitamque post coniugem eripuerat, postquam e solario in nefarij tori cecidit vmbram, populóque scandalum fecerat, vt post casum Principis ille caderet. Ingreditur Vates, vt purpuratum Vatem in pallorem redigeret pœnitentiæ; & quasi adhuc eum amasia dormiret, veritus nihil proficere si regem directa voce à sopore excitaret illecebræ, ingeniosum apologum meditatur, vt suomet libito Rex euigilaret à somno, æstimarétque lucem quà de proprij iudicij diligentia repertam. Ergo piè defingit ereptam à pauperculo ouem, quam emendicato numero stipis, vt minus erogaret, recentem emerat, & de reliquiis egestatis nutriuerat. Tunc Rex quasi tribunal ageret, in prædonem
succensus tulit sententiam 2. Reg. 12 vers. 5. *Iratus autem indignationem David aduersus hominem* 2. Reg. 12.
illum nimis, dixit ad Nathan: Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum. Tunc ille: *Tu es ille vir.* Vt quid flexuosis ambagibus Regem pupugit ad iudicium, & sub ouis vellere se contexit, vt obiurgationis sonitus blande in mollitie pilorum eliderètur? Opportunè processit. Esset Regi placidum blandimentum suimet iudicem apparere, pœnámque ab arbitrij proprij tribunali prolatam pectore iucundo subiret; quasi non alterius ope, sed vernacula solertiâ tetigisset sortem salutis. Impensè sibi complacet, quod sibi in furto libidinis displicuisset, primúsque incepisset dolere, & decernere de supplicio, dum nonnisi suo plecteretur suffragio. Sic age quisquis peccatorem in flagitiis rigentem emollire gestis & flectere. Fac vt semet compungat non extero stimulo, nec pungas tuo, ne calcitret, & peregrinum adultera pœnitentia doleat acumen.

Prodest & virtutibus ars. Ingeniosa nimis est, quæ scit, fortiter & suauiter peccatorem domare.

SECTIO II.

ARTIFICIOSA virtus sine nucleo est, 79
non medullâ constat, cui incidet persona pro facie. Quæ non spuriâ, sed natalibus claret, ingenito purpurascit colore, odit fucum, lucémque natiuam gestat in cute. Verùm & virtuti proficit ars, licèt non ad sui generis polituram, vt hostilia vitia detriumphet. Nullum sine machinâ in sydera ædificium assurgit. Prodest ingenium & in cælum conti. Adeò peccata, artefactáque mundialibus perplacent, acumináque architectæ manus blandiuntur, vt & arte sine ad obsequium pelliciendi virtutis, & industrio, polymitóque sagacis solertiæ textu captandi. Vt cicures draconem, sui imaginem cogis resilire è crystallo. Vt Tigrim velocissimam orbes sobole, fœtum numerosum de specu furatis, & cùm se fœta inuenit desolatam, præcipiti vestigio sectatur odorem. Tunc frementis rictui è catulis vnum dimittit, quem ocyor ad cubile reducit.

Iterum

iterum atque iterum vix præ velocitate pedibus puluere prægustato, ad alterius morsum peruolat illa, retróque ad specum recurrit, donec prædatur, licèt numero catulorum minuto, tandem cum reliquis ascendit. Nulla ditiùs fera fremit in sylua; quam non ars duxerit in mancipium. Pugnax & trux bestia peccator est, arte domandus: volucris est pennata, nubes ambiens, aëreóque remigio subnixa, visco illicienda est, seu subdolo cantu sodalis. Nunquam magis artificium proficuum, sacratiórque dolus, & ingenium viuacius, quàm quo sceleratus leniter, sed fortiter vrgetur ad frugem.

80. Holofernes creditur recubare cum puella, luxúmque & ingluuiem dormire; quid cubicularij agerent officiosi, cùm impendat hostile periculum; nec apta sit tenera delicatáque Venus Martis obdurari fragori? Principem excitare verentur, ne maiestatem offendant monitionis impulsu. Ergo artem, vt euigilet, meditantur, amentque placidum sibi fucum, etiam in clamoris figmento. vers. 9. *Venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret.* Qui per condita lyæa, vndantésque crateres fuerant Domino artifices somni, nunc per streporis industriam artifices emoliunt vigiliæ. Stolidus nimis & socors est, qui artem soporandi, & non excitandi percalluit; insipidus valde, qui docere nouit peccatum, dedocere non nouit. Nulla liberalior est ars, quàm quæ erudit de animi libertate; nulla seruilior, quàm quæ meretorio quæstu in vitiorum prostibulo liberum hominem erudit ad mancipium peccati. Stigmata inurere, absque nimio artis sumptu, quilibet de ferraria fornace scit; abradere sine cutis iniuria, nonnisi ab artis diligentia contingit.

81. Anne & in cælestibus ars, vt iniquum Angelum industriæ domaret? Sanè Cherub ille protegens in draconem squamatum metamorphosi superbiæ conuersus, simul in speculo obiecta imagine cessit & cecidit de supernis, Apocal. 12. vers. 7. (Apoc.12.7.) *Et factum est prælium magnum in cælo: Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius: & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo.* Quibus armis Aristarchus hic præliabatur? Quo mucrone loricatum terebrabat corium draconis? Nominis semet. Coram, se obiecit serpentino inimico, vt ille velut in speculo, horrendi monstri desilientem adspexisset figuram, & in speculari viuidaque Deitatis imagine, quam ille peruersè cupiuerat, se in draconem miserè (Dionys.) conuersum videret. Sanè diuinus Dionysius Angelum sic descripsit: *Imago Dei est Angelus, manifestatio occulti luminis, speculum purum, clarissimum, incoinquinatum, suscipiens totam (si est conueniens dicere) pulchritudinem boniformis Deiformitatis; & mundè resplendere faciens in seipso bonitatem silentij, quod est in abditis.* En igitur ars vincendi draconis. Cur Michael deligitur in victoriam? Vt scilicet nominis, speciei, speciosique formæ, Luciferum loquendi nitidum conterat in silentio vocali. Blaterauerat ille: *Ero similis* (Psal. 14.14.) *Altissimo.* Michael in vocabulo fert: *Quis vt Deus?* Ergo speculum munditissimum erat, ingenuo penicillo cælestem imaginem repræsentans; boniformisque Deiformitatis pulchritudinem exhibens. Ergo in Michaele, vt speculo suam respicit turpitudinem draco, & ob fœditatem deformissimi vultus, verecundus abscessit, nec iam ausus est effutire, quietémque turbare silentij, cùm silentij bonitatem in Michaelis nomine non tantùm auribus, quàm oculis auscultarat. Lucifer enim fuit, qui nefario strepore primus temerauerat cæleste silentium, dum sacris satellitibus mutis, etiam in cordis abdito perstrepere ausus est, Isaiæ 14. vers. 13. (Isai.14.13.) *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, &c.* A venefico sacro sapienter incantatus obmutuit; profuit & cælestibus ars.

82. Saül per liuidum ostium inuidiæ, Dæmonem agitantem admiserat, semitámque constrauit ingressui de flammeo duróque silice pectoris in Dauidem. Sed ille canoris fidibus psalterio modulante, sonoróque neruorum spiramine malum Regis spiritum incantabat 1. Reg. 18. v. 10. (1.Reg.18. 10.) *Post diem autem alteram inuasit spiritus Dei malus Saul: Dauid autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies.* Qualis hæc ars, agere citharœdum & psaltem, vt prauus spiritus desereret energumenum? Ingeniosa nimis. Quoniam tripudiantes fœminæ in tympanis & sistris cecinerant, vers. 7. *Percussit Saul mille, & Dauid decem millia,* (1.Reg 18.7.) inuidentiæ furor irrepserat in Saülem, & à cantilenæ crepitu tactus, dulcem harmoniam in absynthium iracundiæ conuerterat, canorósque modos immodicè causabatur, donec per fœminei accentus spiritum, spiritum malignum ebiberet. Ergo Dauid canit & pulsat, vt morbi causam & dæmoni, & homini, simili concentu monstraret, & vtrumque puderet, à cantus suauitate insuaues & truces iras in beneficum concepisse. O artificium nobile cicurandi furentem, pandere occasiones inanes, iræque fomitem de leuicula lana, seu euanido puluere aëreísque cineribus efformatum.

83. Nec Dauidis coniux, vtpote artificiosi mariti, artem illudendi ignorauit. Saül iam sibi generum connubialique affinitate propinquum occidere gestiebat Dauidem; satellites mittit, vt è medio tollerent, etiamsi filia Saülis jamiam medium eius inerat per coniugium. Quid tunc sagax fœmina. 1. Reg. 19. vers. 13. (1.Reg.19.13.) *Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius & operuit eam vestimentis.* Quæ calliditas hæc? vt deluderentur lictores; molliretúrque ab scopulo inuidentiæ Saül, Dauidis lectulum de caprarum stragulis sternere, culcitrámque vellere piloso contegere, vbi caput viri recumbere assueuerat. O ingeniosæ fraudis architecta coniux! Hoc artificio ostendit, quàm aduersus maiestatis decorem ipsiúsque superbiæ superbiam esset, in pastorem arma capessere, qui ductandis capris assuetus, pelliceóque, & piloso sago vestitus sub dio noctes transigebat in aruis, nec nisi pastoritia pera fundáque & lapide, vtpote de paupertina suppellectile, armarióque ouillo vastauisset gigantem. Vt memor esset Saul verborum, quæ cùm primùm agnouisset Dauidem, protulerat ille in suæ vtilitatis indicium, 1. Reg. 17. (1.Reg 17 34.) vers. 34. *Pascebat seruus tuus patris sui gregem.* Stemmata & insignia, pilosam nempe caprarum pellem ad lectuli caput apposuit, vt erubesceret potentissimus Rex, cum infirmo ouilis pædagogo pugnare. Hac arte & columitatem pastori, & pudorem detulit Regi.

Gedeon à Numine instituitur ad victoriam, 84.

vt

vt nonnisi ingenio funderet Madianitas. Ibat ille numerosis phalangibus cinctus; sed Dominus, vt non robore manus, sed industriæ acumine hostes stolidos detriumpharet, deponere iubet agminum ingentem tumultum, solósque deligere, quibus ars insederat & solertia. Iud. 7.
Iud.7.5. vers. 5. *Cúmque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proiicientes lambuerunt aquas, trecenti viri.* Cur ad pugnam præeligitur, qui priùs laticem fudit in os, quàm corpus in laticem; qui de vola manus scyphum instituit, naturalémque cyathum ab organo digitorum inuenit, & in palma ingenitum poculum? O melior figule, qui sine fornace, & spiritu potus vsibus de cute vascula modularis; aptus eris, vt fictilibus hydriis reciprocè inter se collidentibus conteras Madianitas.
Iud.7.16.20. Sic contigit vers. 16. *Diuisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenásque vacuas, ac lampades, in medio lagenarum.* Et vers. 20. *Cúmque per gyrum castrorum in tribus personarent locis & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades.* En sibi adsonè respondit ingenium. Qui antea in flumine de manibus fecerant hydrias, digitisque modulantibus dexteras in calices efformauerant; bene iam callent eisdem manibus hydrias tractare, alterutrimque confringere, vt arte, nempe architecta manu infringerint turmas hostiles. Cur sub lagena lampas reconditur? Si lucernam collocare sub medio, stoliditas est, erítne sapientiæ calliditas occultare sub hydria? Erit vtique, si manus ingeniosè procedat. Quæque ars profligandi inimicum, abradendíque vitium luminosa intrinsecus est. Etsi videatur de figlina venire, fert in viscere lampadem, qua illuminet, & eliminet hostem, & sub cute fictili, scintillas excutit ad virtutis victoriam.

Vers. 12. Intrate & excitate illum; quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium.

Vers. 13. Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit, ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire.

Nequissimum est vnum malum altero tollere, vitióque per vitium mederi. Bis est peccator, qui peccatum abradere gestit peccato.

Sectio XII.

85. Pessimum est, malum vincere malo, vitióque perimere vitium, sicut venena expiare venenum, dolorémque pristini vulneris recentiore vulnere temperare. Pluries passio passione addita curatur; sed numerosiùs patitur qui cum vnam nitebatur propellere, iam duplicem fert. Nec sanus est qui de morbo venit in morbum. Non exuit ægritudinem, sed mutauit speciem. Quid prodest hydropico hydrias exhaurire post hydrias, si quocumque poculo bibit sitim, & post humectatas fauces arescit? Lympha nuper sparsa fornacis æstum industriis aliquantulis cernitur suffocasse; sed paruo interstitio, victricis flammæ ardor recrudescit ferociùs pugnatiúsque sub contrario scintillat. Hostes multiplicat, quisquis vt hostem conterat, hostem trahit. O quoties, vt mortem quis euadat, vadit in mortem, infidelémque vitæ vadem, nempe periculum, sibi prouocauit in opem. Vt domus incendium sine pustula & vstione incolumis exeat, se dedit è fenestra præcipitem, silicémque diluta respersit medulla, ne recocta aresceret inter flammas. Ne naualis agminis seu pilam seu machæram subiret, è puppi se proiecit in vndas, eluere satagens periculum cum periculo, & cui breue feretrum esset nauis, in freto reperit mausolæum. Sic sunt, qui vt vnius cupidinis fluctum eluant, in alterius fluctum se deuouent, & de vitij scopulo in vitij scopulum alliduntur, sicque variant naufragij infortunium, non perdunt. Accidiam quis à desidioso pectore dirimere nititur; ludit: Veneris igniculos mitigare; irascitur: epuloni illudere ventri; ad comœdorum & histrionum scænica diuerticula properat, vt gulam mactet cultello lasciuiæ. O medici mali malorum! receditis cum medela peiores. Nullus est, qui vitioso vlceri pharmacum virtutis apponat; omnis, qui scabiei prurigini noua prurigine medeatur. Sicut scabiosus vnguibus se ingiter scalpit, negotiantibusque digitis pro salute, manus à manu lacerata fatiscet.

Vt excitarent à libine Ducem, ipsimet lenones accedunt, sed nonnisi instigantes furorem, quo Bethuliam impeteret, commutauistéque luxuriam pro ira vers. 12. *Intrate & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium. Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam: suspicabatur enim illum cum Iudith dormire.* O aulicorum noua religio, Principem à thalamo voluptatis eruere, vt deserat brachia puellæ, nec robur eneruaret in luxu. Anne virtutis fuit castitatis amica? Imò non vt virtute, sed vt vitio vitium eluerent, eruunt incubantem à toro. Vt ardor iræ libidinis ardorem extingueret, temperarétque flamma flammam, Ducem ad vindictam acriter contendunt, allecti his pharmacis passiones mitigare Aristarchi. 86.

O miser sutoriæ artis magister Adame! carpsit è ficulnea pomum inhibitum, illicóque carnis carpitur igne, prouocantiáque in malum membra præsensit. Nudum se conspicit ob flagitium, quem candor innocentiæ amiciebat sine pondere vestis. Continuò subsiliit motus nefarius; hac veste luxuries induitur, nuditate. Vel prima castitas sine operculo languet. Ergo foliis ficus lumbos præcingit, ratus indiscinctà zona per sua organa libidinem respirare. Gen. 3. 87.
Gen.3.7. vers. 7. *Cúmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Bonum medicamen de peccati reliquiis mederi peccato, piaculúmque piaculo condemnare. Si ficum deglutiuerat, parcat & foliis. An tabidi canis morsum sustinuit, qui pilos à mordente reuulsit, vt de vulnerantis portione vulneri succurrat inflicto? Momorderat ficum & à ficus morsu contabuit,

buſt, arboriſque comam ſollicitat ad leuamen. Verùm te feſelliſti, medice infœlix. Pruritum ſedare contendis; ambiſque folia, quæ duriùs vellicant ad pruritum. Pungant quidem aſperè & vtiliè ficulneæ frondes, ſcalpúntque cutem, irritántque calorem. Cur hæc tibi ſubligacula adaptas, ignémque igne cauterii mitigare? nec de morte cogitas, quam voraſti, ſed genitalem ſobolis protegere fontem? Sic ſe feſellit, qui non pœnitentiæ, ſed alia criminoſæ ficus portione crimen deponere ſatagebat. Quod intus comederat, foris explicuit, ratus quaſi regyrata pelle depranſo ſtomacho tuſſi medendam, cùm per vmbilicum præcinctum, ficum videretur egreſſuſe inter folia. Sanius eſſet, ſi doluiſſet nudus, quàm ſic veſtitus pompam viridem prænaricationis deferret. Meliùs Dominus frondeſa ligamina amouit, pellibuſque mortalibus veſtiuit vtrumque; audiens nonniſi vnguento è contriti puluceris, memoriæque mortis pigmentis conditu a criminis pigmentorio dolore; medendum fuiſſe gulæ & libidiniſs ægritudini, verſ. 13. *Fecit quoque Dominus Deus*
Gen. 3. 13. *Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas & induit eos.*

88. Prodigus ille, qui præpropetâ fruendi cupidine cenſum extorſerat a parente, protinus abiguntus, & inter proſtibula diſſipauit. Parauit ſibi libidinem in œconomum; & ſubſtantiæ vtriuſque ſenſit diſpendium, diuitiarum videlicet & moxmorum Luc 15. verſ. 13. *Diſſipauit*
Luc. 15. 13. *ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè.* Quid ageret adhuc licet abſque ſenſu, prodigus voto? Prodigalitatis vitium propellere nititur. Quo?
Luc. 15. 15. Auaritia, verſ. 15. *Et adhæſit vni ciuium regionis illius. Et miſit illum in villam ſuam, vt paſceret porcos, & cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis; quas porci manducabant: & nemo illi dabat.* Cur ſic ventrem mactat inediâ, & qui ſiliquas porcis diſpenſat, non ſibi nec baccam vnam, vt conſumat porcis, reſeruat. prendat manu, brachia porrigit ilex; nolit ne pingueſcere ſues; auido & famelico pædagogo. Recidit in vitium è vitio, tranſiliitque medium; cum prodigalitas non auaritiâ, ſed liberalitate curetur. Vt nitidum gregem, iumentáque & adipe obſeſſum hero deferret, maluit ſe macrum & gracilem; ventrem macerauit inediâ, vt forſan ſtipendium Dominus duplicaret. Non fuit abſtinentia, ſed error, ſe famelico, heri ſaginare ſubſtantiam, qui ſubſtantiam patris ad licentiam prodigalitatis auulſerat.

89. Annuunt dæmones Domino imperanti, quò ab energumeno receſſiſſent; humanique corporis vas ab ſpurco pondere liberarent; ſed quaſi pro viatico petunt, Matth. 8. verſ. 31. *Si*
Matth. 8. 31. *eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.* Annuit ille; *& exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis.* Benè pœnitet dæmones, hominem, cui inſederant, contriuiſſe, qui vt furorem extinguant, cum hominis ſubſtantiâ in aquas præcipites immerguntur. Qui homini pepercerunt, in hominis gregem deſæuiunt, cenſúmque diripiunt variato, non depoſito, vitio. Se in fluctus præcipitat ignes cæteros, quaſi inter vndas, quem in hominem conceperat, ignem iracundiæ luiſſet, ſed reliquias hominis ſecum ſuffocat. Quippe vitioſus non ab igne tendit in aquam, vt flammam temperet, ſed vt genus criminoſæ mortis immutet, cum ad diſpendium vitæ idem ſit ſeu fumo ſuffocari, ſeu vnda.

Epulo in fornace inferni torrebatur; ſupplex ad Abrahamum exclamat, Lucæ 16. verſ. 24. *Pa-* 90.
Luc. 16. 24. *ter Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Quid proderit laticis guttula igneo profluuio? Imo aſperſus rogus feruentiora volumina ciet, & quaſi aſperginem humoris præſentiat, ſtridulis ſcintillis reſpondet. Creſcet, ô tu, hæc flamma tam modico imbre perfuſa. O nunc tibi auarus, qui ſub luce Lazaro fuiſti; extremum digitum humectatum depoſcis: diutius cremaberis ſic intinctus. Studebat hanc flammam noua flamma domari, & qui ob auaritiam ardebat, vitium transferre in inuidentiam. Inuidit Lazaro, quòd in molli ſinu, pietatiſque ſtragulis recubaret, & ad beatitatem deſcriptus luminis quietem expectaret in quiete. Ergo vt ab hac, quam accenderat auaritia, ſe flamma diſcuteret, alteram non amoris, ſed liuoris vtique meditatur; mitius ſibi ſuſpicans fore, ſi pariter vreretur cum Lazaro.

Verſ. 14. Sed cùm nullum motum iacentis ſenſu aurium caperet, acceſſit proximans ad cortinam, & eleuans eam, vidítque cadauer abſque capite Holofernis in ſuo ſanguine tabefactum iacere ſuper terram, exclamauit voce magna cum fletu, & ſcidit veſtimenta ſua,

---

Peccator quò peccatis conſtat pro membris, in membro quolibet portat ſalcem, qualibet parte videatur, agnoſcitur. [illegible]

SECTIO XIII.

91. CADAVERIS, & in vitiorum voluptates ſentinâ, etſi caput obumbrat, agnoſcique vt totâ ſo ſe vſque ad [illegible] ſuis ſubmergit, à cætero corpore [illegible]. Non eget lineamentis faciei, iudiciſque forma qui ſit. Etiamſi truncus, ſummus pes aut manus æqualiter maneat in cœno, ſeu venter tetapri compareat, integer innoteſcit. In quocumque membro baiulat [illegible], quam turpis libidinis penicillus deſcripſit. Bruta etenim naturæ ferme ſimili conſtant figurâ, nec diſcrimen ferunt capite. Nonnulli macula, variegatæ pelle, ſiue caudâ populoſa, aut inueſti alterum diſcriminatur ab altero. Humanæ ſi cæterum indoles animi per organa ſenſuum, geſtu diſſimilia diſtinguit, & cum eius in capite vigeat vigor, in vultu proditur differentia. Cæterum qui rationis expers carnalium adipe voluptatum rationem condenſauit in corpus vbique carnis præſentiſſimam ſui ſpectantibus repræſentat figuram, & adhuc in pelle, artúumque corio genas, & frontem, totámque

que sui exprimit formam. Quippe qui brutescit moribus, vbilibet corporis per criminis stigmata & notas, sicut vellus à vellere, bos à bone, discriminatur à reliquis. Seruus cruribus & à brachiis inuritur, totúsque inscribitur cælaturis & de iniuria stigmatum nomen audit; *stigmatias* nuncupatur, quia est scriptionémque sui in membris, vt membranis, promit legenti. Nonne sat ei facies, vt à familia cætera discernatur? Non in censu hominum computatur, facítque numerum cùm equis, canibus, & felibus domini: animata suppellex est, & quia res mancipi, nedum rationalis habetur. Quasi animi impos, totum gestum in quocumque membro producit. Sic est & mancipium peccati: domini, cui seruit, cælaturam portat in artubus. Stigmatias est; quáque parte videatur, agnoscitur.

92. Mutilus & truncus iacebat in cubili Holofernes: tulerat Iuditha figuram, faciémque diduxerat in Bethuliam; & tamen illicò à cubiculario corporis sine imagine & vultu dignoscitur, vers. 14. *Accessit proximans ad cortinam, & eleuans eam, vidénsque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacere super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua.* Si sine capite corpus est; rimare vlterius, angulos cubilis vestigia, tabernaculi examina penetralia: tabes ista, sanguísque concretus, & vndantia membra in cruore, forsitan alterius erunt; vnde diiudicas Ducis esse, cùm facie, quæ discernat, non cernis? Erat eunuchus, corporis herilis familiari obsequij licentiá vestigator & custos, deorsum ab humeris callebat Holofernis figuram; ventrem & manus, sine faciei indice discretione agnoscebat; his epulo luxuriosus & irascens constabat, cui caput inerat quodque membrum. Venter & apendix libidinis focus, salacis & helluonis facies est, manet adhuc sine capite totus. Spiritus criminis per hæc organa perflat. Est est integer Holofernes, non fallitur Vagao, sanguis tabidus in luxuriæ foco recoctus, neruosi lacerti tumulis venarum sulcati pro stigmate notissimo sunt, ferocem & lasciuum Ducem iacere, à quo cùm absit caput, facies non abest.

93. Sed attende, quòd caput Holofernis è murorum pinnis suspensum non diiudicarunt excubiæ, & licèt oculos intenderunt, illos prætetiit formæ Holofernianæ notitia, supra v. 7. *suspenderunt super muros caput Holofernis, quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis concurrerunt.* Non te pungit tam insolens nouitas? idem, qui non à capite, cognoscitur à corpore trunco, quasi oris lineamina, inferiora successissent in membra, faciésque aufugisset à facie, species à vultu, & in corpus cæterum refugisset. Quid? In corporis mancipes carnaliumque criminum deditiij, qui rationem è capite in calcaneum detrudunt, solúmque sibi de sensoriis, & fistulis voluptatum blandiuntur, situm ingenitum mutauerunt figuræ, vt in deliciarum organis imaginem libidinis gestent, ibique propriam imprimant faciem. Choragus non solùm vultum solicitat obtegere laruâ, sed in humeris & thorace fucatas & speciosas personas suspendit; quin & in occipitio, & scapulis, vt totus sit facies, vbilibétque præferat gestum, qui de gesticulatorio quæstu meretur. Personatus est vbique peccator, qui nonnisi de fraude compingitur, & cuiusque vitij formam vnicuique membro defixit.

Ad Rom. 6. vers. 19. *Sicut exhibuistis membra vestra, seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.* Nonne sat vnum corpus vni vitio seruire? Cur in vno corpore tot sunt serui, quot corporis compages & vertebræ; mancipiorúmque numerus ad numerum membrorum resultat? Ita est; non vnum Dominum promeretur, qui per vitia dissipatus diuini imperij excutit vnitatem. Rapacitati manus inseruit, iracundiæ iecur, libidini lumbi, stomachus gastrimargiæ, supercilia elationi, frons superbiæ, coma luxui, labra conuitio, oculi omnibus. Quòd si seruus multiplex viris est, vniuscuiusque heri vnumquódque gestat stigma, tot est faciebus variegatus, quot membris? quo in vitio eminent, hoc in membro cognoscitur, à cæterísque discernitur flagitiosis. Cur non virtus suo numero constet, faciésque membris imprimat de suo choro? Inde Apostolus admonet; turpi deiecrato seruitio; insignire membra de nobili, in meliúsque seruitutem mutare, vt quódque membrum suæ herilis virtutis stemma sibi cælet & vultum, eius exemplo, qui iustitiæ mancipatus dicebat ad Galat. 6. vers. 17. *De cætero nemo mihi molestus sit? ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Stigmatias est Paulus pluries, non semel, numerosúmque mancipium in membris; vt seruorum gregem exhibeat in vno, & in animæ ferculo purpurata initia tot seruis, quot artubus baiuletur. Non stigma, sed stigmata fert, vt cuius sit, legatur vbilibet, & quis sit, faciebus insertius alterutrum è tergo aut è fronte spectatoribus innotescat.

95. Scis in Nabuchodonosoris statua, quam omne genus compingebant metalla, seu notari vitia seu regna. Daniel. 2. vers. 32. *Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porro venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam fictilis.* De regnis commentatur Propheta spectrum ingens, à se continuò diffidens, cum descenderet, imperium Babylonium in auro, Persicum in argento, Græcum in ære, & in ferro Romanum. Verùm si sine capite tria, quo vultu inter se dignoscuntur? Cuiusne brachia nullius oris lineamentis tornata nomen exhibebunt & formam? Etsi ventri pro labris & ore vmbilicus est, si vultus deficit ad indicium, cui signate poterit adrogari? Quorsum integra Monarchia suris indicibus agnoscatur, seu ex suffraginis modulo, seu ex tibiarum ad gressum modulandum concentu? Vnde ex pectine pedis, seu ex calcaneo, quæ prouincia indicitur, percallebis? At si eisdem statuæ typis ponderosísque organis, quibus vitia, regna signantur, habet vnumquodque membrum suam faciem. Etsi simulacrum vno tantùm capite constet, tot sunt ei capita, quot portiones. Caput illud aureum, huimet caput est, non membrorum. Etsi statuam ingules,

Rom. 6. 19.

Galat. 6. 17.

Dan. 2. 32.

iugules, & in artuum ſegmenta dilanies, acſi ſpeculum confregiſſes, facies ſua è qualibet ſectione reſilict. Protheus eſt vitiorum ſtatua, niſi quòd non mutet, ſed multiplicet facies. Habet & ab vngue cognoſci leo, vulpecula à cauda, aries à fronte, ab vngula bos. Quas natura imagines informibus brutorum partibus dedit, membris peccatoris figit iniquitas.

96. Pluries in ſuperioribus me rapuit Iezabelis excidium. Non vna facie, quam efinxerat natura, contenta, plures, quot luces erant, de fuco meretricio pingebat, in diéſque de altera tranſibat in alteram, vnguentariæ phialæ beneficio. 4. Regum 9. verſ. 30. (4 Reg. 9. 30.) *Porrò Iezabel depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram.* Sed quà libitò miſerat faciem, violenter dimiſit & corpus, ab aëréque nudabili, præceps ruit, quæ, vt nuda proſtitueret membra, de mundo muliebri caput immundum priùs oculis nudauerat per feneſtram. Si pars incipit, corpus integrum proſtituitur, libido, quæ cœpit, iam tota eſt. Dixit Iehu verſ. 32. (4 Reg. 9. 32.) *Quæ eſt iſta? Et inclinauerunt ſe ad eum duo vel tres eunuchi.* Cur à facie Iezabel ignoratur, nec niſi eunuchus indicat; quoniam ſit? An quia depromebat alteram fucus? O pigmenta inuidioſa naturæ! ignotas redditis, quas iam non ingenita forma, ſed ſcortandi officium edit notiſſimas, famoſas. Nonniſi eunuchus, quam non poterat turpiter cognouiſſe, dignoſcit, vtpote qui cubicularius corporis, & proſtibuli pædagogus. Si eunuchus cognoſcit fœminam luxurioſam, ſuam vtique faciem geſtat libido; non à forma, ſed à quæſtu cognouit, à munere, non à geſtu, quæ cùm ſcortaretur artubus vniuerſis, cuſtodi corporis, quoquouerſum poterat innoteſcere. Tunc Iehu, verſ. 33. (4 Reg. 9. 33.) *Præcipitate eam, inquit, deorſum.* An vt faciem obtegeret in ruina, euentilatiſque crinibus, comæque velamine obnuberetur? Sed & canes poſt contuſum cerebrum, & in ſilice vultum eliſum, cæteris in membris impudicæ calluere figuram, in ſalacémque rabidam ſalaces rabidique irruerunt, nec titulo capillorum parcentes, vſque ad commiſſuras caluariæ crinium ſyluam proconuiuij (4 Reg. 9. 35. 37.) deuorarunt bellariis, v. 35. *Cùmque iiſſent vt ſepelirent eam, non inuenerunt niſi caluariam, & pedes, & ſummas manus.* Tandem totum fœminæ funus nonniſi fimus fuit & ſtercus, verſ. 37. *Et erunt carnes Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciem terræ, ita vt prætereuntes dicant: Haccine eſt illa Iezabel?* Vnde, ô peregrini, noſcitis, qualis ſit? Nullus eſt inſcriptus in tumulo lapis, huius ſulcati agri hi tumuli ſunt, ſtercus pro pinguedine glebæ; luxuriabunt ſegetes poſt hæc ſemina. Quæne facies luxurioſam diuulgat? Sat ſunt excrementa olida peccatoris, vt ex odore vultus appareat: ibi forma manet, vbi informis conſtitit, luxus. Abſcedite hinc vinitores, fugite caſti: ſumma manus rapacis Iezabel, extrema ſpurcitiæ laſciuia totum Iezabelis explicat vultum. Timeret adhuc agrum hunc perrranſire Naboth, vbi vineæ prædo, etiam in ſtercore tota eſt.

Verſ. 16. Et dixit: vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Regis Nabuchodonoſor: ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non eſt in illo.

Erubeſcimus ad corporis & honoris iacturam; animi per peccatum infamia nemini, niſi iuſto, pudor eſt.

SECTIO XIV.

IMPRVDENTISSIMA verecundia eſt, non de animi, ſed corporis iniuria pudere. Inuerecundus admodum pudor, ſceleri perfrictam frontem oſtendere, ſed honori vulnerato rubentem; nec faciem de virtutis colore perfundere, cùm percutitur virtus; ſed cùm ad purpuram Reginæ patientiæ quatitur os ſeu alapa, ſeu pugione. Sunt, quibus genarum cutis abraſa, & incolorata perſiſtit, infamato animo per peccatum; genæque ſummâ impetentis manu libatæ, non ad venuſtatis ruborem, ſed ad vltionis ſignum aſperguntur velo coccineo. Ruſſata tunica, quam Græci Phœniceam, nos coccineam dicimus, ſeu puniceum vexillum ex Prætorij faſtigio ſuſpenſum, mutum claſſicum ſignúmque fuit ad hoſtiles impetus ineundos: ſic rubor iniuriæ ad os ſubſiliens, membrorum cuneum concitat ad vindictam. Nunquam de præuaricatione erubeſcimus, ſolùm de honoris punctione confundimur, veſtémque virtutis purpuream, in extraneum vſum furantes imponimus vitio furoris. Eſt, qui lætatur, cùm malè egerit; ſed vel à conciue vel hoſte malè agitatus, medullitus pallet & mœret, ordinem verecundiæ confundens per confuſionis & pudoris abuſum. Flocci æſtimatur animi decus, plurimi pompa corporis & ſtatus. Per crimina laniatus in mente, nedum parcit carnifici ſceleri, ſed blanditur; vix ab vngue cæſus in pelle, vltionis habitum de iracundiæ flammis aſſumit. Roſeus pudor imitetur indolem roſæ, quæ non erubeſcit pungi vepribus, quibus cingitur; ſi manum conterentis ſubierit, in ſanguineum præ immunditiæ pudore inter digitos humorem diluitur, eluens his rubicundis lacrymis turpitudinis dedecus. Habeat & anima malas ſuas, quæ dum malum incurrerint, rubeant; ſuccurrat illicò ad os egeſta verecundiæ propaſſio; obſerpiat integrè, nobilis hæc affectio virtuti. In ſic de peccato confuſum celeſtis veniæ gloria refunditur. 97.

Perſtrepit eiulans tumultu funebri, Aſſyrij exercitus poſt defunctum Holofernem ſecundus, præcipuus eius Adminiſter, eunuchus, verſ. 16. *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Regis Nabuchodonoſor: ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non eſt in illo.* Cur qui pudenda Principi conſulebas, negotiatúſque fuiſti, Holofernis thalamum ad pulchræ fœminæ viſum extendi, omnem erubeſcentiæ ſpem procaci lenocinio abraſiſti; nunc pudorem confuſionémque indicas non ſolùm Ariſtarchi tentorio, ſed & Nabuchodonoſoris im- 98.

perio? Pudet, quòd fœmina caput abstulerit; non pudet, quòd pectus Principis pulchritudinis feribus illaqueauerit, quòd ferocitatem trucis & potentissimi Regis blanditiis venustatis mollierit, solóque oculorum nictu sagittauerit ima præcordia, nullum confusionis dedecus pepererit. Imò confusionem mordicus doleas, quòd belli fulmen Martísque robur à teneræ fœminæ delitiis pulcherrimis contabuerit, meróque perfusus & luxu, è solio cecidisset in torum, animósque & animam pro mercede non habitæ voluptatis perdiderit. Sic est, ô mortales; mortalis boni iactura nos angit, ab inferiore pati erubescimus, quos mortalis mali, quod flagitium incutit rationali naturæ, non mouet inflictio. Eadem fœmina, ad cuius illecebram viri mens tota rationalis occubuit, cum in eius studuit salacissimus Persa brachia procumbere, honor erat & columen, dum sæuissimi animi victrix erat: iniuria & erubescentia est, dum durum caput teneris digitis amputauit. Sic sæculari addicimur bono, quod leuicula stilla est; sic temnimus pondus virtutis æternum, quod supra stellatum fulchra solidi iubaris thronum spondet. Toti sumus in vitro deciduæ famæ: frangimur, dum frangitur vitrum, pretiosum spiritus temnimus margaritum.

99. Errato primo nos primigenius erudiuit ad malum, hæret nobis primus primi hominis rubor ad habitæ fortunæ dispendium. Quem gula nudauerat, innocentiæque subuculam eripuerat, illegitimus pudor inuasit, non quia iustitiâ, sed quia exutus indusio. Genes. 3. vers. 10. *Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quòd nudus essem, & abscondi me.* Nuditas oculos refugit & non vocem, nisi vel frigida sit Aquilonis, vel æstuans Solis. Quid à voce times; non quam præuaricando tempsisti, sed quam membra nuda non sufferunt, & ne cutem penetret, sanguineus rubor denso agmine se effudit in os? *Timui*, inquit, *eo quod nudus essem*; quasi non penetrauerit cor immensitas iudicis, sed superficie stetisset. Ibi verecundatur Adamus, vbi vestem amisit: ibi sine virtutis colore, vt scopulus riget, vbi gratiâ decoloratus peccati fuliginem hausit. Timor seu pudoris proles, seu pater est. Adeò inuasit corpus verecundia iacturæ; vt & pro veste se sufficerit nuditati, & verita sit, nedum ab oculis, sed à voce videri. Sic sic impudicum pudebat, qui & oculos coniugis admittere renuit, cuius non puduit manum pomi baiulam osculari; quippe quòd manducaret, excidium animi; quòd nudus pateba tur, corporis infœlicitas esset. Magis infame est, digniúsque pudore, quòd succumbat lateri caput, quòd in vetitis vit pareat vxori, quàm quòd peruium corpus, vtriusque vnum, coniugis luminibus det; & tamen procax & petulans fœminæ obediuit blanditiis, qui de vindemia frondium, se viderit membra, conuestit. Sed quod magis pungit, magis sanguinem euit: infamiâ corporis punctus. Adamus, suffusus est sanguine verecundiæ. Nondum de præuaricatione compunctus, animam nobili virtutis sanguine non perfudit.

Genes. 3. 10.

100. Isaiæ 47. vers. 1. *Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltrà non vocaberis mollis & tenera. Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina.* Quid est, quòd tot situs corporis à fortunæ altitudine decidenti, omine indicentur prophetico, sedere, stare, natare, ire; tot corporis membra nudentur, nec latibulo inhonesto parcatur, nec sit alicuius priuilegium portionis? Quoniam nulla potest diriùs vrgere calamitas, quam quæ non solùm os, sed & ossa, & membra, lucisque penetrale negatum, ictu verecundiæ confundit. Nec alia causa pudoris indicitur, quàm quòd è fastigio, fauoréque bonorum, quæ ambitiosum circumdant, in infœlicitatis ruerit præcipitium. Sì præcessit: *Descende, sede in puluere*; ne mireris, omnem vestem à ruinæ turbine euentilatam nuda membra deseruisse in opprobrium. Absque indumenti protectione modestâ cadit, qui commutauit altitudinem pro profundo: crus à crure diuiditur, in obnubendum caput extrema pallæ fimbria resurgit, nudátque, quod decebat secretum, cogitúrque ad velum capis syrmatis vmbilicum. Hæc calamitas in maiorem pœnam decernitur; quippe nihil diriùs est homini, quàm in honore, & gloria, denudatóque corpore pati. Ipsummet supplicium nuditas fuit, vt qui non animi iam per vita expallidi, per idololatriam infamis, amissam purpuram verecundè dolebat, sed infortunium status, à culminéque ad puluerem casum; nudo corpore per pudorem sine meritò purpurascet, séque manu verecundiæ cruentaret, irrequietéque verteret situm, sicut vbique fugax, & lucis osor. Quid est illud: *Reuela crura, transi flumina.* Non nudus venter cum suis appendicibus organis, etiam ad delicias balnei, seu propriis, seu alienis oculis spectandus præstatur: debetur & latcibus reuerentia. Nonnisi impudens se in flumine lauare contendit sine subligaculis & cinctoriis, ne integro visu sui inquinetur pariter, cùm abluitur. Sed filia Babylon, vt verecundiam panderet, quam de mundialis honoris iactura subibat, lumbos & crura flumen natatura deoperit, vt simul peccati sui proderet impudentiam, & de amissione sæcularis sortis pudorem. Animam nudauit procaciter, quæ corpus fluctibus operiebat, magis amans corporeæ, quam rationalis turpitudinis tegmen. Si per amentiam sceleris mens despicitur, nec nos conteruit salutis spiritalis dispendium.

Isai. 47. 1.

Quam secus illa pia genitrix, septem filiorum duplicata mater & nutrix, quæ quos ad vitam vulua negotiante produxerat, ad mortem pro legalibus ritibus, pietate obstetricante, vteróque enitente compegit iterum & suscepit. Sic dicebat soboli iam laceræ, iam tostæ, iam sectæ. 1. Machab. 7. v. 22. *Nescio qualiter in vtero meo apparuistis: nec enim ego spiritum & animam donaui vobis ad vitam.* Deinde se inclinauit ad filium, vt constantiam suggereret ad tormenta, dicens vers. 27. *Fili mi, miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi & alui, & in ætatem istam perduxi.* Quid est, pia mater? Sic partem tui temnis in prole? Agitur hîc inter animam & corpus certamen; dixeras, nec tuis meritis nec ingenio, huic nato animam in tuo vtero contigisse, sed à rerum opifi- 101.

1. Mach. 7. 22.

1. Mach. 7. 27.

ec

ce arbitrióque vitæ manaſſe: nunc te profuiſſe aſſeris compagi membrorum, quorum in volua gerulam te fateris, fœtúmque ab vbere nutriuiſſe, officioſaque manu in ætatis adultæ protraxiſſe prouentum. Ergo plus æſtima, quod tuum fuit, corpus vtique genitum & nutritum; non quod alienum, animam & ſpiritum. Nudatur corpus filij in carnificinæ gymnaſium, erubeſcete in ſobole nudam, compelle carnem porcinam manducare: quid quód animam nec à te, nec tua; dedecus præuaricationis incurrat; ſiquidem corpus & à te & tuum flagra & taurea iam vſque ad palpitantem experitur medullam? O pudoris ſacra magiſtra! Animi infamia, non corporis fœminam pudet, quaſi magis ſuum eſſet animæ donum, quod ſoboli creator infuderat, quàm membra, quæ in eius officina compegerat, ipſáque baiulauerat, & aluerat.

CAPVT XV.

1\. CVMQVE omnis exercitus decollatum Holofernem audiſſet,
fugit mens, conſilium ab eis, & ſolo tremore, & metu agitati, fu-
gæ præſidium ſumunt. 2. Itavt nullus loqueretur cum proximo
ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus, euadere feſtinabant
Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audiebant, fugientes per
vias camporum, & ſemitas collium. 3. Videntes itaque filij Iſraël
fugientes, ſecuti ſunt illos. Deſcenderúntque clangentibus tubis,
& vlulantes poſt ipſos. 4. Et quoniam Aſſyrij non adunati, in fugam ibant præci-
pites: filij autem Iſraël vno agmine perſequentes, debilitabant omnes, quos inue-
nire potuiſſent. 5. Miſit itaque Ozias nuntios per omnes ciuitates, & regiones
Iſraël 6. Omnis itaque regio, omniſque vrbs, electam iuuentutem miſit poſt eos,
& perſecuti ſunt eos in ore gladij, quouſque peruenirent ad extremitatem finium
ſuorum. 7. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum,
& prædam, quam fugientes Aſſyrij reliquerant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde. 8.
Hi verò qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum, attulerunt
ſecum, itavt non eſſet numerus in pecoribus, & vniuerſis mobilibus eorum, vt à mi-
nimo vſque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum. 9. Ioachim
autem Summus Pontifex, de Ieruſalem venit in Bethuliam, cum vniuerſis presbyte-
ris ſuis, vt videret Iudith. 10 Quæ cum exiſſet ad illum, benedixerunt eam om-
nes vna voce dicentes: Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi
noſtri. 11. Quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem
amaueris, & poſt virum tuum alterum neſcieris: ideò & manus Domini confortauit
te, & ideò eris benedicta in æternum. 12. Et dixit omnis populus: Fiat, fiat. 13. Per
dies autem triginta vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorum à populo Iſraël. 14. Porrò au-
tem vniuerſa, quæ Holofernis peculiaria fuiſſe, probata ſunt, dederunt Iudith, in
auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt illi omnia à
populo. 15. Et omnes populi gaudebant, cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus
in organis, & citharis.

Litteralis Commentarius.

Verſ. 1. Cúmque omnis exercitus decollatum Holofernem audiſſet, fugit mens & conſilium ab eis, & ſolo tremore, & metu agitati fugæ præſidium ſumunt. *Vſque ad verſ.* 9.

VERS. 1. *Cúmque omnis exercitus.* Dictum fuit in elapſi capitis calce, Aſſyriorum Principes Chiliarchos nempe, Tribunos, & Duces nihil de doloris indiciis prætermiſiſſe, laceraſſe crines: diſcidiſſe chlamydes, ingentíque vlulatu lugubríque pompa, excecti cadaueris cecinisse feralia. Nunc de reliquo exercitu ſermo ſit, ſiue equitum, ſiue peditum turmis, quos nondum adultus dies è tabernaculis, ſtratiſque euocauerat. E veſtigio rumor funeſtæ cædis per caſtra tetendit, oppleuítque ſpatioſam conuallem, latéque patentem regionem, quam tentoria militaria tenebant. Vnde textus Græcus ait: *Et cùm audiſſent, qui in tabernaculis erant, ſtupuerunt ſuper factum.* Id ideò ſubiicitur, quoniam vna Eunuchi vox, licèt ferrea, linguiſque centenis effuſa, tam ingentium copiarum non poterat aures percutere, niſi increbeſceret illicò per famæ volatum, nunquam expiabile tanti Ducis funus inhoneſtum; nempe corpus cruoris ſui ſordibus tabefactum, abſque capitis nobilitate, iacens in terra, idque fœmineæ manus miniſterio per tectos transfugij dolos, aſtuſque callidi artes.

Fugit mens & consilium ab eis. Vt fugerent
corpore, animo priús, ob exanimem pauorem,
fugerunt, & quas non poterant corporibus alas
addere, vt peruolarent, celeriores vt euola-
ret, menti dederunt. Timor stupor fuit, con-
silium hebetauit & mentem, & quos inuenerat
homines truncos reddidit, vtpote propagines
& milites Ducis, qui iam truncus in tentorio
manebat. Vtrumque formidinis est, mentem
Virgil. nempe consiliúmque fugare 12.Æneid. *Tum ve-
ro amens formidine Turnus.* En mentem abigit vis,
Plutarch. consilium? Plutarchus in Artaxerxe: *Cui præ-
sens formido consilium & summa rerum excussit.*
Xenoph. Quid est ergo illud, quod scribit Xenophon
lib.3.memorabil. Socratis: *Metus facit ardentio-
res promptiores ad parendum, magisque composi-
Stat. tos.* Et illud Statij 1.Thebaid. *Dat stimulos animo
vis mœsta timoris.* Quin *magistrum* nuncupauit
Sil. timorem Silius lib.4. Aristoteles 2.Rhetor.c.5.
Aristot. dixit, quòd metus consiliarios facit. An quia me-
tus in eo distinguitur à timore, quòd hic iam-
iam ad malum impendens, & quasi ante oculos
obuersans, membra ligat, & animum; ille re-
motius periculum præuideat, ac proinde cum
prouidentia futuri, consiliíque maturitate ne-
ctatur? Sed promiscuè vnum solet significare al-
terutra vox. Sanè ordinatus timor, qui in lance
rationis appenditur nec quasi de vapore palu-
stri mentem obstructis spiritibus obnubilat,
consilia resurgere solet, consentaneaque produ-
cere oracula, meditationésque gignere præsidia-
rias. Quare quod de membris corporis, calore
deficiente, detenuat, ex animæ redundátia resar-
cit. Quòd si excedat, nimiúsque sit, frænos ra-
tionis abrumpit, eámque in densa caligine mer-
S.Thom. git, vt vtrumque docet S.Thomas 1.2 quæst.44.
art.4. in corp. Ausculata cum art.2.ad2. *Quando
timor fuerit fortis, vult quidem homo consiliari, sed
adeò perturbatur in suis cogitationibus, quod consi-
lium aduenire non possit. Si autem sit paruus timor,
qui solicitudinem consiliandi inducat, nec multum
rationem conturbet, potest etiam conferre ad facul-
tatem bene consiliandi.* Ad excessum autem ti-
moris hîc in causa fuit insolitus subitaniúsque
S.Thom. tanti facinoris euentus: insolita enim & repen-
tina maximè timentur, vt dixit S. Thomas 1.2.
quæst.42.art.5.in corp. & ex Ducis repentina oc-
cisione proxima & velox tanti exercitus time-
batur strages.

3. *Et solo tremore & metu agitati fuga præsidium
sumunt.* Timor agitat, inquieta vertigine con-
Homer. cutit membra. Sic Homer. 13. Illiad.

Ignaui enim mutatur color aliter aliàs,
*Nec ei quietè vt sedeat, continetur in membris
animus.*
Sed mutat sedem.

Quid est: *solo tremore & metu agitati?* Quoniam
non sanguis, non vigor, non calidi spiritus ti-
mentis cor imbuunt; ideò tremiscit, pectúsque
à calore desertum tremulâ inquietudine flu-
S.Thom. ctuat. S.Thomas suprà art.3.ad 3. *Quia in timore
calor deserit cor, à superioribus ad inferiora ten-
dens; ideò timentibus maximè tremit cor, & mem-
bra, quæ habent aliquam connexionem ad pectus vbi
est cor.* Ergo non est quod agitet Assyrios nisi
tremor: non mouent lacertos ad arma, non fer-
uido fortitudinis succo madent, non ad impe-
tum agmina cient, nec ad militarem fragorem
æra compulsant: omnis illorum motus tre-
mor est.

Vers.2. *Ita vt nullus loqueretur cum proximo suo.*
Timor vocis organa dissipat, mutósque reddit,
sepelitque sermonem. Lucret. lib 1.

Muta metu terram genibus summissa pe- Lucret.
tebat.

Virgil.12.Ænæid.

Stat pecus omne metu mutum, mussántque iu- Virg.
uenca.

Si petis causam suppeditabit S.Thomas 1. 2.
quæst.44.art.1. ad 2. *In timentibus fit motus inte-* S.Thom.
*rioris caloris, & spirituum à corde ad inferiora: &
ideò timor contrariatur formationi vocis, quæ fit per
emissionem spirituum ad superiora per os: & propter
hoc timor tacentes facit.* Nonne nuper clamore
horrisono cælum percusserant Assyrij? Qui
tam subitario fune constrictæ linguæ? Id ideo
ob vertentium affectuum dissimilitudinem. Do-
lor eduxit vocem quam gelidus timor contra-
xit. Doluere casum Holofernis atrocem; quid-
quid habet animus corporeæ suppellectilis, ef-
fuderunt, lachrymas nempe & vocem: docet
enim Philosophus problem 9.sect.27, *Quod mul-* Arist.
*tiplicatis spiritibus introrsum, & calore, necesse est
quòd emittantur per vocem: & propter hoc dolen-
tes vix se possunt continere, quin clament.* Post cæ-
dem Ducis, vniuersorum stragem timescunt, vi-
citque proprij interitus timor dolorem alieni.

Sed inclinatio capite, relictis omnibus, euadere 4.
festinabant. Qui à timore constringitur, caput
demittit. Ouid. 5. Metam.

Demisêre oculos omnes, gemitúmque dedêre Ouid.
Plutarchus in vita Phocionis: *Lachrymabantur* Plutarch.
deiecto capite. An quia inter species timoris com-
putatur segnities, erubescentia, & verecundia,
vt docet Damascenus lib.2. de fide Orthodoxa Damasc.
cap.5.? Pudoris autem est, & verecundiæ terram
spectare, vt dixit Plutarchus in Agesilao. Et Plutarch.
etiam quoniam Damascenus inquit lib.5.de fide Damasc.
Orthodoxa cap.23. *Timor est virtus secundum sy-
stolem, id est secundùm contractionem*: restringit
neruos, contrahit spiritus, vertebrásque com-
pagum frigido ligamine incarcerat.

Relictis omnibus euadere festinabant. Nullam 5.
sarcinam, fugiendi auidus timor admittit, &
qui alas addit, solicitat pondus deponere. sa-
tius enim est, quòd pauper euadat, quam diues
pereat, & expeditum currere, quam cadere onu-
stum. Celerrima, inopia est; tarda, opulentia;
quæ in suo molimine quantum alieni congerit,
perdit de proprio. Multum de Philosophia sor-
titur metus; qui impendenti malo terretur,
quidquid non est salus, contemnit; se solo
mauult esse contentus. Plura instrumenta dolo-
ris secum fert, qui plura baiulat, quæ possunt
amitti. Nescit quis enatare nisi nudus, nec fin-
dit fluctus, fretúmque exuperat, nisi liberaliter
vestimenta littori dederit. Pericula victitant de
furtiuis, nonnisi in rapinam bonorum malum
impendet. Ergo euadere festinabant Assyrij, per
vadaque furentia, syrtésque oblatrantes colu-
mitatem arripere: ideò diuitiarum saginam euo-
munt, ne vt saginatæ victimæ in diuinæ iusti-
tiæ mactentur altari. Scilicet timor fuit, non
desperatio. Habet spei portionem metus, qui
vbi necessitas mali est, cùm despondeat ani-
mum, obiectum amisit. Inde Philosophus 2. Aristot.
Rhetor. cap.5.dicit. Quòd *illi qui iam decapitan-
tur, non timent, videntes sibi necessitatem.* Deca-
pitatus fuit Holofernes, dum sibi nullus metus
obrepserat, quem aruina & ingluuies, extremúsque

que

que ſomnus gladio deuouerant: quare vt iugulum ab impendenti ferro Aſſyrij dimoueant, aridi ieiuniſque fugiunt, ſpem in inopia ponentes, Sed pœnas dabunt, quę ſolent fugaces inſequi peccatores, vtpote qui ſemper ſecum geſtant timorem, ſuique accuſatricem nequitiam. Malorum terribilem apparatum aduerſus ſe timor imminere defingit, qui frondes arborum leniter tinnientes, vt ingentes exercitus repræſentat: ſpecie vincitur, & figura, antequam corpore, & de inanibus vmbris cogitat irruentes cohortes. Horatius. Horatius lib. 1. Carmin. Ode 33.

Nam ſeu mobilibus veris inhorruit
Aduentus folijs, ſeu virides rubum
Dimouere lacertæ:
Et corde & genibus tremit.

Ideò Aſſyrij Bethulienſium clamore; qui è vertice montis ſonabat, quaſi in vacuis præ metu ſinibus cordium repercuſſo, veluti iam maiorem pauidi audierunt: *Quos armatos ſuper ſe venire audierant.* Quid? Scelera ſcopuli ſunt, qui horribilem aduentantis vindictæ clamorem refractum multiplicant. Peccatorum multitudo nimiùm prodeſt vindictæ virtutis: ſcuticæ verſatæ fragor in verberandi auribus geminatur. Tibull. Tibullius lib. 1. eleg. 8.

Dum mihi venturam fingo, quodcumq; mouetur,
Illius credo tunc ſonuiſſe pedes.

6. Græca. *Fugientes per vias camporum, & ſemitas collium.* Græcè eſt ἐκχυθέντες ὁμοθυμαδὸν ἔφευγον ἐπὶ πᾶσαν ὁδὸν τοῦ πεδίου καὶ τῆς ὀρεινῆς, id eſt, diffuſi vnanimiter fugerunt ad omnem viam campi, & montanorum; ὁμοθυμαδὸν. Non quod glomeratim, & vno agmine, potiùs ſparſim & effuſim, id autem vnó animo, & conſenſu, quaſi diſiecissent corpora, ſed animos in vnam fugam eodem impetu copulaſſent. Ordinem non ſuſtinet timor, qui etiam in vno corpore diſgregat neruos, & velut diuidit in fruſta, tremore diſcutiente compagem, Scilicet quà data porta, ruerunt, qua viſa ſemita, vexillum, quod metus ſuſtulerat, ſequebantur. Actum eſt dè exercitu, cum de ordinibus actum eſt: ipſi ſe diſcerpſerunt membratímque ſubiere lanienam, qui à ſe diuulſi plures commentati ſunt vias, cùm vna tantùm debeat eſſe cohortis.

7. Verſ. 3. *Videntes itaque filij Iſraël fugientes, ſequuti ſunt illos.* Nondum deſcenderat Iſraëlitides in planitiem, Imperatricis ſuæ iuſſa tenentes, iam quos fugauerat clamor inanis, gladius perſequitur, aſſuetus in fœmina iugulare. Ceruicem amputauerat Ducis in Iudithæ dextera pugio: iam verſis tergis milites ceruices exponunt, vt illis ſimilis caſus contingeret, nec ab anteſignani mortis figura deſciſcant.

8. *Deſcenderúntque clangentes tubis, & vlulantes poſt ipſos.* Sicut ſtridor lituorum eſt, ſic tubarum clangor. Lucan. Lucanus lib. 1. *Stridor lituum, clangórque tubarum.* Tubæ ad claſſicum & bella Hebræis viſitatæ, vtpote quorum agmina vtplurimum peditibus, non vtrique ſic conſtabát equitibus, cùm illis equorum inhibita multitudo, de quo alibi diſſeruimus. Schol. Hor. Etſi Scholiaſti Horatij credendum eſt; *lituum* inquit, *equitum fuiſſe, vt peditum tubam.* Profectò Aſſyrij in conuitium *ſeruos* appellebant Hebræos. En, ô vos, liberorum ſymbolum tubam: quippe Artemidor. Artemidorus lib. 1. cap. 58. ait: *Seruos & omnes, qui in miniſterio aliquo, liberat & abſoluit; proprium enim liberorum hoc inſtrumentum.* Sed non abſoluet Aſſyrios horrificus iſte tubarum clangor; imò vt ſeruos fugaces vſque ad cædem, ſeu ſtigmata, vincente ſtrepore, perſequitur Mutuemur identidem & à Lipſio lib. 4. de milit. Rom. dialog. 10. Lipſius. verba Artemidori loco citato, qui ſcribit: *Qui in ſomnio tuba canere viſi, id tale ſomnium ægrotantes tollit: compoſita eſt enim tuba ex oſſe & ære.* Ergo à tubæ ſonitu ibitis in oſſa & cineres, quæ ſunt reliquiæ mortis ô Aſſyrij; in ſepulchra regionum, mirum ſpargens ſonum tuba hæc vos aduocat, quin & funera veſtra præuio clamore decantat: ad feralia enim tubam ſtrepere indicabit Tertullianus libro de corona milit. Tertull. *Et mortuus tuba inquietabitur æneatoris?*

Iam de vlulatu aliqua ſuprà texuimus, aſſerentes non ſemper luctuoſum eſſe fragorem, ſed pluries lætum, ſicut ἀλάλαγμα, & ἀλαλαγμὸς apud Græcos: quin victoriæ vocem hilarem, licèt iam inibi innuimus, confirmabit Cæſar 5. belli Gall. *Tum vero ſuo more victoriam conclamant; atque vlulatum tollunt.* Scio quòd Statius 9. Thebaid. dixit *prælia vlulata*, quod ſolet exponi *luctuoſa*; potiùs tamen acciperem pro *horribili clamore ſonantia*: vlulare enim de militari fragore dicitur, cùm nimium exardet ſanguineus congreſſus. Sic Plinius lib. 26. cap. 4. *Terribili Marte vlularent.* Ignoro quidem, cur præliaris, & fortis dictio ad fœmineas transferatur querelas: *fœminei* enim *vlulatus* dicuntur eiulatus teneri, acutique luctus. Virgil. 2. Æneid. 9. Statius. Plin. Vigil.

———*Penitúſque caua plangoribus ædes*
Fœmineis vlulant, ferit aurea ſydera clamor.

Clariùs *vlulatus fœmineos* dixit Statius 5. Thebaid. Statius. Sed eſt Poëtarum ingenium: & liquet, nonniſi de horrido clamore, qui & ſydera feriat, qualis congredientium militum eſt, proferri. Quare vlulatus ſi fœminis adſcribitur, Eumenides ſunt & Furiæ, quæ terrificis clamoribus ſtrepunt iuxta illud Ouidij in Phyllide. Ouid.

Pronuba Tiſyphone thalamis vlulauit in illis.

Suſpicor, vlulatum, qui nimium in bellis viſitatus Hebræis, non inconditum fuiſſe clamorem qualem apud Perſas viguiſſe diximus ſuprà ex Curtio, ſed potiùs alicuius moduli compotem, ſicut de Græco ἀλαλαγμὸς, ſeu ἐλελεῦ dixit Suidas in Collectaneis: Suidas. *Euntes ad prælium, illud ἐλελεῦ acclamabant cum modulato quodam motu.* Licèt quis abneget mamœnum ſonare. & licet quà cantus aliqualiter eſt, modulo conſtet, quà bellicus, & furoris vox, horridum, infauſtumque tinnit. Cicer. Cicero in orat. *Cum verò inclinata vlulantique voce, more Aſiatico, canere cœpiſſet, quis eum ferret?* Liuius. Quod cantus ſit, innuit Liuius 5. ab vrbe. *Mox vlulatus, cantúſque diſſonos vagantibus circa mœnia turmatim barbaris audiebant,*

10. Verſ 4. *Et quoniam Aſſyrij non adunati, in fugam ibant præcipites.* Quidni præcipites ruerent ſi pædagogus & magiſter metus ductabat? Silius. Silius lib. 4.

———*Haud ſegnis cuncta magiſter*
Præcipitat timor.

Filij autem Iſraëlis vno agmine perſequentes, debilitabant omnes, quos inuenire potuiſſent. Debilis dictio tyrunculis cenſebitur hæc *debilitabant*; cùm potiùs contererent, conquaſſarent, ferróque diſcuterent quotquot fugaces celeriore Marte contingeret. Sed id omne in verbo *debilito.* Cicer. Cicero pro Flacco: *Membra debilitant lapidibus, fuſtibus, ferro.* Pluries nectitur cum infringi. Cicero 1. de Orat. *Infringi iam ac debilitari*

bilitari videretur. Igitur turmatim Hebræi ad-
uersus palantes, dilectósque acriter impetunt,
paruáque cohors innumeris copiis esse nume-
rosior incepit; cùm iam tot essent Assyriorum
agmina, quot milites; tot Hebræorum mani-
puli, quot singuli fugitiui necandi. Obseruat
textus Græcus, quotquot ex Israëlitis irruerunt
in hostes, fuisse è lectissimis omnium, in eós-
que impetum intendisse, qui tentoria per cliuos
Bethuliensis montis metati sunt. En verba:
*Et qui castra metati erant in montibus in cir-
cuitu Bethulia, conuersi sunt in fugam. Et tunc
filij Israël omnis vir præliator ex eis, effusi sunt
super eos.*

Vers. 5. *Misit itaque Ozias.* Aliquid suum
Princeps Ozias studuit memorari in victoria.
Adhuc belligeratrix Heroïna militauerat, vi-
cerat, manu, ductu, auspiciis: quæ decreuerat
Bethuliensium cohortes, postquam ab armo-
rum collisione, æríſque rauci sonitu, & clan-
gentibus tubis ingentem strepitum edidissent,
fugitiuos Assyrios sequerentur post terga. Addit
Ozias, in omnem late regionem nuntios diri-
gere, qui à prima triumphi animati portione,
in reliquam accedantur, vt integrum Pæana
cantetur, & quæ in amputatione Ducis cœpit
victoria, complementum in totius exercitus
strage lucretur. In obsidionis exordio non simi-
lem Princeps iste functioné obiit. Potiùs Elia-
chim summus Sacerdos, qui in Solymis aderat,
ad vniuersos Israëlitici nominis, qui erant in
circuitu, iussa militaria dixerit suprà cap. 4 v. 5.
Sed nunc ouantis iam vrbis moderator supre-
mus, iure optimo hanc sibi præsumpsit prouin-
ciam, vt integer esset è Bethulia euentus trium-
phi, nec cum Sacerdote primo, Hierosolymæ-
que Antistite diuisionem subiret. Præcipuè quia
inopinata sors, non distantiæ terminos poterat
præstolari, momentaneamque disturbare victo-
riam, & Ozias in hoc bellum destinatus erat
Aristarchus præcipuus; cuius nutibus omnis
circumquaque regio studiosè patebat. In Hie-
rosolymam pariter nuntium delegasse, quis
abneget, cùm statim versu 9. dicatur quòd Ioa-
chim Pontifex summus venit de Hierusalem in
Bethuliam.

11. Vers. 6. *Omnis itaque regio, omnisque vrbs ele-
ctam iuuentutem armatam misit post eos.* Triplex
nota ad belli furorem, & sortem, quòd electa,
Virgil. quòd iuuentus, quòd armata. Virgilius 8. Æneid.
Cerdens. *Et bello lecta iuuentus:* vbi Cerdensis adnotat,
scitè lectam dici, quoniam in sacris hostia cùm
multis aliis, tum etiam ab ætate dicebatur lecta:
nam nec recens nata, nec iam vetula. Annorum
flos aptissimus bellis est, vnde iuuenes priscis
Maxim. *Heroës* dicti. Quin *actio iuuentutis* apud Maxi-
Seruius. mum dissertat. 6. bellandi ars perhibetur. Seruius
in 3. Æneid. *Romana militia mos fuit puberes pri-
mò exerceri armis: nam sextodecimo anno tyrones
militabant, quo etiam solo sub custodibus agebant.*
An custodes hi *Principes iuuentutis* dicti, apud
Lamprid. Lampridium in Commodo. *In Collegium Sacer-
dotum adscitus: cooptatus inter tres solos Principes
Turneb. iuuentutis cum togam sumpsit?* Repugnat Turne-
bus in aduers. lib. 25. cap. 17. Non est nostri insti-
tuti. *Et persecuti sunt eos in ore gladij.* Iam phrasis
ista alibi à nobis expensa, nempe suprà tom. 1.
cap. 7. num. 32.

12. *Quousque peruenirent ad extremitatem finium
suorum.* Subiiciamus oportet Græca verba ex
Vatabli translatione: *Eo igitur accepto nuntio* Vatabl.
*Israëlitæ vno animi impetu irruerunt in eos, &
vsque ad Chobai ceciderunt, aduenerunt item &
Hierosolymitani, atque ex tota montana regione,
ad quos nuntius quoque rerum in castris hostium
gestarum peruenerat, præterea Galaaditæ, & Ga-
lilæi, qui illos maxima plaga vltra Damascum
ad vsque fines ipsius profligarunt.* Pro *vno animi
impetu* est in Græci ὁμοθυμαδὸν, quale & supra
in vers. 3. textus Græci, vt inibi explicuimus;
vt sit pulchra antitesis; Assyrij vno animo,
seu impetu per collium semitas, camporúmque
sinus fugam celerem arripuere; at filij Israel
non solùm vno animi motu, sed & vno corpo-
rum impetu, agmine denso, nec fisso per par-
tes, nec diffisso per metum in fugaces trepidos
inuehebantur. Pro eo quod vertit Vatablus: Vatabl.
Maxima plaga profligarunt. Et Complutenses,
Dissipauerunt, Græcè est ἐκεράτισαν quod pro-
priè est, cornua extendendo, clauserunt hostes
à tergo: hac enim notione gaudere verbum
κερατίζω obseruat Budæus: sicut 1. Machab. Budæus.
cap. 7. καὶ ἐκεράτιζον αὐτοὺς, vbi quid simillimum
huic in fugaces irruptioni proponitur; siqui-
dem postquam cecidit Nicanor, proiectis armis
fugit exercitus, Iudæi autem celeri prosequuti
vestigio, tubísque canentes irruerunt in eos.
*Et exierunt de omnibus castellis Iudææ in circuitu,
& ventilabant eos cornibus, & conuertebantur
iterum ad eos, & ceciderunt omnes gladio:* vbi ly:
ventilabant eos cornibus, est ex Græco ἐκεράτιζον
αὐτοὺς; quasi hinc illinc circum sepientibus cor-
nibus, vt purganda grana, ventilabantur, pilæ
more proiecti, quod est vndequaque circum-
cludere, vt quoquouersum fugerint, impellan-
tur. Quare prauè Budæus versionem illam mi- Budæus.
nùs aptam esse, non veritus est innuere. Simile- 1. Machab. 7.
quid de Persarum fuga dixit Herodotus lib. 6. Herod.
num. 113. *At in vtroque cornu vincentes Athe-
nienses Plataensésque barbaris, qui terga dede-
rant, fugere permissis, contraxerunt cornua, &
cum ijs, qui mediam ipsorum aciem perfregerant,
dimicantes, cùm separassent, fugientes Persas vr-
gebant, cadebántque.*

Vers. 7. *Reliqui autem, qui erant in Bethulia.* 13.
Soli viri, qui constantibus neruis, validísque
præstabant lacertis, vrgente classico pallantes
Assyrios sunt sequuti, nec cohors, quæ è Be-
thuliæ latebris erupit, siue à senecta, siue à
præcocibus annis imbellem seu tyronem admi-
sit. Hinc quotquot desides, ineptique bello mã-
serunt in vrbe, dum in hostes à contribulibus
agebatur, in vicina se castra dederunt, quæ
cùm deseruisset hostium pondus, incolebat
adhuc diuitiarum fortuna. Ergo in tentoria
subingrediuntur gemino fructu, & defensionis,
si quid oboriretur discriminis, aliquot ex hosti-
bus ob gazarum sitim in tabernacula refusis;
& prædæ.

Prædam, quam fugientes Assyrij reliquerant, 14.
abstulerunt, & onustati sunt valde. Militaris vox
præda est; nec hîc prædam passiuè accipias,
quasi quidquid prædati fuerant Assyrij, sed acti-
uè potiùs, quod manu nunc Hebræi prendunt,
Varro lib. 5. de lingua Latina: *præda:* inquit, Varro.
quasi *parida, quòd manu parta sit. Prædam par-
tam* dixit Cicero 1. de finibus. Præda hæc non Cicero.
ex vitio, sed virtute est. Dionysius lib. 7. *Spolia* Dionys.
*& præda ex hostibus quamcumque nostra virtute
adipiscimur;* virtute, id est, fortitudine, quæ
victoriam

Virgil. victoriam parit. Virgilius 9 Æneid. *Victores prædæ ſpoliiſque potiri.* At cur impunè e Bethulia reſides ciues labuntur in caſtra, vt florem prædæ detondeant, incruentique, nec puluerei fruentur ſpoliis, quæ ſtrenuis militibus Aſſyrios inſectantibus debebantur? Plura diximus de prædæ diuiſione ſupra tom 1. c.4. a num.17. ſat ſint nunc Dionyſij verba, quæ præfatis adiacent. Dionyſ. *Eam lex iubet publicam omnem eſſe. Nec ſolum gregarius miles, aut priuatus aliquis ius in hanc non habet, imò nec ipſe Imperator. Sed quæſtor eam accipiens diuendit, & pecuniam in ærarium publicum refert.* Inde *manuuiæ* dictæ pecunia per quæſtorem ex diuendita præda apud Gellium lib.13.cap.23. Gell. Sed quidem ea erat in hac tempeſtate Bethulienſium pacata concordia, quos clades imminens, obſidióque contriuerat, vt nullum iurgij ſemen in hac præſumptione ſpoliorum ſurrexerit. Præcipue cum Princeps Ozias, apud quem inerat Reipublicæ clauus, ſic decreuiſſet, eóque abundarent omne genus in tentoriis Aſſyriorum diuitiæ, vt affatim ſuppeterent vniuerſis, & meritò poſſis *Sybaritanam prædam* nuncupare, lautam quidem, opimam, & elegantem, de qua Nonnius ex Varrone. Non. *At Sybaritanam prædam, in qua ſunt tripodes, cratera, ananceα,* &c. De magnifico apud Perſas tabernaculorum inſtructu plura pluries diximus. Adi Athenæum lib.12. & Herodotum lib.9. Athen. Herodot. Et quidem è regionibus, quæ latè patent, hilariſque anni prouentu ditantur in Oriente, Holofernianus exercitus helluo fuerat adhuc bonorum, quæ nunc ab Hebræis coactus euomuit. Quæ ſufficerent vehendis ſpoliis iuga, qui onerarij currus? Oportuit quòd qui debilis ex ciuibus erant, hoc primo ſpoliorum hauſtu recrearentur, & quod illis poſtea, in vnum aggerem compoſità prædà, erat diuidendum, ſi præ multitudine rerum poſſibile, priùs ipſi manus prælatione perciperent, ſimulque caſtra ab aliquò impetenti periculo, qua poſſent, præmunirent induſtria. Prodeſt quod Polybius ſcribit lib.10. hiſt. Polyb. *Omnes qui ad prædam & raptus deſtinati ſunt, ferunt quiſque ea, quæ ceperint, ad ſuas legiones, vel Alas. Quo facto, Tribuni æqualiter omnibus diuidunt, non ſolum iis, qui in præſidiis, aut ſubſidiis fuerunt, ſed eis qui caſtra ſeruauerunt: iiſdemque ægris, ſauciis, aut ad munia aliquod alio miſſis.*

15\. Verſ.8. *Hi verò qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam.* Auri ſacra fames, cupidoque male ſuada bonorum plurimos ex Aſſyriis inuaſit, ne expediti fugam arriperent, ſed auaritiæ pondere ſubacti repetere veſtigium vix poſſent. Ideò victoribus Hebræis bona pariter cum vita ſuderunt, quibus illi ouantes ſimul, & diuites rediere. Quin armenta gregéſque vehendiſque oneribus bruta, quadrigas, & equos extra numerum abegere. Quòd inter ſpolia computari debeant iumenta & pecora, ſubſcribit Maro 8. Æneid. Virgil.

——Spoliiſque ſuperbus,
Alcides aderat, tauróſque hac victor agebat
Ingentes, vallémque boues, amnémque tenebant.

16\. Nónne abduxerunt equos, quorum abundans copia, ſiquidem duodecim millia equitum exierunt è Niniue? Iam diximus tom. 1. cap.4.num.10. iumentorum nomine equos venire; quin quodque brutum vertendis glebis plauſtriſque trahendis à natura datum, vt boues, cameli, aſini, muli. Plinius lib.8.cap.18. Plin. Camelos nuncupauit *iumenta*. Scio quòd Vlpianus dixerit. *Iumentorum appellatione boues non continentur, ſed pecoris.* Vlpian. Quantus apud Perſas ad vehendum commeatum, brutorum apparatus, & Herodotus lib. 7. & Xenophon lib. 8. pediæ, ſuppeditabunt. Herodot. Xenoph. Sanè Curtius lib. 3. poſtquam Perſicum agmen fermè deſcripſerat. Curt. *Horum, inquit, agmen claudebatur triginta millibus peditum, quos equi Regis quadringenti ſequebantur.* Et hi abſque equite, honoris ergo.

Verſ. 9. **Ioachim autem Summus Pontifex de Ieruſalem venit in Bethuliam cum vniuerſis presbyteris ſuis, vt videret Iudith.**

Verſ. 9. *Ioachim autem.* Quis hic, & cur idem ipſe, qui Eliachim, abunde diſſeruimus tom. 1. cap.4. à num.5. 17. Cur anteà Solymas non deſeruerit, & niſi ſoluto iam belli turbine, poſitiſque ventis Bethuliam petiuerit, ſi quæras, opportuna reſponſio eſt: Ne templi faciem deſereret, & ſanctam ciuitatem à Sacerdotali orbaret præſidio, potiùs ibi Hebræorum copias aggeſſit, qui tutarentur, & ab inuaſione ſeruarent immunem. Præcipuè cùm ſatis eſſet Ozias gerendo bello, nec Aſſyriorum obſidio apertas ſemitas reliquiſſet, qua in Bethuliam iretur. Nuntij, quos delegauerat Princeps, ſedatam poſitámque tempeſtatem Ieroſolymitanis nuntiarunt. Vnde è veſtigio Optimates quique & Sacerdotum venerabilis cœtus cum ſupremo Antiſtite iter celerrimum arripuerunt, dignam hac pompa ciuitatem cenſentes, quæ ſic ſe priùs continuit ab hoſtibus, & deinde in hoſtes effuſa, vſque ad extremam cladem profligatos & ſectos contriuit.

18\. *Cum vniuerſis presbyteris ſuis.* Non moram texuit e ſenatu quiſquam. Seniores, id eſt, presbyteri veniunt, tum vt comitarentur Pontificem, vt nullus à celebri conuentu, grates qui Deo redderet in ipſomet victoriæ theatro, defuiſſet. Quod *presbyteros* Latinus, Græcus nuncupauit *Senatum*. Quod Senatus relicta Ieroſolyma, celeri benignoque veſtigio venerit in Bethuliam, vt Iuditham conſpiceret, ſalutaret, celebribúſque proſequeretur elogiis, quandam triumphi umbram, lineamentaque feſtiui apparatus, niſi nimiùm fallimur, repræſentat. Quippe ſi prophanas euoluas paginas, reperies Senatum ad Imperatorem, victorem nempe, qui cæſis hoſtibus redibat in vrbem, obuiam exiiſſe, vt & triumphum decerneret, & maturè victoriæ examinaret momenta. Liuius lib.42. Liu. *Ad ædem Bellonæ Senatus ei datus eſt. poſtulatoque fruſtra triumpho, quod iam in morem venerat, vt ſine publica auctoritate fieret, triumphauit.* Conſule Plutarchum in Pompeio, & Liuium lib. 40. qui ait: Plutarch. Liu. *In æde Apollinis extra vrbem Senatus interdum datus eſt, triumphúſque decretus.* Nec abſque Senatu triumphus. Seruius lib. 4. Æneid. Seru. *Qui triumphat, albis equis vehitur quatuor, & ſenatu præeunte in capitolio de tauris ſacrificat.* Adi Bulengerum lib.1. de triumpho c.10. Buleng. victori à Senatu nomen Imperatoris inditum, ſi eius auſpiciis mille hoſtes cæſi, vt ſcribit Appianus lib.2. Cæſar lib.2. Ciuil. *Curio vniuerſi exercitus conclamatione Imperator appellatur, cæſis aliquot equitibus hoſtium.* Cæſar. Appian. Inde forſan illud Canticum in

Saulem

Saülem elogium. *Percussit Saül millia, & David decem millia.* Quasi decies Imperator David debebat conclamari, semel Saül. Anne Imperatoris Chrysost. titulis Iudithæ? Sic eam nuncupauit Chrysostomus homil. 60. in Ioannem: *Debora & Iudith, & alia multa Imperatorum sunt functa officijs.* Et quoties Imperatrix Heroïna sacra! quæ manu Imperatorem exercitus obtruncabit, auspiciis tot myriades, quæ orientales plagas innumeris copiis operiebant.

19. Nec prætermittenda sunt Græa verba ἦλθον τοῦ θεμελιῶσαι τὰ ἀγαθὰ ἃ ἐποίησεν ὁ θεὸς τῷ Ἰσραήλ, καὶ τοῦ ἰδεῖν Ἰουδὶθ καὶ λαλῆσαι μετ' αὐτῆς εἰρήνην. Quæ solent verti: *Venerũt vt fundarẽt bona, quæ fecit Deus Israël, & viderent Iudith, & loquerentur cum ea pacem.* Est quid scrutemur in illa dictione τοῦ θεμελιῶσαι. Exponit Vatablus, id est, Vatabl. *confirmaturi beneficia. Scilicet vt auctoritate sua, & oratione beneficia à Deo collata comprabarent, atque illustrarent.* Qui sensus, me iudice est, explorare per adhibita testimonia, securóque oculorum conspectu, columitatis miraculum. Quippe antistitis supremi est miracula publicis, & sacris confirmare instrumentis, ne quid vel piæ fraudis obrepat, & sub religiosa specie, sacri cultus stabilitati insidietur. Nec meditati dissonum erit, si in hoc verbo sublateat, ideò Antistitem cum senatu appulisse ad Bethuliam, vt annua vota, solemnémque festiuitatem fundaret, iuxta ritum; siquidem infrà cap. 16. vers. 31. luculenter exprimitur: *Dies autem victoriæ huius festiuitatis ab Hebræis in numero dierum Sanctorum accipitur. Vel potius vt fundarent bona, quæ fecit Deus*, id est, Deo deuouerent, & templo affigenda pararent bona, nempe præcipua spolia, tanquam bona ab exercituum Domino præstita. Num. 31. 50. Id quidem moris fuit. Numer. 31. vers. 50. *Ob hãc causam offerimus in donarijs Domini singuli, quod* Ioseph. *in præda auri potuimus inuenire.* Iosephus lib. 15. Antiq. cap. 14. vbi de Ierosolymitano templo agit: *Circa templum affixa erant, quæ omnia Herodes denuò dedicauit, additis etiam recentibus* Ezech 27. 10. *Arabicis.* Est & vestigium huius vsus Ezechiel. 1. Mach 6. 1. 27. 1. c. 1. Machab. 6. 1. 1. Reg. 17 54. 2. Reg. 8. 11. 1. Reg. 17. de quo Neoterici plura congerunt. Adi Sherlo- 54. gum in Cantica 3. tom. vestigat. 29. à num. 3. Cer- 2. Reg. 8. 11. tè tot erant spoliorum copiæ, vt non solùm sup- Sherlog. peterent ornando vestibu o templi Ierosolymitani, sed & aliarum vrbium synagogis sacrísque Liu. cubiculis, sicut aliàs Liuius lib. 10. dixit. *Exornauit hostium spolijs, quorum tanta multitudo fuit, vt non templum tantum, forúmque his ornaretur, sed sociis etiam, coloniisque finitimis ad templorum locorúmque publicorum ornatum diuiderentur.* Hæc scite dicitur fundauisse Eliachim ex verbo θεμελιῶ, quod est in perpetuam stabilitatem fundare. Spolia enim euellere nefas erat apud gen- Plin. tes. Plinius lib. 35. cap. 11. *Vt nec ædibus abalienatis liceret emptoribus refigere ea, aut tollere.* Refigere inhibitum, quia nec restaurare licebat. Cau- Plutarch. sam si petas, dabo Plutarchum in quæst. Roman. *Cur inter ea, quæ Diis consecrantur, lege permissum est, vt sola spolia sinantur tempore corrumpi, atque aboleri, nec ea licet reparare, aut instaurare? An vt existimantes gloriam priorem simul cum spoliis intercidere, semper nouum aliquod virtutis monimentum parare operã det. Aut potiùs quòd cùm tempus signa contentionum cum hostibus habitarum obscuret, odiosum est nimij discordiarum studij ea reficere aut innouare.* Hæc spoliorum in templis affixio; causam dedit, cur Iupiter *prædator*, diceretur. *Adeò* (inquit Seruius 3. æneid.) *vt Romæ fuerit vnum templum Iouis prædatoris; non quod prædæ præest, sed quod aliquid ei ex præda debeatur.* Serv. Quin & Iupiter *Feretrius* dictus, in cuius ædem supplici deuotamento spolia delata, siue à feretro pompæ, siue quia hæc dona ei ferebantur: de quo Propertius lib. 4. eleg. 1. Sil. Propert. lib. 3.

20. Altera causa aduentus Sacerdotalis in Bethuliam, adiicitur in Græco nempe vt λαλῆσαι μετ' αὐτῆς εἰρήνην, id est, *vt loquerentur cum ea pacem*; benè Vatablus vertit, *vt eam benignè salutarent.* Vatabl. Addo ad ea, quæ hîc indicauit Serarius, saluta- Serar. tiones vtplurimùm pacis precationem exhibuisse, non tantùm, vt pax opponitur bello, & contentioni, sed vt fructus est charitatis, mutuæque beneuolentiæ dulcis prouentus. Matth. Matth. 10. 10. vers. 12. *Intrantes autem in domum, salutate* 12. *eam dicentes: Pax huic domui.* Inde forsitan salutatio in osculo sancto: ad Rom. 10. vers. 16. *Salu-* Rom. 10. 16. *tantes inuicem in osculo sancto.* Similiter 1. Cor. 16. 1. Cor. 16. 20 vers. 20. 1. Petri 5. vers. 14. Osculum enim pacis 1. Pet. 5. 14 est symbolum: vnde Iudæ osculum in Domini faciem vibratum insidiosa fuit pacis salutatio. Persarum salutationes impresso suauio constabant, mutuò os admouebatur ori; si vtrinque æqua dignitas; sin, nobilioris inferior genas supplicibus labiis premebat, vt scribit Strabo, Strabo. lib. 15. & Herodotus lib. 1. Quid simile de Ro- Herodot. manis Ioannes Cantacuzenus lib. 1. hist. c. 34. Cantacus. *Iunior apertò priùs capite, eòque inclinato senioris dexteram cum osculo arriperet, indéque suspicientem pater vicissim oscularetur.* Nonnihi inferior seu candidatus salutare potentem exambit: lenocinium dignitatis est, quòd res matutinus limina terentes infundat, & à salutantium clamoribus in cubiculis Principum dies excitetur. Similis mos in templis salutandis & diis apud gentes. Seneca epistol 95. *Vetemus salutationibus* Seneca. *matutinis fungi, & foribus assidere templorum: humana ambitio istis officiis capitur.* Ergo iam Iuditha vel quà Deo plena, vel quà populi sui Imperatrix nobiliorem à Ierosolymis cœtum sibi, vt salutetur, asciscit. Quin ipse Summus Sacerdos maiestatis infulas, flammasque verendas vni fœminæ submittere non detrectat, sed vt salutet, latè distantia metitur spatia, suíque Pontificatus stabilem sedem ad tempus deserere non veretur.

21. Nec absque auspicio triumphi, militarique more hæc salutatio, si ex prophanorum fonte labra proluimus; siquidem qui mille hostibus cæsis Dux victor redibat, semel salutabatur Imperatoris titulo, in eúmque sic salutandum & cohortes, & Senatus compari accedebant honore. Dio lib. 58. dum inquit: *Claudium pariâ de* Dio. *Britannis victoria non semel Imperatorem à militibus salutatum præter morem: nefas enim quemquam ex eodem bello plus semel Imperatorem salutari.* Zonoras in Camillo: *Re bene gesta quæ triumpho* Zonar. *digna esset, Dux statim à militibus Imperator salutatus ramis laureis fasces ornabat. Domum reuersus, conuocato Senatu decerni sibi triumphum petebat.* Ergo meritò salutaturus Imperatricem Iuditham Senatus Ierosolymitanus accessit, vt & post salutationem edissereret de rebus gestis, & quæ monumentis paranda disponeret; sicut Senatus extra vrbem datus est Flaminio apud Li- Liuius. uium lib. 34. Et Pompeio apud Plutarchum in Plutarch.

allo.

illo. Quin vt assisteret triumphali pompæ, Senatus aduenit: à Senatoribus enim quantum præcipuus honos, vt constet ex Iosepho lib. 7. cap. 16. Ammiano lib. 16. de triumpho Constantij, Plutarcho in Paulo æmilio.

Ioseph.
Ammian.
Plutarch.
22.

Causa vnica, huius aduentus in Latino est studium videndæ Iudithæ. Decétne hoc multitudinem, Sacerdotem Maximum? Sed vindicis, assertricisque publicæ libertatis pulchritudo, quæ de pigmentis cælestibus ornabatur, de iubare diuino splendebat, Sacerdotis oculis, altaribus assuetis, digna fuit, vt posè quæ in castitatis ara, truculenti Tyranni victimam manu cœlitus armata cecidit. Pulchritudo, quam roseus pudor, liliisque innocentiæ candor inspergit, non dedecet lumina Sacerdotum respicere: hoc in templo promeretur Deus, hac hostia benignitas cælestis allicitur, thæ facies virtutis est.

***Vers.* 10 Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificencia populi nostri. *vsque ad vers.* 13.**

23. Vers. 10. *Quæ cum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce dicentes.* Boni animi gratitudo non sustinet tarditatis inducias, per oris stimulas illicò labitur, & subitò exhalatis odoribus, suaue spirat, gratiarúmque suffitu aërem celeriter replet. Nihil Iuditha loquuta fuit: ad eius conspectum quasi leuati ab appetente sole vapores, e feruentibus pectoribus erumperunt præconia. Græcè est: *Qui ad ipsam ingressi, vno animo gratulati sunt ei.* Nec discordat à Latino; quippe cum ipsa [illegible] amicè [illegible] exindet, Sacerdotes pariter æ [illegible] dicebantur vestigio. Obserua ly *vno animo*, Græcè ὁμοθυμαδὸν, de quo iam bis supra; nunc tertiò: non absque pulchra conuenientia; quippe vno animo in fugam se dederunt Assyrij; vno animo impetentes Hebræi, vlt sunt obliti hostium superbiam; vno animo laudes Heroinæ [illegible] pectorum fidibus recinuntur. Nec vnus fuit, qui fœminæ [illegible] victoriam, vel linguam saltem, suopte impulsu ad laudes ebullientem, coërceret: concors insonuit panegyricum melos, meliorique Appollinæ imbuti sermones, Apollinis frondes, vtpote victrici, laurum, redimiendis temporibus obtulerunt.

24. *Tu gloria Hierusalem.* Qui pacem venerantur sub salutationis formula [illegible], ferè in salutationis exordio *Ierusalem* adnectunt: quoniam *Salem* pacem significat, & *Solymitani* exponuntur *pacifici*, sicut *salamon* apud Hieronymum in cap. 3 Iccl., idem quod *pacificus* sonat. Præter alias significationes, quibus gloriæ dictio abundat, nempe claritudinem nominis, lucémque laudis, quæ præcipuè pro patria bene gestis meretur. Cicero pro Marcello. *Gloria est illustris, ac peruagata multorum, & magnorum, vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum:* Acciperem hic in aliquali *visionis* significatu, sicut gloria Beatorum dicitur visio. Et quidem Ierusalem, seu eius præcipua portio, scilicet mons Sion, *mons visionis* seu *specula* nuncupatur, in Abrahami ad filium iugulandum sedulo monumentum; quippe in eo loco constructa Solymorum ciuitas fuit, cui

Hieron.

Cicero.

nomen ab exordio, *Dominus videbit*, Gen. 22. vers. 14. *Et terra visionis*, ibidem vers. 2. Templum ibi fundatum, Hieronymus adstruit in traditionibus Hebraicis Genes. 22. Ideò nomen alte infixum, vbi Dominus verè vidit, prouiditque arietem, ne Abrahami innocens soboles cæderetur. Ergo nunc reflorescit illa pristina Ierusalem gloria & stemma; quippe in Iuditha Deus vidit, prouidítque, & in arietem salacem, adulterum nempe Holofernum, indemni Isaaci progenie, manum animauit fœmineam. Quidni gloria Ierusalem nuncupetur, quæ e monte glorioso cadentem iam præ Assyriorum impetu ciuitatem, & vt imam vallem ab equestribus phalangibus triturandam, in propriam montis visionis gloriam asseruit, ne ab hostibus conculcata, concisoque vertice; in [illegible] confusa voraginem potiùs *vallis visionis*, quam *visionis*, seu gloriæ mons diceretur, sicut eam ob similitudinem cladis vaticinium Isaias *vallem visionis* vocauit, cap. 22. ℣. 1. *Onus vallis visionis.*

Gen. 22. 14
Hieron.

Isai. 22. 1.

25. Ideò autem in vestibulo gratitudinis in hanc laudem ruit, quoniam in Assyriæ irruptionis exordio id præcipuè timuerunt Hebræi, ne Ierosolymorum honos decideret, impulsúque temerario templi sanctitas violaretur: Supra cap. 4. vers. 1. *Tremor & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem, & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis eorum.* Illuc igitur aggeritur gratitudinis abundantia, scaturientísque laudis vbertas, vnde timor inceperat, vt Ierosolymæ, templique vindex, & liberatrix publicitus fœmina ceulgaretur; moduloque Rhetoricos eius encomiastes prætergredi, non dubitaret, qui summum encomium statim in fronte luminis protulit. Inde additur: *Tu lætitia Israel*, pulchra antithesi ad verba, quæ nunc retulimus, in quibus timor & tremor Israëlitidum exponitur: est enim timoris subtristis vultus, & ad pauidum frigus flamma vigoris abeunte, pallor pro ardoris colore succedit. Numum pulchra fœmina, cui Deus splendoris incrementum impertiit, vibratis radiis, quibus Holofernem adussit, Israelitarum populum hilarauit, mundáque sospitatis luce fuliginem noctis abstersit. Nonne Israel exponitur *videns Deum*? Quale Deum videntium stemma: Gaudium est, & lætitia. En tessera Beandorum. *Intra in gaudium Domini tui.* Ergo quæ antea vocata est gloria, id est, visio Ierusalem, nunc videntium Deum nuncupatur lætitia. Bene a visione laudes supremas texit Antistes, qui venerat, *vt videret Iudith*, quippe quæ, qua visa, Holofernis animum illaqueauit; qua videns, sed non visa, ne pudor ab oculis [illegible] in thalamo Tyranni [illegible].

Iudith. 4. 1.

Mat 25. 23.

26. *Tu honorificentia populi nostri.* [illegible] antè à Iuditha, quando de diffidentia Oziam & Presbyteros [illegible], probro inhonestatque turpitudine Assyrios fuisse infamandos, fœdáque [illegible] honoris concepta ambitione plectendos, cap. 8. vers. 20. *Et faciet illos sine honore Dominus Deus noster*; quippe herbam porrigere victum, & sub pedibus omnis equitis conculcari, extremæ vilitatis est. Completo igitur vaticinio honorabile, & Assyriæ virtutis gloria penitus in Iudithiam refluxit, & quantum illis de depresso supercilio detraxit, tantum in victricem Heroinam congessit, e cuius exundanti laudis & honoris pelago in omnem Hebræam gentem vberes celeberrimæ famæ fluctus nobiles

biles emanarunt, & in populum sanctum, Dominicæque acquisitionis stirpem gloriosi fontes relapsi sunt. Ab vna fœmina populus vniuersus in vertentium sæculorum ætatem posthumam exornatur. Hæc etenim est natura virtutis, quæ ad instar incensorum aromatum vicinas auras exhalatis odoribus, inficit, latéque euaporata, quidquid de suo spirat, imbuti aëris commune facit.

27. Vnus erat metus Hebræis, altiúsque impressus dolor, cùm ingentem Assyriorum exercitum superbè tumentem, obsidentémque muros conspicatus est; *ne darentur ciuitates eorum in exterminium, & sancta eorum in pollutionem, & fierent opprobrium gentibus*, supra cap. 4. vers. 8. Triplex hoc malum assertrix libertatis victoriæque fons fœmina abegit: quare triplici muneratur elogio: quia *gloria Ierusalem*, scilicet lumen & splendor (splendor enim, gloriæ flos est, ad Hebræos 1. *Cum sit splendor gloriæ.*) Imminentes sordes, pollutatque barbarorum phalanges auertit, nec passa est Ierosolymitanam sanctitatem impuris gentium spurcitiis violare. Quæ *lætitia* dicatur Israelis, exterminatas præ lugubri mœrore facies ciuitatum in terminos hilaritatis reduxit: exterminant enim facies suas, quotquot ab ingenita lætitia sub mœroris persona telemdunt. Quæ *honorificentia populi* conclamatur, opprobrium, quod meditabantur gentes, elusit, æternæque laudis lumen sparsit; quale à Deo inditum in pulcherrima forma gestabat.

28. Vers. 11. *Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum.* Quid sexus fœminei superamentum se fortis Heroina denexerit, exuperauitque naturam, ab imbellitate muliebri in masculam indolem contendens, accordibus nerius Patres vndique modulantur, quos dedimus tom. 1. in caten panegyr. num. 86. Inde supra fœminam, virilem nuncupauit Antistes, quoniam & ni vehildo ictu, dum scinderet Holofernis ceruices, sexus deliquit, vt Sidonius cecinit, & animo virili constabat, vt Alcimus Auitus accinit, quæ fœminæ manum de animi masculi tel quis impleuit. Hinc appellatur *virago* apud Zonaram tom. 1. annal. & Richardum à S. Laurentio lib. 6. fol. mihi 420. Scis quòd virago à viro dicta est. Gen. 3. primæ illa mulieri, quæ ideo non ex carne, sed ex osse dolata, vt iam inde pudicæ fortitudinis præferret specimen. Sed quæ molliter inter serpentina volumina se illaqueauit, deseruitque viri latus, vt inter viridarij delitias, osseæ compagis oblita, illecebrosa teneritudine curuaretur; perdidit viraginis nomen, mulieris assumpsit. Sed stat Iuditha, quæ cum Persico dracone nunquam in accubitum cadit, donec caput, ouante crepidâ, quod manus exciderat, conculcaret. Titulum sibi viraginis reproduxit, & casta viduitate se in virginum choros asseruit, quæ pudoris constantia, contritioréque carnis in ossis pristini, fundamentique virilis soliditatem reduxit.

29. Vnde subdit Eliachim: *Eò quòd castitatem amaueris.* Quamdiu enim fœmina prima in prima præstitit castitate, nondum libato flore, nec serpentis hausto veneno, virago, quia virgo fuit, quod Ethnicus Ouidius calluisse videtur, cùm de forti fœmina cecinit.

Fortis & infœlix, & plùsquam fœmina virgo.

Id est, virilitate supra fœminam exsurgens, qua fortis, & pudica virago fuit. Quare Fulgentius idem vult esse virgo quod virago, licèt Isidorus lib. 1. diff. ter. ... asserat: *Virgo est, quæ virum nescit, virago autem, quæ virum agit, hoc est, opera virilia facit. Non autem solum virgines viragines; sed corruptæ mulieres, quæ virilia faciunt, viragines rectè dicuntur.* Virum egit Iuditha, cuius dextera de viro actum fuit, viroque non vero, sed occiso. Virum egit, quæ quasi virum suum e mortis cineribus reproduceret, cum sibimet induit, vestes iucunditatis accincta, quibus viuente viro vtitur solebat, vt dixit Ambrosius lib. de viduis; ipsum rectum agens virum, ne sexum vidua, sed sponsa certamen aggredi ... virile. Augustinus serm. 67. *Gentis suæ vindex sumpsit ornamentorum arma non ad bella nuptialia subitura sed vt de ciuitate bellatrix procederet illa ... fit.* Scilicèt sponsa processit, sponsalibus ornamentis induta, vt caput suum, nempe virum, super fœmineos humeros reproduceret, nec vltra iam fœmina censeretur, cui præcipua pars, nempe caput, vir fuit, vt admiretur viri caput viriliter gubernaret.

Nonne assumpsit dextralíola, nempe armillas, in bellum aduersus Persam progrediens? Armillæ quidem arma virilia sunt, ideò viria dictæ. Tertullianus de pallio: *Feminæ ... virias eccliparunt.* Et statim: *Armillas, quas ex virorum fortium donis ... matronæ tenere ...sent.* Isidorus: *Armillæ autem propriè virorum sunt, collatæ victoriæ causâ ob armorum virtutem. Vnde & quondam vulgo viriolæ dicebantur.* Quid fœminæ de viro defuit, quæ armillas & viria in manu tugillatura Ducem, præpropero victoriæ resumpsit auspicio; &, obeundi facinoris præmium in eadem, qua percussit manu, viriliter præoccupauit? Richardus à S. Laurentio supra, ex hoc Iudithæ elogio: *Quia fecisti viriliter*, gradum ad Deiparam facit, dicens: *Fuit etiam Maria virago, quæ egit virum suum qui ... vocat eam Sponsam in Cantico, quando ex ... fidei consensu, vt de ea posset ... Christus homo.* O terque quaterque fœlix virago Iuditha, cuius meruit summæ virginis typum præferre, & dum ... Holofernis ... qui Hebræam gentem dissipare parabat, virum Orientem ex alto in virgineis visceribus ... dum tacito præmonuit oraculo. *Truncatum Holofernis caput*, inquit S. Ildephonsus, vt non semel dixit, *Iudith continens amputauit*; cùm in vtero casto Deus, qui caput est, se membris adfibulauit humanis.

Vers. 12. *Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.* Concordi accentu in benedictionis vocem populus vniuersus erupit: *Fiat, fiat*, pro quo in Hebræo solet esse אמן אמן *Amen amen.* Iam supra in simili obseruauimus, nonnisi post benedictiones hanc clausulam adijci, cuius apud Hebræos eò inualuit æstimatio, vt censuissent plus ad benedictionem conferre, qui *Amen* respondet, quam qui benedictionem incipit. Sic Rabbini dicunt. *Maior est qui respondit amen, quàm qui benedictionem ipsam recitat.* Est quidem quasi subscriptio & sigillum omnium vocibus exaratum. Augustinus in fragmento sermonis contra Pelagianos: *Fratres mei, amen vestrum subscriptio vestra est, consensio vestra est, adstipulatio vestra est.* Dixerat Eliachim & presbyteri: *Et ideò eris benedicta in æternum*, ... vestigio populus insonuit *Amen*, in benedictionis stabile firmamentum. Sic 1. Cor. 14. *Si benedixeris spiritu;* qui

Hebr. 1.
Sidon.
Alcim.
Zonar.
Richard. à S. Laur.
Gen 3.
Ouid.
Fulgent.
Isid.
Ambr.
August.
30.
Tertull.
Isid.
Richard. à S. Laur.
Ildephons.
31.
Rabbini.
August.
1. Cor. 14. 16.

qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet: Amen ſuper tuam benedictionem? Ex quo, [illegible] idiotæ turbæ, nempe populi ad [illegible] laudis [illegible], hoc [illegible] compendium: [illegible] vſus eſt, hic profectò ſignificat quamdam ſtabilitatis precationem, cum [illegible] natur, ſicut Sanct. Pagninus [illegible] annotauit Iſaiæ 65. verſ. 16. Quin pro affirmatione non male acceperimus, [illegible] *veritas erit hoc, veritas erit*, vt R. Dauid in [illegible], [illegible] vocis repetitionem explicant Numer. 5. verſ. 22.

32 Obſeruaſſe non pigeat, aliquando diſſimili [illegible] vtrumque *amen* [illegible], alterum [illegible], fœmininum alterum, vt adnotauit Sanctius in Iſaiæ [illegible] vbi pro *fideles amen*, [illegible] est אמן אקרבה id eſt, [illegible] *amen*. Hoc ſtylo, quo [illegible] delectat Hebræi, [illegible] deſignatur, dum vtrumque genus, [illegible] maribus & fœminis [illegible] complexa, his terminationibus deſignatur, [illegible] deficiunt. Vnde Iſaiæ 3. verſ. 1. *Auferet à Ieruſalem, & à Iuda validum, & fortem*, [illegible] *validum, & validam*. Ergo fortaſſis in primitiuis hæc geminatio *amen amen* vtrumque genus complectitur, maſculinum nempe & fœmininum, [illegible] vt indicetur ab omni genere benedicendam eſſe Iuditham, quod & [illegible], ſiquidem [illegible] v. 15. ſubditur: *Et omnis populi gaudebant, cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus.* Tum vel maximè, vt [illegible] Herodis vtriuſque ſexum [illegible] fœmineum in corpore, [illegible] in animo, vt [illegible] Fœmineus vir, vel fœmina nuncupatur [illegible], ſicut apud Alcimum Auitum [illegible].

[illegible] animi Iudith, in mente [illegible].

33 Nec par eſt omittere, maiorem [illegible] in hac geminatione amen amen: Hebræi [illegible] cum [illegible] vtuntur, [illegible] plurale pro ſingulari aſſument, granditatem quamdam & veluti opulentiam rei ſignificatæ conciliant, vt in ipſa hac voce animaduertit Ambroſ. in Pſalm. 40. *Amen confirmationis verbum. Maior autem [illegible] eſt, vbi repetitus eſt ſermo. Quod in libro Euangelij ſecundum Ioannem frequentius inuenimus, quia ipſe maxima de cæleſtibus & profundis myſterijs eſt loquutus.* Similes populi acclamationes & preces ante triumphum in Imperatorem [illegible] apud Romanos; [illegible] antequam in currum aſcenderet, vota [illegible] populariumque turba [illegible]. Verba refert Ioſephus lib. 7. *[illegible] imperio quorum [illegible] res Romana, eamdem placati propitiati [illegible] ſeruate.* Nec par erat alia [illegible] verba concipere Iſraëliticum populum è Perſicorum draconum nuper ſpiris, & voluminibus ereptum, nec in Heroinis [illegible] aures, carmina [illegible] iocoſa [illegible] tales, quales in Romano triumpho à populo [illegible], de quibus Martial. lib. 7.

[illegible] audire iocos, [illegible] carmina, Cæſar,
Sit tibi, [illegible] ipſe triumphus amat.

Verſ. 13. Per dies autem triginta vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorum à populo Iſraël.

Verſ. 14. Porrò autem vniuerſa, quæ Holofernis peculiaria fuiſſe, probata ſunt, dederunt Iudith, in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, tradita ſunt illi omnia à populo.

Verſ. 13. *Per dies autem triginta vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorum à populo Iſraël.* Non potuit exaggeratius [illegible] cumulus explicari, quibus onuſtabantur Aſſyria caſtra. Quippe non [illegible] eſt & tarda [illegible] manus, nec [illegible], [illegible] graditur auri [illegible] cupido, ſed quæ ligna [illegible], [illegible] diſcrimina, [illegible] fluctuum [illegible], vt vel [illegible] ex Indicis [illegible]. Ergo triginta dies nec [illegible], ſed & [illegible], vt & noctes pariter cum lucibus in gazarum [illegible]: [illegible] enim & [illegible] eſt [illegible], nec à [illegible], nec à [illegible] in metallis, [illegible]. Et tamen, licet tot dies [illegible] in ſpoliandis caſtris tranſigerent, nondum exhauriebant [illegible] copiam: [illegible] Orientalis prædæ in hunc vnum aggerem, ſcilicet in Holofernianam tentoria [illegible] confluxerant. Quin vt plus mireris, non ſolum populus Bethulienſis in prædam [illegible] propriis domibus [illegible], ſed & populus Iſraël, qui Hebræam gentem [illegible] comprehendit. Licèt enim iure belli ſolis Bethulienſibus diuidenda debebantur ſpolia, ea fuit ſcaturigo gazarum ſupellectili [illegible] multitudo, vt [illegible] ſuppeteret [illegible], ne vnius vrbis communis triumphus clauderetur in mœnibus, nec inops fama [illegible] pendere, quod [illegible] alas, per ciuitates reliquas [illegible]. [illegible] dies noctesque in [illegible] Aſſyriorum [illegible] egrediebantur Hebræi: quoniam poſtquam qui [illegible] fuerant fugaces, [illegible] victores, omnem hoſtium [illegible] penitus [illegible] quiete [illegible]. [illegible] Xenophon lib. 3. [illegible]: *Qui ad [illegible] non plane [illegible] hoſtium [illegible], ſe confert, non miles bonus eſt, ſed calo: quem tibi mancipium [illegible] licet.*

34 Hæc triginta dierum ſpatio vix collecta præda in memoriam reuocat, quam à triginta Regibus barbaris ſub [illegible] Chriſtianos Sinetius [illegible] Rex [illegible] reportauit, de qua Marcus Antonius Muretus in orat. ad Pium IV. P. M. *Cum de diuidenda, inquit, præda agi cœptum eſſet, tanta erat, quantam triginta potentiſſimorum Regum collatæ in vnum locum opes coaceruare potuerunt.* Et paruo interſtitio: *Erat in caſtris barbarorum auri, argenti, facti infectique permagna vis; gemmarum admirabilis multitudo, tapetium, conchyliatæ veſtis, periſtromatum, armorum omnis generis optimorum infinitus propè numerus, equi præſtantes permulti; phalerarum ephippiorum incredibilis copia*, &c.

35 Verſ. 14. *Porrò autem vniuerſa, quæ Holofernis.* [illegible] belli [illegible] debebatur; quin [illegible] Holofernis integrum tabernaculum. Auſculta Curtium lib. 3. *Ij, qui cum Dario tabernaculum exornauerant, omni luxu, & opulentia*

 inſtructum

instructum, eadem illa Alexandro quasi uteri Domino reseruant: namque id solum inuiolatum omiserant milites: ita tradito more, vt victorem victi Regis tabernaculo exciperent. Anne tabernaculum Holofernis Iudithæ præstitum? Adest textus Græcus (Græcus.) *Et dederunt Iudith tabernaculum Holofernis, & omnia argentaria, & lectulos, & τὰ ὅλμια*, quæ Complutenses (Complut.) vertunt *Stateras*, Vatablus (Vatabl.) *pelues*. Sane ὅλμος, licet gubernaculum, seu clauum nauis significet apud Pollucem (Pollux.) lib. 10. etiam magnum craterem, seu labrum significat apud Hesychium (Hesych.), sicut ὀργάνη vas, in quo pocula abluuntur, vt constat ex Polluce lib. 6. Aptè tabernaculum, lecti, & crateres fœminæ victrici præstantur: hæc fuerunt arma, quibus bibacissimum, Venereúmque iugulauit Tyrannum. Sicut ei debebatur pugio, quo ceruicem abscidit: sic vinaria phialæ, Bacchique crateres, qui soporatum manu perfluere fecerunt, & torus, qui corpus luxuriosum sustinuit, tenacitérque per tumulentiam sibi defixit, ne ad cruentum ictum excitata victima calcitraret. Equidem Philippus (Philip.) Abbas de silentio Clericor. cap. 13. scribit, quod Dominus Iudithan è Bethulia *misit ad Principem Bacchi & Veneris seducendum, & pugione proprio per manum mulieris occidendum.*

36\. Hæc igitur instrumenta optimo iure in Heroïdis deuenêre dominium, vtpote quæ propriè *spolia opima* dicenda sunt. Ita enim appellantur, quæ Dux Duci propria manu fortitudinéque cæso detrahit; [illegible] leuerit; neutiquam huius agnominis nobilitate fruuntur, de qua etymologia disserit Varro (Varro.). Opima spolia, Ioui Feretrio, cui templum in Capitolio, denouebantur; nisi ter contigit, vt ei deferrentur, nempe à Romulo apud Liuium (Liu.) in lib. 1. decad. 1. à Corn. Cosso Tribuno militum apud Sabel. (Sabel.) lib. 5. decad. 2. à Cl. Marcello apud Florum (Florus.) lib. 2. cap. 4. Summè enim circumstantiæ, quæ ad opima spolia exiguntur, tarò contingere potuerunt. Sed vna Iudith optimorum spoliorum numerum auxit, vtpote cui iure, hæc opimitas debebatur: propria enim manu illustre facinus edidit, & Ducem hostium occidit? quæ sunt huiusmodi generis spoliorum attributa. Plutarchus (Plutarch.) in Romulo: *Ei Duci, qui generosum aliquod facinus manu ediderit, & Ducem hostium occiderit, datur, vt opima spolia dedicet.*

37\. Additur in Græco: *Omnémque Holofernis supellectilem populus Iudith dedit, quæ accepta illa omnia sua iunctisque plaustris congesta imposuit.* Data dicuntur à populo, Holofernis bona Iudithæ. Curne data, siquidem victoriæ iure possita videbantur sub eius manu, quæ occidendo feram, nempe ferinæ indolis Ducem, quid quid eius fuit, legitimo dominio acquisiuit? An quia spolia dicuntur *donaria*? Et etiam quoniam nec Victoris Imperatorisve præda erat, sed totius exercitus. Vide Clodouæus Rex Francorum apud Gregorium Turonensem (Greg. Turon.) lib. 2. histor. Francor. cap. 27. cùm victor remearet, dixit: *Rogo vos, ô fortissimi præliatores, vt saltem mihi vas istud extra sortem concedere non abnuatis.* Ergo extra sortem, iustámque ex prædæ diuisione portionem consultum est meritis Heroidis, datúmque in præmium, omne thesaurorum pondus, ingénsque apparatus bonorum, quibus tentorium Ducis obtruncati abundabat; sicut aliàs Euripides (Euripid.) in Androm. *Andromacha data victori. In præmium ex Troiana præda extra sortem.* Virgil. (Virgil.) 9. Æneid.

——— ipsum illum clypeum, cristásque rubentes
Excipiam sorti, iam nunc tua præmia, Niso.

Mos autem apud Exoticos erat, quòd fortes milites Duci Victori coronaria dona conferrent. 38. Quin à singulis ciuitatibus aureas coronas præstitas triumphanti Vopiscus prodidit in Aureliano (Vopisc.), Liuius (Liu.) lib. 7. Tract. fusè Bulengerus (Buleng.) lib. de triumpho cap. 29. Sed pro auro, & coronis Hierosolymitanus populus concessit Iudithæ omnem Holofernis gazam, cuius si numerum, pondúsque recensere, & appendere studueris, otium forsitan perdes; quippe è Nabuchodonosoris thesauro; siue Regio puluinari dixeris, siue Regio subsellio (in quorum plano, si Athenæo (Athen.) credimus lib. 12. cap. 3. de Regibus Persarum agenti, quinque millia auri talentorum iacebant, in altero talentorum argenti tria millia) maximam vim auri & argenti acceptis, dictum manet supra cap. 2. v. 10. Et ipse plurimas Orientis regiones deglutiit, nec thesaurum vnum, sed thesauros plures infinitos habuisse supra cap. 11. vers. 1. & merito spolia, quæ Iudithæ ex populi largitate contigerunt, possint contendere cum iis, quæ Æmilij triumphum agentis spoliis, de quo Plutarchus (Plutarch.): *Summam epulis capitur: auri, argentique translati H S. millies ducenties tradit, Valerius Antias tradit, quæ haud dubie maior aut auro summa ex numero plaustrorum, ponderéque auri & argenti, generatim ab ipso scriptis efficiuntur.*

39\. In plaustra, spoliorúmque vectacula, sicut hic in Græco dicitur (Græca.) *Quæ accepta illa omnia sua, iunctisque plaustris congesta imposuit.* Siue vt Complutenses (Complut.) vertunt: *Imposuit super mulam suam, & coniunxit currus suos, & accumulauit ea super illos.* Ea ad imaginem quæ magnificè triumphantis: quippe congesta & accumulata super plaustra spolia, id est nullo ordine, atque seruato, sed tumultuario spontaneoque casu, quod hic dicitur *accumulauit*, seu *congessit*, Græcè [illegible], etiam prodidit Plutarchus (Plutarch.), cuius verba dare licet: *Arma multis plaustris trahuntur, [illegible], ac concinnè posita, vt cum simul commouerentur, temerè & sponte iacta esse putares, galeæ clypeos, loricæ super ocreas, & pelta Cretica, & Thracica gerra, & pharetræ admixta frenis equorum, & enses nudi emicantes inter hæc & hastæ, &c.* Appianus (Appian.) in triumpho Scipionis: *Procedunt tubicines, & spoliis onusta plaustra.* Anne super mulam Iudith sedebat? Haud ægrè feream hanc sententiam; imò lubens concedo, vt ouantis instar graderetur per vrbem. Ouatio quidem, licet postea curruum admittit, prius non nisi equum. Seruius (Seru.) lib. 4. Æneid. *Quæ ouationem meretur, vno equo vtitur.* Ast non equus, sed mula Iudithæ adtribuitur. Sed mulam, mulamve Syriacam, quod Hebraicè *pheredum*, singulare genus equorum esse scribit Pineda (Pineda.) de rebus Salom. lib. 2. cap. 5. num. 1. triumphis, & magnificis apparatibus aptum: siquidem & 3. Reg. 1. (3. Reg. 1.) ad inaugurandum Salomonem, *impo fuerunt super mulam Regis Dauid.* Et Isaiæ (Isai. 66.) 66. vers. 20. *Adducent omnes fratres vestros donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum.*

40. In præfixis textus Græci verbis indicari videtur, Iuditham egreſſam fuiſſe cum carpentis ad Aſſyriorum caſtra, vt tabernaculum Holofernis ſibi forte exceptum, vt Domina, & luſtraret, & acquireret, in pilamentiſque omne genus diuitiarum imponeret. Oportuit ad ſpeciem triumphi, vt ex debellati Ducis tentorio ſequentibus plauſtris, ſeu præeuntibus ipſa in viuo vectaculo ſedens, ouanti apparatu in Bethuliam ingrederetur. In quo de prophanis eſt quid capiamus: ſiquidem ſi forſan Imperatores (diximus hoc titulo efferri, quotquot victoribus triumphus decernebatur.) iam in vrbē intrauerant, opus erat ex lege ſancita, iterum ab vrbe, vt ingrederentur ouantes. Tacitus lib. 3. annal. *Ad Druſus vrbe egreſſus repetendis auſpiciis, mox ouans ingreſſus eſt.* Imò Imperatoris titulum, triumphique ius amittebant, qui ante apparatum vrbem iniſſent, vt probat Bulengerus, lib. de triumpho cap. 10. ex Appiano, Dionyſio, Liuio, & Ioſepho. E campo, qui Aſſyrij furoris ſtudium fuit, circuitve ferarum, melior Amazonum regreditur Heroina, triumphalibus inſtructa momentis, cælum ſimul, Paleſtinęque tractus ad oculos & oſcula prouocans, illuſtréque Pæana, ſæculorum fidibus recinendum.

Verſ. 15. Et omnes populi gaudebunt, cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus in organis, & citharis.

41. Verſ. 15. *Et omnes populi gaudebunt, cum mulieribus, & virginibus & iuuenibus in organis, & citharis.* Latinus textus commune tripudium, lætiſſimumque plauſum per late patentem regionem feſtiuis choreis, choriſque canentibus ſalientibuſque compendio perhibuit: Græcus vnius Bethuliæ triumphalia feſta acu ſelectiore depinxit. Verba dare operæpretium, quæ plurimum eruditis priſtinæ litteraturæ ſpirabunt. Sic ex Vatabli verſione: *Tunc concurrerunt videndæ eius cauſa mulieres omnes Iſraeliticæ, eamque collaudarunt, atque vnà ei chorum ſtatuerunt. Ipſa vero thyrſos manibus acceptos, mulieribus, quæ vnà ſecum aderant diſtribuit. Et impoſita ſibi ſociiſque ſua corona oleagina, choream vniuerſo populo ducens, omnibus mulieribus præibat. Viri verò Iſraelitæ omnes armati ſubſequebantur cum coronis atque hymnis, quos ore ſuo decantabant.* Singula, licèt perfunctorio calamo, prægustemus.

42. Primò: Puellaris multitudo concurrit, non equidem ſolùm è Bethulienſi populo natæ, ſed ex tribubus aliis, quorum vnus victoriæ prouentus. Sic aliàs Ioſephus de triumpho lib. 7. cap. 16. *Cum dies antè indicta eſſet, qua pompa futura erat triumphalis, nemo Romæ abfuit ex immenſa multitudine; omnes autem quaſi præuenientes loca, vbi vel conſiſtere poſſent capiebant:* Claudianus de bello Getico:

——portas ſecuras per omnes
Turba ſalutatis effunditur obuia ſignis

Dionyſius lib. 2. *Ciues ex vrbe cum coniugibus & liberis ab vtraque viæ parte illi obuiam venerunt.*

43. Secundò. Elogiis & laudibus onerant auras, aureſque Heroïnæ delectant, tum diſtinctè; tum confusè. Diſtinctè quidem, Liuius lib. 45. *Imperatoris laudes canentes per vrbem incedunt:* quæ *carmina* dicebantur. Plutarchus in Paulo. *Canens autem partim quædam carmina vernacula riſu admixta: tum verò Pæanas victoriæ, & præconia Æmilio.* Armorum fructus laus eſt, vt cecinit Propertius lib. 2. eleg. 6.

Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis;
Hanc me militiam fata ſubire volunt.

Confusè, nempe promiſcuo clamore nomen Iudithę crebris ingeminant plauſibus. Claudianus de laudibus Stilliconis:

——quantos proſcenia plauſus,
Ad cælum quoties vallis tibi Martia ducet
Nomen Auentino, Pallanteoque receſſu.

Tertiò. Vna ei chorum ſtatuerunt. Scilicet vel circum Iuditham rotabantur, vertentes ſe cum lætiſſimis modulis, vel in eius laudem & ſolemnia decreuerunt chorum, qualis in triumpho à fœminis ſtatus, canit Maro 8. Æneid. 44.

Lætitiâ, ludiſque viæ plauſuque fremebant;
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus aræ.

Seu potiùs, vt ipſa Choryphæi munere fungeretur, ſe ei in chorum fœminæ deuouebant. Chorus puellis Syriis maximè in vſu, vt obſeruabit Scholiaſtes Iuuenalis Satyra 2. Ad illud *Incipias prurire choro. Speras forſitan, quòd incipiant ſaltare delicatæ ac pulchræ puellæ Syriæ.* Sic Iudic. 11. *Reuertente Iephte in domum ſuam, occurrit ei vnigenita filia ſua cum tympanis, & choris.* Fortaſſis chorum militarem ſtatuerunt, vt præeunti Iudithæ incruentam belli efformarent effigiem, pyrrhichámque compoſuère, de qua Apuleius lib. 10. Metamorph. *Nam puelli, puellæque virenti florentes ætatula, forma conſpicui, veſte nitidi, Græcanicam ſaltantes pyrrhicham, diſpoſiti ordinationibus decoris ambitus inerrabant, nunc in orbe rotatim flexuoſi, nunc in obliquam ſeriem connexi.* Quales caſtrorum choros depingit Alcazar lib. 3. in Cant. cap. 7. ſect. 1. & Sherlogus tom. 3. in Cant. veſtig. 35. a n. 1. ad illud Cantic. 7. v. 1. *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Quod chorus citharistarum, & Satyrorum ſuaue ſtreperet in triumphis, probat Bulengerus de triumpho cap. 30.

Quartò Iuditha thyrſos manibus acceptos mulieribus diſtribuebat. Munifica liberalitas propria victoriæ eſt. Saluſtius de Mario: *Omnia ibi capta militibus donat.* Ouidius lib. 2. de Ponto eleg. 1. 45.

Atque in victorem cum magno vocis honore
Bellica laudatis dona dedisſe viris.

Cur thyrſos pro militaribus donis ſobria fœmina præſtat? An quia ad ducendum chorum apti? Maro 7. Æneid.

——Etenim molles tibi ſumere thyrſos
Te luſtrare choros, ſacrum tibi paſcere crinem.

Profectò quæ Bacchum in Holoferne truncauerat, quidni tanquam victoriæ ferculum, & peginata Pompæ, in quibus rerum geſtarum exprimebantur imagines. Bacchi thyrſos impartiat, qui victricis titulum, victíque Ducis madidam indolem repræſentet. Quaſi his pampyneis haſtis bibaciſſimam Perſam petierit, hiſque vimineis mucronibus ſobria dextera trucidauerit ipſáque in medio vt regina chori Orgia feſtiua concelebret victoriæ canens, ſicut aliàs apud Euripidem illa

Tua vero mater inter medias vlulauit
Stans bacchas.

Equidem thyrſis armatas fœminas habuiſſe in exercitu Dionyſium, perhibet Diodorus lib. 5. cap. 1. Quin apud Pauſaniam Bacchum 46.

fœminæ comitatæ sunt; cùm ille Argos exercitum duceret. Thyrsus verò virga, & caulis cuiusque herbæ fit, pro telo accipitur hederis obtecto. Macr. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 18. *Est latens telum, cuius mucro hederâ lambente protegitur.* Sub ebrietatis pampyneis frondibus, sub virenti que lyæi thyrso cuspidem inuenit Iudithà, qua soporatum, temulentúmque trucidaret. Aug. S. Augustinus serm. 67. *Cuncti ebrietate soluuntur. Non delicata matrona pugnauit, sopor tibi, quem ferias, præparauit.* Sim. de Cas. Simon de Cassia lib. 8. cap. 51. *Holofernis truncatur caput a fœmina, quoniam vini calore deuictus velut insensibilis iacebat in lecto.* Ambros. Ambrosius de Elia & ieiun. cap. 9. *Ille vino sepultus iacebat, vt illum vulneris sentire non posset.* Ergo prudens fœmina quamdam prætulit speciem thyrsi, quæ latentem sub vagina pugionem soporiferi vini obumbrantibus frondibus obtexit; vt bibacem Principem iugularet, vt alias Seneca in Hercule furente canit: Seneca. *Tectam virtuti cuspidem thyrso gerens.* Quin thyrsi more sobrietatem texit, dum vinatum virum vexit ad bibacis tentorium, nec restitit gustare de phiala, vt latentem mucronem in barbaris ceruicibus exerceret. S. Chrysost. S. Chrysostomus homil. 10. in Matthæum: *Post solemnitatem triduani ieiunij capite vncto, & lota facie ita interna afflictionis tristitiam texit, vt simulato gaudio, lætari hostibus videretur: ac sic, dum lætitia vultus ieiunium texit, de hoste triumphum victoriæ reportauit.* En aculeatæ hastæ sub hedera contegente imago, en thyrsi symbolum: quid quòd in triumpho non alius viror, non ramus alter, sed tyrsus pro totis frondibus sit, vt in illo victoriæ causa pariter & lætitia constaret?

47. Sed an de Bacchatum circulo, furentiúmque fœminarum choro sapientissima, parcissimaque Heroina, quasi sub præside Iaccho sic circumstreperet, sicut alias apud Tacitum Mesalina Tacit. simulans Bacchantium furores, lib. 11. annal. *Crine fluxo, thyrsum quatiens, iuxtaque Silius hedera vinctus, gerere cothurnos, iacere caput, strepente circum procaci choro.* Sed nihil hic de lyæi fumo, nihil de orgiis Bacchi, nec musto madere deputanda, quam spiritus repleuerat. Erat Hebræis fœminis mos, choros contexere, geminare tripudia, sistráque & tympana quatere præeunte Principe chori, vt constat ex filia Iudic 5. Iephte Iudic. 5. & Maria sorore Moysis Exod. 15.20. Exodi 15. vers. 20. Quin thyrsi apud Hebræos in 2 Machab. 10.7. celebrioribus festis 2. Machab. 10. vers. 7. *Propter quod thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, qui prosperauit mundari locum suum.* En thyrsi cum palmis nectuntur, vt noueris thyrsum, sicut & palmam, aptum esse victoriæ. Sanè non aliâ fronde ipsammet victo-Claudian. riam, quam palmâ ornauit Claudianus lib. 3. de laudibus Stilicon.

Ipsa Duci sacras victoria panderet arces,
Et palma viridi gaudens, & amicta trophæis.

48. Quintò, Imponitur Iudithæ & ancillæ suæ corona oleagina. Cui non gramineo serto Herodis tempora redimiuntur, siquidem obsidionalis ei corona debebatur, vtpote quæ obsidionem truncato Duce diremit, & hæc omnium Plin. coronarum exuperat nobilitatem. Plinius lib. 16. cap. 4. *Corona nulla fuit gramineâ nobilior; gemmata & aurea, vallares, murales, rostrata, ciuica, triumphales post hanc fuere.* An oleaginâ cingitur Iudithæ vertex, in symbolum munditiæ, & titulum castitatis: de olea enim scribit Plinius Idem. lib. 15. cap. 30. *Adeoque in prophanis vsibus pollui laurum & oleam fas non est, vt non propitiandis quidem Numinibus accendi ex his altaria, aræve debeant.* Equidem Iuditha castitatis triumphum, nempe vt impolluta rediret, celebrauit expressius supra cap. 13. vers. 20. *Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari;* Iudith 13. 20. *sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua.* Quidni in apparatu victoriæ impolluta olea coronetur, cui primus triumphus fuit? Ambrosius lib. 3. of- Ambros. fic. cap. 13. *Primus triumphus eius fuit, quod integrum pudorem de tabernaculo hostis reuexit, secundus, quod fœmina de viro reportauit victoriam.* Florida castitatis primipila maluit pudoris insignibus coronari, pudicitiæque emblemate cingi, quàm gramine, quam lauro; cùm nobilius censuerit, pudorem fœminam custodire, quàm ciues non refringere, quàm hostes obsidentes perfringere. E castis membris virgineæ limpiditatis abundantia exundauit ad caput, vt quod anteà, lascidum hostem deciperet, dimoto theristro retexerat, nunc olea ceu hieroglyphicum castitatis, impollutis foliis contegeret. Myrtea corona apud prophanos redimiebantur ouantes, quando cum humili hoste pugnatum fuit, seu absque puluere, & cruore, vt non masculi Martis, sed fœminæ Veneris pararetur esse triumphus, cui Veneris frons pro sertho fuisse, de quo Gellius Gell. lib. 5. c. 6. En fœmini sacra aduersus insidias Veneris coronatur, quæ cruorem alienum vtpote incestum, & impurum, non proprium, ne temerareur, effudit. Sed iidem ideò oleagina honoratur coronâ, quia pacis symbolum erat: vnde imbellis oliua dicitur, pacalis, mitis, & insons, vt obuia sunt loca. Auspicium pacis comprobauit euentus infra cap. sequenti vers. 30. *In omni spatio vitæ eius non fuit, qui perturbaret Israël, & post mortem eius annis multis.* Scio quòd oleaginæ coronæ olympionicarum fuere apud Romanos. Ergo in vtrumque symbolum, nempe victricis castitatis, & pacis in patriam inuectæ, olea in capite Iudithæ rendet pro trophæo. Ambrosius lib. de Ambros. viduis. *Non minus seruata castitatis ex hostibus reuexit trophæum, quàm patriæ liberatæ.* Certe in triumphantium coronis præcipua eorum facinora exculpi consueuerant; vt ex Liuio lib. 10. scribit Bulengerus cap. 17. Hic in me- Buleng. liore auro, nempe Iudithæ vertice, rei gestæ, pudoris nempe seruati, & tutæque pacis floridi characteres spirant: olea quippe vtrumque præsignat.

Verùm cur Iudithæ Abra simili oleagina corona donatur: Nonne diminuit dominæ triumphum hæc æqualitas coronaria? Irridet Iuuena- 49. Iuuen. lis Satyra 10. quod seruus in triumphali curru graue pondus coronæ sustulit, quam Dominus sustinere non poterat:

—— *magnaque corona*
Tantum orbem, quanto ceruix non sufficit vna:
Quippe tenet sudans hanc publicus, & sibi Consul,
Ne placeat, curru seruus portatur eodem.

An par triumphantis & serui fortuna, sicut Plinius

Plinius lib.33.cap.1.iocatur de triumphantibus in annulo ferreo, qui etiam in digito ſeruorum erat? Sed benigna liberaliſque ſacræ fœminæ indoles compari voluit fronde ancillam ornari, quaſi facinoris ſui, Martiique diſcriminis fidiſſimam, & amicam conſortem, quæ licèt non effudit Tyranni cruorem, guttis ex diſſecto capite diſtillantibus aſperſa fuit, totámque victoriam ſub pera tranſuexit in vrbem. Quòd oleaginâ corona ornarentur miniſtri triumphantium, Feſtus auctor eſt. Quòd milites aſſeclæ Ducis pariter coronati ſpectarentur in triumpho, præter Plutarch. in Paulo, dixit Liuius lib. 45. *Milites & ipſi laureati, & quiſque donis, quibus donati ſunt, inſignes, triumphum nomine ciens.* Feſt. Liu.

50. Sextò. Sacra Heroïna vniuerſo populo choream ducebat, præeunte veſtigio. Sic melior Diana, quæ feras, nempe Aſſyrios, in Martiali campo fatigauerat. Virg. 1. Æneid. Virgil.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi.
Exercet Dianachoros, quam mille ſecutæ.
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Sophocl. Apta chorea eſt poſt bellum. Sophocles in Antigone: *Nunc bella hæc obliuiſcamini, Deorum verò templa choris nocturnis omnia adeamus:* quippe in pacis fortunatæque quietis gratitudinem tripudia hæc, modulatis pedum metris, crepidarúmque carmine abſque vocali ſonitu pertrepantibus. Propertius lib. 1. eleg. 17. *Candida fœlici ſoluite bella choro.* Fœlicitas enim attributum eſt triumphi: nec hîc aliquid de blandula fractáque libidine, cùm & caſtitas choros ducat, & quæ illecebrarum vitioſa vertigo laſciuientibus ſaltibus effœminatu deuouit, virtus conuertit in feſtiuitatem pudoris. Hic muſicus ludus pro ſolemnitate triumphi delectus, qui mentem pariter in corporis articulata eleuatione leuaret. Ludi enim quaſi triumphi appendices apud Ethnicos ſolebant inſtitui. Polybius in epitom. lib. 16. *Qui Romæ erant, ludos ediderunt; & celebritates ſcipione ſumptu ſufficiente.* Chorea autem ludos meritò computabitur. Sidonius Apollinar. lib. 9. epiſt. 13. Propert. Polyb. Sidon.

Iuuat & vago rotatu
Dare fracta membra ludo;
Similare vel tremente
Pede, veſte, voce Bacchas.

Athen. Ludus muſicus poſt debellatos Illyricos datus à Luc. Aniſio Prætore apud Athenæum lib. 14. Quid? Dum Dei honori feſtiuiter conſolatur, neutiquam olim reprobata chorea, apud Balſamonem in Synodo Carthaginenſi, can. 63. licèt poſteà prohibita, vt nimius luxus auerteretur, in Concilio Cabilonenſi 1. can. 18. & Antiſiodorienſi can. 9. Balſam. Concil. Cab. Conc. Antiſ.

51. Septimò. Viri Iſraelitæ omnes armati ſubſequebantur cum coronis. Triumphantem Imperatorem armati milites ſequaci comitabantur veſtigio. Ammianus Marcellinus lib. 16. *Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum clypeatus atque criſtatus, corruſco lumine radians, nitidis loricis indutus.* Liuius lib. 28. & 31. affatim de hoc more. Coronatæ mithratæque forſitan etiam fœminæ poſt Iuditham ad chorum. Sic apud Propertium lib. 4. eleg. 7. Ammian. Propert.

Quæ numeroſa fides, quaque æra rotunda Cybelles,
Mitratiſque ſonant lyria plectra choris.

Octauò. Hymnos ore ſuo decantabant. Ore ſuo ſignatè, quiſque enim ſuo modulo perſonabat. Sic apud Plutarchum in Paulo deſcribitur trimphus. *Præibant Imperatori lictores tunicis puniceis amicti, & chorus citharistarum & ſatyrorum, Hetruſcæ pompæ ritu, cinctorum, ornatorúmque coronis aureis, qui pariter incedunt ordine cum cantu & tripudio.* Pomponius in Diocletiano, Canentes & ſaltantes milites in Imperatoris pompa perhibet. Dionyſius in triumpho Romuli: *Reliqua tum pedeſtres, tum equeſtres copia ſequebantur acie inſtructa, & patriis hymnis Deos celebrantes, & carminibus extempore compoſitis ſuum Ducem laudantes.* Quin Diodorus ait lib. 5. cap. 9. quòd Galli poſt victoriam famulis & ſequacibus ſpolia tribuunt, vt cum cantu & hymnis ſpolia in veſtibulis domorum affigant. Ideò hîc apud Latinum textum citharæ adhibitæ, quoniam citharæ fides hymnis perſonandis adſonæ. Dio Chryſoſtomus orat. 2. *Citharâ tantùm aut lyrâ vti ad Deorum hymnos & cultum.* Vnde illud Pindari Ode 2. Plutarch. Pompon. Dionyſ. Diodor. Dio Chryſ. Pindar.

Hymni regnantes in cythara,
Quem Deum, quem Heroa;
Quem virum reſonabimus?

EXPLANATIO

Moralis inſtitutionis ad Cap. XV.

Verſ. 1. Cúmque omnis exercitus decollatum Holofernem audiiſſet, fugit mens & conſilium ab eis, & ſolo tremore, & metu agitati fugæ præſidium ſumunt.

Fortunati gloria moritur inteſtata. Nulla eſt fortuna poſthuma poſt fortunam: nec fælicitate ſuppletur cæſa fælicitas.

SECTIO I.

NVNQVAM fortuna ſufficitur pro fortuna, nec ſors noua deficienti priſtinæ ingerit ſupplementum. Nauclerus remigium ſupplet, ſi remex enematus ceſſauerit. Elementa reciprocè ſe ſubſtituunt; ſurgit aqua ſuis greſſibus per inane, ſi fiſtula ſe nudauerit aëre. Defectui venti lympha ſuccurrit; ſeque ſuprà naturam naturaliter euehit, nec violentiam cogitat decretos elementis ſitus violare: faſtigium præamat præ profundo. Nullum eſt membrum corporis, quod ſe diſſecti promptiſſimum vicarium non offerat. Mutilum brachium impigrè negotiatur pro manu; Amputatum à pedis fibula crus, etſi veſtigium non imprimat, greſſum modulatur vt poteſt; auris in cæco acutior eſt, vt ſeduliori auditu, quaſi videat, quæ auſcultat, reparétque luminis orbitatem. Sola bona mundialia, quæ vicatim, & velut emédicatâ ſtipe in ambitionis ſacculo congeruntur abſque vicarij præſidij diſparent ſpe; 1.

non habent in exitu quid sufficiant, vtpote quæ in exitu suo peccant, relinquúntque sibi egestatem, & tristitiam hæredes. Augustum nimiis est penu fortunæ; non quid det, suppetit, postquam dederit; ad primum haustum dolium arescit; succeditque pro poculo dolor sitis. Quid; Succidaneo censui inhiamus, qui non repullulat postquam scissus. Vitis quidem, quæ amputatorium ferrum admisit, nouis palmitibus, pampinorúmque pompa reparat primorum excidium, scitque adolescere per iniuriam. Sæculi gloria semper moritur intestata, & quæ ære tenetur alieno, etsi instrumentum hæredémque sibi præparet, vt succedat; fugit cum cinere, & sine hærede.

2. Veteranis & strenuis Ducibus exercitus constabat Assyrius: vix eius Aristarchus occubuit, & iam sine capite iacet mutilatus, & glaber. Nullus sufficitur pro defuncto, imperium sine successore deperiit, v. 1. *Cúmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati fugæ præsidium sumunt.* Ergóne præsidiaria fuga, fugientis è vita Principis hæres est, nemóque in habenis succedit, palludamentúmque & tabernaculum seu suffragiis militum, seu genere, seu voto præsumit, vt regat phalanges, classicum iubeat, digerat ordines, arma gubernet? Sic sunt sæcularis sarcinæ pondera, cadente baiulo nullum portitorem inueniunt. Sic quos fœlicitat factitiæ lucis vmbratilis splendor; si à calamitate nitor extinguitur, non suppetit facula, quæ miseriæ tenebrarum accedat. Nunquam reparabile est; quod parauit sors & eripuit. Effœta voluptas sine sobole manet, quasi cælebs sit & sterilis in suamet fœcunditate luxuries. Nullam in meretriciis fornicibus numerabis familiam, nullus repit per prostibuli thalamum infans, ne sit vlla proles, quæ succedat illecebræ, emeritúmque de meritorio corporis quæstu scortum ex fructu libidinis repræsentet. Spurius dicitur, quem concubitus vagus eduxit, ne sufficì pro patre censeatur, esséque qui substituat superstite voluptatis fructu pro mortuo. Ergo post Holofernis cladem in Principatum nullus assurgit, nè haberet luxuriosus & gulosus hæredem. Augustiores ambitiosæ potentiæ sinus augusti sunt; si vnum intercepit fatum, non capit alterum: nescit enim gloria primogenia sibi, vt soboles succedat, decernere: quippe qui nullum bonum radicis est, omnia mobilia, nec ab auis in nepotes euntia. Tot phalanges & agmina vno tantùm Holofernis capite prominebant, quo dissecto, truncus multiplex, militúmque numerus acephalus mansit, nec fuit caput, quod excidio capitis opem ferret, nec copia plurium vnius emendauit inopiam. O noua Hydra; innumeris corporibus, vno capite constans! Cur non te reproducis ad segetem; pendésque adhuc, cum culmo vtique & sine vertice? Fortunæ symbolum est, luxuriæ, & gulæ: nescit iterum luxuriare post messem, nec grano superstite gaudet, vt reduce manipulo falcem corrigat. Nunquam ad sui auxilium voluptates conspirant; quippe quibus ordo non est, nec egentia vnius alterius opitulatione leuatur.

3. Vitulinum caput Israëlitica gens erexerat sibi in idolum, & tamen post conflatum factitiæ abominationis ingenium, præconio strepente conclamant, numerum conflauisse Deorum, Exod. 32. vers. 4. *Fecit ex eis vitulum conflatilem.* Exod. 32. *Dixerúntque: Hi sunt Dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Quid est quòd sic mentiris, vesana calliditas? Aurum est, non viuit, imago, non veritas bruti, nec tota, sed pars. Siquidem capitis est effigies, nec cætero corpori modulando artificis ignis manus arrisit, nec diuitiarum auaritia plus de gazis stipendia pependit: siquidem homo, etiam Numini ficto colendo, nescit affatim erogare substantiam. Si bestiæ fusilis portio est, cur non Deum tantùm nuncupas, sed & Deos? Vide quantus numerus scelestorum vno & bruti capite se complebat, vt acephalus esset totus, & hæreret vt truncus, quibus nonisi caput vituli dolatum hærebat. Ergo Moyses arte iustitiæ caput vituli contriuit in puluerem, vers. 20. *Et contriuit vsque ad* Exod. 32. 20. *puluerem, quem sparsit in aqua, & dedit ex eo potum filiis Israël.* Si sic actum de capite, quid de membris? Pullulauitne alterum pro contrito? Certè cinerem hæreditauerunt ex mortuo, hæc illis substantia contigit ex defuncto, & vt capite plecterentur, caput deuorare coacti. Nullus est fœlicitatis exitus sine cinere. Mortis suæ reliquit vitulus successores, nec ad idololatriæ excrementa potantibus vita superfuit. Ne aliquid posthumum post idoli bustum mansisset, qui puluerem deglutinerant, occiduntur: quippe ex diuitiis & gloria vitulinum caput constabat: nunquamque gloriæ & diuitiarum calamitas superstite fauore suppletur. Moyses imperauit Leuitis, quòd desæuirent in reos, quos mortis poculum indicabat, v. 27. *Ponat vir gla-* Exod. 32. 27. *dium super femur suum: ite & redite de porta* 28. *vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum.* Et vers. 28. *Cecidérúntque in die illa quasi viginti tria millia hominum.* Quia caput occiderat ab officina ingeniosæ fornacis in eumdem ignem, iam non agentem artificis, sed apparitoris officium, tot membrorum myriades ceciderunt, & ne cognatorum opitulationi confiderent, vnusquisque pro lictore & carnifice expertus est proximum & cognatum. Nullo cognationis supplemento succurritur diuitis in scelere ruinæ; vel sine familia est, vel familiam sustinet in supplicium.

4. In Nabuchodonosoris statuâ omnis se opulentia coëgit: æmulo nitore de pretio contendebant metalla, & de thesaurorum genitalibus venis in complendi simulacri stipendium pondera speciosa cucurrant. Opes pro compagibus erant, & ad regnorum gloriam vno spectaculo producendam aurum, argentum, æs, & ferrum sub concordiæ fibula conspirauerant. Daniel. 2. v. 32. *Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus* Dan. 2. 32. *autem & brachia de argento, porro venter & femora ex ære, tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.* O gazarum omne genus emporium! Sed somnium erat. Quo nisi phantasmate somnij sic series diuitiarum coiret, vt post aurum successisset argentum, post argentum æs, post æs ferrum; si superior portio forsitan pateretur, adesset altera, quæ succurreret. Bona diligénsque compago, quæ sic situm metallorum dimensa est: vt alterius deperditi alterum solatetur ruinam, &, licèt minori pretio, membra, sibi supperterent ad fauorem. Nonnisi somnium hæc reciproca opulentiæ

&

& gloriæ adiumenta deſingit, vtpote quod vmbræ tranſitus eſt, cùm oculos aperit, qui ſic opulentus dormiebat, diſparet vniuerſitas metallorum.

5. Sed & longa eſſet ætas ſic alterutrium ſucceſſiuis diuitiis, ſi etiam in ſpatio ſomni duraret. Ita videbat ſomnians; ſed vix imaginatium ſpectrum de opibus inter ſe adinitricibus compoſuerat, & ecce verſ. 34. *Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus: percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & contriuit eos.* O acumen lapidis & induſtria! Cur libitum iactum non collimas in frontem, vt ſuperbiæ ſitum percutias, ſed humilis te ad veſtigia prouoluis, lingiſque pedes, quibus diues moles ſtat? Ne ſi capitis aurum offenderet, ab humeriſque diffibularet argenteis, inopiam auri argentea brachia leuarent, quæ ſi caderent, æs ſuccurreret, tandémque ferrum cladem comitum metallorum leuaret. verſ. 35. *Tunc contrita ſunt pariter, ferrum, teſta, æs, argentum & aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento: nulluſque locus inuentus eſt eis: lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram.* Obſerua medullitus illud *pariter*. Simultanea fuit calamitas diuitiarum. Ne vnum pretium pro altero ſucceſſiſſet, tota ſimul cecidit opulentia, nullum fuit poſthumum de metallis, quorum ſucceſſiuo ſitu ob inopiæ, defectúſque ſuſpicionem, ſe ſi per compages ſtudioſa moles variauerat. Sed ſi ruit pariter quidquid ſplenduit, cur quædam artelatio in ſtylo eſt *ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum?* Equidem retrogradè ruina deſcribitur, quam fugit gloria: hæc ab auro inceperat, deſiuit in ferro; illa à ferro orditur, ceſſat in auro. O lapidis acuta ſolertia! Scribenti calamū manudixit, ne etiam in periodi ſyllabis opinio obreperet, poſt potioris caſum ſtantis potioris ſpem ſuperfuiſſe. Inferior pars ſuperioris eſt fulcrum, illa decidente vtraque ruit. Lapis fundamenta contriuit, ne vel in breuiſſimā ſcriptionis periodo aliquid ſtatuæ ſibi per conſtantiam ſuccederet.

Dan. 2. 34.

Dan. 2. 35.

6. Quàm ſecus contigit lapillo victori: *Factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram.* Quo accrementi ſuffragio ſcrupulus adoleuit in montem, & à quo ceciderat, magnitudine ingenti præcelluit? Adnota differentiam. Ex diuitiarum mole, gloriáque gigante nec funus ſui & vmbra ſucceſſit, quam ventus ſterilis diſſipauit, nec permiſit ſegeti granum reſiduum, ſed in æſtiuæ areæ infrugiferam fauillam diripuit, vt opulentiæ cupiditas deſperaret. At inopis lapidis in ſui argumentum fœcunditas fuit nec ſenſim alluuione, recrementóque terræ cœpit in iuniorem ſcopulum erudiri, ſed ſubitò ſe egeſſit in montem, & è fertili vulua rupes & iuga in dura ſobole æternandus progenuit. Nunquam humilitas ſine hæredibus iacet, ſibimet eſt hæres, & quò magis cadere ſatagit, per fructum ſui rediuiua reſurgit. Mundialis gloria ſubitò & in pelago occumbit, ne vel ſucceſſoris, vel funeris ſit ſpes.

7. Saülis generis gratus David, poſtquam ille occubuerat, ſeruum interogat, 2. Reg. 9. verſ. 3. *Numquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam Dei? Ait ille: Supereſt filius Ionathæ, debilis pedibus.* Quis ſic crederet de fortunæ miraculo veſtigari potuiſſe, ſi quid ſup-

2. Reg. 9. 3.

peteret? Ergóne omnis Regiæ purpuræ murex in chlamyde enecti Saülis ſine ſucceſſore contabuit, nec vllus fuit, qui conſanguinitatis titulo de maieſtatis ſanguine reliquias & recrementa bibiſſet? Vbine per noctes rediuiua generis monumenta, & per atriorum obſoletas imagines aduerſus æruginem ſæculorum, tanti ataui à prænepotibus inciſſa metalla? Nonne ſaltem ſobole fœminea abundauit, è qua certior eſt ad ſobolis incrementum fœcunditas? Sanè omnis in radice a mortis falce abſciſſa propago fuit, omnis ſurculus obiit cum trunco, vt qui gloriam adamabat mundialem, omnem ſui apparatum in ſuomet tumulo funeraret. Nullum eſt fœdus cum ambitioſo ſæculi & morte; ſine ſtipulatione reſidui fœnoris totus abraditur, nec ſui appendicem ad nomen & memoriam relinquit. Vide tandem qualem habuit hæredem? *Supereſt filius Ionathæ, debilis pedibus.* Quid ab ædificio poteris ſperare, quod debilibus claudicat fundamentis? Tibiis eneruibus Regia Saülis proles natabat, vt non ſemel eius gloriam cecidiſſe conſpiceres, ſed & quoties ambulabat, decideret. Lapis ſtatuam hanc in pedibus attriuit fictilibus, ne vel eius memoriam ſteriliſſe crediderìs, cuius arroſa claudicabant cæmenta. Mitiùs egiſſet ſors cum Saüle, ſi eum abſque nepotis ſupplemento tuliſſet, quàm ei permiſiſſe nepotem, qui ſcipionis ſupplementum mendicabat ad greſſum. Ergo ſi aliquid gloriæ ſupereſt poſt fortunam, in greſſibus turpitudinem pandit, pedetentímque cadit, & infami veſtigio vix ſummâ plantâ pauimentum attingit, ſed funambuli more, dubio ventilatur in aëre.

Verſ. 2. Ita vt nullus loqueretur cum proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus euadere feſtinabant Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audiebant, fugientes per vias camporum; & ſemitas collium.

Verſ. 4. Et quoniam Aſſyrij non adunati in fugam ibant præcipites: filij autem Iſraël vno agmine perſequentes, debilitabant omnes, quos inuenire potuiſſent.

Vitia, quæ ſine ordinis & amoris annulo ſunt, non ſolùm virtutibus, ſed & vitijs ſunt inimica, alternis ſe dilacerant odijs.

SECTIO II.

Vitia ſolùm in hoſtilitatem virtutis fœdus ſtabile contraxerunt, inter ſe ſine fœdere digladiantur, & quocumque fert impetus, in deuios diſperguntur errores. Nullus eſt annulus aut anſula niſi amoris, nec amor alterutrim eſt paſſionibus efferis, quibus odium inſidet pro natura. Sertum nectit virtutum chorus, qui fibulam fœliciter prendit, totam ſibi ſine pondere trahit catenam. Nullus eſt in iniquitatibus ordo. Sine agmine impetunt, & cum ſanguini inhiant, 8.

inhient, beneficio consanguinitatis orbantur. Improbi vitiorum spiritus sine classico & vexillo palantes, vt feræ trices, condensam sæculi syluam fatigant; & licèt comitia conferant in peregrini iusti pernitiem, sine comite vagantur ad propriam. De ferocitate & inuidia affectus iniqui parricidium & incestum committunt. Sororem gulam libido corrumpit; matrem superbiam dilaniat credulitas, auaritia prodigalitatem expoliat, expilat ambitionem luxuries. Et ad minus, si modestè agitur in passionibus, seorsim vnaquæque discinditur, & improbitatis fasciculum dirimit seditio ciuilis. Affectuum democratia dilacerat animum: quisquis sibi partem euellit, iterumque inter se de manuuiis contendunt & præda, donec reciprocâ aduersitate rumpantur. Scorpio, postquam fœtum numerosum vorauit à residuo, cui pepercit, in vltionem fratrum conficitur, qui se matris clunibus superponit, stimulúmque veneni in vuluam, à qua erupit, immittit, morte genitricis semen ex quo vixit, remunerans. En in vna familia descensu & ascensu parricidium increbruit, mater sobolem, matrem soboles trucidauit. Habes paradigma vitiorum. Sic in cognationem desæuiunt, parens genitum, genitusque parentem trucidat. Non solum in salutem, sed & in se venena medicata depugnant. Nisi quod aliquod capitale vitium iuxta peccatoris indolem solet cætera gubernare; tyrannidémque in subditis exercere; quo cæso, hinc & illinc reliqui satellites fugiunt, quasi dissecto pessimo, nullus eis vigor suppetat ad nocendum.

9. Iugulato Holoferne, in quo solium erat gulæ & libidini, omnis vitiosorũ exercitus manipulos deseruit furentes, nec alter alteri fuit præsidio; sed vnusquisque cæteris inimicus, quò ducebat error, aufugit. Vers. 1. *Cúmque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset*, &c. *Fuga præsidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite relictis omnibus, euadere festinabant Hebræos fugientes per vias camporum, & semitas collium.* Et deinde vers. 4. *Et quoniam Assyrij non adunati, in fugam ibant præcipites: filij autem Israel vno agmine persequentes, debilitabant omnes, quos inuenire potuissent.* Cur nec vnus sceleris complex complici ad præsidium adhæret, nec vitium se accumulat vitio, sed in vtriusque cladem denectitur? Cuiúsque erroris semita dissimilis est; quoniam præcipitia sunt plura, sed trames vnus. Nec etiam ad commodum scelera præferunt vnitatem? quippe quæ discordent à recto, nec chordarum in psalterio concordiam ament. Non potuerunt truciùs in se sæuire barbari per iuga dispersi, quàm cùm à latere commilitonis diuulsi. Sicut virtus vnita fortior est, sic glomeratum vitium crudelius. Non vos peremit Hebræus, ô à turbine metus turba disiecta; odium vestri mutuáque lacerauit seditio, quæ quos habebat proximos, reddidit ad dispendium distantes. Incruentè perforat latus amici, qui à latere se segregat in periculo. Sic stolida vitia sunt, quà sæua & fera: discinctum à proximo, vt pateat adunato agmini virtutum vtrumque, proximum discingit & se. In Assyriis & Israëliticis habes exemplum: virtus, vt vincat, in agmine est? iniquitas sine cuneo, vt dispersa facili fundatur impulsu.

Ioannis 8. vers. 3. adducunt Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt: *Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. in lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.* 10 Ioann. 8. 3.
En integrum cum tumultu tribunal, tabelliones, iudices, & lictores. Delictum sine suspicione probatum, sine effugio conuictum proditum sine spe: sed à raptoribus & sacrilegis, vsurarius in calamo, hypocritis in persona, adultera simul patitur & damnatur. Ergóne sic sibi crimina refragantur, vt denariorum furtum libidinis furtum accuset, Religionis adulterium thalami adulterium condemnet? Quid est Pharisæus, nisi indomitus adulter virtutis? Quid est Scriba, nisi pennatus prædo, vt celeriùs sub crena calami veritatem, sacculúmque nummarium corrumpat. Sic inter se confligunt vitia sibi alterutrim consentanea ad inuidiam, dissentanea ad officium. Lapidem vnumquodque præsumit, vt vnum à cæteris inuidiosis iaculis obruatur, & quæ aduersùs bonum conserto fœdere paciscuntur, tandem secum ciuili rebellione decertant. Quid tunc Dominus? Vers. 7. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* O mirabilis sententia virtutis Fœlicius est vitio in virtutem, quàm in vitium ad sui causam & absolutionem incurrere. Illicò Dominus psychomachiam agnouit; nouam quidem, vtpote non virtutis pugnam cum vitio, sed cum scelere sceletis. Continuò prodidit peccatores, quos in peccatricem furor soletat. Nisi crimina, id est criminatores sceleros, ne vlciscerentur crimen, frænaret illâ sententiâ, quòd nonnisi innocens adulteram saxis impeteret, irreligio & furtum statim trucidarent luxuriam. At peccati conuictores conuicti, audita lege, quam virtutum Dominus tulerat, protinus ad inuicem abiuncti secédunt, nec vnus fuit, qui alterum expectaret ad fugam vers. 9. *Audientes autem vnus post vnum exibant*: ac si Hispanè diceres: *Vno à vno*: sic enim Hebraïsmus fert, vt liquet ex Genes. 32. vers. 16. En seorsim à vitio dirimitur vitium, vt, siquidem non poterant fœminam percutere peccatricem, alterno sese pungerent cubito, & quam societatem aduersus adulterium inierant, sibi iam hostes & inconciliabiles rupto comitatu nocuissent. Serpit quasi fermentum, per vitiorum massam superbia; & tamen quæ coagulare debebat hanc saluti infestam farinam, discoire cogit & frangi. Quodcumque vitium superbum est, nec sub alio sustinet monarchiam; si forsan lassetur ex certamine cum virtute, in suos sodales manus conuertit; & intestina hostilitate repugnat, donec alterum ab altero castigetur.

Ioann. 8. 7.

Ioann. 8. 9.

11. Amnon ex cupientis animi febri desingit corporis ægritudinem, illecebræ voto cupidinis tabem præsensit, fumúmque prægustauit incendij, qui iam animo libidinis focum accenderat. Sororio igitur contabuit amore, pessimaque sanguinis charitate, 2. Reg. 13. vers. 6. *Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit. cúmque venisset Rex ad visitandum eum, ait: veniat, obsecro, Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, & cibum capiam de manu eius.* Gulam in luxuriæ complicem aduocauit, ingluuiémque, vt quasi famula cum prælucente facula tenebrosam Venerem præcessisset. Vt impudentiùs

2. Reg. 13. 6.

pudentius altero vitio comitante coïret, in commitia fecit vitia coire; sed quia malum compellauit, sodalem, expecta quid contigit post stuprum. Vix floridam libauerat virginem v. 15.

1.Reg.13.15. *Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita maius esset odium, quo oderat eam, amore quo antea dilexerat.* Si lasciuiæ votum amoris flammas veluti titione moueat excitante, cur visus corrupit affectum, & tactus amoris scopus odium fuit? Adeò vitium vitium fastidit, & ad deformis turpitudinem horret vitij, vt quæ de virtute virgo placuerat, postquam eiusdem vitij contagione contabuit, impense incœperit displicuisse. Corrupta fœmina ardentem fratris corrupit amorem; eadem libido, quæ virginitatem amauerat, iam complicem libidinis odit. O limpida virtutis venustas! etiam fœdæ luxuriæ pulcherrima es. O detorsissima nequitiæ frons! etiam nequitiæ fœdissima es. Ergo iam libido cum libidine digladiatur, & pro amicitiæ improbæ fructu inimicitiarum pullulant vepres. Sic suamet voluptate se post abusum plectit voluptas. Postquam Amnon gemino sanguine bis sororem expertus est, consanguineam nempe ex paterno thalamo in genere, & ex compari propudiosi sanguinis vitio in incestu; vtpote iam vitiosum amouit, & cum pudore pepulit è cubili, quamuis pudorem eius abstulerat.

12. En libidini contraria libido. Sed post breues inducias in alterum hostem incurrit, non vtique virtutem, sed vitium. Absalon, vt sororis dedecus expiaret, lasciuiamque fraternam elueret, vide quid cogitet. Ad epulum Amnonem inuitat, vt inter crateres & fercula nefariæ voluptatis sanguinem haustum cruentà restitueret solutione, vers. 27.

1.Reg.13.27. *Feceràtque Absalon conuiuium quasi conuiuium Regis. Præceperat autem Absalon pueris suis dicens: Obseruate cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis: Percutite eum & interficite.* Cur epulas in apparitores præparat cædis, crudelitatisque satellitem gulam conducit? Hoc vnum vitium cæteris ad facinora famulatur, reliquorum est leno, & officiosus ad improba obsequia minister. Nónne recordaris, quòd ad præsidiarium libidinis comitatum Amnon compellauerat gulam? Hanc ergo à lasciuia commodatò accepit crudelitas, ex fratris disciplina eruditus quantum vitiorum ausis proficiat. Ergo eademmet ingluuies, quæ pro stupri militauerat sorte, nunc sub sæuitiæ pugnat vexillo, vt ipsiusmet stupri confodiat reum, séque pariter in Amnone epulone confoderet; qui per dapes in incestum thalamum cecidit, per dapes cum crudelitas vltrix cecidit. Sicut libido Amnonis in sorore libidinem odio habuit, sic Absalonis gula gulam amputauit Amnonis; non solùm alteri vitio, sed & sibi vitium repugnat. Quid agerent cæteri conuiualis vitij conuiuæ, & qui in collegium sæuæ iniquitatis se dederant, an in scelerata societate manserunt, vers. 29.

1.Reg.13.29. *Fecerunt ergo pueri Absalon aduersus Amnon sicut præceperat eis Absalon: Surgentesque omnes filij Regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt.* En ad mucrem fuga vitiorum; ad mores dissolutos compactus perpetrato facinore cœtus dissoluitur, vnus post vnum abiit, nec se comites sustinent nisi ad cædem.

13. Et quidem hi filij erant Dauidis, qui in vtrumque vitium, libidinem nempe & homicidium incurrerat; licèt ea pœnitens, & religiosus detersit. Quæ vitia sociauerat pater, duo filij imitatione præpostera dissociarunt: vnus & alter vnum & alterum, quasi per propaginis successionem, à parente scelus hæreditauit. Absalon sæuitiam, Amnon lasciuiam; quoniam genitor in Bersabee furto docuerat libidinem, in Vriæ interitu crudelitatem. At nemo in pœnitentia successit. Sed in parente occubitus viri cruentus occubitum cum coniuge subornauit, thalami licentiam rigor adiuuit: in filiis rigor obtruncauit libidinem: quippe non poterunt amicari vitia diutiùs, & quæ in genitore coierant, se in sobole lacerarunt. Sic sensim diminitur contubernium vitiorum, & auiditate peccandi, in semet peccant, si nequeant aliquando in virtutem. Ab eisdem renibus congenita libido & crudelitas fraterna postea se cæde fœdarunt, & de duplicis geminum viperæ infamarunt parentem, qui pro successore libidinis Amnonem, pro sæuitiæ edidit Absalonem, & quos ex dispari genuit concubitu, inter se adinuicem protulit aduersarios.

Cur in inferno, vbi solùm vitia plectuntur, ex contubernio simili non est aliquantulum de consortio criminum lenocinium, Iob. 10. v. 22. 14.

Vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob.10.22. Tumultuarius acerbus non est sodalitas, confusio turbæ potiùs collegium diruit, quam constituit; glomerata caterua, dum se magis stipat & premit, cœtum & coronam denectit. Vniuersa vitia ibi sunt, sed quodque vitium ordinem odit; se dilacerant & discerpunt, & in communi dissident sede. Non potuit ingeniosiùs prouideri supplicium. Si ibi improbus iusto adhæreret, vitiumque virtuti ligaretur contrariæ, tanquam militi per catenam custodi, fortitan per conuersationis moras vitium de comitis virtutis pulchritudine hilararetur, sensimque addisceret probitatem. At aduersi vitij spectaculum honor est vitio, saméque ferocit ad iniqui commilitonis aspectum, illumque dissecatur, vt secet vnguibusque partibus se dilaniant. Hinc vt ad maiestatem iustitiæ reorum æternetur supplicium, omnipotentiæ miraculum est, quod colligati fasces vitiorum in barathro perdurent ad pœnam, nec se alternis odiis conficiant, auarus prodigum, luxuriosum crudelis, pertinax temerarium, desidiosus fœneratorem, superbum inuidus, gulosos omnes, siquidem diues ille epulo, quasi parum sibi fuisset cum cæteris tenebrosi fluuij remigibus digladiari, etiam aduersus Lazarum in supernis lætantem infestam pugnam adoriri tentauit, cum petens ad stadium inferni, Lucæ 16 vers. 24. *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma*; non vt aspergat, dixit, sed vt tactu pulsaret; & tamen si linguam tangeret, vreretur, cui pro palato flamma iam erat. Voluit hunc pugilem apprehendere digito, velut si iam satis conflixisset cum turba vitiorum, & ne otiaretur à pugna, pugilatum intenderet cum virtute.

Parum tibi videtur, regnum in se diuisum non durare solùm, non perennare, sed in ipsamet æternati lamenia, vbi lamiæ & striges de stygia palude impleta vbera ad mutuam ferocitatis inuidiam suos criminum reos lactant, vbi in solam reciproci odij mortalem conspirarunt concordiam;

cordiam; vbi vitia pro ciuibus sunt, imò quisquis ciuis tyrannus? Ausculta magistrum postquam dæmonem pepulit, & an hospite hoste energumenum soluit, sub Beelzebub principatu increpantibus agere, dixit. Matthæi 12.
Matth. 12. 25. vers. 25. *Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Sathanas Sathanam eycit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius?* Recensuit quidquid consortij est, vrbium in regno, domuum in vrbe, contignationum in domo. Si ciuitates, ad regnum compingendum collegæ, mobilibus se murorum arietibus tundant; si domus in domum pro iaculis iaciat mœniana, pro pilis tegulas, ciuilémque turbinem, ædificiorum seditione committat; si aula cardinibus strideat euulsis, fornicémque vestibuli vibrêt in cubiculi penetrale; quæ spes aderit ætati regni, ciuitatis, & domus? Vernacula profectò internecione peribit, quidquid sodalitas ad fortunam copulauerat durationis. Ergo Domine, Sathanæ regnum, vbi tot aduersum semat satellites, quot populi sunt, tot lanistæ, quot flammarum inquilini quidem, non hospites; quomodò desperato fine perdurat, & in casu suo stat, nec sæculorum sustinet morsum, cùm dentium stridore iugiter ab indigenis mordeatur? An quia tenebrarum est regnum, & qui in tenebris pugnat, interficit voto, non manu, nec fortunat ictum, vtpote quia quem verberet, lateat, icitque inanitatem obscuram, & cùm vagè vulneret, vagum pungat, nec cessare potest a vicibus auibij flagelli, cum, si flagrum incusserit, nunquam videat? Imò quia diuinæ virtutis prodigium est, quod vitiorum regnum officiosâ sui internecione, alternóque viuat furore. Opus fuit iustitiæ, vitiorum manipulos æternari, odijsque sanguineis depasci, vegetari per cædes, & in mortis stadio residuam sibi permanere ad pugilatum, quod cadit. Vides?

16. Ipse Dominus fassus est, Matth. 25. vers. 41.
Matth. 25. 41. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius.* Cur æternitatis commentariom adiecit, præparationis veterem prouidentiam? Ne in perpetuitatis fidem incredula suspicio subreperet, quomodo poterat iniquitatum flamma sine extinctionis metu vigere, æternúmque æstuare incendij voluminibus per saginam corporum recrescentibus; siquidem sibi adminicem bustum sunt quotquot crimina in iudicij rogo cremantur. Ideò dæmoni & Angelis eius præparatum esse præmonuit, vtpote quòd spiritum cruciare non extinguere potest ignis, ad interitum natura resistit; & cùm improbi sint, viperinaque indole aspersi, viuunt veneno, & de sanie, qua constant, stant. Igitur quòd infernum vitia conseruent, séque lacerantia non perimant, & diuini est constantia furoris, & vitiosæ indolis infœlicitas; quippe vt ditiùs in se deseuiant per vulnera, odiorum perpetuitati deseruiunt. Si semel se conficerent, mitiùs agerent.

Expeditio fugæ celeris à seculi periculis est Paupertas, detriumphat sine gladio inimicos; emit sine pretio, libertatis fortunam.

Sectio III.

PAVPERTAS sine sarcina, sine velo, sine remigum transtris, inanitatis suæ præsidiaria naue æquora tranat, æthera sine plumis: non naulum soluit, neque pennis ventum subornat, à suo vento impletur vbilibet, & vtpote vacua vacuum expedita præteruolat. Artificium Dei est, immensum opplere, intimáque latione vniuersitatem sine motu meare, quia in se nihil baiulat nisi se. Auaritia tardigrada est, vtpote domiporta, sacculorumque gerula, ignaraque vestigij sub auro. Quà gracilius & aridius est animal, incitatione gressu se per spatia replicat, vixque sudat: qua sine succo & adipe volucris, nobiliores de nubibus agit victorias. Nullus cursor obesus est, pinguedo & velocitas non se amicant. O virtus sine sumptu! ô sine victualium expeditione expeditior! Cur pupilla momento permeat orizontis distantiam, stramatáque colorum locupleti varietate prægustat: Quoniam sine colore est, & quæ nullum admittit, fruitur vniuersis. Quid apecula ditius, cui soli cellaria sunt, auríque liquor ad thesauros luminis & saporis? Sed pauperius nihil, cui vita vaga, & de floris puncto satura; cui rupes cella, nunquámque inquilina, sed hospes; cui ad fœtum nidus in dorso, cui latibulum, operis officina; cui pendulus pes ne hæreat, cui ad forense commercium cælum est. Habes diuitiarum & velocitatis ingenium, si præter egentiam, vniuersas deponas. Quidquid peregrinum infestat, columis vicisti, non vtique defensione, non pugnâ, si sine pretio is. Compendium profligandæ mortis, profligare diuitias. Docent ethicam hanc Assyrij. 17.

Vers. 2. *Solo tremore & metu agitati, fuga præsidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite relictu omnibus euadere festinabant Hebreos, quos armatos super se venire audiebant.* En aduersa in barbarorum aduersitate iunguntur, metus, & celeritas ad effugium. Timor ligat artus, frigidóque fræno coercet, tremor alterutrim verberat collisione, vrgetque palpitare medullas, vertiginisque inquietudine frangitur: cursus neruos suos constantes exoptat, nec secum seditiosos, ad concordiam sedulos obedientiæ. Et tamen Assyrij tremunt & currunt. Commentarius ænigmatis paupertas: *Relictis omnibus euadere festinabant.* Idem fuit relinquere & festinare, idem vadere inopes & euadere. Vadem fortunatæ fugæ egentia dat, non alterum præter se. Quos metus carcerauerat, absoluit inopia, & substituit pro compedibus alas. Se nuditas faciliter transuehit, aeris patrocinium meretur, quæ victum suum aeri credit, non æri. Findit auram ad fœliciorem gressum, qui auro diffidit. Se securiùs librat per æthera, cui nedum libra, nec vncia metalli est, nullum est sine pondere pretium. Velociorem cursum comprimit aurum; & quod manus occupat, 18.

cupat pedes ligat. Veneris conſilium fuit ad iuuenis Hippomenis victoriam, quòd aureum pomum in Atalantæ mitteret auaritiam, quæ auiditate cenſus vendidit curſum. Quis tale ſuggereret niſi Venus, quam luxus enerat, & vtraque libido, auri nempe & corporis, vires ad veſtigia comminuit? Excute quidquid grauat, nec ære teneatis alieno, alienum dico, quidquid aliud a te: ferto te tibi integrum; minus de tuo baiulas, quo opulentior. Fugæ fœlicitas ſubornatur egentia, totque ſunt pericula in ſæculo, vt oporteat, quòd gradus quilibet fuga ſit.

19. Luc. 21. 21. Lucæ 21. verſ. 21. *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes: qui & in medio eius, diſcedant. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus.* Quid efficiet officium fœcunditatis, vterúmque geſtare, vbertatéque vuluæ frui? Quid lactare pulionem, & ab vbere paſcere, cum potius aduerſus vitæ terminum apparatus ſit opportunus, genus multa ſobole reparare? Qui ſupplantat fugam, fœtus iure vocat inutilitas, miſeratque nutrices, vtpote quæ in vlneribus ſeu pendulum à mammis, ſeu in dorſo pro cunabulis recumbentem baiulant alterum præter ſe, natiuæque diuitias, etſi ſuam pondere, geſtant. Adeo fugam impedit, quidquid locupletis fortunæ eſt, vt & quam fœlicitat partus, fugæ indigam infœliciter onus, licèt ſui corporis ſit appendix, & viſcerum portio, & per vberum lacteos annulos cum matre infantulus innectatur. Quid proderit extranea ſubſtantia, ſi & propria grauat? Nihil in ſuo centro ponderoſum eſt. Terra ſub ſua mole non gemit, quia ſua. Orbes fluctuum ſuſtinet pelagus, nec ſpuma ſudor eſt, quam liquidæ ſcapulæ ſub ſarcina vndarum laborent; quoniam tumor ille non de adulterio, ſed de ingenuo thalamo venit. Cur ergo proprietatem fœtuum legitimæ gerulæ ſic ſuccumbet tot fluxis membrorum, quominùs præpetem ſortiuntur fugam, oneratum de proprio, grauiúſque eſſet ſterileſcere, quam rationibus frugiorum abundare? Pondus eſt, non ſubſidium, quidquid præter vnum corpus in corpore eſt, nec poterit effugere diſcrimen, qui quod à ſe diſcernitur, in ſe cernit.

20. Matth. 24. 16. Exaggeratius a ſtinc ſententiam Domini Matthæus refert cap. 24. verſ. 16. *Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant, ad montes: & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel in Sabbatho.* Quid ad commoditatem proderit vrbem deſerere, petere montes: ſi orbis integer ad ſua parentalia pangenda etiam collibus ſcopulis concutietur; ſi ad incendiarium turbinem euadendum, nullum ſe donabit aſylum, nec ſuppetet, montibus venia, nec inhoſpitalibus rupibus? Sed qui in eremo agit: pro tectum omnium vicatio, aperto & vacuo vtitur cælo: antra incolit ſine ſtragulis nuda, pro papilionibus ſunt ſcopuli, ſuccus rupis pro poculo & eſca, pro puluinari rigidum pauimentum: egeſtas ibi locuples habitat, emporium eſt naturæ, non artis, ſi in hoc propitiatorium fugam arripiat, calamitatem ſolabitur per inopiam. *Et qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua.* Si in promœniamis, ſeu domare eſt, qui poterit fugere, ni deſcendat? Niſi forte ſe præcipitem det, quod ſi crus aliidat, fugam amittet, tibia claudicans, deſperabit à gradu. O apte! impeditior incedit, qui aliquid ſibi geſtat de domo, quàm cui poplitis nutat ſuffrago, & deuexis vertebris pendet veſtigium. Citiùs fugit claudus, quàm diues, pluſquam pedes, currit paupertas, cui pro greſſibus eſt bonorum mutilium contemptus. *Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam ſuam.* Si ſua onerant, quid aliena? Nec *tunicas* dixit, ſed *tunicam*: quaſi ageret nudus in agro, vt de paupertatis doctrina integra ad pompam ſegetum eruditet. Et ſubucula onerat fugientem? nuda natura pro veſte eſt, quæ non ſinuoſis vmbilicis, refluxúque pallij intricat greſſum, ſed impræcinctum ad velocitatem accingit. *Orate autem, vt non fiat fuga veſtra in hyeme, vel Sabbatho.* Cur non in hyeme? Ne terra imbribus intercepta vel gelido cœno latet veſtigium, ſabulumque adhæreat ad plantas, & quæ obedientia molli recipiat, ægrè remittet, nec impolluto ſocco, nec inoneraata crepida. Etiam calcata terra, ſi reliquias pedi commiſerit, pigrúſque ſuis preſſerit calceo, fugienti tarditatem imponit; quidquid terrenum, grauat, licet non in ſcapulis, ſed ſub pedibus ſit. Aſtiuus ſiccitas fortunatiùs fugam adornat: non in paluſtri limo pes hæret, aliter aridi patent remigio, pro tota expeditione ſuppetit campus. Cur non in Sabbatho? Quippe hebdomadæ fructum, laborumque fœnus ad cenſus vſum hoc feſtiuitatis otium reſumit; diſſuadetque periculi fugam vſus opum, quas præcedens fatigatio congeſſit.

21. Perduellem diſcipulum perfida cohors vt anteſignanum ſceleris ſequebatur vt ad oſculi ſignum, per amoris prenderent annulum, Marci 14. verſ. 50. *Tunc diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo: & tenuerunt eum. At ille rejecta ſindone, nudus profugit ab eis.* Vt ſolers Domini fugam arriperent, ſæuientiúmque euitarent furorem, quod habebant vnicum, dereliquunt, ingúmque, etiſi ſuaue, deponunt. Sanè dixerat olim eis Dominus, *Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me.* Quoniam ſequi pergere eſt, tradita ad curſum fuit derelictio: omnia ſi relinquerent in vno, & vt omnia prenderent, omnia calcarent; ſtimulus ad greſſum celeritas erat à fronte, vniuerſitatis poterant ſubſtantia, quæ poſt ſcapulas proiecerant vniuerſa. O auguſta diligentia fugiendi, poſſeſſa temnere, ...que manu poſſidet, diſpertire! Idem enim relinquere & ſequi, idem ſequi & contrahere. Fœneratrix inopia eſt, quæ diuitias expergit, tot ſibi progignit vſuras, & fœtus pignorum adoleſcere cogit in opulentiæ longæuitatem. Dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, Quid ergo erit nobis?* Nihil, ſiquidem quidquid eſt, reliquiſtis. Quid eſt *Quid ergo?* Quaſi obtinendi illatio ſit, obtentu deſpicere, & fuga ſæculi chtoria fortuna. Inde Dominus: *In regeneratione cum ſederit filius hominis, ſedebitis & vos ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſraël.* Vix nudati bonorum fugiunt quod onerat, Dominumque ſequuntur (cui tota ſupellex præſepe ad cunabula, lignum ad dormitionis puluinar) & iam pignora ſoliorum recipiunt, quaſi ea celeritate cucurrerint, vt beatitudinis terminum proxima ſpeculatione ſalutent. Et tamen aſſuetu derelinquere, vt currant, geſtent,

Marc. 14. 50.

Matth. 19. 28.

Matth. 19. 27.

rent, & Dominium derelinquunt. *Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt*; quasi fugam mutuare non possent, si & pretium Numinis, quo vtebantur, non à se sequestrarent, & linquerent. Non est hoc bonum, quod gradientem grauat. Christus pennatum remigium est, vt ad cælum aduoles, & sæculi pelagus tranes: calcar quidem, quod & brutum corpus dulci vulnere ciet ad cursum? alatus plausus, qui spiritum concitat ad volatum. Sed fuga à discrimine etiam hunc censum deseruisse coëgit, ne manum incurrerent impetentium, nisi Dominico thesauro à manibus deposito currerent.

22. At adolescens, cui Sindon pro subucula erat, lectique pars vigilem velut si dormiret, regebat, habuit quo potuit ab hostibus prendi: *Sequebatur eum amictus Sindone super nudo, & tenuerunt eum.* Lacinia sufficit, vt teneatis. Qui erat pariter opertus & nudus, obtegebatque inopiam alicuius facultatis reliquiis, se exposuit rapinæ prædonum. Sat fuit Sindon, vt nuditas diuitiarum vincula pateretur. Agnouit ille causam catenæ; Sindonis limbum, & quos dimidia nuditas fugere non valebat, integra fugit. *At ille reiecta Sindone nudus profugit ab eis.* Vbi pudor, ô iuuenis? Substituente pro Sindone verecundia, & candorem tinget in purpuram? robur sanguinis vocatus ad cutem naturalia stamina asperget, membrorúmque texturam coccineo murice saturabit? Nónne iniuriosius est, in Sindone prostituisse decentiam, habitúmque decoris furto permisisse procaci? Imò auspicatò proiecit operculum, vt dites velocitatis euaderet, quà indumenti pauperior. Non potuit aptiores sibi stimulos admouere, vt noctis tenebras fugitiuus scinderet, quam in naturæ veste (arte inuestitus) imperiosáque chlamyde, quā author generis imposuerat, obscuras vmbras fatigare per cursum, inimicisque illudere, quorum oculos liciis Sindonis irritauerat, sibique parauerat opportunum effugium.

23. Sed quòd frigus esset, nondúmque se bruma
Ioan. 18. 18. posuerat, gelu Petri testatur, Ioan. 18. v. 18. *Quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus stans, calefaciens se.* Vestitus Petrus ab hyeme tangitur, frigoréque percellitur, focúmque comitatur ad opem: adolescens in cute, celeritatis incendio frigidam noctis tempestatem fouebat, sub dio calet, & ab vmbris frigus adauctum reparat nuditate. Alter in pruina friget; alter incenditur sub pruina: ille negat Dominum adhuc comes; iste fugax, adhuc fatetur; erat ille vagus sub tecto; iste palans per noctis errores gressum ordinat in directum. Quæ causa? Hunc nuditas aprica & fidelis diuitiis paupertatis contexit, roboréque firmauit ad fidem; illum qui nec gladium reliquerat, nec vaginam, nihilque perdiderat in tumultu, vestimentum & focus de diuitiarum symbolo gelidabant, & ad earum pristinum vsum, incredulitatis iuramento deuouerant. Adolescenti pellis inermis aduersus ictus fuit pro lorica, gladios sine gladio retulit, æteisque membris inuulnerabilem paupertatem ostendit; indutum Petrum vel acu linguæ ancilla transfigit, trilicémque vestem vsque ad præcordia, garrulitatis penetrauit mucrone.

24. Castus Ioseph dominam in ancillam cupidinis experitur, quæ pellicebat, vt & hero fidem negaret, & ad incendium æstuantis caleret amoris, Gens. 39. v. 12. *Illa apprehensa lacinia vesti-* Gen. 39. 12.
menti eius, dixit: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras. Si instigat vt dormiat, cur castus iuuenis lecti præparat diligentiam, nudátque pallium, quasi iam inciperet thalami precibus assentire? An reputat pro Sindone pallium, totique dimittit stragulas, ne sibi pars lectuli nefarij contingeret? Quæ vigilem irritabat ad somnum, spondámque fecerat de libidinis voto, ingeniosè delusa, est, iam cum tota possessione operculi dormitorij se inuenit, quod ambiebat esse commune. O efficax paupertatis potentia! etiam castitati nuditas profuit, quæ inseruire assueuerat luxui. Virtus se virtuti comitem dedit, vt siquidem pellex in solitariam castitatem audebat, eam geminatus miles retunderet. Auctus de augmenti nomine fuit Ioseph. Quæ castum impetiuerat, iam castum & pauperem experta formidat. Lorica castitatis est fuga, & armarium fugæ nonnisi inopia. Ergo solertia iuuenis vtramque sortitur, vt castum, quà fugacem, se ostenderet, fugacem opportune, quà nudum, Et adnota seriem verborum. *Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras.* Quid est, quòd antequam egrederetur, iam fugerat? Pallium derelinquere fuga fuit. Egentia non pedibus eget ad fugam, immotis pedibus subitò emetitur spatia.

Nec prætereas paupertinos mores Eliæ. In 25.
paradisum rapitur ignea quadrigâ, flammei equi turbine, pro scutica, verberati onus transuehebant humanum, 4. Reg. 2. vers. 11. *Ecce cur-* 4. Reg. 2. 11.
rus igneus & equi ignei diuiserunt vtrumque: & ascendit Elias per turbinem in cælum. Quid tunc
Elisæus vers. 12. *Apprehendit vestimenta sua, &* 4. Reg. 2. 12.
scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei. Casusne ac diligentia fuit, quòd qui ferculum flammatum ascenderat, nudum se committeret ignibus, purpureúmque auspicaretur ascensum sine chlamyde, aut pallio? Anne timuit, pondere fatigare iugules, quos spiritalis ardor quantitatis expers agebat, veritúsque est, ne onustum ægrè per æthera traherent, nubibúsque in mediis suspenderent? Voluit & celeritati per symbolum inopiæ prodesse, æmularíque turbinem adhuc ipse currens in curru, vestigiáque accelerans per inopiam quasi posset nudus præpetem impetum præcessisse quadrigæ. Quin & cecidisse dicitur pallium, non Eliam vtique proiecisse. Ea celeritas in studio fuit nuditatis, vt antea videretur cecidisse, quàm iactum. Currus non admitteretur vestium fluxum, ne staminis sarcinam transmitteret in cælestia. Inde sedulus discipulus & sua vestimenta discidit, à contemptu pallij eruditus, quasi inciperet duplicatum spiritum experiri, qui se per extranea adiumenta duplicare despexit. In nuditatis stemma, & diuitis contemptus insigne, Eliæ pallium ad tesseram magisterij resumpsit, non tam vt nuditatem corporis amiciret, quàm vt nuditatis ideam de veste pauperis conclamaret. Sed euntis ad paradisum ab humeris se præripit pallium, ne nudus Cherub vestitum temneret, flammáque versatilis texturæ stamina concremaret. Sané paradisi vestis nuditas fuit, peplúmque innocentiæ, tela naturæ.

Exilio Dominus primogenitos decernit, quos vel frondibus semicinctos non patiebatur viridarij

darij libertas. Vix dimidium corporis veſtitus Adam frondibus ſuper nudo, potuit ſe paradiſo proſpectabilem edere, & ad veſtiarium ſui, ficum nempe irritatorem ſceleris ſe reduxit.
Gen. 3. 8. Geneſ. 3. verſ. 8. *Abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* Et tamen verecundiæ cauſam prætexuit, qui folia texuerat. *Et timui eo quod nudus eſſem & abſcondi me.* Imò nuper eras nudus, ô infœlicis Syrmatis ſutor, & ingenita pompâ naturæ rerum purpurabas imperium. Quid eſt, quòd veſtis crimineris inopiam, qui dudum locuples ſine veſte? Sed nemo magis nudus, qui artis auaræ ope membra damnat carceri diuitiarum; nemo magis indutus, quàm cui nuditas innocens pro operculi pellucidi eſt apparatu. Vt ab amœni principatus aula eum
Gen. 3. 21. Dominus deportaret, vide quid cogitet: *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tu-*
Ibi. 23. *nicas pelliceas, & induit eos.* Et deinde: *Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis.* Vt quid ad exilij ſententiam pelliceæ tunicæ diligentia præceſſit, reúmque veſtimento donauit, quem à viridarij primogenito pellebat? Sat fuit integrè hominem inueſtire, vt illum paradiſus abigeret, quippe quæ nudorum erat opulentiſſima regio, nec filum ſuſtinebat in ſuis. Veſtitus ablegatur indigena, qui hoſpes eſſe inceperat per operculum. Innocentis gratiæ ſolaris æſtus ob calorem iubaris nonniſi nuda membra permittit, & expedita in ſignum inopiæ.

27. Inde ad paradiſi valuas Cherubim ſiſtuntur
Gen. 3. 24. & flammæ verſ. 24. *Et collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium.* Ne cum ſago, pelliúmque amictu in fundum, quem colebat nuditas, remearet colonus; donec Cherubicam cuſtodum ſpirituum addiceret indolem, quos vtique luminoſa nuditas veſtit; nec in auido habendi corpore veſtem in flammæ pabulum retuliſſet. Machæra illa cuti parcit, ſi nuda, nec mucro percellit; ſed quaſi in duro callo retunditur: flammeus vigor adulatur
Exod. 3. 5. inopiæ, lingítque pedes, quos impedit calceus. Edocet te flamma rubi, quæ poſtquam lucida, fuit vocalis, pedéſque excalceatos amauit. Exodi 3. verſ. 5. *Ne appropies huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis.* Quòd ſi ſolueris, appropiabit? Vtique. Incendij blandimentum nuditas eſt, flamma ſubornatur inopiâ.

Verſ. 7. Reliqui autem, qui erant in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædam, quam fugientes Aſſyrij reliquerant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valdè.

Fortuna quæ in exordio inſanit; exaltans iniquum; illum deprimens in exitu prudentiſſima eſt. Quæ iniuſtè in impium congeſſerat bona, iuſtè tandem diuidit in vſum piorum.

Sectio IV.

OCVLATA nimiis in exitu fortuna eſt, quæ ſolet cæcutire in exordio: eluit primi impetus iniuſtitiam poſterioris prudentiâ. 28.
(Agimus de fortuna iuxta ſtylum vulgi, deieramus Prophanorum errorem.) Obruit immeritos cumulo diuitiarum, ambitioſis donis fœlicitat, delitioſóque, adulantéque ferculo in faſtigium honoris ſine diſcretione ſuſtollit. Sed vertente rota facilè reſipiſcit, immutátque vices, dum quæ in impio glomerauerat dona, reſtitutione in integrum reſtituit in pium; lauátque errorem, dum lauare facit erectum. Argumentosè congerit opes! quas in improbi deponit ærario; vt de malignitatis diuitis fiſco, iuſtorum bona iuſtis diſpenſet. Tumultuariè ſuperbum proſperat, ſed ſeriò compilat. Nitentem victimam ſaginat ad cædem ſed conditas carnes flammâ fauoris, religioſo ſacrificio, inter meritos ad vota diſtribuit. Præcipites agit, quos ſuſtulit in cacumina, redditque ſapienter ruinam, cui inſipienter æthera conceſſit pro ſolio. Quæ in primis tyrocinij elementis inſanit, à ſemet erudita mentem recuperat; & quæ in aſcenſu errauerat, per præcipitij errores ipſa iam docta, caſum ad doctrinam erudit. Spolia diuidit, inſontibúſque prædam communicat, poſtquam ſuperbum & onuſtum victorem, vt alienum cenſum dignis euomeret, arte ſapientiſſima debellauit. Ergo non ſemper fortuna inſanit, quæ impudens & ſine cerebro inceperat, medullata definit & pudica.

Verſ. 7. *Qui erant in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædam, quam fugientes Aſſyrij reliquerant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde.* Obſerua. Quot bona reliquerunt Aſſyrij, prædæ nomine nuncupantur; vt & prædæ fieret præda; & ſpolia, quæ dirutis regionibus, vaſtatis, expilatíſque regnis, Aſſyrij prædatores congeſſerant, ad iuſtorum victoriam pro ſpoliis ſint. Sors reddidit merentibus, ſortem; & quam iniuſtitia ſæua rapuerat, in pietatis manus reſtituit, luítque debitum reſipiſcens fortuna, ne de ære alieno calculum oneraret. Ne ſemper damnes imperitiæ fortunam (ſic caſum ſæculares appellant, licèt nec fortuna nec caſus ſit, cum omnia prouidentia iuſtè gubernet) quæ cùm ſenuerit, peritiſſima eſt, palinodiámque conuerſa recantat, conſtruítque tribunal, in quo meritis aut ſupplicia, aut præmia decernat. Quæ furtum & crudelitas Aſſyriis peragraſſantibus conduxerat in iniquitatis theſauros, recidunt in Hebræos, & improbitatis ſubſtantia virtuti inſeruit. Solus iuſtus eſt Dominus, cæteri fures. Scit & temeraria fortuna æquitatis lancem tractare, iniquitatique adimere, quod donauerat; quippe quod alienum erat, & de cenſu virtutis. 29.

30. In Amane & Mardochæo opportunum habes exemplum. Quot illum dotibus fortunæ auspicia beauerant! Quot gazas fœlicitas ambitionis pependerat! quidquid erat diadematis, eius tempora præter pondus incluserit; Regis suffragio regnum ei sine opinione tyrannidis succumbebat, cùm gregarius & inops iacebat in vestibulo Mardochæus. Sed subitò pertæsa fortuna, pristinum correxit errorem, & quæ Iudæi erant, ne in barbari beatitudine iustè accusaretur de furto, Iudæo retulit fassa piaculum, nec aliud os ad confessionem legitimam prouocauit, quàm Amanis ipsius, vt linguâ propriâ rapinam publicè prodidisset. Ergo Rex à præcipuo sibi aulico sciscitatur, Esther 6. vers. 6. *Quid debet* Esther.6.6. *fieri viro, quem Rex honorare desiderat?* Ille sui iudicem ad honoris sortem conte͂ctans, præcoci ambitione respondit vers. 8. *Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus Regys, & imponi super equum, qui de sella Regis est, & accipere Regium diadema super caput suum, & primus de Regiis Principibus ac tyrannis teneat equum eius.* O infœlix astutia! abscinde syllabas, nec in tam latam honorarij prodigij curtas sine fræno periodum: Obsequeris ignarus virtuti, cecidisti ab equo superbiæ, eiusque habenas pedite reuerentia deducis. Cur sic consulit exciosj proprij consul ignarus, thronúmque parat, cui pro puluinari misera sors, durum pauimentum deuouerat? Certè in suomet organo fortuna iam prudens meritæ iustitiæ verbum afflabat, vt & fortunæ deberetur iudicium, quòd Mardochæo debita soluerentur. In viuo ferculo sustollitur Mardochæus, frænúmque pendebat Aman, qui solùm frænos didicit, postquam a superbia ceciderat. Sic sic rota velocissima regyratur non tam leuitatis variabilis culpâ, quàm studio virtutis. Fortuna rotatur in orbem, irrequietéque voluitur, quasi eam iugiter pœniteat, quod donat, & inuenire satagat, cui constanter sine labe figatur. En quæ sua, obtinuit Hebræus: anne propria reddita sunt Aman? Expecta.

31. In molem & titulum inuidentiæ, crucem erexit, vt ab infimo strato extolleret Mardochæum, rursúmque per funem demitteret, suspendiúmque subiret stans, qui transeunte Aman immobilis recumbebat, nec poplitis vertebrum curuis offerebat obsequiis. O tibi infaustus rigor superbiæ! Si quæ Mardochæi fuerant, honos, purpura, præconium, & equus temere restituente, fortuna restituit; patibulum hoc de indole superbiæ in procerum fastigium ascendens, tuum vtique est, etsi illud à te furatus præstare concupiscas Hebræo. Sic contigit cap. 7. vers. 9. *En* Esther.7.9. *lignum quod parauerat Mardochæo, qui loquutus est pro Rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos, cui dixit Rex: Appendite eũ in eo.* Stylum iudicis meditare: *Appendite eum in eo*: quasi in statera appenderet legitimi iuris momenta. Lignum erat in Amanis domo, propria suppellex cuius nisi heri vsibus inseruiret? impiè liberalis trabem hanc donaturus præparauit extraneo; ius fortuna dixit, artificique dedit & domino. In exitu prætextam senatoriam assumpsit, quæ adhuc egerat sine iure. Sic explicit liber fortunæ, qui cùm ad vmbilicum adducitur, præcedentes litteras in elencho reformat, mutátque capita, séque iam prudétior retractat.

32. Amalecites ille, qui Saülis interitum ad Dauidem nuntiaturus aduenit, qualibus donariis funestæ cædis nuntium nititur prosperare 2. Reg. 1. vers. 10. *Stánsque super eum occidi illum:* 2. Reg. 1.10. *sciebam enim, quod viuere non poterat post ruinam: & tuli diadema, quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc:* Quasi ad diadematis dominum attulisset diadema, quod in alieno capite vagabatur. Ideò *huc* inquit, ne sibi doni gratitudinem ambiisset, sed pro loci tantummodò differentia remunerationis speraret mercedem: nempe quòd ad proprium caput retulisset & situm. Ac si diceret: Errabat adhuc per verticem extraneum corona; tua tibi redditur, se ad ingenita tempora soluit. Ære tuo grauabatur fortuna, aureum diadema ad immeriti frontem furata; vt par tecum sit, officiosáque liberet calculum, idem tibi eodem pandere, & absque iactura gemmæ restituit. Anne præda fuit iuuenis, à Saülis capite dirimere regnum? Imò extitit fortunæ satelles; quippe suomet libito coronarius honos è capite superbi cadebat; nec euulsit adolescens infixum, sed fermè pendulum & nutantem eripuit. Recordare post iugulationem gigantis & sonora fœminarum præconia, quid inuidus effutiuit Saül, 1. Reg. 18. vers. 8. *Dederunt David decem millia, &* 1. Reg. 18.8. *mihi mille dederunt: quid ei superest nisi solum regnum?* Regnum & corona synonyma sunt. Si ciuium voto cingitur coronâ Dauid, eique fidelibus fidibus, tibiaque sonante donatur, alienum onerabat de furto. Bene Amalecites cogitauit, qui, etsi furis fur, extulit iustitiam fortunæ, pretiosúmque debitum sanguine prædonis elatum, opportunè ingenioséque luit.

Cur sic fortunæ turbo extulit Absalonem, 33. depressit Dauidem? Hic vt hospes eremi per inhospitales rupes formidine palante vagatur; ille in paterna domo, superstite parente recumbit; huic glabrum depilatúmque absque suggestu coronæ Regium caput, ei inopinabile sertum præcocis flores capiti redimiendo prætexuit, 2. Reg. 15. vers. 16. *Egressus est ergo Rex* 2. Reg 15. 16. *& vniuersa domus eius pedibus suis.* Et statim: *Egressúsque Rex & omnis Israël pedibus suis, stetit procul à domo.* Quò si putas? Vers. 23. 2. Reg. 15. 23. *Rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam, quæ respicit ad desertum.* Quid insanis temera petulánsque fortuna? Sic à prole genitor fugit, aulámque, in qua genuerat, per desertum profugus derelinquit? Filius à renibus, vbi generis officina, in parentis resilit caput, tempúsque anteuolans successionis, tempora genitoris expilat, sibíque acerbum, sed maturum patri diadema, antequam ætas concesserit, deprædatur. hic in Regia mula pro throni pignore sedet & ambulat; ille pedes graditur, Regiúmque gressum in sabulo lutat. Sed illicò palinodiam attende, 2. Reg. 18. vers. 9. *Accidit autem,* 2. Reg. 18.9. *vt occurreret Absalon seruis David, sedens mulo: cúmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, adhæsit caput eius quercui, & illo suspenso inter cælum & terram, mulus cui insederat, pertransiuit.* En inuersa periodus. Per singulas litteras iam vtrique litteratior fortuna iustitiæ reproduxit styl̃u. Absaló fugit, & ne ei Regius mulus suppeteret, ab Absalone fugit & mulus; vt per inane pendulis pedibus graderetur, qui peditem parentem permisit. Iam ei desertum non pro Regia tantùm, sed pro funere

nere eſt, vtpote deſertori patris & Regis, cui heremum reliquerat vrbis prædator. Artificium fortunæ fuit, quod intexerat comam in quercu, capillitiique reſtibus frondoſam ei ingenioſis digitis innodaret coronam; quippe qui cùm adhuc euiteret in fronde, nondúmque fructum maturauiſſet ætatis, acerbas ſibi gemmas præripuit. Sanè Zonaras in camilio dixit: *Qui ciuem è pugna, obſidione aliòve periculo ſeruarat, maxima laude, tum verò querna corona, qua aureis & argenteis dignior fuit, & honoratior, donatus eſt.* En tibi quercus eminet coronaria, ab illice pendes, honoratior ſupra votum euadis, qui aureum exambiebas diadema. Non ciuem è pugna ſeruaſti, non obſidione mœnia; ſed perduellis, ciuium Regem obſedisti parentem. Largior eſt fortuna ad ruinam; prodiga prodigit, quem leuauerat, quercum integram pro corona largitur, cæliique regionem, terræ tantùm portionem ambienti. Latior caſus eſt, quàm aſcenſus; vt ſe exoneret in maiore ſupplicio fortuna ab iniuſtitiæ accuſatione, quam ſubit, dum quæ dignis ſunt, licenter impartitur indigno.

Zonaras.

Verſ. 8. Hi verò, qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum, attulerunt ſecum, ita vt non eſſet numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo vſque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum.

Deus ab improbis diuitibus bona, ſi per calamitates aufert, nonniſi inter pauperes, & iuſtos diſtribuit. Dæmon eripit fortunas à iuſtis, vt inter ſceleratos diſpergat.

SECTIO V.

34. DE bonis diuitũ eleemoſynarius eſt Deus, geritque in facultatibus œconomiam; vt quod auarus latebris damnat, ille publicet in lucem pietatis, ærariúmque potentum in ſtipem egenorum diſpenſet. Dæmon iuſtorũ cenſum nonniſi prædonibus, & exoletis peccatoribus diuidit: duplicátque rapinã, dum quæ frugalibus eripit, raptoribus & diſcolis impertitur. Ne opulentus de mundiali fiſco, ſi bonorum ſubeat iacturam, diris ſe deuoueat, ſuperciliòque deiecto triſtetur. Gazarum præpoſitarum quaſi nummarius adminiſter ſuſcepit Deus, vt quod diuitis auaritia inopem communioni negabat, ipſe pro eo ſuffectâ liberalitate largiatur. Si hilari fronte ferat calamitatem bonorum, quaſi eleemoſynarij munerabitur præmio, qui quamuis digitos paralyſi auaritiæ contractos in miſericordiæ non explicuit alumnos, Deo diſpenſatori, qui ſpoliat opulentum, vt foueat egenum, liberali pectore arriſit. Patientia ad prædam, ſufferentia ad ſpolium, adornata nimis eleemoſyna eſt; quippe prædam, quam victor Dominus de theſauris diuitis occupauit, meritis & inopibus in trutina æquitatis appendit, eluitque furtum, quo in vnius vſum ſocietatis communioniſque publica fœnora vſurpabantur.

Verſ. 8. *Hi vero, qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam, omnia, quæ erant illorum, attulerunt ſecum, ita vt non eſſet numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo vſque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum.* Hæc vltima nota: *Omnes diuites fierent de prædationibus eorum.* Ergo nihil proprium amiſit, Aſſyrius, Hebræus deprædatus eſt à prædone abſterſitque pio furto furti irreligioſi piaculum, dum prædam, quæ iuſtorum erat, & pergraſſata habendi libido hæreditatẽ expilauerat alienorũ, in Hebræos inopes & famelicos œconomus ſummus digeſſit. Obterua diſcrimen. Dæmon ſub Nabuchodonoſoris vagina incluſus, & ab Holofernis manu diſtrictus, in proprias ſegetes colonorum fuerat falx, incendium in lucos; in veſtes tinea, ærugo in metalla, & in vniuerſa latro vniuerſus, qui & quas irrigua natura ad iuſtorum ſitim lympharum fiſtulas architecta liberalitate formauerat, vt in tentoria barbarorum influerent, hydropiſi inuidioſâ dimouerat. At Deus eandem opulentiam æqua reſtitutione diuiſit in iuſtos; ne bona ſub incubatoribus exteris premerentur, ſed ad meritos dominos, ſanctitatiſque contubernium redirent. 35.

Saul impia miſericordia erroréque pietatis, deuicto pepercerat Amalec, & inobedientes largus, largitérque inobediens, Dei inimico columnitatem vitæ impertitus, victoriæ temerauerat laurum, 1. Reg. 15. v. 9. *Et pepercit Saül & populo Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorũ, & veſtibus, & arietibus, & vniuerſis quæ pulchra erãt, nec voluerunt diſperdere ea: quidquid verò vile fuit, & reprobum, hoc demoliti ſunt.* Cur ſi prodigus Rex cum hoſte, & quæ ſibi dederat Deus, vt ore gladij manderet, & incendij ventre decoqueret, in Agag victi, ſed per Regis donum viuentis, ditiſſimam pompam conſtruat? Illuſit largitati diuinæ, qui vitam idololatræ & bona, quam Deus ſibi vt meliori conceſſerat, & ad Numinis pangendam victoriam, igni deuouerat & macheræ, noluit ad iuſtitiæ ſortem impendere; ſed vel gloriæ vanitatẽ præſumere, vel ſub pietatis ſpecie in vſus peperciſſe impiorũ: quaſi criminaretur Dei œconomiam, qui ſceleſtorum diuitum cenſũ in officia virtutis diſpendit. Ergo Samuël chlamydem abſcidit Saülis dicens, v. 28. *Scidit Dominus regnum Iſraël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Expende illud: *meliori te.* Non Deus iniuſtum lacerat vt ditet iniuſtum; non impium exſpoliat, vt remuneret impium, nec fœlicitat ſceleratum, vt fœlicitet flagitioſum: in meliorem bona refundit, & excidium ſontis in inſontis parat obſequium. Quis ſic crederet de ſerio, modeſtóque diuinæ prouidentiæ conſilio? Vatis pallium per concitati Regis tumultuariam violentiam abſcindit, & inter Regis digitos propheticum ſegmentum permittit, vt iuſti Dauidis regnum & purpuram auſpicetur. Pallium quidẽ Vatis iam ſymbolum erat regni, quod cum Saül impetu ſibi ſatagebat præcipere, meritò in eius manibus laceratur, vt quaſi ad diuiſionem prædæ victor Deus meliori ſortem conceſſiſſe Dauidi. 36. 1. Reg. 15. 9. 1. Reg. 15. 28.

Quàm ſecus Dæmon! Procaci prece impetrat facultatem à Deo, vt in Iuſti Iobi, poteſtate hereli, facultates ſe immittat. Illi partã diues ſubſtan- 37.

substantiâ, manum pro pede in possidendam sancti diuitis opulentiam induxit; abigénsque bona concessa, magnanimâ largitione distribuit. inter quos, si putas? An in pauperum xenodochia, viduarum solatia, egenorum officia? Imò inter grassatores & fures, qui itinera incursibus fatigabant, de vngueque victitabant
Iob 1.14.16.19. & morsu, inter flammas æstuante auiditate prædones, denique inter satellites suos; ignem nempe, cuius victitat in fornace, raptorúmque & carnificum contubernium Iob 1. vers. 14. *Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tulerúntque omnia, & pueros percusserunt gladio.* Et vers. 16 *Ignis Dei cecidit e cælo, & tactas oues, puerósque consumpsit.* Et vers. 17. *Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos; & tulerunt eos.* O improbe distributor bonorum, sic de iusti censu vitia saginas, diuitiarumque ignoras vsum, quas cùm nobilitauerit iustus, abusu execrabili infamas? Non te dudum erudiuerat ille, qui fortunæ prouentum, ærariique pondera fecit inseruire pauperibus, caussam agens pro notabilitate gazarum, & earum appetibili possessione, dum his pretiis caussam
Iob 29.15. egenorum agebat, Iob 29. vers. 15. *Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, conterebam molas iniqui, & è dentibus illius auferebam prædam.* Non solùm metalla, sed & membra in pauperes erogabat, & de diuitiis corporis, oculo nempe & pede, mutilata membra inopum infarciebat, vt nedum artis, sed naturæ censu naturæ deficientis correxisset errores. En quam dispar dæmon a Iobo: hic ab iniquo mortam prædam, vt in egenos diuidat, eripit, ille à iusto sortem nutu Domini sibi permissam in iniquorum molas dispensat. Quid? Dominus agebat in Iobo; in dæmone nonnisi dæmon. Equidem infœlicitas fuit, quòd non vtcumque precibus dæmonis Dominus attitisset. Petierat
Iob 1.11. ille cap. 1. v. 11. *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet* At Dominus: *Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt.* O! infaustè nimis manus mutatur. Si manu sua Dominus tetigisset: lucrum esset pauperum, nundinæque egenorum, & emporium ad mendicos alendos Iobi substantia, sed quia dæmonis manum incurrit, iustis & pauperibus actum fuit, in dissipatores & fures, in thesaurarios vitiorum iusti dissipauit substantiam.

38. Dæmon Dominum in suggestum montis assumit, & in spectaculum vnum omnia regno-
Matth.4.8. rum congerit pretia, Matth. 4. vers. 8. *Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* O miraculum! Ecce Diabolus, vt gloriæ pignora, pretiosáque pondera metallorum, & quidquid albicat ab argento, pallet ab auro, ab Imperatoriáque ambitionis chlamyde purpuratur, iusto prodigus elargiatur, à mundialibus suis auferenda promittit, quasi resipisceret ab errore, meritáque sua sanctitati restituat. Sed imò nunquam magis iniuriosus Domino fuit, dum ei sæcularium munera spondet: quippe (cùm contra indolem ageret, si homini frugi & sancto, quæ solet flagitiosis & discolis, ambitiosis dona præstaret) vt non iustitiam, sed piaculum se remunerare monstraret, conditionem adiecit: *Si cadens adoraueris me.* Impiè idololamiam suggessit, vt sibi de promisso fidē obduceret, qui ab iniquis diripit bona, vt iniquioribus impartiatur. Idololatria in sceleribus tenet primatum, quæ conflat factitia Numina de diuitiis, nec solùm creaturam in creatoré obarmat, sed Opificis reuerentiam operi sacrilega vouet. Ergo non vt Filio Dei pompam pollicetur mundialem, sed vt irreligioso nimis & impio, si cadat videlicet & adoret. Auaritia quidem idolorum seruitus est. Quasi iam ex theatro gazarum, antreóque bonorum spectro, quod oculis Archidæmon obiectat, potuisset auaritiâ Dominus contabere, instigat ad idoli seruitium, vt iam in eum fortunarum, iure prodigeret apparatum, quem cùm esset splendor gloriæ, innocentiæque lucidus candor, ad thesaurorum beneficia elargienda, cupiuit iniquissimum reputare. Inde Dominus succenditur in maleficum: *Vade Sathana: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Ac si diceret: Te stolide fefellisti: bona tua tecum sint in perditionem, non perdito promitti, sed Deo, cælesti vtique, non scelesto; sancto, non sonti: Deus tuus sum, sat est hic titulus, vt mundialia dona, quæ subitò spopondisti, subitò neges, vtpote qui ea in reprobos & sceleratos aggeri satagis, nec vni eripere tentas, quin emitaris peiori tribuere.

Quin & sibiipsi manum incutit Diabolus, auférque possessa, vt se nequioribus spiritibus 39.
det, Matth. 12. vers. 43. *Cum autem immundus* Matth 12.
spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, 43.44.
quærens requiem & non inuenit. Cur sic abstinens & frugalis spolium rationale dimittit, & humani corporis aulam in eremum deserit fugitiuus? An vt homini donet hominem, & Dei imagini membra, quæ furatus, restituat? Expecta. Vix in rupes secesserat, qui plateas amabat & fora; cum pertæsus solitudinem, eremiticáque silentia, protinus inquit vers. 44. *Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et veniens inueni eam vacantam, scopis mundatam & ornatam.* Domus adoleuit in pretio, peregrinante hospite; secum tulerat scopas, quæ pici fugientis hæserunt; aulæa & stromata pro spurcitiis fœtidis successere, pro fuligine candor, pro teside sentina crystallus. Ergo dæmon refugus in cubile per vestibulum rimatur diuitias, lumen scrutatur è limine nec tamen sibi pretiosam domum committere audet. se nequioribus largiturus. vers. 45. *Tunc vadit, & assumit septem* Matth.12.
alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habi- 45.
tant ibi: & fiunt nouissimâ hominis illius peiora prioribus. Preme illud, *nequiores se.* En improbi liberalitas, largiri pessimo. Hic pristinus fauor tetenderat, hominem à dæmone eripere, vt dæmoni ex induciis libertatis iam opulentiorem præstaret; auferre à malo, vt recideret in peiorem. Sic iniquitatis largitas adolescit, serpendo proficit, crescit eundo.

Non semper per fortunatam semitam pergitur in fortunam. ducit & in sortem calamitas. sequere quò te ventus tuus fert, etsi per spinas & vada: in fœlicitatem incurres.

Sectio VI.

Calamitas iusti fœneratio est, dolor vsura, clades felonium, nundinæque merendi 40.

merendi fora laborum. Cùm haſta transfigitur, ei ſub haſta prouentus venditur & fortuna; cùm fulmine tangitur, læti luminis habet auſpicium, vaticiniúmque columitatis & ſortis. Non eodem tramite omnes in fortunam incurrunt, ſunt quos inuaſit proſperitas ex obliquo. Caſus etiam fœlicitat ex aduerſo. Non ſemper nautam ſpumoſus fluctus abſorbuit, pluries in meliorem nauim reduxit. Sunt quos molliter ruina depoſuit, & per iniuriæ ſpeciem ſtrepitu fauit furoris. Solent præcipitia & errores in intentam ſtationem compendioſè ducere peregrinum, quem aperta ſtratáque via diutiùs per florida detineret. Quà altiùs pelagus cum humana præda, vndarum extulit ſupercilium, naufragantem hominem in ſiccum aliquando refudit, deditque præproperè littus, quod carina fauſta tardaret. Sequere quò tuus ventus duxerit; ne decumbas, hac forſitan ibis ad aſtra, quò periclitatus eſt alter. Non vnum ſortis veſtibulum eſt, per hiatus & vortices, per vrticas & inuia fideliores ingredientibus aperit ianuas. Niſi deſpondeas animum, lucraberis à calamitatis ſponſione prouentum. Hebræi obſeſſi à barbaris, tacti ſagittis, tremore perculſi, orbati laticibus, agminúmque turbine conquaſſati, per malorum apparatum & pompam pretioſa bona, gazarúmque prodigia omnium inuenere regionum, feralique toties expectatæ mortis ligone profundos orbis effodere theſauros.

41. Verſ. 7. *Qui erant in Bethulia, ingreſſi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædam, quam fugientes Aſſyrij reliquerant, abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde.* Et deinde: *ita vt non eſſet numerus in pecoribus & iumentis & vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo vſque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum.* Quis tale crederet ingenium fortunæ; Sub exitij laruâ, & ſtragis perſona ſortiuntur vitæ, gloriæ, & diuitiarum medullam, & ſub infortunij cute ſortis cerebrum opulentum. Quæ Aſſyrius exercitus à regnis abſorbuerat ſubiugatis, quæ machæra cuſpide metalla dolauerat, quæ impetu militari compegerat; vt euomeret in Hebræos, calamitatem artificia compoſuit, Bethuliam obſedit, ſuxit humorem, & laticum per fontes abſciſſos, & ſanguinis per laxata membra timore. Ergo non ſolùm ex lucidis auroræ cunabulis, ſerenóque iubaris matutini tibi meridianum ſolem promittas, dabit & ſuum ſolem tempeſtas, & quidem poſt nimborum ſatellitia clariorem. Non vna ſegetibus ſpes eſt, quòd nubes maturatis glebis arrideant, & per riſum lachrymoſas pluuias effundant. Solet & ſiccitas dare meſſem, & adurere imber. hic annus opimus euaſit, quo macer alter; culmíſque luxuriatur adultis, quo præcedentis ſunt periclitati manipuli. Sterilitas & prouentus ex promiſcuo fonte dimanant. Sed hoc firmum in iactura eſt, vſurarium eſſe, & de corruptale fœtum producere. Nullus labor ſterileſcit; gignit aliquando fœlicitas, ſed nonniſi abortiuum impetu erumpendi producit. Certior eſt ſoboles ab ariditate periculi, quàm à thalamo voluptatis.

42. In contribulium funere naſcitur Moyſes, feralique cunabulo excipitur, & ad primum impetum lucis mortis timor petiit infantem. Fiſcellæ ſcirpeæ vt tutiori lembo committitur, quo tranet vndas, & abſque remigio & velo nauigium addiſcat, qui adhuc vitæ recentis elementa ignorabat. Exod. 2. verſ. 3. Exod. 2. 3.
Cùmque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine, ac pice: poſuitque intus infantulum, & expoſuit eum in carecto ripæ fluminis. O puelle, ex vteri nauicula in vimineam puppim traduceris, & antequam ſubeas vndas, adhuc naufragaris in ſicco: eia nauiga fine naulo, lachrymulæ pro flumine ſunt; ſoluiſti à littore per puerperium; huc te ventus poſcit, ſequere & annue. Tibi per hunc torrentem inſluit fœlicitas, luſtralis eſt vnda in nouum proſperitatis auſpicium. Sic contigit. Tencilo fluminis hoſpiti flumen peperit, & argenteo latice intexta carceris vimina lambit, fluctuum reuerentia aduians ripæ, quæ nondum nauiganti nondum optatum obtulit portum. E ficella in Regales ſinus traducitur, pro purpura virorem commutat, & poſtquam aquam periculi teneris vagitibus ſalutauit, nactus eſt vteri fœlicioris puerperium. Filia Pharaonis ſcirpei inuolucri ſpectaculum per puellæ famulitium optauit, adoptauitque infantulum; qui per mortis fauces in Imperialis fauoris vuluam incurrit. Inde natiuitatem ſplendidam auſpicatus, vbi eum lugubris natiuitas expoſuerat. Verſ. 10. *Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyſes, dicens: Quia de aqua tuli eum.* Indidit titulum ingenioſè; vt Exod. 2. 10.
calamitatis hieroglyphicum fauſtè nuncuparet, quem in Regiam prolem periculum inſtauerat, & exitialis vnda ſuſtulerat, vt adreperet ſolio, luderétque cum ſceptro & diademate ani. Quoties Moyſis vocabulum audis, emblema fortunati infortunij, vitalíſque tempeſtatis auſcultas. habet ſuum ſtemma & inſigne parta per infœlicitatem fœlicitas.

Ergo qui ſciebat creſcere per naufragia, Re- 43.
giam deſerit Pharaonis, ne periclitaretur in pompa, fauoris exitiali potentia, qui ſuæ iam fortunæ indolem agnoſcebat, nonniſi per dumeta laborum & errores inopiæ ad faſtigium Principatus trahendum verſ. 15. *Qui fugiens de* Exod. 2. 15.
conſpectu eius, moratus eſt in terra Madian, & ſedit iuxta puteum. Cur ſtationem adamat iuxta puteum, & exul é regno hoſpitium ſollicitat aquæ? Ad adiutricem vndam cucurrit & aſylum profundi, memor è flumine in Regiam ſobolem ſurrexiſſe. Suum vtique ventum ſequutus eſt, in hanc ſyrtem nauim direxit, ratus ab iniuria pullulare fauorem, opitulationem à ruina, ſoſpitatem à caſu. Nec eum meditatio fefellit. Qui per aquam matrem inuenerat, reperit per aquam vxorem omnis ei familia conſtituit de periculo. Quoniam oues Raguelis adaquauit in puteo, filiam eius Sephoram connubiali ſorte meretur, verſ. 21. *Accepitque Sephoram filiam* Exod. 2. 21.
eius vxorem.

Denique, vt qui per rigoris & ſæuiſſimæ 44.
ingenium procellæ nepos Pharaonis euaſerat, per implexos vepres, & vrticas exilij adoleſceret in Deum Pharaonis, rubum ſplendeſcere cernit, nec ſentire ſentes incendium, Exod. 3. Exod. 3. 2.
verſ. 2. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur.* O quàm noua eclyptica noui ſolis, cui eſt ſpinetum pro ſolio!

O inextricabilis error luminis, quod ; vt rutilet clariùs, satagit à vepribus pungi, nec incendio plectit vrticas, docens è setoso dumeto, vulnerúmque patientiâ splendorem inconcussum oriri ; sicut ex tumentibus fluctibus, qui solem pro fœtu in vtero gestant sub nocte, matutinum iubar erumpit, & de obscuritatis prosapia nobilitas lucis emergit. Inde flamma, quæ insidebat in rubo, non admittit Moysem calceatum
Exod. 3.5. vers. 5. *Ne appropies*, inquit, *huc : solue calceamentum de pedibus tuis.* Cur inhibet calceos, & induit pedibus nuditatem, si vrticosa semita terenda est, quæ indiget altiori cothurno, ne transfigant cutem spinæ ; vulneratoréfque fruticem intingent extorto cruore? Vt imitaretur flammæ naturam, quæ inter vrticarum incendia spineáque inuolucra emicabat nitidiùs, & quò magis euoluebatur in totâ crebris & acutis præfixa aculeis, viuidior & vegetior nitebat. Ergo quod in periculum vulneris nudus se præbeat, & vestigia inermia committat, spinosus admonet ignis, vt ad purpuram cruentus ascendat, & in Pharaonis aulam, in quam eum naufragium induxerat, per sentium punctiones Dominus & arbiter intret.

Non res, sed vsus rerum nocet aut prodest. Est, qui malo vtitur ad salutem : est qui bono abutitur ad perniciem.

SECTIO VII.

45. ENECAT vitalis potio humanis manibus propinata, iuuant & venena, diuinis. Deus hominem vel exitio lucratur ; fortunæ obsequiis interimit homo fortunam. Homine negotiante, bonū fit malum ; sed operante Numine, malū fit bonum: bonis ille auibus ominatur, hic sæuis & lugubribus firmat auspicia: alter ordinat de fastigio ruinam, alter instruit culmen de casu. Rerum qualitas, prospera videlicet & aduersa, non in rebus est, sed in vsu: eodem flatu lucerna extinguitur, vt reaccenditur ; eadem vittâ stragulatur ceruix in dedecus, & coma stringitur in honorem ; eadem cuspide ad salubritatem vena aperitur, quæ si arteriam penetret, lethum incutit. Vnum æquor ad portus columen docilibus scapulis gestat nauem, quod rebellibus deprimit in profundum : solus fluctuum vsus discrimen est. Sed Deus, etiam turbida tempestate vtitur ad tranquillitatem sereni ; homo de lacteo latice decumanos fluctus instituit : hic elementa fauoris in perniciem erudit, ille instrumenta furoris dirigit in officia pietatis. Assyrij aureis thesaurorum crateribus ridentis fortunæ maiestatem bibebant, quam præ ingluuie decoquere non potuerunt, & saturitatis abusu in ipso sunt suffocati fauore. Hebræi aridi & famelici non per vncias, sed assem toxica mortalia glutiebant, sed per obliquam semitam vitæ columen cum diuitiarum fœnore tetigerunt.

46. Vers. 7. *Qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde. Hi verò, qui victores reuersi sunt ad Bethuliam, attulerunt ; quæ erant illorum, vniuersa secum.* Gazarum pondus suffocant Assyrium, leuauit Hebræum. Sitis & fames sitientauere Bethuliam; obsidionis contumelia, impetuosúsque turbo malorum ditauit afflictos, & quos fuligo palloque deturpauerat metus, rigoris fornax exterit ad gratiam. Scit Deus per apparatum mortis ad vitæ vegetare prouentum, & per vrticosos errores in cacuminis fastigium assumere ; sub laborum propinatione fideli, animosè bibenti indere perennitatem salutis. Ærumnis & tormentis hominem torquet, vt veræ fœlicitatis, quasi astrictis funibus, veritatem extorqueat: quoniam bona & mala, egestas & census, diuitiæ & nuditas indifferentia sunt ad vtramque fortunam, ridentem videlicet & seueram, cuius vultum solum exercicium componit.

Lucæ 7. vers. 37. *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubuisset in* 47. Luc. 7. 37.
domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti : & stans retro secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Quid est quòd fœmina de repositorio Veneris, deliciosóque aromatum penu, cuius anteà fucatam cutem illinebat pigmentis, ad obsequium Domini instrumenta mollia resoluit, odoratúmque vnguem, pinguémque phialam, quæ ad luxuriem antea madebat, in caput & vestigia Saluatoris refundit, mundóque muliebri Opifici mundi blanditur? Nonne capilli isti ad captiuandum iuuenum retia fuerant? nonne vnguentum ad viscum? nonne digitorum articuli sub carcere gemmæ vincula iniecerant amatoribus? Cur de peccatorio censu peragit officia pietatis? Vt noueris non peccare instrumenta, sed vsum; non organa membrorum, sed animum ; nec reprobare diuitias, sed diuitem, qui opibus abutitur ad inhibita. Eadem arma quæ luxui militauerant, sub vexillum militant pœnitentiæ ; eadem, quæ creaturam deuicerant ad piaculum, Dominum deuincunt ad veniam. Quæ vsum reformauit, de promiscua materia formam bonitatis eduxit.

Quid tunc inuidus Pharisæus, qui cùm ad 48.
conuiuium Dominum inuitauerat, pro ferculis apposuit liuorem, vers. 39. *Hic, si esset Propheta, sciret vtique, quæ & qualis est Mulier, quæ tangit eum : quia peccatrix est.* O stolide! Quid interest prophetia, quæ inuia oculis penetrat & distantia? Quilibet est Propheta præsentium, nec superno lumine indiget, vt luminibus obiecta cognoscat. Pharisæus, quem excæcat inuidia, etiam præsentissima ignorat, quippe qui ad malum abutitur creaturis, & in malignitatem bonum conuertit. Iudicat, vnguenta in odores, lachrymas in lauacrum ; oculos in fluenta ; comam capitis in sudarium, in oscula labra, in officium sedulæ manus, nonnisi iniquitatis arti seruire, quæ fuerant anteà ad improbitatem obsequia. *Qualis est mulier, quæ tangit eum ; quia peccatrix est.* Improbè iudicasti. Debebas dicere, quia peccatrix fuit: iam non est. est quidem ipsa mulier, sed altera ; est altera quidem, sed ipse. Vsus eandem fœminam fecit diuersam, quæ eadem instrumenta peccati fecit famulari virtuti. Hæc mutatio dexteræ excelsi, quæ in odorem suauitatis conterit pigmenta nequitiæ, & de exitiali toxico pharmacum exprimit ad medelam.

Inde

49. Inde Dominus Matth. 26. verſ. 10. inquit: Matth. 26. 10. *Quid moleſti eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata eſt in me.* Ergone opus bonũ eſt, comam capitis oleo perungere, fœmineíſque crinibus tergentibus illigare veſtigia, ſuauiúmque imprimere, & digitis pedes tractare? Bonum vtique, ſi pedes ſunt; ſi caput Deus, ſi virtus intentio. Nec illecebræ ſuſpicioſa imminet contumelia, vbi ſacra charitas eſt, quod agitur. Quare ſubdit verſ. 13. *Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.* O qualis contumeliarum vſura, conuitiorúmque fructus! Quis ſic crederet, famoſam è peccato mulierem, per Phariſæi inuidiam & iurgia liuoris, in ſæculorum famam ad præconium bonitatis veniſſe, & quaſi buccinam impleuiſſe euangelium, vt virtutis perſonaret encomium? Scit Deus obſcuritatem & rigorem ærumnæ in lucem opinionis educere. Dei adiuta lumine noxia membra fœminæ redegerat in virtutem. Deus opprobria fœminæ, quæ iaculabatur inuidia, in radios claritatis tranſegit, & ea in monimenta laudis ſæculis vertentibus erudiuit.

50. Mardochæus in palatij foribus ſine honore iacebat; ſed de dedecoris luto ſupra Amanis gloriam transfertur. Iſte fauoris gloriâ, & labilis fortunæ ſuffragio ad ſui vtebatur excidium; ille duri pauimenti rigore & contemptus ſorte ad ſui negotiabatur faſtigium: alter quò maior, laſciuiẽdi impetu, exercitíique errore incumbebat in minoritatem decumbere; alter quò minor, de ærumnarum gradibus conſtruebat aſcenſum; eadem vtrique ſcala fuit; ſed hic ab infimo gradu veſtigia ſuſcitauit in ſummum; ille à ſupero vertice, quot motus agebat, tot ſibi præparabat ruinas. Vnus fuit vtrique ad vſum diſſimilem mons: ſed alter cùm ſerperet in radice, per cultellatos ſcopulos reptauit in culmen; alter cùm ageret irrequietus in vertice proficiendi nixu præcipitem ſe dedit in ima; non fuit culpa rerum, ſed vſus. En Mardochæus in Amanis pompam ſuſtollitur, non alio quàm Eſth. 6. 11. ipſius Amanis iudicio. Eſther 6. verſ. 11. *Tulit itaque Aman ſtolam & equum, indutúmque Mardochæum in platea ciuitatis, & impoſitum equo præcedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus eſt, quemcumque Rex voluerit honorare.* Quid eſt quòd ſuperbiæ apparatus humilitatis fit muneratio, & habitus inſolentis Amanis Mardochæum modeſtum conueſtit? Nónne ad hanc chlamydem Amanis ſuſpirauerunt vota? Nónne hæc ipſa ambitioſa ſuppellex gloriæ perdidit helluonem? Cur eâdem prætextâ palludatus iuſtus incedit, nec timet à contagio ſuperbiæ, quod ad licia purpuræ ex contactu Amanis adhæſit? Sed quo ille vtebatur ad ſcelera, hic vtitur ad virtutis honorem; non in pompa, ſed in pompæ abuſu malignitas eſt.

51. Vides? Vix dicitur per compita & plateas Mardochæum ſplendidum illuxiſſe, cùm peracto triumpho, ſtatim adijcitur, v. 12. *Reuerſúſque* Eſth. 6. 12. *eſt Mardochæus ad ianuam palatij.* Obſerua illud: *Reuerſúſque eſt*; non altera orditur periodus, eum præcedenti nectitur dictio. Qui arduus & illuſtris in equo, in omnium oculis & oſculis ferebatur, iam ad humile veſtibuli pauimentum repatriat, & poſt munditias gloriæ ſe ad humilitatis ſordes reducit. Cur tam ſubitò relabitur in inopiæ tugurium, nec infirmitatem loci diſcit, qui nuper exaltatus nitebat? O! contumelioſum ſitum amauit, à quo ſciebat poſſe in altitudinem reſilire. Modeſtiæ & ignobilitatis ſedem prælegit, ratus illinc iterum aſſumendum in gloriam, cùm primus trames ad faſtigium montis ſit radix. Honorem ad vſuram in telonio contumeliæ depoſuit, & in monte pietatis, humilitatiſque ærario altitudinis fœnora negotiatur; aſſuetus hoc ingenio gradum facere ad cacumẽ honoris: quippe innitebatur Deo, qui facit de tenebris ſplendeſcere lucem, ſtemmatáque de ignobilitate clariora. Igitur depreſſit cothurnum, ſéque ad officinam nuditatis redegit, è qua veſtis gloriæ conficitur, & per lini tormenta tandem texitur chlamys honoris: Gratantes verberata pila in terram alliditur, aſſueta his ærumnis iterum in altitudinem reſilire, & per iniuriam caſus in ſuperna vibrari. Mardochæus ſe in atrium palatij refundit, vbi nouerat, per humilitatis vallem fontem gloriæ modeſtis paſſibus in ſuperna primitiua reptare, ad ſuggeſtum per infirmitatem aſcendere.

Dominus in latronum medio ſuſpenditur: 52.
hinc & illinc grauatæ furciferis eminent trabes. Compar quidem vtrique lignum, ſed diſpar vſus. Iniquus latro ſodalem patibuli Dominum increpabat, alter comitem latronem redarguit, quòd quam agebat rei; iudicis ambiiſſet perſonam. Ille furta cumulans ſacrilegio, non reſipiſcentiæ ſtudebat. Lucæ 23. verſ. 39. *Blaſphe-* Luc. 23. 39. 40. *mabat eum dicens: Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temetipſum & nos*: alter propinqua tacula retũ debat, pro innocentis cauſa patronus, & immemor ſuæ, verſ. 40. *Reſpondens autem alter increpabat eum dicens: Neque tu times Deum quòd in eadem damnatione es?* Videbatur dicendum: Qui in eadem damnatione eſt; ſed cauſam quare Deum non timeret, irridens, *quòd in eadem damnatione es*, dixit: quaſi blaphemiæ titulus eſſet, Deum in eadem damnatione ſuſpendi; cùm eadem in ternario damnatio alterum redemptorem, redemptum alterum, alterum ederet condemnatum. Ea fuit peſſimi latronis iniquitas, quòd ab eodem patibulo, è quo columitas æterna pendebat, ipſe ſibi legeret damnationem, faceretque de propitiatione piaculum, & ſæcularis mortis in æternam ſtultus incurreret. Ergo bonus latro per pœnæ trabem ſcandit ad gloriam: deſcendit peſſimus ad ſupplicium; alter furcæ miniſterio beatur; alter vocatur in perennitatem exitij. Abutitur patibulo impatiens, & de patientiæ ſtadio blaſphemiarum fecit proſtibulum; ſed bonus fur benè vtitur cruce, & de prælo, quo torquetur, in cellaria cæli transfunditur.

Inde bonus latro pignus gloriæ in Dominica 53.
voce meretur, verſ. 43. *Hodie mecum eris in pa-* Luc. 23. 43.
radiſo. Cur paradiſi meminit, è quo primigenius ligni fur exulauit? Sanè in illo viridario innocentiæ lignum ſcientiæ boni & mali, cùm vnum eſſet, nonniſi iuxta vſum contrarias edidit qualitates; bonum erat aſpectui, malum & inſalubre palato; viſum, ad gloriam opificis laceſſabat; pranſum, ad iniuriam Numinis, & prandentis excidium. Intuere mulier, oculos in frondium apparatu depaſce, ſed ſequeſtra manum à ficu; per luminum organum bonitatem erudis, per ſenſorium tactus malitiam pupillarum, non manus ſenſibile ſit; non ad ſphæram oculorum pulſum intrudas. Sed organis & arbore

mulier abusa, quæ iam extiterat conscia boni, incepit existere & mali, Gen. 3. vers. 6. *Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectúque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit* En inuertit fœmina sensus: priùs bonum iudicauit ad tactum, ad sapidásque palati delicias, quàm ad oculos pulchrum, & delectabile visui. Errauisti stolida. Pulchrum quidem est, si intueris equidem, & non comedis, ? fœdum, malíque penu, si labra moues, præuaricatoréque morsu carpis negatum. Ergo latroni paradisus promittitur, sed comiti infernum: nam per vnum ex duobus lignis patibulum scientiam boni & mali alterutrim diuisam accepit vterque bonus vtique scientiam boni, sed malus mali: & ex discrimine visus, alter fuit fastigatus in supera, alter in inferna detrusus; qui lignum vitæ in medio satum, Dominum scilicet conuitiosè carpere maluit, quàm fructum ab eo carpere propinatum.

Gen. 3. 6.

Etsi nimis distans periculum, præsentissimâ præueni diligentia.

Sectio VIII.

54\. FOELICITATIS matrix diligentia est, nouerca desidia. Præparatio ad periculum redimendum, acerbaque & præcox operis maturatio proxeneta sortis est, pignus & interpres fortunæ. Quod cras est operandum, hodie operare? à vespere matutinus labor incipiat; non perendines, quod proderit semper opus sit operis præparatio, metatórque obedientiæ obedientia. Etsi amygdalus, nondum brumâ deposita, gemmascit intempesto candore, & in tempestatis aleam flosculos iactat; de propera solertia laudem meretur, quæ mauult in auspicium veris appetente nixu, baccarum subire dispendium, quam de indiligentia accusari. Actio, quæ post mensem proficiet, nunc non officiet? officium velox stipendium geminatum meretur. Plurics incus superuacuis ictibus tunditur; nec tamen faber ferrarius, etsi lasset manum, nec opus tangat, malleum inutiliter versat. Vt semel opportunè chalybem, quem modulatur, attingat, pulsum repetit sine vulnere: nec perdidit vices; sed vt vna vice percutiat, sedulus se disposuit in pluribus.

55\. Vers. 7. *Reliqui autem, qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde. Hi verò qui victores reuersi sunt ad Bethuliam omnia, quæ erant illorum, attulerunt secum.* Dubitabamus in littera, cur non expectant Bethulienses victorum regressum; sed præpeti solertia in Assyria castra se emittunt; debilisque plebecula mœnia deserit, quæ non poterat hostium fugitiua terga sectari? Diximus, forsitan intendisse, ne in latibulis nemorum, licèt segreges & dissecti, mansissent Assyrij, & de speculus erumperent ad vindictam. Ergo vulgares turmæ excedunt ab vrbe, nec militarem aciem expectant, sed inimicorum fraudem præueniunt, ne inopino impetu thesauros papillonum inuadant. At quos Hebræorum agmina percellebant, etsi fatum palarentur per agros, séque ad insidias condensis obnuberent syluis, noctis vmbras expectarent ad furta, iamque armati iuuenes se in tentoria reduces immisissent, nec opus erat immatura diligentia Bethuliæ. Sed quod serò proderit factum, festinatò præsumere impigritatis meritum est, nec inducias temporis patitur solers animus ad periculum. Qui timet fures, post incubium noctis sacculum prædaturos, à vespere vigilat, nec expectat galli cantu excitari, ne, si surdescat sopor, censum imparatus amittat. Fert secum iugiter amuletum, qui procul lucem, etsi tardis gressibus morantem aduertat; gnauus & industrius præoccupat discrimen, & antequam inuadat, auertit. Sat est odor periculi, etsi se per longissima spatia distendat, vt obarmet sedulum, quo retundat, ne periculum per socordiam, postquam sit offensus, offendat.

Exploratores Iosuē, quos ad rimanda scrinia Iericuntina miserat, de columitate Rahab ob hospitij mercedem, ingenio gratitudinis paciscuntur, Iosuē 2. vers. 18. *Innoxij erimus à iuramento hoc, quo adiurasti nos: si ingredientibus nobis terram, signum fuerit, funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam dimisisti nos.* Quid tunc diligens meretrix? vers. 21. *Et illa respondit: Sicut locuti estis, ita fiat: dimittensque eos, vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.* Quid properas scortum ad pactum? Cur sedulitate antelucana tesseram coccineam appendis? Plures adhuc supperunt dies, donec ingruant Hebræi. ne præcoci & inopportuno conatu demittas purpuram per fenestram, coccinumque aëri ventilandum committas. Notabunt ciues suspensum funem, mures pelliciet oculos, dum muri stant. Sed, ô sagax fœmina! vittam maluit prodigere ante tempus, quàm in impetus tempore vitam; accuratè præuenit inducias, ne si ad melitum impetum expectaret, vel oblita fœderis, vel attonita ad agmen; vel funiculi indiga, vel antequam extricaret licium, seu inter colores discerneret, in publica cecidisset ruina. Antequam dies cederet, pactum soluit; ne post dies in proprio sanguine inquinata rubuisset, funiculi præmisit ruborem. Opus, quod faciendum, non onerat factum, imò antequam fiat, quasi ære alieno grauat ignauum. Operaturum stimulus angit, subleuat operantem; discrimen capitis, vbi animos retundet ingeniumque velox, velociter est præoccupandum. Viuat Rahab, quæ vitæ preuenit auspicia, & ne in induciarum intercapedine, dubij metus repetitis ictibus moreretur; incepit per extensum funiculum, vno momento, sequentium dierum glomeratam viuere vitam.

56\.

Iosue 2. 18.

Ios. 2. 21.

Mystici insomnij mysterium Ioseph Pharaoni reuelat, annos, commentatur pro spicis, & pro septem culmis opimis septem messium vbertatem ridentem; totidem æstates steriles pro totidem tenuibus aristis, è quibus vredo suxerat nucleum, eràtque infœcunditas pro locusta. Interpretamentum cumulauit consilio, & inopiæ septenæ ad fertilitatem posthumæ, opitulationem præmonuit. Vix audit Rex distans egestatis periculum cum horreis subitò imponere præpositum meditatur, & ad manipulos, Magistratum initiat, Genes. 41. *Dixitque Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti. Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius; vestiuitque eum stola byssina,* &

57\.

Gen. 41. 41.

& collo torquem auream circumposuit. Nec passus est in aulæ penetrali honorari gloriam latere, sed lucem laudis in fauoris insigne ad regni spectaculum demonstrauit. Vers. 43. *Fecitque eum ascendere super currum suum secundum,* Gen.41.43. *clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent, & Præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti.* Vt quid præmium ante meritum vrges, præproperoque præconio ante puluerem præparas triumphum? Nondum agri genitalis venæ se aperuit, nondũ pompa segetum attritis officioso colono, nondum in manipulos exundauit fertilis gleba. Expecta quòd lustrum prætereat, fat erit ad granorum fœnora duplex annus. Adhuc septem camporum vberes fortunæ supersunt, donec macies impetat agros, fugátque siccitas frumentarium humorem. O præpetis diligentiæ prodigium! Nonnisi procul insalubris imminebat tempestas, quam apparatus Cereris, æstatumque diuitiæ erant iuxta oraculum præcessuræ; & tamen solertissimus Pharao egestati præuenit opem, à longéque salutat periculum, ne salus periclitaretur in desidia. Non horreorum procrastinat curam; horret ad distantis imaginem egestatis: non protogat ingenium suuaminis, sed antequam frumentariæ curæ legem rogauisset inopia, iam legem tulerat irrogatus. Nõ comperendinat Magistratum agrorum, ne si in abundantiæ annos distulisset artes seruandi, immemor fuisset sterilitatis in copia. Tã velox fuit ad ariditatis redimendum periculum, vt impertransito fertilitatis spatio, subitò transiliret in annos, quos damnauerat vaticinium: antéque præsensit spicarum vredinem, & ad nuditatem frigescebat aruorum, quàm ad priores iugerum vestes, frugúmque fomenta caleret. Vnde contigit, neutiquam incurrisse periculum, ad quod gradu ocyssimo præcurrit.

58. Vers. 45. *Vertit nomen eius, & vocauit eum lin-*
Gen.41.45. *guâ Ægyptiacâ, Saluatorem mundi.* Superuacuus est titulus sine re; stemma sine merito stigma est, quod ambitionis seruum inurit. Nondum Ioseph sterilitati succurrit, nondum annorum opulentia conualuit, nondum fortunæ exitus per notam infortunij ianuam impendit: nullus est nisi salutis egenorum Saluator. Sed quia studiositas Pharaonis iam ad annos sterilitatis appulerat, iam de seruatis frugibus propero voto dispensabat annonam, iam diram tempestatem in cogitatione subibat, famísque vulneribus medebatur, administro Ioseph; meritò impræsentiarum nuncupat Saluatorem, quasi iam se agrorum deposuisset vbertas, exhaustísque glebis non aurum, sed pallor de locupletibus segetibus remansisset. Saluator nunc est, qui à distantissimo discrimine saluat. Operis merito ad opus diligentia beatur.

Vers. 6. Omnis itaque regio, omnísque vrbs, electam iuuentutem misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extremitatem filium suorum.

Auarus aut sedet aut incubat; gradi nescit. Aureis vinculis præpeditur. manibus non pedibus constat.

Sectio IX.

Pigra nimis auaritia est, curuat scapulas, lacertos eneruat, tibias carcerat, paralysi manus obtundit, non iuuentæ, non virilitatis est vitium, sed cupidæ thesaurorum senectæ, cui virilis succus exaruit, cui dorsum graue, cui nutantia vestigia, torpénsque & tremiscens ad cursum inhabilitas est. Diuitiæ baiulum onerant, gerulum subiugant, crura præpediunt, & in terram genitricem metalli depriment terrenis opibus inhiantem. Testudo & ostreum, quæ sibi baiulant ædificium, totáque in pinguedine sunt, auarúmque adipem sub concha recondunt, adhærent scopulis ad suasmet diuitias affixa, ægréque mouentur, ne possessionis pretium conturbent. Cochlearum indolem imitatur auarus. Cùm ad cupiditatem sensu præpolleat, ne se permittat vsibus, motum nescit: Luna senescente extenuatur; si aureus deficiat humor, macrescit: crescente sydere, succóque fœnoris impinguatur; ignorat progredi, nec nisi cubare contendit. Hæc Cochlearum est natura, vitium auari. In vtroque latere recubat, qui diuitias latebris damnat. 59.

Vers. 6. *Omnis itaque regio, omnísque vrbs electam iuuentutem armatam misit post eos. Reliqui autẽ, qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam, quam fugientes Assyrij reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde.* Si strenua agilísque iuuentus in barbaros fugaces exarsit, arripuitque cursum, vt plecteret hostes, tergáque perfoderet; quotquot in Bethulia remanserant, nonnisi senes erant vel pueri. En quibus ardor thesaurorum insedit, prædáque pellexit ad prædam, nempe auaritiæ ætas, senectus scilicet & puerilitas. Non motus suppetebat ad distans, quos diuitiarum amor grauabat. Antequam pondera prenderent metallorum, cupiditatis pondere premebantur, qui auaritiæ sæculum portabant in senilibus membris. non hostes petunt ad cursum enerues, tentoria appetunt, vt teneant opes, quorum situs est incubare. 60.

Achan temerauit anathema sacrilegè pariter & auarè, Iosue 7. vers. 20. *Verè ego peccaui Domino Deo Israël: & sic & sic feci: vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulámque auream quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentúmque fossa humo operui.* Quid est, auare? mobilitatem inuidisti diuitiis, & quas auaritiæ ingenium è venis metallorum effoderat, vt lucis libertatem viderent, pretiosóque motu graderentur ad vsus, damnas iterum in specum, & sub humi sarcina circumcludis, ne & tibi gradienti proficiant, sed suppositæ cubanti adulentur. In medio tabernaculi, stragulæ & puluinar ad lectum, vbi soporis stratum, ne dormiens ambularet argentum. Soporantur membra auaritiæ, claudicat cumulus diuitiarum, non amat pauimentum, 61. Iosue 7. 20.

tum, quà pergat, osculatur vincula, quæ præpediunt,

62. Iob 7.25. Quale auari supplicium? vers. 25. *Lapidauitque eum omnis Israël, & cuncta, quæ illius erant, igni consumpta sunt, congregaueruntque super eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vsque in præsentem diem.* Cur dispar pœna supellectili & hero? Cremantur opes; ille aggestis scopulis suffocatur. Lapidum cumulus ei tumulus est, supellectili bustum. Ocyssimus est ignis, segnis lapis. Docuit supplicium auari indolem, diuitiisque disciplinam indixit. Flamma crescit eundo, vincula soluit, deuorat obices, ne succumbat, quæ pedem per scintillam immisit, inopino impetu iam rogus integer syluam grassatur, nec de immobilibus truncis immobilitatis accipit documentum. Sic opes sint: irrequietè currant, succurrant mobili largitate; stipis donum egeno præstitum crescit in ærarij prouentum. Sed auarus lapidibus glomeratis obruitur, vt formam viui indoles posthuma cadaueris repræsentet. Recubat post fatum sub saxeo pondere, qui superstes opibus incubabat, ne vel vmbra expedita à cineribus se mouere præualeat, qui immotus, dum onustus, hærebat. Ingenium fuit funeris, fœnoris incubum sarcinâ lapidum onerare, ne eius reliquiis suppeteret rimula ad lucem, qui plectebat tenebris opes. Sub scrupis montium, obscurisque scrobibus aurum & argentum natura deposuit, vt oculorum illicem abscondisset auaris, nec nisi curuatis scapulis negotiante ligone eruere possent, quod grauiùs, postquam erutum, inuersas scapulas oneraret. Ergo Achan, qui se malluit argentum, & aurum esse, quàm hominem, & in cupitorum naturam auaritiæ metamorphosi per libidinem habendi transiuit, post mortem iuxta conditionem metallorum asseritur. Sub scopulis montis iacet attritus, qui non solùm aurum, sed & aurum esse cupiuit.

63. Matth 9.9. Nullus est auari situs nisi cubatio, aut sessio. Stare nescit, ne habilitas paretur ad cursum. Matth. 9. vers. 9. *Cùm transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens sequutus est eum.* Sedet auaritia, ambulat gratia. Suimet corporis est auarus, qui illud ad telonij vincula ligat. Mancipium æris ferratis cruribus, pedibúsque ceratis, vt hæreant, tanquam adscititium fodiendis metallis se exhibet fœnerator ad lucra. Creuit prodigium, quod claudus voto, licèt sanus naturâ cucurrisset post Dominum publicanus: auarus esse destitit, cùm se mouit. Nec Dominus dixit: Fœneratorium exue contagium, nummaria ministeria depone, resipisce à perfidia, Filij Dei amplectere fidem; sed *sequere me.* Hoc difficilius erat auaro, ab ærario dimouere vestigia; hoc omnipotentiæ prodigium quod diuitiarum manceps maturaret gressum ad fugam. *Et surgens sequutus est eum.* Quid oportebat adiicere surrexisse, qui insequi non poterat, dum sederet? Sed & prius miraculum, quòd surgeret, fuit, & quòd sequeretur, secundum. Qui stare non didicerat, poplitémque vertebris explicatis leuare, quod subitò se erigere doceretur non erat obliuione tacendum. Et tamen adii-
Matth. 9.10. citur illicò vers. 10. *Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu & discipulis eius.* Facilis est regressus ad habitum. Matthæus, etsi non regreditur ad diuitias, manúsque extricauit ab ære, de primo ingenio suopte met assuetudinis iure discumbit. non potuit corpus obliuisci figuram. En publicanorum situs accubitus: non Iesum adeunt, nisi vt discumbant; illex trahendi diuitem accubitus est.

Diues ille epulo, cui pietatem viscera ferrea, aurea ad auaritiam, ponderosa ad vtrumque, Lu- 64. Luc. 16.19.
cæ 16. vers. 19. *Induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè.* Non aliud negotium diuitis memoratur, nisi purpurea vestis & epulum, secum iugiter apparatum opum in Regali chlamyde baiulabat; nunquam se nudum amat auarus. Sed splendidè epulabatur, quasi vt traiiceret in stomachum aurum, dapes splendore ditaret. Pallebant pateræ, fuluáque fercula escas propinabant auratas: aurum enim ab aura id est, splendore, nomen accepit. Pro toto aula erat illi triclinium, vt igitur in stragulis conuiualibus sic discumberet. Quid post fatum
actum de auaro? vers. 22. *Mortuus autem est di-* Luc. 16.22.
ues & sepultus in inferno. Nouum animæ funus; cum, cum soli cadaueri sit sepulchrum. Sed auari supplicium, vt culpæ arrideat, sepulchrum est, vt qui thesauros inhumatos noluerat, sed & sibi inuidus sepeliebat, iuxta votum thesaurum animæ, qui in vasis fictilibus est, suimet sepeliret vespillo. Sed igneo tumulo ad-
hærens, ad Abraham clamorem intendit v. 24. Luc. 19.24.
Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quid efflagitas inurbanè, & incomptè? Nónne modestius esset, si semel fauor prodigiosus succurrat, quòd tu ad Lazarum erectus ascendas, quàm quòd descendat Lazarus ad fornacem? Certè petere obuium erat, quòd iuxta flammæ indolem, quæ in superna se porrigit, inquilinus flammæ conscenderet, & ignis agitante calcari, celeri excitatione sustolli. Sanè Angelus, qui pro sobole Samsonem pro-
miserat, in vectaculo flammæ abiit in superos,
Iudic. 13. vers. 20. *Cúmque ascenderet flamma alta-* Iud. 13.20.
ris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit. Ergo petat diues, quòd flammæ inferni ingenita ignis redoperur natura, compedésque extinguantur, quibus penditur, ne subsiliat. Sed quia flamma pro ardore diuitiarum successerat, quæ immobiles reputantur auaro, & quibus incubat sine motu, noluit ab opum vicaria fornace discingi, nec accingi in ascensum, satius sibi putans immotum in gazarum symbolo concremari, quam flammeum relinquere neruum, ne addisceret ambulare post mortem.

Alter ille auarus, cui fructus vberes luxurio- 65.
sus ager attulerat, vt decubitu frueretur, insomnem noctem in lecto resupinus agebat. Carpe soporem: quid versas culcitram, anxiúsque puluinar fatigas? granis incolumitas est. Quid quòd frumenta pendeant è culmis, nondúmque dimiserint arua? nulla falx pergrassabitur in manipulos, nullus insidiabatur fur aristis. At ille, qui non segetibus incubabat, incumbit segetum auaritiæ: voto pernoctabat in messe, qui corpus declinauerat in cubili. *Quid faciam* (in-
quit Lucæ 12. vers. 17.) *quia non habeo, quò con-* Luc. 12.17.
gregem fructus meos? Nonnisi congregare didicit diues. De aceruis cogitat; adhuc dum in thalamo, congerit; officia diurna in nocte manipulorum repetito phantasmate munerat. Dum se

volutabat

volutabat in lecto, in orbem volui frumenta docebat. Ergo facilè quæſtionem diſſoluit, verſ. 18. *Hoc faciam: Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare.* Adnota illud: *Et illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea.* Ergo & bona non nata? Quis in horreum congregat vtenſilia, vagamque ſupellectilem domus, marſupia & gazas? Ergo & lectulum, in quo dormis, de granorum indole cogitas, ad cumulúmque intrudere inter frumenta. Benè vtetis ſponda, menſis, veſtibus, & lebetibus, ſi ad latibulum miſceas cum frugibus. Verùm auarus vſum non amat; vnus eſt ei vſus abſcondere; blanditur ſibi cumuli ſpectaculo; qua grandioris, vt deſuper cubet, ſéque iactet pro tecto theſauri. *Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos; requieſce, comede, bibe, epulare.* Primum inſpirat animæ, quòd requieſcat. Hoc primum eſt lenocinium auari, decumbere, & quieſcere. Nihil eſt mobilius animâ, quæ cùm ſit corporis vinculis prædita, ſpecierum ſuffragio volucris eſt, tranat æquora, terram circumit, nec parcit nubibus, quin mobilitate agnitionis attingat. Et tamen auarus animæ imperat, vt requieſcat, cubétque in horreis, ſpiritaliáque veſtigia dediſcat. Et vt agilitatem amittat, ferruminat pinguedine corporis, dum quæ carnis ſunt, inſtruit, bibere, comedere, & epulari. Nullum ei ſtatum ſuggerit niſi accubitum, ſiquidem epulorum triclinia lectis & puluinaribus ſternebantur.

66. En auari ſitus cubatio: ſi ſemel ſtet, auaritia facilè ruet. Statua illa, quàm in auaritiæ emblema metalla ſtudioſè compegerant, ſe perdidit ex vocabulo. Stabat vtique, quippe ſtatua, Daniel. 2. verſ. 31. *Et ecce quaſi ſtatua vna grandis: ſtatua illa magna & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento; &c.* O quoties repetitur, quòd ſtaret? *ſtatua, ſtatura, ſtabat.* Vt quid, ſi putas? Quoniam hieroglyphicum auaritiæ, quod litteris metallorum conſtabat, ab ſtatione ſubiit excidium. Lapis ſine manibus iactus, non duram contereret ſtructuram, nec corpus ſolidè variegatum premeret in triturас, ſi ſederet, vèl cubaret ſtatua. Quoniam in pedibus nitebatur, lapillus auaritiam diſperſit. Suum ſitum immemor auaritia dimiſit, niſi ſubitò ſe proiiceret lapis, peruigil ſtatua ſederet; métalla recumberent in metallis, aſſuetóque ſibi iactum decepiſſet ingenio. Ideò ſine manibus lapis perhibetur abſciſſus, vt repentè caderet, nec ſe ingenua ſtatua demitteret, verſ. 34. *Videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos.* Quia ſemel pedes auaritia ſibi permiſit, actum eſt de emblemate Diuitis. Ideò in poſterum pedes ſibi amputat, & multiplicat manus, rapere curat. Sed quæ ſemel pedibus conſiſtit, non habere niſi ferreos ſuſtinuit, vt ægrè moueretur ad greſſum; nonniſi fictiles, lutoſóſque, vt terrenis ſenſim hæreret nec gradum repeteret, timens cadere.

Dan. 2. 32.

Dan. 2. 34.

Verſ. 9. Ioachin autem Summus Pontifex de Ieruſalem venit in Bethuliam cum vniuerſis presbyteris ſuis, vt videret Iudith.

Verſ. 10. Quæ cum exiiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce dicentes: Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri.

Verſ. 11. Quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum alterum neſcieris: ideò & manus Domini confortauit te, & ideò eris benedicta in æternum.

Sacerdotis, quâ Angeli, peculium Caſtitas eſt. Vbicumque inueniatur, iuri Sacerdotis debetur.

SECTIO X.

Vt chalybem magnes, ſic virtutum ſacramenta caſtitas trahit, ad ſéque pellicit ſpiritalia chariſmata. Caſtus quà Chriſtus eſt, chriſtos ſibi ad phialam redundantis vngenti, ad oleorum ſacrorum vnguem nexu pauciſſimo copulat. Aratum ſuffitus ex pigmentis, quæ in pilo continentiæ caſtitas ſtudioſa contriuit, innoxiáque manu in foco charitatis ſparſit, in nebulam cæleſtem exprimitur. Myſtarum virtus caſtitas eſt. Vbicumque reſideat, quaſi propriam ſupellectilem vindicant. Sacrarium, Sacerdotum vſibus deuouetur, quod conſtat de pudore illibato. Si caſtitatis ſacrarium fœmina ſit, dominij iure attinet ad ſacrorum Antiſtitem. Quid quò cæleſtis documenti theſaurus ſub muliebri cute delitcat? Quid quòd veſtalis virgo in adytis templi pudoris flammam ad incendium iuge denutriat? quamuis fœmina, virgo eſt, non Sacerdotem dedecet ſolertiſſimi ardoris curas tractare, ignìſque ſcrutari medullas, vt de iam concrematæ victima carnis laudis offerat ſacramenta. 67.

Verſ. 9. *Ioacim autem Summus Pontifex de Ieruſalem venit in Bethuliam cum vniuerſis presbyteris ſuis vt videret Iudith. Quæ cum exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes, vnâ voce dicentes: Tu gloria Ieruſalem, &c. quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eo quod caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum alterum neſcieris.* Cur ſacræ infulæ, Pontificiúmque ſertum, & venerandа religionis corona Solymitanum deſerit ſolium, longáque metitur ſpatia illice fœminam intuendi? Nonne pudet ſacrorum Vates, myſtagogóſque arcanorum cæleſtium, ad fœmineæ pulchritudinis ſpectaculum adiicit; & Sacerdotali pompa, faſtúque myſtico ſanctarum veſtium, ad paſcendos oculos venuſtate, impulſibus feriis accedere? Non Pontificem pudet iter arripere, vt pudoris tractet prodigium Fœminæ hæc; quà caſta, quà viduitatis gemma, quà continentiæ aſylum, de Sacerdotali cenſu putatur. Notauiſtine panegyris primum encomium: *Eo quòd caſtitatem amaueris.* Cur non 68.

non patriæ libertatis assertrix, columen gentis Hebrææ, victrix fœmina in orationis vestibulo declamatur? pro concionis epigraphe & titulo castitas est. Ne in Antistitem suspicionis vmbra subreperet, quod ad fœminam leniter diuertisset; in foribus causam appendit: accessisse, vt vindicaret, quod suum, nempe castitatis ærarium. Non adit fœminam, quà iugulatricem Tyranni; non quà fomitem libertatis, non quà Imperatricis stemmate paludatam, & de sanguine victoriæ rubentem, sed quà inter sordes [illegible] cruoris albidam & liliatam. Vexilla & trophæa ab hostibus parta è tholis suspenduntur templorum? & emblemata fortitudinis, religiosa monumenta præparant phanis. anne hæc quærit Summus Sacerdos, acinacem Assyrium, contusos clypeos, retusa, iacula, & à tabe sanguinis asperos mucrones? Sed hæc è parietibus pendent, castitatis theca sacrarium est. Ergo Antistes, vt pudoris titulum ferat ad templum, appulit ad fœminæ visum, templique adyta dereliquit, vt templo adderet, quod suum erat. nec sacra deseruit, sed sub fœnore incrementi mutauit. Viuum altare est, sine sanguine pingue, sine iniuria vitulorum sacrificiis redundans, sine lapide durum, sine carnis blanditiis molle, fœmina casta; officiis Sacerdotis debetur.

69. Pf. 103. 4. Equidem Sacerdos Angelus est, ministratorius spiritus, vrens ignis, Psalm. 103. vers. 4. *Qui facis Angelos tuos, spiritus: & ministros tuos ignem vrentem.* Credidisses dicendum: Qui facis spiritus tuos Angelos: Angelus enim vocabulum est officij, Orator nempe, interpres, & nuntius. Spiritus vocabulum est naturæ. Aulici cœlestes non egent, quòd spiritus fiant nulla quos durat sarcinæ corporeæ compages; membrorum expertes, & vtrimque pellucidos ad imperij flatum vox opificis detornauit. Imò inquit: *Qui facis Angelos tuos, spiritus*, id est, qui Angeli sunt munere & ministerio, interpretes verbi, sacrorum arbitri, auspices mysteriorum, & Sacerdotalibus infulis insigniti, hos, spiritus facis; terrenamque corporis molem, ne succumbant oneri, eliquas in spiritales functiones, vt carnis quantitate deposita, sequestratóque corpore, sequestres fiant inter homines & Numinis maiestatem. Ideò subdit: *Et ministros tuos ignem vrentem.* Redigit in ignem ministros, ignem vtique, quem virginitas sine vbere lactet, impinguet sine illecebra, & castitatis oleo defoueat, vtpote qui adurat carnalia, & vel odore cremet, quidquid ab indole spiritali desciscat. En cur Antistes Ioacim ad viraginem, in virginitatis spiritum per castæ viduitatis opem assertam, quasi administer Angelus prouolat: spiritum enim amabat spiritus, & de contribuli petit consortium.

70. Iudith. 13. 20. Sanè dixerat Iudith cap. 13. vers. 20. *Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari.* Cur Angelus accessit ad fœminam, & quidem antequam eam custodia spiritalis obtexerat siquidem vt custodiret, accedit? Sibimet custos erat, quem satellitium castitatis armabat. Non tam accedit Angelus, vt custodiat, quam vt cum nouo spiritu sociaretur. Quod suum erat, sibi Angelus vendicauit, nempe fœminam spiritalibus continentiæ dotibus infulatam. Alteri fuit in custodiam. in vase fictili spiritalem comitem castitate præcincta fœmina custodiuit; vas fictile comes Angelicus sodalitio sedulo solidauit. Geminus spiritus procacem Holofernem impetiit, cum vnus tantum, nempe in fœmina castitas, è Bethuliæ mœnibus excessisset. Ergo Pontifex auctiori iure se in Iudithæ comitem dat, vt Angelicum contubernium augeret, duplicatum spiritum in fœmina inueniens, vnum, Angelum, alterum castitatem; cùm Angelus, quando lateri fœminæ adhæsit, ad vnum tantùm, pudorem scilicet, se fidelissimum sodalem dedisset. Funiculus triplex difficilè rumpitur, triplex spiritus quo feriatur, casta fœmina, Angelus, & Sacerdos.

Angeli, qui in vrentis ignis officium ad incendium Sodomæ mittebantur (iudex libidinis castitas est) vt Loth familiam ab impetente rogo dirimerent, ne vel fuligo, sanctitatis domum notaret, non verentur in fœminarum manibus nectere dexteras, Genes. 19. vers. 16. *Dissimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi.* Quid agitis Angeli? Ab spirituali flamma digitos roseos articulis fœmineis includitis, & recentes iuuenculas, quibus in impubere ætate ridens adolescit venustas, sine pudoris suspiciosi cautione per ansulam amoris, nempe per digitorum annulos prenditis? Sciebant Angeli, virgineas puellas execrabilis vrbis nulla contagione pallere. Non ibi in fœminas illecebrosi fori nundinæ propudiosæ agebantur; omnis salacitas appetebat in viros, sexus dissimilis odio erat, in comparem, & à tergo insidiosa, lasciua calliditas incalebat. Ergo puellæ in carnea regione, negato thalamo, in spiritum iuerant: quid quòd spiritus pudicas virginum manus manibus tractauissent? De Angelo & fœmina torques fit, fibulis castitatis stricta, autóque pudoris rotata in stabilis circulum durationis. Nec fœminam dedecet Angelum contrectare, si virginitatis arrhabonem præmittat, nec fœminam Angelum: non ignem inquinat ignis, nitor flammæ incremento flammæ adolescit. 71. Gen. 19. 16.

Nonne Spiritus Sacerdos, quà castus? Psalmo 109. vers. 3. Sic superus Genitor ad genitum fatur: *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus Sanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te.* Quid deinde vers. 4. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Intaminatam pangit originem, cui vterus lex, cui iubar primigenium cunabula, & sanctitatis splendor, intellectualis puerperij festiuitas est. Genitum ante Luciferum celebri præconio decantat, ne ex præiactis tenebris, sub quibus caligabat abyssus, antequam Lucifer ignésque tenderentur cælestes erupisse credideris. Nullus ei de stipite nodus, iugis candor pro stirpe est, qui Numen de Numine, & de lumine lumen. Ergo ex virgineo ortu, illibatóque partu [illegible] castitatis emittet regnum, in encomium filij Pater illectus, hanc illi deuouet laudationem: *Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.* Cur non vt Deum concelebrat, non vt Regem, sed in sacerdotij elogio panegyricum omne complexuit? Quoniam virginei candoris laus agebatur, titulúsque præcesserat castitatis, quæ adeò sacerdotis est propria: vt quasi minus esset: postquam virgineum cecinit eum de Deitatis stemmate 72. Pf. 109. 3. 4.

mate celebrare; vt virginitatem pangat æternam, æternum Sacerdotem iuramento pronuntiet. Cur addidit: *Secundum ordinem Melchiſedec?* Vt prodigium puritatis exprimeret. Melchiſedec quidem infulas Antiſtitis purpuræ Regali præpoſuit, de quo Apoſtolus ad Hebræos 7.
Hebr.7.1. verſ. 1. *Hic enim Melchiſedec Rex Salem, Sacerdos Dei Summi, &c. Rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, aſſimilatus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.* Ergóne Sacerdotij auſpicium typus fuit virginitatis fœcundæ? Nonne concubitu ſatus, & in genitricis vuluam per officium viri traiectus? Certè Regem Salem thalamus genuit, puerpera edidit, genitor ſeuit: at Sacerdotij limpiditas, quod obibat, ne inquinamenta legitima meminiſſet, abraſit obliuione parentes. Eò enim generoſa caſtitas Antiſtitem decet, vt non per traducem generis, genitalem, ſed ingenitam ſe in Sacrorum interprete concupiſcat: vel vocabula parentum dediſcit, ne aliqua tori memoria obrepta. Hanc Sacerdotij indolem Filius Altiſſimi ex vtero ante Luciferum genitus repræſentat, & vteri vocem ex propinquis ſyllabis Sacerdotij à ſuſpicioſis ſordibus eluit, quaſi non ſufficeret, in ſplendoribus Sanctorum, & ex vtero non Lucifero, ſed & luce, genitum prodidiſſe, niſi & teſtimonio parentis ex generationis nitida puritate Sacerdotium ſibi competere profiteretur.

73. Ozias manu, in qua ſceptrum, adorſus eſt, ſacrilegè tractare thuribulum, quaſi Antiſtitum munia Regalibus infulis ſubderentur, 2.
2.Par.26.19. Paralip. 26. verſ. 19. *Iratúſque Ozias tenens in manu thuribulum, vt adoleret incenſum, minabatur Sacerdotibus. Statímque orta eſt lepra in fronte eius coram Sacerdotibus in domo Domini ſuper altare thymiamitis.* Cur ſic ſcabioſa cruſta ſupercilium Regis infamat, ſpurcitiæque dedecus notat frontem? Nónne pronius eſſet, neruis rigentibus areſcere manum, ſeu ab igne thuribuli plecti, vt carnis nidor ſacri ſuffimenti, vltione proxima, expiaret iniuriam? Sed arrogans Rex & rebellis poſt ambuſtam dexteram, vel læua adoleuiſſet incenſum, vel mutilo brachio iterum niteretur in thura. Non potuit ingenioſius à munere Sacerdotis repelli, quàm ſi frontis limpiditas fœtida & horrida inquinamenta ſubiret. Adeò inſidet vel diſcolis mentibus, nitorem competere Sacerdoti, dotéſque munditiæ, vt vel impius Rex, qui in myſtæ petulanter ibat officia, audaciam illicò temperauerit, templumque gradu concito deſeruerit, ne vel fictionem Sacerdotij
2.Par.26.20. ageret inquinatus, verſ. 20. *Cúmque reſpexiſſet eum Azarias Pontifex, & omnes reliqui Sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & feſtinatò expulerunt eum. Sed & ipſe perterritus accelerauit egredi.* Non Rex indiget, vt fugiat, aculeo; lepra è fronte calcar admouebat veſtigiis, thuribuli appetitum extinxit, ſqualore ſpurco turpiter pro cute veſtitus. Nemo tam excors eſt, vt inquinato corio, cordéque immundo in Sacerdotale ſatagat opus; cur Antiſtes feſtinatò pellere nititur, Sacerdotúmque concio Regem adigit extra fores? Ne vel per caſtos oculos faſcinatio puritatis ingueret, honeſtáque lumina pollueréntur, lueſque ſerperet per vppillas. Lepra diffunditur per contagium, comites amat ægros, tabéque munerat ſodalitium ne per ſpurcitiam Sacerdotium amitterent, renuunt ſordidum intueri. Tenera caſtitatis eſt ſalus. Limpiditas vel à næuo notatur, vel odore ſabulum lutat.

Animus publicatur in facie. Qualis mentis indoles, talis vultus, aut virtutis aut vitij teſtimonium eſt os.

SECTIO II.

HVMANA facies indolis eſt theatrum, corporeus animus, ſpiritus detornatus in carnem, ſpectaculum mentis, teſſera cordis. In oris filamentis genius vagatur, per hanc feneſtram ſe viſibilem dat ſpiritus, rationaliúmque ſermionum latebras pandit. In hanc ſcænam ſine larua & perſona toto choro affectus prorumpunt, & tanquam ab ſpeculo repercuſſi alienis oculis fidiſſimam produnt imaginem. Animæ pictor frons eſt: etſi eam adulteris coloribus imbuat meretrix, & meritorij corporis formam venalem emerit, vt venetur. Purpuriſſus genis adhærens, ſtibium oculis, exteráque vultui pigmenta, quamuis de foro veniant & veneant, medicaminiſque venenis cutem illiniant, quaſi ingenita ſint, luxurioſum ſcorti animum repræſentant. Sola ad os adhæſione ex oris ad cordis imaginem efficacia, prompta præſtant ad picturam animi lineamenta. Sæuus & trux micat oculis, petit fronte. Superbus per naſi cliuum iugiter ad faſtigium aſcendit. Laſciuus palpitat malis, cirris non ſolùm aures, ſed & mentum flagellat. Auarus deiicit lumina, & ab auri pallore per maciem vaporatur in genis. Habitus naturalis ferarum per colores & licia, per membrorum nodos diſſimiles & compages, diſſimilia exhibent ingenia nocendi. Quoniam vitia, vtpote ſine ordine & choro, non inter ſe adamant ſodalitium, vitioſorum facies diuerſæ ſunt: concors eſt virtutum concentus, vna iuſtis eſt facies, quæ generoſam animæ publicat honeſtatem. Sed virtutum Heroës & Proceres, quà ab inferioribus frugalibus diſcernantur, in ore ferũt virtutis excellentis inſignia, & ad corporis fores grandium facinorum, animíque nobilem ſtirpem, tanquam ſtemmata in veſtibulo affigunt. 74.

Verſ. 9. *Ioacim autem Summus Pontifex de Ieruſalem venit in Bethuliam cum vniuerſis preſbyteris ſuis, vt videret Iudith.* Se ſacra Heroiba proſpectabilem edidit, illíque poſt oculos linguas vouent, verſ. 10. *Quæ cùm exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum.* Cur ad pangendas laudes, dignáque celebritatis obſequia, priùs fœminæ vultum ſatagit adſpicere Antiſtes, vóxque quos attonitos luminis primus impetus fecit, ſecundus pulchritudinis pace ſedauit; cùm ſubitò contendit in virtutis elogia, quaſi famam ſtrenui facinoris non crediderit, niſi faciem fœminæ viderit. Egregia meritorum confeſſio, pulchra ſed modeſta, ardens ſed nitens, alacris ſed ſeuera, & honeſtatis dotibus cumulata, facies 75.

cit, hanc Antistes oculis de opinione virtutum interrogans, voculi tantum responsum veritatis accepit. Vidit in fœmina, quod de fœmina audierat. Suffragio luminum tulit de prodigio sententiam. Gratia tum dignus vultus fœminæ detornatus, & iuxta compositæ mentis archetypum compta facies dotes animi publicauit. Per cutis vestem virtus innotuit. Ebur in fronte, ignis niue temperatus in genis, stillánsque purpura in labiis, iubaris maiestas in oculis, pacifica pax in oris vnoquoque filo de excellentia cum altero concertatio, beatitudinis omne genus in puella nobili testabantur. Igitur continuò laxant in laudes, quæ bonæ menti, optimo decori debentur, Sacerdotes veraces; nec adulatorium obsequium, eloquentiæque mendacis excursum passa est pulcherrimi veritas spectaculi: *Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter & confortatum est cor tuum.*

76. Expende illud: *Quia fecisti viriliter.* De virilitate fœmina commendatur, & quidem postquam viua, quasi quæ in sexu mulier, vir reputaretur in ore. Nonne inelegans fortitudo est, durísque membris, & extra modos pulchritudinis modulatis artubus constat; fœminea venustas, mollis & tenera, quæ se virum negat, antequam voce, antequam veste, antequam sexu? Sed & habet Heroïcæ fortitudinis virtus suam formositatis speciem, quæ nata est ad vitiorum agmina conterenda. Duplicata fuerat in Iuditha venustas, & quæ ducebat formosam fœminam, & quæ virum strenuum, cui cor erat virile, facies muliebris. Cor virtus euocauit ad faciem, cumulauítque decus forma fortitudinis, decor fœminæ. Attendistine? *Quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum.* Vigorem ex corde agnouit Antistes, cor ex facie, & in vna persona geminæ sexus excellentiam inuenit.

77. Genes.2.vers.7. *Formauit igitur Dominus Deus*
Gen.2 7. *hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Et factus est homo in animam viuentem.* Cur corpore iuniorem voluit spiritum, priúsque vaginam fingit, quàm gladium? Cur simulacrum fictile composuit digitis, opificíque cælauit stylo, nec afflauit figulus, donec lutosa organa panderentur? Anne corpus nobilius est, quòd antiquitatem generis meruit? Imò architecto ingenio prius domum inquilino construxit, quàm animum inquilinum crearet, vt ex forma ædificij illicò innotesceret habitator; vt ex faciei filis auspicaretur indoles mentis; vt libraret spiraculum ad tenorem oris & ossis; vt sibi præponeret typum, quasi exemplar oculis, iuxta cuius tenorem afflaret spiraculum, formámque spiritus metiretur. Inde appositè in faciem eius afflauisse spiritum dicitur, cùm tamen integra è limo fictio in animam viuentem euaserit; vt noueris, in facie hominis totum hominem apparere, & per vultus imaginem mentem cerni.

78. Quid agis Adam, postquam depranso ficu
Gen.3.7. nuditatem sceleris experiris? Genes. 3. vers. 7. *Et aperti sunt oculi amborum: cúmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Perfrictam frontem reliquit innuptam, solum meditullium corporis nubit, quasi posset facinus delitere aperta facie, renibusque contectis. Imò absconde vultum, manus habes. Prædones arboris digiti sint pro velo; iam præuaricatio de stomacho surrexit ad vultum, quam putasti descendere per cingulum tectæ libidinis. Næuus flagitij & inobedientiæ malum malas infamauit & labra. Qua parte pomum inhibitum traiecisti, signa sui reliquit & notas, hâc animi fuligo se publicat. Incendij fumus supera petit, æstus luxuriosus, quem tegis, vaporat in os, & in testimonium criminis, etsi sub lumbis frondes appendas, ficus è tetrica iam facie suspenditur.

Habuit genitor in sobole exemplum. Liui- 79.
dus Caïn in fratrem irascitur, cui Deus inquit
Genes.4.vers.6. *Quare iratus es, & cur concidit facies tua. Nónne si benè egeris recipies, si autem malè, statim in foribus peccatum aderit?* Cur inuidi concidit facies, & quia fratris erigitur, illa cadit? An intraneis morsibus lacerata, comestáque mens, in oris ruina explicuit dolorem, & quot medullas deuorauerat liuor, tot exeso vultui signa præmisit? Conscientia properauit ad faciem, fassáque est sine nexu peccatum, suimet pariter accusator & lictor. Postquam alter homo, alterum est & hominis os; inuidentiæ forma successit, suffecítque pro humana protinus inhumanam? infecit tabe frontem, cui infecerat cor, & de latebris pectoris se in oculos deiectos egessit. Inde Dominus: *Nonne si benè egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit?* Qualis hæc antithesis? Dicendum videbatur: Sin autem malè; non recipies. Verùm si flagitium animi sibimet succedit in vultu, continuoque ad fores emergit, vt de venenis reliquiis limen illiniat; quasi hoc dono munerat flagitiosum, vt piaculi recipiat mercedem, ad vultum exundantibus sordibus. Simile est, quod recipit iustus, exuberat virtus in ora, operísque sancti medulla spectatam frontis cutem perungit. Nunquam est improba probi facies, nunquam improbi proba. Qui detorsit à lege, detortissimus est; qui legem impleuit, in vultu legitur qualis sit.

Gen.4.6.

Claudus iacebat in vestibulo templi, vt qui 80.
ad eleemosynam pedibus properare non poterat, linguæ gressibus cucurrisset. A Petro & Ioanne poscit stipem; tunc Petrus, cui marsupium non inerat, sed gratiæ ærarium, dixit ad pauperem,
Actor.3. vers.4. *Respice in nos. At ille intendebat* Act.3.4
in eos sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni, Surge, & ambula. Cur claudi oculos lacessiuit ad visum, & spectabilem se composuit, quasi per pupillas intentas salus poplitibus infundenda? Qualis sympathia est ita oculorum opticis neruis cum ambulatoriis, & ad vestigiorum vsum protractis? *Respice in nos,* ait; vt miraculi auspicium, prodigiosæque virtutis effigiem in ore respiceret, quæ potentiam animi propalabat. Salutis pignus ora ferebant, Architecta crurium, basiúmque reparatrix manus prominebat in vultu; sanitatis gratia ridebat in fronte. Priusquam dexterâ claudum, qui iacebat, apprehenderet, iam apprehenderat vultu. Ad oris speculam subsiliebat virtus salutis, vt claudus exiliret post visum, consideretque Apostolicæ manus potentiæ, cuius facies præexcitarat fideiussor.

Quid. Et vmbra Petri xenodochia nudabat, 81.
orbabátque

Act.5.15. orbabátque lectulos ægrotantibus; Actor. 5. verſ. 15. *Ita vt in plateas eycerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro, ſaltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis.* Quorſum vmbra corporis, cauaque, & inanis imago, quam de lumine repercuſſo obſcurus penicillus educit, ſic in morbos efficax pergraſſatur; cùm in anima virtus inſideat, & de ſpiritus promptuario prodeat medicina cæleſtis? Sed quia corpus vmbra animi eſt; vmbra corporis, vtpote vmbra vmbræ promptam peragebat ſalutem. Adeò virtus animi Petri in ſui imaginem, corpus videlicet, exundabat, vt & ad imaginem corporis ſubterflueret, & quaſi per fragmenta cryſtalli, ſpeculique ſectiones faciem integram mentis traduceret. Liberalis anima Petri, etiam ægrotantium corpora ſatagens informare, ſpeciem ſui per corporis vmbram mittebat, quæ morborum, ſeu naturæ reformabat errores, imprimens vnicuique vigorē, quaſi tota in ſingulis reſediſſet.

Laus niſi à laudabili dicta vituperium eſt & conuitium. Vt iuſta ſit laus nec ſubeat ſuſpicionem mendacij, eadem laude debet eſſe dignus laudator, qua à laudante laudatus.

Sectio XII.

82. ODit artificium ingenita laus. Fucata commendatio in ſola cute diſſidet à conuitio. Adulationis vituperatur opprobrio probus, qui laudatur ab improbo, quippe qui mentitur & voto, cùm à ſubdolo corde veram laudationem extorquet. Magnificum eſt à laudato laudari, ſed non vtcumque à laudato, niſi & laudem eius laudabilis fecerit. Laus niſi bono & à bonis reddita, ſub bono titulo turpitudinem incutit, nec ſuffragium eſt meritorum, quod de immeriti calculo venit. Stipendia & tributa, etſi à ſceleratis & vitioſis impenſa, locupletant fiſcum, nec onerant Principem, ſed honorant: laus, quam criminoſus impendit, inhonorat, oneratque laudatum. Adulterium, & arroſum numiſma, obæratúmque aurum nonniſi trapezita diiudicat: cenſus laudis de præſtantis ore cenſetur; vitium eius ſine mora innoteſcit, trahítque de fiſtula, qua traiicit, corruptelam. Quid quòd veſpertilio Solem, quem clauſis palpebris reueretur, dum pondus non ſuſtinet lucis, de iubaris maieſtate commendet? magis tenebras laudat, quas ad incolatum appetit & volatum. Ergo optimus virtutis orator virtus eſt, caſtitas caſtitatis, religionis religio. Inceſtum laudationis committit inquinata lingua laudantis, vtpote quæ laudem, quam parturit, polluit, & quæ virgo eſt, ipſómet puerperio corrumpit.

83. Ab Antiſtite ſacro, venerabilíque Sacerdotum corona victrix Heroina laudatur verſ. 10. *Quæ cum exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes: Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia populi noſtri: quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem amaueris.* Senatorio dignam obſequio Senatus religioſus commendat, puratámque laudem de faſtigij vena producit. Qualia ſtemmata Iudithæ decantat? Quòd *gloria* ſit; ſed & eſt glorioſus Sacerdos: quòd *lætitia Iſraël*; ſed & alacritas & feſtiuitas templi, in quo chorus Iſraëliticus, id eſt, videntium Deum, congregatur, Sacerdotij claritas eſt: quòd *honorificentia populi*; ſed & eſt honos, Sacerdotalis culminis præmium, Myſtarúmque vectigal ſplendor: quòd *amaueris caſtitatem*, ſed & dos Sacerdotis eſt caſtitas, hoc lilio vernat, hac niue veſtitur, hac rutilat luce. Ergo elogia fœminæ obtinent Principatum, vtpote quæ à virtutum principibus deuouentur. Veritas ſubſignauit præconia, non alieno ſigillo: nec potuit opinabilem ſuſpicionem ſubire, quæ à non ſuſpectis religionis contigit Magiſtratibus. Si pſaltem archimuſicus laudet, ſi pugilem gymnaſiarcha, ſi militem Imperator, ſi Sol Stellam, non eſt artis, non virium, non lucis opinio. Sententia eſt; quæ è tribunali ſuo lata aleam ſuſpicionis euaſit. Prolixa laus eſt, quæ non quæritur, ſed tenetur. quodſi virtus laudat virtutem, non virtutis laus quæritur, ſed tenetur.

Vix primigenia lux ab ore Conditoris erupit, cùm promeruit laudem in ortu; Geneſ. 1. 84. Gen.1.3.
verſ. 3. *Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quod eſſet bona.* Cur qui dixit, vt fieret, factæ claritatem laudis non detulit, nec dixiſſe laudem dicitur, ſed vidiſſe? Verùm ſi laus claritas eſt, qui dixit lucem, claritatem vtique dixit. Ne à merito laus diſtaret, idem lucem afflauiſſe & laudare. Optima laus non quæſita, ſed tenta. Suamet claritudine laudabatur, quæ ſine nixu parturientis enituit. Vidiſſe laudauiſſe fuit; lingua peregit opus, oculus commendauit. Ne vnquam veritas ſuffragij nutaret, prima lux illicò laudat it ſecundam; nec potuit obrepere tenebroſa ſuſpicio, cùm votum de nitoris encomio, producens & productus nitor fuit. Inanis oratoris eſt vox ad pangendum lumini panegyricum, cùm pro roſtris ſint lumina, pro concione ſplendor, natura claritatis pro laude. Ergo qui protulit lucem, de lucis bonitate tulit ſententiam. Optimus boni iudex, qui artifex. De luminoſi lacteis indole quem credas niſi luminis fontem.

Igitur ab optimo laudabilis lux, ſi optimum laudauerit, fidem habeat, nec poterit accuſari de fuco, quæ ſine fuco laudem prome- 85.
ruit. A quóne Deus delectatur laudari? Conſule. Iob cap. 38. verſ. 7. *Vbi eras, cùm me laudarent ſimul aſtra matutina?* Cur ſibi de lucidis concentibus aſtrorū blanditur, ſtellatíque chori gratanter ſuſcipit epinicium? Splendidos ſui præcones iubaris ſtipendio remunerat, ignibúſque cæleſtibus luminum impertit annonam, vt momentis ſingulis canora luce concinant Creatorem. Si cauſam deſideras, dabo. Primum Conditoris elogium in lucis bonitatē effulxit, ab hoc encomij typo in cæteras creaturas imitatorio ſtylo laudem tranſcripſit. Quin ne lux de communi quæreretur encomio; quod ſemel reliquis, bis lucis detulit bonitati: quippe poſt immodulatæ lucis elogium, cùm in modulos nitidáſque ſectiones dolauit, laudem iteratò reſumpſit verſ. 16. *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius vt præeſſet diei: & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas.* Iob 38.7. Gen.1.16.

Et posuit eas in firmamento cæli, vt lucerent super terram. Et vidit Deus, quod esset bonum. Si lucis fons in suamet scaturigine placuit, quidni placeat in fulgentes riuos diuisa? Cur redditur pristina laus, & quæ toti præstita, partibus sine metu supererogationis adscribitur? Vt à creaturarum vulgo, quæ creaturis omnibus fauet, laudis geminæ priuilegio, lucis dissideret maiestas, vtpote quæ semper fert duplicatum elogium, nempe quod ipsius claritas præconatur, & quod videntes claritatem, adiiciunt. Corporum laus, quæ partem tegunt, retegunt partem, visceráque abscondunt sub pelle, nec tota se luminibus dant, sed amiciunt superficie profundum, nequit esse geminata, sed vna, cùm forsan lateat sub cute laudabili vituperium. Lux oculis penetrabilis est, pellucida & intrinsecùs nuda, vsque ad fundum oculis permeabilis, nec secreti custos; sed, quà pura medullitus, sine latebris; quà liberalis, se penitus dat videri, dátque quo & possit videri: lux enim sine luce inuisibilis est. Ergo Deus astrorum sibi laudem commêdat, quippe quæ gemina a Creatore laude fruuntur, & qui ingenito elogio laudabilis est, amat à non semel laudabili extolli. Ab ignibus cælorum splendidis, stellarúmque choro luminis recinitur panegyricum, ne indigna lingua laudem vituperet quam decantet.

86. Sed qui supra cælos est, sydetaque pro stragulis calcat, non irrationalibus lucibus, nec muto iubare, quà laudabilis est, vtcumque laudatur: amat & humana præconia, sed quorum gratia & synceritas est pro laude. Psalm.8. v.2. Psalm.8.2. *Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem.* Apposite ad magnificentiæ fastigium, & excursum gloriæ laus opificis adolescit, nec iam ab astris commendatio sat est, nisi celebritas accedat humana. Sed quas linguas eligit ad muneris laudatorij concentum? Infantium vt quę, lactentium, & pusionum. Sed si in mammis occupant labra, succóque lacteo bucculas implent, & ab vbere penduli, nectaris elementa magistrâ naturâ cognoscunt, litterarum & sermonis ignorant; quos laudationis modulos pangent Numine dignos? Sed quidem non dicitur, quòd suopte ingenio infantuli conditorem collaudant, sed quòd in ore eorum Deus sibi elogiorum serta contexit, & quam faciebant laudem nitida astra, infantilibus linguis perpolit & perficit Deus. Vt laudans, & laudatus comparem laudis dignitatem haberent; eligit sibi Deus lactentes & infantulos laudatores, quos non eruditionis musa imbuit & instruit; sed Deus ipse per infantilia organa lautionis spiritum afflat, & quasi mutis fidelibus harmonicum vigorem inspirat.

87. Imò, quoniam laudabilis à laudabili solus debet esse laudator; à paruulis laudari lætatur, quoniam paruulos ipse laudauit. Matth. 18. Matth.18.10. vers. 10. *Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est.* Cur de infantibus transiliuit ad Angelos, quasi in laudantium dignitate consimiles? Angelica beatitudo, beantis Numinis est laudatio: idem est Altissimi faciem videre, ac in sanctitatis encomia iugiter prosilire. Consule Isaiam cap.6. vers. 3. *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus sanctus sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.* Isai.6.3. Alis velant faciem, quam vident, nec caligent ad laudem; pennatum plausu laudationis geminant cantilenam. Quia consertis alis Dominicum caput continebant & pedes, vt in Deum penitus funderentur, digni fiunt ad Numinis laudes; nec Deum meritò celebrarent, nisi per irrequieti luminis nexum, ignisque Seraphici conflatorium transformarentur in Deum. Ideò præcesserat, vers.2. *Seraphim stabant super illud; sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Et clamabant*, &c. Isai 6.2. En sacrorum diligentia oratorum: in Deum alarum intentione feruntur, Deum prendunt & ambiunt, vt vnum fiat cum laudato laudator, & participet meritum, quod extollit. Igitur si Angeli in Dei os pennis negotiantibus transferuntur, vt Dei laus à Dei participe fiat, vnáque sit laudatoris lingua & laudati; Deus in infantium ora se inserit, vt sui laudem semet oratore perficiat. Paruulos commendat, vt ab ipsis commendabilis fiat. Quos sibi aulicos in cælesti satellitio coniungit, eos ad puerorum mittit officia; vt sui laudatores honoret, suíque nominis inimicos detriumphet, qui non possunt detrahere, vt suspecto, præconio quod Deo imbuti, & ab Angelis custoditi innocentes dicunt infantuli.

Prouerbiorum 31. vers.30. *Fallax gratia & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum; & laudent eam in portis opera eius.* 88. Prou.31.30. Fallax gratia laudis, si vanæ pulchritudinis sit elogium. Gratia est, non debitum; onus, non meritum; conuitij stemma, & prauæ assentationis insigne, extimæ venustatis, seu purpuram, seu niuem laudare, cùm intus lateat putredinis tabes, viscera sordium, vermium pabulum, mortis penu. Ergo mentitur, qui commendat mendacium. Laudatoris & laudati vnum est vitium, falsitas vtrobique. *Mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.* A quo? Ab ipsa. Vtrumque casum amat hæc dictio, nominandi vtique & auferendi. Imò si timet Dominum, ex timoris ore laudabitur, vt idem sit qui laudatur & laudat. Timor autem Dei pluries pro Deo ipso supponit. Genes.31. vers.42. *Nisi Deus Patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisset.* Gen.31.42. Ac si diceret: *Et Deus Isaac.* Ergo Deum timens, à timore, Deo videlicet, collaudatur. Nec solùm in operis laudatorem opus transiuit, sed & ipse Deus, quem fœmina timens laudabat, sacris vicibus laudat fœminam. Vides? *Et laudent eam in portis opera eius.* Si opus erat timor, ipse laudabit. Quid est? quòd cùm laus nonnisi operis sit, ipsummet opus operis sit laudator? Vt digno elogio operantem extollas. Non potuit ingeniosiùs. Nisi laudabilis sit laudator, sordet laus, inquinat, non honorat: nisi eadem sit laudabilitas in laudente, decrescit in encomio præstantia. Ergo opus ipsum, quod meritum est, muneret præconio merentem, cùm operantis dignitas sit in opere, nec suspectum est iudicium, quod de Solis actibus sumitur.

Vers.14.

Verſ. 14. **Porrò autem vniuerſa, quæ Holofernis peculiaria fuiſſe, probata ſunt, dederunt Iudith, in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt illi omnia à populo.**

Qui diuitias ſpernit quas peccatum ſub peccati conditione promittit, & innocens manet & diues cum mercede noxæ, & innoxius.

SECTIO XIII.

89. QVI pretia ſpernit, quæ pro peccandi mercede peccatum ſpondet, ſéque mauult inopem, quàm peccantem, ſine culpæ pondere pondera diuitiarum ſortitur. Refluunt innoxium noxæ ſtipendia; & quas opes ſuggeſtio ſceleris pollicetur, opulentior virtus reſumit. Aurum, de quo ſtipulabatur luxuries, purpuream pompam, è qua paciſcebatur ambitio, & quam fœneratorio lucro lucis laudem vitia ſordida promittebant, iugulatis vitiis prætipit inſons, prædáque potius, & ſine iactura gratiæ recedit. Bis diues, ſæculi nempe gazis, & cæli. Eſto piè bonorum cupidus. Deo fœneras, nec funeras animam: ſi peccatum cum promiſſionibus ſuis confodias, ſortem referes ſine vulnere. Nemo opulentior, quàm qui pugnat ſub vexillo virtutis, ſpolia detrahit ab inimicis onuſtis, ſéque à periculo aſſerit incruentum. Hoc diteſcendi compendium eſt ſectari iuſtitiam.

90. Verſ. 14. *Porrò autem vniuerſa, quæ Holofernis peculiaria fuiſſe, probata ſunt, dederunt Iudith, in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo.* Cur ſingulariter hæc Iudithæ contigit ſors, & ex prædæ cumulo, ſpoliorúmque aggere Holofernis theſaurus, ſignatáque ſtigmate Ducis ſuppellex competit Heroinæ? Opportunè. In ampliſſimam thecam gazarum, tanquam in cubile luxuriæ, caſta fœmina ex Ducis liberalitate fuerat immiſſa; velut ſi fœdus certum pangeret Holofernes, tam laxas opes Hebrææ pulchræ pro thalami mercede præſtandas. Qui dominium animæ captus oculis & venuſtatis retibus illigatus fœminæ dederat, votóque laſciuæ etiam corpus tradere ſatagebat, omnem cenſum, & pretioſam omne genus ſubſtantiam, ſi caderet, & concumberet, de imitatione dæmonis offerebat. Sed fortis Heroina oſtro nitentes thalamos ſpreuit, æraria tempſit, ſe Dominum vocari deſpexit de pactione delicti; nec in Bethuliam vel vnam de theſauro detulit gemmam, ſed laſciui caput abſciſſum. Inde poſt Tyrannum victum & vitium, eiſdem opibus muneratur, duplicatáque opulentiâ potitur, innocentiâ ſcilicet, & ſpoliis. Hæc fortuna virtuti eſt, expoliare peccatum, & non incurrere. Si quid eſt diuitiarum in crimine, deprædari, & tamen non attingere crimen. Nunquam inops eſt caſtitas, opes luxuriæ in eius recidunt ornamentum. Animoſus ad diſſentiendum ſceleri vigor promiſſionibus ſceleris illibatâ acquiſitione potitur, locupletat inſontem, ſi quis cenſus in flagitio nitebat. Qui ſe nudum & famelicum mauult, quàm ſontem, in virtutis manu inuenit, quod deliquit.

Ligauerat nubes Elias, ne pluerent frumenta, dum imbres: zelóque vindictæ, tanquam ferreâ 91.
ſera clauſerat cælum, æneúmque reddiderat; ne precibus, quas ab hiatibus terra, quaſi apertis oribus, repetebat, ambribus effuſis faueret. Famis pœna tangebat & iudicem, qui ſe ad viduam, vt aleret, comparauit, 3. Reg. 17 v. 10. *Cúmque veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei da mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam. Cúmque illa pergeret, vt afferret, clamauit poſt tergum eius dicens: Affer mihi, obſecro, & buccellam panis in manu tua.* 3.Reg.17.10.
Ipſa malignam anni tempeſtatem obiiciens, tandem de farinula ſubcinericium panem appoſuit, nec decreuit hydria; ſed farina pullulans de farinæ reliquiis præſtitit annonam Prophetæ. Sed tandè à Domino mittitur in Achab, cap. 18. verſ. 1. *Poſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam, in anno tertio dicens: Vade, oſtende te Achab.* 3.Reg.18.1
Ergone deferet alimentum Elias, offendet famis incurſum? Qualis tentatio, cópedes obiiceret vati, ne à pane & aqua, recreſcentéque viduæ conuiuio in aréntem ciuitatem ſederet? Sed licèt famelicus, vicit fortis; ne areſcente populo, alitus propheta pingueſceret, nec priuatum commodum communibus ærumnis præponeret. Poculum reliquit & victum, mallens eſurire obedientem, quam inobedientem depaſci. In ſæuas Iezabel minas incurrit, quæ ex Prophetæ ſanguine ſiccitatem terræ ſatagebat infundere. Fugit ille, ne Reginæ ſuggeſtioni conſentiat præeligens, minantem ſubire, quàm ire in placita ſceleratæ. Denique in eremum ſe dedit, palantéque veſtigio acceſſit ad hoſpitium Iuniperi, 3. Reg. 19. v. 5. *Proiecitque ſe, & abdormiuit in vmbra Iuniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge & comede. Reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis & vas aquæ, comedit ergo, & bibit.* 3.Reg.19.
Cur ſic de ſubcinericio pane, aquéoque vaſe Angelus conuiuatur Eliam, nec aliud illi præparauit obſonium, non vindemiæ ſuccum, non carneas dapes? Quoniam hæc ipſe pro Domini obedientia contempſerat. Ad lineam vſque menſus eſt Angelus, quod Prophetæ vidua præſtabat. Recole illud c. 17. v. 10. *Da mihi paululum aquæ in vaſe, vt bibam.* Et v. 13. *Mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panem.* En obedientia detulit vati, quæ potuit promittere inobedientia. Pergit ergo obediens & paſtus: cælum ei pluit aquam cum vaſe, nec incoctum frumentum, ſed in furno toſtum ſuperno, ſubcinericiúmque panem, qualem in Sarephta dimiſit. 3.Reg.17.10.& 13.

Iob patientiæ prodigium, calamitatem ſuf- 9
fert bonorum, & poſtquam dæmon deprædante manu ditiſſimum cenſum eripuit, veſtimenta quæ ſupererant ſcidit, Iob 1. verſ. 20. *Tunc ſurrexit Iob & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit.* Iob 1.20.
Cur, ſi corruere intendebat, ſurrexit? Surgit, vt pugilem ſuum, athletam nempe dæmonem prendat; corruit, dum deprimit, deſupérque confodit. Inde ſe nudum ad arenam diſpoſuit, & ne dæmon omnia, quæ abſtulerat, polliceretur egeno, ſi cadens adoraret prædonem, cecidit quidem, ſed vt Dominum adoraret, veſtémque proiecit in taurum,

taurum, ne liberis oculis patientiam animi vulneraret; maluit opulentiæ cornu despicere,
Iob 1.21. quàm superbiæ cornibus peti Inde subdit v 21.
Nudus egressus sum de vtero matris mea, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit Dominus abstulit: Sicut Domino placuit, ita factum est. Adeò se in habitu puerperij adamauit, vt & crines absciderit, quos vterus non donauit infanti. Innocentiæ vestis nuditas fuit, hoc operculo se contexit prææstimans se innocentem, quàm voto diuitem de impatientia. Quod Dæmon abstulerat, Dominum abstulisse fatetur. Habuit sufferentia, quid etiam in inopia Domino præstitisset; dat libenter Numini, quod perdiderat. Succubuisti gladiator inique: eripueras Iobi substantiam, vt ei redderes pro impatientiæ mercede, pro conuitij fœdere, pro maledico iurgio. at ille de suo diuitem tolerantiâ triumphauit: hac strage exambiebas imperitum Iobum peccare? suggestionem ille cognouit, nec
Iob 1.22. de virtutis suggestu cadit peccando, vers.22. *In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neque stultum quid contra Deum loquutus est.* Cur hæc confessio accuratè subiicitur? Quoniam id intendebat dæmon, vers. 11. *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in* Iob 1.11.
faciem benedixerit tibi. En in sceleris stadio dæmon bravium porrigit, vincit Iob. Quid igitur de diuitiis? cap. 42. vers. 10. *Et addidit de* Iob 42. 12.
omnibus quæcumque fuerunt Iob, duplicia. Ergo spolia resumpsit, prædam recipit, innocens & diues euasit. Hæc virtutis est pompa, de discrimine communis ouitari; ferrique in quadriga triumphi, hoste, deuicto, & trophæis suspensis in gloriam. Cur duplicia iustus assumit? Anne & quæ dæmon rapuerat, & quæ ipse sibitò Deo, patientiæ largitate donauit, dum dixit: *Dominus dedit, Dominus abstulit?* Quin & obtinet Iob duplicia, nempe & quæ sua erant, antequam fur nequissimus ingruisset, & quæ impatienti potuit offerre, si in Dominum conuitia iactaret.

CAPVT XVI.

1 TVNC cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens: 2. In-
cipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis,
modulamini illi Psalmum nouum, exaltate, & inuocate no-
men eius. 3. Dominus conterens bella, Dominus nomen
est illi. 4. Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eri-
peret nos de manu omnium inimicorum nostrorum. 5. Venit
Assur ex montibus ab Aquilone, in multitudine fortitudinis
suæ: cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles:
6. Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes
meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem. 7. Dominus autem omnipo-
tens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confodit eum. 8. Non
enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec ex-
celsi gigantes opposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissol-
uit eum 9. Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ
in exaltatione filiorum Israel. 10. Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit cin-
cinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum. 11. Sandalia eius
rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit
pugione ceruicem eius. 12. Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi auda-
ciam eius. 13. Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humi-
les mei arescentes in siti. 14. Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros
fugientes occiderunt eos: perierunt prælio à facie Domini Dei mei. 15. Hym-
num cantemus Domino hymnum nouum cantemus Deo nostro. 16. Adonaï
Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest.
17 Tibi seruiat omnis creatura tua: quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum
tuum, creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ. 18. Montes à fundamentis
mouebuntur cum aquis: petræ, sicut cera, liquescent ante faciem tuam. 19. Qui
autem timent te magni erunt apud te per omnia. 20. Væ genti insurgenti super
genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit
illos. 21. Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum vt vrantur, & sentiant
vsque in sempiternum. 22. Et factum est post hæc omnis populus, post victoriam
venit in Ierusalem adorare Dominum, & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes
holocausta, & vota, & repromissiones suas. 23. Porrò Iudith vniuersa vasa belli-
ca Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopeum, quod ipsa sustulerat de cu-
bili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. 24. Erat autem populus iucundus
secundum

secundùm faciem Sanctorum & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudith. 25. Post dies autem illos vnu'quisque rediit in domum suam & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israël. 26. Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses, vir eius. 27. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. 28. Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque, & dimisit Abram suam liberam, & defuncta est, ac sepulta cum viro suo in Bethulia 29. Luxitque illam omnis populus diebus septem. 30. In omni autem spatio vitæ eius, non fuit, qui perturbaret Israël, & post mortem eius annis multis. 31. Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numerum Sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

Litteralis Commentarius.

Vers. 1. Tunc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens.

1. VERS. 1. *Tunc cantauit canticum hoc.* Integra Iuditha totis siue animi, siue corporis neruis, quasi per omnes artus laureata, omnibus vtriusque substantiæ ordinis, triumphalis lætitiæ exhibet apparatum, salit, psallit, & canit, vt accordi modulatáque harmoniâ pes, manus, lingua in epinicium victoriale concurrerent. Tunc enim cantare incepit, postquam chori Princeps metrico pedum numero festiuam instruebat choream. Nec nouum quod dulce gutturi suaui carminum medicamine collinitum salientes pedes ad numeros comitetur. Id in natalitiis Sanctorum factitatum, ob-
Paulin. firmare poterit Paulinus natali 6.

Ferte Deo pueri laudem, pia soluite vota,
Et pariter castis date carmina festa choreis.

Luc.7.32. Lucæ 7. vers. 32. *Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis.* Quasi vsus Hebræorum esset sonantes citharæ modulos pedes pariter linguamque imi-
Exod.15.20. tari. Sic Maria soror Moysi Exodi. 15. vers. 20. *Sumpsit ergo Maria Prophetissa tympanum in manu sua: egressǽque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat dicens: Cantemus Domino.* En pariter cantus, pulsatio, &
Caietan. chorea: nam vt obseruat Caietanus inibi: *Non est nomen instrumenti hoc in loco chorus, sed choreas ducentium.* Non tamen constat, chordas pulsauisse Iuditham, pulchri que digitis, quibus percussit Holofernem, citharam pulsauisse. Et quidem, si vel tympanum, vel chelim numerosâ manu pertingeret, non in vtroque textu sileretur; siquidem signatè id dicitur de Maria Prophetissa dicto cap. 15. Exod. *Sumpsit tympanum, in manu sua.* Ergo non psalta, sed cantatrix, & saltatrix Iuditha, ne victricem manum thyrso lauream percutiendis fidibus occuparet.

2. Quod singulare in Heroide celebratur, canticum est, quale & cecinit & composuit, de quo non inamœna, licèt saltuatim, & compendio, tractanda sunt præmisso prius Græco tex-
Græc. tu. Καὶ ἐξῆρχεν Ἰουδὶθ τὴν ἐξομολόγησιν ταύτην ἐν παντὶ Ἰσραὴλ, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὑπερεφώνει τὴν αἴνεσιν
Complut. ταύτην. Quod Complutenses vertunt: *Et cœpit cantare Iudith confessionem hanc in omni Israël, & omnis populus cantabat canticum hoc.* Profun-
Vatabl. dius Vatablus: *Exorsa autem est Iudith hoc carmen gratulatorium, & vniuersus populus hanc laudem maxima voce decantauit.* Primò petes: an melodo gutture, modulatísque numeris hoc canticum personuerit? Id liquidò adserit textus; qui pro *cantauit*, inquit, vt vere fuerit quod definit Chrysostomus proœm. 2. in Psalm. *Nu-* Chrysost.
merosa quæ fit per eos cum verbis eloquutio, seu, vt Basilius in Psal. 29. *Concinna & harmonica modulatio.* Basil. Nec id in sacris Canticis necessarium, cùm absque sonante vocis plectro, simplici loquutione non semel inueniantur, vt obseruauit Mendoza tom. 1. in 1. Reg. c. 2. vers. 1. annot. 1. 3. num. 14. Ex Isaiæ 38 vers. 9. & titulo Psalmi. 17. Mend.
Loquutus Domino verba cantici huius Quibus addo, ad Ephes. 5. vers. 19 & Luc. 1. in Cantico Deiparæ & Zachariæ, quæ non sonatâ vocis elatione, sed demisso, communique sono prolata. Ephes. 5.19. Luc. 1.

Secundò: Quale genus cantici hoc? anne gratulatorium, an propheticum, an inuectiuum? 3.
Censeo de triplici genere non pauca sumpsisse. De prophetico, vers. 20. & sequenti, vbi iudicij diem, ignem, & vermes fideli vaticinio prædicit. De inuectiuo, vers. 5 cum sequentibus, vbi inuehitur in Assur, & sub eius typo in diuini nominis hostes, scelestos vtique, lasciuos & efferos. Sed gratulatorium, victoriale vtplurimum est, quale post partas victorias & Hebræis & exoticis nimium increbruit. De Hebræis liquet ex Debora Iudic. 5. vers. 1. Ezechia Iudic. 5. 1.
Isaiæ 38. vers. 10. Babylonici rogi victoribus pue- Isa. 38. 10.
ris Daniel. 3. vers. 52. Habacuc, & aliis: ex Ethni- Dan. 3. 52.
cis, qui Pæanas, nempe triumphale melos hilari gratulatione insonabant, ex quo Æsculapius apud Aristophanem in Pluto *Pæan* dictus. Pindarus in certamine Pythio, vel Olympico *νικηφόρος* dicebatur, & in triumphis *io pæan*, seu *io triumphe* apud Athenæum lib. 14. Adi Muretum lib. 13 variar. lect. c. 11. Æsculap. Athen. Muret.

Quod esset solemne victoriale carmen apud Hebræos, constat ex titulo Psalm. 4. cuius variæ lectiones sunt; quippe pro eo, quod est in Vulgata *In finem*, Symmachus habet *ἐπινίκιον*, id est, victoriale, Theodotio *εἰς τὸ νῖκος ad victoriam*, Aquila *τῷ νικοποιῷ*, id est, *effectori victoriæ*. Habacuc 3. vers. vlt. *Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem*: in quo loci puluerem non modicum Neoterici excitant, vt videris apud Riberam inibi, qui *victori* legendum totis neruis contendit: cuius conatus eneruare iam debet, siquidem correcta Biblia sic sonant. Censet Eugubinus ly *victor* exponendum esse de præposito chori, seu victorialis cantilenæ magistro, qui pangendis victoriis præsidebat apud Hebræos. Nec desunt qui putent, in psalmis, quibus hic titulus præfixus, non vllam celebrari 4. Vulgata. Symmach. Theodot. Aquila. Habac. 3. Ribera. Eugubin.

victoriam ex armata contentione, hostiúmque cruore fœliciter partam, sed quandam in modulis pugnæ imaginem indicari, cum ex musicis metris psaltes canora vocum eleuatione contendunt, vt ille victor putaretur, altiùs creparet. Sic Lyra ex Rabbi Salomon. *Psalmus cantabatur à Leuitis cum quodam conatu vnius chori ad superandum alterum & è conuerso: sicut in Ecclesia in cantu alicuius prosæ vnus chorus dicitur alterum superare.* Vix suspicor in Habacuc præfixis verbis allusum ad hunc morem; potiùs si meâ sententiam proferre liceat, ly *victor* acciperem pro ipsa dictione, quam canens ingeminat; quasi more accusatiui ponatur, vt sensus sit: deducet me in psalmis canentem, non aliam cantilenam nisi hanc *victor victor*; ac si diceret *vici*: qualis insonat in scholis, vbi in suggestu elatus, qui obtinuit cathedram, hoc elogio à discipulis conclamatur. Iudicum 8. vers. 9. *Cum reuersus fuero victor in pace* nempe cùm hoc epinicium seu mihi cantetur seu ego cantem.

5. Et quidem hoc fermè nomine donabatur, qui partâ victoria sub titulo salutabatur Imperatoris: Claudian. in paneg. Olibrij:

Haud procul exacto lætus certamine victor
Caspite gramineo consederat.

Ouidius lib. 2. de Ponto eleg. 1.

Atque ita victorem cum magno vocis honore
Bellica laudatis dona dedisse viris.

Nec antea quam Imperatoris, id est, victoris nomen inderetur, quasi triumphi sententiâ prolatâ, iura victoris præstita. Cæsar lib. 2. Ciuil. *Eam vbi appellationem Duces agnouerant, fasces ac litteras laurea ornabant.* Solemnior ergo vox nonnisi victoriam & triumphum clamitabat Ouid. 1. Metamorph.

Tu domibus latis aderis, cùm læta triumphum
vox canet.

Silius lib 12.

Inque vicem amplexi permixta voce triumphum.
Tarpeiу clamant.

Tibullus lib. 2. eleg. 5.

Ipse gerens laurum, lauro deuinctus agresti
Miles io magna voce triumphe canam.

En ipse canit sibi victoriam.

6. Tertiò petes: an canticum hoc vinctis metro syllabis, an fluxis, & absque censura numerorum; Tractant vsque ad nauseam Neoterici, an vllum carmen in Bibliis ex metetricis vinculis, numerosaque musæ catena? Id non abnuendum, concors auctorum suffragium fert, de quo affatim vterque Mendoza, alter suprà 1. Reg. annotat. 13. num. 9 alter quæst. 3. expositiua in quodlibet. Quidquid sit, censeo non vt cúmque difficile metrum in canticis, quæ ex Bibliis habemus, siquidem ex temporaneo flamine, subitarióque impetu de Helicone pectoris vtplurimum effluxere. Certè cothurnatus nimiùm & sublimis stylus est, de Poëtico fonte quidem prolutus, flante Numine, & in maiora canentis attollente ingenium, vt de Moyse dixit Ambrosius præfat. in Psalmos: *In maiora ingenium attollens suum, qui maiora viribus suis fuerat assequutus, canticum Domino cecinit triumphale.* Profectò quæ in ipso victorialis hilaritatis æstu tumultuariâ voce strepebant, ægrè fero legibus Poëticis illigata, nisi semper Numinis miraculum, ignísve cælestis comptam & metricam fuisse indolem ad cæsuras vinculáque contendas, cùm tamen ex promiscua populi multitudine cantilenas similes productas agnoscat. *Carmina* quidem dicebantur, quotquot iactabat populus in victorem. Claudian. lib. 3. Stilicon.

Ipse albis veheretur equis currúmque sequutus
Laurigerum festo fremuisse carmine miles.

Apud *fremuisse* inquit, quasi promiscuo fremitu, non ad chordam, metrúmque poësis. Mart. lib. 7.

Fas audire iocos, leuioraq́, carmina, Cæsar,
Sit tibi, si lusus ipse triumphus amat.

Dedimus iam suprà Plutarchum in Paulo, & Dionysium in triumpho Romuli: *Carminibus ex tempore suum compositis Ducem laudantes. Carmina* puto dicta hæc in victores elogia, ex ipsamet vocis origine: carmina enim à *Carmenta* sic dicta protulit Plutarchus *ἐν ῥωμ.* *Non carmina carmenta nomen dederunt, sed potiùs carmina ita appellata ab illa sunt.* Cur autem carmenta dicta, prosequitur: *Ratio autem nominis hæc est: Carens mente, ob instinctus videlicet diuinos, quibus ad fatiloqua fundenda carmina impellebatur.* Vnde cum ab impetu lætitiæ quasi cælitus tacti, Musaque perfusi elogia milites in victoré effunderent, ex temporali spiritu, carmina, nisi nimiùm fallimur, dicta quæque Imperatorum laudationes. Tacitus 3. annal. *Vbi illa veterum instituta? Propositum toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lachryma.*

7. Eustathius quidem auctor est, primæuos orationis laxè inuentores eâ induxisse, astrictas nodis syllabas distendentes, dissoluentésque *Poëticotion* angulorum nexum: quod non inficeret, cùm oratores post vates, ortos docuit me Orpheus, Musæus, & Homerus; Cadmus autem Pherecides, & Hecatæus, qui pòsteà viguere, solutæ orationis artifices perhibentur apud Strabonem contra Eratrosthenem. Hinc plures dicti Poëtæ, qui solutè scripserunt, vt Apuleius & alij apud Lilium Giraldum lib. 1. de Poëtica historia. Quin. Lucianus à peritis Aristophanes solutâ oratione nuncupatur, sicut apud Græcos Sosisthæus, & Terprandus Rhodius soluto stylo exarauisse poëmata perhibentur. Ergo numerosa, purpurisque tincta, & distincta figuris, vocúmque spiramentis imbuta oratio poësim sapit, licèt Poëticis ferculis, schomatibúsque non adstricta.

8. Est igitur poësis & carmen hoc noster Heroïnæ canticum quidquid sit de numero, sibiláque vocum, cum in eo laureatæ dictiones, incitantiúsque sonoræ, nodosísque intertextæ sententiis grandiloquam & pharatam linguam demonstrent, vt in vniuscuiusque commentario patescet. Obscuritatem etenim pariter & dulcedinem præferunt quasi ex tripode, & de cælesti, plusquámque fatidico flamine, vt posset dicere Herois nostra, quod ille 3. de Ponto: *Ista Dei vox est, Deus est in pectore nostro.* Sic Manilius lib. 1. dixit. Carmen descendisse è cælo: & apud Rhodigin. lib. 7. cap. 1. Poëtæ lauream Apollinis virgam tenentes, argumento diuinitatis, canebant; non alia nempe ratione, nisi quia Diuorum lingua difficilis, tortuosa, altenúsque characteris putabatur. Vnde Homerus quædam nomina humana facit, quædam diuina, vt fluuium *Xanthum* à Diis vocari ait, ab hominibus *Scamandrum*; auis quæ ab hominibus *Cymindis*, à Diis *Calcidis*, de quo Plato in Cratillo: adi Angelum Rocam in bibliotheca Vaticana pagina

pagina mihi 302. Quidni carmen dixerim Iudithæ canticum, si Deo numine decoratur? Marsil. Marsilius Ficinus lib. 9. epist. *Si sermo Diuorum, & stylus oraculorum carmen est, atque Hippocrates quondam Deus est habitus*, &c. Hinc benè Vatablus suprà datus vertit: *Exorsa est Iudith hoc carmen gratulatorium*: siquidem quot verbis, tot tonitruis crepat, tot fulminibus ardet, tot aculeis ferit, vbique fulgurat, vbique neruos habet & lacertos.

9. Quarta quæstio sit, in cuius deuotamentum canticum hoc canitur? Satisfit ex textu ipso: *Tunc cantauit canticum hoc Domino.* Sedulò adiectum *Domino*, ne alteri io putaretur illatum. Epinicium hoc victori quidem debebatur, qualiter in triumphis percrebruit, in quibus tibicines & citharœdi, de quo Pomp. Læt. Pomponius Lætus in epit. Rom. historiæ. Ergóne Iuditha sibimet Pæana recineret? Imò quia fœminea manus dominico adfibulata lacerto, & ex traduce virtutis, cælesti animata vigore ceruicem Holofernis excidit; satius duxit fœmina prudens, victori Deo totum canticum deuouere, rata sibi vt instrumento, quasi ex repercussione, refluxúque laudis non parum resultare præconij, vt quæ simul opitulante Domino, manumque durante, victoriam obtinuit; simul cum eo victorialis carminis sacro epinicio bearetur. Vnde disertè sic syllabas nexuit, vt eisdem periodis cum Domino iungeretur in cantico, quæ in facinore iuncta fuit. Sic se ipsam nominat: sicut alibi diximus, in io triumphi, Imperatorum nomina pro carmine laudationis efferri: vers. 7. infrà: *Dominus omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ.* Et statim vers. 8. *Iudith. filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.*

10. Equidem mira concinnitate in varias se vertit formas Iuditha, ipsa vicit, ipsa canit, bellique Princeps & chori soluit è gutture suauem cantilenam, quæ guttur inimici dissoluit, & ne sibi arrogantes spiritus sumat, Deo victori concinit carmen, in quo bis victorem se præbet; quippe, vt iam vidimus, victor dicebatur chori Præpositus. Genebr. Genebrardus in Psalm. 4. *Vincentem Hebræi appellant archimusicum, vel Præsulem, coryphæum, præcentorem, cuius est canendi peritiâ cæteros vincere.* In se itaque colligit Heroina hæc duo, quæ in aliquibus titulis Psalmorum litem interpretibus mouent, ex voce Hebræa למנצח, quod solet exponi *victori*, cùm tamen & possit significare *præpositum chori.* Verùm Iuditha victori Deo plenum spiritum, victorialéque melos pectoris dedicat largitate, confitens nullam sibi portionem in triumpho deberi, quæ tantùm diuinis spiritibus obediuit, & cælestibus impulsibus agitata, secundos peregit euentus.

11. Vnde in Græco est τὴν ἐξομολόγησιν, quod licèt simpliciter soleat reddi *confessionem*; nec careat ingenio, vtpote quæ vt diximus, ideò canticum hoc intonuit, vt Numini victori deferret, nihilque sibi arriperet de celebris prodigij fortuna, fassa totum Dei fuisse, quod gestum fuit; tamen ἐξομολόγησις non vtcúmque, si originem vocis consideres, nudam confessionem, sed cum publica celebritate & laude significat. Psalmo 18. *Διὰ τῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι, ϗ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ: Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo psalmum dicam.* Vides? Confessio per psalmum est, celebréque Genebr. carmen. Ex quo Genebrardus: *Confitetur Deum David inter gentes per suos psalmos, qui ab eis religiosè canuntur.* Hinc ἐξομολογοῦμαι solet significare *gratias ago*. Matth. 10 ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ: quod vulgata fert: *Confiteor tibi pater*: & significat, gratias tibi ago, te prædico, intonóque laudes. Ex hac acceptione meditor, altare, in quo sacrificium laudis, & diuinorum memorabilium memoria & compendium, corpus nempe Dominicum, celebratur, à maioribus nostris *confessionem* esse vocatum. Leo Papa IV. *Confessionem altaris tabulis ex argento paratis ad antiquum decus producit.* Leo. Scio eam partem confessionem vocari, vbi sub altari, Martyrum reliquiæ quiescunt. Sed quòd Martyres confessorum titulo censerentur, vt constat ex Eusebio Euseb. lib. 8. Ecclesiasticæ historiæ cap. 17. & aliis, è re nimiùm est confessionem accipi pro publica Numinis celebritate, quam sanguineo vulnerum testimonio Martyres inclyti personabant.

Licèt de vtroque significatur plura hîc participet ἐξομολόγησις, magis puto pro gratiarum 12. actione, seu gratulatorio carmine exponendum: in quo significatu etiam apud nos confessio, siquidem argentea donaria, quæ ob gratitudinem Sanctis suspendebantur, confessiones dictæ. Anastasius: *Fecit confessionem Beati Laurentij Martyris ex argento.* Anastas. Hic significatus apprimè conuenit huic Iudithæ cantico, quo spiritale gaudium eructante corde profunditur, nec ab spiritu corporalis vocis discordat accentus; *psallere autem spiritualiter*, inquit S. Thomas in S. Thom. Psalm. 9. *est gaudendo gratias agere Deo, corde, ore, & operibus.* Quin ideo gratiarum actio dicitur, vt gutture personante mens tota feratur in Deum, quæ rapidissima indoles orationis est, incitatius in superos agitatæ, cuius pars gratiarum actio solet haberi. Sic canticum Annæ 2. Reg. nuncupatur oratio.

Quintò quæri potest: an canticum hoc adiutum fidibus, in consonúmque organi obsequium 13. fuerit adstrictum? & quo vocis tenore crepuerit? Profectò tritum discrimen est, quod peruagatur inter Psalmum & Canticum, de quo Hilarius, Euthymius, & alij apud Sherlogum Hilar. Euthym. Sherlog. Suar. tom. 1. in Cant. antiloq. 9. num. 2. Suarium tom. 2. de religione l. 4. cap. 2. videlicet, quòd canticum melos sit oris orante manu; Psalmus sit carmen, quod instrumento comitante, harmonico sonat accentu. Passim vtrumque inuenies in acceptione promiscua: verùm hîc procul est dubium; cum vtroque nomine carmen hoc nuncupetur, siquidem infrà vers. 2. quod nunc canticum dicitur, psalmus vocatur. Ego quidem iudico canticum genus esse ad musicam vocem, nudam tamen & absque alicuius patrocinio instrumenti, & ad vocem modulatam, cui percussæ chordæ in æquales modulos accinunt: & vt in aliis speciebus altera nomen generis mutuatur, sic canticum species est sub cantici generis vniuersalitate. Ex quo psalmus canticum est, non verò è contra: quod nullibi clariùs, quàm hîc, obfirmatur; quippe quod generaliori voce canticum, in verbis, quæ enodamus, vocatur, postea quia tympana, cymbaláque adiunguntur, nuncupatur meritò psalmus. Nec ideò quidem appellauerim hoc canticum psalmi, nec psalmum cantici, si sequamur Hilarium sic definientem Hilar. prologo in Psalm. *Canticum*, inquit, *Psalmi est, cùm organo præcinente subsequens & æmula organo vox chori canentis auditur. Psalmus verò cantici est,*

est, cùm choro-ante canente vox organi consonantis aptatur: quoniam paribus modulis cucurrerunt hîc pultantes digiti, linguæque canentes. Magis credo, psalmum cantici vocatum, quem simul ore & instrumentis concinerent, vt Genebrardus voluit in præfat. ad Psalm. 67. (Genebr.) Hoc sentit psalmus cantici hic est, & qua sublimitate, altiloquentiáque præstat, hoc vtroque titulo insigniendum: quoniam & modos musicos, & magis de lyricis numeris, instrumentorúmque accordi dimetitate sortitur.

14. De accentus tenore Græcus textus compendio egit, dum dixit πᾶς ὁ λαὸς ἐπεφώνησε, quod vertit Vatablus: *Vniuersus populus maxima voce decantauit.* Maximus quidem conatus vocis in octauo intenditur tono. Sic titulus Psalmi 6. *In carminibus pro octaua*: Sunt enim psalmorum tituli tanquam claues ad cantici modulum præscribendum; *octaua* autem vocem in vltimum fastigium expendit: vnde crediderim Psalm. 4. vbi titulus est, *In finem in carminibus*, quod diximus ab aliis transferri *victori*, seu *victoriale*; de octauo tono aliqualiter clauem innectere. Quo non obscurè notatur, vltimo vocis conatu victoriale carmen canendum, qualiter hîc accidisse profertur. Quæ si teneas, obseruare non pigebit, in hac nostri cantici epigraphe, concinne omnes illius tituli versiones cohærere, & expendi; siquidem & victori canitur, & à chori principe, seu archimusico, nempe fœmina cantatricum magistra & præcentrix, & in finem, id est, in vltimum vocis excursum, quasi summâ chordâ cantatum fuerit. Quod vt capias, cantuum accipe differentias, ex quibus tres Musæ cognitæ apud Plutarchum lib. 8. sympos. q. 14. (Plutarch.) *Antiqui tres agnoscebant Musas: huiúsque adferre demonstrationem apud tot tantósque viros, indocti est & insolentis. Causa autem non quam nonnulli afferunt, quod cantus genera tria sint, diatonon nempe, chromaticum, & enharmonium. neque termini interualla continentes, ima nimirum, media, & summa chorda.* An hoc canticum τὸ ἐπινίκιον, vt Græca Plutarchi ferunt? Sanè textus Græcus infra v. 2. id ipsum habet ἐναρμόσασθε αὐτῷ ψαλμόν. Et quidem magnus sonus proprius erat carminis victorialis: vnde clamor dictus, vt videre est apud Liuium lib. 4. in triumpho Valerij Caij, & Ammianum lib. 16. de Constantio. (Liuius. Ammian. Claudian.) Ex quo capio illud, quod supra dedi Claudiani lib. 3. Stilicon. *Lauriferum festo fremuisset carmine miles*: fremere enim magnum sonare est, vt docuit Nonnius, & ex eo Sabaro ad Sidonium lib. 11. epist. 11. (Nonnius. Sabaro.) Curatum etenim, vt ipse carminum strepor saperet classicum militare, ac proinde voces pariter cum lituis & tubis altè sonabant. ([illegible]) Ammianus supra: *Vocum lituorúmque intonante fragore cohorruit.*

Vers. 2. Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi Psalmum nouum, exultate, & inuocate nomen eius.

Vers. 3. Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.

Vers. 4. Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.

Vers. 5. Venit Assur ex montibus ab Aquilone, in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles.

Vers. 2. *Incipite Domino.* Malè putant Neoterici exordium huius cantici non ab his verbis ordiri, sed à vers. sequenti: *Dominus conterens bella.* In ò omnino iudico hoc esse epinicij exordium: quippe cùm præcentor carmen, vt accineret populus, incipiebat, primus versus incitamentum erat, & alacris ad modulos inuitatio. 15.
Sic Moyses post Pharaonis naufragium Exod. 15. (Exod. 15.) *Cantemus Domino.* Debbora, & Barach post cæsum Sisaram, Iudic. 5. vers. 2. (Iudic. 5. 2.) *Qui sponte obtulistis de Israël animas vestras ad periculum, benedicite Domino.* Prima vox *Incipite* apprimè intonandis carminibus conuenit, vel apud exoticos Vates. Theocritus edyl. 19. (Theocr.) Ἄρχετε βουκολικᾶς τῶ μέλεος, ἄρχετε Μοῖσαι. *Incipite Sicelides, incipite Musæ.* Virgilius Eclog. 5. (Virgil.)

Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri:
Incipe.

Potero meditari *Incipite* dictum, quoniam tantùm primum hunc versum concordi musa populus debebat repetere, sicut alias in cantico Moysis, postquam ille accinentibus viris totum cecinit carmen, primum versum, nec alium Maria cum fœminis cantatricibus geminauit, dicens: *Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare.* Nec placet, quod ibi Lippomanus contendit, integrum carmen repetisse Mariam; (Lippom.) potius adhæreo Caietano, & aliis, qui initium illi tantummodò præstant.

16. *Incipite.* Tanquam Princeps chori, & Archimusica non solum fœminas, sed & viros prouocat ad canendum. Fidicines enim & cantores apud Hebræos triumphalibus carminibus instituti erant, vt liquet Esdræ 2. vers. 65. (Esdræ 65. Lippom.) *Mos fuit Iudæis*, ait Lippomanus Exodi 15. *In festiuitatibus puellas conuenire ad canendum sacras cantiones, triumphalia carmina, & honesta ad ædificationem, & syncerum gaudium, etiam per vices canendo, vna aliqua præcinente, aliis succenturiantibus.* *Cantate Domino.* Studiosus conatus, ne quid nisi in Domino Pæana, & præconium ab ore fluat. Nec verba incitatiora, alacrioráque compingi potuerunt. *Cantate, modulamini, exultate, inuocate.* Stylum omnino sumpsit ex Moysis cantico, tum quoniam similis omnino victoria, tum quoniam Achior hunc signatè triumphum ad Deum Hebræorum celebrandum, Holoferni proposuit suprà cap. 5. vers. 12. tum quoniam in oratione ad Dominum hoc præcipuè euoluit Iuditha suprà cap. 9. vers. 6. *Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum*, &c.

17. *Modulamini illi psalmum nouum.* Græcè ἐναρμόσασθε αὐτῷ ψαλμὸν καὶ αἶνον, id est, *modulamini ipsi Psalmos & laudem*; (Græc.) nisi vt vtrumque cohæreat, legendum malim ψαλμὸν καινόν. ἐναρμόσασθε, id est, vt scholiat Vatablus, numerosè canite, (Vatabl.) apto ac numeroso concentu. Cur psalmus nouus dicatur, solet hîc disquiri. Bene video posse accipi pro firmo, stabili, & à posthumis sæculis repetendo; sicut aliàs Lucæ 22. (Luc. 22. 20.) *Hic est nouum testamentum*: seu pro inaudito, nondúmque

que in carminum ſyllabo, hymnorúmque pſalmographia compoſito: ſiquidem canticum hoc tum à materia, tum ab artifice nouum eſt, ac proinde aures pellicere debeat nouitatis amantes, ſicut dixit Plinius lib. 8. epiſt. 18. *Aures hominum nouitate lætantur.* Et Claudianus Mamert. lib. 1. cap. 1. *Mortalium mos eſt, noui operas agnitione pellici.*

Plinius. Mamert.

18. Sed inſuper *nouum* exponerem, id eſt, magnum; quippe magnitudo diuini nominis, exercituúmque Imperatoris in illo altilóque celebratur. Quare poſtea verſ. 15. poſtquam dixit: *Hymnum nouum cantemus Deo noſtro*, ſtatim nouitatem exponit pro magnitudine, & granditate: *Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem ſuperare nemo poteſt.* Sic illud eclog. 3. *Ipſe facit noua carmina*, exponit Seruius, id eſt, *magna & miranda.* Inde in Herodiano lib. 7. ταρονηδέα dicuntur res nouæ & magnæ, in quo ſignificatu 12 Æneid. *illi membra nouus ſoluit formidine torpor.* Adi Guilelmum Fornerium in notis ad Caſſiodor. vbi contendit *nouum* idem quod *magnum.* Quod huius cantici inſtituto maximè quadrat, vtpote ad cantici Moyſis modulum cōpoſiti: *Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt*: vbi ex origine Hebraica apud Lipfomanum: *Quoniam magnificè, ſiue magnificatione, vel magnificando magnificatus eſt, id eſt, magnum, & fortem, & ſtrenuum ſe eſſe oſtendit.*

Virgil. Seruius. Herod. Virgil. Forner.

19. Sed quoniam hoc attributum pluribus pſalmis adſcribitur, vt videre licet Pſalm. 32. verſ. 3. & Pſalm. 39. verſ. 14. Crediderim eſſe attributum boni carminis, melodæque muſicæ. Athenæus lib. 1. *Laudat Pindarus vinum quidem vetus, & flores nouorum carminum.* Horatius 1. carm. Ode 26. *Hunc fidibus nouis, hunc Leſbio ſacrare plectro.* Niſi, vt ſuprà animaduertimus, ſolùm populus initium Cantici repetere iubeatur, cætera præcinente Iuditha; ſicut annus nouus initium anni dicitur. Ouidius: *Dic age, frigoribus quare nouus incipit annus.*

Athen. Horat. [illegible]

20. Verſ. 3. *Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi.* Dixerat in elapſo hemiſtichio: *Et inuocate nomen eius*: ideò ſtatim adiicit nomen. Conſidera quàm compari ſtylo vbique Iuditha Orſa fuerat conſperſa cinere, ſqualidíque veſtita orationem ſuam ad Dominum ſuprà cap. 9. verſ. 2. *Domine Deus*, & verſ. 10. *Et neſciunt quia tu es Deus noſter, qui conteris bella ab initio, & Dominus non eſt tibi.* Et in exordio colloquij ad Holofernem cap. 11. v. 4. *Perfectam rem faciat Dominus tecum.* Ergo nunc reſumit filum, vt inde gratulatorium carmen ordiatur, quo preces inceperat. Hæc fermè verba enodata iam manent ſuprà cap. 9. verſ. 10. Fuit in triumphalibus canticis vſitatum, ab ſtrenua victoris Dei fortitudine excellentius Pæana contexere. Vnde Moyſes Exod. 15. *Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius*, vbi dicunt Hebræi illud non eſſe nomen aliud à Ieoua, ſed eſſe idem nomen per ſyncopem conſtans ex prima & vltima littera Ieoua, ſignificaréque fontem eſſendi. Sic Habac. 3. verſ. 19. *Deus Dominus fortitudo mea.* Et ſtatim. *Deducet me victor in pſalmis canentem.* Rufinus in Pſalm. 7. citat Iuditham dicentem: *Deus conteret oſſa placentium hominibus*: neſcio vbi; niſi verſiculum hunc iungat cum verſ. 21. *Dabit ignem & vermes in carnes eorum*, nempe ipſemet, qui nunc conterens bella dicitur.

Iudith. 9. 2. 10. Exod. 5. Habac. 3. 19. Rufinus.

21. Verſ. 4. *Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui.* Non facile eſt, licèt illud tutò Neoterici prætereant, vt quid hæc verba Iuditha interſerit; ſiquidem nullam militiam cæleſtem conſpectabilem in medio populi viderat, qualis apparuit 2. Machab. cap. 5. *Contigit per vniuerſam Hieroſolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aëra equites diſcurrentes, & haſtis quaſi cohortes armatos, & curſus equorum per ordinem digeſtos*, &c. De quibus ſpectris Ioſephus lib. 7. antiquit. cap. 12. *Ante ſolis occaſum viſi ſunt per inane ferri currus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila.* An caſtra Dei hîc cenſenda ſunt ipſamet Aſſyriorum caſtra, quæ ad probandam fortitudinem, fiduciam, & patientiam Hebræorum Deus metari permiſit? Sanè quòd caſtra Dei ſoleant accipi pro Chaldæis, Aſſyriis & Ægyptiis, quæ ſupernus prouocat Imperator, vt vel minentur peccatoribus exitium, vel inſenſatos confodiant, vt conſtat ex Iſaïæ 7. verſ. 18. & clariùs Ioelis 2. verſ. 11. *Quia multa ſunt nimis caſtra eius, quia fortia, & facientia verbum eius.* Verùm huic expoſitioni obſiſtit, ratio, quæ hîc ſtatim adiicitur: *Vt eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtrorum.*

2. Machab. 5. Ioſeph. Iſai. 7. 18. Ioel. 2. 11.

22. An caſtra Domini exercituum pugnaces & ſtrenuæ Angelorum cohortes cenſendæ ſunt? Militaribus quidem characteribus, Angelorum ſolet inclyta multitudo ſignari: vnde Angelicus chorus nuncupatur: apud Naum cap. 2 *Clypeus fortium ignitus*; apud Lucam 2. *Militia cæleſtis exercitus*; Zachariæ 9. verſ. 8. *Circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi*: & ſignatè caſtra Dei Angeli nuncupatur Geneſis 32. *Fuerúntque ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidiſſet ait: Caſtra Dei ſunt hæc.* Aſt de quibus Angelis agit Iuditha, quos caſtra Dei nuncupat?

Naum 2. Luc 2. Zach. 9. 8. Gen. 32. 1.

23. Duo dicerem. Primum, alluſiſſe forſitan ad Angelum, cuius numinen caſtámque antea celebrauerat protectionem ſuprà cap. 13. verſ. 20. *Cuſtodiuit me Angelus & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem*, de quo quis fuerit, plura nos ſuprà, alium à cuſtode Angelo cenſebamus, viſúmque ab Heroïde vt ſatis coniecturarum duximus. Nec Angelus cuſtos poterit ab opitulatione deſiſtere, ſed vtroque cæleſtis exercitus milite actum fuit de Aſſyriorum phalangibus. Quidni quaſi gemina caſtra putentur, pro duabus militum legionibus? Sic adnotauit Caietanus, quòd vbi Gen. 32. Angelorum præſidia, caſtra Dei appellauit Iacob ſub nomine *manaim*, ſeu vt alij legunt *machanaim*, ſignificari caſtra non quotcumque, ſed duo dumtaxat, tanquam duas, inquit, legiones militum viderit Iacob ad pugnandam pro eo.

Iudith 13. 20. Caietan.

24. Alterum eſt, caſtra Dei in medio populi accipi poſſe de Angelis, qui in Ieroſolymitano templo ſtationes militares agebant pro tutandis ſacris. Sanè Hebræis altè inſedit, in templi adytis, ſupremáque portione, quæ Sancta Sanctorum appellabatur, indefeſſas excubias Angelum humanitùs extentum egiſſe, cuius luminis impetu ne Pontificis oculi caligarent, punicea nebula ferebatur iniecta, de quo conſule Abulenſem in Exodo cap. 25. quæſt. 22. In aliis templi partibus Angelorum exercitum ſtetiſſe, illa vox ſuadet, quæ audita eſt, flagitiis temerato loco,

Abulenſ.

Migremus

Migremus hinc. Cur autem in medio populi sui hæc Dei castra collocata dicantur, aderit non inepta responsio: Ierusalem, ac proinde templum eius haberi à peritis illius religionis tanquam medium & vmbilicum terræ sanctæ. Quod si *populus suus* vniuerso terrarũ orbe accipiatur, medium obtinere locum terræ habitabilis, Iudæa censetur. Vnde Dauid Psalm. 73. v.14. *Operatus est salutem in medio terræ.* Ausculta

Genebrard. Genebrardum: *Iudæa est terra habitabilis medium, vt eam Deus idcirco elegisse videatur, quò ex ea veluti orbis corde salutem in omnes transmitteret.* Quod autem in vmbilico terræ subsistat, sic indidem probat: *Orientales Occidentalibus iungit per mare Mediterraneum; Septentrionales meridionalibus per idem mare excurrens vsque ad Maotidem paludem, & per mare rubrum in austrum profun[d]itus se descendens.*

25. Vers. 5. *Venit Assur ex montibus ab Aquilone.* Pompa triumphalis pegmatis præcipue & ferculis ornabatur, in quibus quidquid gestum erat in bello, flumina, montes, gentium subactarum tituli in ebore seu argento suis omnibus numeris, seu penicillo currente, seu incidente stylo apparebat expressum. Tractat late Bulengerus, de triumpho cap. 26. probatque ex Appiano in triumpho Scipionis, Zonara in Camillo, Silio lib. 17. & aliis. Sat sit Appiani verba referre: *Turres præferebantur simulacra captarum vrbium, & picturæ, & species rerum, quæ gesta sunt.* Ne quid suo triumpho deficeret, vocat ferculum, metricáque pegmata, etsi non oculis, auribus Iudith repræsentat, canticum nempe, in quo quidquid gestum, ad lineam vsque religiosè depingit, in auroque sermonis, tanquam meliore ebore, citróque, vt in sæcula perennet, exculpit. Nec aliquid de bellicis momentis obliuionis tenebris denigrauit, sed historiam laureato stylo, cothurnatoque pede prosequitur. Incipit:

Buleng. Appian.

26. *Venit Assur.* Suidas in verbo, φέρετρα *Fercula*, inquit, *cum imaginibus Regum, & simulacra quædam*: quoniam deuicti Reges in sculptis nominibus cælati ferebantur in pompa. Quin ipsa prouincia, seu regio debellata. Sil. lib. 17.

Suidas.

Silius.

> *Mox victis tenaens Carthago ad sydera palmas*
> *Ibat, & effigies era iam lenis Ibera.*

Assur igitur in vocalis ferculi fastigio tanquam deuictam catenatamque regionem prudens fœmina pingit. *Venit Assur.* Emphaticum quidem dicendi genus: non Assyrius, sed Assur inquit, vt omnem gentem, latéque patentem regionem vno vocabulo repræsentet: Assur enim in Bibliis pro omni Assyriorum stirpe accipitur. Multũ hic Poëtici flaminis, tum quia veritatem ipsam claro stylo describit: nam cùm Holofernes ex Niniue fuit ad domandum orientem progressus, ædificatorem Niniue pro ciuitatis gente produxit. Genes. 10. vers. 11. *De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuem, & plateas eius*: tum quia in Holoferne & virtus secundi Nabuchodonosoris, & auspicia tanquam in Imperatore exercitus residebant, vt ipsa dixerat suprà cap. 14. v. 5. *Viuit enim Nabuchodonosor Rex terræ, & viuit virtus eius, quæ est in te.* Tum quia nomen Assur primus Nabuchodonosor noscebatur, qui Hebræorum mastix fuit, & quamuis ex natalitiis Chaldæis consolidato Assyriorum imperio, sic nuncupabatur.

Gen. 10. 11.

27. Tum vel maximè quoniam victoria hæc adsona nimiùm Ægyptij Pharaonis cladi censita fuit à Iuditha, vt pluries notauimus. Assur autem de vtroque Rege, Ægyptiorum nempe & Assyriorum ob simile in Hebræos iugum iam diu solebat efferri, Isaiæ 52 vers. 4. *In Ægyptum descendit populus meus in principio, & Assur absque illa causa calumniatus est eum.* Quin hoc nomen pro omnibus terribile, atrox, grauéque habebatur Hebræis, quippe Assyrij fulmina Martis habebantur, bello nati, innutriti victoriis, & ex omnibus armatæ calamitatis pestibus quasi in vnum conditi venenum. Vnde Assur virga furoris Domini nuncupatur, Isaiæ 10. v. 5. Ex quo quicumque fortis, bellique potens, & congesto milite efferus, hoc titulo quasi ex prouerbio furoris ab Hebræis habebatur; sicut ab aliis gentibus Achilles, iuxta illud Maronius de Turno: *alius Latio iam partus Achilles.* Cuius tropi causa plures ex Patribus apud Leonem de Castro Isaiæ 10. vers. 5. *Væ Assur virga furoris mei*, de Romano Imperatore exponunt, sicut cap. 7. & 8. Isaiæ. Indidem hæc eadem verba in Bibliis pluries repetuntur; *venit Assur*, ad ingentes barbarorum phalanges perfuso pauore exprimendas. Psalm 82. vers. 8 *Etenim Assur venit cum illis.* Michæas 7. vers. 12. *Vsque ad te veniet Assur.* Numer. 24. vers. 21. *Robustum quidem est habitaculum tuum: etsi in petra posueris nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cin, quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te.* Nec pigebit obseruare subtili concinnitate hæc verba adiecta post illa: *Posuit castra sua in medio populi sui*, quæ innuimus præcedenti versiculo, posse accipi de ipsismet castris Assyriorum quæ Dei dicuntur, vtpote virga furoris sui ad flagellandos quidem Hebræos, non quidem carnificis more, sed pædagogi, qui flagellis puellum nititur reducere ad frugem. Isai. 8. vers. 7. & alibi sæpe.

Isai. 52.4.

Isai. 10.5.

Virg. Leo Castr. Isai. 10.5.

Psal. 82. Mich. 7. 12. Num. 24. 21.

Isai. 8. 7.

28. *Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis sua.* In quacumque syllaba horror ingens, vibratáque furoris iacula exaggerantur. E montibus venisse ait, tum quia verè è montibus, suprà cap. 5. vers. 7. *Tunc descendit è montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnem habitabilem terram.* Tum quia ferinæ duræque gentes ex quercubus & ilicibus prognatæ dicuntur. Statius l b. 4. Theb.

Stat.

> *Sanguis auum, scopulisque satæ, vel robore gentes.*

Quare Plato mites legibúsque emollitas docens debere esse Respublicas, dixit lib. 8. Politic. *An existimas è quercu aut è petra gigni Respublicas?* Hinc Heroës, qui belligeri, gigantæóque more potentes, montibus adsimilantur apud Poëtam 12. Æneid.

Plato.

Virg.

> *Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscus*
> *Cum fremit illicibus, quantus gaudétque niuali.*
> *Vertice se attollens pater Apenninus ad auras.*

Ab Aquilone venisse dicitur, tum quia verè ab Aquilone? nam Assyria & Persis Palestinæ regioni ad Aquilonem sunt: tum quia huic seuero vento, frigoris & violentiæ datur primatus: tum quia Aquilo belli in se gestat effigiem, montes deuorans, virgulta exurens, sistens flumina, & quasi lorica indutus in omnem se cladem

cladem obarmans. Non exotica teſtimonia am-
Eccle.43.21. biamus; ſat ſit Eccle.43.verſ.22. *Frigidus ventus Aquilo flauit; & gelauit cryſtallus ab aqua, & ſicut lorica induet ſe aquis, & deuorabit montes, & exuret deſertum, & extinguet viride ſicut ignem.*

19 Additur: *in multitudine fortitudinis ſuæ.* Aſſyriorum multitudo paſſim decantatur in ſacris,
Iſai.7.18. cum muſciſque & apibus comparatur. Iſaiæ 7. 18. *Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extrema fluminum Ægypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur.* Apibus comparari Aſſyrios, conten-
Sanct. dit inibi Sanctius, quoniam apes ſunt ingenio acri, pugnacique ad belli contentionem. Addetem, plura in illis de Martis peritia; quippe & ſonitus earum, *Martis rauci canor* dicitur à
Virg. Poeta 4.Georg. & Varro: *conſonant vehementer, proinde, vt milites faciunt, cùm caſtra mouent.*
Dio Chryſ. Sed quia apes odiſſe bella dixit Dio Chryſoſtomus orat.48. & ad æris tinnitum pauidas
Colum. recondi, perhibet Columella lib. 9. cap. 8. *Cùm eruperit, æris ſtrepitu coërcetur. Nam ſtatim ſono territum, vel in frutice, vel in editiore ſyluæ fronde conſidet:* de quo Claudianus
Claud. de 6. Conſulatu Honorij, (licet ſciam id non à metu; ſed à gaudio ſonantis æris, ſicut claſſici, accidere docuiſſe Ariſtotelem lib.9. hiſtor. cap.40.) Magis inclinor, apibus ob multitudinem comparatos Aſſyrios. Vnde nubes apum ob
Sil. denſitatem dictæ. Silius lib. 8. *Nec denſa ſtre-*
Valer. *pidu apium ſe inuoluere nubes.* Valerius Flaccus 1. Argon.

Innumeras nam claudit opes, longáque ſuperbus
Fuſcat nube diem.

30. *Cuius multitudo obturauit torrentes.* Putat San-
Sanct. ctius hyperbolem eſſe, vel allaſionem fieri ad exercitum Xerxis, qui copias agens in Græciam
Herodot. exſiccaſſe dicitur amnes ab Herodoto lib.7. &
Iuſtin. Iuſtino lib. 2. ſed qui aliam chronologiam ducimus, nempe Nabuchodonoſorem hîc Cambyſem eſſe, placitum hoc reſpuimus. Nec quidem hyperbolem vtcumque fatemur, cùm de Aſſyriorum exercitibus hæc ferme dicantur ſu-
Iſai.7.15. pra Iſai 7.verſ.15. poſtquam Aſſur api comparauit: *Et venient,* inquit, *& requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum.* Et
Iſai.8.7. c.8.verſ.7. *Ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, Regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius, & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius, & ibit per Iudam inundans.* Ac ſi diceret: exſiccata fluenta ſicco conculcabunt veſtigio, & pro mollibus amnium vndis, ſuccedent Aſſyriorum fluctus, vt Iudam inundent. Anne in hoc ferculo, videlicet rerum geſtarum effigie, vteretur hyperbole Iuditha, ſicut victores in pegmatis, & ferculis ſuis, vt ſuperbior videretur
Strabo. triumphus, vtebantur? Adnotauit enim Strabo, quòd victores ad res geſtas augendas, turres oppida nuncupabant: ex quo forſan illud Appiani,
Appian. quod ſuprà dedimus: *Turres præteruehuntur ſimulacra captarum vrbium.* Vnde calcata victaque flumina immensâ magnitudine pingebantur.
Perſius. Perſius ſatyra 6.

Iam chlamydes Regum, iam lutea gauſapa captis
Eſſedáque, ingentéſque locat Cæſonia Rhenos.

Quin captiui vt oſtenderentur in triumpho, immanibus corporibus eligebantur, vt conſtat ex Zerda in Iudith. Tom. II.

Ioſepho lib.7. de bello Iudaico cap.14. Verùm phalangum multitudinem epotos amnes, in ipſáque ferculorum pompa ſit pictos, documento ſoluit eſt, quod lacerti deſcribantur, fractíſque cornibus, vt apud Sidonium: Sidon.

Corniger inde nouo Ganges it pompa triumphi,
Arentes vapores adiuuit fletibus vndas.

Claudianus 2. Stilicon. Claud.

Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes.

Huc forſan illud Horatij lib.2. Ode 9. Horat.

Medumque flumen gentibus additum
Victis, minores voluere vertices.

Nec quidem multum, quòd ingentes Aſſyriorum myriades ſiccauiſſent torrentes. Non enim amnes, ſeu fluuios, ſed torrentes dicuntur exhauſti; quippe fluminibus perennis eſt aqua, epotæque altera potanda ſuccedit; & in lapſæ ſubſidium labenda, liberáque ſufficitur. Torrens autem, nullâ præſidiariâ vndâ, velociter currit. Seneca de breuit. vit. cap. 9. *Itaque cum* Seneca. *celeritate temporis, vtendi velocitate certandum eſt, velut ex torrente rapido, nec ſemper caſuro, citò hauriendum eſt.* Qui tamen minor vbique ſit, vt dixit Statius 3. Thebaid. Stat.

——— donec ſtetit improbus alto
Colle minor, magnoque inuenit in aggere ripas.

Seneca epiſto. 40. *Perennis ſit vnda, non torrens.* Senec.

Hæc ita ſint, ſi exhauſtos exponamus tor- 32.
rentes, verùm ad id non cogunt verba; non enim phalangum multitudo dicitur exſiccauiſſe torrentes, ſed obturauiſſe, quod occludere eſt, repaguliſque obſtruere oſtia à Græco verbo θύρας, quod oſtia dicimus. Horatius 2. epi- Horat.
ſtol. 2. *Obturem patulas impunè legentibus auras.* Ad Heb. 11. verſ 33. *Obturauerunt ora* Heb.11.33.
leonum. Iſaiæ 33.verſ.15. *Qui obturat aures ſuas.* Iſai.33.15.
Accinit textus Græcus ἐφραξε χειμάῤῥους, quod vertit Vatablus *Torrentes interclusit.* Cuius ver- Vatabl.
bi vſus eſt in ſacris ad obſtruendas ſcaturigines fontium, oráque manantia claudenda. 4. Reg. 3. verſ. 19. *Fontes aquarum obturabitis.* 2. 4 Reg.3.19.
Paralip. 32. verſ. 3. *Vt obturarent capita fontium.* 2.Par.32.3.
Senſus igitur eſt, tantam fuiſſe multitudinem Aſſyriorum, eáque denſitudine obriguiſſe, vt oſtia, per quæ torrentes rauco fragore erumpebant, quaſi obſtructis meatibus intercluderent. Ea quidem rapidi torrentis ſuperbia eſt, vt nullis obicibus ſuum impetum frænet, nulliſque ſuſtineat impediri carceribus. Homerus 5. Iliad. Homer.

Torrenti, qui velociter fluens diſſipat pontes:
Hunc autem neque pontes muniti reprimunt.

Statius 3. Thebaid. agens de torrente: Stat.

Cum vagus in campos fruſtra prohibentibus exit
Obicibus, reſonant permiſto turbine tecta,
Arua, armenta, viri.

Scilicet exaggeratio Aſſyriæ multitudinis eſt, quòd immites rebelléſque fræno torrentes ſiſteret, atque intercluderet. Quinetiam poteſt exponi: *Obturauit torrentes,* id eſt, torrentibus ora concluſit, & obtutauit militari exercituum fragore; ne de torrentibus excuſſus longè fragor audiretur: abruptæ enim aquæ præcipites auulſíſque ſaxis & ſyluis immixtæ ingentem fragorem edunt; vt figuratè de torrente dixit Homer. Homerus Iliad.4. Silius lib.4. Virg.2. Æneid. Sil. Virg.

Vers. 6. Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.

Vers. 7. Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confodit eum.

Vers. 8. Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.

33. Vers. 6. *Dixit se incensurum fines meos.* Plena est lepore periodus ista, stilique gratia venustatur. Canit Iuditha, & sua vocat quæcumque totius Israëlis sunt, fines, iuuenes, infantes, & virgines, quasi animata Iudææ regio in fœmina loqueretur. Quidni Saluatrix populi, patriæque libertatis assertrix totam sibi regionem asciuerit, vt in strenuam belligeratricem transfusa, illius iam spiritu animaretur? Imò iure victoriæ dicit sua, quæ ab imminente clade liberauit, & de obsidentis exercitus eripuit imperio. Sed quando fines Iudææ incensurum esse, minatus fuit Holofernes? Certe in sacris deuastatio quæcumque & bellum sub appellatione ignis exprimitur; vt adnotauimus suprà tom. 1. cap. 2. num. 61. & constat ex Iudic. 9. [Iudic 9.] *Egrediatur ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Amalech.* Ideò autem præcipue fines, id est, termini incendendi, quoniam tota ciuitas in terminis continetur & finibus, de quo latè diximus suprà cap. 4. à num. 19. Alludit integer hic versiculus ad metum, quem conceperant Bethulienses in primo Holofernis aduentu, suprà cap. 4. [Iudith. 4. 10.] vers. 10. *Ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem, & ciuitates eorum in exterminium.*

34. Vers. 7. *Dominus omnipotens nocuit eum.* Iam alij animaduerterunt *eum* pro *ei* antiquo stylo. Aliam in *noceo* accusatiuum inuenio, nempe nocere noxam. [Liuius] Liuius 9. ab vrbe. *Atque ob eam rem noxam nocuerunt.* Ad quid est: *Dominus nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & confodit eum*: quasi priùs Deus nocuisset, deinde eius iugulum fœminæ tradidisset? An quia prius permisit oculorum suorum laqueo irretiri, in salubrique pulchritudinis haustu noceri, ignotóque aduri morbo, sicut Ouidius 1. Amor. eleg. 14. dixit: [Ouid.] *Vis morbi nocuit tibi.* Sed credo more Bibliorum vel per præoccupationem id dictum, vel absolute priùs à Domino Holofernis perhibetur percussus, deinde modus & instrumentum subiicitur. Vel *nocuit eum* dixeris, nam eius superbiæ nocuit tradens non exercitui, non militi, non viro, sed imbellis fœminæ manui, vt eum interimeret. *Et confodit eum.* Cùm quo nectendum? An quod Deus confoderit, an quòd fœmina? Quòd fœmina: nam vers. sequenti claret: *Et Iudith filia Merari dissoluit eum.* Hæc extrema superciliosæ arrogantiæ ignominia & calamitas, actum esse per fœminæ manum de strenuo, robustóque Duce, qui illicò ac traditus fœmineæ manui fuit, viriliter ab ipsa confossus, turpiter cecidit & ingloriè.

35. Vers. 8. *Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus*: ac si diceret à bellatoribus, sicut Homerus 8. Iliad. [Homer.] *iuuenes* bellatores dixit. Ezechiel. 49. [Ezech.] *Ideo cadent iuuenes eius in plateis, & omnes viri prælij.* Vide quæ adnotauimus suprà tom. 1. cap. 2. num. 60. Malim, quod hîc iuuenes, Heroës significent: quod enim pro Heroe tutò possit accipi, suggerit illud Maronis 9. Æneid. [Virgil.]

Hæc ego Dardanio iuueni, cùm classis egeret,
Lata dedi.

Ouidius 5. Fastor. [Ouid.] Herculem iuuenem nuncupauit.

Excipit hospitio iuuenem Philyreius Heros.

Sicut & Propertius lib. 1. eleg. 20. [Propert.] *At comes inuicti iuuenis.* Quòd censeam, hîc Heroës significari, impulit series ipsa verborum, quæ sequuntur. *Nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi.* Ascendit enim quibusdam gradibus oratio sub alicuius parilitatis nexu. Sicut Titanes filij terræ fingebantur, sic quòd aliqualiter inferius est, filij montium Heroës; vt passim videre est apud Homerum. Sic Nisus filius montis Idæ, *comes Æneæ, quem miserat Ida* 9. Æneid. [Virg.] Quòd procero corpore, & nonnisi giganteo, minore Heroës fingebantur, obseruauit Iulius Scaliger lib. 3. Poët. [Scalig.] ut nouerts apte cum Titanibus & gigantibus vnam compoluisse periodum. Quin aduersus Holofernem bibacissimum Heroës prudens fœminæ opponit, vtpote nimiùm Bacchi studiosos, magnisque crateribus vsque ad madorem vterentes. Athenæus lib. 11 [Athen.] *Soli Herculi id genus poculi tribuerunt; tribuerunt, at Scyphum appellarunt.* Et de Hercule inibi: *Gaudebat magnis poculis, propter quam magnitudinem Poëtæ, atque historici illum in poculo nauigauisse fabulati sunt.*

36. *Neque filij Titan percusserunt eum.* A Gigantibus hic distingui videntur, nisi tautologia sit, seu laureati styli visitatus excursus. Distingui putat Serarius, [Serar.] vtpote Titanes ante diluuium geniti, postea gigantes, cui Seruius [Seru.] adriderêt, si fabulis ludere liceat: dumtaxat cum primùm aduersus Saturnum Titanes à terra genitos; deinde gigantes aduersus Iouem. Cur filij Titan? Quippe hoc nomine noti: Titanes enim non à proprio cuiusque vocabulo, sed à paterno vocabantur. Sed Diodorus [Diodor.] auctor est à Titæa matre dictos. Potiùs adrideo Seruio, qui inquit: *Ipse verò Titan cum filiis, quos Titanes à patre appellabant, bellum gessit aduersus Saturnum, & Opim.* Vide ex genere, non ex singulari cuiusque titulo nuncupat eos Maro 6. Æneid. [Virg.]

Hîc genus antiquum terræ, Titania pubes.

Et quidem licèt in Scripturis filij seu hominum, seu animalium pro ipsis hominibus & animalibus accipiantur, vsitatius fermè est cùm de gigantibus agitur, filios nuncupari. Numer. 13. vers. 23. [Num. 13. 23] *Filij Enac*, legit Onkel, [Onkel.] *Filij gigantum.*

Deuteron. 1.

Deut.1.29. Deuteron. 1. vers. 29. *Filios Enacim vidimus ;* Septuag. Septuaginta : *Filios gigantum.* Et Deuteron. 2. Deut.2.10. vers. 10. *Vt de Enacim stirpe quasi gigantes crederentur.* 1. Paralypom. 20. *Hi sunt filij Rapha in Geth.* 1. Par.20.

37. Cur autem ex ludicris fabulis sacra fœmina sacrum canticum inficit ? Non fero quòd Sanctius comminiscitur hîc, in temporis intersti- Sanct. tio, quo Iuditha apud Persarum castra permansit, hæc fortitan vocabula à superbis, arrogantibúsque Persis audiisse. Friget sensus hic ; potiùs adstipulor Martino Delrio, qui tom. 1. Delr. Adag. 227. censet, in originali Syriaco seu Hebræo aliquod vocabulum præiuisse, quod in sacra lingua robustissimos quosque & Gigantæos significaret, quod Hieronymus vertit *Filij Titan*, vtpote aptissimus sit ad id, quod intenditur, significandum stylus. Certè cum Hiero- Hieron. nymus translator fuerit, Iudithámque Latinè sonare fecerit, non alius huius litis criticus censor, quam ipse sit. Sic in Amos cap. 5. *Quando audimus Arcturum, & Oriona, non debemus sequi fabulas Poëtarum, ridicula ac portentosa mendacia, quibus etiam cælum infamare conantur, vt mercedem stupri inter sydera collocare. Sed scire, Hebræa nomina, quæ apud eos aliter appellantur, vocabulis fabularum gentium in linguam nostram esse translata : qui non possumus intelligere, quod dicitur, nisi per ea vocabula, quæ vsu didicimus, & errore combibimus.*

38. Fortassis in primæuo originali habebatur *Filij Enac*, è quo *Enachim* gigantes Hebraicè dicti : erat enim vsitatissimum in Scriptura *Filios Enac* pro hominibus robustis ; deformibus, magnitudinéque corporis enormiter præ- Num.13.23. stantibus, vt constat ex Numer. 13. vers. 23. Deut.1.28. Deuteron. 1. vers. 28 Iosuë 11. vers. 21. & alibi sæpe. Iof.11.21. Quòd autem accommodatissimè *Filij Titan* pro *Filij Enac*, seu *Anac* ; opinabile sit : quoniam in his verbis per quamdam quasi apostrophem cum ipsismet Assyriis & Persis agere videtur psaltria nostra, illos de cœlestis miraculi haurienda fide argumentosè instruens : quibus non Enac, sed Titan notus erat ex fabulis gentium. Quin & ipsis Ethnicis Anac pro aliquo ex Titanibus habi- Pined. tus, siquidem Pausanias in Atticis apud Pinedam in Iob cap. 26. vers. 5. num. 6. perhibet, Asterij cadauer decem cubitorum fuisse repertum, putatúmque filium Anactis, quem terra genuit. Nec abibit à coniecturis, si filij Titan hîc exponantur viri ad vltionem destinati, monstráque quædam efferа, & sæua infligendis pœnis idonea: Titanes enim ἀπὸ τῆς τίσεως, id est, ab vltione dicti. Quò allusisse credo Athenag. Athenagoram.

Tunc tellus peperit calestes Vraniones,
Quos & Titanes alij cognomine dicunt,
Quòd cæli fuerint vltores stellimicantis.

39. Nec absonum à synceritate Scripturæ, quotquot linguis sonet, plura interseri, quæ portentosis maculata figmentis apud Ethnicos iacent : prophani enim Scriptores, sicut & gentes Simiæ Hebræorum, sic & mysteriorum Bibliorúmque mures, aliquantulum corrodentes, deglutientésque fuerunt, & quod in membranis sacris salubre, in eorum inflatis stomachis tabificum fuit, monstrorúmque semen. Pro- Gen.6.4. fectò ex illo loco Gen. 6. vers. 4. *Gigantes autem erant super terram in diebus illis* ; quasi non benè audientes legentésve, finxere gigantes à terra editos, duritie pro semine ; furore pro patru ; sicut Deucalionis fabellam à Noëmica puppi mentiti sunt ; de quo Iustinus Martyr. apol. 1. Iustin. Ambros. lib. 2. ep. 7. Theodoret. de curand. Ambros. Græcor. affect. lib. 1. Augustinus lib. 18. de Theodor. Ciuit. Dei cap. 19. Eugubinus lib. 7. de perenni August. Eugub. Philosophia cap. 9. Inde apud gentes figmentatos Titanes filios nempe terræ, & vt ego crediderim, ex Sole, qui Titan dicitur, parente progenitos : non enim genitale solum aperit terra, nisi vt radiis solaribus ad sua germina fœcundetur. Quid non à prophanis corrosum ; corruptúmque ? Sic igneos alipedes, croceúmque currum Soli finxerunt, ex Eliæ quidem rapto, qui verus fuit, mendacium rapientes : de quo cecinit Sedulius : Seduli.

Quam bene fulminei prælucens semita cæli
Conuenit Elia, merito qui & nomine fulgens
Hac ope dignus erat : nam si sermonis Achiui
Vna per accentum mutetur littera, Sol est.

40. Ergo vt diuinam manum imbelli teneróque instrumento aduersus efferam gentem, lacertósam, robustam, validam, & quasi è montibus saxísque genitam, vsam fuisse celebret Iuditha, neruoso quidem & arguto styló probat, quantum prodigij fuit percutere Persam de genere quidem giganthæo, licèt non immensa proceritate corporis, vitiorum colluuione conflatum monstrum, bellatorem, Martísque fulmen, ad quem conterendum non nisi Titanes, gigantésve aggredi auderent, quos nempe scopulosa membra obdurarent, saxeúmque cor in medio pectore libraretur. Ideò enim præmiserat, quòd Assur, Holofernianus nempe exercitus ex montibus quasi saxorum & quercuum horrida progenies descenderat, in quam non nisi Titania gigantæáque moles valeret impetere. Sic de Titanibus Seneca in Her- Seneca. culæo Oetæo :

Quæ cautes scythia, quis genuit lapis?
Num Titana ferum ? te Rhodope tulit,
Te præruptus Athos, te fera Caspia.

41. Per Iuditha : *Nec excelsi gigantes opposuerunt se illi.* Antea legabatur : *imposuerunt se illi.* Benè Seneca. nectuntur Titanes cum gigantibus, quasi distinctum, sed simile. En idem nexus apud Senecam in Hercule Oetæo actu 4.

Cupit extremum finire diem
Vasta pressus mole gigantum,
Et montiferum Titania pati.

Didicisti ex Seneca quid sit *Gigantes imposuerunt se illi*, nempe quod gigantibus non opus est arma vibrare, sat quòd se super hominem imponant, vt mole premant. Quæ vox in originali Hebraico seu Syriaco pro gigantibus fuerit hîc, latet : quæcúmque fuerit, hæc verba absque negotio exponuntur. Possumus meditari fuisse verbum אימים *emim*, de quo Deuteron. 2. 10. Deut.2.10. *Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus, & validus, & excelsus* ; quippe hîc idem attributum *excelsi gigantes*. Si sic : erit sensus: Non se illi imposuerunt, nempe oculis eius, vt enormia spectra obiecti ad lethalem terrorem incutiendum ; quippe R. Mardochia scribit *Emim gigantem dici, quòd tremere faciat videntes eum, propter magnitudinem formationis illius naturalem.*

Si in primitiuo fuit נפלים *nephilim* à radice נפל *naphal*, quod est *cadere, concidere, seu cadere facere & prosternere*, clarè fuit sensus: *Imposuerunt se illi*, id est, ceciderunt, seu irruerunt super illos, sicut Gen. 43. vers. 18 *Vt violenter subiiciat seruituti nos*. Vatablus vertit: *Vt deuoluat se se super nos*. Et Regia: *Ad deiiciendum se super nos*. (Gen. 43. 18. Vatabl. Regia.) Si in originali fuit רפאים *raphaim*, de qua voce R. Mardochaï: *Quia illis, qui videbant eos gigantes, emoriebatur cor, & reputabant se cum mortuis*; ac proinde illa dictio gigantes pariter, & mortuos significat, sensus quidem erit: Nec gigantes imposuerunt se ei, id est, nec ei gigantes mortem impegerunt. (R. Mardoch.)

42\. Verùm huius vocis aliam radicem, nempe רפה *rhaphah*, quod est dissoluere, alij adscribunt apud Pinedam in Iob cap. 26. vers. 5. n. 4. (Pineda.) Vbi R. Mardoch. *Sic deriuatur à verbo raphah, id est, dissoluit, quod mortui dissoluti sunt ab omni actione corporis, & huiusmodi vita.* Cui originimè adsonat, quod fœmina sancta illicò subdit.

43\. *Sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.* Ac si diceret: Non eum interemerunt raphaïm, quibus nomen à *dissoluere* est, sed imbecillus sexus hunc sibi è gigantibus titulum arripuit, siquidem dissoluit eum. Pulcherrimè *dissoluit* pro eo quod Græcè παρέλυσεν, quod propriè est, neruorum compagem corrumpere & laxare. Habet vox ista ingenium; quippe quæ denotat impudicum & salacem hominem a pulchritudine visa statim se in lasciuos laxauisse conatus, zonámque pudoris ipse dissolutus, & de vitiorum fæce concretus dissoluere concupiuit: sed potiùs fœmina dissoluit illum, tum quia caput ab humeris dissecto vinculo ceruicis discidit; tum quia eum, qui pro bellica peritia, militarique furore accinctus erat, turpiter discinxit. Accinctum enim & dissolutum contraria esse, dixit Cicero in Oratore. (Cicero.) Erat quidem infame militibus ignauis supplicium eos coram spectante exercitu discingere. Plutarchus de Lucullo. (Plutarch.) *Quosdam notauit, vt discincti fossam foderent, reliquo exercitu spectante.* Plautus Capt. (Plaut.) *Tu qui zonam non habes, quid in hanc venisti vrbem?* Fortitudinis, & solertiæ militaris zonam Iudith in Holoferne dissoluit, qui quam pudor habet, dissoluere gestiebat in illa: sed inhonestè & sub ignauiæ monumento dissectus, discinctúsque ipsismet vitalibus vitiis, iacuit ab ea, qua nullus vnquam Heros honestiùs cecidit. Quòd dissoluto Duci ignominia fuit, non à gigante, sed á fœmina cadere, cædentis fœminæ immortale decus est, quæ sic dissoluit, & obtruncauit gigantem.

44\. Anne gigantes Assyrij? Ad illa verba Isaiæ 30. *Fortem & virum bellatorem*, pro quo Septuaginta *Gigantem*, Cyrillus lib. 1. in Isaiam scribit, (Cyrill.) *familiare Scripturæ gigantes appellare eos, qui sunt robustissimi, siquidem de Babyloniis, qui Iudæorum regionem expugnarunt, dicitur: Gigantes veniunt ad explendum furorem meum.* Et quidem si raphaïm, id est, gigantes à τῷ *dissoluere* dicuntur, Assyrij & Persæ dissoluti nimis, non solum moribus sed & vestibus, quippe non accincti, vt reliquæ gentes militabant. Seneca epist. 33. (Seneca.) *Industria, & ad bellum prompta mens tàm in Persis, quàm in altè cinctos cadit.* Iure eluderis Holofernes, quoniam accinctus non eras baltheo pudicitiæ, sed gemina ebrietate solutus. Non cingulum fœmina, sed caput dissoluit: quasi vir esse non mereretoris, qui sic à fœmina vincebaris. Caput enim vir est: tantumque supra virorum excreuit fastigia fœmina sacra, vt iam non vnus tantùm vir, sed cum gemino capite, postquam tuum excidit, vir geminus videatur. Grauior morte censebatur pœna, ignauum militem fœminea veste amicire. Zosimus lib. 3. (Zosim.) *Amictos veste muliebri per castra duxit, ratus militibus, qui viri essent, eam pœnam grauiorem morte futuram.* Sed ignominia creuit in Persa, qui & morte mulctatus, & à fœminæ manu: quasi fœmineo indumento dignus esset, qui in illecebrosam fractus ignauiam, fœminam in castris nudare gestiit.

Quòd castra debeant esse castra, vocis ety mon diu iam apud Isidorum admonuit: *Castra*, inquit, *dicta quasi casta, quòd castraretur ibi libido.* (45. Isidor.) Nullas in Romanorum tentoriis aditus puellis, ne blandulis lenociniis frangerent militares lacertos, illecebrosisque deliciis validissimos neruos dissoluerent. Quin & id Græcis in religione fuit, & Macedonibus; quippe apud Lipsium lib. 5. de milit. Rom. dialog. 18. proditum: (Lipsius.) *quòd is bello in Thebanos, cùm duo iuuenes psaltriam mercede conductam in castra induxissent, re cognita, ambos extra fines regni sui relegarit.* En cur sacra Psaltria, quæ sub pulchritudinis specie in Assyriorum castra diripienda se intulit, in conuitium & probrum aduersus stolidum Holofernem iactet, quòd illum formæ venustate dissoluerit, non ferro, non igne, non de Titanibus & gigantibus robore commodato, vt turpiùs vinceretur, qui sub specie turpitudinis mortique illecebræ irretitus occubuit. Nec vacat acumine quod dixerit fœmina, in specie faciei suæ dissoluisse Holofernem, cùm potiùs in eum ab exordio tetendisset scopum, vt oculorum laqueo ligaret, & verborum circumnectiberet elegantia. Hæ fuerunt ad Dominum preces supra cap. 9. vers. 13. *Capiatur laqueo oculorum suorum in me*: hic euentus cap. 10. v. 17. (Iudith. 9. 13. Iudith. 10. 17.) *Statim captus est in suis oculis Holofernes.* Quid est igitur, quod nunc concinit lætabunda: *In specie faciei suæ dissoluit eum?* Verùm & fera priùs laqueis latentibus irretitur, vt posteà cuspide dissoluatur: priùs pennata volucris seu hæret in visco, seu illaqueatur in fune, vt ab eo dissoluta sæculum in pleat. Vtrumque malum in pulchritudine ab oculis lasciuientibus hausta, quos illecebroso laqueo constringit, discerpit equidem & dissoluit: cæcus enim nodus, qui videntibus oculis iniicitur, explicari non potest, nisi rumpatur: auelli opus est, secúmque partem trahere cordis intimi; à quo per oculorum vinculum illigatur, vsque ad discerptionem auellitur.

Vers. 9. Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israël.

Vers. 10. Vnxit faciem suam vngento, & colligauit cincinnos suos mitrâ, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.

Vers. 9. *Exuit enim se vestimento viduitatis* 46.

Reperit

Repetit Iuditha, quidquid in ſtadio comendæ pulchritudinis, ſortiendæque victoriæ cucurrerat. Nec tamen meminit ſqualoris, ſacci, aſperſiſquè cineris, quibus ſe in conſpectu Dominico defœdauerat, & quaſi militari ſacramento auſpiciiſque ſuſceptis, priúſque religiosè quàm bellicè præcinctæ, ſe in Aſſyriorum caſtra committeret. Sed bene ſilet, quidquid doloris, pœnitentiique formæ fuit. Hæc enim erga Deum tantùm ambiendum, pelliciendúmque ad gratiæ & pietatis prouentum ornamento fuerunt, veræ ſanctæque pulchritudinis, cui pro pigmentis, vngentorúmque ſtillis diſtillant lachrymæ, pro calamiſtratis crinibus, vndantibúſque cyrris ſpolium mortis cinis infunditur, pro thorace gemmeáque zona hiſpidum de ſetarum horrore cilicium. Tantùm ergo memorat ſacra Pſaltria, quibus oppugnauit Tyrannum, & in illicem oculorum liberalem formam depinxit. Exuiſſe ſe veſtimento viduitatis, ſedulò aduertit, cauens, ne lugubrem veſtem funeſtamque mariti videretur depoſuiſſe memoriam, alius cauſæ iucundis ſtimulis incitata, quam ob commune bonum, patriæque columitatis optabilem ſortem; quippe placitura erat viro, ſi patriam liberaret.

47. *Et induit ſe veſtimento lætitiæ in exultationem filiorum Iſrael.* Non placet, quod Serar. hîc autumat, legendum forſitan *in exultationem*, quippe in Græco eſt εἰς ὕψος τῶν πονούντων Ἰσραὴλ quod ſolet verti *in exultationem laborantium Iſrael*, ſiue vt Vatablus: *Vt laborantes Iſraëlitas extolleret.* Quod è re ipſa videtur ſic legendum: non enim cùm Iudith coniugales aſſumpſit ornatus, Iſraëliticus populus exultabat, potiùs lugubris iacebat in ſordibus, & à minante libratæ cladis ſcopulo totis artubus tremiſcebat. Verùm ſanior & abſque emendationis vulnere ſenſus inſidet, quippe exultatio hæc non ad hoc tempus, quo veſtes reſumebat Iuditha, ſed ad priſtinum, quo recentes de ſponſalitiis gaudiis ſumpſit ornatus, referendum eſt: ac ſi diceret: Induit ſe veſtimento ſponſalitiæ lætitiæ, in qua Iſraëlitides exultare ſolent, & à voce ſponſi ſponſæque feſtiua geminare tripudia. Ierem. 7. verſ. 34. *Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ.* Matth. 9. verſ. 15. *Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus?* Quòd enim in nuptiis non ſolùm quæ domeſtica ſunt, ſed etiam quæ extera, lætitia & exultatione perfundantur, illud ſponſalicium præludium obfirmat Cantic. 1. verſ. 4. *Exultabimus, & lætabimur in te.* Ideò etiam in triſtitiæ noctiſque regno, quia connubium celebrabatur, ſomniauit Claudianus, lætitiæ perfuſos Manes, & in tenebroſis cubilibus, poſitis gemitibus, cantus inſonuiſſe prædulces.

(Serar. — Vatabl. — Ierem. 7. 34. — Matt. 9. 15. — Cant. 1. 4. — Claud.)

48. Cum veſtibus autem, connubialis lætitiæ exultationem Iſraelitarum coniunxit, quoniam nonniſi nuptialibus veſtibus ornati conuiuium nuptiale inuitati ſubibant, vt liquet ex Matth. 22. vbi non habens veſtem nuptialem ad exteriores tenebras amandatur. Quin datas pulchras & iucundas veſtes illis, qui ad geniale ſiue epulum, ſeu tripudium concurrebant, probat Sherlogus anteloq. 5. in Cantic. num. 26. ex Homero Odyſſ. 6.

(Matth 22. — Sherlog. — Homer.)

Veſtes quidem tibi iacent, hîc lecta admirabiles:
Tibi autem nuptiæ prope ſunt, vbi oportet pulchras quidem ipſam
Indui; alias autem his præbere, qui te ducent.

Igitur aptiſſimè Iuditha, dum ſponſalia ornamenta, connubialéſque veſtes ſibi perhibet induiſſe, eas fuiſſe ait, quæ in exultatione filiorum Iſraël, gentiſque ſuæ gaudio, ad Hymenæum ſacrum acceperat, in quo apud Hebræos adeò hilaritas efferuebat, vt ne temperantia declinaret in luxum, publicè quidem deſignaretur quidam quaſi magiſter, & diſciplinæ legitimæ gubernator, qui pudoris curam gereret coniugalis, quem de ſacerdotali ordine fuiſſe ſcribit Gaudentius Brixienſis tractat. 9. Quàm adſonè ſponſalia ornamenta, veſtes lætitiæ Iuditha vocauerit, annuet qui noſcat, quidquid nuptiarum apud Hebræos fuit, lætitiæ dici. Canticor. 3. verſ. 11. *In die deſponſationis illius, & in die lætitiæ.* Sic *oleum lætitiæ* Pſalm. 44. verſ. 8.

(Gaudent. — Cant. 3. 11. — Pſalm 44.)

Diſſeruimus ſuprà; quod genus veſtis huius, quis color: Abunde ſibi. Quoniam opponitur lugubri viduitatis amictui, multum apparet de candore traxiſſe: ſic enim viduis apud Romanos indicebatur, memorante Valerio Maximo lib. 2. cap. 1. *Ne matronæ vltra trigeſimum diem luctus ſuos extenderent: itaque matres ac filiæ, coniugéſque & ſorores nuper interfectorum abſterſis lachrymis depoſitis doloris inſignibus candidam induere veſtem.* Quod ſi malueris genialem hanc Iudithæ veſtem, quà è iucunditatis reproductam ſeceſſu, floribus lætis fuiſſe intertextam, vtpote in quibus natura ridet, annúſque variegata pompâ hilareſcit; non criminabor: quoniam ſic ſponſæ veſtis circumdata varietate, de quo iam ſuprà egimus cap. 10. verſ. 3. 49.

(Valer.)

Verſ. 10 *Vnxit faciem ſuam vnguento* Verſiculus hic & ſequens non ignaue manet explicatus ſuprà cap. 10. verſ. 3. nec onerare paginam licet. *Eſt tamen* aliquid, quod obſerues, fortè nos dicto cap. 10. verſ. 3. ad illud *vnxit ſe myro optimo*, non interius corpus vnguento illiuiſſe Iuditham, licèt irroratis ſuccis, odoriſque pulueribus membra perfundere, blandimenti fuerit fœminei. Quin vbera pretioſioribus liquoribus madefacere, viſis obtinuit. Tamen ſobria fœmina non aliam niſi faciei cutem myro ſuam teriit: clare etenim id promit hic. Imò nec crines eius vnguento maduiſſe, ſatius coniecturarum eſt, vt citato loco monſtrauimus, hícque non ſegniter indicatur, ſiquidem faciem tantùm illiuiſſe profertur. Mitra quidem coronauit capillos, non tamen de corticum ſudoribus, & vnguentis aſperſit, quod Iudæis quidem ad hilaritatem minimùm in vſu fuit, & in aliarum gentium ſponſis percrebruit. Ouidius: 10.

(Ouid.)

Sæpe coronatis ſtillent vnguenta capillis,
Et trahitur multo ſplendida palla croco.

Cauſam cur à crinium aſperſione abſtinuerit, nominato loco præſtitimus.

Nec incuriè prætereas, quod vnguento tantùm faciem dicitur ad pulchritudinis inſtruxiſſe elegantiam, non pigmentis, adſcitiſque fuci mendacibus adulteriis, quæ nouum vultui linea- 51.

menta procurant, colorésque, quos natura negauit, torturâ faciej, quasi neruo & tormentis extorqueant. Non ferrugineum puluerem superciliis inducit, non oculos circumlinit stibio, non croco depinxit genas, nec oris veritatem de pigmentarij mendacio corrupit. Non enim à puluere, sed à cælo conduxit pulchritudinis splendorem, quem Deus illi addidisse profertur, nec cogere debuit ruborem vultus, qui libente cute nitebat. Sanè Angelus eam sacro satellitio, ne degenere turpitudine notaretur, euntem, stantem, & reducem custodiuit: vt ab Angelo nosceretur, noluit de fuco faciem alteram ementiri. Tertullianus de habitu muliebri cap.7. *Videre, an cum cerusa, & purpurisso, & croco, & in illo ambitu capitis resurgentis, an taliter expictam Angelis in nebulam subleuent obuiam Christo.*

Tertull.

52. Ne autem notaretur de luxu vnáque de scortorum circulo inhonestè haberetur, se ab hac suspicione præcedenti versiculo præmunuit, dicens, ornatum hunc ex geniali pompa, sponsalitioque reproduxisse apparatu, vt his coniugalibus armis & pudor firmiter tegeretur, & aduersus adulterum dimicaret. Quare vnguentum hoc, quod poliendæ vultus cuti superfit in phiala, de coniugali apotheca venisse credendum; quippe inter antenuptialia dona quibus puella donabatur à sponso, strenásque nuptiales, odores & vnguenta fuerunt. Sidonius Apollinaris in epithalamio Ruritij.

Sidon.

Sic ventum ad thalamos, thus, nardus, balsama, myrrha.

Hic sunt, hic Phœnix busti dat cinnama viui.

Si vnguentum hoc, quo facies Heroïnæ mulcetur, viri Manasses fuit, non in pudicitiam peccatum est, non in virtutem viduitatisque constantiam; hic blanditiis gaudet sponsus, qui in sepulchro iacens manet in Iudithæ castitate sopitus. De hoc melioris pigmentarij puluere, nempe iam de puluerei mariti cineribus & pigmentis, mortisque memoria cælestis venustatis conciliatur splendor, & de morte adulterio Holoferni mentienda in derelicti a viro defuncto vnguinis docta taciturnitate eruditur.

53. *Et colligauit cincinnos suos mitrâ.* De cincinni redimiculo, & mitra abundè egimus dicto vers. 3. Nunc occurrit; mitram, castitatis videri conuitium, probrúmque insigne pudoris: nam Seruius 4. Æneid. ait: *Sanè quibus effæminatio crimini dabatur, mitra eis adscribebatur. multa enim lectio mitras meretricum esse docet.* Anne hæc fuit fornicationis species, quam Hieronymus epistol. ad Geruntium in sacra Heroïde indicauit: *Iudith ob libertatem ciuium, vel salutem se sub specie fornicationis impleuit Deo, & inermis armatum, & virum mulier occidit.* Ast non ob mitram signatè sic Hieronymi ingenium effinxit, sed ob omnem comptæ pulchritudinis pompam, sub qua fornicarius occubuit. Nec mitra vtcumque in fœminis vulnus est honestatis, cùm apud Syrios, Phrygios, & Lydios, aliásque gentes puellarum sit decorum capitis ornamentum. Viris equidem, quòd mitris caput obtegerent, probrum turpe fuit, sicut alia muliebria indumenta gestare. Cicero de Aruspic. *A mitra, à crocota, à muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis P. Clodius.* Non honesta matrona quid de meretricibus hausit, ne infamaret facinus, quod in pudoris meditabatur honorem, imò ideò stolam induit. Vt iam sequitur.

Seru.

Hieron.

Cicero.

54. *Accepit stolam nouam ad decipiendum illum.* Stola, talaris tunica dicebatur, quæ largiter in ipsamet decurrebat vestigia, nobiliumque seu virginum, seu matronarum erat: hac vestita Thamar. 2 Reg.13. vers.18. *Induta erat talari tunica: huiuscemodi enim filiæ Regis virgines vestibus vtebantur.* Stola hæc inhibita meretricibus, quibus breuior vestis, vt prostituendi corporis studium in reuelatis pedibus è vestigio monstrarent. Egimus iam de hac dicto c.10. vers.3. Martialis lib.1. epig.91.

1 Reg.13. 18.

Martial.

Quæ Floralia vestit, & stolatum.

Permittit meretricibus pudorem!

Ex quo dignosces, cur signatè dixerit, ad decipiendum eum induisse stolam; quippe cùm stola pudicæ matronæ insigne sit, castitatisque nobilis palla, verè deceptus est Holofernes, qui stolæ pudicitia amictam; tamen quasi pulchram & transfugam aggredi inhonestè tentauit.

55. Quòd *noua* nuncupatur in Latino textu, in Græco est linea ... Et quidem stola linea seu byssina nobilissimus erat amictus. 1. Paralip. 15. vers. 17. *Porrò Dauid erat indutus stola byssina.* Hæc quidem in nobilibus puellis de sponsalitio apparatu. Apocal. 19. vers. 7. *Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti, & candido.* Ezech. 16. vers. 10. *Et vestiui te discoloribus, & calceaui te ianthino, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus.* Aptè igitur ex nuptiarum reliquiis, vestiarióque coniugali resumpsisse dicitur Iuditha stolam lineam nempe byssinam, quæ cùm candida sit, primásque niues splendore præcedat, in Latino textu nuncupatur noua; nouum enim splendens lucéque perfusum vocatur, sicut apud nos: *Nueuo flamante.* Recognosce data Apocalypsis verba: *vt cooperiat se byssino splendenti & candido.* Sic lux noua dicitur, quia refulget, sempérque recens & absque næuo venustatis resplendet, quod de bysso dixit Anastasius Synaita lib. 6. Hexam. *Byssus, quæ plus quàm nix refulget, ostendit symbolum lucis.* Profectò nisi mea me fallit mens, dealbare renouare est. Apocalyps. 7. vers. 14. *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.* Ac si diceret: renouauerunt, splendidum colorem haurientes. Hinc vestem nouam nobis Apostolus præparans ex luce contexuit, ad Rom. 13. vers. 12. *Induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus.* Et statim: *Sed induimini Dominum Iesum Christum.* Accedit quòd purus accipi soleat pro albo: sic pura stola, pura vestis, alba est. Sic Plutarchus in Catone, ἐσθῆτας καθαράς, id est, puras vestes appellauit, quas in Pompeio dixit λευκάς, id est, albas. Ergo hic stola noua alba sit. Tertull. de pall. 4. *Illos item habitus, qui nouitate vestitus religionem mentiuntur, cum de cultu omnia candidatum, & ob notam vitæ Cereri initiantur.*

1 Par.15.17.

Apoc.19.7.

Ezech.16. 10.

Synaita

Apoc.7.14.

Rom.13.12.

Plutarch.

Tertull.

Igitur

56. Igitur noua ſplendentique ſtolâ, quæ pudoris lucem ſpirabat, fefellit pudiciſſima fœmina ſalacem Perſam: ſtolam enim nunquam dimiſit, nec eam auferendi cupidinem amouit, qua Holofernes arſit, ne exauctoraret ſe à caſtitate, & ſtupri damnaretur, quæ abſque ſtolæ dignitate maneret. (Tertull.) Tertullianus de pallio, c. 4. *Habes ſpectare, quod Cæcinna Seuerus grauiter ſenatui impreſſit: Matrona ſine ſtola in publico* (id eſt, matrona ſine ſtola eſt publica.) *Denique lentuli auguris conſultis, quæ ita ſe exauctoraſſet, pro ſtupro erat pœna.* (Marcil.) Quæ vltima verba ex Marcilio extricabis. *Matrona, quæ ſtolam ſumit, quaſi auctorat, ſiue vendit ſe ſtolæ ac pudicitiæ: eadémque cùm ſtolam miſſam facit, exauctorat ipſa ſe, ſiue auctoritatem ſibi matronalem detrahit.* Gloriatur fœliciſſimè Iuditha, ſtola fefelliſſe Holofernem, qui non diiudicauit ab habitu, an caſta matrona, an meretrix eſſet & lupa: cui appone illud (Tertull.) Tertullianum in Apolog. cap. 6. *Video & inter matronas, atque proſtibulas nullum de habitu diſcrimen relictum.*

Verſ. 11. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius: amputauit pugione ceruicem eius.

57. Verſ. 11. *Sandalia eius rapuerunt oculos eius.* Subſilit illicò difficultas, quomodò potuit à ſandaliis viſis Holofernes feriri, ſi ſtola fœminā amiciebat, cuius effuſa longitudo pedes omnino tegit, & ne ſinuoſæ rugæ à vento commotæ aliquid pedis dropetirent, ambiebantur & vittâ. (Ouid.) Ouidius lib. 1. de Arte:

Ecquid ab hac omnes rigidè ſubmouimus arte
Quas ſtola contingit, ſumptaque vitta vetat.

(Horat.) Auſculta inſuper Horatium lib. 1. ſatyr. 2.

Matronæ præter faciem nil cernere poſſis,
Cætera (ni Latia eſt) demiſſa veſte tegentis,
Si interdicta petes, vallo circundata (nam te
Hoc facit inſanum) multa tibi tum officient res,
Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſitæ.
Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla.

An in opprobrium & in contemptum viri, quem fœmina illaqueauit, à ſandalio fuiſſe raptum & conculcatum concinit, ſicuti Herculis ignominia fuit, ab Omphale vapulare ſandalio apud Lucianum in libello, *quomodò hiſtoria inſcribenda*: quippe quaſi ſeruum ſuum & captiuum ſandalij corrigiis verberauiſſe Holofernem, caſta fœmina modulatur: illicò enim adiicit: *Pulchritudo eius captiuam fecit animam eius*; ſicuti quia Omphalæ ſeruiebat Hercules, ab Omphale vapulauit. (Lucian.) En verba Luciani. *Nam veriſimile eſt te vidiſſe eum pictum, Omphalæ ſeruientem, valde alieno cultu & abſurdo. Illam quidem exuuio Leonis ipſius amictam, & clauam manu tenentem, & Herculem referentem; eúmque in crotocula è purpurea veſte lanam facientem, & ab Omphale vapulantem ſandalio.* En alter Hercules hic, atrox & fortis Holofernes, non quidem ab altera Omphale, ſed à caſta viragine, cui virilis animus, & pro claua acinaces, flagellatus ſandalio.

58. Certè licèt ſtola ad imos vſque pedes laxabatur, fortaſſis Iuditha itineris cauſa, venantiumque puellarum more, à tergo nondum, quo fluentes ſtolæ ſinus leuaret & ſtringeret, adiecit, ſicut aliàs Callimachus hymno in Dianam. (Callimach.) *Et ad genua vſque tunicam ſuccingam fimbriatam, quando agreſtes feras perimo.* Signatè à ſandalij venuſtate illectum Perſam canit Iuditha, quia cothurnorum elegantia in deliciis fuit apud Perſas, vt innuit Clemens Alexandr. lib. 2. pædag. cap. 11: (Clem. Alex.) *Valere ergo ſunt iubenda aureorum, & gemmeorum ſandaliorum vana artificia, & trepida Attica, & Sicionia, cothurníque Perſici & Hetruſci.*

59. Obſerua quòd in Græco vtrumque in ſingulari eſt, τὸ σανδάλιον αὐτῆς ἥρπασεν ὀφθαλμὸν αὐτοῦ. *Sandalium eius rapuit oculum eius*, ἥρπασεν, quaſi ab ἅρπη, quod eſt falce vtor, ſeu enſe falcato: ἅρπη enim pro enſe falcato ſumitur apud Heſiodum. (Heſiod.) Quaſi ſandalium fuerit aduerſus Holofernem velut falcatus enſis; ſiquidem poſtquam à ſandalij ligulis captus fuit, ab enſe falcato, nempe acinace, cæſus occubuit. Quin verbum ἁρπάζω vſus eſt Homerus Illiad. 1. (Homer.) agens de Leonibus diripientibus, diſcerpentibúſque boues; vt videas leonina fortitudine, ſicut Omphale leoninis exuuiis, Herculem hunc ſandalio fœminam impetiiſſe.

60. *Pulchritudo eius captiuam fecit animam eius.* Quaſi quid nouum profert, pulchritudine captum fuiſſe Holofernem, qui inter Perſicas puellas, quarum venuſtas, elegantiáque vultus cæteras excellit, agebat. (Ammian.) Ammian. Marcellin. lib. 23. *Ex virginibus autem, quæ ſpecioſæ ſunt captæ vt in Perſide, vbi fœminarum pulchritudo excellit, nec contrectare aliquam voluit, nec videre.* (Xenoph.) Sic Xenophon lib 3. ἀναβασ. *Medorum & Perſarum pulchræ & magnæ mulieres, & virgines.* Sed ſacra Heroïdis pulchritudo ex cæleſti ſplēdore, quem fuco negauerat, traxerat incrementum: ideò captiuam fecit animam eius, id eſt, effecit mancipium, ſeruiréque coëgit, cuius arrogantiâ iam omnes Hebræi nō ſolùm ſubditi, ſed & ſerui, quin & peſſimi putabantur. Alludit ad orationem, qua Deum precata fuerat ſupra c. 9. *Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me.* Et meritò vbi victoriam pangit, vinctum captumque pulchritudinis laqueo fuiſſe perhibet inimicum: (Varro.) nam vt Varro lib. 4. linguæ Latinæ inquit; *victi* dicuntur ab eo quod ſuperati vinciuntur. (Statius.) Statius lib. 7. Theb. *Religa captas in terga ſorores: iniyce vincula mihi.* Pergit.

61. *Amputauit pugione ceruicem eius.* In Græco pro pugione, eſt ἀκινάκη. Qui breuis pugio eſt apud Ioſephum lib. 20. antiquit. (Ioſeph.) nec pugio aliud eſt, quàm breuis gladius, quorum vſum apud Perſas viguiſſe, innuit Diodorus lib. 17. (Diodor.) In hoc perpetuæ celebritatis elogium pſalteria pariter & Heroina noſtra ſacri carminis modulos canoros ab initio direxit, quod tenera fœmina, & de pulchritudinis complexione tenerior (mollis enim eſt, non aſpera formæ venuſtas) ſtrenuum bellatorem, & fermè de circulo giganteo, ipſiuſmet pugione truncauerit, quem vix Titanes lacertóſque gigantes aggredi auderent. Sed caput Perſæ fœmina abſcidit, quod à temulentia & amore, multum quidem fragilitatis contraxerat. Memorat Herodotus lib. 3. qui Thalia dicitur, num. 12. inter interfectorum in acie oſſa diſcurrentem, adnotauiſſe inter capita Perſarum & Ægyptiorum diſcrimen: *Perſarum* inquit, *capita adeo fragilia ſunt, vt ſi velis ferire, vel ſolo calculo perforare poſſis: Ægyptiorum autem ita firmas vt ea vix ictu lapidis perfringas.* Cauſam

si petas, statim adiicit: *Quod Ægyptij statim à pueris radere capita incipiunt, & os capitis ad Solem redditur compactum.* Et paucis interiectis: *At Persæ a principio assuesiunt operire capita gestâtes pilea, tiarásque.* Ergo fragilitas à mollitie. Hinc vt quid singulare Xenophon lib. 1 Ἀναβ. (Xenoph.) inquit: *Vnum Cyrum, nudo capite pugnam expectans constitit. Aiunt cæteros etiam capitibus nudis aleam prælij subire.* Sed maius mollitiei Persicæ documentum Holofernis caput exhibuit, quod à molli fœmina fuit abscissum, & quamuis non solo calculo perforatum, pulcherrimis digitis, quibus gemmei calculi inclusi, truncatum fuit.

62. At quid est, quòd præcentrix nostra, quæ instituit canticum, tanquam totius mirabilis historiæ compendium, cœnæ non meminit, potationísque ad luxum, amatoriaque verba Ducis, & ferme vsque ad torum incitatoria philtra ad amplexus? Sed casta fœmina noluit neruis suauiter sonantibus tradere eneruatæ lasciuiæ vel syllabam vnam, nec publicis committere chordis excordis viri secretam cupedinem adulterij; ne quæ impolluta è pollutis castris redierat, linguam minùs purâ inquinaret dictione. Spatium illud, quod vtraque temulentia, vini nempe & amoris nefarij occupauerat, alis celeribus præuolauit, ne iterum species sordidas, quas oculis biberat, auribus nunc bibisset. Illicò à sandalio præcurrit ad manum pugione armatam; ne quid corporis, nisi pes, qui confecit iter, facies pulcherrima, quæ fefellit stolidum; manus, quæ amputauit ceruicem, in sacro cantico memoretur. Honestas & pudor cætera tegit, quæ solùm oratio, castitatísque frigus, rigórque virtutis in Bethuliæ fonte nudauerat. Ergo cœnæ non meminit in publico cantu, mansuraque poëti per sæcula, ne Persicæ cœnæ appendicem subindicet, scilicet illegitimæ Veneris in impuri Principe desiderium. De Persis (Herodot.) Legatis Regis Darij scribit Herodot. lib. 5. *Persæ postquam à cœna ad potum peruenere, Hospes, inquiunt, Macedo nobis Persis consuetudinis est, quoties magnam exhibuimus cœnam, tunc etiam concubinas, & adolescentulas vxores ad assidendum introducere.*

63. Operæpretium erit subsequentia Herodoti verba percurras: historiam enim ferunt non nostræ absimilem. (Idem.) *Aduenerunt itaque pulchræ puellæ, quas ebrij semeto nutantes, contrectare inhonestè cœperunt. Arsit Zelotypia seu honestatis amore, odióque lasciuæ turpitudinis Alexander Amynthæ filius, qui ad Persas inquit: Vobis hospites cum his fœminis, si libet, facillimè licet concumbatis, sed cum qua earum concumbere libeat, indicate. At nunc ferè tempus cubandi aduentat, & vos benè potos esse temulentósque video. Proinde has fœminas, si vobis cordi est, finite ire ad se lauandum, quas cum lotæ fuerint, accipiatis.* Quid inde? Fœminæ in conclaui conduntur: *Ac totidem viros laues malas habentes* (id est, imberbes iuuenes, queis læuia fulgent ora) *muliebribus vestibus exornat, traditísque pugionibus introducit.* Quid hi fœminei viri, quibus virilitas solum intus erat, erga suos procos patrauerunt? Pergit: *Singulos Macedonas, quos fœminas esse aiebant, assidere iussit singulis Persis, qui posteaquam à Persis attrectari cœpere, illos obtruncare.* Tandem cæsis Ducibus, in eorum comites animaduersum fuit, ingentiáque spolia occupata: *Comitabantur enim eos & vehicula & famulitia, & omnis generis apparatus, quæ cuncta cum illis omnibus pariter interiecta sunt.*

Concinna satis hæc omnia ad nostræ Heroidis facinus sacrum. En post cœnam temulentia, post ebrietatem, fœmineæ pulchritudinis lasciua cupido puellarísque venusta ad amplexus molles polliciens: En intactus pudor, nec impleta libidinis vota, sed potiùs à casti lilij spinis armantibus puncta: En dolus pro asserenda honestate: En sub muliebri specie mundaque viriles animi delitentes: En pugio in epotos cubantésque in delitiosis lectis districtus: En vtiquequaque deuicti Persæ, vehiculaque & omnis generis apparatus à fœminea forma spoliorum iure intercepta. Nisi quòd discrimen fuerit, quoniam in masculo sexus muliebris figura commentitio dolo madidos obtruncauit; in Juditha autem muliebris sexus, licèt quantùm ad naturam virum finxisse visus sit, verè quantùm ad fortitudinem virum exhibuit. Sæpè diximus ex Augustino, quòd in Juditha masculus animus alienum pectus obsedit, & in sexu molli asperitatem viri latuisse, quæ angustos muliebris teneritudinis sinus expādit, vitreumque vasculum, & strictum solidauit pariter & ampliauit. In Macedonibus viris fœmineè vestitis robustus sexus sub blandulæ fractæque naturæ, vt libere desæuiret pugionis acies, quasi anguis latuit in herba, in Juditha, vt cecinit Sidonius, (Sidon.) *Fragilis valido latuit bene sexus in ictu.* Illi cum viri essent ad Persas obtrucandos fœminas se exhibuerunt, læuibúsque genis, & in vestimento, vt fœmineo fuco adscriberetur victoria, commenti sunt de sexu tenero atrocitatem; hæc cùm esset fœmina, virum egit, egitque de viro, & ne quid de virili deficeret apparatu, pugionem, qui ipsius viri erat, & ad Persæ pendebat latus, è latere ad ceruicem dimouit, vt ferrum in gutture sepeliret, soláque manus fœminæ diceretur, cùm vigor animus, quin & ensis viri fuisset. Inde aptissimè cum cætera dixerit esse sua, nempe faciem suam: *vnxit faciem suam*; cincinnos suos: *colligauit cincinnos suos*; sandalia & pulchritudinem: *sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius*; pugionem tantùm non dixit suum, quippe Persæ semper fuit, nempe & cùm pendebat è baltheo, & cùm suspendebatur è lecti columna, & cùm in ceruicem eius se immisit. Ergo solo sexu mulier fuit, cætera vir. Hæc enim imperio nata fœmineam naturam elusit, cùm auxit. Discrimen enim inter mares & fœminas strennè confudit, non in veste quidem, vt Macedones ab Alexandro instructi, sed in animi veritate. Seneca de constantia cap. 1. (Senec.) *Inter fœminas & mares interesse ait, quòd vtraque turba ad vitæ societatem tantumdem conferat; sed altera pars ad obsequendum, altera imperio nata sit.* Nónne imperio nata Juditha, quam Imperatorem nuncupauit Chrysostomus? (Chrysost.) Nónne obsequio, seruitutique Persæ, qui sub manu fœminæ, tanquam sub herili virga iacuerunt.

Vers. 12. Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius.

Vers. 13. Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes in siti.

Verſ.14. **Filij puellarum compunxerunt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.**

65. Verſ.12. *Horruerunt Perſæ conſtantiam eius, & Medi audaciam eius.* Horrere propriè eſt, cùm ex tremore frigeſcit corpus, piliſque eriguntur & ſetæ. Horruit quidem coma Holofernis, cum crinium manipulum, vt manus fœminæ prenderet, eleuauit: horruit corpus, cùm gelidæ mortis frigoris impulſu. Ad toruum vultum & inamœnum ſolet ſpectator horrere, vt dixit Apuleius: *Quem cùm aſpexiſſet, horrore hominis deterritus, ſtatim retroceſſit.*

Vpuleius.

Sic de fœminea forma Terentius in Eunucho: *Tremo horreóque, poſtquam aſpexi hanc.*

Terent.

Quem horrorem potuit incutere Heroïdis elegans pulchritudo, teneráque faciei fila, admixtúſque per genas candor cum purpura, gratéque halantium florum faſciculus ad decorem inſperſus? Sed ſanguinea cœpit eſſe venuſtas, roſæque integrum cruorem expreſſit, cùm cruentum vulnus impreſſit in Perſa. Quid quòd Perſæ ad pulchritudinem furentem horrerent, qui ad lenem & placidam, ſe mites, & pacatos curuarunt, agnoſcentes, quòd ardor ille genarum non de formoſitatis rubore, ſed de irato & accenſo robore fuit. Horruerunt quidem Perſæ conſtantiam eius, cùm dixerunt: *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Nabuchodonoſoris.*

66. Aptè diuidit inter Perſas & Medos. Perſæ bello nati, præliatibuſque incitamentis, ætéque Martio tanquam puerilibus crepitaculis enutriti, multum ſibi de conſtantia bellica blandiebantur, immodicè gloriabantur de audacia.

Ammian.

Ammianus Marcellinus lib.23. *Militari cultu ac diſciplina, prœludiiſque continuis rei caſtrenſis & armaturæ, quam ſæpius formauit, metuendi vel exercitibus maximus, equitatus virtute confici, vbi deſudat nobilitas omnis & ſplendor.* An & audacia Perſis? Pergit: *Gentes plurimas, præter eas, quas abundè perdomuit, ſub iugum hæc natio miſerat, ita audax, & ad pulueres Martios erudita, vt bellis ciuilibus, externiſque aſſiduè vexaretur.* An audacia & conſtantia Perſis adſcribitur. En quidem in Græco textu eſt: *Perſæ exhorruerunt audaciam eius.* Nónne conſtantia, ſufferendi aſſiduitatis eſt.

Lipſius.

Sic eam deſcribit Lipſius lib. 1. de conſtantia cap. 4. *Rectum & immotum animi robur, non elati externis, aut fortuitis, non depreſſi.* Horrent igitur Perſæ ad conſtantiam Iudith, quam Perſicæ conſtantiæ victricem agnoſcunt, cùm inconſtanter ſe dederint fugæ? nec ſicut illa perſtitit in facinore, perſtiterunt in robore: quod aliàs de nuperis ſui temporis Perſis, dolebat Xenophon, qui illos de conſtantia obiurgat lib. 8. præd. in fine: *Faciunt verò illi quidem impetum, ſed priuſquam intra hoſtes penetrent, partim ſponte ſua delabuntur, partim deſiliunt.*

Xenoph.

Nec nisi conſtantiam in ſui elogium celebrat Heroïna, vtpote quam à Numine priùs impetrauerat: *Da mihi in animo conſtantiam vt contemnam illum,* ſuprà cap.9. verſ.14. vbi plura diximus, quaſi nihil ſuum velit in victoriali carmine modulari, ſed victori Deo omnem adſcribat fortitudinis apparatum. Quin ad conſtantiæ prodigium exhorrent Perſæ, quod fœmina pericula tempſerit mortis, & cum paſſa fuerit inter Perſarum caſtra cenſeri, non ſuſtinuit pati pudorem, nec ſtupro maculari nefario, quod ſummæ conſtantiæ elogium eſt, docet enim S. Thom. 2. 2. quæſt. 19. art. 3. & quæſt. 125. art. 4. in corpore, quòd conſtans, etſi ad aliqua corporalia cogatur; non tamen ad peccata, propter metum ſtupri, ſtatus, necis, vel verberis.

D. Thom.

67. *Et Medi audaciam eius.* Tumebant antiquitus Medi, quod ſolùm Medicum nomen auditum innumeros profligebat exercitus, nullu ſque erat aduerſus eorum impetum audax, ſicut Græcis nomē Medorum terror fuit, vt ſcribit Herotus lib.6. num. 114.

Herodot.

Ideò horrent audaciam Iudithæ, quam Medorum copias aggreſſam vis non exterruit hoſtilis, & otia fœminea aduerſus Medorum robur oppoſuit, quod viri pluſquam fortis elogium eſt apud Senecam lib.1. de conſtantia cap.5. *Et illum fortem virum dicam, quem bella non ſubigunt, nec admota vis hoſtilis exterret: non cui pingue otium eſt inter deſides populos.*

Seneca.

Sed iam à muliere, molli ſcilicet ſexu, mollities Medorum patefacta fuit, à quibus Mollitiem hauſiſſe Perſas, dolet. Xenophon lib.8. præd. qui ideò à conſtantia, tolerantiáque laborum, quoniam inter Medos agebant, defeciſſe pronuntiat. *Nunc à Perſis profectam laborum tolerantiam extingui patiuntur, & Medo mollitiem retinent.*

Xenoph.

Indicauit ſtrenua mulier Medos in muliebrem degenerauiſſe deſidiam, qui veſtitu & elegantiâ fœmineâ latè patens amiſerunt imperium. De quibus Herodotus lib. 1. *Sub Medis imperiū obtinentibus pleraque nationes quoque imperitabant; ſed quibus omnibus præerant Medi.*

Herodot.

68. Obſerua quàm apto ſitu nationes iſtas locauerit iuxta imperij ſtatum. Perſas enim priùs, deinde Medos, ſtatim nominauit Aſſyrios verſ. ſequenti: quoniam Nabuchodonoſor hic, Cambyſes ſcilicet, Perſa erat, & Holofernis nomen gentem hanc indicat: quippe adnotauit Herodotus lib.1. num. 139. *Quæcumque apud illos nomina vel corporibus vel magnificentia ſunt ſimilia, ea omnia in eadem terminari littera S. quam Dores Sam appellant, Iones Sigma.*

Idem.

Deinde Medos adiicit; quoniam nuperrimè perduellione Arphaxado deuicto Media ſucceſſit in Perſidem. Tandem adnectit Aſſyrios, quo nomine vtpote amplori totus hic exercitus computatur. Vt videtis quanto ſuffragio hæc chronologiæ, quam nos ſub Cambyſe inſtituimus, atiudeant.

69. Verſ.13. *Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum, quando apparuerunt humiles mei areſcentes in ſiti.* Non audiuimus ſuprà, caſtra vlulaſſe Aſſyriorum, potiùs Bethulienſium vlulatus auditus cap.14. verſ.7. *Egreſſi ſunt cum grandi ſtrepitu & vlulatu:* Quare textus Græcus potiùs vlulatum hunc Hebræis adſcribit: *Tunc vlulauerunt humiles mei, & clamauerunt inualidi mei, & timuerunt: exaltauerunt vocem ſuam, & conuerſi ſunt:* quod aliter vertens explicat Vatablus: *Tunc iubilarunt humiles mei, & infirmi exclamauerunt: territique ſunt illi, & ſublato clamore in fugam cōuerſi.*

Vatabl.

Sed quod dicit *ſublato clamore* ex veritate textus Græci non adſcribendum eſt Aſſyriis, ſed Hebræis: eſt enim concinnus periodi ſenſus, quòd cùm Hebræi vlulauiſſent, timuerunt Aſſyrij; cùm Hebræi exaltauiſſent vocem, Aſſyrij arripuere fugam. Sed benè vertit Vatablus illud τότε ἠλάλαξαν: *tunc iubilarunt.* Solet enim in Biblijs ἀλαλαγμὸς verti *iubilatio.*

Idem.

70. Nec benè conciliat Sermus vtrumque textum, quod humiles & infirmi mei apud Græcum

cum sint ipsi Assyrij, quos Iudi tha fecisse humiles & infirmasset. Non bene, inquam, cùm ly *mei* ex huius cantici stylo Hebræos significet, vt constat supra vers. 6. *Fines meos, iuuenes meos, infantes meos.* Potiùs dicerem, vlulauisse castra Assyriorum non à proprio, sed ab alieno vlulatu, nempe per montis caua repercusso. Quòd si proprius vlulatus fuit, ludit pulcherrimè vlulatus significatu Iuditha: quoniam vlulatus & clamor victoriæ est, & iubilatio, & affatim loco citato probauimus: & etiam tristis & querulus, fœmineus & puerilis clamor est: nam *tristitia vlularunt Galli*; dixit Silius lib. 6. Et *flebilis vlulatus*, Statius 5. Thebaïd. Et *fœmineus vlulatus* Virgilius 9. Æneid. Et *tremuli vlulatus* pro vagitibus puerorum, Statius lib. 5. Syluarum. Quare sensus erit, quod bellicus & triumphalis vlulatus fuit in Hebræis, in Assyriis subactis à fœmina fuit fœmineus, & quasi puerorum vagitus: nam statim adiicit vers. sequenti: *Sicut pueros fugientes occiderunt eos.* Qui alacer & triumphalis in Bethuliensibus fuit, in Assyriis fuit flebilis, & pertristis. Quin vlularunt quasi canes: nam canes vlulare dixit Virgilius 6. Æneid. & Medi canes dicuntur; quippe *Medas* canis est apud illos, vt constat ex Xenophonte lib. de venat. Et Astiages Medorum Regis bubulcus gnarus dicitur montium feris frequentissimorum ab Herodoto lib. 1 cuius contubernalis vxor canis vocabatur, quibus Cyrus infantulus, assertor Medici imperij, vt montium feris exponerent, traditus fuit. Aptè itaque Medis vlulatus tribuitur, qui canum & ferarum est, vt adnotauit Seruius. Quòd si contenderis cum Græco, tunc vlulauisse Hebræos, ly castra Assyriorum in accusandi casu debes accipere, vt sensus sit: tunc vlulauerunt aduersus castra siue in castra Assyriorum humiles mei, quando apparuerunt, nempe in montis Bethuliensis cacumine.

Silius. Statius. Virgil. Statius. Virgil. Xenoph. Herod. Seruius.

71. Dicitur autem signatè *apparuerunt*, vt repentinum subitariúmque spectaculum notaretur, nempe quod obsessi, & in latebris ob pauorem occlusi, repente se videndos præbuissent. In quo significatu accepit Cicero in epist. *Cum equites Antonij apparuissent.* Quin in eminente vertice bene apparuisse dicuntur, qui occultari & oppressi latebant: opposita enim hæc sunt, vt Cicero pro Roscio Amer. fideiubet. *Est quiddam,* inquit, *quod occultatur; quod quò studiosius ab ipsis opprimitur, & absconditur, eò magis eminet & apparet.* Nec tamen ly *arescentes in siti*, debes construere cum ly *apparuerunt*; quasi apparuisset arescentes in siti esse; sed potiùs vt quid mirabile adiungitur, nempe quod apparuissent digesti in ordines, commissúque bellum, & classicum cum strepitu & vlulatu canentes; qui tamen in siti arescebant, quæ organa vocis exurit, ardentéque anhelitu sistit facultatem loquendi intercluso nempe spiritu. Sitim aridam vocauit Lucretius, de qua benè Ouidius:

Cicero. Idem. Lucretius. Ouidius.

Viscera torrentur primò, flammisque fatiscunt;
Indicium ruber est, & ductus anhelitus igni.

72. Vers. 14. *Filij puellarum compunxerunt eos.* Exponit Sanctius; id est, pueri, vel puelli: *Vt enim*, inquit, *filij hominum dicuntur homines, filij taurorum arietes & tauri, sic etiam filij puellarum puelli.* Imò cur non puellæ, si iuxta Hebræorum phrasim genitiuum denotat substantiuum?

Sanctius.

Serarius censet probari hîc omnino pueros esse, quoniam cum matres sint puellæ non possent earum tunc filij esse, nisi admodum paruuli. Verùm quis Serario inspirauit, puellas matres horum filiorum nunc viuere, ac proinde puellas esse: potuerunt etenim ante plures annos in puellari concepisse flore, & tamen filij nunc in adultam ætatem venisse. Vix suspicor, hîc puellos significari, ne ludicram & puerilem pugnam, quæ potiùs iocus, & de crepitaculis esset, inter Hebræos & Assyrios Iudith canat esse commissam: nam illico adiicit: *Et sicut pueros fugientes occiderunt eos.* Puerísne pueros impetierunt, quasi pro talorum nucúmque, & æris minuti auaritia, vt dixit Seneca lib. de constantia cap. 12. Ergo inclinor in expositionem Vatabli: *Filij puellarum*, id est, *homines imbecilles atque delicati viribus non comparandi cum hostibus.* Itaque non ætatem sed imbecillitatem exaggerat: *puella* enim non vtique semper est ætatis primæ vocabulum, aliàs quomodo puellæ adhuc, quæ filios bellatores, imò & victores habent? Sæpius diximus, nomen esse sexus. Ouidius lib. 2 de Arte, eleg. 16.

Serarius. Seneca. Ouid.

Verba puellarum folijs leuiora caducis.

Et in fine epistolæ Penelopes:

Certè ego, quæ fueram te discedente puella,
Protinus vt redeas, facta videbor anus.

73. Equidem vt imbecillos & eneruès, bellíque ignaros Bethulienses fuisse perhibeat, aptissimè nuncupat filios puellarum, nempe qui non masculam Patrum fortitudinem, sed fœmineam matrum exilitatem ebiberunt in vtero, qui similitudine referant matres, animi nempe, & corporis tenuitate. Sicut enim fortes creantur fortibus, nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam, vt dixit Horatius 4. Cam. Ode 4. Sic ignaui & debiles à debilibus & imbellibus producuntur, & fœminei, quidquid sunt, de fœmineis traxisse vidétur. Apud nos, qui similis matri euadit, aut patri, filius sui patris, aut suæ matris dicitur, cuius per lineamenta imaginem refert viuentem. Si petas, è quóne capite similitudo cum altero è parentibus accidat, aderit Lucretius lib. 4.

Horat. Lucret.

Atque vni simile est magis id quodcumque creatur,
Eius habet plus parte æquâ, quod cernere possis,
Siue virûm suboles, siue est muliebris origo,

Cùm exuperat ad pangendum fœtum fœminea materies, quæ vtique tenuior, & frigidior est, filius in debilitate, teneritudinéque membrorum matrem vtique repræsentat, de quo Hippocrates in lib. de genitura ante finem. Stobæus ecloga phys. lib. 1. tit. de causa similitudinis. Inde quod in plurimum filij potiùs paterna fila referant, quàm materna, in causa est virilis caloris victoria, fortiorísque abundantia portionis, de quo adi Plutarchum 5. de placitis philosoph. Aristotelem 1. de gener. animal. cap. 19. Tiraquellum in L. 7. connubialem num. 52. & Alphonsū à Carranza Hispanum lib. de legitimo partu, cap. 20. à num. 58. Ergo filij puellarum, quà debiles & infirmi patúmque de viro habentes, dicuntur à Iuditha inualidi, graciles, & pusilli Hebræi, non paternam fortitudinem, sed maternam referentes ignauiam, esto ætas adulta fuerit. Quod & exaggeratiùs in Græco υἱοὶ κορασίων *filij puellarum*, eo, vt meditor, ingenio, quòd virgunculæ, & puellæ venustiores sunt, venustas

Hippocr. Stobæus. Plutar. Aristot. Tiraq. Carran.

venuſtas autem aliena ſolet eſſe à robore; ſicut
torua facies aſperitaſque truculentum, & robu-
ſtum, neruoſúmque ad bella animum, indicat.
Ex quo *ἀλμα* iuuenculam ſignificat, vt aliqui cẽ-
ſent a *κορία*, id eſt, venuſto: quippe cultior &
formoſior ea ætas eſt: vnde Moloſſi pulchras
fœminas appellant *ἀνεγς*. Quare cùm florida
ætas, ex floris teneritudine minus apta ſit duris
bellorum laboribus, ſcitè eneruès Hebræi nun-
cupantur *filij puellarum*, quaſi ſi adhuc filij vir-
ginum cenſeantur, nihil de fœminis paterni ca-
loris, tantùm de virgineæ frigiditatis materia
conſtantes. Sic virginitas *κορίκιον* appellatur à
Pollux. Polluce lib. 2. cap. 2.
74. *Et ſicut pueros fugientes occiderunt eos.* Dupli-
cem ſenſum conijcio ex duplici ſignificatu pue-
rorum, ſcilicet vel quaſi pueros ætate teneros,
Hippocrat. vel quaſi ſeruos. Fuga in pueris, cùm metus adi-
git, procliuis eſt. Hippocrates libel. de morbo
ſacro. *Confugiunt ad matres aut alium quemuis,*
Callimach. *quem nouerint, præ metu, ac pauoris conſternatione.*
Callimachus: *Pratinus ille puellam territat: illa*
vero ad genitricis confugit ſinus. Terriculamentis
Seneca. quatiuntur pueruli, quibus, vt ait Seneca lib. de
Conſtant. cap. 4. *metus incutit vmbra, & perſona-*
rum deformitas, & deprauata facies. Et quidem
cum ad ſtrepitû clamantium Hebræorum pro-
Plato. tinus fugiſſent Aſſyrij, pulchrè vocat pueros
fugaces. Inde Platonis præceptum fuit lib. 7.
Polit. pueros ducendos eſſe ad ſpectandum bel-
lum, vt addiſcant metum deponere. Obiurgat
Aſſyrios & Perſas, non benè inſtituta prima te-
nuiſſe; a puerili enim ætate ſe commonefaciunt
Herodot. in armis, ad ſpiculáque erudiuntur. Herodotus
lib. 1. num. 136. *Liberos ſuos à quinto anno incipien-*
tes vſque ad vicesſimum; tribus duntaxat inſti-
tuunt, equitare, arcu ſagittas excutere, vera loqui.
Ante quinquennium filius in conſpectum patris non
venit ſed apud fœminas degit. Ergo inſimulat eos
de fœmineâ pueritia, quaſi adhuc degerent
apud matres, qui victricem fœminam effugie-
bant, cum inſtitutionem apud ſuos ebibiſſent,
Statius. qualem apud Statium Achilles puer.

Iam tunc haſta manu, iam tunc ceruice pha-
retras,
Et ferri properatus amor, duratáque multo.
Sole, gelu cutis,

75. Ad alium ſignificatum non ægrè ducor ex
Scripturæ ſtylo, qui ſeruos nuncupat *pueros*:
nam attributum ſerui *fugax*, vt plurimum eſt.
In quo duo indicat, & quod inepti bello effecti
fuerant: nam ſeruus, quia fugax, neutiquam ad-
Salluſt. mittebatur ad bellum, quod Salluſtius de Cati-
lina dixit: *Seruitia repudiabat, alienum ſuis ra-*
tionibus exiſtimans videri cauſam ciuium cum ſer-
uis fugitiuis communicaſſe. Quare ex defectu in-
Florus. genuæ iuuentutis, dixit Florus lib. 2. cap. 6. *In*
ſacramentum militiæ liberatæ ſeruitia. Alludit
etiam ad Perſarum iactantiam, qui *ſeruos* non-
cupabant Hebræos vt conſtat ſupra cap. 14. in
textu Græco, & verſ. 8. *Quoniam ſerui iſti ad nos*
in pugnam deſcendere auſi ſunt. Et verſ. 16. *Præua-*
ricati ſunt ſerui. Meliore, vetioréque elogio, ſub-
indicat Iuditha, Hebræos non ſeruos, ſed Do-
minos eſſe; qui imperium vitæ, necíſque in fu-
gaces obtinuerunt Aſſyrios. Quo nihil potuit
in Perſas contumelioſiùs iactari, qui vt ſæpius
diximus, homines, quos ſub iugum mittere ag-
grediebantur, ſeruos vocabant. Sed Hebræus
ſeruus non eſt, niſi quà Domini Dei ſui: quare
in tractatu Hebraico de ſeruis apud Nouarinum Nouarin.
lib. 4. Schediaſm. cap. 11. num. 55 ſic dicitur:
Qui ſeruum Hebræum emit, idem eſt, ſi Dominum
emat, & poſſideat. En læto carmine ſeruitus, quá
timebant Hebræi ab Aſſyriis pati, ſuprà cap. 7.
verſ. 16. *Melius eſt captiui benedicamus Domino.*
Et verſ. 15. *Propter hoc vendidit nos in manibus*
eorum, in triumphale dominium verſa eſt. Quin
ſeruos appellat in conuitium ignauiæ, puſillanta-
tiſque fœmineæ: ſeruus enim quaſi ſemiuir re-
putabatur. Æſchines de falſis legationibus: *Fa-* Æſchin.
tere te eſſe ſemiuirũ, non ingenuum. Ex quo Cer- Cerdenl.
denis. 4. Æneid. deſtinatos fuiſſe ſeribit ſeruos
ad opera fœminarum. Benè ſeruos fugaces di-
xit, videlicet celeriter ſe arripientes in fugam:
nam propter velocitatem curſus, ſeruos fugi-
tiuos vocari *ceruos* docuit Feſtus. Gauiſus ſum Feſtus.
poſt hæc, verſionem adiiſſe Vatabli, qui vertit: Vatabl.
Vt ſeruos fugitiuos vulnerauerunt eos.

Verſ. 15. Hymnum cantemus Domino,
hymnum nouum cantemus Deo no-
ſtro.

Verſ. 16. Adonai Domine magnus es
tu, & præclarus in virtute tua; &
quem ſuperare nemo poteſt.

Verſ. 17. Tibi ſeruiat omnis creatura
tua: quia dixiſti, & facta ſunt: mi-
ſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, &
non eſt qui reſiſtat voci tuæ

Verſ. 15. *Hymnum cantemus Domino.* En car- 76.
men hoc, Iuditha omne diuinæ laudis nomen
ſibi promeruit: nam ſuprà nuncupatur canticum
& pſalmus, nunc Hymnus. Diſcrimen inter hæc
tractant pluribus Iſidorus lib. 6. originum c. 6. Iſidor.
Hieronymus ad Epheſ. 5. Hilarius in Pſalmor. Hieron.
prologo, Alfonſus Mendoza in Quolibet. q. 3. Hilar.
poſitiua. Me iudice, Licet videas hic, ſicut & ali- Mendoza.
bi paſſim confundi; aliquid ſignatè præ ſe fert,
quòd nunc Iuditha nuncupet Hymnum, quod
anteà vocauerat Pſalmum, & Canticum. In ani-
mum duco, quaſi nouum carmen hinc orditi,
quod nihil de hiſtoria commemoret, ſed in
Dei laudem totú efferueat. Obſeruauimus enim
ſupra in calce capitis præcedentis ex Pindaro, Pindar.
hymnum propriè Deo cantari, ex quo Ælianus Ælian.
lib. 2. hiſtor. cap. 39. Hymnos Deorum vocat. Et
Galenus lib. 3. de vſu partium Deum condito- Galenus.
rem hymni appellat; de quo & Plato 3. de legib. Plato.
Vnus ſit pro noſtris Auguſtinus, qui lib 9. con- Auguſt.
feſſ. c. 6. Hymnum inquit eſſe laudem Dei cum 1. Eſdr. 3.
Cantico 1. Eſdræ 3. *Statuerunt Leuitæ, vt lau-*
darent Deum per manus David, & concinebant in 2. Par. 7.
hymnis, & confeſſione Domino. 2. Paralipom. 3.
Stabant Leuitæ in organis carminum Domini, quæ
fecit David ad laudandum Dominum; qui vtpote
ad vnam Dei laudem reſonabant, illicò no-
minantur hymni: *Hymnos David canentes per*
manus ſuas. Sit ergo hic hymnus, quaſi finito
cantico, pſalmóque concluſo, vt in nouam cla-
uem modulos Archimuſica noſtra deducat.
Quamobrem fortaſſe *Hymnum nouum cantemus*
Deo noſtro, nempe in vnius Dei præconium no-
uiter canoris fidibus, melodiſque concentibus
incumbamus, quod nihil iam de Aſſyriis tin-
niat, nihil de belli furore crepet; molle ſit &
blandum, quod aures irriget ſuauiore latice, &
in

in tiens cor his dulcedine lambere, subintret.

77. Est quod obserues in Græco, vbi dicitur: *Τμνήσω τῷ κυρίῳ ὕμνον καινόν.* Quod ad litteram vertitur: *Cantabo Domino hymnum nouum.* Sed aliter Vatablus *Carmen ac laudem cantabo Domino*: Laudem enim vertit pro eo quod est *καινὸν* quod vere nouum significat, sed habet similitudinem cum *αἶνον* quod est laus. Ex quo noueris bene nos aduertisse suprà vers. 2. vbi legitur, *ψαλμὸν καὶ αἶνον*, quod vertitur *Psalmos & laudem* legendum esse *ψαλμὸν καινόν*, *Psalmum nouum*, vt cum textu Latino concilietur. Quod autem in Græco dicitur *cantabo*, in Latino *cantemus*, simile est discrepantiæ inter Hebræum & Latinum Exod. 15. nam vbi legitur: *Cantemus Domino, gloriose enim*, &c Hebraice est, *Cantabo Domino*: vbi Caietanus: *Parui refert, quod iuxta Hebræum habetur: Cantabo Domino: fortè enim Moyses solus incepit canere, & propterea dixit Cantabo. Vel ad significandam vnitatem populi, dixit in singulari numero, Cantabo.* — Vatabl. — Caiet.

78. Si mauis, carmen hoc portionem esse cantici superioris, seu quasi epiphonema, acciperem hæc verba pro intercalari versu, nempe qui solet repeti in Cantico & Psalmo. Id & in prophana Musa solemne, vt illud Maronis ecloga 8. *Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.* Et illud: *Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.* Meritò autem dicitur hymnus, Dei vtique præconium, vtpote in quo abstrusa Dei arcanáque hierologia canuntur, vbi & Spiritus sancti persona, quasi euoluto velamine suæ abditæ lucis non modicas scintillas emittit, Deúsque, totus vt prouidens, vt dominans, vt iudicans panditur, & vt puniens. — Virgil.

79. Vers. 16. *Adonai Domine magnus es tu.* Solùm hoc loco, & Exod. 6. hæc diuini nominis interpretatio sufficit litteris retenta est, cùm alias sæpè, vbi Hebraicè *Adon* est, *Dominus* sufficî soleat. Cur vtrobique retentum vocabulum hoc sit Exodo facilis est responsio: quoniam pro nomine Iehoua, quod ineffabile, & extra linguæ commercium erat, substitutum fuit Idem hoc in loco credidere, vt Hebraice aliquando infonuit Iudithæ liber, adstipulórque historiæ scholasticæ auctori qui hoc affirmat ductus auctoritate Hieronymi in Psalm. 8. *Cum in Hebræo legitur nomen Domini geminatum, sicut hic Adonai Domine, primum est Tetragrammaton, secundum verò nomen Domini commune.* Nec interest, quòd ex Syriaco translatus sit liber hic, cùm potiùs ex hoc loco euincitur Syriacam translationem Hebraicæ origini successisse: siquidem *Adonai* Hebraicum omnino est. — Hist. Schol. Hieron.

80. Cur autem hîc repetitur Adonai Domine, & quid Hebraicè, seu Syriacè discriminis in vtroque vocabulo, quod Dominum significabat, intercerat, cum Adonai proprius significatus *Dominus* sit, vt obsirmat Hieronymus epist. 136. ad Marcellam. Vnde Septuaginta illud Exod. 6. v. 3. *Nomen Adonai non indicaui eis*, pro *Adonai* scribunt *κυρίου*. Ex quo *Don* Hispanum, quod generosis, & dominis solet nomini præfigi, sunt qui censent manasse, fuisséque similiter affixum Regulo, qui Iudic. 1. nuncupatur Adonibezec, quasi sit *Adon* pro titulo, & *Bezec* pro nomine. Ego censeo, quod licet Hebraice ארני *Adonai* Dominum vtcumque significet, imò quemcumque, Deum nempe seu hominem, vt exempla obuia sunt in sacris; aliquod tamen signum Hebraicè effigi, quando significat Deum sub hoc speciali vocabulo, aut quando communiter Dominum. Quippe vt notauit Xantes-pagninus, cùm de Deo signatè dicitur, semper est cum Kametz, & dicitur numero multitudinis, honoris gratiâ; quando verò communiter & de creatura, scribitur cum Patach; túncque ab Hebræis censetur prophanum scribunt Rabbini. Massoritæ, vt testatur Xantes-pagninus, tradunt nomen ארני ita lectum, vt scribitur, quod appellant רגן *confessum*, & *certum*, inueniri 134. locis. De hoc nomine *Dominus* plura diximus supra cap. 9. v. 10. recognosce locum. — Pagnin.

Vers. 17. *Tibi seruiat omnis creatura.* Commentari videtur prudens fœmina, quid in nomine Adonai sublateat, nempe dominium, quale in hac vniuersitatis domo, exædificatóque orbe ab opifice præpotente, iure potestatis ingenitæ obtinet, qui non precariò nec ex voto, clientiúmque assentatione, sed medullitus ex intraneæ proprietatis documento Dominus est. Deriuant Latini Dominum à domo, quod in Græco *οἰκεῖν*, & *οἶκος*, obseruare licet; quippe qui Dominus domo præest, cui domestici docili famulantur seruitio. Anne serui *domestici* appellantur, & familiares? Domesticos quidem vocauit Seneca lib. de constant. cap. 1. *Familiares* epist. 47. Ergo ex nomine Adonai Iuditha probat vniuersæ creaturæ erga Dominum Deum nobile iugum, vt illi debeat non quidem rependere quasi retributionis titulo, sed impendere obligationis merito docile humileque seruitium. Ne autem quis subrepat, negans Numini dominium æternum, quasi nemo Dominus nihili sit, & antequam ab artifice creatoris voce detornatus orbis erupit, ipse sibi in seque penetrans, nulloque creaturarum satellitio cinctus, nomen Domini nondum videretur sumpsisse, qui adhuc dominationis habenas nequaquam in aliquem exerceret. Quod voluisse fertur Tertullianus aduersus Hermogenem, de quo Augustinus lib. 12. de ciuit. Dei cap. 15. Sed stat Iuditha æternitatis huius nominis vindex, Dominus enim semper erat, qui pro famulitio suo habebat ingiter quod eius voci illicò obtemperaret; quippe qui vocat ea, quæ non sunt, sicut ea quæ sunt; potuit imperare quòd esset, quidquid nondum in rerum ordines erat digestum. 81. — Senec. — August. Ad Rom. 4.

Inde ex Theologico acumine Psaltria nostra subiicit: *Quia dixisti & facta sunt, misisti spiritum tuum, & creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ.* Reddit Theologicam nominis rationem, cur geminato vocabulo, abundantiaque titulorum Deum de dæmonij principali attributo vocârit: *Adonai Domine*: quoniam eius dominium non à lubrica pendet defectibilium rerum varietate, non ab angusti temporis cœpit exordio, nec expectauit creaturas, in quas iactaret imperium; sed æternum vtique fuit, in ipsius Deitatis visceribus intertextum, cui res antequam essent, vt fierent, obedierunt ad nutum, & ex inanibus tenebris obsequentes eruperunt ad lucem. Non sicut creata dominia, quæ quibus imperent, egent, nec possunt habere seruitia, nisi quorum existentia præcessit. 82.

Sed celebris locus iste est, nec illo inferior, in quo & Sancta Trias & distincta personarum vocabula sacrorum velaminum tenebrato mysterio, in nostræ fidei stabile argumentum, diuino spiramine flante, panduntur. Tractauimus sedulò 83.

ſedulò tom. 1. de Maria & Deo incarnato, Acad. 2. ſect. 2. An in aliquo ſacræ Scripturæ loco ſanctæ Trinitatis ſiue aperiatur, ſiue operiatur arcanum. Quoniam ibi elucubrationem non abſque oleo ſtudioſo confecimus; nunc à debito tractationis abſoluimur. Sed abnuendum non eſt, in hoc, quem enodamus, verſiculo, non modicas huius abditæ lucis emitti ſcintillas, vt meritò poſſit à Theologis conſecrari tanquam nitidiſſima fax ad Hæreticorum nebulas abigendas, elucidandúmque abſconditum à ſæculis ſacramentum.

84\. Quòd tres perſonæ in vna virtute, deitatéque ſubſiſtant, non obſcurè retegitur in huius hymni noui veſtibulo: *Adonai Domine*, vbi bis Domini nomenclatio præfertur, deindéque Spiritus ſancti ſacra hypoſtaſis non diſpendio æqualitatis, ſed originis ordine recenſetur. Sicut alias Pſalmo 135. in triplici priori verſiculo non diſſimilibus characteribus Trias
Genebr. ſancta depromitur. Mutuanda ſunt verba Genebrardi ibi: *Terna eius repetitio reſpicit tres diuinas perſonas, quarum prima abſolutè hic dicitur Tetragrammaton* יהוה *Adonai quia eſt abſoluta, ſine à nullo dependens. Altera* אלהים אלהים *Eloë Eloim; Deus Deorum, quaſi index omnium, & quidem Diuorum. Tertia* ארני ארנים *Adone Adonim, Dominus Dominorum, quod per has duas hypoſtaſes Pater omnia procuret & adminiſtret, creando, conſeruando, iudicando, viuificando, ſanctificando, donis, & gratiis afficiendo.* Quæ ſingula doctrix fœmina in hoc hymno luculenter exponit; cùm & creatio, adminiſtratióque virtutis, potentiæque in obſequia creaturarum inſperſa, in hoc verſiculo, & ſequenti compareat, gratiarum & donorum largitas in verſ. 19. iudicium in verſ. 20. ſupplicium in verſ. 21.

85\. Quòd autem poſt celebrem Domini nuncupationem Spiritum ſanctum attexat, ex ſtylo
Pſalm. 32. veteris inſtrumenti eſt, ſicuti Pſalmo 32. *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Sapient. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* Nec tamen ab æqualitate dominij ſanctus Spiritus ſequeſtratur: non enim poteſt eſſe ſpiritus Domini, niſi & ſpiritus Dominus ſit, vt alius indagator myſterij Paulus
2\. Cor. 3. 17. explicuit 2. Cor. 3. *Dominus autem ſpiritus eſt, & vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.* Sed quoniam à gemina perſona tanquam virtus & donum ſpiritus dominator procedit; donum autem nonniſi à Domino poteſt præſtari, ſub Domini voce Pater, & Filius explicari conſueſ-
Gen. 19. cunt, iuxta illud Geneſ. 19. *Dominus pluit ignem*
Hilar. *à Domino.* Ex quo apud Hilarium lib. 4. de
Conc. Syrm. Trinitate, & lib. de Synodis Syrmica Synodus, canon. 16. *Pluit enim Dominus Filius à Domino Patre.*

86\. Ergo quod hæc Iudithæ verba, *Miſiſti ſpiritum tuum & creata ſunt*, inſignem nobis textum impartiunt pro ſancti Spiritus hypoſtaſi, Deitate, æqualitate, æternitate, & virtute, nemo qui Theologicis fontibus abluerit labra, inficias
Serar. ibit. Quare Serarius hic aggregandum hunc locum aſſerit illis, quæ congerit Bellarminus lib. de Chriſto cap. 3. clauſ. 6. Miror diligentiſſi-
Athanaſ. mum virum effugiſſe verba Athanaſij, qui hunc locum in diſputatione contra Arrianos, vt illos percellat, educit. En verba: *Priuſquam Spiritum ſanctum Deum eſſe perdoceat, eundem Creatorem eſſe cunctorum, verbis legalibus approbauit. Scriptum eſt in Iudith: Tibi ſeruiat omnis creatura: quoniam dixiſti & facta ſunt, miſiſti ſpiritum tuum, & viuificauit.* Quæ vltima verba non ex Latino, ſed ex Græco produxit: vbi habetur *ἀπέστειλας τὸ πνεῦμά σου καὶ ᾠκοδόμησε*. Nec benè Vatablus vertit, *Et prodiit*, Vatabl.
licet benè ſcholiat, *Miſiſti ſpiritum tuum & ædificauit*, id eſt, *viuificauit ac produxit*, iuxta idem verbum Geneſ. 3. *Et ædificauit eam in vxorem.* Vel quia Spiritus ſanctus quaſi vniuerſitatis domus œconomus, & Præfectus cenſeatur, iuxta illud 1. Cor. 12. *Hæc autem omnia operatur* 1. Cor. 12.
vnus atque idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult; vnde munerum largitor dictitatur in Deitatis & dominij elogium. Conſule Ambroſium Ambroſ.
lib. 2. de Spiritu ſancto, cap. 4. Nyſſenum de Nyſſen. Epiphan.
orat. Dominica, orat. 5. Epiphanium hæreſi 74. ad finem.

Nec ſegniter peruolanda ſunt ſingula verba, 87.
quibus Pſaltria noſtra huius ſanctæ hypoſtaſis Theologica momenta & attributa pronantiet, vt habeant in ſingulis flagella hæretici, quibus vapulent. Et quidem immenſitas celebratur: ſiquidem qui in omnia creanda conſeruandáque perhibetur immiſſus, nullius loci poteſt detineri cancellis, ſed quaſi ſpiritus intus alens, aliéque peruagatus vniuerſam hanc molem agitate dignoſcitur, nec poteſt ſegregari ab intimo per vniuerſitatis compagem illapſu, qui in ſtabili latione omnia viuificat, quæ creauit.
De quo argumento Fulgentius lib. de fide ad Fulgent.
Donatum cap. 8. Cyrillus lib. 13. Theſauri cap. 2. Cyrill. Ambroſ.
Ambroſius lib. 1. de Spiritu ſancto cap. 7. Celebratur æternitas. Si enim ad creanda vniuerſa miſſus eſſe concinitur, antequam fierent, qui vt fierent in principio iam erat: nec alio argumento Verbi diuini æternitas panditur ab Euangeliſta Ioanne in ſuæ Theologiæ ve- Ioan. 1. 1.
ſtibulo: *In principio erat Verbum.* Conſule Ambroſ.
Ambroſium lib. 1. de Spiritu ſancto cap. 8. luculenter perhibetur creatio iuxta ipſamet verba Pſalmi 103. *Emitte Spiritum tuum & creabuntur.*

Sed claris diſtinctiſque proprietatibus trium 88.
perſonarum attributa panguntur: *Quia dixiſti, & facta ſunt, miſiſti Spiritum tuum, & creata* Proſper.
ſunt. In quæ reſpexiſſe videtur Proſper. lib. ſentent. ex Auguſt. ſentent. 141. *Si quærimus quis fecerit? Deus eſt. Si per quid fecerit? Dixit & facta eſt. Si quare fecerit? Quia bona eſt. Nec auctor excellentior eſt Deo, nec ars efficacior Dei verbo: nec cauſa melior, quàm vt bonum crearetur à bono*: ſub quo verbo Spiritus ſanctus expenditur Pſalm. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me.* Pſalm. 142.
Nec poteſt inter creaturas factus cenſeri, qui ad omne creaturarum opificium incubuit. Quare in creaturarum ſyllabo apud fornacis pueros Daniel. 3. Spiritus ſanctus non numeratur, vt arguit Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 18. Epi- Baſil.
phanius in Anchor. pag. 4. *Quæ quæſo*, inquit Epiphan.
Athanaſius orat. 3. contra Arrianos, *id quod creatur, creare, aut quod conditur, condere poterit?*

Eſt tamen quid aliquid in difficultatem incu- 89.
tiat: Quomodò ad creaturas omnes miſſus dicatur Spiritus ſanctus, cum inuiſibilis miſſio diuinæ perſonæ neutiquam ſit niſi ad rationabilem creaturam, nec niſi ad promouendam, per cognitionem vtique & amorem, in gratiam gratum facientem,

creaturam, vt concors omnium sententia est cum S.Thom. S. Thoma 1. p. quæst. 43. artic. 3. qui artic. 6. docet ad irrationalem creaturam neutiquam mitti, & docent Magister in 1 dist. 17. Alexander 1 p. q. 73. in sub 3. art. 1. Est enim verum Magist. Alexand. August. quod Augustinus lib. 4 de Trinit. dixit: *Tunc vnicuique mittitur, cùm à quoquam cognoscitur, atque percipitur, quantum cognosci & percipi potest pro captu, vel proficientis in Deum vel perfectæ in Deo animæ rationalis.* Sed aliud est mitti ad conditas creaturas, quam vt condantur, & creentur, mitti. Illud enim singularem quamdam sanctificantis gratiæ impressionem enuntiat; hæc ipsius conditoris virtutem, quæ mitti dicitur, cùm perfunditur per opificésque rationes, seminaque constitutionis, gubernationisque vniuersi dispenditur. Quare hoc ipso stylo vsus est Basil. Basilius lib. 5. contra Eunom. *Qui spiritum aufert perfectionem eorum, quæ sunt, abscindit: Nam, quæ fiunt, emissione, & participatione spiritus fiunt.*

90. Nec modicum suffragium ex his verbis Iudithæ sortiuntur, quotquot censent impossibilem fore creaturarum productionem sine Spiritu sancto, & sine Verbo, vt aggeratis eruditionis P. Ruyz. suæ thesauris contendit pluribus P. D. Didacus Ruyz de Montoya tom. de Trinit. disp. 111. sect. 2 cum sequentibus. In quod assertum se obfirmat hoc Iudithæ loco, ibi sect. 3. num. 1. licèt dissentiant Vasq. Suar. Molin. Vasquez 1. p. disp. 125. num. 5. Suarius lib. 1. de Trinit. cap. 11. Molina 1. p. quæst. 45. art. 6. d. vlt. est scholasticæ disputationis, de qua in nostris Academiis Theologicis.

91. Nec adnotare pigebit, appositè iuxta sacras origines Spiritus sancti notionem intulisse tertio loco Iuditham: nam postquam dixit *Adonai Domine*, in quo Pater & Filius intelligitur, adiicit: *misisti spiritum tuum*, vbi & processionem à Patre, & Filio subtiliter indicauit, & tertium Epiph. rationis originis sortitur, vt dixit Epiphanius in anchor. colum. 7. *Spiritus sanctus in medio Patris, & Filij ex Patre & Filio, tertius nomenclatura.* Verùm quia ex charitate, quâ (?) in medio vtriusque personæ situs ac(?), ammonente Bernard. te Bernardo serm. 8. in Cantic. *Ipse qui Patris & Filij imperturbabilis pax sit, gluten firmum, indiuiduus amor, indiuisibilis vnitas;* Quasi medium inter Patrem & Filium collocauit, non pe inter Dominum dicentem, & vocem, subdit eius post *spiritum tuum*, verba illa; *Et non est qui resistat voci tuæ.* Scilicet verbo tuo, quodquam quod Pater per Spiritum sanctum voluit, verbo Athan. suo, non renitente creatura firmauit. Athanasius orat. 3. contra Arianos: *Dixit Deus: fiat, & subintulit: Et ita factum est: nam quod placuit, & voluit, id statim verbo perfectum atque absolutum* Lactant. *fuit.* Quod enim metaphoricè verbum Dei vox dicatur, Lactantius lib. 4. diuinar. instit. cap. 8. & 9. vadem se præbet. Vnde Iob: *Si voce simili* Gregor. *tonas.* Et Gregorius ibi lib. 32. moral. cap. 6. *Ipsa vox; quia cùm Pater gignendo dixit: Filius* Conc. Syrm. *meus es tu.* Sic in can. 8. Synodi Syrmicæ pronuntiatum: *Si quis insitum & prolatiuum verbum Dei Filium dicat, anathema sit.* Quod Hilar. commentatur Hilarius lib. de Synodis: *Id est, per insitum nobis loquendi naturam prolatum in voce.* Sed quo sensu prolatiuum possit dici, disserit benè Didacus Ruyz supra disp. 56. sect. 2. à num. 1.

92. Nec præterire libet, aptissimè in victoriali carmine, vbi Domini exercituum insuperabilitas prædicatur, Spiritus sancti celebrari virtutem, vtpote ad conterendos inimicos potentem; quam & Zachar. 4. dicitur: *Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum.* Zach. Quin quod supra vers. 16. dixerat: *Et præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest:* quæ sit virtus hæc, nempe Verbum & Spiritus sanctus, nunc patenter ostenditur iuxta Damasceni prolatum epistol. Damasc. de Trisagio: *Verbum & Spiritus virtutes sunt Patris; virtutes autem enhypostata, scilicet subsistentes, inseparabiles à Patre, ex quo & in quo sunt:* de cuius loci explicatu, ac emendatione in Turriani ad lib. 3. Clementis cap. 17. Turrian. Ruiz. fusterunt consule Ruizium disput. 111. sect. 6. num. 6.

Vers. 18. Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis: petræ, sicut cera, liquescent ante faciem tuam.
Vers. 19. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

93. Vers. 18. *Montes à fundamentis.* Non ineptè Lyra hæc exponit erga extremi iudicij præparatoria, vbi conflagratio per ignem, & montium auulsio, ab imisque radicibus subita effossio. Tenuisse iudico sensum hunc Lyra: tum Lyra. quoniam non dixit Iuditha, mouentur & liquescunt, sed *mouebuntur* & *liquescent*, stylo scilicet aliquod vaticinante futurum; tum quia hæc delibata videntur ex Psalm. 96. vbi post- Ps. 96. 3. quam dictum fuit vers. 3. *Iustitia & iudicium, correctio sedis eius, ignis ante ipsum præcedet*, subdit vers. 5. *Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, a facie Domini omnis terra.* vbi per ænigma est præteritum pro futuro. Et quidem *ante faciem tuam* videtur significare in aduentu tuo: 2. Petr. 3. 12. de quo 2 Petri cap. 3. vers. 12. *Expectantes, & properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent.* Et vers. 10. *Elementa calore soluentur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur;* Ergo opinabilis fit centio Lyræ, licèt Serario Serar. Carth. displiceat, quam & Carthusianus obfirmat. Et quidem cum ad spectabilem iudicij diem præuia sit hæc elementorum purgatio, sic & huiusmodi verba Iuditha præmittere videtur ad nouissimi diei vaticinium: de quo statim vers. 20. *In die iudicij visitabit illos.*

94. Sint hæc ita: est absque hac allusione commodum sensum redonare his, non erit operosum, si hæc cum superioribus adnectamus: ac si diceret: Quis resistet voci tuæ, quandoquidem & rigidæ cautes, & obstinati scopuli, immensáque montium super terræ scapulas grauedo, non quidem ad vocis claræ sonitum, sed & ad tacitum nutum, nudúmque faciei iudicium ab imis fundaminibus reuelentur, & quasi intus spiritu agitante, duris ambulabunt vestigiis. Hoc enim mihi insinuare videtur: *montes mouebuntur cum aquis*, quasi nobili gressu, graduque constanti scopulosis pedibus incedent, non aliquo Aquilone ciente, non ad tempestatis horrisonæ tactum, sed ad syncerum intuitum tui, cuius nutus impulsio est. Hic enim moueri idem videtur esse ac transire. Mat- Matth. 17. 19. thæi 17. vers. 19. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis,*

ſinapis, dicetis monti huic: Tranſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis.

95. Quid eſt autem: *Mouebuntur cum aquis?* An, quoniam aqua ſubtus terram eſt, & infra montium molem per infimas terreni viſceris ſcatebras in extremo ſubſidet fundo, ſenſus erit, quòd non ſolùm lapidea, duraque montium fundamenta annuente Domino mouebuntur; ſed & etiam aquæ intimæ, quæ pro vltimo fulcro ſubſtant, pariter montium inquietos motus ſubſequentur? Vel quidem *cum aquis* dixit, quia non minùs mirabile erit, labentes præcipitéſque riuulos, qui è montium verticibus vndis gyrantibus ſerpunt, non ingeniti impetus retinere in cadendo naturam, ſed pariter cum montibus abſque vllius ſtillæ diſpendio, fluxúque transferri. Vel potiùs *cum aquis* inquit, quaſi profunda valla, & longiſſimè latentes aquæ, à Domini proſpectu, centri naturalis oblitæ ad alieni elementi ſinus occupandos proſiliant, & mutatis vicibus, quæ deorſum impelluntur præ indole, ſurſum in nouam regionem erumpent, cum amabilius centro ſit obedire Creatori. Certè vt fidei poteſtatem Chriſtus Dominus explicaret Marci 11. verſ. 12. *Habere*, inquit, *fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: Tollere & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei.* Maior vtique poteſtas erit, quod non ſolum mons in mare, ſed mons & mare docili transferantur impulſu; & poſtquam in pelagus ceciderit mons, iterum reuulſus à pelago, oceanum ſecum trahat, quò mouebitur. Id de diuinæ voluntatis potentia præconatur Iuditha.

Marc.11.12.

96. *Petra ſicut cera liqueſcent ante faciem tuam.* Obuia [illegible] eſt hæc in ſacris. Michæas 1. verſ. 4. *Valles ſcientur ſicut cera à facie ignis.* Pſalm.57. verſ.9. *Sicut cera, quæ fluit, auferentur.* Pſalm.67. verſ.3. *Sicut fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.* Id & apud prophanos. Calaber lib.10. *Vt cera igni liqueſcebat.* Quis negauerit liqueſcentem à facie Domini petram; cùm ſalubres, dulcéſque liquores emollita petra Hebræis ſitientibus eructabat, qui bibebant de ſpirituali, conſequente eos petra. Certè in animum non inuitus inducerem, duo aduerſa hîc in prodigium diuinæ potentiæ produci. Nempe & quòd illo aſpiciente petrarum rigor, ſolidáque durities, ſicut cera ad ignis intuitum liquido fluore diſpereat; & quòd aquarum fluxa labiliſque natura, montium ſcopulis affigatur, nec illis ventilatis & motis inquietè fluat, ſed de lapidum ſocietate duretur. Hunc duplicem & aduerſum effectum de radiis ſolis canit Lucretius lib.6.

Mich.1.4. Pſalm.57.9. Pſalm.67.3. Calaber. Exod.17.6. 1.Cor.10.4. Lucretius.

Principio terram Sol excoquit, & facit are:
At glaciem diſſoluit, & altis montibus altè
Extructas ningues radiis tabeſcere cogit.
Denique cera liqueſcit in eius poſta vapore.

97. Additur in Græco poſt eadem omnino verba: *Sed in timentibus te tu propitiabèris eis: quoniam parum tibi omne ſacrificium in odorem ſuauitatis, & minimus omnis adeps in holocauſtum* tuum. Quibus verbis non reſpondent, quæ in verſ. ſequenti in Latino ſubduntur. *Qui autem timent te*, &c. cùm eadem etiam adiiciantur in Græco. Ex hac aduerſatiua *Qui autem*, quæ in vtroque textu eſt, cenſet Serarius, per euulſos montes, liqueſcentéſque ab ignis conſpectu petras tropologicè intelligendos diroſque homines, & in flagitioſa rebellione rigentes præ aſperitate ſuperbiæ, aqueóſque & fluidos præ veneris luxu, & illecebrarum mollitie, iri à Numine deuaſtandos, ignîſque ſulphurei exurendos ardore.

Græca. Serar.

98. Diſplicet omnino hæc metaphorica expoſitio, cùm clara verba non his tropis indigeant, nec vrgeat aduerſatiua *autem*: Tum quia in Græco illamet appingatur poſt ſimilem aduerſatiuam aliam. *Sed in timentibus te*, poſt quam illicò apponitur: *Sed qui te timent*; Tum quia etſi in proprietate ſumantur, liquidò ſenſus fluat. Nam hæc diuinæ potentiæ prodigia, nempe comburere petras, reuellere montes, aquarúmque diſiici globos, ſolet eſſe apparatus diuini rigoris, & vindicis in ſontes iuſtitiæ pompa; ſicut expirante in patibulo Domino petræ ſciſſæ ſunt, montes perfricti, Sólque tenebroſa palla contectus, templique velamen diſciſſum in Ieroſolymitani excidij portentum & omen, iuxta illud Sapientiæ 5. verſ. 18. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, acuet duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Ibunt directa emiſſiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & à petroſa ira plena mittentur grandines, excandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.* Iob 38. verſ. 22. *Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli?* Quæ quidem aduerſus ſceleſtorum vltionem minæ ſunt; cùm tamen timentibus Dominum omnia lactea, & amœna in dulcis pacis beneuolam ſuauitatem promineant, vt conſtat ex Ioële 2. verſ.16. *Dominus de Sion rugiet, & mouebuntur cæli & terra.* Et ſtatim verſ.18. *Et erit in die illa, ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.*

Matth.27.51. Sap.5.18. Iob 38.22. Ioël.2.16.& 18.

99. Quare poſt euulſiones montium, liquidúmque petrarum interitum, quæ ad diſtringendas in ſuperbos iras præcedunt, bene ſubnectitur: *Qui autem timent te, magni erunt apud te.* Præcipuè quoniam alludere videtur Iudith ad Aſſyriæ iactantiæ ſupplicium. Præceſſerat enim ſuprà verſ. 5. quòd veniſſet Aſſur ex montibus ab Aquilone furorem fulminans, & aquarum obturans fluenta; vt fines Hebræorum incenderet: *Dixit ſe incenſurum fines meos*, &c. Inde pulcherrime contraponit, quam leuis ſtipula cenſenda ſit Aſſyriorum ſuperbia coram Domini potente virtute. Quoniam ſi illi de montibus in populorum perniciem iactati ſunt, montes ſolo nutu reuellit Deus. Si torrentes, phalangum multitudine exſiccauerunt, ſeu voraginum impegerunt ora, aqueos vortices vno oculorum ictu contundit Deus, & in ſtillas, maieſtatis voce triturat. Si incendere geſtiebat Hebræorum muros, labilis cera ſunt ſcopuli diuinis obtutibus, qui ab eius oculorum ardore tanquam ſcopuloſis fluentis in mane labuntur. Denique aduerſatio *Qui autem*, in verſiculo ſequenti, non cum ſuperioribus,

ſed cum inferiori verſiculo poteſt necti: vt ſenſus ſit: Cùm autem nos timeamus te, vae genti inſurgenti ſuper genus meum.

100. Vatabl. Quod in Græco additur: *Quoniam parum tibi omne ſacrificium in odorem ſuauitatis*; Vatablus duplici ſenſu gaudere autumat, quem tacito
Serar. nomine ſectatur Serarius, nempe: Parum eſt, vt tibi bene oleat quodlibet ſacrificium, cùm ſuffimentum ſuaue ſolùm tibi ex virtutum areola ſurgat, animíque contriti pulueribus, aromatibúſque timoris. Vel, quòd ſacrificium, quod ex ſua natura in odorem fumigat ſuauitatis, parum tibi eſt, quem potiùs rationalis mentis odoramenta delectant. Verùm huic vltimæ expoſitioni magis fido; quaſi vnum prædicatum conficiat totum hoc *ſacrificium in odorem ſuauitatis*, cùm paſſim in Scriptura ſic appelletur. Quæ vt cum ſuperioribus cohæreant, hunc ni fallor, ſenſum amabunt: *Seruiet tibi omnis creatura.* Si oculus tuus conniueat, inanimata & rationis expertia docilibus mouebuntur impulſibus; montes medullitùs diſcutientur, aquæ mutabunt ſinus, ſcopuli cerei fient. Verùm parua ſunt creaturarum rationalium Opifici, quem alia maiora ſacrificia demulcerent; nempe timoris & reuerentiæ vapor, non carneus in holocauſtum adeps, non de victimarum fibris fumantibus nidor: ſed ſacrificium
Pſ. 50. 19. Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum.

101. Verſ. 19. *Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia. Magni* vocabantur Perſarum Reges. Ab hoc tinnitu magnitudinis ſuperborum aures delinitæ timorem Domini deſpiciebant, vnum Deum extra timoris metam facien-
Seneca. tes, ſicut alias dixit Seneca lib. 4. de benef. c. 19. *Tu denique Epicure Deum inermem facis, omnia illi tela, omnem detraxiſti potentiam, & ne cuiquam metuendus eſſet, proiecisti ipſum extra metum.* Plura ſupra diximus de magnitudinis lenocinio, quo ſupercilioſi Perſæ ſibi enormiter blandiebantur, timeri edocti, non timere, Do-
Martial. mini Deique ſacrilego titulo elati, vt ridet Martialis lib. 10. epigr. 72. Ergo inquit Iuditha: Inermem Deum Epicuri illi fecerunt, omnia tela omnem detraxêre potentiam; inſcij quod diſturbare poteſt montium conſtantiam, ſcopulos exinanire in fluorem, aquas ſolo nutu diſperdere. Et tamen Magnos ſe vocari ſollicitant, cùm tamen magni ſint appellatione, non re. Verùm qui te timent, non in vno tantum ſonitu appellationis, ſed in omnibus magni erunt. Non apud plebeculam in omnes ſe adulationis formas vertentem, ſed apud te, in cuius lance, libræque fideli iudicio veræ magnitudinis appenduntur momenta. Energiam habet ly *apud te.* Quid enim magnum coram eo, qui *magnus Dominus, & laudabilis nimis eſt, & ma-*
Pſ. 144. 3. *gnitudinis eius non eſt finis*, Pſalm. 144. verſ. 3. Qui *magni erunt*, ad futuram beatitudinem re-
Ma. 5. 19. ſpicit, de qua Matth. 5. verſ. 19. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum*: vtramque enim ſortem exponit reproborum ſcilicet, & proborum. De reprobis enim vlciſcendis actura, prædeſtinatorum titulum reproducit, ſub vno magnitudinis glorioſo ſtemmate eorum beatitudinem repræſentans.

Verſ. 20. Væ genti inſurgenti ſuper genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij viſitabit illos.

Verſ. 21. Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum vt vrantur, & ſentiant vſque in ſempiternum.

Verſ. 20. *Væ genti inſurgenti.* Licèt gentes 102.
homines vniuerſi orbi ſoleant, vt Hieronymus Hieron.
docuit in cap. 34. Iſaiæ. & Ezechiel. 30. vt plurimum ſcripturarum ſtylo, infideles, idololatræ; & quotquot extra Hebræum nomen, hac
voce ſignificatur, vt Origenes dixit hom. 15. Origen.
& 19. in Numer. conſtatque ex Pſalm. 2. *Poſtula* Pſalm. 2.
a me, & dabo tibi gentes. Et Leuit. 25. Exodi 34. Leuit. 25. Exod. 34.
Ierem. 51. & vbiuis. Hoc ſenſu donanda vox hæc Ierem. 51.
eſt hîc, præcipuè cùm diſtinguat ab Hebræis: *Super genus meum.* Quare in Græco *οὐαὶ ἔθνεσι* *væ gentibus*: quod ſtylo noſtro verteremus *væ Ethnicis.* Qua miſerationis dictione dolet à vero Dei cultu extorres, qui in fideles Dei obarmantur. Sed poſtquam Iudæi, qui circumciſionis ſignaculo de diuino genere cenſebantur, in ipſum Deum omnibus gentibus irreligioſiores, cruci eum affixerunt, in præputiique abſciſſione gloriantes, hoc ſibi a gentibus vulnere diſcerni blandiuntur; potiùs *gens* appellandi ſunt, obſcœnaque nimis, vtpote qui immundas & pollutas incircumciſas gentes appellent, cùm ipſi de propudioſo iam, & obſcœno in ſitu turpitudinis ſtemmate, ſanguineam ſe iactent differentiam turpiter ſeruauiſſe. Inde eos obſcœnam
gentem bene appellat Rutilius: Rutil.

Reddimus obſcœnæ conuitia debita Genti,
Quæ genitale caput propudioſa metit.

Genus enim Dei cùm eſſent, ablatum eſt hæreditarium regnum frugiferæque genti conceſſum,
Matth. 21. verſ. 34. *Auferetur a vobis regnum Dei,* Matth. 21.
& dabitur genti facienti fructus eius, nempe Gen- 34.
tilibus in Dei ſortem adſcitis.

In die iudicij viſitabit illos. Quòd de vniuer- 103.
ſalis iudicij nouiſſimo die agat, ægreque alium commentarium accipiat, plura me mouent. Tum quia vnum diem iudicij ad omnes puniendos, non ſingulis ſingulos dies pro ſingularibus ſuppliciis apponit. Tum quia *viſitare*, iudicis aduentum ſignificat, ſicut & primus Dei noſtri aduentus ſub hac ipſa voce protertur. Tum vel maximè quia nequit intelligi de ſingulari iudicio contra Aſſyrios, Perſas, & Medos exercendo, qui Duce ſuo iugulato iam iuſtas luerunt pœnas; ſiquidem & ab Hebræis inter equorum vngulas occubuerunt contriti, vel fugaces præcipiti eliſi ſunt caſu, vel tenitentes lanceis tranſfixi. Nec poteſt intelligi de alia Aſſyriorum ſtrage, quam ſub Sennacherib Angelo militantes ſubiit exercitus: quoniam hæc diuina vindicta elapſis iam ſæculis præterierat, nec præterita Iuditha memorat, ſed futura prædicit. Quare diffidendum eſt omnino à Sanctij enodatione, qui hæc verba de prædicto gemino Aſſyriorum interitu accipienda pronunciat; cùm tamen tam in Latino, quam in Græco futuritio ſit in ly *vindicabit*, & ly *viſitabit*. Denique quia verſiculus ſequens demonſtrat hîc extremum ominari iudicij diem,
poſt

post quem ignis & vermis peccantium corpora comburet pariter & arrodet.

104. Vers. 21. *Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum.* Quod hîc in Latino est: *Vt vrantur &*
Græca. *sentiant vsque in sempiternum.* Græcè est: *καὶ κλαύσονται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος*, id est, *& fle-*
Serar. *bunt in sensu vsque in sæculum.* Conciliat Serarius litteræ detractione: nam vbi legitur: [illegible] *lugebunt*, legendum putat [illegible] ardebunt. Ingeniosa emendatio est. Verum si sic, non ita sensus absque salebris fluit. In Latino enim venustè, partitione quadam, igni combustio, vermibus adscribitur sensus, id est, affixio doloris & punctio: mordax enim, altéque penetrans vermium stimulus est, si vel lumbricos dixeris, siue serpentes, siue vermiculos ex fame tabéque carnis putridæ ebullientes. Quare quod Latinè est *& sentiant*, non de qualibet sensatione, videlicet de obiectorum sensuúmque exercitio accipias, sed de sensu doloris, acriísque transfixionis miserabili pœna, quod
Basil. Hispanè dicimus *sentimiento*, sicut dixit Basilius Psalm. 33. *In inferno, vermium innumerabilium genus venenosum ac carniuorum erit, edens quidem, nec tamen se satians, intolerabiles dolores morsibus infligens.*

105. In Græco autem non sic concinnatus sensus euadet: *Et ardebunt in sensu vsque in sæculum:* cum nihil signate vermium affectioni tribuatur: nec etiam in sensu comptus stylus est; sicut appositè nimium dicitur: *Et lugebunt in sensu*, id est, præ doloris acerbitate, mordacitatéque stimuli, vel ex sulphureæ fornacis fumo dilutas ab oculis lachrymas fundent ab igne pariter & à vermibus stimulati. Quare *flebunt in*
Matth. 8. 12. *sensu* aptè dicitur & iuxta Christi Domini pronunciatum Matthæi 8. vers. 12. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Quod ad duplex tormentorum genus solet referri, nempe ignem & fri-
Iob 24. 19. gus, iuxta illud Iob cap. 24. vers. 19. *Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium.* Aymo:
Aymo. *Per metaphoras membrorum pœnas describit tormentorum. Solent enim oculi fumo tacti lachrymas producere; dentes verò à nimio frigore stridere. Ostenditur ergo, quod reprobi in inferno & calorem intolerabilem, & frigus sustinebunt.*

106. Quæ dico, si non segniter mediteris, in hoc duplici supplicio, igne nempe & vermibus à Iuditha nostra probantur; de igne quidem
Remig. clarè constat; quia adstipulante Remigio in prædicto Matthæi loco, fletum illicò solet exprimere. De frigore ex vermibus probare valemus; vermes enim hi venenatæ serpentes sunt, anguésque & cerastæ tabificæ, quæ iniecto toxico, seu dente infixo misere corpora terebrabunt. Quare Auctor de triplici habita-
August. culo apud S. Augustinum tom. 9. dixit: *In in-*
Anselm. *ferno est ferocitas bestiarum, dilaceratio immortalium vermium*, sed clariùs Anselmus in elucidario: *Tertia pœna damnatorum est vermes immortales, id est, serpentes & dracones, visu & sibilo horribiles, qui vt pisces in aqua, ita viuunt in flamma.* Vermes autem, plurimúmque serpentum genus angues, dracones, vtcúmque frigidi dicuntur ex veneni, quod euomunt, frigore: quare abeunte animæ calore, quæ ignea est, è gelido nascuntur cadauere. Vtrumque in-
Rupert. nuit Rupertus Genes. 3. *Omne venenum frigidum est, & ideò anima, quæ ignea est, fugit venenum frigidum.* Theocritus edyl. 15. *Timeo maximè ser-* Theocrit.
pentem frigidum. Statius 7. *Nil præter gelidum ausa conferre cicutam.* Statius.

Quare scitè pro frigida vermium venena indicauerim; aptéque vermes hi nempe serpentes 107.
cum igne nectuntur, ne torpentes & segnes, & absque viuacitate furoris putentur; sed ab ignis concitati feruore impetuosiùs & alacriùs frigida venena inter flammas palpitantia diffundant; vt damnatorum corpora aduersa supplicij vicissitudine simul frigeant à toxico, & ardeant ab igne. Fauet huic cogita-
tui S. Isidorus lib. 12. cap. 4. *Omnes serpentes natura sua frigida sunt, nec percutiunt, nisi quando calefiunt: nam quando sunt frigida, nullum tangunt. Vnde & venena eorum plus die, quàm nocte nocent; torpent enim nocturno algore, & meritò, quia frigida sunt nocturno rore.* Corteri ondet itaque ignis & vermis, de queis Iuditha, fletui & stridori, qui à Christo Domino in sulphuream inferorum lacum prænuntiantur casuris. Isidor.

Ideò autem *in carnes eorum* dixit: quo- 108.
niam, licet ignis inextinguibili animas comburet, nec absumet incendio; vermísque fortasse etiam de spirituum transfixione, supernaturali quadam eleuatione tumebit; tamen quod difficiliùs erat, nempe quòd corpora sub æterna morte æternanda sint, perennibúsque vegetanda suppliciis, (quæ oculis videntur, in puluerem eundum ventilari post mortem) voluit ostendere corporumque resurrectionem, & post interitum immortalitatem, fideli vaticinio prædixit; quod ex fletu & stridore dentium similiter arguit Hieronymus in Matth. 8. Hieron.
Si autem fletus oculorum est, & stridor dentium ossa demonstrat; vera est corporum, & eorumdem membrorum, quæ ceciderant, resurrectio.

Duplex quæstio solet hîc agitari. Prima, an 109.
hæc de temporali supplicio, quod experti sunt Assyrij & Persæ, veniant intelligenda. Secunda, an si de æterno, gehennæque ignis, quæ reprobis extruciandis exardet; vermes hi cum metaphora & tropo de stimulis conscientiam agitantibus, an de veris bestiolis accipiendi.
In prima quæstione Serarius eruditè de vtroque Serar.
genere tormentorum, temporaneo scilicet & æterno, hæc exponit. Quin Sanctius signatè Sanctius.
de Assyriorum strage sub Sennacherib. Nec deest, qui autoribus præfatis subscribat, addens, de huius exercitus clade hæc accipienda, quòd vermes hi sint, (quidam Neotericus) qui Assyriorum cadauera tunc per campos prostrata depascuntur & rodunt.

Certè longè distat prudentissima fœmina 110.
ab huiusmodi sensu, cùm generaliter agat de Gentilibus procacibus & superbis, qui aduersus Deum verum, ac proinde in Israëlitides Dei cultores, turpibus, & efferis scelerum conatibus surgunt, in quos extremi iudicij diem, & appendicem eius gehennam distinguit. Non enim de hoc Holoferniano exercitu temporalibus pœnis conterendo iam agere potest in huius cantici coronide, cùm in reliquo carmine iam cecinerit, quod perierunt in prælio à facie Domini. Nec quid magnum protenderet, quòd cadauera eorum vermibus essent excarnificanda: id enim non iam vitij, sed corporeæ naturæ malum est,

quam postquam spiritus vitalis dimisit, putredo & tabes post primigenij erratum ex Domini sententia consequitur, siue Hebræus sit, siue Gentilis, iustus siue reprobus cadat. Vnde pronunciatum illud Hebræorum inualuit: *Septem sunt, in quos vermes nihil post mortem potuere, Abraham, Isaac, & Iacob, Moses, Aaron, Maria, & Beniamin filius Iacob*, vt videre est apud Novarin. Nouarinum lib. 6. Schedasm. num. 49. Nec ignis in occisorum Assyriorum corpora hic legitur pergrassatus. Nec de Sennacherib, vt suprà obseruauimus, etsi igne exercitus intimè perierit adustus, potest accipi: cùm strages ista elapsis sæculis accidisset. Quare maturè Serarius, si de temporali supplicio hæc intelligantur, non de hac Assyriorum clade, sed vniuersim de ea, quæ peccatoribus imminet, exposuisse delegit, metaphoricè per ignem & vermes, quidquid morborum est, explicans iuxta Eccle. 10. illud Eccle. 10. *Cùm mortuus fuerit homo, hereditabit serpentes, bestias & vermes.* Maneat itaque ratum & firmum, hæc æternam vindictam protendere, vt ipsamet verba absque effugio conuincunt: nisi enim æternitas in vermium corrosione, ignisque furore promineat, frigida nimis redditur comminatio. Quid enim quòd in perpetuum hoc in cadauera maneat supplicium, si ly *in sempiternum*, non de quocumque corpore corrodendo, vrendóque, sed successiuè de omnium collectione sumatur; cùm vt dixit Gregor. Gregorius 16. Moral. cap. vlt. *Quid caro nisi putredo & vermis est? Quæ enim sit carnis substantia, testantur sepulchra.*

111. Si his firmiter hæseris, potest non insubtilis cogitari allusio ad Assyriorum & Persarum cadauera, quibus discruciandis ignis & vermis remanent immortales. Persæ enim cadauera gentis cerâ circumliniebant, quasi hoc bitumine Herodot. adductius putredinem arcerent. Herodotus lib. 1. num. 140. *Persæ igitur mortuum cerâ inuolventes in terram condunt.* Cicero 1. quæst. Tuscul. Cicero. *Persæ iam cerâ circumlitos condiunt, vt quam maximè permaneant diuturna corpora.* Decipiuntur Persæ, cùm suæ ceream præparant monumentum. En adductius, ceram ignis est, tam efficax & validus, vt & petræ sicut cera liquescent ante faciem eius, vt aptissimè vatas, id suprà cecinisse Iuditham vers. 18. Quin horrebant Persæ & Assyrij, igne comburere cadauera, sicut & Ægyptij humare, ne deuorarentur à vermibus. Quare Cambysem execrati sunt Persæ, quod Amasis cadauer igne combureret. Ausculta Herodot. Herodotum lib. 3. num. 16. Cambyses *iussit cremari cadauer Amasis, haud quaquam Sancta iubens: qui à Persis Deum ignem esse arbitrantur, & apud neutros moris est cremare cadauera; apud Persas quidem, quia nefas esse aiunt, Deos depasci cadauere hominis; apud Ægyptios autem, quia persuasum habent, ignem animatam belluam esse, & omnia, quæ nascuntur, deuorare, & postquam deuorando fuerit expleta, vnà cum ipsa re deuorata emori. Non esse vero apud eos consuetudinem, mortuum belluis tradendi, sed saliendi, ne inhumatus deuoretur à vermibus. Ita neutris consuetam rem iussit agi Cambyses.* Ideò nunc Ægyptiorum morem recitat Herodotus, quem tunc Cambyses agebat apud Ægyptios. Vide quam concinnè ita aduocentur ad supplicium, quod Iuditha comminatur, nempe quod igne & vermibus carnes sunt deuorandæ, non quidem vt ignis quasi animata bellua, postquam vorauerit, extinguatur, nec vermis carnibus saginatus intereat, sed quòd immortalis, & quasi rediuiua pernicies sit, vt Cambyses, cui Holofernianus exercitus militabat, iuxta nostram chronologiam, Deum experiatur vltorem, & ab æterno, quod manet in gehenna supplicio, vtique etiam temporaneum conijcelet.

Quin, non defuit qui putauerit, Persas defunctorum corpora non humare, ne à vermibus ederentur, potiùs alitibus, canibúsque dilacerandа proponere, licèt id dij sieuerit Herodoto Herodot. lib. 1. num. 140. *Ista quæ de mortuis produntur, obscuriora, neque perinde certò: cadauera videlicet defunctorum Persarum non priùs humari, quam aut ab alite, aut cane trahantur.* Scio quòd Agathias lib. 2. histor. quem suprà dedimus, dixit, Agathias. honestissimam fuisse apud Persas sepulturam canum guttura, & rapacium omnium ferarum, ne, vt mœditor, in pulverem, & saniem carnes dilutæ, ignominiosum oculis spectaculum exhiberent. Sed stat Iuditha, Persicæque illudit superbiæ, asserens quòd carnes eorum non vtcumque dissipabunt, sed immortali incendio sub vermium putrida, ignominiosáque corrosione in sæcula perpetua apparebunt, in æterno patibulo discrucianda, à feris quidem horribilibus, & carniuoris bestiis, mordacibus, & fœdissimis. Ideò signatè quod de animabus subtiluit, de carnibus effata est, vtpote quarum honori, durationique, & vsque ad aromatum ætatem latura condimenta curationi Persæ medullitus incumbebant, vt iam dedimus supra ex Cicero. Cicerone 1. Tuscul. A Magis tamen Persarum, deindéque fluente tempore, à cæteris Persis obseruatum inualuit, quod antea innuabamus, nempe cadauerum carnes auibus, canibusque obiicere, vt deuorarent, nudáque ossa, nec iam vermibus obuia sub terra condere, seu per Agathias. campos dispergere. Ausculta hanc Agathiæ verba dicto lib. 2. *Mermeroes demortuum corpus extra vrbem destinato in loco perfusum, solum nudúmque reliquerunt, canibus simul & auibus vel huiusmodi cæteris obscœnis, & sarcoubris animantibus laniandum & absumendum. Hunc ex lege seruant Persæ sepulturæ ritum, nudata ex carnibus ossa per campos dispersa iaceant, velint.* Igitur in carnes non periturum ignem, nec emoriendum vermem Persis & Assyrijs Iuditha minatur, cùm iusta pœnas incurrit in inferno, vbi nec à morsibus, nec ab incendio incensa deuorata, que caro minuetur, sed velut renatis fibris bestias rapacissimas depascet, iuxta illud Poetæ 6. Æneid. de Virgil. Tityj apud inferos pœna.

> ——— rostroque immanis vultur obunco
> Immortale iecur tondens, habitátque sub alto
> Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.

Idipsum æquali charactere ac eo, quem explicamus, prædixit Isaias cap. 66. vers. 24. *Egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Quod Iuditha carnes dixit; cadauera nuncupauit Propheta; quia licèt viua sint corpora, quia in profundum cecidere ad supplicium sub cadaueris titulo aptissimè computantur, cadauer enim à cadere est. Ex quo Isaiæ loco inexpugnabile conficitur argumentum, hæc nostræ Iudithæ verba de gehennali vindicta accipienda fore; quoniam primus omnium ea protulit Isaias, à quo constat 113. Isai. 66. 24.
[illegible] sacram

Eccle.7.19. ſacram fœminam in ſacris voluminibus eruditam memoriter libauiſſe, ſicut & Eccle. 7. v. 19. Prophetæ autem præfixa verba ipſiſſima ſunt, quæ Chriſtus Dominus de gehennalibus tor-
Marc.9 42. mentis expoſuit. Marc. 9. verſ. 42. *Bonum eſt tibi debilem introire in vitam æternam, quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Quæ ratio demonſtratio mihi eſt, nec vltra inſudandum, de futuro ſæculo exponendam eſſe Iudítham.

114. Altera quæſtio, an verus, an metaphoricus
vermis exedet corpora damnatorum? Benè
Serar. diſcutitur à Serario & Sanctio hîc, Cornelio à
Sanct. Lapide Iſaiæ 66. verſ. 24. vbi plures refert. De
Cornel. veritate vermium inſignia apud præfatos auctores aliquorum Patrum teſtimonia feruntur, quos litterarum ſtudioſo venerationis obſequio ſectari, e religioſa ſapientia eſt. Pro tropo & methaphora vermium decertat communis opinio. Si iudicium noſtrum paruidum, vt par eſt, & humile proferre liceret, non vtrique differret, negotium mihi faceſſeret, quomodò vermes veri ſignatè excruciandis corporibus producantur, hoc ſtylo certè demiſſo & humili, nec qui illicò attonitum horror incutiat: Non ſerpentes, dracones, ceraſtæ, viſu & ſibilo horribiles, (ſicut de vermibus intelligi vult Anſelmus) non carnifices, truceſque feræ, beſtiæque & omne formidabile genus profertur? Cur à continua dictione vermis, nec aliquando mutata, exprimitur corporum cremandorum lanięna.

115. profectò in cauſa eſſe putandum eſt, quod defunctorum corpora priuſquam poſt vniuerſale iudicium in flebilem tremendúmque rediuiuit lacum ceciderint, à vermibus in ſepulchris fuerunt exeſa, temporali tamen ipſios naturæ ignominia, inſenſibilique probro. Quare in alio ſæculo vermes hi non tantum ipſa putrida corporum tabe pereuntes, ſed immortales pronunciantur, non quia vermes veri ſint, ſed quia & vermibus carnis illa incendij pœna ſuccedit incorporata; & quod hîc vermes, qui interierunt ...bant, nec ...ſque ad extra, viſceráque colluuiem, & ſaniem mordaciſſimis exedere ſtimulis, illic ægeritudis pruritus, & vellicatio, quæ acutis incendij ſtimulis inflamet corpora terebrabit. Verbis itaque anim æ angor erit ex præteritorum memoria ſubſiliens, conſcientiæ que rodentis mordaciſſimus dens, vermis qui c ...es punget, ipſius ſcintillantis pyræ erit aculeatum incendium. Sic eûm quis pediculi ſtimulatur, vermiculíſque pungitur, ardere à
Hieron. pediculis dicitur, cuicúmque enim punctioni carnis, etiamſi per frigida ſit, incendiú tribuimus. Quare in hac ipſa re incendium algoris dixit Hieronymus in Iob. 24. *Qui illic torquentur, nunc quaſi ignem ardentem ſentire, nunc nimium algoris incendium.* Ergo vt animæ & corporis æternum ſignatur ſupplicium, ignis & vermis pro tota pœna protenditur; ignis quidem verus; metaphoricus vermis. Cum eâ, vt méditor, diſtributione, quia quà ignis, deſæcatius nempe, &c., vt ſic dixerim, quaſi ſpiritalius elementum, animam alte combu..., & penetret? quà vermis, qui è materia, craſſioreque putida carnis progignitur, corpus ...; cùm tamen vnus atque idem ignis ſit. In quo potiùs aduerſam ſententiam duco ab aliquibus auctoribus, qui ſentiunt, ignem de excruciando corpore dici, vermem de anima ſtimulanda; cùm clarè conſtet, quàm aptior concinnatio ſit, quæ ex vtriuſque ſimilitudine probatur, nempe ad igneam animam, ſicut eam vocauit Iſidorus & Rupertus, ſubtiles illas flammas, quæ in ſpiritum agunt, pertinere; vermem au- Iſidor.
tem, cùm ſuapte origine gignatur à carne, de Rupert.
corpore pungendo prædici. Quæ accommoda diſtributio eſt, cum vtraque reprobi portio à flamma ſub hac gemina cruciatus ſpecie torqueatur.

Si hanc verborum energiam, diſtributioniſque rationem attigiſſet Maldonatus, ei penitus 116.
aſſentirem, qui in dicto cap. 9. Marci verſ. 24. Maldon.
cenſet verme & igne neque pœnas diuerſas, neque diuerſarum hominis partium, ſed totius hominis pœnam vnam eamdem, totamque ſignificari. Sed quoniam refragari non debet, quiſquis fuerit bene de ſacrarum litterarum meditatione meritus; aliquid ſingulare innuit, cùm tam perpetuò Scripturæ ſtylo poſt ignem vermis in damnatorum cumulatur ſupplicium, ſaltem ſi non aliud præter ignem, ipſum ignem ſub aliqua ſpecialitate in vermis tropo depinxit exponere, cum reſpectu quidem ad corpus. E corporis enim putidâ ſanie, mortalique corruptione vermis exoritur: & ac proinde ſcintillans flamma, quæ igneis acuminibus corpora pungit, & quaſi ab ipſius carnis vitioſæ incentiuis, & putredine gignitur, vermis meritò nuncupatur.

Verſ. 22. Et factum eſt poſt hæc, omnis populus poſt victoriam venit in Ieruſalem adorare Dominum, & mox vt purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repromiſſiones ſuas.

Verſ. 23. Porrò Iudith vniuerſa vaſa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus, & conopeum, quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in anathema obliuionis.

Verſ. 24. Erat autem populus iucundus ſecundum faciem Sanctorum, & per tres menſes gaudium huius victoriæ celebratum eſt cum Iudith.

Verſ. 22. *Et factum eſt poſt hæc.* In Græco 117.
non modica emphaſi dicitur: *Vt autem venerunt in Ieruſalem, adorauerunt Dominum*; quaſi cum tripudiis & choreis geſtiens populus vniuerſus, in Ieruſalem dirigeret curſum, nec itineris longitudo, difficultaſque ſemitæ aliquid de feſtiua celebritate turbauit. Mos quidem erat, poſt partas victorias, vt gloria triumphi religioſa potiùs euaderet, quàm ſuperba, illicò Ieroſolymam petere, vt ſe victores ſiſterent Domino, & quæ ab hoſtibus eripuerant, ſupplici obſequio conſecrarent ſpolia. 2. Reg. 8. verſ. 7. *Et* 2.Reg.8.7.
tulit Dauid arma aurea, quæ habebant ſerui Adarezer, & detulit ea in Ieruſalem. Ioſephus lib. 7. Ioſeph.
antiq. cap. 6. *Ceu trophæum aureas ſatellitum Adadi pharetras, reliquámque eorum armaturam Deo Ieroſolymis conſecrauit.*

Sed antequam veſtibulum templi adirent, ſe 118.
 expiauerunt

expiauerunt lustralibus aquis, abluerúntque cædes, quibus tinxerant manus, ne quid de vindictæ reliquiis, sanguineáque furoris aspergine siue in cute, siue in pectore resideret; sed nitidi & mites, coram pientissimo Domino, ferentes gratitudinis dona apparerent. Quam causam fuisse huius purificationis meditor, ne ad templum & aras, quæ sunt misericordiæ sedes, asyláque pietatis, irarum comparerent reliquiæ, vltionisque color terreus & cruentus ante tranquillum & amœnum Domini se dedisset conspectum. Id & apud Ethnicos in vsu fuit.

Tertull. Tertullianus de Baptismo cap. 5. *Penes veteres quisquis se homicidio infecerat, purgatrice aqua se expiabat.* Et quidem hoc sub ipso purificationis

Hippocrat. vocabulo, de quo hic, Hippocrates lib. de morbo sacro: *Terminos templorum ac delubrorum designamus, vt nullus qui non purus sit, eos transcendat, & ingredientes aspergimur, non velut qui inquinemur, sed si quod etiam prius scelus habemus, vt purificemur.* Signate dicitur: *mox vt purificati sunt*, quasi non aliquid noui inferat auctor, sed obseruationem legis commemoret.

119. Nec tantum purificatos censeris, qui Dominum adorare parabant, sed & ipsa donaria, quæ ex præda victori Domino offerebantur, iuxta

Num. 31. 23. sanctionem Domini, Numer. 31. v. 23. vbi cum de spoliis agitur, sic decernitur: *Et omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur; quidquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur.* Nec quid de Gentilitatis contubernio, vel ipsis vtensilibus adhæsisset, sordium contectas flamma excoquebat, seu lustralis aqua expiabat, in documentum nitoris, quali rationalis animus, qui se Deo deuouet, fulgere debeat, quem non externa flamma vel vnda, sed interna, amoris nempe, & lachrymosæ compunctionis emaculet.

120. *Obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas.* Diceremus de his, nisi abunde a nobis singula manerent discussa supra tom. 1. cap. 4. num. 44.

Græca. In Græco est: καὶ τὰ ἑκούσια αὐτῶν, καὶ τὰ δόματα. Quod verti solet *& vota sua & dona*. Certe ἑκούσια adiectiuum est, id est, spontanea, voluntaria, consultoque facta. Solus

Philo. Philo substantiue ponit τὸ ἑκούσιον pro libero arbitrio. Quare dicerem, vitimam tiu, καὶ superfluere, vt construatur τὰ ἑκούσια, τὰ δόματα, id est, dona, quæ voluntaria sunt, sicut supra cap. 4 vers. 11. in Græco sunt eadem verba τὰς εὐχάς, καὶ τὰ ἑκούσια δόματα τοῦ λαοῦ, id est, *offerebant vota, & spontanea dona populi.*

Vatabl. Vatablus hic exponit: *Et voluntaria sua*, scilicet munera, quæ liberaliter, vltróque offerentur, propterea, quæ ex lege necessarioque debebant: quasi ly δόματα dona fuerint, non quæ sponte, sed quæ iuxta legem pendere cogebantur. Cui censioni video obsistere, nullibi vinculum hoc haberi, potius Numer. 31.

Num. 31. 53. vers. 53. dicitur: *Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat*: nec Latinus hic in vtroque muneris genere discernit.

121.

Serarius. Serarius putat spontaneorum nomine significari sacrificia ἑκούσια, & εὐχαριστικά; donorum vero quæque simplices oblationes. Sed cum iam præcesserat τὰ ὁλοκαυτώματα, nempe *obtulerunt holocausta*: magis inclinor nullum in his discrimen, vel τὰ ἑκούσια esse apud Græcum, quæ apud Latinum *vota*. Cum enim significet id, quod consulto factum est, & non per imprudentiam, vt docuit

Aristot. Aristoteles 5. Ethicor. Dico

ἑκούσιον, id est, *voluntarium, quod quis conscius eorum, quæ apud se sunt, & non inscius agit*; bene adsonat voto, quod est deliberata spontaneáque promissio. Latinus distinguit inter vota & repromissiones: fortassis exegesis est, & *repromissiones*, explicatio prioris. Ideo sic dictæ quoniam qui in periculo est, timétque ad imminentem cladem, quod semel promisit, iterum pluriésque repromittit, & vt damnum propendens euadat, affectum cum feruore multiplicat. Explicuimus citato loco, vota nuncupari anathema ipsa, iuxta illud Propertij lib. 4. eleg. 3. *Omnibus* Propert.

in portis pendens mea noxia vota. Ergo vota sint hic dona, quæ voti causa, & gratitudinis ergo coram Numine suspendebantur. Crediderim Holofernis spolia nec de tinea rubigineque deformata, & militibus vt donaria fuisse suspensa, quæ Græce dicuntur ἀναθήματα, de quibus Ma- Macrob.

crobius: *Ornamenta phanorum sunt clypei, coronæ, & huiuscemodi donaria.* Hoc stylo oblata spolia *donaria* dicuntur in sacris; quippe in simili causa, Numer 31. vers. 50. *Offerimus in donariis Do-* Num. 31. 50.

mini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides, & armillas, &c. Simul 4. 5. Reg. 8. 1 Reg. 18.

vers. 10. & Iosue 6. vers. 19. De prophanis literatura superstitionum est quidquam intexere, cum obuia sint in prophanis vota suspensa. Iosue 6. 19.

Vers. 23. *Porro Iudith vniuersa vasa bellica* 122.

Holofernis. In Græco vniuersalior vox, ac proinde liberalior donatio videtur apponi; est enim simpliciter πάντα σκεύη *vniuersa vasa Holofernis*; nec ad bellica contrahitur. Ast eandem vtrobique sententiam iudico: nam non semel apud Septuaginta τὰ σκεύη bellica instrumenta significant. 1 Reg. 14. αἴρων σκεύη dicitur armiger, id 1. Reg. 14.

est, portans vasa: vbi iterum est, *portans vasa eius procedebat post eum*: quod apud Vulgatam

est *armiger eius*. Sic Thucydides, licet alius dixerit: πολεμικὰ σκεύη, scilicet *vasa bellica*; tamen Thucyd.

absque hoc adiectiuo, ait καὶ τῶν ἀμφὶ τὸ σῶμα σκευῶν, id est, vasorum, quæ sunt erga corpus, scilicet armorum. Quare in vtroque textu solum arma Holofernis, & quodque genus instrumenta bellorum, quibus ille vtebatur, obtulisse Domino, exponendum est; cum congestos diuitiarum aceruos ex Holofernis tentorio sibi præstante populo retulisset Iudith.

Auaritiae dixeris, minúsque liberalem erga 123.

Deum, quæ thesauros sibi, aureamque supellectilem in diuitiis domus suæ retinuerit vsus, cum periscelides, armillas, annullos & dextralia ac muræunlas in donariis Domini Centuriones & Duces obtulerint supra Numer. 31. vers. 50. Et Num. 31. 50.

Dauid 2. Reg. 8. vers. 11. *Sanctificauit ea*, id est, 2. Reg. 8. 11.

arma, *Domino cum argento & auro, quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus, quas subegerat de Syria & Moab, & filiis Ammon, & Philisthijm, & Amalec, & de manubiis Adarezer.* Verum non parum de titulo largitatis promeruit, quæ vniuersa Holofernis arma, vasáque bellica ob tanti beneficij gratitudinem obtulit; victorique Deo, quod gratius anathema est, nempe hostilium armorum, vniuersum præstitit apparatum. Tum quia maximum pondus auri Imperatores Persarum portabant in armis; imo de Parthis Iusti- Iustin.

nus dixit lib. 41. *Auri, argentique vsus, nisi in armis, nullus.* Quin apud ipsum Alexander aduersus Persas agens milites admonuisse fertur: *Vt spernerent illam aciem auro & argento fulgentem, in qua plus prædæ, quam periculi erat.*

Nec

124. Nec inter arma defuisse credas in Holofernis bellica suppellectili armillas & torques aureas, quibus se in fulgidam ambitione obarmabant, vt scribit Ammianus Marcellinus lib. 31. Vnde potiùs ad exaggerandam liberalitatem, cultumque religiosum Iudithæ non modicæ cum emphasi textus dixit. Vniuersa vasa bellica Holofernis dedisse, cùm & ea quæ latebant in baltheis, & in cingulis pretiosa nimis & de gemmarum luxurie fuissent, iuxta illud Tertulliani de habitu muliebri cap. 7. agentis de Parthis & Medis: *Latent in cingulis Smaragdi, & cylindros vagina sua solus gladius sub sinum obit, & in peronibus vniones emergere de luto cupiunt.* Præterea: nam hæc Iuditha dedit, vt suspenderentur è valuis templi in anathema perpetuum, quæ, vt Hebræorum, & aliarum gentium vsus tulit, sola arma fuère, vt liquet ex 2. Reg. 8. vers. 7. & alibi sæpe, id de gentibus notissima eruditio est. Sat vnus Silius lib. 1. Punicor.

Ammian.
Tertull.
2. Reg. 8. 7.
Silius.

In foribus sacris, primoque in limine templi
Captiui currus belli decus, armáque rapta
Pugnantum Ducibus, sœuaque in Marte secures
Perfossi clypei, & seruantia tela cruorem
Claustráque portarum pendent.

125. Quod hic obserues rogo, solùm è vestibulo, primaque templi facie, vt hæc Holofernis arma penderent, præstita fortassis: non enim vlla templi mentio fit, vtpote quod in hac tempestate nondum erat exædificatum, vt pluries animaduertimus. Quin ad nostram chronologiam confirmandam, hoc efficax argumentum est; siquidem templum hic omnino subsiletur, cùm solitum esset Hebræis, bellica spolia appendere è templo. Imò reseruata crediderint hæc spolia, donec templum instauraretur, vt alias factum cernimus 1. Paralip. 26. vers. 20. vbi manubias prædiorum oblatas esse legimus, *Quæ consecrauerant ad instaurationem, & supellectilem templi Domini.*

1. Par. 26. 20.

126. Signatè memoratur conopeum, quod Iuditha sustulerat de cubili Holofernis, oblatum insuper fuisse: non enim inter arma poterat computari, nisi si quæ sint, quæ in campo Veneris, Cupidinisque tentorio, thalamo scilicet; aduersus castitatem vibrantur. Sic præter arma, velamina aurea in templo suspensa dicuntur, Astaroth nempe phano, 1. Machab. 6. v. 1. *Illic velamina aurea, & lorica, & scuta.* Velamen igitur aureum & papilionem, quem diues commendabat textura, speciali victoriæ prærogatiua, triumphatori Deo Iuditha donauit, ne sibi aliqua impuri lectuli memoria subreperet, vt iam dicam. Imò vt totum victoriæ stadium offerret, campúmque quo iugulauerat Ducem, conopeum cogitauit appendere, quod testis fuit inconcussi pudoris, incestique sanguinis adhuc retinebat vestigia. Nec pudica matrona thalami portionem, quæ apta erat ad obnubendum libidinis scelus, in æternum sustolleret monumentum, nisi hoc stemmate signum notissimum posteris sæculis exhibuisset, illibatam a toro adulteri remeauisse, quæ pro castitatis testimonio victricem testem attulerat. Templi dignum cogitauit fore ornamentum, quod licèt ab impuro cubitore sorduerat, puræ fœminæ manu iam emaculatum nitebat, quæ effusi sanguinis ipsius mœchi abluerat lauacro, vt cecinit Prudentius.

Machab. 6. 1.
Prudent.

Assyrium postquam thalamum ceruix Holofernis
Cæsa Cupidineo madefactum sanguine lauit.

Obtulit in anathema obliuionis. Mirè cruciantur interpretes in huiusmodi stylo enodando, tum quia alibi non legitur *anathema obliuionis*, tum quia in Græco absolute est *eis anathema*. Discrimenque communiscuntur inter *anathema* cum η, & *anathema* cum ε: quod illud sit donum, quod Deo suspenditur, præcipuè ex spoliis partis, de quo apud prophanos auctores in hoc sensu plurimus vsus: hoc verò apud sacros significet quid execrabile, & in diras, abominationémque abiectum. Hinc aliter vt Latinum componant cum Græco, in cogitationes varias iuerunt auctores. Censet Serarius, quod si intelligatur de anathemate; nempe dono, quod Deo in monumentum suspenditur, anathema obliuionis sit, non quòd obliuionem inducat; sed potiùs quòd arceat, & obliuioni medeatur, sicut dicitur medicina febris, quæ febrim auertit. Sanctius indicat anathema obliuionis idipsum esse, quod obliuisci faciat ærumnas belli, lætamque iam, & pacatam securitatem inducat. 127.

Serar.
Sanct.

Alij in alia placita iuere; cum tamen omnes in eo consentiant quod si anathema cum ε iuxta textum Latinum intelligatur, *in anathema obliuionis*, sit in obliuionis execrationem, videlicet ne obliuio tam strenuam sopiret victoriam; potiùs diris mandaretur diuini beneficij contemptus, Iudithæque obliuio quæ sospitem & incolumem suum populum reddidit, & ab Assyriis copiis victorem. Quæ expositio & facilis est, & in primam vniuscuiusque cogitationem se iactat. Attamen quod illi, etsi oculos primos delectet, non multum fidam, in causa est, quod huiusmodi genitiui, adiectiuorum constructionem subire soleant, quasi anathema obliuionis non aliud significet, nisi quod obliuionem inferat, &, si dicere liceat, anathema obliuiosum; sicut sacrificium laudis & in odorem suauitatis non est sacrificium, in quo laus ipsa mactatur, & sacrificatur, nec suauitas, quæ odorem exhalat, sed potiùs quod laudem inducat, & ob laudem fiat: sicut & odor, qui suauem effundat fragrantiam, cùm non ex suauitate odor fiat, sed ex odore suauitas. 128.

Quare operæpretium erit, quòd aliter elucubremus. Et quidem non solidum est discrimen, quòd circumfertur inter *anathema* & *anathema*, cùm quòd vtrumque eisdem litteris soleat efferri, testis locupletissimus sit Iustin. Martyr q. 121. in responsione ad Orthod. Græca sunt: [illegible], id est: *Anathema in id dicitur, quod Deo est dedicatum atque destinatum, & in communem vsum amplius non conuertitur, aut id, quod à Deo per malitiam est abalienatum. Catathema verò est eorum, qui se pacto anathematizantibus & execrantibus coniungunt.* Similis vtriusque vocis vsus est in Chrysostomo homil. 6. ad Ephesios: idémque adnotauit Henricus Stephanus promiscuè vsurpari *anathema*, & *anathema*. Quare solum iam difficultas erit: cur quod in Græco absolutè dictum sit *anathema*, in Latino anathema obliuionis dicitur? Profectò siue *anathema* significet donum, siue anathema execrationem, 129.

Iustin.
Chrysost.
Henr. Steph.

tionem, ex eodem fonte manauit, nempe per
contrarium sensum, vt multis aliis vocibus
vsurpatum est; sicut in Græco ἅγιος & ἀγάζω
in Latino *benedico*, *sacrum*, & alia, quæ tum
laudé, tum execrationem significant, dicuntúr-
que verba mediæ significationis, & in hac ipsa
re Hebraicè *cherem*, & significat rem, quæ con-
secratur Deo, & anathema, seu donum est; &
quæ nefaria & impura exterminandáque iudica-
Num.18.14. tur; éstque execrationis anathema, vt de hoc
Leu 27.28. vario significatu constat ex Numer. 18.vers.14.
3.Reg 20. & Leuitici 27.vers.28. & 3.Reg.20. vers.39. &
39. alibi sæpe.

130. Sanè si originem quæras, ἀνάθημα propriè est
id, quod suspenditur sursúmque ponitur ἀπὸ τοῦ
ἀνατίθεσθαι: ex quo vsus increbruit, quòd cum
dona suspenderentur in templis, nuncupata
sint ἀναθήματα. Quin aliquando dicitur ἀναθή-
Herodot. ματα ἀνάθεσθαι, vt constat ex Herodoto & Platone
Plato. 2.politic. qui ait: ἀναθήματα τοῖς Θεοῖς ἀνάπτεσθαι.
quasi diceret: appensa dona diis appendere. Ex
quo fluxit, quod illud nefarium & impium,
quod diis in interitum deuouebatur, dictum
fuerit anathema, siue per contrarium sensum,
Iustin. vt suprà dixit Iustinus, siue quia ab hominum
vsu secernebatur in perniciem, vt Deus illud
Ios.6.17. deuastet, & exterminet. Sic Iosuë 6. vers. 17.
*Sitque ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea
sunt, Domino*, videlicet vt exterminentur &
aboleantur, tanquam scelesta & nefasta. Sicut
enim dona, quæ suspenduntur in templis, ab
vniuersis vsibus sequestrantur, nec superest iam
illorum commercium, sic qui à communione
hominum, familiarique victu, vitæque subsi-
diis, exitialibus diris & imprecationibus secer-
nuntur, ferè iuxta similem significationem *ana-
themata* nuncupantur qui etiam καθάρματα dicti,
Suid. qui, vt Suidas exponit, homines sacri erant, in
quos vniuersa ciuitatis scelera imponentes, in
profundum pelagi proiiciebant. Non dissimili
analogia apud nos anathemata dicuntur, quos
execratur Ecclesia vtpote indociles & rebelles,
amandátque à communione fidelium, eorúm-
que nomina proscribens, in tabulis Eccle-
siæ suspendit. Ex quo vocabuli origo fluxisse
potuit: nam sicut dona suspenduntur in glo-
riam, sic horum exitialium nomina in contu-
meliam.

131. His præiactis, non erit operosum, aliquas
subiicere enodationes horum verborum *in ana-
thema obliuionis*. Iam diximus, concordem esse
vtrumque textum, cùm ἀνάθημα & ἀνάθεμα idem
sit, nisi quod in Latino ly *obliuionis* addatur.
Siue igitur pro dono Dei è parietibus templo-
rum suspenso, siue pro execratione sumatur, non
ineptos explicatus admittit. Nam præterquam
ly *in* possit accipi pro contrà seu aduersus, vt
sensus sit: hæc spolia obtulisse Iuditham aduer-
sus execrabilem obliuionem; quæ meritò ana-
themate damnanda erat, cùm tanti triumphi
debuisset iugiter vigere memoria. Potest iti-
dem esse sensus, si ly *in* communiter sonet,
pro *ad*: signatè pudicam fœminam hæc, quæ
cor[illegible] fornis, lectulúmque tetigerant, Sa-
cerdot[illegible] obtulisse, vt obliuioso anathemate,
interminabilique execratione Holofernes &
eius exercitus plecteretur: sicut ciuitas Iericho,
& omnia quæ continebantur in illa præter
Rahab; non alia de causa anathemata fuerunt
Ios.6.15. Domino, vt suprà ex Iosuë 6.vers.15. vidimus,

nisi quòd funditus deuastata, abertuncatáque
fuerunt. Ergo in signum, quod omnes Assyrio-
rum copiæ cum Holoferne, tanquam anathe-
mata Domino, dissipata fuerunt, & ab homi-
num memoria penitus eorum gloria abraden-
da: ideò eius arma bellica: libidinisque vela-
men conopeum, vt detestabile, obliuionémque
inducens anathema, præstitum est. Sunt enim
in Scriptura imprecationes solemnes, quòd me-
moria alicuius nefarij penitus deleatur; cùm
tamen ad eiuscemodi impij inducendam obli-
uionem monumentum, quod memoriam exci-
tet ad opprobrium & execrationem, soleat ap-
poni. Exod.17.vers.13. *Fugauitque Iosuë Ama-* Exod.17.13.
*lec, & populum eius in ore gladij. Dixit autem
Dominus ad Moysem: Scribe hoc ob monumentum
in libro, & trade auribus Iosuë: delebo enim me-
moriam Amalec sub cælo.* En monumentum, vt
aboleatur memoria. Sic Iudith spolia obtulit
Holofernis, vt sub hoc monimento perpetuo
ille obliuionis anathema subiret, essétque in
maledictum memoria eius, at dicitur Eccle.23.
vers.36. Inde toties à Prophetis decantatum, Ps.9.8.
quòd Deus perdet superborum memoriam. Ps.9. Ps.33.17.
vers.8. Psalm.33. vers.17. Esaiæ 26. vers.14. Isai.26.14.
Eccle.10. vers.21. Eccl.10.21.

Vlterius obtulit *in anathema obliuionis*, in 132.
indicium videlicet quòd casta fœmina anathe-
mate obliuionis damnabat hæc adulteri ducis
instrumenta, à séque penitus obiiciebat, ne vel
cogitationibus castis imagines eorum illude-
rent, nec memoria thalami reuiresceret, nec in re-
positoriis suis, impudici viri ornamenta, vi-
duitatis laudem inficerent. Egregium sanè mo-
nimentum pudoris, obliuisci velle triumphalia
spolia, quòd hostis inhonesti fuissent, & à sensi-
bus dirimere obiecta, quæ effingere poterant
vel tori simulacra, vel viri.

Iam vero si anathema accipiatur in bonam par- 133.
tem pro dono exhibito Deo, sensus non insub-
tilis erit: *In anathemate obliuionis* obtulisse: qua-
si tam longè esset hæc insignis victoria ab obli-
uionis ignauia, vt ipsamet obliuio tanquam
memoriæ monimentum, donúmque & anathe- Num.16.21.
ma suspenderetur, sicut serpens æneus suspen-
sus è pertica fuit, vt serpentes perirent, fera-
rumque morsus tabifici sanarentur. Siue cùm
ipsa obliuio dona illa consecraret. Quo non po-
tuit dici pro æternitate memoriæ quid validius
& firmius: siquidem obliuio pro ipso moni-
mento siue appenditur, siue affigit spolia. Cùm
tamen in hoc sensu, nempe pro dono, anathe-
ma obliuionis nonnisi ægrè, & intortè possit
exponi; solidiores sunt enodationes in priori
significatu.

Nihil signatè de acinace, quo ceruicem ab- 134.
sciderat, memoratur. Nec mirum, quoniam in-
ter vasa bellica computabilis est, nec illum Iu-
ditha secum traxerat, sed postquam in Ducis iu-
gulum sepeliuit, dimisit. Debuit quidem sicut
gladius Goliath, qui de tabernaculo fuit sus-
pensus, templi honorare parietem. Sed quo-
niam nondum in fastigium prominuerat tem-
plum, ideò subsiletur, qui pariter cum aliis
armis oblatus fuit in anathema obliuionis: id
est, & alia explicatio sit, ne vnquam aliquibus
vsibus subseruiret, sed tanquam in obliuione
sepultus quantum ad eius, cæterorúmque ar-
morum exercitia, in recordationem insignis
beneficij persisteret. Retraxit Dauid è taberna-
culo

culo gladium, qui inuolutus erat pallio poſt ephod, quo ceciderat Philiſthæum, 1. Reg. 21.
1. Re. 21. 9. verſ. 9. Deditque rationem, *quia gladium meum & arma mea non tuli mecum*; cum tamen armorum, quæ oblata ſunt templo, nullus vſus remaneat. Quare notauit Appianus in Annibalicis: *Cum arma egerent, quæſita alijs bellis, & ad decus affixa templis ſpolia detraxerunt.* Ideo in anathema oblationis hæc ſuam ſtragem, vt in poſterum ſecernantur ab vſu. In hunc ſenſum videtur iuiſſe Lyra, qui ſcholiat: *Obtulit in anathema, ſcilicet Sacerdotibus, vt de cætero nullus vteretur eis, ſed ſeruarentur in loco cultus diuini ad memoriam beneficij diuini.*

135. Verſ. 24. *Erat autem populus iucundus ſecundum faciem Sanctorum.* Primus Lyra expoſuit: *Hoc additur ad oſtendendum, quod hæc iucunditas non erat diſſolutionis, ſed magis deuotionis.* Vt idem ſit *ſecundum faciem Sanctorum*, ac, ſicut decet Sanctos. In hoc placitum iuere poſtea Carthuſianus, Serarius, & Sanctius: vt omnis videlicet, amandaretur luxurioſi cultus in comeſſationibus & ebrietatibus conſectata. Habet tamen & alium ſenſum etiam iuxta hanc explicationem, ſcilicet non ſolùm qualiter oportet, quod Sancti ſua feſta peragant, ſed & qualiter decet, quòd homines Sanctorum celebrent ſolemnia. Quem quidem ſenſum aliqualiter ſuſtinebit, qui ſuprà audiuerit, Iuditham ante hanc victoriam, Sanctam nuncupatam fuiſſe à Sacerdotibus & Principibus ciuitatis cap. 8. v. 29. *Ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es.* Ergo hæc feſtiuitas celeberrima ſic agebatur, ac ſi alicuius Sancti ſolemnitas coleretur, quippe in lege Moſaica Sanctos cultos late perhibet Sherlogus tom. 2. in Cant. veſtig. 17. à num. 29. Qualiter autem Sanctorum feſta celebranda, cecinit Paulinus in Natali 6 Sancti Felicis. Nec dubito conuiuia fuiſſe ad compotum vrbanitatem, ſplendidamque lætitiam inter Soluitanos & Bethulienſes parta, cùm etiam in Sanctorum natalitiis, aliiſque feſtis conuiuia legimus celebrata Chriſtianis, vt conſtat ex Ruffino lib. 10. hiſtor. Eccleſ. c. 19.

136. Attamen, licèt hæc explicatio contemnenda non ſit, magis adſtipulor ſcholio Vatabli, qui ſimilia Græca verba ſic vertit: *Ceram Sanctuario lætitiam celebrauit*; quod eſt in conſpectu *Sanctorum, aut Sacrorum: hoc enim nomine Sanctuarium ſignificatur.* Adigor in hoc placitum, quoniam *Sancta* in hoc libro Iudith dicuntur, quæ pertinent ad Sanctuarium. ſupra cap. 4. verſ. 10. *Et Sancta eorum in pollutionem.* Cap. 5. verſ. 23. *Iterum poſſident Ieruſalem, vbi ſunt Sancta eorum.* Cap. 9. verſ. 11. *Qui promiſerunt ſe violare Sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui.* Cap. 11. verſ. 12. *Et Sancta Domini Dei ſui, quæ præcepit Deus non contingi.* Nec par eſt, vt perpetuum ſtylum hæc abrumpere intelligamus. Quare *ſecundum faciem Sanctorum* eſt coram Sanctuario, & eo quidem loco, vbi Sancta erant.

Margin notes in this column: Appian. Lyra. Idem. Carthuſ. Ser. r. Sanct. Iudith 8. 29. Sherlog. Paulin. Rufin. Vatabl. Iudith 4. 10. Cap. 5. v. 23. Cap. 9. v. 11. Iudith 11. 12.

Verſ. 25. Poſt dies autem illos vnuſquiſque rediit in domum ſuam, & Iudith magna facta eſt in Bethulia, & præclarior erat vniuerſæ terræ Iſraël.

Verſ. 26. Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta, ita vt non cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Manaſſes vir eius.

Verſ. 27. Erat autem diebus feſtis procedens cum magna gloria.

Verſ. 28. Manſit autem in domo viri ſui annos centum quinque, & dimiſit Abram ſuam liberam, & defuncta eſt, ac ſepulta cum viro ſuo in Bethulia.

Verſ. 29. Luxitque illam omnis populus diebus ſeptem.

Verſ. 25. *Poſt dies autem illos* Tres menſes integros celebritas victoriæ conſumpſit, repetitis plauſibus & tripudiis, victimiſque mactatis; conciliatiſque Pænibus, nec caſu diſceſſum in proprias domos, ſed quia ſtata dierum curricula, quibus feſtum deuouerant, iam fluxerunt. 137.
Et quidem triginta dies in ſpoliis vehendis, diuidendáque præda Iſraëlitides expleuerunt: Nam igitur idem tempus eſſet ad diuitias augendas, congerendáſque manubias, ac gratiarum actioni præſcriptum, pangendæ gratitudini tripertitus fuit menſis vt ter excederet religioſæ celebritatis ſtudium colligendæ prædæ auaritiam. Sic tempus debes partiri cum Deo, vt tertiam tantum partem negotia terrena, neceſſitáſque humana ſuis vſibus vindicent, cætera diuinis mancipentur officiis. Flos lucis diéique optima pars, qui temporum dat tempora, Deo dedicetur, ne ſicut Cain malè cum Deo diuidens,
Geneſ. 4. verſ. 7. contemnemur. Quare ad tertium quemque menſem ex Eccleſiaſtica diſciplina, fidelium ieiunia ſtationéſque conſectantur, quæ meritò apud nos dicuntur *Tempora*: vt quidquid in trimeſtri deliquimus, hac ipſa deuotione expiemus. Gen. 4. 7.

Et Iudith magna facta eſt in Bethulia. Non de vulgari elogio magnitudinem hanc acciperem, 138.
ſed de ſingulari titulo, quo donata eſt, poſtquam iugulato Holoferne, confregit Aſſyrios. Seneca lib. 1. de Clement. cap. 14. *Quem appellauimus patrem patriæ, non adulatione vana adduximus. Cætera enim cognomina honori data ſunt. Magnos & fœlices, & Auguſtos diximus, ambitioſæ & Maieſtati, quidquid potuimus titulorum, congeſſimus.* Quod dicatur *Magna facta eſt* mihi facit recordationem illius vocis *macte*, ſiue vt etiam dixit Arnobius lib. 7. mactus, id eſt, magis auctus, ſeu magnus factus: quo titulo honorabantur victores. Seneca epiſt. 66. *Macte virtute eſto, ſanguinolentis, & ex acie redeuntibus dicitur.* Ideò enim poſtea hic additur de Iuditha: *Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta.* Sic Silius lib. 4. de Scipione, qui plurimam in bello nauauit opem. Seneca. Arnob. Seneca. Silius.

———*Macte ô macte indole ſacra*

Vera Iouis proles, & adhuc maiora ſuperſunt.

Sic *macte virtute* dixit Maro 9 Æneid. Virgil.

Quòd in Bethulia magna facta aſſeratur, cenſeo ſignatè dictum ob peculiarem nobilitatis titulum, quem nacta in vrbe fuit, cum etiam apud Ethnicos *Dij Magni*, *Numináque magna* tum dicebantur, qui in aliquo ſpecialiter loco colebantur, iuxta illud: *Numina magna loci iuſſi veneramur.* Et alibi: *Numina magna vocat meritóſque indicit honores.* Quin adnotauit Turnebus Deos magnos dici, qui publicè colebantur apud omnes. Sic enim lib. 15. cap. 21. *Dij magni illi, qui maximum imperium, & Numen habent, publicéque coluntur, vt Iupiter, Iuno.* Quare vt publica & vniuerſalis magnitudo Iudithæ, nec intra 139.
Turneb.

vnius

vnius populi angustata cancellos haberetur, ad-
ditum est: *Et praclarior erat vniuersa terra Israel.*
Græcus. Additur vero in Græco: *Gloriosa in omni terra.*
Apud Hispanos Proceres *Magni* dicuntur, qui
in secundum post Regem iuere fastigium, quasi
potentes & diuitiarum opulentiâ homines infe-
rioris ordinis pascentes. Quò traherem obseruа-
Cerdens. tionem Cerdensis 3. Æneid. qui ait apud Italos
dici *Magnare*, quod apud nos *Manjar*. Sic apud
Varro. Varronem lib. 4. de lingua Latina, Ops, & Sa-
August. turnus, id est, cælum & terra Dij magni: & Au-
gustinus lib. 7. de Ciuit. cap. 24. *Magnam*, inquit,
vocari terram, quòd cibum pariat. Vt noscant
Magnates, siue Magni nostri, quo merito *Magni*
dicuntur, nempe in pascendæ multitudinis ino-
pis subsidium. Ex quo merito PHILIPPVS IV.
Rex noster MAGNI cognomentum nostra tem-
pestate promeruit, quale primus Pompeius ob-
tinuit: quoniam in tam dissitis terræ plagis tot
homines alit, tot exercitibus præbet annonam,
nutriendisque populis, continendisque hosti-
bus, instituendisque bello plectendis in Catho-
licæ fidei nutrimentum, ingentia, quæ ab vtro-
que orbe illi proueniunt, pondera diuitiarum
consumit.

140. Additur in Græco: καὶ πολλοὶ ἐπεθύμησαν αὐτήν:
quod solet verti: *Et multi cupierunt eam.* Benè
Vatabl. Vatablus: *Multósque procos habuit*: non enim
de honesta cupidine illegitimoque desiderio,
sed de maritali sorte hæc accipienda: vnde hic
cupere, petere fuit ad connubium iuxta illud
Ouid. Ouidij 13. Metamorphos.

Multi illum iuuenes, multæ petiere puellæ.

Pindar. Sic apud Pindarum Od. 9. *Quam plurimi fortis-
simi viri petebant cognati; multi etiam ex pere-
grinis, quoniam admiranda erat eius forma.* Sed
accidit, quòd alias ille cecinit:

Multi illam petiere, illa auersata petentes

Damian. Concinit Petrus Damian. lib. 8. epist. 14. *Quan-
tis illa mundanæ prosperitatis dotibus affluebat, quæ
nimirum blandè lenocinantibus secundas, sibi nu-
ptias illicere poterant: erat enim eleganti aspectu
nimis.* Et statim: *Sed quando illa procos admitte-
ret, dum puellarum quoque eius alloquium cuipiam
facile non pateret?* Tot illa maritos dedignata est,
quot virtutum infulis super omnium merita
gradiebatur.

141. Vers. 26. *Erat etiam virtuti castitas adiuncta.*
Si castitas virtus est, quomodo à virtute distin-
Lyra. guitur? Benè Lyra: *Virtuti, id est, constantia, qua
deiecerat Holofernem*: iam pluries suprà dixi-
mus, quòd præcipuè in hoc Iudithæ libro *virtus*
pro fortitudine strenuoque vigore in armis ac-
cipitur. Imò adeò fortitudo & castitas promi-
scuis luminibus in casta Heroïna fulxere, vt
siue castitas fortis, siue casta fortitudo deuicerit
Persam. Castitas in virtutem transiuit, mascu-
lúmque robur in fœminea pulchritudine traxit.
Virtus & vigor animi de liliis pudoris armatus
est: quis enim neget lilium esse potens ad bel-
la, quod satellitio spinarum armatur? Quare
Fulgent. quod animi constantiâ & virtute Iuditha perfe-
cit, castitatis virtute dicitur perfecisse. S. Ful-
gentius de statu viduali c. 14. *Quod omnis Israe-
litarum populus facere non potuit, sancta vidua ca-
stitatis virtute perfecit.* Aptè igitur dictum est.
Erat virtuti castitas adiuncta; quasi vel virtus
castitate vicisset, vel virtute castitas: altera enim
alteri adiuncta, & in æquale coagmentata excel-
lentiæ prodigium, alterna se vicissitudine com-
mendauit. Inde quòd tenera venustaque puella
nullo consternaretur terrore, nec ad insolita
visui Assyriorum castra, paueret, tandémque
Principem obtruncaret, castitatis facinus repu-
tatur. Quare quod roboris fuit, castitatis fuisse
cecinit Augustinus serm. 66: nam postquam ca- August.
put Holofernis percussit, proclamat: *Ecce ca-
stitas, Cum palmifera castitate Iudith ad ciues so-
licita festinat.* Recognosce quæ diximus de Iudi-
thæ castitate tom. 1. caten. paneg. à num. 14. de
eius virtute & fortitudine à num. 81. & de exi-
mia eius viduitate, à num. 46. quæ proderunt
pro commentario verborum, quæ sequuntur:
*Vt non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ,
ex quo defunctus est Manasses vir eius.*

Vers. 17. *Erat autem in diebus festis procedens* 142.
cum magna gloria. Disquiritur: quóne procede-
bat? Putatum à Serario & Sanctio, ad Ierosoly-
mam templi adeundi gratia, ad festaque pera-
genda, quod & fœminis solemne, vt liquet ex
Anna lib. 1. Reg. cap. 1. & Beata Virgine, Lu- 1. Reg. 1.
cæ 2. Vix suspicor huc allusum: non enim di- Lucæ 2.
citur processisse ad dies festos, sed quæ in Be-
thulia erat, diebus festis processisse. Et quidem
tantum semel in anno ad Domini templum
ascendebat Anna, vt ego coniecto ex illis ver-
bis 1. Reg. cap. 1. vers. 7, *Sicque faciebat per sin-* 1. Reg. 17.
*gulos annos, cum redeunte tempore ascenderent in
templum Domini.* Quare quod in vers. 3. dicitur:
*Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis die-
bus*, Pagninus & Vatablus legunt *annuatim*. Tri- Pagnin.
plex circumfertur solemnitas, in qua ad tem- Vatabl.
plum Israëlitides ascendebant, Pascha videlicet,
Pentecostes, Scænopegia; nec tamen nisi ad Pa-
schatis festum arcta obligatio.

Quare crediderim non multùm cursitauisse 143.
Iuditham in Ierosolymam, vtpote reclusorij
amantem, & auersantem oculos, multitudinisque
frequentiam. Nec putandum est, tantùm *dies
festos* nuncupari hìc hæc tria solemnia, in qui-
bus ascendebant ad templum. Imò dies festi
censendi sunt ijdem ipsi, in quibus seuerum re-
laxabat ieiunium, suprà cap. 8. vers. 6. *Ieiunabat* Iudith 8.6
*omnibus diebus vitæ suæ præter sabbatha, & neo-
menias, & festa domus Israel*: de quibus nos ibi
num. 48. Erantque, in quibus ab operibus ma-
nuum vacabatur, quos *dies bonos* vocabant He-
bræi, vt Rabbini ferunt. Igitur in diebus festis
procedebat Iuditha, siue ad visendos contribu-
les, siuè ad leuandos pauperes. Ideò autem tunc
præcipuè magna illi gloria spirabat, nempe laus
& celebritas, omniúmque consentiens æstima-
tio: quoniam in festis diebus in plateis est po-
pularis frequentia, paucíque sunt, qui inter
domesticos se contineant cancellos. Quare siue
Proceres, siue effusa turba procedentem e domo
Iuditham miris, gloriosísque prosequebantur
præconiis, renatámque triumphi gloriam pristi-
nam conclamabant.

Autumat Serarius ex verbo *procedens*, quòd 144.
renouaretur processio vsque ad Ierusalem, Ec- Serar.
clesiastico processionis stylo. Nullo nititur ful-
cro coniectura hæc, abest à vero, ne & choreas
similes. & thyrsos, omnémque triumphalem
pompam tribus vicibus repetamus in anno ex-
tra textus Latini & Græci mentem. Quòd pro-
cedere, processionis nobis vsitatæ, itionis nem-
pe cum ordinibus Sacerdotum, & fidelium ad Tertull.
templa, significet morem, probat ex Tertullia-
no lib. 2. ad vxorem, ex quo loci potiùs ego, ad
quid

quid Juditha procederes, & neutiquam ad huiuſmodi proceſſiones, coniectarem. Verba ſunt cap. 4. in quo docet vxorem, qualiter viro nequam officia pendat, & in diſſimili opere ab illo diſcedat: *Vt ſi ſtatio*, inquit *facienda eſt, maritus de die conducat ad balneas: ſi ieiunia obſeruanda ſunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: ſi procedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat.* Scio quòd Pamelius, proceſſionum cæremonias antiquas eſſe, ex hoc loco colligi cenſet. Minimè adſtipulor: ratio enim, quam in verbis ſequentibus ſtatim ſubiicit Tertullianus, hunc ſenſum penitus auerſatur: *Quis enim ſinat coniugem ſuam*, ait, *viſitandorum fratrum gratia, vicatim aliena, & quidem pauperiora quæque tuguria circuire.* Pergit per multa pia & deuota, ad quæ vxor procedit de domo. Quo ſenſu lib. de cultu fœmin. cap. 11. *Vobis autem nulla procedendi cauſa non tetrica, aut imbecillis aliquis ex fratribus viſitandus, aut ſacrificium offertur, aut Dei verbum adminiſtratur.* Ex quo liquet, nihil hîc de antiquitate proceſſionum, quæ quidem ex aliis pluribus locis facile comprobatur, quæ Græco verbo προπέμψεις, nuncupabatur, quam pulchrè depingit ex illo antiquo æuo Luitprandus in legatione ad Nicephorum Phocam.

Pamel. | Luitprand.

145. Iudith itaque procedens è domo, ſiue ad Bethulienſium feſta, ſiue ad viſitandos fratres, gloria & celebritate beabatur. Quænam gloria hæc? Anne quam ante verba nuper data protulit Tertullianus, fœminas receſſum admonens, & nimij cultus odium: *Nam nec templa circuitis, nec ſpectacula poſtulatis; nec feſtos dies Gentilium noſtis. Propter ipſum enim conuentum, & mutuum videre ac videri, omnes pompæ in publicum proferuntur, aut vt luxuria negotietur, aut gloria inſoleſcat. Vobis autem nulla procedendi cauſa non tetrica.* Quæ verba nimium adtonant huic gloriæ Iudithæ, cui, quamuis procedendi cauſa nulla ei niſi religioſa erat, videlicet non luxus, non pompa, non ſitis gloriæ, ſed officia pia, tamen ipſemet publicus conuentus ſtatim laxabatur in laudes, vocéſque triumphales reddebant, & quorum impuros oculos maieſtas, & venerabilitas arcebat ſanctæ Heroinæ, in glorioſos concinendos titulos prouocabat. Anne illa ambiret hanc gloriam, cui non ſolùm tetrica procedendi è domo erat cauſa; ſed & tetrica vtráque veſtis? Statim enim ac fuit è victoria redux, habitum iucunditatis depoſuit, ſordidum reſumpſit & lugubrem. Hieronymus epiſtol. 10. ad Furiam: *Vincit viros fœmina, & caſtitas truncat libidinem, habitúque repentè mutato ad victrices ſordes redit, omnibus ſæculi cultibus mundiores.* Ambroſius lib. de viduis: *Nec his tamen elata ſucceſſibus, cui vtique gaudere & exultare licebat iure victoria, viduitatis reliquis officium, ſed contemptis omnibus, qui eius nuptias ambiebant, veſtem iucunditatis depoſuit, viduitatis reſumpſit, illos exiſtimans eſſe meliores; quibus vitia corporis quam quibus hoſtium arma vincuntur.* Non ergo illi palmata trabeatáque veſtis, nec de victrici purpura, Imperatorióque croco ambitioſa iactantia; ſed viduales ſordes, nigráque ornamenta, quibus maritum defunctum lugens caſtitas tegebatur, pro triumphi reliquiis fuerunt.

Tertull. | Hieron. | Ambroſ.

Idem obſeruauit Athanaſius in Synopſi: *Ipſa verò Iudith Ieroſolymam profecta omnia obtulit Domino, indeque domum reuerſa, pietatis exercitium retinuit, & ad mortem vſque in viduitate perdurauit; nemo enim illi nuptias perſuadere potuit.* Ex quo loci non malè explicatur, quod hic tanquam ſingulare profertur, nempe Iuditham diebus feſtis proceſſiſſe, id eſt: nonniſi in aliqua Iſraëlitarum ſolemnitate tantiſper dimiſiſſe cubiculum, egreſſamque fuiſſe è domo, in qua iugiter vt exercitatrix religioſè manebat: ideò enim illicò ſubditur verſ. ſequenti: *manſit autem in domo viri ſui.* Cui cecinit, quod dixit Petrus Damianus epiſtola 8. *Porro autem vidualis officij limite non contenta, ad hoc vſque in ſancta religione proceſſerat, vt iam non ſola, ſed & cum ancillis ſuis fieret eremita: de domo communi reclusorium fecit, & in populoſa vrbe amor artifex ſolitudinem reperit.* Id ſuſpicor vocaſſe Athanaſium pietatis exercitium; ſiquidem & Suidas inquit habuiſſe Iuditham ἀρετὴν, καὶ ἄσκησιν, *virtutem, & exercitationem.* Quod quidem poteſt exponi *virtutem & caſtitatem*, vt conſonet illis, quæ textus Latinus coniungit ſuprà: *Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta*: nam ſub ἀσκήσει, id eſt, exercitatione, caſtitatem appoſuit Pollux apud Seranum hic quæſtiuncula 4. Cum & ipſe Suidas ἄσκησιν alibi expoſuit pro continentia. Sed pietatis exercitationem dixit Athanaſius, id eſt, cultum pietatis, ſicut Xenophon ἀσκεῖν τὴν ἀρετὴν, *colere virtutem*, quod conſonat Suidæ verbis. Et Iſocrates ad Nicoclem ἀσκεῖν δικαιοσύνην *colere iuſtitiam*. Sic Palladius cap. 45. ἀσκήσας καθαρὰν τὴν ἀρετὴν, *puram exercens virtutem.* Quod maximè ex ſolitudine & recluſorio, quod celebrauit Damianus, exponerem: ſicut alias Palladius cap. 44. *Erat quidam monachus in propinqua ſolitudine; degebat in ſpelunca, & omnem oſtenderat* ἄσκησιν, id eſt, *exercitationem.* Quæ vox præcipuè apud Eccleſiaſticos Scriptores de eremitis & monialibus effertur, qui meditandis diuinis rebus ſe deuouent, nec in aliud quodlibet opus cogitationes manúſque diſtendunt, ſicut de ἀσκητικοῖς dixit idem Palladius ſupra cap. 23. *Nunquam opus attigit, nec vllum ſuſcepit negotium.* Sic apud Budæum puellæ Deo dicatæ & moniales ἀσκήτριαι nominantur. Dignoſces ex his quamdam monaſticæ vitæ formulam exhibuiſſe Iuditham, ſacrúmque Euangelicæ gratiæ ſæculis paradigma præbuiſſe, quibus monachorum inſtituta in cæleſtis vitæ præludio ſacris exercitationibus intentæ vigent. Scio quod *exercitationem & exercitatos* in malam partem plures acceperis Tertullianus, vt conſtat ex lib. de præſcript. aduerſus hæret. cap. 14.

146. | Athanaſ. | D. Damian. | Suidas. | Pollux. | Xenoph. | Iſocrat. | Pallad. | Idem. | Idem. | Budæus.

147. In textu Græco non dicitur, *Erat diebus feſtis procedens*, ſed potiùs προβεβηκυῖα μεγάλη σφόδρα: *& procedens erat magna valde.* Quod exponendum cenſeo, procedente ætate, dúmque viuebat, magna vtique cenſebatur: nam ſtatim adiicitur: *Et ſenuit in domo*

viri

viri: hanc enim notionem habet *procedere*
Luc.1.7. & 36. in sacris Lucæ 1. versic. 7. *Et ambo processissent in diebus*. Et 2. versic. 36. *Hæc processerat in diebus multis*. Post quem cogitatum
Vatabl. gauisus sum sic exposuisse Vatablum, qui scholiat a *Et procedens erat magna valdè*, id est, *vna cum progressu ætatis Magnum incrementum nominis, & gloria est consecuta*: Imò cùm in ætate procederet, & in diebus festis coram populi frequentia processisset à domo, vt vterque textus aliqualiter concilietur, omnes deprecabantur ei ætatem longam, annósque multos: qua causa longitudinem dierum habuisse textus obseruat; & vsque ad centum quinque annos longam fa-
Luitprand. tis duxisse vitam. Scribit Luitprandus in legatione ad Nicephorum, quod cùm in προελεύσει, id est, Ecclesiasticam processionem, magna pompa, & gloria processisset, Nicephorus Imperator, ab adulatoribus psaltris canebatur μάστρε, id est, *Principi Nicephoro*,
Codin. πολλὰ ἔτη, id est, *plures anni sint*. Sic Codinus Curopal. lib. de offic. aulæ Constantinop. *Simulatque appareat Imperator, cantores statim canunt. Ad multos annos*. Id in consecratione Pontificis sacro satellitio canente ex ritu Ecclesiastico nunc obseruatur.

148. Vers. 28. *Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque*. Hic non vna subsilit quæstio. Disquiritur, an annorum computatio ineunda est, ex quo nuptui tradita. Nouiter enim nuptæ in domum, & iura mariti transibant, vt nos pluribus obseruauimus tom. 1. de Maria & Deo incarnato, Acad. 9.
Psalm.44. à num. 7. Sat est illud Psalm. 44. in epithalamio sponsæ: *Obliuiscere populum tuum, & domum*
Suidas. *patris tui*. Sic Suidas censuit, qui annos centum & quinquaginta attribuit Iudithæ, & alij centum & viginti quinque ex distinculi æt. 125 computatione, qua putatur flammeum nuptiale subisse.

149. Minimè assentiendum est huic placito, sed ex communi Neotericorum censione, non à tædis connubialibus hoc annorum curriculum, sed à natiuitate ducendum; quod & textus Græcus clarè indicauit, dicens: *Et senuit in domo viri sui centum quinque annis*: nec Latinus abnuit; potius omnino fauet, non ex connubij tempore numerum hunc annorum censendum; si enim id voluisset significare, sicut anteà dixerat vers. 26. *Ita vt non cognosceret virum, ex quo defunctus est Manasses vir eius*: sic studiosè adijceret: Ex quo in domum viri sui peruenit, annos centum & quinque transegit. Ideò autem dixit: *Mansit in domo viri sui*, vt semel & iterum repetisset, viduam mansisse, nec lares mutauisse domesticos, quod fieret, si in secundas nuptias transijsset; nam à viri pristini nouiter nupta discederet ædibus. Quod & constat: nam subditur: *Et dimisit Abram suam liberam*, quod non indico suspicandum in vestibulo mortis Abram suam libertate donasse, quæ vtique prouectior esset ætate vtpote puellarum præfecta, cùm se tanti facinoris Dominæ suæ sociam adiunxit: & pro monstro esset in tam diutinam ætatem fuisse prouectam; nec liberalitas esset, liberam tunc effici, cùm iam cinereis membris, & effœtá senecta tabuisset. Quare sicut certum est, quòd hæc verba: *Et dimisit Abram suam*, non sonent dimisisse, postquam ad centum & quinque annos perueniret, sed statim à seruitute exiuisse, sic quòd mansit in domo viri sui hoc vitæ curriculo, non accipiendum de ætate post connubium transacta, sed de integra, quam vixit sub luce.

Quot annos in domo mariti vixerit dubium est; sed illud mihi certum exorbitauisse Serarium, & alios qui censent nuptam fuisse Iudithem ætatis anno quadragesimo vel propè: quod non alio iure decernunt, nisi vt sub Manasse hanc historiam accidisse contendant. 150.
Etsi non esset alius scipio, quo huius chronologiæ series debellet ur, sat esset his premi angustijs; vt verum sit, quod statim dicitur v. 30. In omni spatio vitæ Iudithæ pacem iucundam fuisse Hebræis absque vllius hostilitatis impulsu, & post plures annos ab eius morte. Quis enim ferat pulchram & nobilem fœminam, quam tot fortunæ ornamenta beabant; adolescentiæ florem, quin & virilitatis maturam ætatem absque coniuge inertem & desidem transegisse, nec nisi in quadragesimo anno, quando iam propè est, vt gleba fœcunditatis arescat, tunc se delicijs maritalibus deuouisse: Imò quæ tantopere prædicata viduitatis laus in fœmina ferme iam effœta, nempe post quadraginta & quatuor annos, vbi modica nimis liberorum spes, nec nisi de aliquali illecebræ voto, thalamique exercitio in tunc nuptis suspicio fit? Certe vna Iuditha esset inter omnes Hebræas, quæ virginitatis zonam retinuisset adstrictam tot lustris, tandémque soluisset, cùm sobolis expectatio frigeret, cuius studium, vt promissus Messias ex genere nasceretur, vix primam pubertatem absque coniuge permittebat. Ezechiel. 16. vers. 7. de Virgine pubete: *Grandis* Ezech.16.7.
effecta es, & peruenisti ad mundum muliebrem: & ecce tempus tuum tempus amantium. Eccle. 42. Eccle.42.9.
vers. 9. *Filia patris abscondita est, vigilia, & sollicitudo eius aufert somnum, ne forte in adolescentia sua adulta efficiatur*. Ioëlis 1. vers. 8. *Plange* Ioël.1.8.
quasi virgo accincta sacco super viro pubertatis sua. 1. Corinth. 7. vers. 36. *Si quis autem turpem* 1.Cor.7.36.
se videri existimat super Virgine sua, quod sit superadulta, quod vult, faciat, non peccat, si nubat.

Iudæas fœminas in anno ætatis duodecimo statim accendisse tædas, cecinisséque Hymenæum, ne ætas lubrica furtiua Veneris læderetur, & desideratus cunctis gentibus, quem sibi omnes familiæ ambiebant, ex earum stirpe nasceretur; probat latè Sherlogus 151.
tom. 1. in Cantic. anteloq. 5. à numero 116. Sherlog.
Hac ætate Iuditham duxisse virum, satis coniecturarum est, tum ex more fœminarum nobilium: tum vt fermè centum quinque annis, detractis solùm illis duodecim, in domo viri mansisse asseramus: siquidem textus Latinus ideò hæc absolutè, dixisse credendus est: quoniam modicum tempus solet in sacris præteriri, scripturarum stylo, vt pluribus in locis videre est, sicut diximus suprà tom. 1. cap. 5. à n. 32. in computatione annorum, quos sub Ægyptio transegerunt Hebræi. Quæ si teneas, in omnibus apparet concinnitas quoniam & appositè Vagao nuncupauit puellam,

quæ

quæ vox vernum pubertatis florem ſignificat, *Fulgent.* & S. Fulgentius nuncupat iuuenem, quaſi non multum à puellari ætate diſtantem iuxta illud *Ouid.* Ouidij: *Multi illum iuuenes, multæ petiere puellæ.* Nam iuxta computationem hanc nondum decimum ſextum ætatis annum excellerat, cum ad Aſſyriorum caſtra perrexit, cum tribus annis & menſibus ſex poſt viri deceſſum viduitatem egiſſet. Id tenera molliſque pulchritudo perſuadet, cuius illice prendit Tyrannum, animúmque & caput abſcidit. Quin ſi ſic annorum decernamus ſtatum, grandis laus viduali continentiæ, monogamiæque Iudithæ aſſurgit, quæ in florenti ætatis puberis ſtatione ſic ſe ſolitudini viduali litauit, vt nobiliores reſpueret proceres, inter quos certabatur ad thalamum; cùm tamen & nubilis ætatis vernæ deliciæ, & ingentes opes, & ſupra miraculum pulchritudo, & inſignis facinoris parta gloria ad geminatas nuptias illicerent. Præcipuè cùm nullos ex Manaſſe liberos eduxiſſet, & ſui celebre monumentum, liberatæque patriæ æternandum ſtemma ſuſcipiendæ ſoboli operam nauatura cenſenda erat, quam inſolitæ dotes ornabant.

152. Verſ. 29. *Et defuncta eſt ac ſepulta cum viro ſuo.* Tandem Iuditha, quæ tot exarmauerat Duces, tot vitas vnius pugionis impreſſione contriuerat, vitalibus ſpiritibus deſtituta poſt plurima luſtra, placidam, leuémque mortem obiuit, qualis Heroïdem decebat. Nec à lethali falce impetu demeſſa eſt, ſed ſenſim ex conſeneſcentis, occiduæque naturæ ſponte, ſanctiſſimam, fortem, maſculam è fœmineis nexibus appetentem abſolui, afflauit animam: id enim videtur ſignificare: *Vixit annos centum quinque, & defuncta eſt.* Vale, ô vale, macte virtute anime, ne animam dicam, cùm nulla fœminea dictio tam virilem fœminam deceat. Vale, & in ſinum Abrahæ ea maieſtate & pompa, qua in Solymas victrici crepidâ intraſti, ſubintra. Ea venuſtate, coruſcæque virtutis lumine, quo oppanſas Aſſyriorum tenebras eluiſti, Patriarcharum, & ſacrorum Vatum ſanctum exhilara contubernium, eâ, dominante pulchritudinis poteſtate, qua Ducem ſubiugaſti potentem, inter Sanctorum choros irradiante fronte, præſtantéque virtute procede. A longè Tartarus trepido, pauentéque collo ſuas fauces obturat, ſuos rictus frænat: ſicut enim horruerunt Perſæ conſtantiam tuam, & Medi audaciam tuam, tenebroſi Principes ad tantum inconcuſſæ virtutis prodigium exhorrent; nec hiſcere audent, quaſi manum fœminæ pertimentes. Gemit, gemit ſub ignea fornace ille purpuratus diues & epulo, ille Holofernes, qui poſt feruidas generoſo lyæo crateras, poſt vndantia mero cellaria, fumantéſque pateras, ſtillam aquæ ex digiti cuſpide, anhela ſolicitat ſiti: & niſi & adhuc ad tuæ manus paueret impulſum, quòd tenerum digitum in Bethuliæ fonte (cuius laticibus, quaſi nobiliore ceromate, te ad certamen inunxiſti pudoris) intingeres, implorare. Et ſub flammeo recubat conopeo, ardentíque laſciuiæ thalamo voluratur, & quem cruciaſti pulchritudinis flammâ, ſqualidæ fœditatis flammâ cruciatur.

153. *Ac ſepulta cum viro ſuo in Bethulia.* Sic mos antiquis, etiam ſub mortem ſocietatem appetere coniugalem, contuberniúmque puluereum; maritalémque adhuc in frigidis cineribus nexum, vt vnus ſepulchralis lapis, quaſi funeſtus torus, coniugem vtrumque contegeret. Sic Tobiæ 4. verſ. 5. Geneſ. 25. verſ. 10. & Geneſ. 49 verſ. 31 *Tob.4.5. Gen 25 10. Gen.49.31.* Cum Latinus textus ſupra cap. 8. verſ. 3. de Manaſſe dixiſſet: *Et mortuus eſt in Bethulia ciuitate ſua, & ſepultus eſt illic cum patribus ſuis:* ideò procliue eſt, quod nunc textus Latinus aſſerit, ſepultam fuiſſe Iudith am in Bethulia. Nec intereſt quod textus Græcus dicto cap. 8. dixerit ſepultum fuiſſe Manaſſem in agro, qui eſt inter Dothain, & Balamo: nam vt benè notauit Serarius, ſcitè nuncupatur Bethulia, quiſquis ager Bethuliæ vicinus. Iure ibi pudica valideque oſſa Iudithæ iacent, ſiquidem Andriconius Delphus *Adricom.* in tribu Zabulon num. 19. ſcribit, *in campo verſus Dothain caſtrorum Holofernis veſtigia quædam adhuc reſtare ſcribuntur.* Et num. 15. de Belamon, ſeu Belma inquit. *Hàc Holofernes contra Bethuliam ducens exercitum tranſiit.* Aptum Iudithæ mauſolæum in hoc medullio, nempe inter Dothain & Balamo, vt vbi apparent Holofernis veſtigia, illic eius debellatrix in victoriæ monumentum perſiſtat, & quæ caput abſtulit, pedum dominetur veſtigia. Quaſi etiam defuncti cineres iure belli, ſpoliorúmque lege illum latè campum poſſederint, in quo Holofernianus exercitus vel metatus fuit, vel terram tranſeundo contriuit.

Luxitque illam omnis populus diebus ſeptem. 154. Qui propter Iudithæ robur ante plura luſtra populus riſerat, luctúmque funeſtum abſterſerat, nunc eius morte quaſi medullitus ſauciaretur, obruitur lachrymis, parentaliáque ingeminat triſtia, ſeptémque dies, quos funebris dolor taxauerat, non contribules tantùm, non pullata familia, ſed omnes Bethulienſes luxêre. Nam quæ omnibus nata fuit, omnibus vtique fuit defuncta: nec par erat vnius domus lachrymis intingi cadauer, cuius elegantia & venuſtas pepererat Patriam, partóque triumpho gentem Iſraëliticam reproduxerat. Scimus quod Eccle. 22 verſ. 13. dicitur *Luctus mortui ſeptem dies.* *Eccle.22.13* Hoc ſpatium forſitan apud Hebræos, ad pangendas inferias, quoniam hilaritatis nuptialis feſtiua pompa vſque ad ſeptem luces tendebatur, æquáque lance appenſum eſt doloris pondus cum lætitiæ momentis. Vt nouerimus quotquot horas gaudia feſtiua ſubripiunt, tot iterum luctui mœrorique ſoluendas. Vt parci ſimus in hilaritate & tripudio, ne ære alieno grauati ad reddenda æqualia tempora triſtitiæ cogamur. Apud Ethnicos maiora erant parentalium ſpatia, quàm iucunditatis nuptialis. Donatus ad Terentium in *Donat.* Phorm. actu. 1. Scen. 1. *In nuptiis ſeptimus dies inſtaurationem voti habet, vt in funere nonus, quo parentalia clauduntur.*

Verſ. 30. In omni autem ſpatio vitæ eius, non fuit, qui perturbaret Iſraël, & poſt mortem eius annis multis.

Verſ. 31. Dies autem victoriæ huius feſtiuitatis, ab Hebræis in numerum Sanctorum dierum accipitur, & coli-

tur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

155. Vers. 30. *In omni autem spatio vitæ eius.* Vera victoria est, quæ dum semel hostes debellat, non solùm gignit pacem, sed & nutrit, & ad senilem deducit ætatem. Innumeros exercitus fœmina proculcauit, quæ in vno Holoferne concisso præter Assyrios, Persas, & Medos alias inimicas gentes terrore perfuso contriuit. Impetrauit equidem, quæ poposcerat in prima sui ad Dominum oratione. Recordare precum exordium, quibus Dominum ad opitulationem supplex lacessierat, induta facco, puluerêque respersa cap. 9. vers. 2.

Iudith 9.2. *Domine Deus Patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum:* vbi non solùm aduersus Holofernianas phalanges similem Simeoninæ victoriæ triumphum expetiit, sed & appendicem eius tranquillam pacem, vt & in posterum inimicis Israëlitici nominis brachia deciderent, nec eleuare lanceam auderent, præliatémque, impetum meditari aduersus Hebræos, quos diuina castra muniebant. Id post Herois Simeonis aduersus Sichimitas facinoris sortem, præsidiarià Dei virtute contigit. Nam gentes quantumuis prouocatæ ab iniuria, panidæ nutantésque destitêre ab vltione, Iacobæámque familiam impunem recedere permiserunt, ne in nouam stragem militantem Deum experirentur,

Gen. 35. Genes. 35. *Cúmque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes.* Obserua ly *terror Dei inuasit.* Quippe reliquia diuinæ vindictæ terror est, frænatque insilientes impulsus, eneruátque vires, ne contra stimulum calcitret inimicorum insurgentium superbia. Bene Chrysostomus ibi:

Chrysost. *Nihil fortius est eo, qui superna munitur opitulatione, sicut nihil infirmius eo, qui illa priuatus est. Ecce enim iustus ille cum paucis existens, quia custoditus est à dextra Dei, & fiduciam accepit, & insidias effugit.* Idipsum consecuta est Iudith, quæ in fortunæ bellicæ exemplar Simeoniam & Rubenicam fortitudinem & euentum suis ausibus proposuerat. Inde similis terror gentes omnes inuasit, nec hiscere ausæ sunt in gentem Hebræam. Quare eadem ferme vox in Græco textu est.

Græca. *Et non erat amplius, qui terrorem inferret filiis Israel.*

156. Mirabile est, nec nisi Dominicæ dexteræ prodigium, quòd Nabuchodonosor pudoris incitatus aculeo, non vlcisceretur iniuriam, & qui Orientis domuerat plagas, aggerato milite non irrumpere in Bethuliam pararet. Quod quare factum, cum Cambyses iuxta nostram Chronologiam fuisset, diximus suprà tom. 1. cap. 1. num. 14. Et quidem efficax supra modum argumentum est, hanc historiam sub Cambyse accidisse, hæc pacata tranquillitas Reipublicæ Hebrææ post integrum ferme sæculum: nam & postea Darius templum exædificari concessit, Hebræísque rebus incrementa permisit. Quod si sub alio Rege hæc contigisse contendas, ægrè arithmeticos annorum numeros computabis, vt certum statuatque sit longam illuxisse pacem Hebræis. Desino quotquot difficultatum monstra libenter absorbeant, qui ad Manassis tempus, hoc fortitudinis prodigium reducere satagunt: quo merito, ipsi viderint.

Vers. 31. *Dies autem victoriæ huius festiuitatis.* 157.
Ridet Serarius, quod Scholastica Historia, & Dionysius Richelius festiuitatem hanc *Cambysam* nuncupatam protulerint, vtpote quæ acciderit sub Cambyse. Quid quod rideat vocabulum? res ipsa, nisi prauè hucusque in toto hoc opere nostra elucubratio insudauit, Cambysem fuisse demonstrat, qui in subiugandum orbem adornauit exercitum. Non de vocibus iurgia moueamus. Potuit Cambysa festiuitas appellari, si Cambysæam vocatam volueris; adde tu litteram, quam corruptio vetustati glutiuit, vt in aliis pluribus nuncupationibus euenit. *Festum Iudith* crederem appellatum, sicut & ipse liber vocatur. Nec interest huius festi in Kalendario Hebræorum non haberi memoriam; excidisse quis ambigat vel vetustatis inuidiâ, vel nebulonum opere, qui fabulas censent sacrarum veritatum prodigia. Certè iam apud Chronologicos inualuit, in Kalendario Hebræorum hoc etiam festum affigi Die 25. mensis Casleu, vt scribit Salianus tom. 4. annal. anno 3418. num. 4. & ab Æthiopica Ecclesia celebrari quarto mensis Elul. perhibet Serarius hîc quæst. unc. 9.

Serar. Richel.

Salian.

Serar.

EXPLANATIO
Moralis institutionis ad Cap. XVI.

Vers. 1. Tunc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens.

Indistans debet esse sacrificium à triumpho, inimicos Dei occidisse, Deóque pro gratitudinis reuerentia occidere Religionis victimam in altari.

SECTIO I.

VICTORIÆ flos deuotio est, fructus adoratio, & holocaustum pectoris, gloria. 1.
Marcet laurus, quam ignis sacrificij non vrit: Si à cælestis religionis fulmine tangitur, virore vernat, & in posthumas perennat ætates. Faustus vsus victoriæ, cultus est, præda fœlicior, quæ suam vincenti Numini tribuit sortem. Qui victoria abutitur etsi in ferculo, & quadriga triumphet, sordet vt victus, ipsóque sui sepelitur in triumpho. Sed abutitur, qui non trophæa ex gratiarum tholo suspendit, nec Deo restituit per venerationis vota, quòd vicit. Inter ouans agmen & victum sola ad Numen pietas discernit. qui vincitur, si pius, ouat in casu; qui superat, si impius, cadit in triumpho. De fidei, religionísque calathis ad coronatia serta flosculi veniunt. Donec animi gratitudo & deuotio ferat suffragium, & virtutum Senatus triumphum decernat, iniustè Imperatoris titulum victor rapit. Nouinisi Dei obsequio præcone, hymnísque pro fidibus, fide pro tuba, & Dei [illegible] laudibus

laudibus pro pegmate, & ferculo victor celebretur Christianis, tantundem ac victus est, si ab ingratitudine subiungetur.

2. Fusis hostibus victrix Heroïna epinicium victoriale decantat, non sibi, sed Domino, qui in manu fœminæ iugulauit Tyrannum: *Tunc cantauit canticum hoc Domino Iudith.* Hymni celeritatem expende: *Tunc cantauit*, nondum à puluere armati milites se diluerant, nondum abstersetant aspersum cruorem, inimici sanguinis sordes adhuc in victricibus manibus ad nitorem gloriæ calebant, cum Imperatrix nuncupata Iuditha, in carmina religiosa laxatur, ne si tardauisset in gratus, Numinique perendinaret præconia, victoria per momenta decresceret. Illicò pulsauit neruos sonoros, ne eneruauisset triumphi vigorem, de Dei elogiis texuit corollam, quasi nondum vicerit, donec caneret. Inter sacrificium laudis & stragem hostium vix momentum vnum fibula fuit, vt idem esset inimicos fundere & vota, adimere ab Assyriis spolia, & exercituum Domino reddere. Belligerantes viros fœmina docuit vincendi artes, triumphandi dotes: fide vincere, religione triumphare. Vt cultus à victoria non abeat, pietas à gloria. Salubris & sancta lex, de contritis agminibus, quasi granis Sabæis, odoratóque puluere thuribula sacra succendere, atque vexilla supprimere, gladios consecrare pacatos, séque post bella supplici veneratione vouere.

3. Vt se præpararet ad arma, bellúmque fraternum addisceret, quasi ad vmbram certaminis,
Gen.32.23. secessit Iacob in eremi gymnasium, Genes.32. vers.23. *Traductisque omnibus, quæ ad se pertinebant: mansit solus: & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane.* Eheu sudor ingens! Non oleo, non ceromate vncti alterutrum se pugiles premunt.
Gen.32.25. En pro Iacob victoria. *Qui cùm videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.* Si vir ille, subitò athletha, solo tactu neruum contriuit, nonne & potuit repetito nisu comprimere reluctantem? Qualis hæc fortitudo gladiatoris spectii? Qui illæsus ferit, superare non potest. Illidere & luxare, non vincere? Vt quid percussit, quem vt vulneret, fatetur victorem? Nodum discutiam, si videro qua in parte corporis plaga inflicta: *Tetigit neruum femoris eius*, id est, dissoluit tendinem, quæ femur siue coxendicem vertebræ, id est, ossi superiori connectit. Neruum quo crus ad statum sustinetur & motum, & quasi cardine vertitur poples, tactu dirimit, vnde claudicauit Iacob. Ergo vulnus genuflectere fecit, curuauit gressum, poplitémque dispunxit. Vt quid? Vt reuerentiæ adorationísque disciplinam in curui cruris positione relinqueret; tibiam enim vertit, qui declinia venerationis præstat officia. Eximia solicitudo seu Dei seu Angeli pugilis cum Iacob. Dat, vt vincat, superámque sui fortitudinem reprimit, vt superet Patriarcha: sed pro victoriæ pignore documentum imprimit Religionis. Edocet quòd victoria sit cultus, quòd triumphus genuflexio, quod deuexo poplite se victorem inspiciat; vt quolibet se moueat, venerationis signa protendat; quot victoris peragat gressus, tot obsequij signa iugi claudicatione pronuntiet. En ergo quàm aptè apposita ratio fluat: *Videns quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.* Maluit religiosum, quàm reuerentem. Quem noluit victum, reddidit supplicem, vt ipsum luxato coleret femore, quem vincebat. Sed & modestia deuotióque femoris fuit; dum erigebatur ad triumphum, ad obseruantiam illicò flecti. Pondera illud: *Statim emarcuit.* Ne marceret victor coronæ, emarcuit neruus ad adorationis officium. Sat fuit vel modicum tactum subire, vt humilitatis responso se sterneret statim ad cultum. Deo, quem vicerat, dedit victoriam, túncque se vicisse clamauit, cùm vocali poplite se deiecit. O victorum disciplina fidelium! non triumphis insolescere, non auspiciis fortunatis efferri, sed superbiæ phaleras religioni subiicere; vt Deo humiliari non pigeat, quem à Deo superasse delectat. Victor Iacob illicò suum victorem adorat, quippe à quo acceperat quòd vicisset. De palæstra fecit altare, de stadio templum: quoniam vnus erat pugil & Deus; ne distaret à victoria deuotio.

4. Vers. 31. *Ortúsque est ei statim Sol, postquam transgressus est Phanuel: ipse verò claudicabat pede.* Gen.32.31.
Quia neruus femoris statim emarcuit, ei statim oritur Sol, ne religionis signum sine luce lateret. Æmulatus est Sol victoris gloriam, quæ de humilitate nitebat. Sed cur claudus vsque ad funus Iacob? Nonne sat, in victoria, adorationis ergò, genuflexisse? Equidem si aliquando memor luctæ, victoriæ vtique meminisset. Vel ipsa memoria sine pignore reuerentiæ non sit. Triumphi præteriti recordatio etiam poplitem poscit inuersum. Non victoris cultum sæcula deleant. non erectum corpus persistat. etiam memoriæ cultus debetur. Qui semel vicit, claudicat perpetuò Iacob. Talem ei pietatis characterem pugil impressit, vt quoties motus rescriberet religionem.

5. Apocal.5.v.5. *Et vnus de senioribus dixit mihi:*
Ne fleueris; Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Apoc.5.5.
Dauid, aperire librum. Et vidi: & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tanquam occisum. Si Leo fuit, qui vicerat, qui agnus apparuit? Vbi iubæ depexæ, vbi ingenitus in capite triumphus, vbi maculæ pro paludamento purpureæ, vbi pro victoriæ facibus flamma oculorum, vbi exerti vngues pro armis, pro spoliis sanguis, & in rictu frusta pro præda! Agnus est ad victoriæ gloriam, qui ad victoriæ sortem fuit Leo, cruoris maculis vellere rubricato, defosso iugulo, pedibus vulneratis, mortémque penicillo vitæ picturans. O aptè! Sacrificij animal agnus est, pugnæ Leo. Qui vt Leo vicerat, iam sacrificatur vt agnus, de prælio properauit ad aras, altare fuit pompa triumphi. Ne à victoria holocaustum distaret, agnus non dissidet à Leone. Vnus & idem est, qui contriuit exercitum, & conteritur in altari. Non sustinuit diuinæ gratitudinis moras. Deus, qui vt Leo vicit, vincitur ad victimam, victor & victima ipse est.

6. Aduersus Ammonitas belligerabatur Iephthe, &, vt se auspicaretur victorem, pro triumpho sacrificium promisit, Iudicum 11. versic. 30. Iudic.11.30.
Votum vouit Domino dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. Præsagium victoriæ holocausti fuit votum: incepit vincere, cùm deuouit. Cur sic sacram

ſacrum concipit ſponſionem, vt qui primus egrederetur è domo, obuiámque proceſſerit triumphatori, in aris ad obſequium Domini mactaretur? Ne religionem moraretur triumphus, ne procraſtinaret cultum victoriæ, alacris occurrentis feſtiuitas ſanguini deſtinatur, & celebritatis primitiæ quaſi nouæ fruges in pyram holocauſti offeruntur. Vincet, vincet, qui ſic ad gratitudinis vota cucurrit, vt curſorem primum ad iubilum & plauſum victoriæ; an-
Iudic.11.31. tequam vicerit, in altare feſtinaret inferre, v.32. *Tranſiuitque Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manus eius.* Properationis æmulo gradu ſe in Ducis manus laurus inſeruit; quippe qui voto in holocauſti grata munera properauerat. Vix egreditur, vt pugnaret, cùm regreditur victor ſe et illicò triumphis deuouit, qui Domino deuouerat triumphum.

7. At meditare quid contigit, verſ.34. *Reuer-*
Iudic.11.34. *tente autem Iephte in Maſpha domum ſuam, occurrit ei vnigenita filia ſua cum tympanis, & choris, non enim habebat alios liberos.* Quid eſt, lætabunda puella, filia Principis? ſic antcà crepida, præpetiſque modulis pedis te in chori Principem, vt prima acceſſens ad patrem, præmittis, & victoriæ perſonas epinicium? Imò tui funeris epicedium decanta, parentaliáque mœſta, quæ vt exciperes læta parentem, agis choros, tympana pulſas. Victorialis gratitudinis fuit ingenium, prouidentia ſortis non caſus, vt vnuſmet eſſet victor & victima, vnus holocauſtum & ouans. Genitoris pars ſoboles eſt, eadem caro traduce generis copulata. Ergo, vt idem, qui vicerat, mactaretur, & de pugnæ feruore transferretur in aram, triumphatoris pars triumphatori ſedula occurrit; vnum erat, qui recipitur & qui recipit, vt vnus ſit qui vicit & ad ſacrificium infertur. Vide prudens virgo genitorem ſolatur,
Iudic.11.36. verſ.36. *Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcúmque pollicitus es, conceſſa tibi vltione, atque victoria de hoſtibus tuis.* Expende rationem argumentatæ puellæ: *Conceſſa tibi vltione, atque victoria de hoſtibus tuis.* Ac ſi diceret: Coronis & corona victoriæ religio eſt. Ipſe qui vicit, anathema Domino ſit, ignique ſacro deuotionis debetur: obibo pro victore parente, cuius ſum & pignus & pars. Liberalis voti te non pœniteat, te ignarus holocauſto voluiſti, cum mucroni & flammæ in donarium Dei primum, qui occurreret, dedicaſti; te, dum me, ſacrificia: etſi in prolem impius, qui ſpiritum, non carnem, holocauſto polliceri debebas; aliquantulum pius, qui nec tibi in victimam pepercisti, dum iam in pectoris animoſi ſuggeſtu voto vnigenitam iugulaſti.

8. Saül à Domino mittitur, vt percuteret Amalec, eique ſuggeritur lex vincendi, quòd machærâ pergraſſante, quidquid ibi viueret, in-
1.Reg.15.3. terimeret, 1. Reg.15. verſ.3. *Nunc ergo vade & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius: non parcas ei, ſed interfice à viro vſque ad mulierem & paruulum atque lactantem, bouem & ouem, camelum & aſinum.* At ille inobediens temerauit victoriam, impiaque pietate pinguibus diuitiis adhæſit. Vt aruina & adipe ſaginaret triumphum, pinguiſſimo pepercit Agag, pinguibus & nitentibus gregibus ac armentis. Denique ſibi triumphalem fornicem erigit, victoriæque ſuſtulit monimentum. At, vt reſpiceret ab errore, obtulit protinus holocauſta, verſ.12. *Venit* 1.Reg.15.12.
ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocauſtum Domino de initiis prædarum. Cur de elato fornice illicò deſcendit in aram? Quaſi vt piaculum expiaret, liberalique holocauſto excuſaret errorem. Studuit ſe publicare victorem; cùm ſignum promptiſſimum ſit victoriæ, diuidere cum Numine prædam. Sed increpat Samuël,
verſ.22. *Numquid vult Dominus holocauſta & vi-* Ibid.22.
ctimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia, quam victima. Quid eſt quòd vates increpet pietatis officium, Deóque præſtita victorialia dona renuntiet? An quia ſignum argumentúmque triumphi, victimalis ſit oblatio victoris, nec Saul vicerat, dum Dominica iuſſa contempſerat? Imò quia ſuit victimam præſtolatus; tardè obtulit, poſtquam vicit, qui in ipſomet pugnæ feruore iuxta præceptum Domini debuit offerre. Bellantis manus ſimul debuit eſſe Sacerdos, pugnæ ardor pyra, claſſicum armentorum oblatio. Qui iuſſit, vt bouem & ouem, & camelum & aſinum interficeret, militem in ſacrificulum initiauit, vt non eſſet nuda cædes, ſed ſacra, certaminíſque puluis inſtrueretur in aram. Tam indiſtans oportet eſſe à victoria holocauſtum, vt & primus impetus bellatorum in auſpicium vincendi offerat, quos interficit, debeatque interficere, vt offerat; vt iunior ſit religio triumpho, & quos cadunt militari feruore, præpropero voto in Altiſſimi ſacrificium conſcendant. Qui obedire noluit, vt parceret, iniuriosiùs ſibi pepercit; non mactans animum obedientiæ mucrone, ſed oblationem differens poſt victoriam. Ergo victor non fuit, qui ſe vincere non præualuit. Nefariè ſe in officia Sacerdotis per holocauſti miniſterium intrudit, qui dum manus cum Amalecitis conſeruit, Sacerdotem ſui pectoris eſſe noluit.

*Verſ.*3. Dominus conterens bella Dominus nomen eſt illi.

Fides aduerſus Fidei inimicos vniuerſa Militia ſit. Pugnet, vincat, triumphet. Si pugnauit, & vicit, cur non triumphi gloriâ donabitur à victore Catholico, qui Deo cultum gratitudinis reddat.

SECTIO II. 9.

SI fides militat, fides vincit: pugna eſt pariter & victoria; quin ipſa ſibi triumphale eſt ferculum, & onuſta ſpoliis quadriga, ſéque canitur pro præcone. Bellat, debellat, triumphat. Non indiget gladio, non auſpicio, non curru, ad vulnera, ad ſortem, ad gloriam. In vna virtute & armamentum & fortuna reſidet & triumphus. Qui fidelis militas; vt fidei conteras inimicos, non ſtringas niſi fidei machæram, non ſperes niſi fidei fortunam, nonniſi fidei currum aſcendas. Qui hoc mucrone viciſti, victor protinus adora mucronem: da quod ſuum, fideiq; quæ pugnauit, ſuperauit, & triumphet. Hæc tibi erunt artes: Cæde, vince, cade, gladio,

dio, gaudio, reuerentiâ: fortis, fortunatus, deuotus.

10. Iudith, quæ fide militauerat, fide vicerat, victoriale canticum orditur à fide, vers. 3. *Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.* Cur epinicij exordium sic auspicatur, nec *Deum* sed *Dominum* nuncupauit? Sanè Domini nomen, postquam limus deornatus in hominem, & creatura rationalis ab Opificis ore erupit & manu, vt plures ex Patribus obseruarunt, cœpit Gen. 2. 7. audiri, Genes. 2. vers. 7. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.* Insonuit cum famulo Domini nomenclatio, qui seruum sibi finxerat, titulum Dominatus expressit. In huius vocabuli fidem vniuersa fides incumbit. qui credit Dominum, stolidus est, si fidei sacramenta non credat. An sub huius tituli pignore militans Iudi- Iudith 13. 7. 9. tha petiit Tyrannum? & vicit. suprà cap. 13. vers. 7. pugionem pendulum è columna capessens, dixit: *Confirma me Domine Deus Israël; & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam.* Iamque cadente gladio, iterum fidei verba resumit, vers. 9. *Confirma me Domine Deus in hac hora. & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius.* En fide militauit, fidéque vicit; ergo triumphat & fide. De fidei syllabis epinicium victoriale componit. fidei lumen ad carminis triumphalis limen appendit, vt vnus esset stylus bellandi, debellandi, & triumphandi. Armata Domini fide & titulo Persam truncauit, fudit Assyrios: hanc eandem vocem ad victoriæ stemma resumit. *Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.*

11. Gedeon vt inauguraretur in Ducem, ad fidei se præparat elementa, & in vellere iam sicco, iam madido credulitatis argumenta præsumit. Deus sub nomenclatione Domini, fidei delectu Iudic. 7. 5. milites ad pugnam recenset, Iudic. 7. vers. 5. *Qui linguâ lambuerint aquas sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt.* Cur hoc signo deligit bellatores? Ne nisi fideles conscripsisset in albo, Fides obsequiosa est. sub obedientiæ manum sibi mancipat suos qui in fidei obsequium intellectum captiuant. adorare facit, genúque flectere, nec sacramentorum fluenta lambere lingua, argutijsque sermonis discutere, sed docili operaméque manu ad mutum os sacros latices admouere. Ergo fidei armis Gedeonis milites instruuntur, & qui in ipso pugnæ conflictu Iudic. 7. 16. artificium fidei sumpserunt vers. 16. *Diuisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenásque vacuas, ac lampades in medio lagenarum.* En fidei emblema: Thesaurus luminis in vasis fictilibus, argumentum non apparentium, rerum sperandarum substantia, lampas sub limoso inuolucro, sub testa lux, luminosa caligo, tenebris opertus splendor, veritatis ænigma, thecáque lucis. Hoc ipsum ingenium in hominis structura præcessit, vtpote qui fidei capax, cùm Domini nomen insonuit. Re- Gen. 2. 7. cole quod prædiximus, Genes. 2. vers. 7. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ & inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vitæ.* En humanum corpus lagena, igneum animæ spiraculum lampas. Lutosis hydriis pugnate fideles, in impetu frangite. Quod est limus, ad hostium cæ- Iudic. 7. 18. dem apparebit lucerna. Vers. 18. *Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite, & conclamate Domino & Gedeoni.* O classicum fœlix, ô signum faustum! *Domino & Gedeoni.* Cur Domini nomen recinitur in præliari feruore? Vt fides, quæ pugnauerat, vinceret, victoriàque contingeret, qualis pugna.

Ergo vicit Gedeon fidei voce. An syllabis eis- 12.
dem triumphauit? Post victoriam decernitur Imperator, Iudic. 8. vers. 22. *Dixeruntque omnes viri Israël ad Gedeon: Dominare nostri tu, & filius* Iudic. 8. 22. *tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian.* At ille, qui se Dominum auscultauit; noluit sibi, sed Domino decernit triumphum, vt fidei vocabulum, quod vicerat, sic triumpharet. *Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus.* O prudens & fidelis humilitas! Domino restituit victoriam, cuius ope & arma ceperat & spolia. Stolida & rapax superbia est, quæ prædam exercituum Domini deprædatur. Sed vide quod adiicit vers. 24. *Dixitque ad eos: vnam petitionem postulo à vobis: Date mihi inaures ex præda vestra.* Cur efflagitat inaures in sortem? Quia fides ex auditu. Fidei vestibulum hoc organum est, hàc spirat, hàc penditur, hinc vt pretiosa gemma suspenditur. Fidei victoriam inaurium hieroglyphico conclamauit. Gedeon persiste fidelis: benè vsus es pugnâ, benè victoriâ, benè triumphum componis, benè vtere triumpho. Sed triumpho fidei abutitur turpiter, qui de inauribus conflauit idolum, vers. 27. *Fecitque ex eo Gedeon Ephod, &* Iudic. 8. 27. *posuit illud in ciuitate sua Ephra fornicatúsque est omnis Israël in eo, & factum est Gedeoni, & omni domui eius ruinam.* Cur vsus triumphi mors illi fuit, gloriosúmque ferculum casus? Quoniam de emblemate fidei fecit perfidiam, & qui benè cœperat, benè processerat, benè finierat, nequissimè finem tractauit, fidei finem perfodiens, & à fidei interitu funestum sibi finem addixit. Fides virgo est, nonnisi auribus perforatur, aure concipit, aure nubit; sed obnubit oculos, ne decumbat. omne sibi ornamentum inauris est. Gedeon fidem virginem nefariè corrupit, qui idololatrorum oculis fornicariis, non auribus inaures obiecit. Ergo triumphi ætas sit fides: nec interest, quod nascatur, iuuenescat, aliquósque adolescat in annos, si non vsque ad finem senescat. Nemo iniuriosior fidei, quàm qui fidei partas victorias infidelitate corrumpit. Conflat siquidem prædam in Deos, qui superbus prædâ insolescit, in perfidiæ conflatorio ad idola fundit inaures, qui fidei sortem cum ambitionis arrogantia confundit. Victus post victoriam cecidit Gedeon, qui per fidei semitam fecit ruinam. Deorum numerus per aures Primigeniæ negotiante serpsit serpente, Genes. 3. vers. 5. *Eritis sicut Dij.* Temerauit virginem Euá Gen. 3. 5. vafer coluber, qui per aures stillauit semen perfidiæ. Ergo in inauribus prædæ Israël fornicatur, qui fidem virginem per suummet organum temerauit. Virgo, quæ semel non est, nunquam est. Fides, quæ non tota semel, non est. idem est non credere & spiritualiter fornicari. Nunquam victor Gedeon, qui ex victoriæ lucro iam desiuit esse fidelis.

Ioannis 1. vers. 5 *Omne quod natum est ex Deo,* 13.
vincit mundum, & hæc est victoria, quæ vincit Ioan. 1. 5.
mundum, fides nostra. Obserua. Victoria non vincit. Strenui milites gladiis à multa cæde purpureis,

portis profligatis agminibus seu captiuis, arce
diuulsa, mœnibúsque quassatis, vincunt: ciui-
tate potiti, militarísque finis actionis nuncupa-
tur victoria. Victoria, quæ vincit? nouus sty-
lus, sed necessarius, sed plenus maiestate & de-
core. Si victoria fides est, vincit victoria: nam
quæ fides vicerit hostem, priùs victorem ipsum
1.Cor.10. deuicit. Nonne intellectum in obsequium fidei
captiuat. 2.Corinth. 10. *Captiuantes intellectum
in obsequium fidei.* Tam indistans est à victoria
fides bellatrix, vt ipsamet, quæ pugnat, & vin-
cit, victoria sit. Qui debellauit hostem ex fide,
debellatur à fide, vt victoris pompa sit, fidelis
in Deum exhibitio pietatis. Cum propter fidem
vicit fidelis, vno ictu duplicata splendet victo-
ria. Infidelis vincitur à fideli, sed à fide fidelis.
Tunc victoria fidelis tota est, cùm victoria cul-
tus fit & religio, nec salit supercilium superbiæ,
sed fidelibus hymnis psallit triumphator: cùm
reuocat triumphum in aras, fastúmque deducit
in vota. Sacra tua Catholica sunt, & Catholica sit
victoria. Si colis Deum, dum bellas; dum de-
bellas, & cole. Subiuget te fides, non solùm
militem, sed victorem. Perennet triumphus
fide perenni, adole thura, te Numini macta; vi-
ctoriæ diem detinebis, ne fluat.

Nonnisi pacis officina sit bellum. Non ad pugnam, sed ad tranquilitatem pugnetur. Vitæ sit minister Miles, non mortis. Arma sint agricolæ studiosi instrumenta, qui vitalibus frugibus per ferrum incumbit.

SECTIO III.

14. PRINCEPS pacis est, qui Dominus exercituû. bella conterit ex dominationis titulo, quasi odorata aromata, vt suffitû pacis exhalent. Præcinctos militaris togam intendat, Imperatoris purpura sanguinem belli in alborem dirigat pacis. Domini nomenclaturam meretur, qui bella tractauerit non vt pugnet, sed vt bellis repugnet, insistat paci; vt inimicitias conterat, non inimicos; vt hostilitatem, non vt hostes infringat. Sospitas & columen quietis classicum imbuat, crepet buccina, non præliandi libidine, sed pacandi. Qui furori inseruit, irísque hostilibus mancipatur, victoriásque reducit in bella, & irrequieto Marte non tam pugnat vt vincat, quàm vincit, vt pugnet, mortis fit infame mancipium, proxeneta cruoris, obses libertatis communis, nec stemmata dominatus meretur, sed stigmata serui, naturæ est carnifex, apparitor pietatis, alius gladiator ad circum, fera victitans de vulneribus, hostis publicus, prædo pacis. O vos, qui nec terras, nec sæcula otiari permittitis ad leuamen, sed vomeribus præliorum assiduis non in pacis segetem, sed vt in teterrimos agminum manipulos continuò repullulent, exaratis? nec falcem deponitis, nec stiuam. communi parcite genitrici, quibus ardor militandi luxuria est, non fœdera, non pacta censendi, non propagandi regna, sed bibendi cruorem, & de sanguine naturæ viuendi. Si semen militaretur ad pacem, semel bella quiescerent. bellatur ad bellum; quid quod ex triumphis bella gignantur? machæra incubat, semen est cruor, lectulus, nimbo puerperium impetus, furor fœtus, cui partus fuerit parta victoria, qualis erit soboles nisi bellum?

15. Iudith. vt Dei insigne decantat, vers. 4. *Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.* Cur vocem Domini repetiuit? Opportuna constructio fuit: Ideò Dominus nomen est illi, quia est Dominus conterens bella. Quid est bella conterere, Pacem tundere. Non conterit bellatores, sed bella. Vt pacem serat, dissipat prælia. Qui non bella conterit, sed solidat & impinguat, nunquam dominatu potitur, iugiter in ancipiti est, non fruitur, sed sperat & timet, nec collectis manipulis hilaratur, nec regnat in aula, cui vita fuga, cui sub dio domus, cui sanguis poculum, esca vulnus. Ille solus Dominus, qui verius Domini cognomento, & quod semel acquisiuit inuictione, seruat inermis, nec præliantis fortunam iactat in aleam. Suos bellatores Dominus exercituum erudit, vt nonnisi ad pacis semina ferrum sumant, instruit lacertorum contextum, & brachiorum amplexum, vt quæ sunt pugnandi arma, sint & amandi, & pro charitatis pignore confligatur.

16. Ad fraternum bellum Iacob accingitur, recenset milites, digerit turmas, Genes. 32. vers. 23. Gen. 32. 23
Traductísque omnibus, quæ ad se pertinebant, mansit solus. & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane. Qui cum videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruũ femoris eius, & statim emarcuit. Communis sensus Patrum est, hoc cum Deo pugile tetendisse certamen, vt Iacob fratrem vincere doceretur. Inde pro *luctabatur*, Septuaginta legunt [illegible], id est, quasi in palæstra gymnica exercebatur. Ast qui stricto ære se dimicaturum cruit, prius subnigrum ensem vmbratilis miles exercet, vt ictus efformet, impetum moduletur, aëremque fatiget in pace, eisdem motibus, quos ad sanguinem posteà transcribet. Qui se liceu certamine probat, easdem in arenam leges addiscit, quas periclitabitur, doctus in madido. Deo inermia brachia cum inermi Iacob suus conserit pugil, edocétque amplexum, vt pugnet: An vt amor esset certamen, pugnaque charitas, partémque sui adamaret infrante, qui per lacertorum commercium, insinuationemque pectoris partem sui adamabat in pugile? Hæc fuerunt vniuersa certaminis arma, brachia; hæc vulnera, femoris teneritudo. O pacificus impetus! ô sub clementis amoris disciplina bellandi!

17. An bene Iacob didicit pugnandi artes? Vide quam fideli linea omnia luctæ documenta repetiit. Genes. 33. vers. 1. *Eleuans autem Iacob oculos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros, & ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum, stringénsque collum eius, & osculatus fleuit.* Gen. 33. 1 Ergone in hoc terroris minæ venerunt? Exerantur arma, quadringenti viri decertent, colluceant æra, cominus confligatur, adest tempus, quod luctæ præparatio expectabat. Sanè adoratio & amplexus belli sunt instrumenta & victoriæ. Vt quid? Quoniam sic Gymnasiarcha Dominus erudierat, qui Iacobum amplexatus ad pugnam, vt adoraret, tetigit femur, & per brachiorum nexum spirans amorem, per flexum poplitis

poplitis, adorationis ſuggerens documentum. En emblema prælij pacifici. Alterno impetu colla ſtringuntur, æſtuans feruor pugnæ fuit amor. Cur ſic Eſau depoſitis iris in fraternum pectus deſcendit? Cur ſic Iacob pronus hominem adorauit? Quaſi Dei luctatoris imago ex impreſſis pectore & brachiis ſpirans remanſerat in Iacob. Sic iam non vt hoſtem, ſed vt Dei ſignaculum amplexatur, oſculatur, & amat, hoſtis enim non quà homo, figendus, ſed quà Dei rationalis imago, glutino charitatis trahendus. Sed & fratrem Iacob adorat quaſi ſuum pugilem non dimiſerit, Deum nempe, quem ex vulnere femoris adorauit. Alter in altero Numinis effigiem inſpexit, quæ nondum ſicca, manſerat ex pietatis certamine. Recens ille athleta cum athleta diuino, cogitauit in fratre dimiſſi nuper pugilis lineamenta, faciem Dei adorauit in homine, ne pacem dediſceret, quam iam hauſerat. Nonne adorationis cauſam adiecit,

Gen.33.10. verſ.10. *Accipe munuſculum de manibus meis: ſic enim vidi faciem tuam: quaſi viderim vultum Dei.* Quid loqueris Iſraël? Nonne nunc è brachiis Dei luctatoris auulſus? Nonne adeò eius vultum vidiſti, vt ab intuitione nomen acceperis? Iſraël ſignificat *videns Deum.* Tam citò diuinæ faciei obliteraſti memoriam, vt in Eſaü facie vultum Dei te vidiſſe firmaueris? Mira dignatio! Tam medullitus hæſerant ad amorem luctatoris præcepta, qualia Deus, dum perſonam ageret hoſtis, tamquam inſtructor, & magiſter indiderat, vt Iacob adhuc cum Deo agere videretur, vultúmque Dei cernere in facie Eſaü, ne pugnandi leges dediſceret, ſed eoſdem motus cum vincendo fratre repeteret, quos in luctæ magiſterio didicerat. Ideò armorum ſtrepitus brachia fuit, victoria charitatis, triumphus, charitatis aſſeclæ gaudium, pax.

18. Nato Domino, per lucidam auram, debellato noctis imperio, Angelica militia armis ſplendoris confligit, poſtquam nuntium peregerat ad magalia paſtorum legatus Angelus,

Luc.2.14. Lucæ 2. verſ.12. *Inuenietis infantē pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium. Gloria in Altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Cur in infantuli Ducis ſatellitium armatum milites ſuos cælum direxit, cui pro caſtris caſtitas puerperæ, pro tormentario puluere paleæ, ocelli pro ſagittis, frons pro arcu, nuditas pro thorace, pro iaculis lachrymulæ, pax pro bello? Nonne milites habitum & teſſaram ſui Imperatoris præferunt, vt conſerant ſigna? Quid hic militaris ardor intendit, cui vagitus pro claſſico, puerulique crepundia pro ære, fletus pro ſanguine, amor pro igne? Iam in quod militet, audiuiſti: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Cæleſtem pacem bellatorius exercitus trahit in terram. Nonne aptiores huic muneri togati legati, caduceatoréſque pacis, aliipedéſque Mercurij? Imò militia concinit pacem, vt officinam pacis noniſſes in fragore militiari ſonantem. Adminiſter pacis ſit miles, etiam cùm bella gerit, cùm ſcutum contundit ſcuto, cùm ad buccinæ ſignum conferit ſigna. Quidquid ſonat ex ære, pax ſit, docent Angeli, ſatellites cæli, imagine milites, re togati. Principem ſuum vagientem in præſepis tentorio diſciplinâ militari ſequuntur. Non potuit opportuniùs deſcendere militia cæleſtis, vt Dominum ſuum cingeret id præcinctum.

Certè quando inſidorum armata cohors cum gladiis & fuſtibus, vt Dominum iam vitum impeteret, è perfidiæ latebris irruit, nec vnius diſcipuli, Dominus ſtrictum gladium permiſit, 19.

dicens, Matth.26. verſ.53. *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones Angelorum?* Et cur nunc legiones Angelicæ non accurrant, cæleſtéſque cunei, vt diſſipent & fundant agmen perfidiæ, perduelles religionis, hoſtes virtutis? Matth.26.53.

Si recenti infantulo, quem præſepium pro puluillo ſuſcepit, Virgóque mater ab illibato vtero imbellem & nudum traduxit in lignum, & ad crucis formam reclinans in præſepio erudiuit, Angelica militia ſuppetias tulit, cùm nullus tunc inſiſteret hoſtis, nullum claſſicum inimicum ſtreperet: cur nunc cùm opus eſt militaribus copiis, obſtet quia bellica non impendat? O bene! Tunc lacteus erat Dux, ab vbere pendulus, inimicitiarum patientem inter hominem & Deum demoliens, cùm Deum & hominem ſub vna hypoſtaſi colligauit. ergo milites ſuos recenſet, vt pacem pangant nec armis hoſtilibus pungant. Si in hortum è tentoriis cæleſtibus irrupiſſent, ouemque pacificam à ſæuientibus lupis defenderent, non pacem proclamarent, ſed bellum. Non ferro, ſed ligno mundus ſuperbus erat domandus, nec mucrone peragenda victoria, ſed in patientiæ feretulo triumphatura.

Sed quid eſt illud, Matth.10. verſ.34. *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium.* Quid eſt, 20. Matth.10.34.

pacate Salomon, quem in pacis diademate coronatum mater eduxit? Nonne Angelicum agmen pro teſſera cecinit pacem, tranquillitatémque extulit pro vexillo? Sed vide qualem gladium immiſerit, Verſ.35. *Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrē ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuum: & inimici hominis, domeſtici eius.* Si hoſtis ſeparatur ab hoſte, in quos vſus proderit gladius? Matth.10.35

niſi vir virum legerit, inimicúmque impetat inimicum, in latere oriatur machæra, quæ imbuit vaginam, nec aciem ſtringit. Si domeſtici ſunt inimici, & gladius intercedit ad pugnam, non ſeperandi vtrique, ſed feriendi. Sed ô optimè! Armata gladio mittitur pax, vt pax militet, vt pax vincat, non inhiat ſanguini, non vulnera intendit, ſed inimicitias diſſoluere, denectere manipulos hoſtium, vt quà ſeparati, non pugnent, nec cominus vrgeant. Sicut feruor cælitum militaris nato Domino pacem cecinit, ſic qui naſcitur, gladium mittit, vt confligentes hoſtes diſcingat pariter, & diſiungat.

Iſaiæ 2. verſ.4. *Et iudicabit gentes, & arguet populos multos, & conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.* Noua ſunt hæc inſtrumenta terram vertendi, edocendi glebas ad fruges, metendi ſegetes, & pro ſpoliis colligendi frumenta. Vomer & falx ex lancea conflatur & gladio. Cur ſi putas? Vt præliaris gladius alimenti ſit architectus, officina pabuli, opifex opis, ſator ſegetum & obſtetrix. Hic bellici furoris ſit vſus, aruorum pax, incrementum annorum, vindemia frugum, frugalitas terræ. Gladius fiat vomer, 21. Iſai.2.4.

vomer, vt iugera solicitet ad annorum; non vomer gladius, vt homines vulneret, laceret, & trucidet. Lancea fit falx, vt cumulis horreorum inuigilet, fascésque vitales cum aristarum pompa ad gentium alimenta conformet, non falx, lancea, vt quæ vitæ per manipulos se segetum inseruiebat, per militum manipulos insidietur. O quoties nefarij bellatores, hominésque hominum inuidi, quod natura dedit ferrum ad tranquilla libertatis officia, vt fertilis terræ succum vulnere salutari exprimant in pabula vitæ, æstatémque frugiferis spoliis opimam de Cereris manuuiis coronent, in mortis ministerium conuertunt. incendunt sata, dilaniant campos, viduas & pupillos efficiunt, & vt mortis satellites crudelitatis ingenio multiplicant exitus vitæ. Hæc est pugna mortalium, reddere de mortalibus mortuos, ad velociorem cursum vrgere fata, ætatem generis funerare, de cædibúsque stipendia merere, déque mortis nundinis quæstum facere. Si semel idem esset vomer & gladius, hostes detriumpharet ad vitam, vrgeret inimicos ad pacem, non pacis instrumenta atrociter ad pacis corruptelam corrumperet.

22. Iud.3.31. Iudic 3. vers. 31. *Fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthyim sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel.* Obserua seriem verborum. Qui vomere inimicos percussit, defendit amicos. Percutere defendere fuit, columitatémque Israëlitidum sospitare. non bella gignere, sed conterere. Quia vomer fuit instrumentum nocendi, fuit & iuuandi. quot vulnera incussit, tot sulcos fecit, quot sanguinis riuulos fudit, tot grana seuit, tot glebas imbribus insuccauit, vt tranquillitatis segetes ederent, nec mutauit, sed perfecit officium, dum non iam frumenta in alimentum vitæ curauit, sed vitam ipsam melioribus cumulauit obsequiis.

Vers.4. Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu ominum inimicorum nostrorum.

Angelus (qui quà beatitudine fruens, & in recto immobilis, incapax est merendi) in hominum se insinuat officia, vt quasi meritorius euadat.

SECTIO VI.

23. STIPENDIARIVS hominis miles est Angelus. Adeò satagit sub vexillis humanis merere, vt meritoria ministeria procuret, & humana merita sibi assumere, quasi doleat se à merendi statu disiunctum, vtpote qui appulerit ad portum fruendi. O artificium meriti sagax! Creatura fœlix, quæ Principatu, dominatúque pollet, traxítque vocabulum ab imperio, à fortitudine, à gloria, sic sibi demeritis humanis blanditur, vt in homine merere non pudeat, eique obsequia subiicere, vt mereatur. Angelorum stemmata, insignia præferunt beatitudinis. Dominationes, Principatus, Virtutes, Cherubim atque Seraphim non seruitia nomina sunt, sed culminis Regalis vocabula, & supra officiorum ministeria, solij & sublimitatis indicia. Nec tamen à fastigio gratiæ & naturæ degenerare se credunt, cùm hominum vsibus mancipantur, vt quos à laboriosis meritis sacri status indoles sequestrauit, meritorium cum hominibus contubernium ad obsequium compar adliciat.

24. Vers.4. *Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.* Diximus in littera, castra hæc Angelos præsignare, quos Dominus exercituum recensuit, vt pro Israëliticis militarent. Cur Angeli se metantur in castra, vt præliaribus ministeriis incumbant, nec renuunt album, nec iuramentum militare despiciunt sed milites gregarios se amant, seu pedites, seu equestres, nec solùm Aristarchos & Duces, Miliarchos, & Decuriones, sed & velites, & alares, vulgúmque promiscuum cohortium? castra siquidem ex quibuscumque pugnatoribus constant. Non Prætorum, non Tribunorum gloriam concupiunt, sed vnaquæque officia merendi: & vt quódque genus stipendij percipiant, quódque genus militare præoccupant. militaria præmia conantur, hastas, armillas, torques, phaleras, & spolia. vt in quocumque pugnatore depugnent, in stipendiario mereant quocumque, in victore quolibet honorentur. Et tamen omne hoc officiorum fœnus, omnis in lassitudine labor in prouentum hominum deputatur, cui militant, cui vincunt, cui triumphant.

25. Cùm Iacob è domo soceri recessisset onustus, cæpilletque iam vt diues timere, (timor consanguineus est opulentiæ, metusque & iurgio contribules diuitiæ) ad venientis Esaü opinionem exhorruit. Quid inde? Genes. 32. vers. 1. Gen.32.1. *Iacob quo obijt itinere, quo cœperat: fuerúntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc.* Anne ei Angelica species apparuit, non lactea & purpurea, sed terribilis, quasi castrorum acies ordinata? Si Dei castra sunt, sub Dei vexillo, & in sortem Dei militabunt. Imò progredienti per iter quid occiderit, iam nouisti, vers. 24. *Ecce vir luctabatur cum eo* Gen.32.24. *vsque mane. Qui cùm videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.* Si castra Dei Angeli fuerant, cùr ad Dei satellitium non pugnant, sed Iacob vincit, quasi agminibus cœlestibus fretus? Sanè Deum vincere, Deum mereri est, qui premitur amoris amplexibus; dum se in hominis inserit sinum, precibus vincitur. brachiorum nexu iaculísque votorum homo luctatorem Numen detriumphat. Vides? vers. 26. *Dimitte me, inquit:* Gen.32.26. *iam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te nisi benedixeris mihi.* En in qualem victoriam feruidus tendebat conflictus, in benedictionis præmium pro mercede pulueris, certaminísque stipendio. Ergo castra Dei, videlicet Angeli, pro pugile Iacob, etiam aduersus Deum pugilem virtute opitulante decertant, vt benedictionem victoris exambiant. Séque inferunt in hominis brachia, vt cùm Deum homo amoris armis, precúmque sagittis exuperet, quam ille benedictionem sortitur, ipsi sibi pro ad meritum adiutorio sortiantur, præmiúmque hominis sibi addicant, & in dono propugnato hilarescant.

26. Postquam Angelus parentibus spopondit Samsonem, sterilémque vuluam nobilis fœtus promissione

promiſſione irrigauit, ſe in gratitudinis ſacrificium inſeruit,
Iudic.13.19. Iudic. 13. verſ. 19. *Tulit itaque Manue hædum de capris & libamenta, & poſuit ſuper petram offerens Domino, qui facit mirabilia: ipſe autem & uxor eius intuebantur. Cúmque aſcenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit.* Quorſum Angelus flammæ vehiculum appetiuit, vt igne in ſuperna rotato, quaſi in igneo curru ſe tranſueheret in cæleſtia? Egebátne hoc ferculo ſpiritus, aſcenſúque purpureo, vt migraret citiùs in cælum, cui natura volucris eſt, cui alitis indoles ad præpetem curſum, qui momento nubila tranat, & de nubilo facit æthera? Quia ſe inſeruit in hominis meritum, in ſacrificij flammam immiſcuit; quaſi cæleſtis beatitudinis gloriam, à qua nunquam defecerat per abſceſſum, per humana merita & vota ſibi nouiter acquiſiiſſet. Iuſtus ſacrificiorum pennis, oblationúmque plauſu in cæleſtia ſubuehitur, per hanc propitiationis ſemitam ſe ſuper axem & ſydera iactat, impellitur in ſuperna, amoris impellentibus flammis per deuotionis ignem in empyreum transfunditur, & ardore ciente, beandus in æthera conſcitatur. Ergo Angelus hac remigrationis dirigit curſum, vt qui incapax eſt merendi, humanis meritis inſinuetur, & præpetis oblitus naturæ in flamma hominis celerem maturet appulſum.

27. Ioan.20.11. Ioannis 20. verſ. 11. *Maria ſtabat ad monumentum foris plorans: Dum ergo fleret, inclinauit ſe, & proſpexit in monumentum: & vidit duos Angelos in albis ſedentes vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu.* Quorſum Angeli ſeu byſſo ſeu carbaſo nitent, candidiſque veſtibus albent inter funeris latebras, obſcurumque monumenti receſſum? Scio quòd pepli candor, ſplendórque chlamydis niueæ, reſurrectionis ſit color: hac lactea luce rediuiuus Sol amicitur, cùm ex noctis tumulo ad matutinum iubar reſurgit. Sed Angelus à ſepulchro immunis, nec ſub imperium mortis addictus, ad reſurrectionis opem, quà ſpiritus, inhabilis eſt, & qui non deciduam naturam in cunabulis lucis accepit, rediuiuam non poterit experiri. Mortis in ſtorum meritum, vitæ reducis eſt albedo. hoc niueo munerantur amictu, qui feralem falcem pro mortalitatis conditione patiuntur. Ergo amat Angelus reſurrectionis teſſeram in albore veſtimenti deferre, cùm adhuc reſidet in ſepulchro: quaſi ſtabilem durationem & interminabilis æui ſortem, quam natura lucida dederat, ſub meritoriæ mortis effigie ſibi reſumere concupiſcens, & de ſitu cadaueris ad ingenitæ lucis vſum aſcendere. Nonne ſpiritum pudet, recenſeri cum mortuis, habitúmque capeſſere reſurgentium. Nonne albedo hæc ſignum eſt contriti palloris, & de mortalitate victa trophæum? Sed eſt honos Angelo, quòd quaſi cecidiſſe ſe finxerit, dum reſurgit, æuóque potiri ſub ſpecie meriti, non naturæ. Lenocinium virtutis eſt, non habere, ſed conſequi, non ſe diuitem inuenire, ſed fieri, acquiréreque mercedem laboris, ſtrenuique operis manu pignora prehendere, quæ magis quam vt tenta, & obtenta blandiuntur. Non delectat fortes fortuitis, fortitudinis præmium delectat. dulcius ſapit, quod argumentoſa manus conduiit. Quod non negotiatur ingenium, caſus eſt, ſeu naturæ bonis repotatus, non honos. Sed ingenitæ durationis præſtantia non Angelum onerat, ſed honorat; & tamen ſub meriti vmbra, quia humanum eſt, rediuiuæ vitæ ſimilitudine delinitur.

Raphaël Angelus, vt Tobiam iuuenem à malo 28.
coniugij omine ſoſpitaret, nuptialéſque tædas ſine funeſtis cereis offerret, (quos Aſmodæus improbus accendebat, vt tumulum de thalamo faceret connubialem, virúmque virgini non virginitatis amore, vt adulter inſidioſus eriperet) qualibus ambagibus domandi dæmonis argumenta præſumpſit! Piſcis è Tygri, quaſi marina tigris ad deuorandum iuuenem ſe lauantem, concitus erupit ab vndis. At Raphaël Tobiam, quòd branchiam apprehenderet, imperauit. Ergo ſui prædatoris prædator è flumine emerſit Tobias, cui Raphaël exenterare belluam conſuluit, córque, & fel, & iecur in ſalutis apothecam reponere, dicens, Tobiæ 6. verſ. 8. *Cordis* Tob.6.8.
eius particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, ſiue à viro, ſiue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. Quorſum hi ſtudiorum anfractus, ô Spiritus ſapiens & fortis, ſi tandem Aſmodæum, ne primo toro æmulus inſidietur, in deſerti rupibus religabis? Imò & cur pauidi iuuenis manum inſtruis, vt branchias, & cuticulas, viſceráque exenteret piſcis, nec tu manum admoues, vt laborem iuuenis committeris? Studuit ſedulus Angelus victoriæ meritum de Aſmodæo & ſibi & iuueni deputari, cùm ille obediens piſcem educeret & laniaret, iecúrque ad ſalubrem fumum carbonibus viuis apponeret: ſicque quod Angelicæ fortitudinis erat, de hominis merito ſolidaret, dum vterque pariter caſtigando dæmoni incumberet, alter ſuffitu, vinculis alter. Compar vtriuſque fuit diligentia; dum Raphaël Ægyptiis ſcopulis religabat fortiter Aſmodæum, obedienter Tobias induſtrio ſuffitu è thalamo extricabat nuptiali, cap. 8.
verſ. 1. *Poſtquam vero cænauerunt, introduxerunt* Tob.8.1.
iuuenem ad eam. Recordatus itaque Tobias ſermonum Angeli, protulit de caſſidili ſuo partem iecoris, oppoſuitque eam ſuper carbones viuos. Tunc Raphaël Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris Ægypti. Quid profuit fumus, ſi Angelica fortitudo ſucceſſit? Quid profuit Angelus, ſi iecoris virtus ſalubriter per fumum halauit? O! Fumus extricauit à toro, Angelus religauit in rupe. Obedientiæ iuuenis, fortitudinem explicuit in Angelo? Angeli robur obedientiam imbuit in iuuene: alternis ſe meritis cumularunt, nec Angelus ingenitas vires niſi de iuuenis pudicitia & obſequio voluit explere. quaſi merito communi ſtuderet, & quod natura dederat, ex officiorum miniſterio reſumeret.

Non pudet Angelum ignobile, viléque miniſterium, dum vſibus proficiat humanis.

SECTIO V.

CREATVRA ſubtilis, innocua, cæleſtis, 29.
in croceis orta, ſub aulæis iubaris enutrita, de ſuo impenetrabilis, auræ ſpiritalis captans alimenta ſuperna, Angelus eſt, animoſus ignis,
inge

ingeniosum speculum intelligens flamma, & omnipotentiæ superbia. Et tamen vilia ad obsequium hominis limacei, decidui, mortisque mancipij, non detrectat, sed exambit officia, lacinulasque gloriæ infulas in famulitium servi supprimit & abscondit. Quis homo iste est, paulo minus diminutus ab Angelis in natura, capite diminutus in culpa, mortis pila, vitiorum ergastulum, putredinis metator, pabulum vermium, cui sublimes Spiritus sine superciliј grauitate per humiliores operas, vt in suum eleuent contubernium, adsistunt dociles & insistunt? pro deside pugnant, pro pugnante vincunt laborant pro inope, séque formas vertunt in omnes, vt informe genus, humanamque impolitiam ad splendorem primigenium reforment. O quantus homo est, ad cuius ministerium quanti cælites lucubrantur!

30. Vers. 4. *Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum.* Ergo non sat est, quod humani exercitus Imperator sit Angelus, quòd tribuni spiritus terrenarum sint Tribuni cohortium, sed & castra sunt, nempe & papilliones ad vmbram, tentoria ad domum, aulæaque pellicea ad defensionem æstus & niuis, quæ desuper sordida, & de situ pulueris nigra, aspera & impolita, & ex recrementis cruoris immœna & lurida sunt: Pluris quàm se, terrigenam æstimat Angelus, qui inanimem supellectilem & abiectam, vt vsibus hominis faueat, de naturæ illustris splendore substituit, nec erubescit in vasa contumeliosa se vertere, dum prodit humanæ consuetudini, cuius satagit.

31.
Exod.12.29. Extrema Ægyptiorum plaga per percussorem Angelum fit, Exodi 12. vers. 29 *Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum.* Quid est quòd Angelus, neutiquam erubescat esse satellitem, numerúmque plagarum implere, cum reliquæ ab immundis & sordidis animalculis spurcitiarúmque ministerio functæ fuere, ranis scilicet ex palustri, sciniphibus ex sabulo emersis, sciniphibus, muscis, cinere, sanguine, lue, penetrabilique caligine tenebrarum? Ergo in tam vilis agminis comes Angelus fit, turpisque satellitij numerum agit, nec pudet ranæ, muscæ, & sciniphis contubernium, vt in Israëlitarum inimicos desæuiat? O vniuersus hominis administer! Sociatur ignobilioribus creaturis, vt pugnet pro fidelibus contra sontes. Et cælestis spiritus non solùm infidelium hostium, sed & iumentorum erit carnifex & lanista? *Et omne primogenitum iumentorum.* Quid Angelo cum macello? Quid cum subiugalibus & rudentibus? Imò vt quid indigeat Angelus, agniculi sanguine Hebræorum domuum illiniri vestibula, vt ex tessera cruoris discernat, quibus parcendum laribus, & in quos

Exod.12.13. desæuiendum? Exodi 12. vers. 13. *Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus, in quibus eritis; & videbo sanguinem & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Ægypti.* Benè nouerat Spiritus ex ingenito acumine, sine discretione cruoris, quas ædes Ægyptij incolerent, quas Hebræi; sed vt à viso sanguine, quem agniculus recens pro Hebrææ salutis pignore libenter effuderat, se incitaret, sibique blandiretur ad ignobile lictoris officium, oculos intendit in sanguinem, qui sanguinis & carnis est impos, nec superliminarium tabem dedignatur aspicere, sed repetitis oculis visere, & lenisceri? lucet, quasi spiritum miscere in sanguine, totusque ac hominis purpureo cruore in Ægyptiorum sanguine dissipando nouiter sanguineus euaderet. *Et videbo sanguinem, & transibo vos.* Vt iras seat in sanguinem videt sanguinem: videre delectatur, quod amat, & qui volucri indole præpes est, hoc ostro percitus, ocyori, cursu in Ægyptiorum vitas grassatur. Si Hebraicи sanguinis videt signum, cuius ad maiestatis ostium laborat, quid quòd & ad lanienam iumentorum incumbat, nec eum pudeat laniоnis officium.

Vt Angelus Balaam à semita, quà pergebat, erroris, conuertisset in frugem, agit cum asina, quæ vectaculum erat Prophetæ, eamque ad fruges et vineta diuertit Num. 22. vers. 22 *Stetitque Angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ; & duos pueros habebat secum. Cernens asina Angelum stantem in via, euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, stetit Angelum in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. Quem videns asina iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem.* Nónne compendiosius esset, Angelum se pandere homini, nec contubernali fœdere nobilem formam obtulisse iumento? Quocumque asina declinauit, declinat Angelus cum subiugalis oculis iniens consortium, eíque manifestans spectrum, quod hominum ternario negabat. Oportebat, rebellem improbi vatis emollire nequitiam, & de stolidi animalis docilitate docere, ne proteruè resisteret lumen, quod humile, subiugale, obedientiæ nutu cupiebat. Si salus hominis agitur, & miraculi pharmacum opus est, non verecundatur Angelus cùm iumento muto colloquium oculorum inire; nec intelligentiæ spiritus in splendoris sermonem in animal irrationale dirigere, rudentémque commercio loquutionis imbuere, vt rationalis homo à iumento stulto doceatur. Loquitur asina, at Angeli schola modulos edocta vocis humanæ, illicoque Balaam Angelus se spectabilem edit, vers. 28. *Aperuitque Dominus os asinæ, & locuta est.* Et vers. 31. *Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via.* Num. 22. 28. & 31.
Asinæ lingua oculos humanos aperuit. Homo mutus oculis, linguâ mutum erat iumentum, sed luminibus loquax, ergo vtrumque vinculum expeditur, iumentum loquitur, homo videt. Habuit homo subiugale in magistrum, quippe in magistrum habuit Angelum subiugale, etsi per ignobilem fistulam, commercium, visus manauit in hominem. Quoniam se subiecerat Angelus, vt erudiret vile iumentum, iumentum hominem erudiuit. En qualis humilitatis Angelicæ fructus fuit.

33. Cur bini Angeli, vt incestos & cinædos comburant, virorúmque prostibulum, & inuersæ incendium libidini vsque ad pulueris supplicium incendant, in Sodomam de cælis accedunt iuuenili forma, pulchritudinisque apparatu? Nonne illibatius esset, desuper turbinem flammarum immitti, ignísque cælestis pelagus sine Angelis præuenientibus fundi, ne venusti iuuenes, etsi natura impatibiles, queis impenetra-

bilis

bilis virginitas est, & imperuia, aleam saltèm paterentur pudoris, possentque cælestes appeti ad scelestum abusum? Sic hic contigit, Genes. 19.
Gen. 19. 4. vers. 4. *Prius autem, quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum a puero vsque ad senem, omnis populus simul, vocaueruntque Loth & dixerunt ei: Vbi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoscamus eos.* Cæco concupiscit aduersus spiritum, salax Sodoma adueniens Angelum, in cæli item puritatem lasciuus. Ergo si cælestes præpostero luxu contendit temerare libido, cælestis ignis vlciscatur iniuriam, cur in virginei honoris dispendium, vt in fornacem pœnæ Sodomam redigant, in meritorios hominum fornices se Angeli immittere non recusant? Vel propudiosum est, visere scortorum prostibula; quantò propudiosius ingredi cinædorum? Sed salus Loth, pudicæque familiæ agebatur. Si promiscuo impetu, tumultuarióque iaculo è cælesti pyra deuoraturus ignis irrueret; ardore puniendi, domum iusti forsitan tetigisset: populare incendium subiret, stragemque communem familiæ puritas sine discretione flammarum. Ergo Angeli se præmittunt, neque iudicant honoris iacturam, à lasciuis ad libidinem peti, dummodò castum se sistent à periculo. Nec subitò ciuitatem incendunt, etsi à salacibus inhoneste impetantur, donec familiam pudicam ab incendij anathemate, scilicet ciui-
Gen. 19. 17. tate, sequestrent. Vers. 17. *Eduxeruntque eum, & posuerunt extra ciuitatem: ibique locuti sunt ad eum dicentes: Salua animam tuam: noli respicere post tergum, neque stes in omni circa regione: Sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas.* En Angelorum argumentum hominis salus, quam flammarum feruor sine Duce Angelo non aduerteret.

34. Quid Angelo lucis magis inhonorum, quàm tenebræ? Quid limpiditati fuligine turpius?
Exod. 14. 19. Quid inhonestius iubari, quàm caligo? Exodi 14. v. 19. *Tollensque se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis priora dimittens, post tergum stetit inter castra Ægyptiorum & castra Israel: & erat nubes tenebrosa illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.* Angelus in columnæ feretulo vectus, qui vtrobique facies est, non dorso, non obductis membris profundus, se in inimicas sibi qualitates diuisit, è tergo caliginem, lumen spirabat è fronte; idem tenebrosus & splendens, vnus spiritus nox & dies, non denexis separatisque officiis tenebrarum & lucis. Nobilitas quacumque obscuritate notatur, genus infortunat honoris, qui licèt partem desinat, partem pungit. Spuria & notha lux est, quam solam vespertilio frequentat, nempe quæ in vesperi & noctis confinio non geminis oculis constat, sed cùm lusca sit, versus noctem in altero est fusca, sublucens in altero versùs diem. Quid est quòd Angelus sic sibi mutilauit nitorem, obscurisque scapulis faciem splendentem turpauit? Minùs iniuriosum esset, si vbilibet caligaret columna, totaque constaret de nocte, ne vllum indicium Angeli inquilini præberet, sed quæ coruscabat è fronte, dum noctis agebatur imperium; colonum suum lucidis characteribus exprimebat, cuius tergum tenebrarum ignominia infamabat. Sed opus erat, lumen inimicis abscondere, totúmque Israëliticis impertire, ne si alterutrim fauorem luminis publicaret, donum iubaris fugientibus officeret iustis, cuius hostes participes ad impetendum Hebræos, die etiam potirentur in nocte: Ergo non pudet Angelum, integram suæ indolis lucem cum obscuritate partiri, exhiberisque simul tenebrosum & nitidum, dum proficiat amicis, inimicis officiat.

Vers. 5. Venit Assur ex montibus ab Aquilone, in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles.

Excellens & supra communem iniquitas homines in feras regenerat, & de vitiorum scopulis parturit; tanquam de latibulis montium.

Sectio VI.

Veritatis natalia montes & scopuli sunt. De inhospitalibus iugis truces bestias, vt abortiuos fœtus, puerpera crudelitas edidit, nec obstetricem passa est, ne societati parceret furor. Inhumana vitia, quibus rationalis natura degenerat in ferinam, ab immanitatis præstantia sibi nomen feritatis fecerunt. Qui peccator maximus est, homo desinit, fera fit, brutum bipes, erecta bellua, absque villosa pelle, absque cauda, integra bestia, non ex naturæ, sed ex malignitatis puerperio. Vt quid ad spectaculum circi, caueámque theatri censum erogas, curiosúsque spectator accedis? circus & cauea flagitiosorum conuentus est. Cur per plateas & compita cursitanti non stent capilli, horror imbuat intimis? Superbus, quem offendis, est Leo; iracundus, tigris; vrsus, latro; aper, lasciuus, arenas libycas cum ciuitatis calles, vestigiis imprimis, tinue, abisse; minor & vitiamor prouocat te colonum ... Satorum monstra nonnisi monstra sunt, est enim peccator monstrum & homo; illudit facie, moribus lacerat, voce assentatur, sed vitiorum rictu dilaniat. Cum error hominis detestimus est, nonnisi horror est, reddat attonitos, quotquot viderint. 35.

Vers. 5. *Venit Assur ex montibus ab Aquilone, in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obturauit torrentes.* Aquilonares montes Assyriis natalitia dedere? De scrupis & rupibus erupit Assur? Originem mores probarunt. Cui feritas pro indole, feritas pro natali. Non mitiora cunabula truculentia pateretur immanis. Pessima consuetudo, quæ altera natura est, in duro thalamo, scopulisque rigentibus truces Assyrios pariter concepit & peperit, viperinámque sobolem, belluarúmque familiam in laniones vrbium direxit. Hominum inhumana portenta seu Pelion parturiuit seu Ossa, nullus sine fœtu fuit collis, nullum sine vulua fertili iugum; loquentibus feris, & intelligentibus monstris mundum oppleuit, postquam hominem peccatum inuasit. 36.

Cur deportato homine ab amœna paradisi regione, ad viridarij valuas sistitur Cherub, Ge- 37. Gen. 3. 24.
nes. 3. vers. 24. *Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum*

gladium atque versatilem, custodiendam viam ligni vitæ. Cur non Seraph, qui Angelus est amoris sed Cherub ab stemmate proprio rationalis spiritus, scientiæ schola, litteralisque academia mentis? Quippe homo, cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis, & similis factus est illis. Rationis Angelus ab irrationali fera scientiæ paradisum defendit. Nihil est contrarius bruto, quàm rationis apex, excellentiáque mentis. Ergo à loco voluptatis arcetur per rationis spiritum brutus homo, minacique flammâ vestibulum vireti defenditur. Nulla tam animosior est fera, quæ in flammarum impetat rogum, se per acies, ætáque immittit impauida: si ignem obieceris, cicuratur. Ergo flamma & Cherub in hominem ferum armatur, quem præuaricatio in inhospitales colles damnauit vt brutum.

38. Exilium paradisi ex belluina consuetudine statim pronuntiauit Adamus, qui vix exul iam appetiit concumbere cũ vxore, quasi rationalis mentis orbitatem leuaret exterræ sensus deditus voluptati, Genes. 4. vers. 1. (Gen.4.1.) *Adam vero cognouit vxorem suam Euam, quæ concepit & peperit Cain dicens: Possedi hominem per Deum.* Obserua illud: *Adam vero cognouit,* postquam præcesserat: *Eiecítque Adam, & collocauit ante paradisum voluntatis Cherubim.* Deportatio ab schola mentis videlicet paradiso, & concubitus communis cum brutis, vnicam constituit periodum. Qui non intellexit, vtpote iumentis iam similis, illicò cognouit vxorem. Sola hæc cognitio permittitur brutorum ingenio. Quoniam sciendi peccauerat appetitu, sciendi vtique per ventris ingluuiem. Qui in mentis aula affatum erat sciens, appendicem gulosæ scientiæque sensibilis per saporem, statim adiecit, nempe libidinis argumentum, qui postquam à ratione ceciderat, & voluptatis rationis viridario sapiente, cecidit in irrationalis thalamum voluptatis.

39. Sed puerpera Eua cùm recentem fœtum aspexit, audi quid dixerit: *Possedi hominem per Deum.* Cur iuras fœmina, quæ ditas puerperij expertas ærumnas, pœnáque communis supplicio torqueris? Quòd qui tibi nascitur, homo est. Opportunè iurasti, vt de veritate hominis crederetis. Opus est, asseruisse iureiurando primum hunc hæredē peccati, hominem esse, quem peperit vulua peccati. Extrica membra, vestiga viscera, intende vultum. Homo quidem naturâ est, sed vitio fera, vipereum germen, & de serpentis suggerentis semine soboles. Quæ noxiæ arbori, vt pomum deglutiret, incubuit, rationaleque genus per commercium gutturis iugulauit, hunc tibi fœtum, naturæ pestem, potorem sanguinis, vitæ carnificem, ideam feritatis inseuit, vt ab initio euaderet homicida, serpentinamque indolem retulisset, qui per montes & rupes vt fera immanissima palaretur, nec humanū sodalitiū admitteret, sed & fratrem parricidali dilaniaret furore. Ideò iurat Eua hominem esse, quam humani corporis forma fefellit, nec feritatem animi penetrauit.

40. Sed Cain genitricis iuramentum cassauit, qui inter bestias agri per infamiam feritatis voluit haberi. Vides? vers. 8. (Gen.4.8.) *Dixitque Cain ad Abel fratrem suum: egrediamur foras. Cúmque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* Cur egredi foras gliscis, domumque habitare contemnis, qui paternam domum, humanæque naturæ familiam, quam fraternus cõuictus statuit, demoliri gestas in fratre? Sub dio se incolam solitudinis concupiebat, non tecto inclusum, qui fera esse inceperat per inuidiam. Nec in amœna vireta, vernantique paradisi temperiem, vbi frugalis & frugifera sociabilis cæspitis conuersatio germanos conualescit in fructus, fratrem mittat, qui satagebat abolere germanum, sed in vastæ solitudinis campum, vbi nulla nisi veprium familia est, nulla de telluris & imbris connubio germina, nulla fruticum fraternitas & consortium; ne à parricidali scelere resipisceret viridis amoris exemplo, qui in viridarij sobole per sororias herbas, germináque germana in fraternitatis disciplinam florebat. Sed qualis pœna huic humanæ feræ, hominique inhumano? vers. 12. *Cùm operatus fueris eam,* id est, terram, *non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram.* (Gen.4.12.) In infrugiferas ablegatur regiones, vbi nulla terræ gratitudo ad colonum, vbi nullum ad aratrum responsum, vbi ingens malignitas genitalem humorem densat & solidat in scopulos. En in ferarum ædificia proiicitur, & ad belluinas vrbes, nempe solitudines, amandatur, qui cùm homo gigneretur, feram se fecerat.

Vix concepit Agar, cùm dominicam domum deseruit, cœpitque errores solitudinis habitare, Genes. 16. vers. 7. *Fugam iniit. Cúmque inuenisset eam Angelus Domini iuxta fontē aquæ in solitudine, qui est in via Sur in deserto,* &c. 41. (Gen.16.7.) Quis aculeus recentem genitricem adigit in montana, tectum que deserere cogit, vt per inuia vagetur, incolatque rupes incultas? Certè quem conceperat, fœtus. Auspicium feritatis, vulua prædixit. Audi Angelum vers. 11. *Ecce concepisti, & paries filium, vocabisque nomen eius Ismaël: Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & è regione vniuersorum fratrum suorū figet tabernacula.* (Gen.16.11.) Ergo quæ vterū incepit gestare, ab vtero in desertum arripitur, vt de ferarum consuetudine ferus homo coalesceret & compingeretur in vulua. Antequam lucem videret, vastitatem petit eremi, auidus non ab humanis nasci visceribus, sed à duris cautibus & scopulis. Feritatis in materna vulua didicit elementa, qui ab inobediente & proterua erat genitrice conceptus. Odit fraternitatem, antequam natus, vt antiquior esset fera, quam homo; & impatiens claustri materni, carnisque tecti brutorum frequentaret scholam. O degener à natura, vix genitus! ô satelles vitæ non natus! ô in vitio adultus, antequam infans! sic genitalem hominis officinam infamas, qui, vt in rupem solides vterum, in rupes solitudinis matrem vehis? Quid? Quem dixit Angelus: *Hic erit ferus homo,* ferus fœtus iam est, anteiuit oraculum celeritas vitij. Qui semel est leo, fuit semper, sed qui semel homo, non semper est, vtpote quem iniquitas iterum gignit in brutum. Sed Ismaël ne post hominem inciperet esse fera, quod mitiori vaticinio prædixit Angelus, fore ferum hominem, ipse seueriori compleuit, qui iam & in vtero ferus est.

Vix Lucifer ex voce conditoris erupit, de 42.
mansuetudine lucis ortus, pacatóque omnipotentiæ puerperio, cùm se Angelum esse noluit, sed ex superbiæ metamorphosi fieri feram, Isaiæ 14. v. 12. (Isai.14.12.) *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: Sedebo in monte testamenti,*

teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Quid eſt quod montem appetas, vbi macies inculta, ſcopuli horridi, minacia iuga, & de flatibus Aquilonis infamia: & hoc quidem non quaſi plene oriens, ſed adhuc oriens: *Qui manè oriebaris?* Sicut Iſmael adhuc in vtero, vt poteſt [illegible] montes [illegible]; ſic & [illegible] quaſi nondum editus è [illegible] vulua, quaſi [illegible] Angelos, montem ambiuit. O! Angelus lucis eſſe deſinit, qui gentes vulnerans, fera incepit. Vides? Apocalypſis 12. v. 3. *Ecce draco magnus, rufus, habens capita ſeptē, & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram, & draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura: vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret.* Ergo [illegible] Angelus, qui montem appetiit, & effeta flabra Aquilonis, [illegible] draco eſt? quaſi quem cogitauerat, montem arriperet, & qui a luce oriebatur, ab ſcopulis orietur. Si vitium conuertit homines in [illegible], quid quòd Angelum in draconem? Sed [illegible] draco ſeptem capitibus [illegible]. Cur ſepteno pondere [illegible]? Cur ſepticeps fera, qui Angelus ſimul? Capitalium vitiorum numerus ei pro vertice fuit, vt innotesceret, tot feras pullulare, quot crimina. Sed cur ſeptem ſunt diademata, cornua decem? Ne inter gregaria bruta haberetur, mitiores que feras; ſe toties voluit Regem ferarum, cùm eis è truciore indole, generoſiorique feritate regnum & diadema contingat. Qui vitio cæteros antecellunt, & ante reliquos flagitioſos præſtant immanitate flagitij, *feri* vocantur atteſtante Philoſopho lib. 7. mor. Quare cùm ſupra [illegible] vitia ea, quæ dicuntur capitalia, regnum obtineant, [illegible] notabuntur feritatis vocabulo. Ergo ſeptem capitibus ſeptem diſpoſuit draco diademata, vt ſeptemplici feritate ſæuiret, totieſque fera appareret, quoties peccator [illegible] feritatem explicuit, ad [illegible] vitæ [illegible] ſpectas [illegible], vt ab vtero in fauces, obſtetricante rictu, fœtus traiiceret è puerperio.

43. Cantic. 4. verſ. 7. *Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te. Veni de libano, ſponſa mea, veni de libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Cur montem deſtat, & incurrat in montes, & agreſtem impolitumque ſitum pro ſcopulis agreſtioribus mutet? Quid eſt quòd mollis & venuſta puella, cui nullus næuus in malis, nullum malum maculæ in totâ; rudibus pondeꝛibus [illegible] voluminibus coronetur, ferarque in capite cubilia ferarum, pardorumque montibus [illegible], & diademate feritatis tenera & mitia tempora cingat? Imò quia humana nimis, totáque gratioſa & vrbana fœmina Libanum incolebat, cui ferinum nihil adhæſerat; e ferarum habitaculo dimouetur: quippe quæ vitia vicerat, victoriamque ſine macula fortunauerat. Ergo quæ ſic naturæ humanæ decus adauxit, nec regnum eius indole brutorum turpauit, de victis ferarum arcibus coronatur, ſcopuloſâ & montanâ, quaſi murali redimitur corona, quæ tota pulchra, ſine macula tota, tota homo, nec parte per contagium criminis fera. Pendent è capite montes pardorum, leonum cubilia, ferinaque iuga, [illegible] pro trophæis; vt exhibeat hominum puri hominis ſpectaculum, quæ nihil de aliena brutorum vilitate contraxit.

Cur inobediens Ionas, qui fugiebat à Domino, à marina beſtia voratur? Ionæ 2. v. 1. *Et præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus.* Fugax à Deo, à natura rationali fugiebat, quæ obedientiæ ſyllabis fuerat à manibus Conditoris conſtructa, quippe ſupernus figulus, vt limum aptaret, inſpiraretque flatum, velut ſibi vi in hominem traduceret, obedientiam in pomo, Gen. 1. verſ. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris & volatilibus cæli, & beſtiis.* Vt [illegible] obedientia [illegible], quaſi ſibimet imperat Deus, hominem conſtruere, qui ſupra piſces & feras, qui obediens Numini obſequio [illegible] & imperium haberet. Obedi homo, vt à beſtiis & piſcibus obedientiam accipias: eſto ſuper piſces & feras, ne inobediens & ferus in feram & piſcem degeneres per piaculum. Sed Ionas ſpreuit Domini vocē, Niniuitarū inuidiatur ſaluti, malens per ſua crimina feros homines lacerari, quàm ex Prophetæ oraculo, prædicationiſque humana [illegible] gigni in homines per virtutem. Ergo deglutitur a piſce, nec in viſceribus beſtiæ decoquitur, vt pars beſtiæ ſit, qui cum beſtia [illegible] continuauerat. Quia homo adhuc in natura manebat, ſed ex vitio brutum, intra immanis beſtiæ [illegible] ſinus homo quidē manet, ſed qua pars viſcerū piſcis eſt, natat vt piſcis, regyratur vt piſcis oculis quidquid exhibetur humanis, non [illegible] piſcis eſt, cum & ibi Ionas deliteat. Si obediret, Dei & hominis ſimilitudinem præ ſe ferret, mariſque piſcibus præſideret, qui nunc in ventre piſcis quaſi marinus fœtus, ferinaque ſoboles veſtitur.

Verſ. 6. Dixit ſe incenſurum fines meos, & iuuenes meos occiſurum gladio; infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.

Heroica virtus quaſi ingenio rerum dominatu potitur. Qui per facinora virtutum egregia ſupra vniuerſos ſit Heros, vniuerſitatis ſit heres.

SECTIO VII.

HEROICA virtus, quæ ſupra humana gradi- 44.
tur vota, naturæ voto ſupra humanam naturam tenet imperium, ſibimet ſuffragio inauguratur in regnū, ſolūq; ſibi & ſuggeſtus eſt, dominatur cæteris ſine rixa Heros, qui leuauit ſe ſupra ſe, dū ſupra hominē audet, ante homines eſt, vtriuſque naturæ confinium rationalis nempe & Angelicæ. Antequam ferro ſubiuget, ſine agmine vincit, non feruore pulueris, non cruore; ſed quas diuinitatis vibrat ſcintillas, imperia occupat, libentérque obtinet Principatus. Omnia ſunt eius, qui ſupra omnia eſt. Qui cælitus, non humanitus agit, vt commune bonum editur in cōmune ſpectaculum, cui communia bona pro cenſu debentur, ad cuius ærarium ſtipēdia cæterorum accurrunt. Ingenitum diadema rutilat in leone, ideò dominantibus vnguibus ſine furto dilacerat, quidquid lubet; cui ferarum vulgus ſe patienter dedicat in vectigal. Heros de ſuo diues, qui meritorum fiſcum impleuit, deſuper proſpe-

ctat humana; quidquid infra est, reputat suum: quippe & ipse suus est; in quo ratio præsidet, sensus subest.

46. Vers.6. *Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio; infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.* Quid est, ô prudens Psaltria, ô supra Heroës Heroina gloriosior? Ergo quidquid Hebræorum late patens imperium continet, tuum est, fines, iuuenes, & infantes? Cur non virgines vocas tuas? Quid? Heroina est Heroica castitas & constantia, nihil nisi vitium fatetur alienum. Virtutis apex inferiores colles reputat suos, non indiga laudis, non gazarum est; cui ingenita detonat laus, ab omnibus exhibitum subiectionis obsequium. Ideò non nuncupat Virgines suas, quia castitatis flos virginitas est, imaginem diuinam spirat, quà pudicitiæ virtus Heroica, nec alienus est, quæ vt pote excellens virtus, nihil nisi Numinis sui ducitur. Sed Iudith vniuersa ista nuncupet sua, solùm postquam obtruncauit Tyrannum, vipote quibus ob victoriam potita. Cur & sua reputat, etiam quando superbus ille dicebat se incensurum, occisurum, & deprædaturum Bethuliam? Virilis castæ fœminæ virtus, antequam debellaret Assyrios, manúque obtruncaret Tyrannum, iam Hebræorum, in quorum columen se vouebat, auspicabatur vniuersum imperium, quæ voto victrix, licèt dextera nondum, quæ virtute Princeps, licèt nondum officio. Ideò regionem integram vocat suam, dum adhuc se retrotrahit in tempus, quo superbus insolescebat Assur, lingua se victorem efflatiens, antequam manu; fortisque in labris, sed elumbis virtute, dicebat se incensurum fines Hebræos. Ergo & de præterito nuncupat suos Iuditha, quos imperialis virtus sibi præpropero dominatu acquisierat, cùm ille per imbecillem nequitiam suos iam esse procaciter blaterabat quos non nisi de futuro manu capere præsumebat. Quidquid Hebræorum est, Iudithæ est, quæ ab Hebræa gente in miraculum virtutis effulsit.

47. Moyses filiæ Pharaonis adoptiuus per aquam, non se intra cancellos subiectionis continuit, sed Regium, quam vt amicus incolebat, ex virtutis præstantia iam auspicabatur sibi imperium. Hebræorum turpia ministeria dolebat, quos laterum figulos, baiulosque, & infamis laboris conspiciebat artifices, Exodi 2. v. 11. *Vidit afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus suis. Cùmque circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo.* Quid est fortissime iuuenis? Sic percutis, perimis, sepelis, & vt fratrem defendas, vitæ necisque in Ægyptium iura capessis? Quæ tibi prætexta est? Qui fasces insontis Magistratus? Sic impone pœnis non tuum, quasi Ægyptij Dominus & Dynasta? Eadem nimirum virtus, quæ in suorum columen iuuenem imbuit, Principatum præstitit in alienos. Valida robustaque manus, dum viriliter machæram versauit ad vulnus, in gladio sceptrû expertâ est. Cùm impetiit Ægyptium, iustitiæque libertati debitæ fratri; quasi in alienum aciem intendit; postquam robustè perfodit, ex Heroicæ Principatu virtutis iam fecerat suum. v. 13. *Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei, qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum? Qui respondit: Quis te constituit Principem & iudicem super nos? Num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium?* O Hebræe a tuo Principe perfidè dissidens. Qui Ægyptij cæde sospitauit Hebræum, cur non & Hebræorum Princeps euadat, virtute dexteræ inaugurantis se Regem? Qui Hebræum redemit columen ab Hebræo, iure excellentiæ, vtriusque fit & Princeps & iudex: hoc oleo, qui athleta fortissimus est, in vtriusque fortis Regem inungitur, populi Hebræi pariter & Ægyptij. Hoc animositatis Heroicæ robur, quo interemit Ægyptium, vt fœlicitaret Hebræum, Ægyptios cæteros illi dedit, quos in rubri maris sabulo suffocatos sepeliret. En pignus, paradigmaque in perij futuri. *Percussum Ægyptium abscondit sabulo.* O opportuna prolepsis tam efficax naufragij posteri vaticinium! In sabulo sepeliuit Ægyptium; qui postea in pelagi sabulo sepeliet Ægyptum. Auspicij veritatem probauit euentus. Exercitum incœpit in vno; vt deinde cæteros in sabulo, & fluctibus suffocaret. Hæc virilis constantia, qua Hebræum cum Hebræo rixantem percutit lingua, Hebræorum ei subiicit dominatum.

48. Et vtrumque quidem Domini voce. Dixerat ille: *Quis te constituit Principem super nos?* At Dominus Exodi 7. v. 1. *Dixitque Dominus ad Moysem: Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Non satis erat Principem Principis constituere, sed & Deum, vt & virtus heroica etiam in diuina iura grassetur: Sic Deus transfudit in Moysem, quasi æmularetur virtutem, velut si se egessisset in virum, qui de diuinis viribus aliquid splendidum, & gloriosum vibrabat. Qui Moysi vt Deo Regem subiecit, subiecit & regnum, vt ad manus nutum elementa disturbet, pelagoque licitori Ægyptum totam in supplicium committat. Quid de Hebræo populo? Exodi 32. v. 7. *Locutus est autem Dominus ad Moysem, dicens: Vade descende: peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti.* In ò Iacobæa soboles, Israelitica que progenies, tua Domine est; Iacob funiculus hæreditatis tuæ: cur peculium Deitatis, & hæreditatis diuitias, vnius hominis esse fateris? Compendio indicet omnem rerum causam attexit *Quem eduxisti de terra Ægypti.* Non pede possedit, sed manu; non successionis iure, sed virtutis; tecum fortis incolumem præstitit populum & tenuisse Spei iura virtute animosa transgreditur, etiam in diuina refunditur. Tunc Moyses v. 11. *Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, & in manu robusta?* Vtrisque argumentis erga Principatum contendit. Moyses quòd nonnisi Domini sint Hebræi, Dominus quòd nonnisi Moysis. Sed eundem mox titulum deponit vterque: nam & ideo Dei populum nuncupandum Moyses contendit, quòd in fortitudine magna, robustáque manu ab Ægyptiis compedibus sospitem reddidisset. Nona profectò ratio, cur sit populus iste Dei, quippe eius valida manus, fortitudoque eximia e captiuitatis nexu diremit. Nonne sat suprema potestas, quà vniuersorum publici Dei? Nonne sat singularitas sacri dominij, quo circumcisionis stigma, cælatoque fœderis hunc Deo populum consignauit? Quasi gloriosior sit titulus populum possidendi, columitas populi a præstanti virtutis robore parta.

94. Sapientiæ 3. vers. 7. *Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. iudicabunt nationes & dominabuntur populis.* Quoniam hæc iustitia est fulgida, imperiosa, & scintillans, quæ per

Exod 2. 11.

Exod. 2. 13.

Exod. 7. 1.

Exod. 32. 7.

Exod. 32. 11.

Sapient. 3. 7.

per arundineta diſcurrit, iubatéque ſuo agitatas vento arundines vrit? Quales hi iuſti, qui populis dominantur? An iam in ſtatione cæleſti beati, quibus claritas, agilitas, & ſubtilitas pro glorioſis dotibus inſunt? Sed quales ibi populi, quorum Principatu potiantur, cùm quotquot cælites, tot ſint Reges, quibus gloria pro diademate eſt? Sed & Heroës ſunt in cœleſtibus illi, qui adhuc in terra per extremæ virtutis faſtigium cælum tangebant, florémque lucis de ſyderibus delibabant, quorum conuerſatio miraculum, nec vulgariter lucida, ſed ad lucis florem ſplendoriſque apicem æmula, qui limoſam naturam, & è teſta fictilem tamquam arundinem de luto ſurgentem, quibuſdam diuinitatis ſcintillis, incendio glorioſiori abſumebant; nec collere vento vt arundines, nec ab inanitate vanitatis ſonatunt, ſed ſtabiles, imperditi, graues, in immortalium mentium magnificam ſortem abibant. Ergo & hi cæteris populis, etſi iuſtis, ſuopte maieſtatis imperio ſuper axem beatitudinis dominantur, excellentia iubaris, oſtrïſque Regalis inſigne de magnanimæ virtutis ſtemmate, etiam in ſuperis, Principatum illis decantat.

50. Heroum pater & idea Noë fuit, qui non vnius gentis, ſed vniuerſitatis aſſertor; nec murali dignus coronâ, aut quercu contexta, quia ciuem ſoſpitauerit, mœnia ab obſidione defenderit; ſed naturali quadam coronâ redimibilis eſt, vtpote naturæ columen, & de cæleſti pelago liberator. Quid huic miraculo fortitudinis compar? Quidquid Superi Candoris ingenium fuderat in vitam mortalem, ad reliquias generis è cæleſtium fluctuum incurſu, ſine remigio & velo totius orbis pro vno æquore nauigator, non ferro conſeruauit, ſed ligno. Qui animoſius, quàm truces feras in nauigij caueam vrgere? Quid conſtantius, quam voragine verticéſque calcare, ſéque in natatili abdidiſſe ſepulchro, donec poſita tempeſtate in ſerenum ſiccum reſurgeret? Ergo

Gen. 9. 1. tranquillato orbe, coërcitíque Geneſ. 9. verſ. 1. *Benedixit Deus Noë, & filij eius. Et dixit ad eos: Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. Et terror veſter & tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli, cum vniuerſis, quæ mouentur ſuper terram: omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia.* Certè Adamo, dum ab Auctoris manibus poſt afflatum ſpiraculum viuens rationaliſque erupit, in volucres, piſces, & beſtias ſolus Magiſtratus præſtatur, quòd præſit brutis, & quidquid infra hominem eſt, prætoris impe-

Gen. 1. 26. rio gubernet Gen. 1. verſ. 26. *Et præſit piſcibus maris & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæque terræ, omni reptili, quod mouetur in terra.* Non in cibos, ſed in ciues animalia ſubduntur, nec viuentia ad hominis triclinium parantur, imò arida illi cœna decernitur: ſuccida lignorum vbertas, æſtatiſque pompa, fruges, & poma in annonam præſtantur,

Gen. 1. 29. verſ. 29. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui; vt ſint vobis in eſcam.* Cur Noë, ſoboliſque Noëmiticæ quidquid viuit & mouetur, eſca proponitur, vt ſubeat alimentum de cæde, viuátque de mortibus animalium? Opportunè. Eximius Heros quot vitas à naufragio defendit, tot ſibi fabrefecit mancipia. Vitæ necíſque poteſtas in ſeruorum gregem competit Hero, quidni & Heroï? Sua reddidit animalia, quæ vitæ reddidit de periculo. Adam ſeu dono ſeu natura, non virtute Principatum obtinuit: debuit regere, non occidere, vſumfructum, non dominium habere. Potiùs elumbis blanditiis coniugis pellicientis arriſit, & cuius erat caput & Dominus, ſe per manus colluſioné ad fructum carpendum, fecit mancipium. Quare exauctoratus animalium cecidit præſulatu, quæ, dum ipſe perditus, perdidit; nec etiam contritæ ſub vxoris pede ſerpétis dominium obtinuit, ad vtpote quæ poſt contritum crepidâ caput, reuixit

Gen. 3. 15. inſidias in trunco, Gen. 3. v. 15 *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Ergo & repullulat caeſa calliditas, coluber medullis effuſis hominem iterato vulnere petit: O & poſt animalis mortem erga animal nulla poteſtas! Enectum reſilit, cui iterum pro capite cauda. Quid? Qui rationem incolumem non ſeruauit, prodidit ſenſibilia, tot perduelles ſuſtinet, quot præuaricando confodit. Noë quæ primigenius perdidit bruta, ad ſalutis nauim inuenit: occidat & manducet, ſua vtque ſunt. Sed vide quod excipitur,

Gen. 9. 4. Gen 9. v. 4 *Excepto quòd carnem cum ſanguine non comedetis.* Cur ſi putas? Quia animalis vita in ſanguine eſt, nec debuit manducare viuenté, cui per nauis aſylum viuere dedit. Heroica virtus minimè pateretur, vitam quam præſtiterat, mandere, ſorberéque vitalem humorem, quorum, ne abſorberentur in pelago, propitiatorium puppis inſtituit. De ſuffocatis epulari non decuit, quæ ne ſuffocarentur in vndis, à turbine animoſus eripuit: Hoc Heroïs ſtemma eſt, vitæ parcere, quam ſeruauit.

Verſ. 8. Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes oppoſuerunt ſe illi, ſed Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eum.

Superbus qui ad ſupremum de infimo ſine medij tranſilit temperantiâ, non niſi à ſupremo vel infimo cæditur in ſupplicium.

SECTIO VIII.

S V P E R B V S media non amat, in culmen ſubrigitur de radice, nec ſenſim aſcendit, ne per temperatam altitudinem collium proficiat. Subitario impetu nectit extrema, cui pro teſſera eſt, aut totum aut nihil. Mauult ſe minimum quàm non maximum, ſtillam quàm non nubem, ſcintillam quàm non rogum, vtpote frugalitatis oſor, carnifexque virtutis, quæ in medio eſt. Quódque vitiũ extrema petit, graduúmque modeſtiam contemnit. Summitas aut profunditas iniquitatem accipit inquilinam. Auarus & prodigus eamdem ſibi pecuniarum trabem contrectant, alter infimam cuſpidem, qua perfodiat terram & condat, alter editum apicem, qua per venti inanitatem diffundat, etſi diſtans, peccat vterque, quibus liberalitatis mediũ otiatur. Sed ſuperbus vel in triſtitiæ liuidæ latitat ſpecu, ne mediocritaté lucis pertractet vel ſuper nubes fertur, vt totam ſibi iubaris eclipticá voret. Ergo de indole ſua plectitur, vel ſummis vel infimis 51.

cædendus est. Elephas vel per supremam sui fastus buccinam, eburneique cornu suggestum à mure roditur & supprimitur, vt pariter per editi culminis hostem, & per inferius reptile subiugetur: vel per infimum truncum, cui adhæreat, scissum bipenni ossea turris cadit, carneúsque collis. Superbi supplicium vel de superis, vel de inferis venit, seu pede seu capite ruit, seu à gigante ceditur, seu à fœmina. Non vulgariter castigatur, nec de media plebe pœnarum, qui vel se iactitat supra populos, vel subtus terræ viscera absconditur, ne subeat medietatis fortunam.

52. Vers. 8. *Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi; sed Iuditha filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.* Qualis antithesis hæc est? non est à gigantæis monstris, non à lacertosis Titanibus (quibus scopulosa caro, durique pro cautibus nerui, quibus in cœlestia impetere ludus, Numináque lacessere in luctam, & gigantomachiâ pacatorum orbium disturbare concordiam) superbissimus Holofernes percussus; sed à tenera mollique puella, quæ filiæ vocabulo nuncupatur, quasi minùs adulta, & adhuc ad paternas blanditias sub dulci filiæ nomine, vt parentum dulciolum, quod è lactea infantilique sobole venit. Aptissimè progressa est. Hoc enorme superbiæ monstrum, hæc ambitiosi fastus idea, non à mediocribus viribus pungendum erat, sed vel ab extermınio humanæ naturæ, nempe gigantibus & Titanibus, vel ab imbecillioribus digitis, fœmineis nempe, qui quà pulchri, leuioribus neruis, quà delicati sexus, politiori cute constarent. Qui se extulerat supra Deos, incenderat lucos, aboleuerat Numina, terramque & aquam, quæ inferiora sunt elementa, laciniosо excursu superbiæ extorquebat à gentibus; vel à superbioribus, vel ab humilioribus erat cædendus, vt pœna superbi iuxta indolem vitij contingeret.

53. Nabuchodonosor, qui fœlicitate lenone in solium Altissimi deflagrauerat, superbiámque viuentem depinxerat, duplici ænigmate accidium sui edocetur in somniis.

Dan. 4. 7. Danielis 4 vers. 7. *Videbam & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius eximia. Magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cælum: aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ.* Sopor Regi Regis delineauit figuram, imaginémque expressit superbiæ, vt se cognosceret in speculo. Idem ipse est, qui somniatur & somniat; se superbus cogitabat, dum arborem.

Dan. 4. 10. Quid tunc? vers. 10. *Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil & sanctus de cælo descendit. Clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem & præcidite ramos eius.* Hic ipse suimet alteram viderat effigiem in somno. Qui nunc arbor, nuper erat statua. Creuit vitium de metallis mortuis ad vitam, vegetámque crescendi potentiam. Quasi puduisset superbiam, inanimem & inaugmentabilem esse; quæ adolescere non poterat in metallis, in succidam arborem se transfudit, quæ æstatum suffragio recrescentibus ramis per succi commercium in dies increbresceret in augmentum,

Dan. 2. 31. Daniel. 2. v. 31. *Tu Rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis.* Quem non terreat superbus, si ipsemet ab imagine propria terretur? Tantumdem quis somniat in nocte, qualia tractat in die. Qui superbiam in officiis lucis agebat, quid quòd superbiæ phantasmatibus ageretur in somno?

54. Dan. 2. 34. Ergo quid contigit? vers. 34. *Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus & comminuit eos.* Cur tam dispar punitor vnius superbi? Ad succidendam arborem cælestis vigil, & de supernis clamauit excubiis; ad diruendam statuam lapillus se è culmine deiicit in profundum. Extrema in vtroque distantia fuit, excelsus Angelus, scrupulus imus. Et tamen æqua vtrique fœlicitas, eædem vires ad superbi altitudinem conterendam. Sic oportuit. Superbus specie magnificus est, sed qua magnitudo tumor, inanis: follis est, cui de vento medulla, nihil intrinsecus, vniuersitas foris, quantitas sine nucleo, bracteatum sine viscere simulacrum, vacuum spectrum, nihil in veritate, omne in figura, ficus sine substantia, extrema infimitas cum forma granditatis supremæ, ergo vel à maximo conteritur vel à minimo. Lapillus robustior erat medullâ vanitatis superbiæ; Angelus, quà spiritus est, supra ventum mendacis quantitatis præstabat. Vicit vterque: nam alter pompam, inanem nucleum alter absorbuit. Ponderosior est inanitate lapillus, splendidior est Angelus splendore superbiæ. Nabuchodonosor ab vtroque potentiori conteritur, nec in eum aliquid proficeret mediocris hostis. extrema vitij, instrumenta contriuerunt extrema.

55. Isai. 6. 1. Isaiæ 6. vers. 1 *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Seraphim stabant super illud sex alæ vni, & sex alteri: duabus velabant faciem eius, duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Vt quid hoc maiestatis emblema, cui caput & pedes alis Seraphicis obnubuntur, medium autem pectus sine tegmine est, & expansum inter volucres pennas? Cur superni Numinis facies absconditur, sacráque vestigia mutescente alarum plausu velantur, amotísque sinus ad spectantium oculos annuentibus satellitibus proditur? An quia Seraphim Angeli sunt amoris, clausuræque impatiens est amor, qui, cùm ignis sit, nequit in sinu abscondi, nisi se incendij inquietudine manifestet? Sanè aduersùs Luciferum hoc in eius pœnam cuditur hieroglyphicum. Superbus ille supra nubium altitudinem agitante fastu subrectus Altissimi similitudinem exambiebat, cum similitudo Dei expressa & constans nonnisi per beatitudinem, quæ in visione est, creaturæ intellectuali contingat. Quin & suprema & infima eodē ambitu petere concupiebat, dum terrenos homines pariter & Creatorem cælestem gestiebat in sui

Isai. 14. 12. diluculo vulnerare. Isaiæ 14. vers. 12. *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Obseruat illud: *Qui vulnerabas gentes.* Quales in cælo gentes, vbi Lucifer ortus? Iam auspicabatur pugnam in homines. In intellectuali natura supremum est Deus, infimum homo, Angelus medium. Qui Angelus erat, sed extremè superbus, quà medij osor, in vtrumque armabatur extremum, quasi erubescens Angelos vulnerare, quos de medietate temnebat, in Deum & homines deflagrabat. Ergo Seraphim plectunt superbum, dum Numinis caput pedésque velant, mediúmque retegunt

Lucifero

Lucifero pectus, vt ab vtroque extremo punitus & mulctatus dispareat, nec aliud ei suppetat, nisi amoris medium, quod petat. Sed id pro obduratæ indole rebellionis, rigidæque turpitudine voluntatis iam Lucifero impossibile est. Qui cupiuit extrema, à capitis & pedum velamine plectitur, mediúmque ei retegitur, qui ob odium medietatis punitur.

Lasciuæ fœminæ pulchritudo quem lasciuum inspectorem illaqueat, non ad libertatem, sed ad mortem exsoluit: quà cæcus nodus est & immissus per oculos, nequit enodari, sed rumpi, & cum portione cordis reuelli.

Sectio IX.

56. Venustas fœminæ sui lasciuum illigat conspectorem; retia sunt oculi, quibus prenditur cor. Quis in vidente, cæcum nodum dissoluat? Ipsiusmet aucupis pulchritudinis manus, quæ denectit vincula innexa; non vt liberet, sed vt fodiat; vt aucupium transferat, in excidium? vt qui adstrictus cesserat, cæsus occumbat; & à carcere funéque pectoris, capitis recidat in suspendium. Hæ sunt artes Cupidinis; quà cæcus, nodum implicat sine solutionis spe? sed quem explicare nequit, abrumpit, viscerá que illigata in scissi funis parte reuellit, nec à catena potest eximere, quin carcenati vitam cum abruptis annulis trahat. O infœlicia vincula amoris! reum Cupidinis illicò damnatis ad cædem; quem vincitis, vinciris, vinctumque mancipium, dum soluitis, dissoluitis ad interitum. Non te credas puerulo amori, qui quà impubes, nudus depingitur; pharetratus, quà lictor; pennatus; quà post homicidij flagitium fugax. Nullum sibi obligat, nisi ligans, nullum sibi, nisi vinciens, deuincit; nullum, nisi ad finem funestum, expedit fune. Tenaciùs religat, dum exsoluit, dúmque intricata licia extricare desingit, strangulat pendulum ab amore. Lasciui amatoris exordium & finis funis est; seu iniectus, seu incisus, captiuat & enecat. Qui à cupita pulchritudine capitur, intercipitur à tractata. Cupidinem à fœminis suspensum è myrto, quæ frutex Veneris est, non nugatoria fabula dedit. Qui suspendio plectitur, illigatur pariter & necatur, eadem vitta & obstringit viuentem, & adimit vitam obstricto. Sic est, qui in laqueum incidit oculorum; cadit quidem suspensus de suo, laqueus illum præparauit sagittæ, & tamen ipsemet laqueus sagitta est.

57. Vers. 8. *Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, sed Iudith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum.* Quod ais, ô fœmina? potiùs illigasti Potentem. Recordare ad Dominum preces cap. 9. vers. 13. *Capiatur laqueo oculorum suorum in me.* Recordare precum fortunam cap. 10 v. 17 *Cúmque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes.* Ergo vinxisti quidem, non soluisti nodum lasciuo. Sed pariter dissoluit, & vinxit; quippe pulchra facies à salaci concupita fuit nodus. Vide quæ in explicatu litteræ cogitauimus. Qui oculorum laqueo fuit irretitus, cæca vincula subiit, nec patuere

Iudith 9. 13.

Iudith 10. 17.

vincula solutioni, nisi Dux ad libidinem dissolutus, per aciem gladij, faciei venustate dissolueretur in iugulationis interitum. Dissoluisse & cecidisse fuit vnum, quia & vnum fuerat vidisse fœminam, & turpis incurrisse laqueum amoris.

Samsonem fortissimum, in animo obstrinxerat Dalila, funibus stringere parauit & corpus, ne membris liber esset, qui in pectore nobiliori mancipium, Iudic. 16. v. 11. *Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero. Quibus rursum Dalila vincit eum, & clamauit: Philisthym super te Samson, in cubiculo insidijs præparatis. Qui ita rupit vincula quasi fila telarum.* Ergóne mollis delicatáque fœmina recentia, nec attrita rudentia potuit animosè inijcere forti, virúmque mordicus religare, neruósque robustos obstringere? Sed in negotio vinculorum quid fortius amatia? Quid robustius teneris digitis, inclusis sub illecebræ gemma, sub annulo libidinis carceratis? Ergo vinxit fœmina, num dissoluit? Quasi sui iuuenis libertatem amaret: quòd abrumperet vincula conclamabat: verùm non nisi in mortis vsum, & ad Philisthiim excitandas insidias, vt si vir non rumperet, irrupissent. Fœlix hac vice Samson euasit: quippe Dalila, quæ obstrinxerat, non diremit. Ipsemet Heros à fœminæ manu ligatus, cæcos qui non posset nodos expendere, quáque parte cófregit: ideò libertatem promeruit, quia illum fœmina non exsoluit. Ne vinculi solutionem fœminæ fidas, nisi tumet vincula absciderit, à fœmina liberante cæderis. Sic tandem contigit. Fortitudinis cognito sacramento, vt nouiter virum ligaret, pro vinculis genua substituit, vers. 19. *Dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit: Dixitque: Philisthym super te Samson.* Nulla acumine distat dictio. Cur non iterum neruiceis funibus, humentibúsque restibus illum ligat? Vt eum medullitus implicuisset, totam se fœmina funem fecit, pectore genibúsque deuinxit, hæc putans solidiora ligamina, quæ de corpore amasiæ texuntur. Ergo viuentibus vinculis, & elegantis pulchritudinis neruis iuuenem in sinu ligauit; rasísque crinibus illicò dissoluere gestit. *Et cœpit abigere eum, & à se repellere.* Si ipsamet erat carcer & finis, cœpit à se soluere, cùm repellere; an in columitatis laxatæ votum? Imò vt prenderét Philisthiim, captiuóque oculos eruissent, vers. 21. *Quem cùm apprehendissent Philisthym, statim eruerunt oculos eius & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.* Attendistine? Quem laqueo ceperat oculorum, dum laqueum dissoluit, reddidit cæcum. Diruere nequiuit cæcum fœmina laqueum, nisi & cum laqueo oculos eruisset. A fœmineo carcere in mortalem carcerem vehitur. Obuia semita est à fœmina ad carcerem, quæ tenacius prendit, cùm simulatæ solutionis blanditijs fingit quòd liberet, quem transfodit. Negas quòd Dalila Samsonem illigauerit, cùm eum fecit in sinu dormire? Quid expergefactus dixit, attende vers. 20. *Qui de somno consurgens, dixit in animo suo: Egrediar sicut ante feci, & me excutiam.* Nullus tibi incussus est funis, à quo te excutiendum promittis? Cùm alteris vicibus rudentibus illaqueatus iacebas, non vt te excuteres, prouo-

58.

Iudic. 16. 11.

Iudic. 16. 19.

Iudic. 16. 20.

cabas, nunc vt vincula soluas, dum expeditus & liberes, lacessis pristinam fortitudinem? Sed pro durioribus funibus erat fœmina; quid quòd se excutere solerti animo præpararet?

59. Postquam incestis brachiis, nefariíque vinculo amoris sororé suam irretiuit Amnon, virginitatísque zonam dissoluit, exoluit & fœminam, quasi manumitteret, & à fune turpitudi-
2.Reg.13. 11. nis liberaret, 2.Reg.13.vers.11. *Apprehendit eam, & ait: Veni, cuba mecum, soror mea.* Quid quòd veniat, expetis, quam iam trahis? Anne collo vinculum iniecisti, prensóque fune, tanquam ad macellum ouem, quòd suis pedibus veniat satagis ad concubitum? Sic cupidinis sunt ligamina, dum violenter trahunt, trahere libentem solicitant; vt gressus libiti sint amoris, sed vis amantis. At quæ noluit ire lubenter, quasi calcitrans victima, dum denique cecidit, cessit. Potentissimi sunt libidinis nexus. libeat vel non libeat, si semel prenderint, opprimunt illiga-
2.Reg.13. 14. tam. Vers.14. *Noluit autem acquiescere precibus eius, sed præualens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea.* Semper ille præualet, qui ligauit. Attende fœmina, ne vel licium funis admittas: vis tibi infertur vel in licio; & si vinculum dirimatur, iam actum est de honore pudoris. Quid postquam prendit, temerauítque vinctam? Absoluit illicò, sed in maius famæ dispendium,
2.Reg.13. 15. vers.15. *Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis. Dixitque ei Amnon: Surge & vade. Quæ respondit ei: Maius est hoc malum, quod nunc agis aduersum me, quam quod ante fecisti, expellens me.* Maius est malum absoluere, quàm ligare? Egredere fœmina, iam es libera; carcerem dimitte, quæ mitteris. Sed si lasciuus soluit, quam strinxerat, non ad libertatem, sed ad maius infortunium expungit. Et cupidinis fauor officit. Vel absoluendo nescit prodesse. Si ipsa priùs se solueret à cubili, non iam mulier recessisset, sed virgo. Quæ expectauit, vt eam frater impudicus eximeret, specie libertatis reportauit infamiam.

60. Baruch.6.vers.42. *Mulier es autem circumdatæ*
Baruch.6. 42. *funibus in vijs sedent succedentes ossa oliuarum. Cùm autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proxima sua exprobrat, quòd ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit.* Quid est quòd scorta funibus circumdata sedeant, secúmque ergastula, dum in biuiis insident, gestent? Equidem auceps laqueis & visco suspensis è cingulo, in nemora prædaturus volucres tendit. priùs ipse ligatur vt liget, libitoque incarceratur, vt carceret. quotquot prætendit funes in alitum prædam, tot in thoracis medio priùs sibi obstrinxit, vt ab aucupãdi libidine ipse sibi inceperit esse captiuus. A semet capitur scortum, vt capiat, mortis instititis illigatur, vt incautas volucres, vagos vtique oculos lasciuorum, mortalibus vinculis illiget. Sed qualis in prostibulo libertatis fortuna? Quòd funis eius concubitoris abrumpatur fauore. En quale gaudium laxatæ à funibus meretricis: *proxima sua exprobrat; quòd ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit.* Ergo qui concumbit, dirimit funem. qui dissoluit ligamina se pro fune illigat dum captiuat, magísque incarcerat, cùm absoluit, cùm scortum liberat ad luxuriæ licentiam, & à fune hospitium relaxat, arctiùs adstringit, immittitque medullitus compedes, lacertos pro rudentibus incutit. O dissoluta pellex! hoc est tui columen, ad libertatem luxus dispungi? *Neque funis eius disruptus sit.* Disruptum quidem dixit, non enodatum. Lasciuiæ nodus non expenditur sed abrumpitur, vt meretricis membra pariter ad vulnera funium rumpantur, & obsessis neruis eneruis & elumbis fatiscat, quæ talem sui ergastuli liberatorem ad luxuriam elegit.

Vers.9. Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimento lætitiæ in exultatione filiorum Israël.

Vers. 10. Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit cincinnos suos mitrâ, accepit stolam nouam ad decipiendum illum.

Ornata de pigmentis, & sericis vidua, quasi scortationis titulus est. quæ cinereas viduitatis vestes cum mariti cineribus sepeliuit, cinis fit ex libidinis flammâ.

Sectio X.

Sancta viduitas, quibus castitas, adornatur. Pompa viduitatis lugubris & funesta, parentalia soluit marito, eluitque pudoris 61.
iniuriam, quam legitimus intulit torus. Pallor cutis, pullúmque peplum, & de viri cineribus cinerea palla palam publicat continentiam, armat in libidinem, ignes & incendia detriumphat. Nulla vis est flammarum in cineres. quæ omnia deuorant, in cineribus suffocantur. Vidualis habitus cinerescit in deuictæ flãmæ trophæum. Muliebris mundus, quà mundus est, secum portat elementum ardoris, quod, cùm efficacius cæteris sit, quidquid est mundiale, comburit, scintillísque suis lasciuóque æstu & fœminam, & fœminæ concremat inspectores. quæ ignipotra est, non vt Salamandra viuit in igne, in sua pyra perit, facitque lasciuos perire, quotquot illam depereunt. Ergo vidua, quæ superior est mundo, obeuntéque viro obiit vt mulier; muliebrem mundum, quem in tumulo mariti deposuit, non iterum sibi resumat, ne absumpto pudore, pudeat se rursus esse mulierem, quæ iam nisi vidua non est. Vidualia dimittere pudicitiámque retinere, vel miraculum est, vel monstrum; non fidam huic spectro, orbatæ viro fœminæ, sed ornatæ. Nisi ad castitatis triumphum oporteat, pullata grauitas desérenda non est; sed oportet rarò, nec nisi in Heroïca virtute, quæ scit faciei fucum, elegantiámque vestium, vt calidè lateat intrinsecus, reproducere, & sub ornamentorum specie iugulare lasciuum. Prodigium Iudithæ fuit non datur alteri. Quæ in alteram de vidua refunditur, sumptóque theristro opinionem præstat alterius, cum suis floribus interit coronata, dealbatum sepulchrum est herbosúsque tumulus, quæ sub cadauerico funere se immortalem & viuidam conseruabat, dum viduali aspersa nigrore.

Canit

62. Canit lætabunda Iuditha, quibus armis vicerit luxuriosum verſ. 9. *Exuit enim se veſtimento viduitatis: & induit se veſtimento lætitiæ in exultatione filiorum Iſraël. Vnxit faciem ſuam vnguento, & colligauit cincinnos ſuos mitra; accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum.* Quid eſt, o pudica Heroïna? Sic audacter publicas, indumenta viduæ abiecisse, & de apotheca illecebræ, odorúmque pixidibus faciem litasse pudoris, vnxisse cincinnos, crinitósque teſtes texuisse, oblita mariti? Ille te, vt ſuam, de vidualibus indiciis cognoſceret quaſi vnam carnem cum cineribus ſuis, ſed a cultu polituráque alteram, & abſque repudio per ornamenta aliena vagantem, potuit adhuc ex latebris mortis te, dum floridam aspiciebat, vt alienam deſpiceret. Sed ideo prudens fœmina canit, non ad caſtitatis & coniugis deceptionem vidualibus [illegible], [illegible] fuiſſe veſtitam, ſed vt deciperet laſciuum: *Accepit ſtolam nouam ad decipiendum illum.* Habitus ſplendidus in vidua nouitas tam potens eſt ad pudoris iniuriam, vt qui præcognouerat viduam, ſi ornatam viderit, illicò quaſi in altera decipiatur, ſibique procuret ad ſordes. Non vt vidua deſineret, nec vt virum mortuum iterum interimeret, Iuditha ſe comit: ſed vt alienum virum confodiat, & ingenio caſtitatis illaqueet. quod cedula aduertit, ne de nouo habitu poſt defunctum coniugem, vt adultera damnaretur. Aduerſus virum adulterium committit, quæ eo ſuperſtite petit alterum; ſed aduerſus viduitatem adultera eſt, quæ non iterati amore connubij, ſed ad vagum luxum licentia ſe de altero habitu alteram reddi iuſſe contendit. Ergo niſi ad iugulandam luxuriam, deponendum non eſt viduitatis inſigne, & tunc quidem deponere ſolùm fas eſt, non perdere & fundere; vt illicò peractâ victoria, actione depoſiti repetatur. Hilaritatis indumenta nonniſi precario ſumenda ſunt, nec recipienda mutuò ſed commodato, nec ad diſtantiam temporis, ſed ad [illegible], vt ſponſalitij veſtiarium ornamenta ſua [illegible], die cedente, condicat. Quin incumbere viduam floridis & decumbere, tota eque cincinnos in gradus, & à gradu cedere pudicitiæ, torquere crines & honeſtatem, non quidem eſt ſimile, ſed & idem. Vna periodus ex vidua compta & ſcorti ſuſpicione compingitur.

63. Nupſerat Thamar primogenito Iudæ, ſed ſuperſtite ſocero obiit maritus. Quid tunc? Gen. 38. verſ. 14. *Quæ depoſitis viduitatis veſtibus, aſſumpſit theriſtrum: & mutato habitu ſedit in biuio. Quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: operuerat enim vultum ſuum, ne agnoſceretur.*
Gen. 38. 14.
Quæ totum viduitatis veſtes depoſuit, quoniam non connubiale votum, ſed pellucidi theriſtri ambitionem laſciuam habebat, quam præproperis eiuſdem periodi ſyllabis ad proſtibulum biuij cucurrit? Vnum fuit, ſequeſtraſſe à ſe vidualia, & theriſtrum aſſumere: vnum leui peplo nudatam contegi pudicitiam, & ruere in licentiam ſcorti, nulla intercapedine temporis interſtite; quæ vidualem proſtituit habitum, ſe proſtituit. Iudas, qui velatam conſpexit, meretriciam corporis ſuſpicatur. Quo adigitur in turpitudinis opinionem, ſi frons abſconditur, quæ taberna fornicis eſt? Si pigmenta & fucus teguntur; ſtibiúmque ſub nebula latet? Erat quidem vidua, ſed ſine veſte; erat quidem veſtita, ſed non vt vidua. Ergo iuſtè vir opinatur; etſi non cognouerit faciem, agnouit ſcortum. [illegible] erat velamentum theriſtri, quale obnubebat caput, fumo [illegible], ſubtegmen ſericum fumus erat, qui viduales cineres publicabat, ſed de flamma ſeductionis ebulliente. Quo Thamar abſconditur, [illegible]. Lenonius fuit habitus ad concubitum. ſcorta ſe[illegible] peplo, antequam [illegible], cognouit eam illicò, qui non nouit. Quæ ſe alteram finxerat, ex tormentis & fuco, [illegible] in alteram. Agnoſci non potuit, ſed cognoſci. Cecidit à priſtina, ſed in [illegible] illecebræ thalamum. Pro veſte [illegible] accepit. Exuit caſtitatem induta peplo.

64. Iezabel [illegible] à ſagitta tranſfixum, nolens [illegible] dimittere, ſed [illegible] ſupercilia arcum duplicatum tetendit, genaſque purpuriſſo [illegible] ſanguineam ſui [illegible]; ipſum, qui eius accedebat occiſor, turpiter ſa[illegible]. 4. Reg. 9. 30.
[illegible] 4. Reg. 9. [illegible] *Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius audito depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit caput ſuum, & reſpexit per feneſtram ingredientem Iehu per portam, Leuauítque Iehu faciem ſuam ad feneſtram, & ait: Quæ eſt iſta?* Quid eſt Iehu? Si fuceatæ viduæ carnifex venis, cur non agnoſcis iugulum, quod transfodias? Sic claderis in fœminæ fronte, quæ ſic depingitur, vt pungatur? Et tu inſolens pellex, ſic apparitori tuo appares rubricata, & ſine rubore, purpurámque fingis in genis, quæ ingenitus ſanguis non eſt, vt eius ſanguinem concites ad laſciuiam, ne tuum, niſi ad voluptatem attrectet? Etiam tuo carnifici carnem pigmentatam oſtendis, quam libido corrupit, antequam gladius, ne tu ſola vulnere cadas, ſed quod, & ille in brachia illecebroſa cadat, pertentas? Vidua, quæ ſemel cum ſepulto viro ſepeliuit funebrem veſtem, etiam in ſuo funere appetit ſcortari, & cum deſtinato ad ſui cædem ſatellite commiſceri, vt & in eſſuſo ſanguine luxurietur, & quæ cinereas veſtes, quales viduam decebant, cinxerat oſtro, ſui cineres cruore luxurioſo perfundat. Ideò non agnouit Iehu victimam meretoriæ libidinis, quam ad victimam vltionis quærebat; quoniam illa in alteram ſe depinxerat, ſcortioniſque confeſſione, teſtimonióque ornatus ſe Regis Achab viduam eſſe negabat. Adeò verſitormis eſt fucus, mutátque perſonas in vna; vt ipſemet occiſor, qui occidendæ faciem callebat, potuerit ignorare quod eſſet. Sed agnouit ad caſum, quam à veſte neſciuit. Inde ſine mora eam cadere fecit ad mortem, quæ cadere gliſcebat ad torum. Vix dixerat: *Quæ eſt iſta*: cùm illicò verſ. 33. *Inclinauerunt ſe ad eum duo vel tres eunuchi. At ille dixit eis: Præcipitate eam deorſum. & præcipitauerunt eam, aſperſúſque eſt ſanguine paries.* Si quæſiui quæ ſit, cur ante reſponſum agnouit, pro fœmineque reſpondit ruina, & pro concupito accubitu fuit occubitus? Qui vt viduam ignorauit, nouit vt ſcortum. Miratus metamorphoſim de veneficio ingenij vnguentarij, cadaueris formam viduæ reſtituit, quæ poſt cadauer viri habitu cadauerico debuit incedere. 4. Reg. 9. 33.

Verſ. 11.

Vers. 14. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.

Pedes fœminæ feminudi sandaliorum corrigijs & carcerant, & verberant intuentem. Nonnisi extrema pulchritudinis planta videnda est, vt memor sis luti quod eris.

SECTIO XI.

65. QVIDQVID est in pulchra fœmina, rapax est. non solùm manibus, sed & pedibus rapit, & per oculorum annulos ansulásque prædatur cor aspicientis. Plagiarius est vbilibet fœmineus cultus, hominé liberum sibi mancipiat, & iniurit. Eum qui sui iuris erat antequam oculos in fœminá coniecisset, iniquè intis emit gratis, & ingratè carcerat postquam emit; eius quem suppressit pedibus, deuinctos pedes stringit in neruo. In manum fœminæ te dedisti, si immisisti oculos vel in pedes; ab eleganti calceo calcatis, à cothurno gemmeo contereris, in tribalibus lumina allidis. Quò magis oculatus, ab speculatis peronibus obcæcaris. Vestigia possessionis symbolum sunt: te extrema pulchritudo possedit, cùm per pedes nudos pariter & vestitos in oculorum nundinis te contraxit. Talaribus oculos calcea, ne fœmineos calceos aspiciant. Si nudata lumina feras, discalceatam seruitutem subibis. Si aliquid fœminæ videre iuuabit, non pedum summitas, non digiti, qui prendunt & rapiunt, sed subiectior omnibus planta est, vbi lutum hæret & sabulum, vbi à vestigijs oculi pessumdentur, visúsque atteratur, non homo. Satius est vt cæcus, quàm cadauer euadas; quod caliges in posterum, quàm quod pereas. Imò si lutum videris, extremamque pulchritudinis putredinem meditaberis, quasi de hirundinum stercore fœliciorique chelidonia visum recipies, & exoculatus à planta, quia à planta percussus, experientia luti cum fœnore luminis oculatus redibis.

66. Vers. 11. *Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.* Quàm citus, sed retrogradus cursus! de sandaliis ad caput pulchritudinis victoria processit, pedialia rapuerunt, sed genarum captiuauit venustas. Ne putares solùm partem fœminæ laqueum esse, a pedibus ad caput tota fœmina laqueus dicitur. Sandaliorum corrigiæ cum cincinnorũ vittis innexæ, & quasi annulorum fibulis intricatæ vnam compegere catenam in spectatoris miseri carcerem. Quasi calceatum gemmis & vnionibus ferret caput, pedum gemmæ ascenderunt ad frontem, vt frons attereret hominem quasi pes, vniuersúsque vinculis illigaret, vestigiorum & suis; ne aliqua spes libertatis subesset. Si soleas infimas Holofernes vidisset, & nouissima prouideret, non inhæreret in illecebræ visco: sed in mortalis luti memoria, recuperaret visum a luto, quem perdiderat ab aspectu. Sed qui ab extremis corporis elegantis institit illaqueatus, periit à medio; qui de medio sublatus per pugionem, qui è latere pendet, præsentissimam cædem incurrit. Inter caput venustum & pedes ad blanditias fœminæ ornatæ, nonnisi pugio medius, vt curiosos oculos, animumque per elegantiam alieni corporis peruagantem in medio transfodiat.

Nec serpens fœminei pedis suprema audet conspicere, ne succumbat, ab errore pristino 67.
resipiscens, quæ cùm pedem vidit non plantam, illicò fuit à planta contrita. Genes. 3. vers. 5. *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* An vna actio, an gemina inter fœminam & serpentem prædicitur? Oportet quidem duplicem esse, quód priùs serpens, dum in nudos fœminæ pedes, suos oculos & caput intendit, contrito fuit allisa vestigio; sed serò sapiens, postquam repullulauit caput è trunco, iam non primam pedis cutem inspiciat, sed post tergum refuga, tantùm calcanei extremitatem attendat, ne iterum percellatur à pede, nec aliquid videat fœminæ nisi extrema. Genes. 3. 5.

Iezabel vt picturata bracteatáque victima, 68.
postquam oculis iuuenes captiuauerat, ex legitimo voto supplicij inter meretricia ornamenta, allisis in lapidibus membris, occisa fuit. Quid inde? Iehu, qui sententiam tulerat mortis, satellitibus dixit 4. Reg. 9. vers. 34. *Ite & videte maledictam illam, & sepelite eam, quia filia Regis est. Cùmque issent vt seplirent eam, non inuenerunt nisi caluariam & pedes & summas manus.* En vtrumque fœminæ extremum, caput & pedes, sed alterutru sine cute, imò vtriusque extremi tantùm extrema. Vt quid voraces canes his portionibus pepercerunt, qui & glutierunt cætera ossa, & mollis fœminæ duras compages tamquam epuli blandimenta vorarunt? Quoniam his luxuriota carne vestitis, sed ad illecebram sine tegmine nudis nobile vtebatur scortum; vt abuteretur viris, quos ad macellum libidinis illigabat. Ergo iuuenes pedes conspiciant non iam coturnos cruribus, non iam vnctos, nec in pauimento splendentes, pretiosisque calceatos lapillis, sed excoriatos, excalceatósque carne: vt in pedum luto impingant & hæreant, noscantque quòd elegans pes, qui totum censum portat in calceo, vt proculcet lutum, nonnisi lutum est. 4. Reg. 9. 34.

Extra sphæram oculorum pedes fœminæ sint, 69.
qui ex mundo muliebri sphærulas ferunt in Imperij mundialis emblema & signum: pes enim, super sphæram locatus, orbémque calcans, ambitiosæ dominationis hieroglyphicum est. Se mancipium fœminæ vult, & ad sphæram fœminæ pertinere, qui orbes istos pellucidos pedum spectare non desinit; inferiorem se reputat, dum compta pulcherrimaque vestigia oculis quasi lingua lambere, oscularique palpebris non detrectat. Luna sub prodigiosæ fœminæ pedibus collocatur in cælo, Apoc. 12. v. 1. *Signum magnũ apparuit in cælo: mulier amicta Sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* En nonnisi pedes referuntur & caput, sed vtrobique immensi iubaris vallo munita, vt in pelago luminis, si auderent oculi, mergerentur, nec possent transfretare fluctus ardoris. Pedes quidem nudi dicuntur: nam subtus vestigia luna disponitur. Cur pedum nuditas in fœmina sancta, quæ ad venustum caput adspiciendum allicere? Sed quæ Solem pro amictu, lunámque Apoc. 12. 1.

lunàmque geſtabat pro ſolea, æſtu fulgoris intuitum alienorum arcebat; & quod defectibile eſt menſtruiſque acceſſibus & receſſibus corruptionis exhibet ſignum, lunam videlicet, infimis ſpectatoribus obiiciebat, vt qui in luna, ſymbolo videlicet corruptibilitatis, impingerent, non in fœminæ venuſtatem auderent. Qui ad ſolem pulchritudinis per veſtigia fœminæ viſa, impigrâ ſolicitudine, curſor properas, attende ſub pedibus lunam: in hoc orbe planta fulcitur, corruptibilem meditare, & quibus impetit lucis cornibus, corpus cæterum ſine luce monſtrantem, vt in parte luminis videas tenebras, memorque nouiſſimam noctem.

70. Non & ſuæ coniugis Loth iuſtus attendebat veſtigia, qui hærente coniuge ipſe non hæſit; qui poſt tergum coniuge reſpiciente, curſum ſine inuerſis luminibus maturauit. Gen. 19 verſ. 16. *Reſpiciénſque vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Cur marmoream iam fœminam non aduertit maritus, qui ſimul cum fœmina gradiebatur? Qui cum comite ibat, cur non cum eius greſſibus greſſus conformat, meritúrque gradus, ne exorbitaret coniux à viro? Sed ſi ad vxoris pedes reſpiceret, qui hæſerunt in ſtatuâ, ſtatuam duplicaret maritus, de marmoréque feciſſet connubium. Nullus, qui pedes fœminæ videt, vti pedibus poſterum valet, ſeu cæſpitat, ſeu cadit, ſeu hæret. Noluit de maritali licentia examinare pedes vxoris, quæ inceperat oculis laſciuire, illiſque et pedibus in ciuitatem, quæ anathema incendij, libidiniſque fornax erat, redire. Non ſani pedes ſunt, cuius oculi ægri. Etſi ſit vxor, fœmina eſt: à veſtigiorum viſu abſtinuit maritus, nec attendit, an pergeret vxor, an ſtaret. Sic vir iuſtiſſimus ſoſpitatem promeruit. Si ſic maritus, quid oporteat facere extraneum?

Gen. 19. 16.

Verſ. 13. Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum, quando apparuerunt humiles mei areſcentes in ſiti:

Deus vt agat, illaſâ Miſericordia, Iudicium, vſque ad iniquitatis extremum, Peccatorum expectat. Sed extremè eſt iniquus, qui in Miſericordiam delinquit.

SECTIO XII.

71. QVASI expectationis proteruitas immenſam Dei pœnitentiã extorquet tandem ad flagitioſorũ ſupplicia. Ne iuſtitiæ contumelioſus inſiſtat, punit tandé, ſed cùm malignitas euaſit in monſtrum: ne moſtrũ ſit, quòd Deus dirè plectat hominem, quem creauit, vel non plectat hominem, qui per nequitiam extremam abiens in monſtrum, ab arte degenerauit Creatoris. Extremè deliquit, qui diuinæ pietatis vidit extremum, cùm infinitudine gaudeat non tam de attributo cæteris diuinis communi, quàm de Clementis Numinis propria indole. Characteriſtica ſingularitas Dei noſtri eſt, miſereri ſemper & parcere. Sed orbis dedecet Magiſtratum, in proditores ſuæ Maieſtatis non ſe prodere aliquando ſeuerum. Quid faciat pientiſſimus iudex? Perduelles ſuos dimittet impunes, vt orientur arma rigoris, quæ honoris cæleſtis ſunt ſatellitium? Ne pietatem damnet, dum reós, ſtudioſo niſu ſimatur, donec in improbitatis vltimum peccator exundet. Seueritatíſque fluctus in littore miſericordiæ coërcet quouſque ipſas pietatis ripas ſceleratus perfodiat, vt in rigoris alueum immiſceat, nec habeat ſiccum, in quo eliſæ furoris vndæ receſſu refugo retrocedant in medium. Deus tribunal inſtituit non tam vt ſceleratorum cauſas pertractet, quàm vt miſericordiæ & iuſtitiæ libret momenta, ſi iam tempus adeſt, quò deſæuiat in reos, qui tot ſæcula præſtitit officiis pietatis, nec decernit pro tempore punitionis, quouſque ipſamet pietas læſa aduocet pro iuſtitia, & ad miſericordiæ vlciſcendam iniuriam prouocet iam arma rigoris. Impius, qui in pietatem delinquit, ipſe ſe diuinas proiecit in iras, iniquitatis cumulum implens, ſibi tulit ad condemnationem ſuffragium. Ergo iam tunc temporis eſt, ſæuitia temperari non patitur, nec perendinare ſupplicium, vt flagris meritis dilanietur, qui extra improbitatis ſphæram, in ipſam propitiationem deflagrauit clementiæ. Sed extremè impœnitens noxam in miſericordiam perpetrauit extremam, pro noxa vt quadrupes eſt tradendus vt in ipſius pietatis aris mactetur.

Verſ. 13. *Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum, quando apparuerunt humiles mei, areſcentes in ſiti.* 72.
Diximus in littera, quod *vlulare* ſeu vagientium infantium eſt, ſeu fœminatum, quas mollis ſexus in puellares modos retrotrahit. Ergo Aſſyrij lacertoſi, truces, robuſti infantulorum ritu vlularunt, quaſi viuendi cauſam finirent; & miſerabilibus fœminarum ſingultibus ſexum deturparunt virilem, quaſi à naturæ indole defecíſſent, cùm Hebræi per calamitates miſeri, miſerabiles per patientiam, dirutis lympharum fiſtulis, corruptíſque fontium corruptis areſcebant exucci. Aſſyrij vlulant præ dolore, quaſi vapulent vt pueri, voceſque implorandæ miſerationis effundunt, cùm fatiſcunt Bethulienſes à ſiti. Cur calamitas Hebræorũ barbaris calamitatem inuexit, nec antea querulis vagitibus dolent Aſſyrij, niſi cùm Hebræi per furtum aquarum ſine lachrymis, quas conſumpſerat ardor, patiuntur extremè? Obſerua illud *Tunc.* Adueniſſet tempus, quo ſe diſtringeret adſtricta iuſtitia, nec Dei pietatis rogaret inducias, cùm in miſericordiam deliquerunt Aſſyrij, qui quod dederat natura commune, patrocinium aquarum, furto miſeris abſtulerunt, lentóque ſiccitatis cultello arentes fauces abſcindebant ſitientium, & ſub mortis imagine, quæ pietatem ad præſidium laceſſit, viuos ad duriorem mortem ſeruabant. Ergo Numen pientiſſimum expectauit tot regnorum ſtrages, tot facinorum ſpectacula, velut tectis luminibus, ſine pœna prætereiens, donec extremè in pietatem peccatum fuit, túncque barbaros miſeros, nec iam miſerabiles fecit, cum quos miſeros reddiderunt Hebræos, à miſerationis ſorte expunxerunt. Sic iniquitatem vſque ad aſſem expectat Deus, nec plectit, donec ſe immiſericors immiſerabilem reddat; vt reddat tunc iuſtitiæ, quidquid abſtulit furtiue pietati.

Nefanda ciuitas libidinis flammis ardebat 73.
auſcultabat Deus crepitum ſcintillarum, auréſque percellebat diuinas fumi volubilitas ſonans, qui ab æſtu luxurioſo ſurgebat. *Dixit itaque Dominus,*

Gen.18.20. *Dominum.* Gen.18.vers.20. *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. Conuerterúntque se inde & abierũt Sodomam.* Quid est Domine? Etiam oculis auribus fidentiores? Si quod quis facit nequit peccatum, tituloque nefandi cognoscitur, tam immensum sonitum edidit vt quasi prius tuas aures, quam oculos internos tetigerit, quid eges testibus ad supplicium? Mitte satellites, non censores, non inspectores delega, sed lictores; apparitoribus opus est, opus execrabile apparuit. Et tamen cur Angelos deligis, purósque spiritus & virgineos ad impuritatis quæstionem, inuestiqueque libidinis scrutinium? An probare vis, si & salaces Sodomitici impetant Angelos, & ad commercium improbum carnis, rituali odpidiise spirituales mentes satagant extorquere? O superabundans pietatis ingenium! Non sat est vt prouocet diuinam vindictam contumelia naturæ, artificisque sapientis iniuria, qua diuisit sexus ad fontem generis propagandi. En vir in virum et in fœminam ruit, seque geminum malum, qui in vnum, dum per propudiosam patientiam & furoré lasciuum, & se muliebriter tractari permisit, & vt fœminam virum contrectat. Sed & expectat Deus, an & virum quærant in Angelo, carnisque spurcitias spiritui imprimere gestiant: vt probet, si opere nequitiam compleuerint, dum extra sphæram carnis prosiliant, & quod impossibile est, nefariis votis ad spes inanes possibilitatis coërceant. Quid si non exardeant in Angelos: Sulphureo parceret ardori, quasi parci sint peccatores, nec quod iustitia parcat immensitati, qui non vltra vltimum potentiæ extenderent excessus flagitij? Ergo Angeli hi à pietate mittuntur, vt emolliatur rigor, si non in Angelos iniquitas conualescat. O; adeo tandem impia ciuitas igne furoris combusta est, quippe & in Angelos impetitum, & misericordiæ legati ad extremæ libidinis scelus immisericordiæ sunt

Gen.19.5. vocati. Vides. Gen. 19. v.5. *Vocaueruntque Loth, & dixerunt ei: Vbi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc vt cognoscamus eos.* O viri iu appetitores! non viri, sed Angeli sunt, etiam Angelos cupitis esse viros, qui vt viros luxuriosè concupitis. Si quos viros, crederetis, nosceretis, nó vtique cognoscere contenderetis vt viros; qui fœminas in viris appetitis. Sed lasciuiæ monstrum hæc monstra fingere non detractat: extremus carnis æstus etiam audet prendere spiritũ. At spiritus hi veniunt probare vltimæ lasciuiæ libellum; vt si de delicto nouo non constet, suprema pietas patrocinium peroret. Abstinete modicum, ne in pietatis legatos sitis crudeles. Immite nimis testimonium est, omniqué exceptione maius, si vel Angelos non excipitis ab appetitione luxuriæ. Ad Galatas dicebat Apo-

Ad Gal.3. 3. stolus cap.3. vers.3. *Sic stulti estis vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini.* Sed ô vos stultiores nimis, qui cum carne cœperitis luxuriam, etiam in spiritibus appetitis consummare. Ergo de Sodomiticis actum est, qui aduersùs spiritus & pietatem egerunt.

74. Vt seruus debitum lueret, exoneraretque

Matth.18. 25. calculum Domini creditoris Matth. 18. vers. 25. *Iussit eum Dominus eius venundari & vxorem eius & filios & omnia, quæ habebat, & reddi.* O quale supercilium furoris? Et tamen sub parabola, de suo nomine cælestis Dominus præsignatur. Multum ille debebat, cuius familia, vt parta cum Domino faceret, sub hasta locatur. Si seruus est, Domine, tuum est vtique quidquid est; cui pretium pro mancipio recipis, adhuc calculus perseuerat in numero, sed vnquam in foro publico perdidisti. Ergo & tibi iniuriosus es, & seruo crudelis qui transfunditur in alterum Dominum, & pro hominis à manu Nummis sequestratur. Sed pietatis causam rigor agebat sub sæuitiæ specie se ingeniosa liberalitatis prodidit. Expectabat rogari, seruumque redacté pro numismate preces, in quibus imago cælestis Principis clariùs cuditur. Ne iustitiæ irrogaretur iniuria, miseriæ spectaculum præordinauit, vt præualeret causa pietatis, nec

Matth.18. 26. inulte læderetur iudicium. Vers. 26. *Procidens autem seruus ille, orabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Qui patientiam postulauit, iudicium iam & debitum soluit. Vt se agnosceret Dominus (quasi alios esse incœpisset de persona rigoris) eius naturam seruus opposuit, quæ cum in patientia sit, promeruit, cum libertate debiti & suo cum Domino permanere. Par fecisti, serue, cum Deo; absolutus lætare, qui patientiæ formam subisti, de Deitatis participio Deum tibi compotem obligasti. Petis quòd expectet, vt reddas, sed reddis, quia, vt expectet te, petis. Expectatio in Deo pro numismate moneta, qui illi reddidisti naturam, plus iam debito persoluisti. Vides?

Matth.18. 27. Vers. 27. *Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.* Non solum debitum dimittitur, sed & debitor. seruus cum fœnore manumittitur, se mancipium recepit, & Dominus nihil recepit. quin & debitum & seruum recepit, qui lucratus est seruum orantem, & qui misericordia Domini rigorem deprompsit ac redemit.

Quid tunc seruus ille? Conseruum debitorem stringit & suffocat, vt pro denariis spiritum reddat, animique imaginem, cusam spiraculo vitæ, pro numismate soluat, ipsoque desinere esse creditor, qui extorsit à debitore 75.

Matth.18. 28.29. vitam pro censu. Vers. 28. *Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens: redde quod debes.* Anne marsupium corpus hominis est? sic carnalem sacculum suffocas, vt denarios cum spiritu reddat? Non rationalem animæ flatum debet, sed æs. Cur restituat animam pro pecuniis? Quid tunc seruus fermè strangulatus à seruo? Vers. 29. *Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Exscripsit verba, quæ propitiationem meruerant. Sed agebat cum dispari creditore, qui etsi nouerat patientiam diuinam, ignorabat humanam. Nec simile reproductus stylus immisericordi homini potuit adulari quã suus, sed de pietate doctus alienam propriam dedicit exercere. Carceri addicit post strangulationis imaginem, qui etiam in iustitia aberrauerat, reum priùs suffocans, deinde in vincula iaciens, sic in misericordia aberrauit.

Matth.18. 34. Quid tunc Dominus? Vers. 34. *Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.* Agebatur de misericordia iudicium, & irascitur Dominus? Nunquam misericordior furor, qui sæuit pro negotio pietatis. Cur clementiæ reum tortoribus &

& neruo committit ? An negabat debitum, & tormento adigitur, vt fateatur? Ad Dominicæ pietatis confeſſionem torquetur, vt ex immiſericordis ore miſericordia Domini pateficeret. Vt dimiſſum debitum ſine iniuria iuſtitiæ pietatiſque iactura extorqueri poſſet ab homine, crimine impietatis damnatur, quod extrema iniquitas eſt, Dominicámque largitatem ad rigoris iura reducit.

Quo eleuatur iuſtus, deprimitur Reprobus eodem inſtrumento alter perimitur, ſurgit alter.

SECTIO XIII.

76. QVo iuſtus extollitur, cadit impius. Ab eodem fortunato ſydere, quo fœlicitantur auſpicia inſontis, percutitur ſons. Idem victoriæ clamor diſſimilem vtriuſque concinit ſortem, funeſtam improbo, probo feſtiuam. Idem Sol noctuam caligare facit in luce, habiléſque lucis oculos redimit à caligine. Infortunat fauor iniquum, qui frugalem ſoſpitat atque beat. Facit ille de ſalubri poculo toxicum, quo hic ab ægritudine conualeſcit. Malo omnia cooperantur in malum, quæ frugi cooperantur in bonum. Sapit latex calliculum & fiſtulam, per quam tranſit; dulcoratur à dulci, ab amara amareſcit. O homines, quid conuitia iacitis in fortunam? vos illam fingitis, cùm & fingitis vos:

77. Verſ. 13. *Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum quando apparuerunt humiles mei, areſcentes in ſiti.* Adnotauimus in littera, difficilem hunc eſſe contextum: quoniam non legitur ſuprà, vlulauiſſe caſtra Aſſyriorum; potiùs vlulauerunt Hebræi, cùm in vertice mortis colliſis ſcutis iuxta Iu-
Iudith. 14. 7. dithæ diſciplinam creparunt cap. 14. v. 7. *Accepit vnuſquiſque vir arma ſua, & egreſſi ſunt cum grandi ſtrepitu & vlulatu.* Sed nodum mihi ſoluebamus ex diſſimili ſignificatione vlulatus: vel enim victoriæ clamor & iubilus eſt, vel de puerili vagitu, ſeu de querulis fœmineis dicitur. Ergo eadem vox, quæ feſtina fuit & triumphalis Hebræis, Aſſyriis fuit lugubris & funeſta: Eiſdem ſyllabis diſpar vtriuſque ſors inſcripta, excidium barbaris, iuſtis imperium. Ex Aſſyriorum faucibus clades quaſi miſeris vagitibus vlulauit; ex Hebræorum linguis ſignificatione feſtiua vlulauit triumphi celebritas. Repercuſſus ſonitus carminis victorialis, feralis plangor hoſtibus fuit. Non æquâ vocis reſtitutione per montis caua reſiliit echo; triſte reſonauit, qui dulce inſonuit; in tentoriis improborum alliſus feſtiuitatis indolem conuertit in calamitatis præconium. Vna forma eſt ſuperſtitis & cadaueris; ſed quæ huic pallet alteri pollet. Vel vita ipſa in viuo peccatore cadauer eſt; vel mors ipſa vitam poſthumam reddit iuſto. Qualitatum fictor ſeu virtus ſeu vitium eſt.

78. Altera vice Hebræi vlulauerunt ad trium-
Iudic. 7. 20. phum, inimici Dei ad perniciem, Iudic. 7. v. 10. *Cùm per gyrum caſtrorum in tribus perſonarẽt locis & hydriàs confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamaueruntque: Gladius Domini & Gedeonis. Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferãtes, vlulantéſque fugerunt, immiſitque Dominus gladium in omnibus caſtris, & mutuâ ſe cæde truncabant.* Quæ vis in nitido lumine lagenarum, reuelatáque lampade ex teſte fragmentis, quæ Hebræos illuminat, Madianitas obſcurat, quæ exterſa acies eſt in ſtragem hoſtium, exterſum iubar in lucem iuſtorum? Qualis hæc buccina, cuius clangor inimicis caſtris parentalia funeris plangit, viriſque Gedeoniticis pangit victoriam? Idem ſonitus, idem lumen percellit reprobos & denigrat, probos ſoſpitat & illuſtrat. *Mutuâ ſe cæde truncabant.* Non eget hoſtis vltio lictore, ipſe ſibi lictor, luctatórque eſt, alterno impetu ſe iniquitas fodit. Arma, quibus impetit aduerſarium iniquus, in iugulum proprium conuertit. Defenſionis fauor improbo nocet, inuenítque patibulum in aſylo, mortíſque in propitiatorio ſuffragium, ſuamet dextera ſe ſagittat, cui, quidquid fauſtum, infeſtum eſt.

Mirum ſonum in nouiſſimis tuba diſperget, 79.
reboánſque per ſepulchra regionum, non iam Ierichuntinos muros exſufflabit in puluerem, ſed in humana corpora humatos pulueres ſolidabit.
1. Corinth. 15. verſ. 52. *In momento, in ictu oculi,* 1. Cor. 15. 52.
in nouiſſima tuba: canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti. O vitale claſſicum? reſurrectionis fœliciſſima buccina! An prædeſtinatis & reprobis compar ſonitus, vt reſiliant è tumulis, mortaléque depoſitum reddant vitæ? Idem quidem fragor, ſed diſpar ſors. Nequam ad mortis vegetæ durationem reſurget, de cinere ad ignem, de vermibus ad dracones, de buſto pallido ad buſtum ardens. Iuſtus ad lætitiam de letho, & de iniuria mortis ad gloriam. Et tamen vna buccina eſt, quæ per caua ſepulchra impiorum detonat triſte, per iuſtorum foſſas melodo alacríque canit accentu; raucum ſonat per oſſa rupea & obdurata rebellium, gracile & muſicum
per tumulos obedientium. Matth. 24. verſ. 31. Matth. 24. 31.
Et mittet Angelos ſuos cum tuba & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis. Cur non & ad reprobos Angeli, vt illigent in faſciculos ad pabulum ignis? Imò iidem Angeli, qui in manipulos ſacros electorum congregant ſegetes; cùm à reprobis diſgregabunt, vno officio fœlicitatem auſpicabuntur & pœnam; vt ditior calamitas impiis ſit propitiæ manus artificio puniri, quòd qui copulet iuſtos in cõmune beatitudinis præmium, diſpungat ad barathrum reos, nec dæmon ſit, qui recenſeat, & ſignet ad pœnam, ſed lucidus ſpiritus, qui eodem tubæ ſonitu ſanctos congreget, diſturbet iniquos.

80.
Exod. 32. verſ. 17. *Audiens Ioſuë tumultũ populi* Exod. 32. 17.
vociferantis, dixit ad Moyſem: Vlulatus pugnæ auditur in caſtris: Qui reſpondit: Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, ſed vocem cantantium ego audio. Quales hi tam diſſiti modi vocis, diſparíſque indolis vlulatus, cùm vnus ſit: Præliantem fremitũ alter audit, alter cantilenas & modulos; ille fragorem Martis, iſte fractum melos Veneris fractæ, ille ſonantis crepitum æris, iſte graciles tibiæ modulos. Sed vtrumque vnus vlulatus inſonuit. Quod canore feſtiuo in libidinis pompâ modulatur laſciuus, ſibi claſſicum eſt ad pugnam, ſibi pignus ad gladium, ſibíque epicedium ferale. Canebant quidẽ ſiſtris & tympanis ad dedicandum feſtum idolo, victoriam de Ægyptiis vitulo
præcinentes. Verſ. 4. *Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te* Exod. 32. 4.
eduxerunt de terra Ægypti. Triumphale epinicium nuper annulis & inauribus, iam aureo

Numini, & ab igne & metallo genito Deo, plausibus iubilantibus repetunt; sed vlulatus iste victoriæ ad gaudium, vlulatus flebilis est ad gladium, flet iniquus, cùm canit, feralia sibi soluit, cum impietatis & libidinis triumphum agit. Aduertit Moyses indolem cantilenæ, buccinamque nouit in cithara, & vt equus generosus incitatus ad pugnam, lætum vocis stimulum sensit ad prælium. Ergo è monte pugnax descendit
Exod.32.27. imperiúmque pro classico dedit, v.27. *Ponat vir gladium super femur suum: ite & redite de porta. vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem & amicum, & proximum suum. Fecerúntque filij Leui iuxta sermonem Moysi, ceciderúntque in die illa quasi viginti tria millia hominum.* Ergóne castra fuerunt choreæ, milites tibicines, citharæ pharetratæ, ludus impetus, fragor melos? Cadit, cùm canit impius; cæditur, cùm auditur; cùm triumphat, occumbit; suæque gloriæ ferculum feretrum cadaueris est. A fratre & amico Hebræus idololatra occiditur, consanguineique manum sanguine tingit, vt de cognationis fauore cladem accipiat, qui vlulabat miserè, cùm cantabat.

*Vers.*14. Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.

Qui imaginariâ superbiâ in fælicitatis dubio certitudinem credit, nec casum cogitat in fortuna, certissimè cadet. Victum se præsagit, qui ex iactantiæ oraculo se vaticinatur fore victorem.

Sectio XIV.

81. QVI fortunæ adimit contingentiam, nec casum ei, sed necessitatem ad fœlicitatem, quam sibi euenturam credit, appingit, ipsomet fortunæ voto mulctatur, nec quam fortunam cogitabat, sine instabilitate constantem reperire valebit, nisi monstrum nouum reperiat. Fortunæ versiformis idea bellum est, armis componitur & agminibus. Qui, cùm prælium aggreditur, in primo impetu se vaticinatur fore victorem, causam amisit, non opus est iaculis, vt vincatur; ipse se cecidit & cecidit, qui de casu opinabili fecit sententiam. Varij sunt euentus belli, variabilitas sortis solùm constantissima est. Ergo qui sibi linguâ auspicatur triumphum, manus obtruncatas ad pugnam fert: nisi morsu militet, & vulneret dentibus, non ei superest, quo conserat signa. Quidquid adoriris, lubricum & fragile crede, dubium & nutans; quin si certum & absque alea periculi, tibi ruinæ certitudinem promisisti. Nulla spes pro humanis euentibus fideiubeat, etsi pignus & arrhabo præcedat; quidquid sub cælo est, fœdifragum est. Transplantatur & supplantat fortuna, mœcha est fidei, perduellis & proditor. Etiam debellaberis à puello, si quod bellum intentas, ante classicum nuncupasti triomphum.

82. Vers.14. *Filij puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.* Qui sunt puelli isti, qui belligerantur crepundiis, pro nucibus impetunt, in arundine equitant, digladiantur pro talis? Certè armati iuuenes erupcrunt è Bethulia in Assyrios, lecta & animosa iuuentus fugaces perculit, meliori causa, robustioribúsque præualens viribus: cur imbelles & teneros, & de puellis matribus genitos nuncupat Heroina? Vt infamior esset, & infortunatior hostibus clades, qui de victoria, antequam manus consererent, superbiebant. Recole quod præcessit, v.6. *Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.* Et suprà cap.5. v.28. Iudith.5.28.
Optimates Assyriorum dixere: *Cùm capti fuerint potentes eorum, tunc cum eisdem gladio transuerberabitur.* Et Holofernes cap 6. vers.3. *Cùm* Iudith 6.3.
percusserimus eos omnes, sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet. O supercíliosa securitas! O perfida fides victoriæ! Ergo non opus est iuuene, sat est puero, non opus agmine, sat infante, vt superbia barbarorum cædatur. Qui de euentu certitudinem cogitauit, gestiuítque affigere clauum fortunæ, volubiliorem rotam in sui experitur perniciem. Vel ab imbellium puellarum elumbibus pueris sine robore, vt magis erubescat, occubuit. Quam fœmina incepit victoriam, tenella proles fœminarum perfecit. Castigata fuit spei insolentia: non iuxta solitum à robustis viris, catafractisque equitibus Assyriorum fuit dissipata potentia, sed in Bethuliensi milite superabundauit virilis ætas; vt superbos occideret, ad puellares annos se reduxit iuuentus, ornata fuit ætatis iuuenilis præstantia. Puellos appellauit, qui iuuenes erant: quoniam virilis virtutis supererogatio fuit, & armorum sine vsu gestatio, cùm ad domandos superborum animos, puerorum sufficerent crepitacula.

Isaiæ 8. vers.4. *Voca nomen eius: Accelera spolia detrahere: festina prædari. Quia antequam* 83. Isa.8.4.
sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum. Quid est quod lacteus puerulus, cuius bucula in mamma, cuius lingua nudum palatum, scilicet non sermonis, sed saporis inseruiens officio, antequam bellet debellauit Regem Assyrium, nec aliud in illum agmen insultat, sed de vbere pendulus pusio? Certè præcesserat, cap.7. vers.1. *Ascen-* Isai.7.1.
dit Rasin Rex Syriæ & Phacee filius Romeliæ Rex Israel in Ierusalem ad præliandum contra eam. Qualis spes victoriæ Regibus his? Iam sibi Pæana canebant, bellíque finem fortunatum & faustum sibi auspicabantur in exordij conatu, vers.4. *Noli timere, & cor tuum ne formides* Isai.7.4.
à duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasim Regis Syriæ, & filij Romeliæ. Qui sunt dracones hi, qui militant caudis, & in primo impetu meditantur extremum? Adeò superbiebant de euentu, vt quasi iam extremitate sortis pugnarent; antequam manu inciperent, iam finiebant voto victoriam, & in prælij capite caudas admouebant pro fine. Nondum ignem præliarem iniecerant, cùm quasi iam exustis aduersariorum phalangibus, æstu posito fumigabant, & velut post extinctos Iudæos igne cessante, superbiæ reliquias exhalabant pro fumo. Ergo aduersus horum Regum,

quos,

quos, antequam fors, fortis certitudo tenebat; vnus infantulus pro hoſte potentiſſimo ſatis eſt, qui coram oculis ſpolia detrahat, diuidat prædam, compleat triumphum; quippe illi oculorum velociſſimo curſu, priuſquam manu, maniter victoriam apprehenderant: hæc enim emphaſis eſt in illis: *Auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum.* Quid eſt *coram Rege?* Quaſi oculos, non manus habêret, qui iam ſibi oculis viciſſe putauerat; ſed hæſit manibus obtruncatis, dum infans paruulus ſine pugna vincebat.

84. Isai. 11. 8. Nec diſtat, licèt tropologicum, illud Iſaiæ 11. verſ. 8. *Et delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet.* Scit & aſpis in exordio pugnæ caudam attollere, vt ictus irritos alterius excipiat, donec obliquo capite ſpeculatus, inuadat in fauces, vt ſcribit
Plin. Plinius lib. 8. cap. 24. Ergo qui incipit bellum à cauda, quaſi triumphum in exordio præſagiens, fœlicémque exitum in initio, inde deluditur ab infante, qui digitulos per foramina immittat, & quaſi trocho cum aſpide ludat. Regulus, cui in capite macula pro corona, ſe antequam militem, præconatur victorem, nec ſpiris voluitur ad pugnam; ſed è medio trunco caput extollit, vt & afflatos frutices necet, & ſegetes demetat ſine falce, vt qua viſus vincat, nonnunquàm adorſus hominem, perimat inſpectorem. Tam certus ſibi de fortuna eſt, vt ſine veneni ſumptu, dum ſe proſpectabilem reddit, cum integra quidem remaneat lue, & tamen venenat ex aduerſo videntem. Ergo qui ſic ſine virium exercitio, antequam pugnet, virus tabificum fortunauit, ab ablactato infante, tanquam à muſtella paruula pereat, dum puſio tenellus per cauernam reguli manum mittat, vt tam ſuperbo monſtro, quod priuſquam certet, certiſſimum de ſorte ſuperbit, pro verecundia paruulus ſit, qui illud è cauerna laceſſet, digitoque nutu prouocet ad certamen. Id de muſtelis inimicis regulo dixit Plinius lib. 8. cap. 21.
Plin. *Atque huic tali monſtro muſtellarum virus exitio eſt; adeo naturæ nihil placuit eſſe ſine pari. Inijciunt eas cauernis facilè cognitis ſola tabe. Necant illa ſimul odore, moriunturque, & naturæ pugna conficitur.* Sed ſupra muſtelas, prophetæ quidem puerulus eſt, qui cauernam manu tractat impunis, virúſque decipit, & ſtringit regulum ſine metu.

85. 1. Reg. 17. 41. 1. Regum 17. verſ. 41. *Ibat autem Philiſthæus incedens & appropinquans aduerſum David, & armiger eius ante eum. Cúmque inſpexiſſet Philiſthæus, & vidiſſet David, deſpexit eum. Erat enim adoleſcens, rufus & pulcher aſpectu. Et dixit Philiſthæus ad David: Numquid canis ego ſum, quia venis ad me cum baculo? veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & beſtiis terræ.* Imò non tot carnes habet iuuenis iſte, quæ volucribus & beſtiis ſint in conuiuium: tuæ quidem, ô gigas ſuperbe, vultures ſaturabunt & feras, & ex carneo monte ſaginabunt macellum. Sed quoniam ſibi præſumptitatiam victoriam, ne certa eſſet, adoleſcentulum voluit eſſe gigantem, cuius carnes aëris & terræ animalibus in victum ſuppeterent. Iam te lingua obtruncaſti, antequam tuamet iugulèris machærâ; qui nondum electum iuuenem, quaſi vita præpropere peremiſſes, inter volucres & beſtias diſtribuis. Adoleſcentulus iſte eſt, rufus & pulcher, quem à molli & imbelli deſpicis venuſtate, ſed ideò delicatam formam pinxit natura, vt à tenera pulchritudine vincereris, neruoſúſque caderes ab eneruj, gigas à paruulo, deditúſque mons à lapillo. In ſe ſententiam capitis tulit gigas, dum ante impetum pugnæ ſibi fuit ariolatus victoriam.

86. Samſon ille fortiſſimus Heros, cùm ſibi vincula fracturum promiſit, fractus hæſit, & enermis obriguit. Vltimo experimento impetrat illum amaſia, Iudic. 16. verſ. 19. *Dormire eum fecit ſuper genua ſua & in ſinu ſuo* Iudic. 16. 19.
reclinare caput. Vocauitque tonſorem, & raſit ſeptem crines eius, & cœpit abigere eum, & à ſe repellere: ſtatim enim ab eo fortitudo diſceſſit; dixitque: Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui de ſomno conſurgens, dixit in animo ſuo: Egrediar ſicut ante feci, & me excutiam, neſciens quod receſſiſſet ab eo Dominus. Qui ſe excutiendum ſibi ſpopondit, non victa, pondus fortitudinis ſenſit. Vt quid viribus robuſtiſſime vir confidis? Quid quod antea te excuſſeris? nunc decumbis, nihil eſt humanum ſtabile, Fortuna non eſt pignus fortunæ, cui ſemper eſt debilitas in extremo: Qui victor ab animo dicebaris, ſub manu fœminæ iaces exanimis, ſors vertibilis eſt; eneruiſque momento, qui nuper fortis, diſtat à caducis ſecuritas: Sat eſt pilus, qui iam animo victorem perfodiat. Nonniſi abſciſſi crines, & imbellis fœmina de Samſone peregerunt victoriam: quoniam illam ſibi vix à ſomno excuſſus iuxta priores fortunas, dirutáque vincula fuit pollicitus. Et quidem in triplici vice, cum illigatus nouis funibus fuit à Dalila, nunquam dixerat: *Egrediar & me excutiam*; ſed ſine fortitudinis promiſſione, quia non ſupercilio virium properè prædixit euentum, rupit vincula, quaſi araneæ textum. Nunc quando impos fortitudinis eſt, de robore conſtanti gloriatur, ſibique præſagit ſine cauſa triumphum. Et tamen vinctus non erat, qui ſe à vinculis excutiendum ſpondet. Sic maniter fragilibus ſpebus abutimur, nobiſque deludimus in fallacibus, mentimur, cum incertum euentum, fingimúſque inanes victorias. Samſon quidem, qua dum ſe excutere confidebat manſit excuſſus, quoniam à Dalila non ligatus, ſed qui vinctus non erat, victus remanſit, excuſſus pariter & percuſſus.

87. 2. Par. 18. 26. Dum ſe Achab accingebat in prælium, iubet in carcere deponi Michæam dicens 2. Paral. 18. v. 26. *Mitte hunc in carcerem, & date ei panis modicum, & aquæ pauxillum, donec reuertar in pace.* Quid eſt? Iam tibi pacis oraculum edis, cùm belli adorinis euentum? An ſic pythoniſſa ſuperbia certam auguratur victoriam, & quod nec opinabile variabilis fortuna permittit, de tripode iactantiæ ſtabilit vt certum? Expecta v. 33. *Accidit, vt vnus è populo ſagittam in incertum iaceret, & percuteret Regem Iſraël inter ceruicem & ſcapulas.* O in incertum certiſſimus ſagittarius! Qui certam pacem, propheticâ iactantia, de futuris ſibi hoſtibus promittebat, nec incertam cogitabat fortunam, à ſagitta iaculata in incertum vulnere lethali transfigitur, vt qui voto victor veniebat, victus voto vetitus occumberet. Caſus fuit iaculantis in dubium, 2. Par. 18. 33.

non consilium sagittantis in Regem ; vt casus erudiret superbum, eum qui casum despicit, paruipendet euentum, casu cadere, quia sine opinione timoréque casus præcoci lauro ante tempus tempora cingit, cùm quidquid sub tempore est, vicissitudine frangitur versiformi. Et quidem Rex Israel Regalem chlamydem deposuerat, militísque gregarij sumpserat habitum, ne in eum pugnæ collimarent sagittæ: Iosaphat autem Rex Iuda nec dimiserat purpuram, nec se iaculis Regem negauerat, vers. 29. *Dixitque Rex Israël ad Iosaphat : Mutabo habitum, & sic ad pugnam vadam, tu autem induere vestibus tuis.*

2. Par. 18. 29.

Intendebat callidus Rex, ne intenderent in illum missilia, sed omnem turbinem, sagittarúmque nimbos in Iosaphat purpuram notissimam inclinare. Et tamen certus viguit illæsus, quem immunem iacula permiserunt ; incertus & de agmine vnus ab incerto iactu contabuit. Cur si putas ? Quoniam hic diuinos Vates consulendos præmonuit, si vlla spes affulgeret victoriæ, præcinctúque modesto, vt dubiè victurus, sed certò pugnaturus accessit ; ille à sola superbia triumphi vaticinium admisit, & certò victurus, dubiè & sub dubio habitu pugnaturus aduenit.

INDEX

INDEX
Locorum Sacræ Scripturæ ex vtroque Testamento.

Prior nota paginam indicat, posterior numerum eiusdem paginæ marginalem.

Ex Genesi.

Cap. 1. v. 1. *IN principio creauit Deus cælum & terram.* p. 145. num. 10.
2 *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* 172.118.
3 *Dixitque Deus: Fiat lux, & facta est lux. Et vidit Deus lucem, quòd esset bona.* 435.84.
14 *Fiant luminaria in firmamento cæli, & sint in signa & tempora, & dies, & annos.* 76.129
16 *Fecitque Deus duo luminaria magna,* &c. *Et vidit Deus quod esset bonum.* 435.85
26 *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* 212.87. & 265.60. & 485 44
28 *Crescite & multiplicamini, & replete terram,* &c. 154 47
29 *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna.* 485.51
2 2 *Et requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat,* &c. 161.75
3 *Et benedixit diei septimo & sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit, vt faceret.* ibid.
7 *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ.* 6.20. & 434.77. & 475.10.11
22 *Ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* 147.16
23 *Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea.* 265.60
24 *Erunt duo in carne vna.* 252.5
25 *Erat autem vterque nudus, Adam scilicet & vxor eius, & non erubescebant.* 61.67
3 1 *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus: qui dixit ad mulierem.* 101.237
2 *De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur: de fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, præcipit nobis Deus ne comederemus.* 95.208
4 *Nequaquam morte moriemini.* 53.29. & 65. 82. & 376. & 11
5 *Eritis sicut Dij scientes bonum & malum.* 150.30. & 163.82. & 220.152. & 252.5. & 376.11
6 *Vidit mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectúque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.* 53.19. & 427.53
7 *Et aperti sunt oculi amborum: cúmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* 51.17. & 59. 57. & 85.168. & 148.22. & 376. 11. & 396 87. & 454.78
8 *Et cùm audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & vxor eius.* 71.108. & 421.26
10 *Vocem tuam audiui in paradiso, & timui eo quod nudus essem, & abscondi me.* 61.67. & 158.62. & 400.99 & 421 26.
12 *Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* 266.66
13 *Serpens decepit me, & comedi.* 220.125. & 376.11
14 *Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia.* 86.172
15 *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius* 95.209. & 150.30. & 266.66. & 335. 126. & 377.12. & 485 51. & 490.67
17 *Quia comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo,* &c. 53.32. & 85.168.
19 *In sudore vultus tui vesceris pane tuo,* &c. *Quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* 53. 29. & 85. 168. & 148. 23. & 173. 122
21 *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas & induit eos.* 51.18. & 148.23. & 396 87. & 421.26
22 *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum & malum.* 95.208
23 *Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis.* 306.9. & 421.26

24 Eiecitque Adam & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem. 150. 50. & 306.9. & 334 120. & 420.23. & 481.37.
4 1 Adam verò cognouit vxorem suam Euam, quæ concepit, & peperit Cain, &c. 482. 38
6 Quare iratus es, & cur concidit facies tua? 273.101. & 434 79
7 Nonne si benè egeris recipies sin autem malè statim in foribus peccatum tuum aderit. 273.101. & 434.79
8 Cúmque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel. 482.40
10 Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. 6.19. & 54.35 & 74.122
12 Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terram. 482.40
14 Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar: & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me. 97.221
15 Posuitque Dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum. 97.222
6 2 Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores. 52.27
4 Gigantes autem erant super terram in diebus illis: postquam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, ibi. & 482 39
9 1 Crescite & multiplicamini & replete terram. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ. 154.47. & 485.51
4 Excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. 485 51
23 At verò Sem & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui. 56.42
25 Maledictus Chanaam puer: seruus seruorum erit fratribus suis: dixitque, Benedictus Dominus Deus, &c. ibid.
11 4 Habuerúntque lateres pro saxis & bitumen pro cæmento: Et dixerunt: Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, &c. 99. 229 & 336.129
6 Cœperúntque hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere compleant. 99.229. & 336.129
7 Venite igitur descendamus & confundamus ibi linguam eorum. 336.129
12 11 Noui quòd pulchra sis mulier: & quòd cùm viderint te Ægyptij dicturi sunt: Vxor ipsius est, & interficient me, & te reseruabunt. 154.47
17 Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Saraï vxorem Abram. ibid.
13 10 Eleuatis itaque Loth oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrham, sicut paradisus Domini. 53.28 & 29
15 11 Descenderúntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. 58.53
16 2 Ingredere ad ancillam meam. 51.18
7 Cúmque inuenisset eam Angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine, quæ est in via Sur in deserto dixit ad illam: Agar ancilla Saraï, vnde venis & quò vadis? 202.43. & 482 41
11 Ecce concepisti, & paries filium, vocabisque nomen eius Ismaël. 482.41
18 16 Direxerunt oculos contra Sodomam. 5.126
21 Descendam & videbo vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita vt sciam. 75.1.6. & 80.145. & 491.73
27 Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. 52.25
19 4 Viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vsque ad senem. 480.33
5 Vocauerúntque Loth, & dixerunt ei: Vbi sunt viri, qui introierunt ad te nocte: Educ illos huc, vt cognoscamus eos. 150. 28. & 480.33
9 Et ecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Loth, clauserúntque ostium, & eos qui foris erant, percusserunt cæcitate, ita vt ostium inuenire non possent. 99. 227
16 Dissimulante illo apprehenderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, &c. 432.71
17 Salua animam tuam, noli respicere post tergum. 80.146 & 480.33
24 Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cælo. 80.141. & 457 85
26 Respiciénsque vxor eius post se, versa est in statuam Salis. 491.70
21 10 Eiice ancillam hanc & filium eius. 309. 18
14 Tollens panem & vtrem aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam, quæ cum abijsset, errabat in solitudine. 201 42
17 Vocauitque Angelus Dei Agar de cælo. ibid.
22 2 Tolle filium tuum, quem diligis Isaac. 333. 118
5 Expectate hic cum asino: ego & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. 95.311. & 145.9. & 309.21
6 Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac: Ipse verò portabat in manibus ignem & gladium. 383.39
7 Deus prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. ibid.
11 Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit dicens: Abraham Abraham, &c. Non extendas manum tuam super puerum. 66.88. & 311.27. & 333.118
13 Appellauitque nomen loci illius: Dominus videt. 309.21
14 Viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. 66.88. & 77.134. & 309.21
24 14 Puella, cui ego dixero: inclina hydriam tuam, vt bibam, &c. 144.5
61 Igitur Rebecca, & puellæ illius ascensis camelis, &c. 308.15
65 Quis est homo, qui venit per agrum in occursum nobis, &c. At illa tollens cito pallium operuit se. ibid.
25 34 Accepto pane & lentis edulio comedit & bibit & abiit, paruipendens quòd primogenita vendidisset. 151.35

26 22 *Nunc dilatauit nos Dominus,& fecit cresce-re super terram.* 194.3
24 *Ego sum Deus Abraham patris tui: noli timere quia ego tecum sum: benedicam tibi & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham.* ibid.
27 1 *Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius.* 316.45
3 *Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras, cúmque venatu aliquid apprehenderis,* &c. 151.35
15 *Vestibus Esaü valdè bonis induit eum, pelliculásque hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.* ibid.
20 *Voluntas Dei fuit, vt citò mihi occurreret, quod volebam.* 69.103
22 *Vox quidem vox Iacob est, sed manus sunt Esaü. Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant.* 200.36.& 316.48.& 344,160
25 *Affer mihi cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea,* &c. 200.36
38 *Num vnam tantùm benedictionem habes pater? Mihi quoque obsecro, vt benedicas.* 214.96
28 12 *Viditque in somnis scalam stantem super terram,& cacumen illius tangens cælum,* &c. 147.18.& 338.141
17 *Non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli,* &c. ibid.
20 *Si fuerit Dominus mecum,* &c. *Lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei,* 147.18
29 21 *Dixitque ad Laban: Da mihi vxorem meam, quia iam tempus impletum est. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias, & vespere Liam filiam suam introduxit ad eum.* 83.157.& 201.37.& 272.93
24 *Ad quam cùm ex more Iacob fuisset ingressus facto manè vidit Liam.* 201.37
26 *Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.* 272.93
30 4 *Deditque illi Balam in coniugium.* 308.16
20 *Mecum erit maritus meus eo quod genuerim ei sex filios.* 380.25
39 *Factúmque est, vt in ipso calore coitus oues intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa.* 152.36
31 12 *Leua oculos tuos & vniuersos masculos ascendentes super fœminas,*&c. *Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. Ego sum Deus Bethel.* ibid.
34 *Illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper,* &c. 82.153.& 152,38
35 *Ne irascatur Dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi.* 220.124.& 272.93
42 *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi.* 436 88
50 *Nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit.* 8.148
51 *En tumulus hic & lapis, quem erexit inter me & te testis erit,* &c. ibid.
32 1 *Fuerúntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc.* 443.22.& 478.25
13 *Separauit de his, quæ habebat, munera fratri suo,* &c. 145.11
24 *Et ecce vir luctabatur cum eo vsque manè. Qui cùm videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit.* 49.7.& 54.33.& 103.244.& 145.11.& 165 89 & 223.138.& 263 50.& 338.140.& 346.166.& 473.3.& 476.16.& 478.25
26 *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* 223.138.& 270.87.& 338.140.& 478.25
28 *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis.* 103.244.& 263.50
30 *Vidi Dominum facie ad faciem.* 338.140
31 *Ortúsque est ei statim Sol, postquam transgressus est Phanuel, ipse verò claudicabat pede.* 473.4
32 *Quam ob causam non comedunt neruum filij Israel.* 346.166
33 1 *Eleuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esaü, & cum eo quadringentos viros,* &c. 476.17
3 *Progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.* 54.33
4 *Currens itaque Esaü obuiam fratri suo amplexatus est eum.* 314 59.& 476.17
10 *Sic vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei.* ibid.
34 7 *Irati sunt valde, eo quòd fœdam rem operatus esset in Israël, & violatâ filiâ Iacob, rem illam perpetrasset.* 8.26
13 *Responderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo.* 7.24
15 *Si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur in vobis omne masculini sexus, tunc dabimus, & accipiemus mutuo filias vestras ac nostras.* 57.46.& 174.124
25 *Et ecce die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis duo filij Iacob Simeon & Leui fratres Dinæ gladiis, ingressi sunt vrbem confidenter, interfectísque omnibus masculis Hemor & Sichem pariter necauerunt,* &c. 7.23 & 174.124
30 *Turbastis me & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius: nos pauci sumus, illi congregati percutient me,* &c. 7.22.25.& 95.10
31 *Numquid vt scorto abuti debuere sorore nostra?* 9.30
35 5 *Cúmque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes.* 195.10
37 4 *Videntes autem fratres eius, quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.* 149 25
9 *Vidi per somnium quasi Solem & Lunam & Stellas vndecim adorare me.* 49.7.& 93.203.& 162.77
26 *Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum? Melius est, vt venundetur Ismaëlitis, & manus nostræ non polluantur: frater enim & caro nostra est.* 58.53
33 *Quam cum cognouisset Pater, ait: Tunica filij mei est: fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph.* 149.25

38 14 *Depositis viduitatis vestibus assumpsit theristrum, & mutato habitu sedit in biuio itineris.* 113.33. & 148.24. & 189.64
15 *Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est eam esse meretricem.* 347.170.& 489.64
24 *Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas: Producite eam, vt comburatur.* 62.73
25 *Quæ cùm duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum dicens: De viro, cuius hæc sunt, concepit.* 347.170
27 *Atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: iste egredietur prior,* &c. 61.66.
39 12 *Et illa apprehensa lacinia vestimenti eius diceret: dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit.* 74.123.& 75.226. & 420. 24
16 *In argumentum ergo fidei, retentum pallium ostendit marito.* 74.123
19 *His auditis Dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde* &c. ibid. & 205.57
21 *Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus est illius.* ibid.
9 *Nec quidquam est, quod in mea non sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es: quomodò ergo possum hoc malum facere & peccare in Dominum meum.* 98.126
41 33 *Nunc ergo prouideat Rex virum sapientem, & industrium, & præficiat eum terra Ægypti.* 258.29.& 379.23
39 *Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ loquutus es, numquid sapientiorem, & consimilem tui inuenire potero?* 379.23
42 *Tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitque eum stolà byssina,* &c. 428.57
44 *Ego sum Pharao: absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.* 323.71
45 *Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi.* 162. 77. & 323.71.& 429.58
45 4 *Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. Nolite pauere.* 195.9. & 323.71
48 22 *Do tibi partem vnam, quam tulit de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* 8.26.
49 5 *Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea.* 7.22.25.& 64.79

Ex Exodo.

Cap.2.v.12. *Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quidquid fœmini, reseruate.* 216.107
2 3 *Cúmque iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitque intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis,* 425.42
5 *Descendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine, & puellæ eius gradiebantur per crepidinem alueì.* 308.17
10 *Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tulit eum.* 425.42
11 *Vidit afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis,* &c. *percussum Ægyptium abscondit sabulo.* 484.47
14 *Quis te constituit Principem & iudicem super nos?* ibid.
15 *Qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum.* 425. 43
3 2 *Apparuítque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat, quòd rubus arderet, & non combureretur.* 155. 52. & 386. 47.& 425.44
3 *Vadam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* 164.88.& 386. 47
4 *Cernens autem Dominus, quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses.* 155.52
5 *Ne appropies huc: Solue calceamentum de pedibus tuis: Locus enim, in quo stas, terra sancta est* 77.133. & 81.150. & 386. 48. & 421.27.& 425.44
6 *Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum.* 386.48
15 *Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem.* 37.134
4 3 *Proiecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Dixitque Dominus: Extende manum tuam & apprehende caudam eius. Extendit & tenuit, versáque est in virgam.* 81.151. & 332. 112
6 *Quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis.* 310.24 & 391.66
10 *Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudiustertius: & ex quo loquutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum.* 156.53.& 164.88
15 *Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo.* 164.88
6 1 *Per manum fortem dimittet eos, & in manu robusta eijciet illos.* 16.59
7 1 *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* 101.236.& 156.53. & 484.49
9 *Tolle virgam tuam & proijce eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrum.* 332. 112
22 *Feceruntque similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis.* 321.66
8 17 *Digitus Dei est hic.* 310.24.& 331.110
10 21 *Extende manum tuam in cœlum, sint tenebræ super terram Ægypti tam densæ, vt palpari queant.* 83.158
12 13 *Erit autem vobis sanguis in signum in ædibus in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo vos.* 314.40.& 480.31
29 *Percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti.* 422.31
48 *Si quis peregrinorum in vestram, voluerit transire coloniam; circumcidetur priùs omne masculinum eius.* 364.37
14 9 *Cúmque persequerentur Ægyptij vestigia præcedentium, repererunt in castris super mare.* 84.164
19 *Tollénsque se Angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis,* &c. 80. 144. & 481. 34

20 *Et erat nubes tenebrosa illuminans noctem. ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.* 10 36. & 12,42.43.& 82.155

24 *Ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam nubis & ignis, interfecit exercitum eorum.* 11,39.41. & 13. 45. & 80.144

16 4 *Egrediatur populus & colligat, quæ sufficiunt per singulos dies, vt tentem eum.* 259. 34

18 *Singuli iuxta id, quod edere poterant, congregauerunt.* ibid.

20 *Dimiserunt quidam ex eis vsque manè, & scatere cœpit vermibus.* ibid.

17 11 *Cùmque leuaret Moyses manus, vincebat Israël, sin autem paululum remisisset, superabat Amalec, &c.* 89.183

13 *Scribe hoc monimentum in libro, & trade auribus Iosuë, delebo enim memoriam Amalec sub cælo.* 446.131

19 16 *Ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem, &c.* 86.173

20 12 *Honora patrem & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.* 85.167

25 *Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrum super eo, polluetur.* 59. 54

30 7 *Et adoleuit incensum super eo Aaron, suaue fragrans manè.* 19.69

32 4 *Hi sunt Dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* 264.57.& 335.127.& 414. 3.& 493.80

6 *Et sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* 267.71

7 *Vade, descende: peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti.* 484.49

11 *Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum quem eduxisti de terra Ægypti?* ibid.

18 *Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio.* 493.80

19 *Iratúsque valde proiecit de manu tabulas. & confregit eas ad radicem montis.* 267. 71

20 *Arripiénsque vitulum, quem fecerant, combussit & contriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filijs Israël.* 52,26.& 256.21.& 327.91. & 392, 68.& 414.3

24 *Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi, & proieci illud in ignem, egressúsque est hic vitulus.* 170.109

25 *Videns ergo Moyses populum, quòd esset nudatus, spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis.* 60.61

27 *Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum & proximum suum.* 414.3.& 493.80

28 *Fecerúntque filij leui iuxta sermonem Moysi, cecidorúntque in die illa quasi viginti millia hominum.* 208.6..& 327 91

29 *Et ait Moyses: consecrastis manus vestras hodie Domino.* 208 69

32 *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* 49.6

34 29 *Cùmque descenderet Moyses de monte Sinaï tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.* 18. 68. & 95. 200.& 153.41.& 311.26

30 *Videntes autem Aaron & filij Israël cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere.* 153.41

33 *Posuit velamen super faciem suam. Quod ingressus ad Dominum & loquens cum eo, auferebat donec exiret. & tunc loquebatur ad filios Israël.* ibi. & 261.41

Ex Leuitico.

Cap. 8. v. 12. *Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculum. Quod fundens super caput Aaron, vnxit eum, & consecrauit.* 52. 26

26 1 *Non facietis vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra.* 18.66

Ex Numeris.

Cap. 11. v. 33. *Adhuc carnes erant in dentibus eorum: & ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis.* 326.85

12 10 *Ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix.* 51 21

17 *At non talis seruus meus Moyses: ore enim ad os loquor ei.* 261.41

20 11 *Cùmque eleuasset Moyses manum, percutiens virgâ bis silicem.* 334.117

12 *Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israël: non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* ibid.

21 8 *Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo, quem cum percussi aspicerent, sanabantur.* 376.10

22 12 *Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis: neque maledicas populo, quia benedictus est.* 69.103

23 *Cernens asina Angelum stantem in via, euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum,* ibid. & 77. 136. & 480. 32

28 *Aperuitque Dominus os asinæ, & loquuta est.* ibid.

23 1 *Ædifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos. Cùmque fecisset iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietem.* 256.21

25 4 *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis.* 328.23

8 *Perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus.* 57. 47. & 206. 60

Quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israël, &c. ecce do ei pacem fœderis mei, &c. 208.70

31 23 *Omne, quod potest transire per flammas, igne purgabitur.* 464.119

50 *Ob hanc causam offerimus in donarijs Domini singuli, quod in præda auri potuimus inuenire, &c.* ibid.

Ex Deuteronomio.

Cap. 17. v. 16. *Non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero sublevatus* 39.140

23 3 *Ammanites & Moabites, etiam post decimam generationem, non intrabunt in Ecclesiam Domini in æternum.* 374.38

28 66 *Et erit vita tua quasi pendens ante te.* 327.89

33 27 *Habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna.* 17.60

34 5 *Mortuúsque est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab, iubente Domino.* 261.40

Ex Iosue.

Cap. 2. v. 6. *Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi erat.* 254.13

18 *Si ingredientibus nobis in terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, &c.* 61.65. & 418.56

21 *Dimittensque eos, vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra.* 428.56

6 12. *Tuleruntque Sacerdotes arcam Domini, & septem ex eis buccinas, quarum in iubileo vsus, est, &c.* 382.34

17 *Sitque ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea sunt, Domino.* 466.130

20 *Igitur omni populo vociferante, & clangentibus, &c. muri illicò corruerunt, ceperuntque ciuitatem.* 413.34

7 21 *Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentes siclos argenti, regulámque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, &c.* 345. 363. & 429.61

25 *Lapidauitque eum omnis Israel, & cuncta, quæ illius erant, igne consumpta sunt.* 430.62

8 18 *Leua clypeum, qui in manu tua est, contra vrbem Hai.* 17.61

10 12 *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon.* 262.46. & 276.112. & 319.59

Ex libro Iudicum.

Cap. 1. v. 6. *Fugit Adonibezech, quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuum eius, ac pedum. Dixitque Adonibezech: Septuaginta Reges, &c. sicut feci, ita reddidit mihi Dominus.* 94.205

3 31 *Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthijm sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel.* 69.101. & 475.22

4 8 *Si venis mecum, vadam: si nolueris venire mecum, non pergam.* 375.7

9 *Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi: quia in manu mulieris tradetur Sisara.* 104.247. & 375.7

15 *Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersámque multitudinem in ore gladij ad conspectum Barac.* ibid.

18 *Qui ingressus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, dixit ad eam.* 48.5

19 *Da mihi obsecro paululum aquæ: quia sitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit eum.* 102.239. & 266.63

21 *Tulit itaque Iahel vxor Haber clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum, & ingressa abscondite, & cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum, percussúmque malleo defixit in cerebrum, vsque ad terram.* ibid. & 305.5

5 20 *De cælo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt.* 259.35

6 37 *Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. Et de nocte consurgens expresso vellere concham rore impleuit.* 310.61

39 *Oro vt solum vellus siccum, siccum sit, & omnis terra rore madeat, &c. & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.* ibid. 61

7 5 *Dixitque Dominus ad Gedeon. Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum, &c.* 495.8. & 475.21

16 *Diuisitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas.*

18 *Clangite, & conclamate Domino & Gedeoni.* ibid.

19 *Cúmque per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, &c.* 395.84. & 493.78

22 *Immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant.* 21.77. & 493.78

8 27 *Fecitque ex eo Gedeon ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatúsque est omnis Israel in eo. Et factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.* 475.18

30 *Habuit septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius, eo quòd plures haberet vxores* 340.105.

9 53 *Euagina gladium, & percute me, ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus sim.* ibid. & 372.73

11 30 *Quicunque primus fuerit egressus de foribus Domus meæ, mihíque occurrerit reuertenti, eum holocaustum offeram Domino.* 473.6

34 *Reuertente autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua.* 474.7

36 *Fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa sibi vltione, atque victoria de hostibus tuis.* ibid.

13 3 *Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: sterilis es & absque liberis, sed concipies, & paries filium.* 56.44. & 353.190

4 *Caue ergo ne bibas vinum ac siceram, &c. erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua & ex matris vtero.* 56.44. & 121.63

6 *Vir Dei venit ad me habens vultum Angelicum, terribilis nimis. Quem cùm interrogassem, &c.* 79.241. & 353.190

19 *Tulit itaque Manue hædum de capris, & libamenta, & posuit super petram offerens Domino qui facit mirabilia.* 478.26

20 *Cúmque ascenderet flamma altaris in cælum. Angelus*

Angelus Domini pariter in flamma ascendit. 430 64 & 478.26

22 *Morte moriemur, quia vidimus Dominum.* 355.190

14 8 *Declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat & fauus mellis. Quem cùm sumpsisset in manibus, comedebat in via*, &c. 163.84

15 12 *Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manibus Philisthinorum*, &c. *ligauerúntque eum duobus nouis funibus.* 103.243

14 *Cùm Philisthiim vociferantes occurrissent ei, irruit spiritus Domini in eum, & sicut solent ad odorem ignis ligna consumi, ita vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta.* ibid. & 105.49

15 *Inuentámque maxillam, id est, mandibulam asini, quæ iacebat, interfecit in ea mille viros.* ibid. & 349.177

16 *In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos.* ibid.

20 *Iudicauítque Israël in diebus Philisthijm viginti annis.* 276.114

16 1 *Vidit ibi mulierem meretricem, ingressúsque est ad eam.* 326.84

4 *Post hæc amauit mulierem, quæ habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila.* &c. 265. 62. & 326. 84.

8 *Attulerunt ad eam Satrapæ Philisthinorum septem funes, vt dixerat, quibus vinxit eum*, &c. 107.63.& 220.123

11 *Si ligatus fuero nouis funibus, qui numquam fuerunt in opere, infirmus ero.* 488.59

12 *Quibus rursum Dalila vinxit eum, & clamauit: Philisthijm super te Samson in cubiculo insidiis præparatis,* 389 58

17 *Ferrum numquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus, id est, consecratus Deo sum*, &c. 156.55

18 *Vidénsque illa quòd confessus ei esset omnem animum suum, misit ad Principes Philisthinorum*, &c. ibid.

19 *At illa dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauítque tonsorem, & rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo recessit.* ibid. & 389. 59. & 488. 59. & 495. 86.

20 *Qui de somno consurgens, dixit in animo suo: Egrediar sicut ante feci, & me excutiam, nesciens quòd recessisset ab eo Dominus.* 495.'86

21 *Quem cùm apprehendissent Philisthijm, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt* 154.14.& 315 44. & 326. 84. & 330. 104. & 336. 130. & 488. 59

22 *Iámque capilli eius renasci cœperant.* 336. 130

29 *Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alterámque earum dextera, & alteram læua tenens ait*, &c. *multóque plures interfecit moriens, quàm ante viuus occiderat.* 163. 83. & 277. 115

31 *Tulerunt corpus eius, & sepelierunt inter Saraa, & Esthaol in sepulchro patris sui Manue,* 276.114

Ex i. Regum.

Cap.1.v.13. *Anna loquebatur in corde suo, tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur.* 281.18

2 12 *Porrò filij Heli filij Belial, nescientes Dominum.* 257.23

22 *Dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi.* ibid.

4 4 *Erántque duo filij Heli cum arca fœderis Domini Ophni & Phinees.* ibid.

11 *Et arca Dei capta est, duo quoque filij Heli mortui sunt Ophni & Phinees.* ibid.

5 2 *Tulerúntque Philisthijm arcam Domini, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon.* 158. 64. & 577. 13

3 *Altera die ecce Dagon iacebat pronus in terrâ ante arcam Domini, & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum.* 577. 13

4 *Inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen. Porrò Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* 158. 65. & 577.13

8 7 *Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* 329. 99

11 *Hoc erit ius Regis, qui imperaturus est vobis: Filios vestros tollet & ponet in curribus suis, faciétque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum;* &c. ibid.

13 11 *Quia vidi quod populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies, necessitate compulsus obtuli holocaustum.* 203. 49

13 *Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui quæ præcepit tibi.* ibid.

22 *Non est inuentus ensis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Ionatha excepto Saul & Ionatha filio eius.* 329. 99

14 10 *Si autem dixerint: ascendite ad nos, ascendamus: quia tradidit eos Deus in manibus nostris.* 203.49

13 *Ascendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius post eum*, &c. *Et factum est miraculum in castris.* 319.99

15 9 *Pepercit Saül & populus Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum*, &c. *Quidquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt.* 418.16

12 *Saul offerebat holocaustum Domino de initiis prædarum, quæ attulerat ex Amalec.* 208. 71. & 474. 8.

15 *De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo.* 151.134

20 *Imò audiui vocem Domini, & ambulaui in via, per quam misit me Dominus*, &c. ibid.

22 *Melior est obedientia, quàm victima, & auscultare magis quàm offerre adipem arietum.* 145.8

28 *Scidit Dominus regnum Israël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* 423. 36

27 *Et conuersus est Samuël, vt abiret, ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissa est.* 260.38.& 315.33

33 *Et in frusta concidit eum Samüel coram Domino in Galgalis.* 208.71

34 *Et non vidit vltrà Samüel Saulem vsque ad diem mortis suæ.* 313.33

16 23 *Quandocumque spiritus Domini malus, arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus.* 68.99

17 4 *Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum, nomine Goliath de Geth altitudinis sex cubitorum & palmi,* &c. 325. 79

8 *Eligite ex vobis virum & descendat ad singulare certamen.* 314.38

34 *Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus & tollebat arietem de medio gregis: & persequebar eos.* &c. 213. 90. & 395. 83

40 *Et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem.* &c. 315.41

41 *Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & bestiis terræ.* 495.85

49 *Tulitque vnum lapidem & fundâ iecit,* &c. 315. 41. & 325. 82

51 *Et tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina, & interfecit eum, & præcidit caput eius.* 21.78. & 325. 80

18 7 *Et præcinebant mulieres laudantes, atque dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia.* 198 23. & 215.101. & 395 82

8 *Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest nisi solum regnum?* 198. 23. & 215. 101. & 257.27. & 422.32

10 *Dauid autem psallebat manu sua sicut per singulos dies.* 395.82

11 *Tenebátque Saül lanceam & misit eam, putans quòd configere posset Dauid cum pariete. Et declinauit Dauid à facie eius.* 58.52 & 73. 119

17 *Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem, tantummodò esto vir fortis, & præliare bella Domini.* 174.123

22 *Ecce places Regi, & omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener Regis.* 255 17

25 *Non habet Rex sponsalia necesse, nisi tantùm centum præputia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis Regis. Porrò Saül cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum.* 174.133. & 204. 51. & 255. 17

19 13 *Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius.* 395.83

21 9 *Ecce hic gladius Goliath est inuolutus pallio post Ephod,* &c. 210.77

11 *Nonne huic cantabant per choros dicentes: Percussit Saül mille, & Dauid decem millia.* 215.100.

22 18 *Conuersúsque Doeg Idumæus irruit in Sacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo.* 210. 77

24 5 *Ecce dies, de qua loquutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei, sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis Saül silenter.* 212. 30. & 350. 180. & 393 75

12 *Vide & cognosce oram chlamydis tuæ in manu meâ: quoniam cùm præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te.* 381.31. & 393.75.

15 *Quem persequeris Rex Israël, quem persequeris? Canem mortuum persequeris, & pulicem vnum.* 351.182

18 *Iustior tu es quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.* 312. 31

25 8 *Quodcumque inuenerit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid.* 270.86

13 *Tunc ait Dauid pueris suis: Accingatur vnusquisque gladio suo.* ibid.

35 *Vade pacificè in domum tuam: ecce audiui vocem tuam & honoraui faciem tuam,* 167. 95

39 *Misit ergo Dauid, & loquutus est ad Abigaïl, vt sumeret eam sibi in vxorem.* ibid.

26 7 *Inuenerunt Saül iacentem, & dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius.* 324.76. & 393.74

8 *Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo opus non erit.* 324.77

11 *Propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini. Nunc igitur tolle hastam,* &c. 58. 52. & 324. 77. 393.74

14 *Et respondens Abner ait: Quis es tu: qui clamas & inquietas Regem?* 393. 74

17 *Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit: Numquid vox hæc tua, fili mi Dauid?*

27 9 *Et percutiebat Dauid omnem terram, nec relinquebat viuentem virum, & mulierem,* &c. 251.183

28 14 *Et intellexit Saül, quòd Samuël esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit.* 260.38

17 *Scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid.* ibid.

31 3 *Totúmque pondus prælij versum est in Saül, dixitque Saul ad armigerum suum: Euagina gladium tuum, & percute me.* 273. 100

4 *Arripuit itaque Saul gladium & irruit super eum.* 325. 78. & 345. 164

Ex 2. Regum.

Cap. 1. v. 10. *Stánsque super eum, occidi illum: sciebam enim quòd viuere non poterat post ruinam, & tuli diadema, quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc.* 73. 119. & 325. 79. & 345. 164. & 422. 32.

13 *Dixitque Dauid ad iuuenem, qui nuntiauerat ei: Vnde es tu? Qui respondit: Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum,* &c. *Qui percussit illum, & mortuus est.* 71. 109

2 22 *Recede, & noli me sequi, ne compellar fodere te in terram.* 104.245

23 *Percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine & transfodit.* ibidem, & 176. 133

26 *Num vsque ad internecionem tuus mucro desæuiet? An ignoras quòd periculosa sit desperatio.* 104. 245

3 27 *Et percussit illum ibi in inguine in vltionem sanguinis Asaël fratris eius.* 176. 133

Index locorum Sacræ Scripturæ.

6 7 *Iratúsque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei.* 233.134.

11 *Et habitauit arca Domini in domo Obededom Gethæi tribus mensibus; & benedixit Dominus Obededon, & omnem domum eius,* ibid.

11 *Quæ & ipsa sanctificauit Rex Dauid Domino cum argento, & auro, quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus, quas subegerat.* 264.123

9 3 *Nunquid superest aliquis de domo Saül, vt faciam cum eo misericordiam Dei?* 413.7

11 2 *Eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere; misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo.* 209.76

2 *Viditque mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde.* 59.59. & 131.107. & 209.76. & 347.171.

4 *Missis itaque Dauid nuntiis tulit eam, quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea.* 59.59. & 131.107. & 147.171

8 *Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo Regis, secutúsque est eum cibus regius.* 209.76

29 *Si eum videris indignari &c. dices: Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit.* 265.61

12 5 *Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis dixit ad Nathan: Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc.* 394.78

11 *Et dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius.* 347.171

13 *Peccaui Domino: dixitque Nathan ad Dauid: Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* 170.108 & 204.50

13 6 *Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit, cúmque venisset Rex ad visitandum eum, ait Amnon ad Regem: veniat obsecro Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis duas sorbitiunculas,* &c. 73.74. & 168.99. & 268.74. & 273.100. & 416.11

11 *Apprehendit eam, & ait: Veni cuba mecum soror mea.* 150.29. & 154.48. & 273.100. 488.60

12 *Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc fas est in Israel: noli facere stultitiam hanc.* 154.48

Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita vt maius esset odium, quo oderat eam; amore, quo ante dilexerat. Dixitque ei Amnon: Surge & vade. 268.99. & 416.11. & 488.60

16 *Maius est hoc malum, quod nunc agis aduersum me, quàm quod ante fecisti, expellens me.* 488.60

20 *Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc soror, tace, frater tuus est.* 150.29

25 *Noli fili mi, noli rogare, vt veniamus omnes, & grauemus te,* &c. 271.90

26 *Non est necesse vt vadat tecum: Coëgit itaque eum, & dimisit cum eo Amnon, & vniuersos filios Regis.* 204. 33. & 271.90

28 *Præceperat autem Absalon pueris suis dicens Percutite eum & interficite: nolite timere.* 63.74. & 268.75. & 417.12

29 *Fecerunt ergo pueri Absalon, aduersum Amnon, sicut præceperat eis Absalon. Surgentésque omnes filij Regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt.* ibid.

14 19 *Nunquid manus Ioab tecum est in omnibus istis,* &c. 319.57

21 *Ecce placatus feci verbum tuum.* ibid.

26 *Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui, ducentis siclis pondere publico.* 85.167

27 *Nati sunt autem Absalon filij tres, & filia vna.* 177.118

15 5 *Cum accederet ad eum homo, vt salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens osculabatur eum.* 252.3

16 *Egressus est ergo Rex, & vniuersa domus eius pedibus suis.* 422.33

23 *Rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam oliuæ, quæ respicit ad desertum.* ibid.

16 10 *Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Dimittite eum, vt maledicat,* &c. 225.145

20 *Et ait Achitophel ad Absalon: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum,* &c. 157.60. & 210.79

22 *Tenderunt ergo Absalon tabernaculum in solario. Ingressúsque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel.* 347.172

23 *Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achitophel.* 157.60

17 5 *Ait autem Absalon: Vocate Chusai Arachitem, & audiamus, quid etiam ipse dicat.* 175.129

14 *Melius est consilium Chusai Arachitæ consilio Achitophel.* ibid.

23 *Porro Achitophel videns, quòd non fuisset factum consilium suum,* &c. *disposita domo sua suspendio interiit.* 158.61

18 9 *Cúmque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui; & illo suspenso inter cælum & terram, mulus, cui insederat, pertransiuit.* 85.167. & 210.78. & 177.116. & 328.94. 422.33.

11 *Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos & vnum baltheum.* 176.132

12 *Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis.* 210.78

14 *Tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon: cúmque adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes,* &c. 177.117

18 *Porrò Absalon erexerat sibi, cùm adhuc viueret, titulũ, qui est in valle Regis: dixerat enim: Non habeo filium,* &c. 18.66. & 177.118

19 5 *Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum qui saluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum,* &c. 176.132

20 9 *Et tenuit manu dextera mentum Amasæ quasi osculans eum: Porrò Amasa non obseruauit gladium, quem habebat Ioab, qui percussit eum in latere.* 102.140

24 15. *Immisit Dominus pestilentiam in Israel de mane vsque ad tempus constitutum, & mor-*

tui sunt ex populo septuagima millia virorum. 89.184
16 Misertus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percutienti populum: sufficit. ibid.

Ex 3. Regum.

Cap.2.v 8. Habes quoque apud te Semei, filium Gera, &c. Tu noli pati eum esse innoxium. 225.146
28 Fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris. 58.54
3 25 Diuidite infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. 72.113
27 Date huic infantem viuum & non occidatur: hæc est enim mater eius. ibid.
28 Audiuit omnis Israel iudicium, quod iudicasset Rex, & timuerunt Regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium. ibid.
8 4 Portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa Sanctuarij, &c. 18.64
10 Factum est autem cùm exissent Sacerdotes de Sanctuario, nebula impleuit domum Domini, &c. 147.17
28 Respice ad orationem serui tui, & ad preces eius Domine Deus meus: audi hymnum & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodie. ibid.
10 4 Videns autem Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, &c. non habebat vltrà spiritum. 165.91. & 215.104
7 Maior est sapientia & opera tua, quam rumor, quem audiui. 215.104
8 Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper; & audiunt sapientiam tuam. 165.91
12 10 Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. 95.207. & 391.67
14 Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addam iugo vestro. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cadam vos scorpionibus. 195.8. & 39.67
26 Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo Domini in Ierusalem. 264.57
26 Excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti, ibid. & 335.127
13 24 Qui cùm abijsset, inuenit eum leo in via, & occidit: & erat cadauer eius proiectum in itinere: asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer. 212.89
14 9 Me autem proiecisti post corpus tuum: idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam. 256.22. & 392.69
12 In ipso introitu pedum tuorum in vrbem, morietur puer. ibid.
17 10 Apparuit ei mulier vidua colligens ligna: & vocauit eam dixitque ei: Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. 437.91
12 En colligo duo ligna, vt ingrediar & faciam illum mihi, & filio meo, vt comedamus, & moriamur. 259.35
13 Veruntamen mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem. ibid. & 423.35
14 Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur. 259.35
21 Et expendit se tribus vicibus, atque mensus est super puerum, & clamauit ad Dominum. &c. 393.76
18 1 Factum est verbum Domini ad Eliam, in anno tertio dicens: Vade ostende te Achab. 437.91
24 Inuocate nomina Deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Domini mei: & Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. 217.113. & 264.56
32 Et ædificauit de lapidibus altare in nomine Domini, fecitque aquæductum, quasi per duas aratiunculas in medio altaris, &c. 381.30
35 Et currebant aquæ circum altare, & fossa aquæductus repleta est. 65.84
38 Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocaustum, ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam, quæ erat in aquæductu, lambens. ibid. & 383.38
40 Quos cum apprehendissent, duxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi 65.84
41 Et ait Elias ad Achab: ascende, comede, & bibe, quia sonus multæ pluuiæ est. 144.5
42 Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua 5.15
45 Ecce cæli contenebrati sunt, & nubes & ventus, & facta est pluuia grandis. 144.8
19 5 Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge & comede, &c. 437.91
20 38 Abijt ergo Propheta, & occurrit Regi in via, & mutauit aspersione pulueris os & oculos suos, &c. 346.165
21 2 Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, daboque tibi pro ea vineam meliorem. &c. 369.79
7 Grandis authoritatis es, & benè regis regnum Israël. Surge & comede panem, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth. 176.130. & 266.67. & 269.79. & 377.15
13 Benedixit Naboth Deum & Regem. 199.31
22 8 Remansit vir vnus, per quem possumus interrogare Dominum: sed ego odi eum; quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. 200.35
21 Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino & ait: Ego decipiam illum, &c. Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. 175.128
30 Dixit itaque Rex Israël ad Iosaphat: Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis. Porrò Rex Israël mutauit habitum suum. 388.54
34 Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit Regem Israël inter pulmonem, & stomachum. ibid.

Ex 4. Regum.

Cap.1.v.9. Homo Dei, Rex præcepit vt descendas. Respondénsque Elias dixit quinquagenario: Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, quinquaginta tuos, &c. 81.152
2 9 Obsecro, vt fiat in me spiritus tuus duplex 55.41. & 101.233. & 212.85.
10 Rem difficilem postulasti; attamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit. 101.234. & 212.85.

11 Ecce

21 *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque, & ascendit Elias per turbinem in cœlum.* 420. 25
12 *Elisæus autem videbat, & clamabat: pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius. Apprehenditque vestimenta sua, & scidit illa in duas partes, & leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei.* 55.41. & 260.39
14 *Et pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisæ.* 212.85
5 1 *Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ erat vir magnus apud Dominum suum, &c. sed leprosus* 390 64
6 *Cùm acceperis epistolam hanc, scito, quòd miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum a lepra sua.* ibid.
7 *Nunquid Deus ego sum, vt occidere possim & viuificare?* 391.65
10 *Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua.* 61.85. & 92 198
11 *Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, &c.* 92. 198. & 270.83
27 *Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.* 172. 117
9 22 *Adhuc fornicationis Iezabel matris tuæ & veneficia eius multa vigent.* 377. 15
30 *Porrò Iezabel introitu eius audito depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Iehu.* ibid. & 399. 96. & 490.65
32 *Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres Eunuchi.* 399. 96
33 *Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam, aspersúsque est sanguine paries.* 378.16. & 388 57. & 399.96. & 490. 65
35 *Cúmque issent, vt sepelirent eam, non inuenerunt, nisi caluariam & pedes, & summas manus.* 269.80. & 378.16. & 388.55. & 399. 96. & 490.68
36 *In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel: Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel.* 269. 80. & 378. 17. & 388.55. & 399.96
13 20 *Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchro Elisæi. &c.* 260.39
17 40 *Illi verò non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant.* 272. 97
20 2 *Conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum.* 263.53
5 *Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam, & ecce sanaui te.* ibid.
9 *Vis vt ascendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus* 91.194
10 *Facilè est vmbram crescere decem lineis, nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur totidem gradibus.* ibid.
11 *Reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat, in horologio Achaz retrorsum decem gradibus.* 92. 195. & 263. 53

Ex 1. Paralipomenon.

15 27 *Porrò Dauid erat indutus stolâ byssinâ, & vniuersi cantores, qui portabant arcam* 450. 55
18 4 *Subneruauitque omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis, quas reseruauit sibi.* 39. 140

Ex 2. Paralipomenon.

Cap 18. v.26. *Mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum, & aquæ pauxillum, donec reuertar in pace.* 495.87
29 *Mutabo habitum, & sic ad pugnam vadam: tu autem induere vestibus tuis.* ibid.
33 *Accidit vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret, & percuteret Regem Israël.* ibid.
20 17 *Non eritis vos, qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos.* 383.36
26 19 *Iratúsque Ozias, & tenens in manu thuribulum, vt adoleret incensum, minabatur Sacerdotibus, statimque orta est lepra in fronte eius coram Sacerdotibus in domo Domini.* 174. 125. & 433.73
20 *Viderunt lepram in fronte eius, & festinatò expulerunt eum: sed & ipse perterritus accelerauit egredi.* ibid.
32 7 *Viriliter agite & confortamini, & nolite timere: cum illo enim est brachium carneum: nobiscum Dominus Deus noster, &c.* 90. 188
34 21 *Magnus furor Domini stillauit super nos, eò quod non custodierint patres nostri verba Domini.* 87.174

Ex Tobia.

Cap.6.v.8. *Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum siue à viro, siue à muliere.* 479.28
8 2 *Recordatus itaque Tobias sermonum Angeli, protulit de cassidili suo partem iecoris, posuitque eam super carbones viuos.* ibid.
3 *Tunc Raphaël Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Ægypti.* ibid.
12 19 *Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor.* 214. 141

Ex Libro Esther.

Cap.3.v.5. *Iratus est valdè, & pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manus suas, magisque voluit omnium Iudæorum, qui erant in regno Assueri, perdere nationem.* 197.21
5 9 *Egressus est itaque illo die Aman lætus & alacer. Cúmque vidisset Mardochæum sedentem, &c.* 351.181
13 *Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores Regias.* 256.22, & 351.181
6 7 *Homo, quem Rex honorare cupit, debet indui vestibus Regiis, & imponi super equum, qui de sella Regis sit, &c.* 422. 30
11 *Tulit itaque Aman stolam & equum, indutúmque Mardochæum in platea ciuitatis, impositum equo præcedebat, atque clamabat, &c.* 427. 50
12 *Reuersúsque est Mardochæus ad ianuam palatii.* ibid 50

7 8 *Repetit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait: Etiam Reginam vult opprimere, me præsente in domo mea,* &c. 199.32. & 387.52
9 *En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui loquutus est pro Rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos.* 422.31
10 *Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat.* 351.181
15 10 *Regina corruit, & in pallorem colore mutato lassum super ancillulam reclinauit caput.* 166.94
11 *Et festinus ac metuens,* &c. *his verbis blandiebatur: Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.* ibid.
14 *Cúmque illa reticeret, tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam.* ibid.

Ex Iob.

Cap.1.v.5.*Consurgens diluculo offerebat holocausta per singulos: dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis.* 50.11
11 *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in facie benedixerit tibi.* 30.111.& 31.114.& 50.11.& 106.61. 423.37.& 437.92
12 *Ecce vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt.* 332.115 & 423.37
14 *Nuntius venit ad Iob, qui diceret: Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tulerúntque omnia,* &c. 423.37
19 *Repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos.* 332.115
20 *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit.* 437.92
21 *Nudus egressus sum vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* 11.40.& 437.92
22 *In omnibus his non peccauit Iob labiis suis.* 26. 93.& 437.92
2 6 *Ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serua.* 332.115
8 *Qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio.* 269.81
10 *Quasi vna de stultis mulieribus loquuta est. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiamus?* 158.62.& 159.68
12 *Cúmque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum.* 388.53
5 2 *Paruulum occidit inuidia.* 197.20.& 324.77
6 2 *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas, quam patior, in statera.* 332.115
10 22 *Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* 207.68.& 377.14
19 26 *Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.* 388.53
24 19 *Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium.* 461.105
26 2 *Cuius adiutor es? Numquid imbecillis? & sustentas brachium eius, qui non est fortis?* 89.182
29 15 *Oculus fui cæco, & pes claudo: pater eram pauperum,* &c. 423.37
31 10 *Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.* 330.104
38 4 *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Cùm me laudarent simul astra matutina?* 227.155.& 435.85
42 6 *Ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* 51.21
10 *Et addidit Dominus omnia, quæcumque fuerant Iob, duplicia.* 262.47.& 437.92

Ex Psalmis.

Psalm.1.v.1.*Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* 227.109
5 8 *Dirige in conspectu tuo viam meam.* 219.119
10 *Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum.* ibid.
8 2 *Ex ore infantium, & lactantium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem.* 436.86
9 26 *Non est Deus in conspectu eius: auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.* 76.130
10 5 *Oculi eius in pauperem respiciunt, palpebræ eius interrogant filios hominum.* 74.122. & 80.147
16 16 *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* 337.136
17 46 *Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.* 78.137
19 8 *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.* 105.248
21 17 *Foderunt manus meas & pedes meos.* 61.68
23 10 *Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.* 21.75
24 17 *De necessitatibus meis erue me.* 204.52
28 3 *Vox Domini super aquas: Deus maiestatis intonuit, Dominus super aquas multas.* 41.147
30 12 *Infirmata est in paupertate virtus mea. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & timor notis meis.* 159.67
32 6 *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* 457.85
33 9 *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus.* 164.87
35 9 *Torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ.* 224.96
12 *Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me.* 97.220.& 198.25
39 7 *Aures autem perfecisti mihi,* &c. 322.68
43 16 *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.* 62.70
44 1 *Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi.* 55.40.& 157.59
4 *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.* 10.36.& 215.102
59 3 *Iratus es & misertus es nobis.* 86.170
61 11 *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* 164.85
73 23 *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* 198.25
75 9 *De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit, & quieuit.* 67.92

Index locorum Sacræ Scripturæ.

77 29 *Et manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo.* 96.215

31 *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.* 326.86

78 13 *Secundùm magnitudinem brachij tui possidé filios mortificatorum. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum.* 98.186

79 15 *Respice de cælo & vide, & visita vineam istam.* 11.39

80 11 *Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud.* 83.158

100 1 *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* 313.34

103 4 *Qui facis Angelos tuos, spiritus, & ministros tuos ignem vrentem.* 432.69

105 13 *Citò fecerunt, obliti sunt operum eius.* 170.110

19 *Et fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile.* 327 90

109 3 *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus Sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.* 211.84.& 432,72

4 *Tu es Sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedec.* 432.72

118 61 *Funes peccatorum circumplexi sunt me.* 153.31

96 *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* 340.147

127 7 *De quo non impleuit manum suam, qui metit, & signum suum, qui manipulos colligit.* 82.159

132 2 *Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.* 52.26

137 6 *Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longè cognoscit.* 53.31

Ex Prouerbiis.

Cap.6.v.25. *Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius.* 333.121

7 16 *Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Ægypto, aspersi cubile meum myrrha.* 151.32.& 107.64

18 *Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies.* 207.64

21 *Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum.* 34.123

8 12 *Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus: meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo.* 156.59

9 18 *Ignorauit quod ibi sint gigantes.* 52.27

23 34 *Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices: verberauerunt me, &c.* 102.239

31 30 *Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.* 436.88

Ex Ecclesiaste.

Cap.1.v.7. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat.* 319.57

2 2 *Gaudio dixi: Quid frustra deciperis?* 220.126

Ex Canticis.

Cap.1.v.4. *Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* 145.10

9 *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te, anima mea.* 105.248

2 1 *Ego flos campi, & lilium conuallium.* 160.71

5 *Fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam vinariam.* 267.70

7 *Ne suscitetis, nec euigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.* 393.73

3 1 *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.* 49.8.& 78.139

4 *Paululum cum pertransissem eos, inueni, quem diligit anima mea, tenui eum.* ibid.

4 2 *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro.* 238.43

4 *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea: omnis armatura fortium.* 58.51

7 *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* 483.43

8 *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubiculis leonum, de montibus pardorum.* 154.45.& 483.43

9 *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* 90. 189. & 144.46

15 *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* 137.39

6 3 *Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos à me.* &c. 154.44

8 *Vna est columba mea, perfecta mea.* 67.95

9 *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis, vt castrorum acies ordinata?* 154.43

11 *Nesciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* 88:178

12 *Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.* ibid.

8 6 *Pone me vt signaculum super cor tuum: quia fortis est vt mors dilectio.* 90.189

Ex Sapientia.

Cap.2.v.5. *Vmbra transitus est tempus nostrum. Venite ergo & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter,* &c. 169.102

8 *Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.* 257.16

3 7 *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent,* &c. 485.50

4 13 *Consummatus in breui expleuit tempora multa.* 276.115

5 18 *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* 459.98
12 10 *Non ignorans quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum.* 275.108
14 3 *Tua autem pater prouidentia gubernat.* 72.113

Ex Ecclesiastico.

Cap.15. v.3. *A qua sapientia salutaris potabit illum.* 214.96
21 4 *Quasi rhomphaea vis acuta omnis iniquitas, plaga illius non est sanitas.* 74.121
13 *Luctus mortui septem dies.* 471.154
32 14 *Ante grandinem praibit coruscatio, & ante verecundiam praibit gratia.* 61.68
42 9 *Filia patris abscondita est: vigilia & solicitudo eius aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua adulta efficiatur.* 470.150

Ex Isaïa.

Cap.1.v.18. *Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, quasi lana alba erunt.* 60.64
2 4 *Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.* 329.101. & 477.21
5 20 *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.*
6 1 *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum.* 224.140. & 375.5. & 487.56
2 *Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* ibid. & 436.87
3 *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus.* 436.87
8 *Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixit: Ecce ego mitte me.* 100 232
7 1 *Ascendit Rasin Rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ Rex Israel, in Ierusalem ad præliandum contra eam.* 494.83
4 *Vide vt sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum.* 155.51. & 494.83
11 *Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum suprà.* 92.195
12 *Non petam, & non tentabo Dominum.* ibid.
14 *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* ibid. 196
18 *Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti,* &c. 445.29
8 3 *Voca nomen eius: Accelera spolia detrahere: Festina prædari. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci.* 215.103. & 336.178 & 494.83
9 6 *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius.* 336.178
11 2 *Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus Sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis,* &c. 101.235
4 *Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.* 333.119
8 *Et delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.* 495.84
14 12 *Quomodò cecidisti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes.* 157.58. & 482.42. & 487.56
13 *Qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis,* &c. 68.97. & 157.58. & 175.126. & 221.127. & 226.148. & 374.4. & 395.81. & 482.42
15 *Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, téque prospicient.* 175.126. & 374.4
22 13 *Comedamus & bibamus: cras enim moriemur.* 168.101. & 257 25
25 *Et figam illum paxillum in loco fideli.* 328.95
24 *Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius,* &c. *Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli.* ibid.
26 3 *Aperite portas & ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem.* 5.5
14 *Morientes non viuant, gigantes non resurgant.* 52.27
28 17 *Ponam iudicium in spem: at misericordia mea in stateris.* 76.131
29 4 *Humiliaberis, & de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi pythonis de terra vox tua.* 6.18
40 2 *Quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius.* 189.52. & 275.109
41 2 *Quis suscitauit ab oriente iustum vocauit eum vt sequeretur se?* 339.145
8 *Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum.* 340.146
45 8 *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet Saluatorem.* 53.31. & 160.73
47 1 *Descende, sede in puluere virgo filia Babylon: sede in terra,* &c. 5.14. & 400.100
49 10 *Ad fontes aquarum potabis eos.* 214.96
13 *Adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.* 5.16
51 5 *Egressus est Saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt.* 351.118
52 2 *Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem.* 5.16
4 *In Ægyptum descendit populus meus in principio, Assur absque vlla causa calumniatus est eum.* 479.27
58 8 *Tunc erumpet quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur,* &c. 337.134.
65 2 *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona.* 89.185

Ex

Ex Ieremia.

Cap.1.v.17. *Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam, vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam,*&c.195.11
2 12 *Obstupescite cæli super hoc: duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas.* 201.40
15 *Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam: posuerunt terram eius in solitudinem, ciuitates eius exustæ sunt,* &c.202.41
20 *Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix.* 10.34
27 *Verterunt ad me tergum & non faciem.* 80.146
7 4 *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.* 227.153
13 26 *Ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua.* 10.32
29 11 *Ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam.* 70.106
31 22 *Fæmina circumdabit virum.* 349.178
38 4 *Rogamus vt occidatur homo iste,* &c. *Siquidem homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum.* 271.89
5 *Ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est Regem vobis quidquam negare.* ibid.
42 9 *Hæc dicit Dominus Deus Israël, ad quem misistis me, vt prosternerem preces vestras in conspectu eius.* 54.37
46 26 *Ideò cadent iuuenes eius in plateis eius, & omnes viri prælij conticescent in die illa.* 366.45

Ex Threnis.

Cap 1. v.12. *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* 351.184
3 29 *Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes.* 5.16

Ex Baruch.

Cap.6.v.9. *Coronas certè aureas habent super capita sua dij illorum: vnde subtrahunt Sacerdotes ab eis aurum & argentum,* &c. 252.5
42 *Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent succendentes ossa oliuarum,* &c. *proxima sua exprobrat, quòd ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit.* 488.61

Ex Ezechiele.

Cap.1.v.8. *Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant.* 224.139
3 2 *Et aperuit os meum, & cibauit me volumine illo,* &c. 206.62
3 *Et comedi illud, & factum est ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me: Fili hominis vade* &c. ibid.
7 5 *Afflictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis.* 332.113
8 14 *Et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.* 275.107
16 7 *Grandis effecta es, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem,* &c. 470.150
15 *Exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieret. Et sumens de vestimentis tuis,* &c. *Fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est.* 60.60
28 12 *Tu signaculum similitudinis plenus sapientia & perfectus decore,* &c. 221.127
13 *In medio lapidum ignitorum ambulasti.* ibid. & 68.97
39 9 *Et comburent arma, clypeum, hastas, arcum, & sagittas, & baculos manuum & contos.* 17.63

Ex Daniele.

Cap.2.v.1. *Vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo.* 390.60
3 *Vidi somnium, & mente confusus ignoro quid viderim.* ibid.
31 *Tu Rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis, statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te,* &c. 431.66. & 486.55
32 *Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porrò venter & femora ex ære: tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.* 91.191.& 198.24.& 398.95. & 414.4.& 431.66
34 *Videbas ita donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius,* &c. 270.83. & 415.5. & 431.66. & 486.55
35 *Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum & aurum,* &c. *Lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram.* 91.191. & 415.5
47 *Verè Deus vester Deus Deorum est, & Dominus Regum, & reuelans mysteria.* 264.58
3 1 *Nabuchodonosor Rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta.* ibid.
5 *In hora, qua audieritis sonitum tubæ,* &c. *cadentes adorate statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor Rex.* 216.108.& 327.92
8 *Statim in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusauerunt Iudæos.* 216.108
14 *Verène Sidrach, Misach, & Abdenago Deos meos non colitis, & statuam auream, quam constitui, non adoratis?* 199.30
22 *Porrò viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres,* &c. 253.9
47 *Videbam & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis,* &c. 336.128. & 486.54
11 *Succidite arborem, & præcidite ramos eius.* ibid.

22 *Eiicient te ab hominibus, & cum bestiis, ferisque erit habitatio tua: & fœnum vt bos comedes, &c.* 213. 91

31 *Post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi.* ibid.

5 2 *Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor, &c.* 307. 10

5 *In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis.* 73. 118. & 94. 206. & 307. 11. & 318. 14. & 331. 108

6 *Tunc facies Regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum.* 67. 91. & 318. 54

20 *Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio, &c.* 307. 10

22 *Tu quoque filius eius Balthasar, non humiliasti cor tuum, &c.* 94. 206

25 *Hæc est autem scriptura, quæ digesta est. Mane, Thecel, Phares, & hæc est interpretatio sermonis, &c.* 307. 11. & 331. 108

29 *Tunc iubente Rege indutus est Dauid purpura & circumdata est torques aurea collo eius, &c. Eadem nocte interfectus est Balthasar Rex Chaldæorum.* 67. 91. & 318. 54

6 15 *Scito Rex, quia lex Medorum atque Persarum est, vt omne decretum, quod constituerit Rex, non liceat immutari.* 270. 82

16 *Tunc Rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum.* ibid. & 305. 3 & 313. 36

20 *Appropinquansque lacui Danielem voce lacrymabili inclamauit, & affatus est, &c.* 313 36

24 *Adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Danielem, & in lacum leonum missi sunt.* 253. 10

26 *A me constitutum est decretum, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant & paueant Deum Danielis.* 212. 88

13 20 *Assentire nobis & commiscere nobiscum. Quodsi nolueris, dicemus contra te testimonium, &c.* 58. 75. & 172. 118

22 *Angustiæ sunt mihi vndique: si enim hoc egero, mors mihi est; si autem non egero non effugiam manus vestras.* ibid.

26 *Cum ergo audissent clamorem famuli domus in pomario irruerunt per posticum.* 308. 14

32 *At iniqui illi iusserunt, vt discooperiretur (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur decore eius.* 59. 58. & 205. 56

37 *Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea.* 347. 169

38 *Porrò nos cùm essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri.* 74. 124

41 *Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, condemnauerunt eam ad mortem.* ibid

45 *Suscitauit Dominus Spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, & clamauit voce magna: Mundus ego sum à sanguine huius.* 172. 118

54 *Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi, &c.* 74. 124. & 347. 169

55 *Rectè mentitus es in caput tuum: Ecce enim Angelus Domini accepta sententiâ ab eo, scindet te medium.* 254. 32

14 39 *Et ecce Daniel sedens in medio leonum.* 98. 223

Ex Osea.

Cap. 2. v. 6. *Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet.* 77. 115

12 4 *Et inualuit ad Angelum & confortatus est, fleuit & rogauit eum.* 270. 87

5 *Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius.* 44. 156

Ex Ioële.

Cap. 1. v. 13. *Ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei.* 2. 5

3 16 *Dominus de Sion rugiet, mouebuntur cæli & terra.* 459. 98

Ex Iona.

Cap. 1. v. 4. *Et facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri, &c.* 79. 141

5 *Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum suum, & miserunt vasa, &c.* ibid. & 222. 131

8 *Quæ terra tua, & quò vadis, vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo.* 202. 45. & 381. 31

14 *Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis.* 381. 31

16 *Et timuerunt viri timore magno Deum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.* ibid.

2 1 *Et præparauit Dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus.* 263. 51. & 483. 44

3 *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me.* 79. 141. & 224. 142

11 *Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam.* 263 51

3 6 *Et peruenit verbum ad Regem Niniue, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.* 51. 16

8 *Operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine.* ibid. 17. & 341. 152

4 1 *Et afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est.* 65. 82

2 *Scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia.* ibid.

9 *Putásne benè irasceris tu super hederam? Et dixit: Benè irascor ego vsque ad mortem.* ibid. 83

11 *Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ.* 341. 152

Ex Michæa.

Cap.1.v.4. *Valles scindentur sicut cera à facie ignis.* 459 96

Ex Habacuc.

Cap.3.v.2. *Cùm iratus fuerit, misericordiæ recordaberis.* 86.170
4 *Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.* 93.202
6 *Aspexit, & dissoluit gentes.* 13.48

Ex Zacharia.

Cap.6.v.14. *Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini.* 44.156

Ex Malachia.

Cap.4.v.2. *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* 377.132

Ex 1. Machabæorum.

Cap.5.v.33. *Et exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione.* 358 9
6 43 *Et vidit Eleazar filius Saura vnam de bestiis loricatam loricis Regis, &c. Et dedit se, vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum.* 163.81
46 *Et iuit sub pedes elephantis, & supposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic.* ibid.

Ex 2. Machabæorum.

Cap.1.v.30. *Sacerdotes autem psallebant hymnos vsquequo consumptum esset sacrificium, &c.* 207.68
3 15 *Sacerdotes autem ante altare cum stolis Sacerdotalibus iactauerunt se, & inuocabant de cœlo eum, qui de depositis legem posuit.* 55.38
7 22 *Nescio qualiter in vtero meo apparuistis, neque enim ego spiritum & animam donaui vobis.* 400.101
27 *Fili mi miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi, & alui & in ætatem istam perduxi.* ibid.
38 *In me verò & in fratribus meis desinet omnipotentis ira, quæ super omne genus nostrum iustè superducta est.* 64.80
39 *Tum Rex accensus ira in hunc super omnes crudeliùs desæuit.* ibid.
45 *Et tubis cecinerunt post eos cum significationibus.* 358.9
8 5 *Ira Domini in misericordiam conuersa est.* 86.171
10 26 *Lumbóque ciliciis præcincti ad altaris crepidinem prouoluti, &c.* 51.18
12 15 *Machabæus autem inuocato magno mundi Principe, irruit fortiter muris.* 358.9
28 *Sed cùm omnipotentem inuocassem, ceperunt ciuitatem.* ibid.

Ex Matthæo.

Cap.1.v.1. *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.* 341.149. & 379.20
3 4 *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum.* 4.11
16 *Et vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se.* 67.96
4 3 *Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* ibid. & 68.100. & 259.32
4 *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* 259.32
8 *Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* 424.38
5 15 *Neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt, &c.* 384.42
29 *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proiice abs te.* 326.46. & 334.125
30 *Si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam & proiice abs te.* ibid.
44 *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, &c.* 225.147
6 3 *Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, &c.* 310.23.& 375.6
6 *Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi* 48.2
12 *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* 144.4
17 *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum & faciem tuam laua.* 51.14.& 109 14
28 *Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis.* 51.15.& 117.46
31 *Nolite soliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?* 257.27
7 21 *Non omnis, qui dicit mihi: Domine Domine, intrabit in regnum cælorum.* 117.154
8 12 *Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* 48.4
23 *Ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.* 222.132
32 *At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare.* 397.89
9 9 *Vidit hominem sedentem in telonio Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum.* 342.153.& 430.63
10 *Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu.* 430.63
15 *Numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus.* 449.47
21 *Si tetigero tantùm vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus, & videns eam, &c. Et salua facta est mulier ex illa hora.* 338.138
10 34 *Non veni pacem mittere, sed gladium: Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, &c.* 477.20

11 2 *Ioannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis,* &c. 219. 120

4 *Euntes renuntiate Ioanni, quæ audistis, & vidistis.* ibid.

12 7 *Si sciretis quid est: Misericordiam volo & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes Dominus enim est filius hominis, etiam Sabbathi.* 161.74

25 *Omnes regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se, non stabit.* 417.15

38 *Magister volumus à te signum videre.* 91. 193.& 385.44

39 *Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ,* &c. ibid.

43 *Cùm autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit.* 424. 39

45 *Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi.* ibid.

13 30 *Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis, dicam messoribus: Colligite primùm zizania,* &c. 222. 130

14 10 *Misitque & decollauit Ioannem in carcere, & allatum est caput eius in disco.* 75. 125

24 *Nauicula in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.* 90. 189

26 *Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt.* 317.51. & 353.189

30 *Videns verò ventum validum timuit, & cum cœpisset mergi, clamauit.* 318.53

15 7 *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me.* 31.114

26 *Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus.* 265.62

28 *O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* ibid.

16 16 *Tu es Christus Filius Dei viui. Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est.* 87.177. & 349.176

17 1 *Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.* 352. 185

18 10 *Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.* 436.87

26 *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit.* 492. 74

28 *Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei, centum denarios, & tenens suffocabat eum,* &c. ibid. 75

34 *Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.* ibid.

19 27 *Ecce, nos reliquimus omnia & sequuti sumus te. Quid ergo erit nobis?* 419.21

28 *Vos qui reliquistis omnia & sequuti estis me, in regeneratione,* &c. ibid.

20 21 *Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.* 320. 63

21 43 *Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* 460. 102

22 13 *Tunc dixit Rex ministris: ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.* 83. 160

23 8 *Vnus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis.* 356. 2

24 16 *Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua,* &c. 419. 1[illegible]

29 *Sol obscurabitur & Luna non dabit lumen suum, & Stellæ cadent de cælo,* &c. 209. 74

30 *Tunc parebit signum filij hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli.* 71.110

31 *Et mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna & congregabunt electos eius à quatuor ventis.* 493.79

45 *Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus suus super familiam?* 380.24

46 *Beatus ille seruus, quem cùm venerit Dominus eius, inuenerit sic facientem.* ibid.

25 8 *Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.* 344.159

11 *Domine Domine aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos.* 87.174

34 *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare,* &c. 76. 128. & 171.112.& 207.66.& 214.95

41 *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius.* 65. 81. & 72. 116. & 199. 29. & 207. 66. & 214.95.& 418.16

43 *Esuriui enim & non dedistis mihi manducare,* &c. 76. 128. & 171. 112. & 199. 29

46 *Amen dico vobis: Quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis.* 199. 29

47 *Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* 207. 66

26 10 *Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.* 427. 49

11 *Semper pauperes habebitis vobiscum.* 79. 128

13 *Vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium, dicetur & quod hæc fecit.* 427. 49

45 *Dormite iam & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.* 312.28

48 *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* 218.117. & 387.51

50 *Tunc accesserunt & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.* 84. 162. & 387.51

52. Conuerte

52 *Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.* 312. 28. & 315. 78. & 383. 37

53 *An putas quia non possum rogare patrem meum & exhibebis mihi modo, plusquam duodecim legiones Angelorum.* 144. 7. & 383.37. & 477. 19

56 *Tunc discipuli eius relicto eo fugerunt.* 159. 66

70 *At ille negauit coram omnibus, dicens, nescio quid dicis.* 87.177

27 3 *Pœnitentiâ ductus retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum, & Senioribus dicens: Peccaui tradens sanguinem iustum,* &c. 196.16.& 202.44.& 255.18

5 *Et proiectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit.* 79. 142. & 84. 163. & 197.17.& 202 44.& 255.18

24 *Accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine iusti huius,* &c. 173.119

35 *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes.* 149. 26

39 *Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis templum Dei,* &c. 351.184

45 *Tenebræ factæ sunt super vniuersam terram.* 83.161

51 *Terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt,* &c. 209.73

66 *Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus.* 205.4

28 13 *Dicite quia Discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus.* 84.162. & 386.47

Ex Marco.

Cap.1.v.24. *Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, venisti perdere nos? Scio quis sis Sanctus Dei. Et comminatus est eos Iesus,* &c. 71. 109. & 218. 14

5 2 *Statim occurrit ei de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis.* 251.6

9 *Quod tibi nomen est? Et dixit: Legio mihi nomen est, quia multi sumus.* ibid.

12 *Mitte nos in porcos, vt in eos introëamus.* 252.6

6 23 *Et iurauit illi: Quia quidquid petieris, dabo tibi, licèt dimidium regni mei.* 271.88

25 *Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.* 268 76

26 *Et contristatus est Rex. Propter iusiurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare.* 271.88

9 23 *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* 265.62

25 *Comminatus est spiritui immundo dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi: Exi ab eo,* &c. 97.219

41 *Quisquis potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, non perdet mercedem suam.* 114.96

10 18 *Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi vnus Deus,* &c. 227.152

11 13 *Cùmque vidisset à longè ficum habentem folia, venit, si quid fortè inueniret in ea, & cùm venisset ad eam, nihil inuenit præter folia,* &c. 70.107

14 *Et respondens dixit ei: Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet.* ibid.

22 *Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti. Tollere & mittere in mare,* &c. 459.96

13 27 *Tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis.* 76.130

14 8 *Quod habuit hæc fecit, præuenit vngere corpus meum in sepulturam.* 96.212

38 *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.* 273.100

50 *Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo,* &c. 376.22

65 *Cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius.* 387.51

71 *Ille autem cœpit anathematizare & iurare. Quia nescio hominem istum, quem dicitis.* 87.177

15 39 *Videns autem centurio, qui ex aduerso erat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo filius Dei erat.* 88.180

Ex Luca.

Cap.1.v. 20. *Ecce eris tacens & non poteris loqui vsque ad diem, quo hæc fiant.* 156. 54

26 *Missus est Angelus Gabriel à Deo, in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.* 344. 158

34 *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* 99.228

35 *Ideóque, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* 71.109

37 *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* 99.227

38 *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* 344. 158. & 227.151

43 *Vnde est mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* 270.85

78 *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.* 69.104

2 9 *Et claritas Dei circumfulsit illos.* 83.161

10 *Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.* 194.4

12 *Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio,* &c. 477.18

14 *Gloria in Altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* ibid.

21 *Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus.* 323.72

34 *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum, cui contradicetur.* 92.197

3 22 *Et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum.* 67.95

4 23 *Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura te ipsum,* &c. 385.43

5 8 *Exi à me quia homo peccator sum Domine: stupor enim circumdederat eum.* 353. 188

7 32 *Cantauimus vobis tibijs & non saltastis.* 472.1

37 *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti.* 484.47

38 *Stans retrò secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* 61. 69. & 144. 6. & 426.47

39 *Hic si esset Propheta sciret vtique, quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.* 205.58 & 426.48

8 27 *Occurrit illi vir quidam, qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur; neque in domo manebat, sed in monumentis.* 68.98

30. *Quod tibi nomen est? At ille dixit legio, quia intrauerant dæmonia multa in eum,* ibid.

44 *Accessit retrò & tetigit fimbriam vestimenti eius. Et confestim stetit fluxus sanguinis eius.* 338.139

6 61 *Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retrò, aptus est regno Dei.* 374.3

11 9 *Quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis.* 334.122

14 *Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum, & cum eiecisset dæmonium loquutus est mutus.* 97.219

27 *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti,* &c. 226.150

34 *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit,* &c. 316.48

36 *Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum,* &c. 317.49

13 14 *Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Dixitque ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia.* 196.15

17 *Quid faciam, quia non habeo, quò congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: destruam horrea mea,* &c. 251.2. & 430.65

19 *Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* 169.103. & 430.65

20 *Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt?* 169.103. 334.122

35 *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* 51.20

14 18 *Et cœperunt simul omnes excusari: Primus dixit: villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam,* &c. 204.50

15 4 *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis: nónne dimittit nonnaginta nouem in deserto?* 342.154

12 *Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam.* 63.76

13 *Peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.* ibid & 397.88

16 *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat.* 63. 76. & 306. 8. & 397.88

22 *Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius.* 194.6

16 4 *Scio quid faciam, vt cùm amotus fuero recipiant me in domos suas.* 258. [illegible]

6 *Accipe cautionem tuam, & sede citò, scribe quinquaginta.* ibid.

19 *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso.* 255. 16. & 268. 73. & 430.64

20 *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat.* 84. 165. & 94.205 & 255.16

21 *Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.* 60.64

22 *Mortuus est autem & diues & sepultus est in inferno.* 415.6

24 *Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma.* 84. 165. & 214 96. & 255.16. & 397.90. & 417.15. & 430.64

27 *Rogo ergo te Pater, vt mittas eum in domum Patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis,* &c. 255.16

19 41 *Et vt appropinquauit videns ciuitatem, fleuit super illam.* 313.35

21 21 *Tunc, qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in medio eius, discedant,* &c. 419.19

25 *Erunt signa in Sole, Luna & Stellis.* 76.129

26 *Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna.* ibid.130

22 20 *Hic est calix nouum Testamentum in sanguine meo.* 442.17

36 *Qui non habet vendat tunicam suam, & emat gladium.* 58.50. & 312.28. & 383.37

43 *Et factus in agonia, prolixiùs orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* 66. 89. & 352.185

60 *Et ait Petrus: Homo nescio quid dicis.* 87.177

61 *Et conuersus Dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi Domini, & egressus foras fleuit amarè.* ibid.

23 9 *Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ille nihil ipsi respondebat.* 223.135

34 *Pater dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt.* 88,179

39 *Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus blasphemabat eum, dicens: si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos.* 427.52

40 *Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es.* ibid.

42 *Domine memento mei, cùm veneris in regnum tuum.* 49.7

43 *Hodie mecum eris in paradiso.* 427.53

45 *Et obscuratus est Sol.* 203.46. & 209.74

Ex Ioanne.

Cap. 1. v. 4. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet.* 211.81. & 225.147

29 *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* 341.149
51 *Videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.* 147.18
2 4 *Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: quodcumque dixerit vobis, facite.* 96.214
15 *Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo,* &c. 146. 14. & 151. 31
18 *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus excitabo illud.* 92. 197. & 146.14
21 *Ille autem dicebat de templo corporis sui.* 146. 14
4 7 *Dixit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent.* 222.133
28 *Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, & dixit illis hominibus: Venite & videte,* &c. 381.29
35 *Leuate oculos vestros, & videte regiones quia albæ sunt ad messem.* ibid 30
40 *Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret.* ibid.
5 22 *Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.* 71.110
6 12 *Colligite quæ superauerunt fragmenta ne pereant.* 262.45
8 4 *Magister hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit huiusmodi lapidare.* 71. 112. & 416. 10
6 *Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra.* ibid. & 73. 117
7 *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* 416.10
9 *Audientes autem vnus post vnum exibant.* ibid.
10 *Nemo te condemnauit? Quæ dixit. Nemo Domine. Dixit autem Iesus. Nec ego te condemnabo.* 71.112
12 *Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* 78.140.& 84.163.& 316.47
47 *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* 91. 191
11 23 *Resurget frater tuus.* 194.5
35 *Et lachrymatus est Iesus.* 314.38
38 *Erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei.* 305.4
39 *Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat: Domine iam fœtet, quatriduanus est enim.* 160.69
43 *Lazare veni foras.* 394.74
49 *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo.* 88.179
12 34 *Oportet exaltari filium hominis.* 161.76
35 *Adhuc modicum lumen in vobis est. Dum lucem habetis credite in lucem, vt filij lucis sitis.* ibid.
13 26 *Cum intinxisset panem dedit Iudæ Simonis Iscariotæ & post buccellam introiuit in eum Satanas. Et dixit ei Iesus. Quod facis, fac citius.* 171.111
30 *Cum ergo accepisset ille buccellam exiuit continuo.* ibid.
14 5 *Domine nescimus quò vadis, & quomodò possumus viam scire.* 78.138
6 *Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad Patrem nisi per me.* ibid. & 219. 118
16 24 *Vsquemodò non petistis quidquam in nomine meo. Petite & accipietis vt gaudium vestrum sit plenum.* 321. 64. & 334. 122
18 6 *Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* 218. 118
8 *Dixi vobis quia Ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* 159. 66
10 *Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram.* 50. 13
18 *Quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis Petrus stans, & calefaciens se.* 410.23
26 *Dicit ei vnus ex seruis Pontificis cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus.* 50.13
19 23 *Acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum: dixerunt ergo,* &c. 149 26
29 *Vas ergo erat positum aceto plenum.* 340. 148
30 *Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum.* 199. 28. & 207. 68. & 340. 148
39 *Ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt,* &c. 151.32
20 12 *Vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu.* 479 27
15 *Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum.* 96.213
19 *Cum serò esset & fores essent clausæ, venit Iesus & stetit in medio.* 49 9
22 *Accipite Spiritum sanctum.* ibid.
25 *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum,* &c. 345.163
27 *Deinde dicit Thomæ: infer digitum tuum huc, & vide manus meas.* ibid.

Ex Actis Apostolorum.

Cap.1.v.18. *Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius.* 328.96
3 4 *Respice in nos: At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis,* &c. 395.80
5 15 *Ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt venienite Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam,* &c. 305. 4. & 311. 25. & 434.81
9 1 *Saulus autem adhuc spirans minarum &* cædis

cadis in discipulos Domini, &c. 200. 231
3 Subitò circumfulsit eum lux de cœlo. Et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule quid me persequeris? 79.142.& 100.231.& 162.78. & 165.90. & 322.70.
6 Et tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere? 100.231
8 Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. 165.90
11 Quare in domo Iuda Saulum nomine Tharsensem: ecce enim orat. 163.52
15 Vade quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus. 100. 231. & 162. 78. & 263. 52. & 322. 70
17 Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritu sancto. 100.331

Ex Epistola ad Romanos.

Cap.3.v.5. Thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. 332.114
5 20 Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. 261.44
6 6 Hoc scientes quia vetus homo noster crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltrà non seruiamus peccato. 97.217
19 Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc, &c. 398 94
8 24 Quod videt quis, quid sperat? 259. 33
10 21 Ad Israël autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. 89.185
12 18 Cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes, charissimi; sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam. 58. 50
13 2 Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. 2.2
12 Induamur arma lucis. Sicut in die honestè ambulemus. 451.96
14 17 Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto. 244.72

Ex 1. ad Corinthios.

Cap.1.v.23. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. 88.179
6 15 Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur. Erunt (inquit) duo in carne vna. 251.5
7 4 Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir; similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. 293. 67
9 4 Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi? 256.2
24 Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currite vt comprehendatis. 321.64
11 7 Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago & gloria Dei est: mulier autem gloria viri est. 147.17
14 12 Quoniam æmulatores estis spirituum ad ædificationem Ecclesiæ, quærite vt abundetis. 320.60
16 Si benedixeris spiritu: qui supplet locum idiotæ; quomodo dicet Amen super tuam benedictionem. 411.40
15 8. Nouissimè autem tanquam abortiuo visus est & mihi. 162.78
52 In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. 74. 121 & 171. 112. & 332. 114. & 493.79
56 Stimulus autem mortis peccatum est, virtus verò peccati lex. 274.16

Ex 2. ad Corinthios.

Cap.3.v.17. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. 457. 85
4 7 Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus. 322.70
8 7 In omnibus abundantis fide & sermone. 259. 33

Ex Epistola ad Galatas.

Cap.5.v.22. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax. 267.72
6 17 Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. 322.69. & 398.94

Ad Ephesios.

5 32 Erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. 147.16
6 12 Aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. 82. 154

Ad Philippenses.

Cap.2.v.7. Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. 323.73
9 Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. &c. ibid.
3 12 Sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum. 321.64
19 Quorum Deus venter est. 267.72

Ad Colossenses.

Cap.1.v.12. Gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum. &c. 83.156

Ex 1. ad Thessalonicenses.

Cap.1, v.4. Sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in Sanctificatione, & honore. 322.70

Ex 1. ad Timotheum.

Cap.5.v.3. Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. 125.82

Index locorum Sacræ Scripturæ.

Ad Hebræos.

Cap.1.v.3. *Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ.* 93.101

7 1 *Hic enim Melchisedec Rex Salem, Sacerdos Dei summi, &c. sine patre, sine matre, sine genealogia.* 452.72

11 1 *Fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* 259.33

Ex Epistola Iacobi.

Cap.4.v.13. *Ecce nunc, qui dicitis: Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem.* &c. *pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit, & si vixerimus.* 169.104

Ex 1. Petri.

Cap.5.v.8. *Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester Diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* 98.124

Ex 2. Petri.

Cap.1.v.16. *Non enim doctas fabulas sequuti.* 132.112

2 16 *Subiugale mutum animal hominis voce loquens prohibuit prophetæ insipientiam.* 77.136

3 12 *Expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes soluentur,* &c. 458.93

Ex 1. Ioannis.

Cap.5.v.4. *Omne, quod natum est ex Deo vincit mundum, & hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* 283.21. & 475.13

Ex Epistola Iudæ.

6 *Angelos verò, qui non seruauerunt suum Principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine reseruauit.* 72.116

Ex Apocalypsi.

Cap.1.v.16 *Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat.* 333.119

5 5 *Ne fleueris: ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula eius.* 379.20. & 473.5

6 *Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem,* &c. 241. 149. & 379. 21. & 473.5

8 *Et cùm aperuisset librum, quatuor animalia,* &c. *dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius.* 341. 149. & 379.21

6 8 *Et equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors.* 274.103

7 14 *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.* 173. 119. & 450.55

12 1 *Signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius,* &c. 490.67

3 *Ecce draco magnus rufus habens capita septem,* &c. *& cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli* 392. 70. & 482.42

7 *Et factum est prælium magnum in cælo. Michaël, & Angeli eius præliabantur cum dracone,* &c. 395.81

14 *Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum, in locum suum,* &c. 218, 114

13 1 *Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ.* 251.4

19 1 *Ite effundite septem phialas iræ Dei in terram.* 64.79

5 *Et audiui Angelum aquarum dicentem: Iustus es Domine, quia hæc iudicasti, quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere.* ibid.

17 1 *Et venit vnus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & loquutus est mecum.* ibid.

19 16 *Et habebat in vestimento & in femore suo scriptum Rex Regum, & Dominus Dominantium.* 215.102

21 2 *Vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam, descendentem de cælo à Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo.* 147.16

Cap.22.v.11. *Qui in sordibus est, sordescat adhuc & qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc.* 171.115

INDEX
Rerum & Verborum, quæ in hoc secundo volumine continentur.

Prior numerus paginam notat, posterior est marginalis.

A

Abel.

EIus vox auditur à Deo, quia de terra clamat. pag.54.n.35
Vt qua occisus fiat iterum melior Adam. ibid.36

Abigail.

Prudens quà eloquens, eloquentior quà pulchra. 167.95

Abimelec.

Abimelec, qui ab scorto vitam acceperat sub symbolo fœmineæ scortationis abiuit. 330.105
Qui super lapidem fratres occiderat à fragmento lapidis interficitur. ibid.

Abraham.

Simul re pater, & voto carnifex. 66.88
Impetum obedientiæ per obedientiam contrariam compescit. ibid.
In Abraham quòd eius genitus viueret, desiderium de Genitore fecit Prophetam. 97.221
Eiusdem domus cælestibus contubernium. 202.42
Abraham sacrificaturus Isaac, igne & gladio Paradisi Cherub æmulatur custodem. 400.99
Vt dixerit sibi Deum victimam præparaturum? ibid.
Victimæ præparatio incolumitas fuit Isaac. ibid.
Cur famulos remouet sacrificaturus filium in monte! 309.21
Cur stolidum brutum relinquit? ibid.
Adeò solus immensum obedientiæ patraturus prodigium pergere studet, vt & sine filio iret, nisi filius iret in ouem. ibid.
Solum Deum appetiuit videntem. ibid.
Etiam filij oculos velo obnubit, ne & filius videns Patris facinus testaretur. ibid.
Cur nouum nomen indidit monti? ibid.
Et cur nomen *Dominus videt*, imponat? ibid.
Vt potuerit à cælo timere, qui solus ascenderat in cacumen. ibid.
Cur Deus non loquitur si videbat prodigium? ibid.
Vt quid Angelus, ne sanguine ferrum cruentet, indicit. ibid.
Quare bis vocetur ne feriat filium? 333.118
Vt in tuba cornea obedientiæ Abrahami fuerit celebratum portentum. 309.21
Quanta & qualis huius operis quà silentis publicitas. ibid
Vt rupes sciant non solùm filios Abrahæ producere, sed & eius facinoris testes edere clamorosos. ibid.

Absalon.

Mulctatur in coma in qua pruriebat ad coronam libido. 85.167
Ne distaret à coma corona, ipsa coma corona fœminatum, capillo Ponderato fiebat. ibid.
Cur inter cælum & terram suspensus periit? ibid. & 277.116. & 422.33
Fecit sibi pereundi instrumenta quæ fuerant salutis. 210.78
Nec Rex pater potens fuit ad vitandam eius perniciem, quam confusio reipublicæ protendebat. ibid.
Strangulatur capillis, quia per fœminarum illecebras ad regnum prouenire tentauit. ibid.79
Antequam caderet cadauer fuit, qui antequam ad regnum hæreditario iure ascenderet, peruersis ambitionis gradibus ascendebat. ibid.
Cur triplici lancea confossus adhuc viuat suspensus in quercu? 251.3
Vt à gula truculentus in fratrem. 268.75
Ex turpi vita mors ei turpissima triplicatur. 277.116
Cur adhuc tribus superstitibus filiis sine filio dicatur? ibid.118
Quàm auidus viuendi criminis artificio? ibid.
Sibi benè præparauit in vita sepulchrum, qui in scelerum feretro portabatur. ibid.
Quàm ineptè se post mortem cogitauit victurum. ibid.
Cur illi desertum, non pro Regia solùm sed pro funere fuit? ibid.
Quæ impiè in Patrem intulerat, fortunato, in eum fortuna postea retulit reformata. 422.33
Capillorum perplexitas non comæ, sed iuuenis culpa fuit. 318.94

Abstinentia.

Alimentum ad triumphos virtutis, abstinentia est. 261.43
Vide *Ieiunium.*

Abyssus.

An aliquando terram siccam significet? 13.45

Achior.

Achior vt ad execti caput Holofernis conspectum æstuauerit? 332.114. & 353.190
Cur non credidit Deo, viso capite Holofernis excisso, sed auditis iudith consiliis ad plenam victoriam? 363.29
Cur ante partam victoriam se circumcisionis signaculo cælat. ibid.30

An

An seipsum circunciderit? 364.36
Cur cum alienigena & Ammonita esset, ad Hebræorum populi contubernium admissus? 364.39

Achitophel.

Vnde infirma consiliat & insana? 157.60
Propria voluntate suspenditur, quia non intellectu sed voluntate dabat consilium. 158.61
Nemo Deo calumniosior & quare? 157.60

Acinax.

Quale genus gladij. 313.34
Holofernis gladius. ibid.
Ob partam victoriam Ducibus apud Persas præstitus. ibid.35

Adam.

Adam rubus limus. 54.36
Nomen à materia de qua formabatur sortitur, & quare? ibid.
Pars pœnitentiæ fuit sui delicti, quod vestiuit se foliis arboris. 148.22
Non timuit peccatum, sed nuditatem. ibid.
Qualiter à plenitudine superbæ deitatis, nudum se conspexerit & egenum? 163 81
Adam plures esse ambiuit per idololatriæ flagitium. 252.5
Vt ansam præbuerit tentationi serpentis. 265.60
Quà vxorem gubernare nesciuit, imperium animalium amisit. 260.66
Vt eum de pradiso non tam sententia pepulerit quam voluptas. 306 9
Cur aduersus eum à Cherubim defenditur Paradisus flammeo gladio stricto. ibid.
Seruituti mancipauit naturã, dum voluit se esse præsidem & non seruum. 323.75
Cur ex arboris foliis post peccatum, Euæ sibique vestimenta adaptauit? 376.11
De peccati reliquiis mederi peccato curauit. 380 27
Verecundatur non quia iustitiã, sed quia exutus indusio. 400.99
Vt quid Domini artificio vestitur, vt à paradiso deportaretur? 421.26
Sat fuit quòd iam innocentiæ diuitiísque nuditatis loco vestimenta capesseret, vt illum Paradisus abigeret. ibid.
Ex Sapientiæ arbore carpsit stultitiæ ignominiam. 427.52
A peccato in colles damnatus vt brutum. 482.38
Ea ei illecebræ cognitio superfuit, quæ permittitur brutorum ingenio. ibid.
Postquam à ratione ceciderat, cecidit in thalamum voluptatis. ibid.
Præsulatu per peccatum amisso, nec contritæ sub vxoris pede serpentis dominium obtinuit, ibid.

Adonai.

Adonai in libro Iudith, suismet litteris expressum retentúmque. 456.79
Dominum vtcúmque significat siue Deum, siue hominem. ibid.
Speciali nota affigitur quando significat Deum. ibid.
Dominium Dei denotat. 494.81

Adoratio.

Quid sit. 143.157
Mundialium adorationes manus quærunt ad munera non ad osculum. 138.64
Nulla abolendæ adorationis certior est ars, quàm ab adorato manus auellere. ibid.

Aduersitas.

Aduersitas nouerca est amicitiæ, & cognationis. 158.63
Prius cognatos fugat quàm extraneos. 159.65
Prima inopia & exauctoratio, leuior labor & aduersitas est, calamitiores sequelæ. ibid. 66
Vide *Labor.*

Adulatio. Adulator.

Adulatio quà flagitiorum fomes, incendium Principum clades. 175.127
Sedes Dæmonis linguæ adulatio. ibid.128
Adulatio quàm potens. 191.61
Quam studiosa aulicorum assentatio. ibid.
Adulatores vt Regum passiones augeant. 265.61
Adulatio plagam infligit cui medicinam reddere ignorat. 390.62
Adulatores prauæ voluptatis blanditiis vt nouerint siue saporare siue soporare potentes. ibid.
Eorum infœlissima famulandi ars. ibid.

Adulterium.

Adulterium cur idololatria nuncupetur. 147.16

Ægyptij.

Siccam non sabulosam semitam per medium maris aggressi. 13.46
Cocrodylos colebant. 154.47
Ægypti plagæ suppliciáque quare per digitos numerata. 307.11
Pulchrè describuntur. ibid.
Sensim processerunt supplicia, in quorum quolibet sentiebatur mortis auspicium. ibid.
Ægyptij duos cupidines colunt, & quare? 157.3
Eorum capita arma duráque. 451.61
Vt horruerint cadauera humare, ne à vermibus deuorarentur. 462.111

Ætas.

Per honesta opera censetur ætas, per strenuè facti computantur anni. 276.111
Ætas auaritiæ senectus & pueritias sunt. 429.60

Alphita

Farina hordeacea aquâ, humoréve alio macerata. 123.74

Altare.

Qualis Hebræis altaris figura. 18.67.68
Altaris asylum reis. 19.71
Altaris firmitas. 20.72
Vide *Cornu.*

Ambitio. Ambitiosus.

Ambitioso nihil auspicatius, quàm in Dei seruitutem asciri. 82.153
Mundialis ambitio nonnisi famulorum pompâ procedit. 145.8.per tot.
Ambitiosus fastum excusat de necessitatis prætextu. 103.47
Ambitio superba sibi adimit quod sibi procurat. 234.27
Regnandi ambitio in plures geminat ambitiosum. 251.3.4
Ambitionis libido scit lucidè consumere à quibus viuit. 253 9
Ambitiosi diligentia citissimè futurum in præteritum vertit. 258.21

Index Rerum,

Ambitiosis fortunæ arbitrium dat Deum & adimit. 264.54

Ambitioso solùm Deus est securitas imperandi. ibid.57

Ambitiosus vt eat per ambitionis media ad ambitionis supplicia. 330.105

Nullum est fœdus cum ambitioso sæculi & morte. 415.7

Amicitia. Amicus.

Nemo habet amicum, nisi vt habeat. 158.63

Societatis & amicitiæ crimen est discrimen subire bonorum. ibid.

Egenum fugiunt quia timent amici, cui inimici conuitiantur. 159.67

Nec solùm oculis, sed memoria fugiunt. ibid.

Vt in comparandis amicis & vitandis inimicis erretur. 350.180

Vix sunt qui amici è fortuna deturbati faciem agnoscant. 388.55

Etiam accedentes solaturi recedunt, quâ lento vestigio vix approximati sufferunt desolato. ibid.

Incruentè perforat latus amici, qui à latere se segregat in periculo. 416.9

Vt conserues amicos quidquid est tibi fortunarum ostende inimicis ne inuideant, fœlicitatis bona reconde, infortunia retege vt compatiantur. 350.179. per tot.

Amen.

Amen vox confirmans benedictionem. 363.31

Etiam plus ad benedictionem conferre, quàm benedictionis impartitio, censebant Hebræi. ibid.

Eius varius vsus in Bibliis. ibid.

Dissimili terminatione aliquando finitur, & cuius rei causa? ibid.32

Eius vocis geminatio granditatem rei significatæ innuit. ibid.33

Amnon.

Luxuriem mortem futuram esse præuidit, inde conualuit celerior. 168.99

Per ambages gulæ in incestum delapsus. 268.74

Sororem opprimens de misericordiæ officiis vestibulum constrauit delicti. 273.100

Timuit, si stupri cupidinem panderet, sortem concubitus amissurum. ibid.

Amor profanus. Amans.

Venereus, funestus truculentus. 7.23

Ignis & laqueus perinde sunt in re amoris. 27.97

Amantis pectus arcus est. ibid.

Amantes vel in tenebris, oculorum innato lumine vident. ibid.

Reciproci amantium intuitus quasi incantatorij, venenatique sunt. 28.99

Amoris alieni cupidæ laqueos incantatricios texebant. ibid.100

Libidinosus amor furor est, insania, ipse sibi odio est. 29.105

Crudele animæ periculum. 37.129

Ingenij largitor amor est. 250.102

Non redamare amantem contemnere est. ibid.

Amor improbus cruentus. 57.46

Amor quæ duo sunt coagmentat in vnum. 67.95

Amoris blanditiæ feritatem concludunt sub tranquillitate candoris 102.139

Amoris illex similitudo est. 119.56

Amor si exardet insania est. 137.138

Non per gradus crescit, in omni flammarum impetu incipit aliquando. ibid.

Nimius amor qua amentem, mutum subitò reddit amantem. 139.140

Incapax est eruditionis amans, quà amens. 154.48

Nihil inquietius amore qui à cordis situ inquietudinem didicit. 157.57

Amanti sæculum est breuis tarditas beneficij. 171.111

Amor si adultus nascatur, etsi non eruditus, benè scit decornare verba, ac concinnare sermones. 178.1

Vt impatiens temporis sit. ibid.

Non patitur amatum vlla angi reliquia pauoris. ibid.

Quidquid amasiæ est magnò æstimat amans. 180.8

Amor artifex igneo stylo duritiem mollit. ibid.11

Æquat quos ligat. ibid.12

Assentiendi compendium amor est. 191.61

Curtè amat qui vel breuem mœroris siue metus spinulam non præuiæ gestit ab amato depellere. 193.1. tota sect.

Amor tot filios suscipi, quot amicos. ibid.

Amor vt retegat tegat egestatem amanti, artifex negotiosus insistit. ibid.6

Dispendium non creditur quod amor est. 254.26

Nimius amor purpuram non discernit à sago. 143.67

Ab oculis in oculos qualiter iacula mittat. 247.88

Ingenij largitor & amor, & Bachus est. 250.102

Amor sine manibus non est. Venus de fœdo thalamo fœnus facit. 254.15

Amantium aures patulæ sunt, quemcumque susurrum in amasia percipiunt. 282.16

Vt amorem concilier erga Rempublicam officiosa cura. 357.3

Tabescere amantium est. 371.67

Nulla est voluntatis ansula nisi amoris. 415.8

Pharetrati amoris tactus scopus in odium sagittarium vertitur aliquando. 416.11

Amor quà impurus nudus depingitur, pharetratus quà lictor. pennatus quà post homicidij flagitium fugax. ibid.

Quare cæcus? 27.98

Quæ sub elementis amoris disciplina bellandi. 476.16.17

Quantum videre delectet quod amatur? 470.31

Amor clausuræ impatiens est, quà ignis, incendij inquietudine proditur. 487.56

Lasciui amatoris exordium, & finis funis est. ibid.57

Quam infælicia vincula amoris! ibid.

Reum cupidinis illicò damnant ad cædem. ibid.

In negotio vinculorum nihil fortius Amasia. 488.59

Cupidinis fauor officit, vel absoluendo nequit prodesse. ibid.60

Libertatis specie donat infamiam. ibid.

Nemini est odiosum quod suum: nullus qui cæteris, sibi fœtet. 394.77

Amor erga Deum.

Amor erga Deum immortalem, mortis egit officium.

officium. 90.189
Religionis vt fortis. 189.50
Deus amoris amplexibus premitur. 478.25
Ad bona excipienda cælestia solùm quòd amemus, instruimur. 319.57
Amoris officia. 426.48
Alterum reddit amantem. 427.49
Eius si in Deum collimet præstantia. 427.49
Diuinus retundit inuidiam. ibid.
De obscuritate in lucem opinionis educit. ibid.
Æternat amantem. ibid.
Amor qualiter stare & volare simul edoceat. 224.141
Homo amoris impellentibus flammis beandus in æthera concitatur. 478.26
Cur amoris Angelus non deputatur Paradisi custodiæ. 481.37

Anathema.

Anathema quid propriè? 465.127. & seqq.
Ἀνάθημα, & Ἀνάθεμα an differant. ibid.129
Anathema & donum & execrationem significat. ibid.
Anathema obliuionis qualis notio; 466. 31. & seqq.
Vide *Votum.*

Ancilla.

Ancillarum famulitium honorem dominarum solitat taminare. 307.12.& 308.17.
Quæ supra ætatem vitiis seniores de heræ leuitate dant testimonium. 307.13

Andabata

Andabatarum pugnæ. 12.44

Angelus.

Dum iudicem agit; quo clarius pateat veritas, impudicam causam oculis pertractare non renuit. 75.126
Non sat est Angelus quod est si sub corporis figura se exhibet, vt tutum se reputet à procace tentante. ibid.
Tum in Angelorum curiam transitur cùm rationales, & rationis extorres vnius Principis dirigantur industria. 213.92
Angeli quiescunt pariter beatitudinis gaudio, & irrequieto opere nigotiantur. 224.141
Angelica instantia Angelorum actiones sunt. 276.113
Angeli Dei oculi nuncupantur. 296.83
Angelorum innocuus candor quidquid aduersatur virtuti sordes reputat & nigredinem. 297.87
Quidquid est Angelus, Angelorum Domino mancipatur. 344.158
Imago Dei est, speculum purum, lumen manifestans occultum. 395.81
Angeli transferuntur in Deum vt dignè Dei modulentur elogia. 436.87
Angelorum nomina non seruilia sunt, sed sublimitatis stemmata. 478.23
Angeli cùm militant pro pace certant. 477.18
Se in hominum merita insinuat, quasi satagat cum homine mærente mæreri. 479.28
Quod propriæ fortitudinis est in hominum meritum transferre solicitat. 479.28
Obedientiam edocent. ibid.
In Iesosolymitano templo stationes militares agebant pro tutandis sacris. & quæ eius ratio? 443.24
Etiam cum Deo Antagonista, pro homine, virtute opitulante, decertans. 478.25
Animosus ignis est Angelus. 479.29
Ingeniosum speculum, intelligens flamma, & quasi omnipotentiæ superbia. ibid.
Non pudet Angelum ignobile viléque ministerium dum vsibus proficiat humanis. ibid. 29.101.
Pluris quàm se æstimat Angelus humana, dum prosit humanæ consuetudini, cuius satagit, ibid.
Pro deside pugnat, pro pugnante vincit, laborat pro inope. ibid.
In omnes se formas vertunt, vt informe genus humanum ad splendorem primigenium reforment. 480.38
In obsequium hominis sanguineus euadit. ibid. 31
Commilito fit, nec detrectat cum musca, rana, & sciniphe numerum agere. ibid.
Iacturam honoris non iudicant à Sodomitis peti, dummodo castum sospiteut à periculo. ibid. 135
Angelus quà non ex puluere constitit, puluereo homine infœlicior ad veniam. 355.195
Cur inuentli forma pulchritudinísque apparatu Sodomam euersuri descendant? 480.33
Non verentur cum iumento colloquia miscere, si salus hominis agitur. ibid.32
Humilitas Angelica quos fructus pariat. ibid.
Angelum non pudet suæ indolis lucem cum obscuritate partiri, dum proficiat hominibus, eorùmque inimicis officiat. 481.34
In hominem ferum, quasi in feram armatur rationalis spiritus. ibid.35

Anguilla.

Anguilla in strigmento parœmia. 30.108

Anima.

Quo distet ab animo? 135.125
Ingentis gaudij animus non est capax. 194.4
Eloquentia animæ contritio est cordis. 182.17
Vt ex corporibus quædam in animum deriuetur cognatio. 301.105
Animæ decus pompáque quàm parui æstimetur, cum plurimi pompa corporis & status. 399.98
Eius pictor frons est, rationaliùmque scriniorum latebras pandit. 433.74

Antistes.

Antisti tum est miracula publicis & sacris confirmare instrumentis. 406.19
Antistitum gloria, licèt de donis cælestibus cumuletur è paxillo pendet: qui nisi humilitatis pondus accedat, facilè frangetur & cadet. 328.95

Aqua.

Aquarum dignitas. 41.146
Spiritus super aquas vectus. ibid.
Dei gloria ab aquarum dominatu. ibid.147
Aquæ modulatrices quæ. ibid.
Aquæ molles de quibus id neget Aristot. 108.11
Aqua materia perfecta, læta, simplex, & de suo pura. 172.118
Ariditas quatenus dicatur de aqua. 184.28
Cur nonnisi viua ad lustrationem ante orationem adhibebatur? ibid.41
Antiqui nocturnum somnum aqua eluebant. 236.34
Aquæ viuæ ad lotionem aptiores apud prophanos & sacros. 237.39
Aquæ Solis Persis Regibus vsus erat. ibid.
Aquam Deum putabant Persæ. 41.148

Aqua aurea nuncupata apud Persas. 180.9

Arma.

Armarium à Thesauro apud Persas non dissidebat. 228.2
Quæ propriè dicantur arma. 13.48
Arma propria Persarum. ibid.& 186.34

Armilla.

Non solùm ornamentum brachij, sed & pedis. 116 44.
Armilla viuorum arma. 408.30
In victoriæ præmium præstita ob armorum virtutem, ex quo notio. ibid.

Assur.

Assur pro omni Assyriorum stirpe in Scriptura. 478.26
Nomen præ omnibus Hebræis terribile atróxque. 479.27

Assyrij.

Eorum pedites vt plurimum fundibularij. 14.51
Virtus Assyriorum, eorum exercitus. 181.16
Assyriorum multitudo cur apibus comparata. 479.29
Assyrij in Gigantes. 483.n.44
Veneris Procacitatem ab Assyriis ad Persas fluxisse qui autument. 242.62
Vide *Persæ*.

Auaritia, Auarus.

Auaritia manus est peccatoris. 97.217
Quibus irretitur culpæ funibus, flagellatur Auarus. 151.31
Auaro metum adimit speciositas diuitiarum. 153.40
Auaritiæ vulnus, quàm curta & sterilis. 160.70
Auarus non alios annos nisi diuitiarum viuit. 169.103
Quietem non habet. ibid.
Numerat momenta vitæ dum nummos. ibid.104
Mortem vitæ nomine nuncupat, qui auaritiæ fœnora vitam appellat. ibid.
Auaritia lucri ad prodigium duplicat damnum auaro. 172.117
Auaritia nonnunquam religio nuncupatur, & meritum pietatis ambit. 177.134
Auarus etiam Deum quærit patronum cupidinis. 196.15
Vt sub virtutis larua auaritia delitescat. ibid.
Qualiter auaritia prouidentia appelletur. 251.2
Auarus vt prodigus simul esse soleat prodigus vt auarus. 254.15. & 255.16
Auaro deest quod habet qui semper inhiat turpiter acquirendis. 259.33
Sæculum incolit auaritia. 261.42
Auarus adeò inuisceratur in nummis vt denarios amet quasi genuerit. 310.22
Cælestis auaritia non solùm impleri, sed & nititur redundare. 320.60
Vix est cælestium diuitiarum auarus. 319.58
Auaritia nec tarda est, nec somno vincitur, nec retardatur. 364.34
Hominum ea est vt nec Numini ficto colendo sciat erogare substantiam. ibid.
Ignara est vestigij sub auaro. 418.17
Auarus aut sedet aut incubat, gradi nescit, aureis vinculis præpeditur, manibus non pedibus constat. 429.59.tot.
Auaritiæ ætas senectus & pueritias sunt. ibid. 60
Auarus diuitiis mobilitatem inuidet. ibid.61
Eius quale supplicium. 430.62
Post fatum recumbit sub saxeo pondere qui superstes opibus incubabat ibid.
Mancipium æris auarus est. ibid.63
Eius sepulchrum infernus, cùm soli cadaueri sit sepulchrum. ibid.64
Vel inter gazarum symbola immotus concremari patietur, antequam à nummis disiungi. ibid.
De aceruis cogitat adhuc dum se volutat in lecto. ibid.65
Rerum vsum non amat, vnus est ei vsus abscondere. ibid.
Auaritia si semel stet, facilè ruet. 431.66
Si aliquando pedes auaritia sibi permittat, actum est de emblemate diuitis. ibid.
Auaritiæ cura rapere, non repere est. ibid.
Auarus etiam cum vrgetur opes profundere, sensim dispendit. 332.114

Audire, Auditus.

Non bonus auditor est qui in bona concionatoris verba post concionem prorumpit. 227.152
Audire, consulenti obtemperare est. 356.2
Audire discipulorum est. ibid.

Aula, Aulicus

Aulici blandimentis adulatoriis Principum exaggerant vitia. 115.140
Dæmonum artes parum prosunt in Reges, nisi aulicorum assentatione iuuentur. 175.128
Aulici passionum Principum nutritores. 157.60
Quam studiosa eorum assentatio. 191.62
Aulici adulationis dente sciunt Principi infligere plagam, medicinam reddere ignorant. 390. 61. tota sect.
Scorpiaci sunt. 392.68
Pruritu laborant, ambitionis & census cupidine reciproce vellicantur. 390.64
Aulicorum morbi non simplices sunt, publicè serpunt, faciléque adhærentibus hærent. ibid.
Vt Palatiorum clyma eadem lues contagionis infestet. ibid.
In aula plures inueniri solent carnifices, nullus tamen ad reddendam vitam industri. ibid.
Horum ingenia vt in perniciem Regum Regnorúmque documenta gubernandi ministrent. 392. 68

B

Baal.

IDem quod *Dominus*. 16.56
Eius cultores vtpote ambitiosi *statui* vouebant aras non Deo. 264.56

Bacchus.

Ingenij largitor Bacchus. 250.102
Bacchi natalitium vt celebraretur. 279.1
Vlulatus tremuli Bacchantium proprij. 266.46

Baculus

Quid? & cui vsui? 14.49

Bagao.

Præcipuus administer Holofernis. 240.56
An Symposiarcha in Holofernis triclinio? ibid.
An nomen commune Eunuchorum. 241:57
Anchilyarchus Holofernis exercitu. 292.64

Balnea.

Balneorum vsus apud quos frequentior. 108:10
Balnea qualia deceant fœminas. 235.&n.30
An ad expiandam cædem antiquis vsus? 239.35

Lætitiam

Lætitiam conciliant, robúrque ad pugnam. 237. 38
Cur salubriora, & quasi sacratiora quæ ex aqua viua. ibid. 39
Balnea in gymnasiis vbi pugiles vncti colluctabant apud veteres & quare? 108. 11
Qui fructus vnguentorum post balnea ibid. 12
Balthasar.
Balthasar in vna patera de triplici flagitio studuit reportare dulcedinem. 307. 11
Cur non integra manus sed tres digiti ad eius sententiam apparuerint? ibid.
Cur in numero mensura & pondere sententia libretur? ibid.
Qualiter minus habens inuentus fuerit? ibid.
Cur impauidus subsistat ad mortis ictum qui ad signum mortis pauidus tremiscebat? 318. 54
Minus indiguit animo cùm animum afflauit repentè. ibid.
Cum cogitare designit & timere. ibid.
Eius supplicium, digitis demonstratum fuisse demonstrat. 331. 108
Baptismus.
An Antiqui baptizandi totum corpus immergebant in balneo? 235. 29
Hebræorum baptismus an integrum ablueret corpus? ibid.
Baptismus Iudithæ in fonte Bethuliæ qualis. 235 29 & seqq.
Beatitudo.
Beatitudo supra opinionem beata. 204. 54
Esse desinit si incœperit esse suspecta. ibid.
Beatitudinis tam plenus est qui magis, quàm qui minus habet. 259. 34
Amoris impellentibus flammis homo beandus in æthera concitatur. 478. 26
Gloriæ splendor speranti cœlestia quàm celer affulget. 337. 134
Videntium Deum stemma, gaudium est & lætitia. 407. 25
Iudith qualiter videntium Deum nuncupetur lætitia. ibid.
Quotquot cœlites tot sunt Reges, quibus gloria pro diademate est. 485. 50
Bellum.
Principem dare quid significet in bello. 358. 8
In belli irruptione duo erant soléniores clamores: in congressu alter, alter post pugnam. 359. 10
Iubilationis canticum vt in congressibus militaribus insonet. ibid.
Præliares impetus vt primo diluculo fœlicius fiant. ibid. 11
Impetum facere, belli signum fuit. ibid. 12
Pugnæ signum apud Persas vexillum flammeum. 361. 18
Nisi de Ducis imperio signum pugnæ euehi non poterat. ibid.
Viri solùm ad bellum idonei. 366. 45
Belli quæ consilia inuent vt vincat hostis. 378 18
Tubæ ad bella Hebræis vsitatæ. 403. 8.
De prælio properandum ad aras, altare sit pompa triumphi. 474. 9
Belli signum apud Persas Aquila aurea peltæ insidens. 365. 43
Bellantis manus vt simul debeat esse Sacerdos. pugnæ ardor pyra, classicum armentorum oblatio. 474. 8
Nonnisi pacis officina sit bellum, non ad pugnam sed ad tranquillitatem pugnetur. 476. 14. tot.
Belli sors promiscua. 494. 81
Quæ sub elementis amoris disciplina bellandi? 476, 16. 17
Bellicam fortitudinem quanti fecerint Persæ. 182. 20
Vide *Miles.*
S. Benedictus.
S. P. benedictus an gemino Angelo custode potitus fuit? 297. 86
Vt Monachorum Pater & Dux. ibid.
Spiritu duplicato Elisæum imitatus est. ibid.
Beneficientia. Beneficus.
Beneficientia in omnes nobiliori, augustiórique prosapia filium vniuersitati progignit. 160. 70
Benefica manus debitum putat, quod donat. ibid. 71
Beneficentia vt diuinitatem arguat. 192. 72
Gentiles quemque beneficum Dei vocabulo nuncupabant. ibid.
Ille verè beneficus qui priùs occurrit pudori petendi, quàm egestati. 194. 4
Beneficium.
Beneficium Dei æternandi memoria. 466. 133
Vt eorum obliuio, memoriæ monumentum esse possit ad grates. ibid.
Prodigium beneficij diuini est quod euaneat expectatio, non desperatione sed sorte. 338. 138
Celeritatis æmula beneficia faciunt præteritum de futuro. ibid.
Beneficium quod sine mora pretio venit, vt celebrari debeat præ alio illustriori, dubia expectatione acquisito. 339. 142
Potior beneficij retributio, ipsius memoria. 38. 135
Beneficij magnitudo periculi suspicionem solet inferre. 194. 4
Vide *Deus. Liberalitas. Bonum.*
Bethulia. Bethulienses.
Bethuliensium extrema clades sanguinem animalium ad potum haurire. 184. 32
Bethuliensium lætitia ex Iudith reditu quanta. 292. 65
Bethulienses quantum ex Iudith facinore in virtute profecerint. 298. 93
Per malorum apparatum & pompam profundos orbis effodère thesauros. 425. 48
Vide *Iudith.*
Bonitas.
Bonitas diffusiua sui est. 243. 67
Bona. Bonus.
Mundialia bona, tenebrarum more, dum captantur labuntur. 82. 154. tota sect.
Eorum vacua est possessio. ibid.
Dum magis augentur peiora fiunt. 65. 85
Bona sæcularia vt tumultuaria sint. 66. 86
Differentia inter cælestia & terrestria. ibid.
Cælestium bonorum indoles. ibid. 88
Verè stultus qui fortunæ bona pro vita habet. 69. 103
Bonus aliquando pro bene perito. 182. 21
Speciosa sæculi bona etsi fallant visa, diuisa, & emedullata non fallunt, gustu se produnt. 206. 59. tota sect.
Mundialia bona tactu examinanda, non oculis. ibid. 61

Manibus contrectata euanescunt. ibid,
In epulis vsus erat his vocibus. *bonus & bona.* 243.68
Bonus pro pulchro, ibid.
Boni erimus si quisque se vnum reputet, & non plures. 151.1
Quam cautè de temporalibus bonis prouidendum. 157 27
De temporalibus bonis cogitatio vt vicina peccato, ibid.
Vt in donis cælestibus excipiendis instruamur de amore. 319.57
De cælestibus plura sunt expetenda quàm opus eget, ibid.
Faciamus vt bona pendeant ex nobis, non nos ex bonis, ne cum illa ceciderint, nos cadamus. 326.87
Ea est cumulatior spetari boni lætitiæ, cuius minus prolixitas tarditatis momorderit. 337.133
Doni cælestis velocitas æmula est desiderij cupientis. ibid.136
Bona quæ ex expectationis momentis tanquam in reside palude stagnantur, fœtent à mora, & pigritia sortis ægrotant. 338.138
Eadem quæ circumstant fruentem, pro monstro sunt vt pauorem incutiant. 353.188
Illudimur specie bonorum, & veris fallimur qui fallacibus inhiamus. ibid.189
Mundialia bona quæ in ambitionis sacculo congeruntur, absque succedentium spe.413.1
Honores impiorum bona sunt iusti, tandem ei sorte restituente donantur. 422.30
Bona ipsa ab impio se festinant auellere, vt in sortem iustorum cadant. 381.32

Brachium.

Aliquando pro vallo. 14.51
Pro robore in Scriptura. ibid.58
Moysis & Iudithæ brachia organum diuinæ potentiæ. 16.59
Pro tyrannidis violentia sumitur. ibid.60
Brachium erigere operis ineundi symbolum. 17.60
Brachia tendere deditionis signum. ibid.
Brachium erigere Imperatorem, signum erumpendi in hostes. ibid.61

Brutum.

Etiam bruta Deum assolent in iustis venerari. 212.86
Vt arena ferarum principatus schola sit. 213.90
Bruta animantia præ hominibus nonnunquam Deum venerantur. ibid.91
Brutorum obedientia solùm innocentiæ debetur. 212.89

C

Cadauer.

PErsæ cadauera cera circumliniebant, vt aduersus putredinem armarentur. 461.111
Cadauera igne comburere horrebant Persæ & Assyrij ibid.
Ægyptij non humabant cadauera, ne deuorarentur à vermibus. ibid.
Qui putauerint Persas corpora non humare. ibid.112
Ex quo tempore cadauera canibus, auibúsque deuoranda obiecerunt. ibid.112
Impium censebant Persæ cuius inhumatum cadauer volucres dilacerandum vndique non accurrerent. 385.43

Caïn.

Caïn in solitudines amandatur, qui cùm homo gigneretur, feram per fratricidium se fecit. 482.40

Calliditas.

Humana calliditate cælestis sapientior est. 184.30
Vide *Fraus & Dolus.*

Canis.

Non latrabit canis, adagialis paremia. 451.58

Canticum. Vide *Psalmus.*

Capilli.

Parthi capillum effundunt, Germani iungunt, Scytæ spargunt, 112.24
Capillos vnguentis suaueolentibus aspergere, Iudæis nimium in vsu. 449.50
Etiam in aliarum gentium spensis percrebuit. ibid.
Capillorum tormenta & artes.109.17.&110.18. & seqq.
Vide *Cincinni. Crines.*

Carica.

Caricæ primus Atheniensium victus. 124.76
Caricis abundat Syria. ibid.

Carmen.

Carmen seu à *carmenta* dictum, seu carens *mente*, & quæ huius deriuationis ratio. 440.6
Qui primi carminum inuentores. ibid.7
Poetæ an aliqui ex his qui solutè scripserunt dicendi. ibid.
Carmina è cælo fluxisse qui dicant. ibid.8
Linguam fuisse Deorum. ibid.
An id quia difficilia tortuosa. ibid.
An carmina in bibliis? ibid.6

Castitas. castus.

Ob paupertatem nuda vestita est. 59.55
Castitas triumphat, cum fugiens periculum facit criminis impotentiam. 98.225
Arma quibus feritur, oculi sunt. ibid.
Castitas & ieiunium arctum habent cùm limpiditate commercium. 108.10
Castus fortes neruos habet. 119.54
Castitas vera vita est. 168.100
Etsi illibata sit, si semel subeat turpitudinis suspicionem, à sui floris pulchritudine cadit. 204.54
Vt rea iudicanda est fœminæ castitas, licèt perfecta & constans, in quam fœda coniectura fuit ausa. 205.56
In re castitatis etiam debellauisse dedecus est.ib.57
Ad calumniam sat est venere potuisse deuinci ibid.
Officiosa castitas sibi sufficit pro integro corporis famulitio, 241.59
Castitatis alimentum ieiunium est. 267.70
Castitas Angelorum dos etiam, corpus quasi in Angelicam transfert naturam. 309.20
Angeli ad castum accurrunt. ibid.
Vt castus, custos Angeli possit esse. ibid.
Castitatis vt cæca debeat esse victoria. 282.14
Etiam castitati nuditas prodest licèt inseruire soleat luxuriæ. 283.14
Lorica castitatis est fuga, & armarium fugæ nonnisi inopia. 220.24

Castitas benemerita de constantia, castam in virginem transfert. 408.19
Castitas flere debet etiam in fortuna victoriæ infortunium periculi. 314.37
Illibata ignorat sexum, quasi nec vir nec fœmina, sed Angelus sit. 289,50
Nec periculi etiam præteriti castus subea memoria. honesta & pudor abigant species.451.62
Castitas cæteras trahit secum virtutes. 431.67
Castitatis theca sacrarium est, castitas sacrificium. ibid.68
Fœmina casta viuum altare. ibid.
Castus, Angelus, & Sacerdos perinde sunt in munere, licèt in natura diuersi. 432.70
Iudex libidinis castitas est. ibid.71
De Angelo & fœmina torques fit, fibulis castitatis stricta. ibid.
Inter Deitatis stemmata castitatis nitet elogium. ibid.72
Sacrarium fœminæ castitas est. 296.80.& seqq.
Castitas vt cautè quamlibet sui suspicionem turpem depellat. ibid.
Pro monstro est inter lasciuorum hominum spineta castitatis rosa imperculsa. ibid.
Sæpè in progressu victoriæ vbi castitas pugnat, vincitur victor. 300.100
Germinare ictum oportet, ne qui in duelli principio vincit, in fine vincatur. ibid.
Nunquam inops est castitas, opes luxuriæ in eius recidunt ornamentum. 437.90
Angeli iacturam honoris non iudicant à laicinus peti, dummodo castum sospitent à periculo. 480.33

Castra.

Castrorum orbiculata figura apud quos. 141.149
Castra Dei qualiter Assyria & barbarorum alia dicantur. 443.21
An Angelorum militia *Castra Dei*? ibid.
Quæ Dei castra duxerit Iudith, in sui auxilium posita contra Assyrios? ibid.23
Castra dicta quia casta, vtpote in quibus castraretur libido. 448.45
Qualis situs & numerus castrorum apud Persas. 137.134

Cernuus.

Calceamenti genus. 115.41

Cessare.

Cessare quid? 106.1
Non cessare pro dicere. ibid.

Charitas.

Charitas an semper pro puro, an de inhonesto amore dicatur? 30.109
Sumitur pro acquiescentia. 31.113
Quid per labra charitatis enuntiet Iudith. 30.109. vsque ad 116
Nihil charitate imperiosiùs. ibid.
Vera charitas est, quæ de periculo animæ propriæ prius consulit quam de alieno 66.87
Charitas in proximo qualis esse debeat. 193.1. & 194.2
Vide *Amor erga Deum.*

Cherub.

Cur sistitur ante paradisum stricto gladio? 421.27. & 481.37.
Vt in gladio flammeo quid intus in paradiso præcesserat, describatur. 334.120

Chorea.

Chorus puellis Syriis maximè in vsu. 411.44
In triumphis, Citharistarum resonabat chorus. ibid.
Hebræis fœminis choros contexere in vsu fuit. ibid.46
Choreæ Christianis primò non interdictæ pro Sanctorum honore. 413.50
Prohibitæ postea vt nimius luxus auerteretur. ibid.
Choreæ post triumphum. ibid.

Christus.

Cur prius Filius Dauid nuncupetur, quàm Abrahæ. 379.20
Christi nascentis quæ arma sint, cùm Angelorum ducit phalanges. 477.18
Cur paccate & sine hoste nato exercitus perstrepunt Angelorum? & cum ab inimicis vincitur, ad mortem Angeli obsequia bellica non impendant? ibid.19
Christi suppellex præsepe ad cunabula, lignum ad dormitionis puluinar. 419.21
Christus adhuc sub vagitibus potens, spolia detrahit. 494.84
Sententia ignis non perituri à Christo lata, an quà homo vt dirior sit. 65.81
Eius passio vt in Isaac & ariete hærente inter vepres diuisa. 66.88
In ariete patitur Christus mortem, in Isaac mortis timorem. ibid.
Christo non plenè pro homine visum fuit pati, nisi propter mortem mortis pateretur timorem. ibid.89
Cur ei sudor sanguinis ante mortem. ibid.88
Eius intellectus ab opinione aut dubitatione alienus. 70.107
Cur ficulneam maledixerit, cùm nondum tempus ficorum aduenerat. 71.108
Christus vel dæmonem percutere quà Filius Dei detrectare videtur. ibid.109
Noluit Filium Dei in iracundia cognosci, sed in patientia. ibid.
Damnaturus adulteram, cur priùs scribat in terra? 73.117
Dum iudicem agit se deliberantem ostendit, ne ex abrupto iudicasse videatur. ibid.
Spinis coronatur, vt spinæ aculeos deponant. 77.134
Eius vita velut parenthesis lucis fuit. 83.160
Quà sæcularis homo putatus à Iudæis prendi potuerit, teneri non potuit. 84.162
In ipso redemptionis momento passionem suam crucifigentium tribuit nescientiæ, ne nisi pro peccato mori videretur. 88.179
Moriturus inclinat caput vt spiritum veritatis quà ortæ de terra, terræ demitteret. ibid. 180
Crucifigi delegit, ne manus lacescerent à pietate. 89.185
Ab eius expansis in cruce manibus æquale amoris prodigium, & incredulitatis miraculum in Hebræis. ibid.
Eius corpus quà oratione genitum Dei templum vocatur. 146.15
Ex Virgine Matre natus, vt nullius hominis filius singulariter diceretur. ibid.75
Cur lilium conuallium dicatur? 160.67
Eius manus vt cessare nesciant à donis. ibid.
Filium orbis beneficientia in omnes se prodit. 161.74

Quà

Quà beneficus viuit. ibid.
An Filius Sabbathi ab irrequieta beneficentia nuncupatur? ibid.75
Lucis Filius. ibid.76
Christus Dominus quam auidè crucis mortem exoptet. 171.111
Iuxta se intingentis arbitrium color à sanguine Christi pœnitens albedinem, rebellis peccator haurit nigredinem. 173.119
Cur inclinato capite moritur? 199.28
Vt homines leuaret à pœna, leuiora eorum studuit apparere peccata. ibid.
Non sic peccata hominum potuerunt augeri, vt supplicium Redemptoris æquarent. ibid.28.
Christus in nouissimo die vt incendij ferat sententiam, læsæ misericordiæ solas exhibet causas. ibid.29
Inclinato moritur capite, redemptionis sacramentum veneraturus. 207.68
Hominum crimina sub felle gustauit, hausit. ibid.
Eius mors, vt iustitiæ perfectissima consummatio. ibid.
Cur moriente Christo rerum natura discinditur: 209.73
Christus cur oblatos à discipulis cibos recusat, cum aquam petit à Samaritana? 222.135
Cur interroganti Pilato gentili respondit, non item Hebræo? 223.135
Ab Hærode citò discedit, ne redemptionis sortem iniquo temeraret consortio. 227.152
Christus post mortem voces laudatorias repellit. 226.150
Autem auditoris exoptat, nullum cum labiis vult habere commercium. ibid.
Vt soluere à vinculis peccatorem, ipse soluitur in immensum. 261.44
Eius redemptio quam superabundans. ibid.
Vnde fuisse diuinam clauis appareat. 262.45
Christo sepulchrum vt stolidè micto lapide obsignetur. 30.54
Christus cur discipulos simul dormire iubeat & surgere. 312.28
Cur suscitaturus Lazarum lachrymatur. 314.38
Flet cùm suscitat Lazarum, malens se madidum à pietate, quàm à potestatis robore siccum. ibid.38
Lachrymatur pariter cum castigat, quia Deus. 313.35
Vt Christus se morti dederit, non solùm pro redemptione peccati, sed pro peccati periculo redimendo. 314.40
Cur discipulis Dominus phantasmata videatur, maris vndas vestigiis calcans. 317.52
Cur fodiuntur manus & pedes Christi Domini. 322.68
Christus de hora vestimenti quasi oculos & os effecerit voto succurrendi & benefaciendi. 338.139
Cur primoribus labris gustato aceto, vas delictorum consummatum esse testetur. 340.148
Quale Christi gaudium sub Pastoris figura ib peccatoris reducis pœnitentia. 342.154
Cur illum imponat humeris. ibid.
Vt nec baculo minauerit reducem. ibid.
Nec eum manuducit ad donum. ibid.
Christus quam pati auidus etiam post patientiæ cursum emensum. 345.163
Facinoris Redemptoris incorruptior præco exhibitio vulnerum est. ibid.
Postquam pati impos, quale pro patientiæ præteritæ signo nouum ediderit artificium patientiæ. ibid.
Cur Discipulis in Thabor iubaris apparatu, gloriæ maiestatem demonstrat; qui inimicis dolorum quibus angitur, tempestatem expromit. 351.184
Quà Patris Verbum & scientiarum Dominus, peccato redimit hominem: quod stultitia est. 379.21
Nec Christus clamatur Redemptor, nisi postquam redemisse cognoscitur. ibid.22
In passionis vestibulo cur gladios emere iubeat, quos iubet in vagina asseruari. 383.37
Christi vultus vt nosci difficilis vel suis, à suæ passionis exordio. ibid.51
Quare à militibus eius facies obnubitur velo vt conspuatur. 387.51
Christus pennatum remigium est, vt ad cælum aduoles & sæculi pelagus tranes. 419.21
Qui vt Leo vincit vincitur ad victimam: victor & victima ipse est. 473.5
Quem gladium Christum misisse in terram dicitur, cùm ad id venisse testetur. 477.10
Gladio, configentes hostes diiungere satagit, ne configant. ibid.

Christianus.

Praui & flagitiosi Christiani magis officit, quàm Barbari & Pagani societas. 211.128.101
Vel ipse Deus praui discipuli societate, quasi periclitari videtur. 212.132
Christianis per Principis vitam vt liceat iurare, non vero per genium. 232.18

Cilicium.

Cilicium quale pœnitentiæ genus. 4.10.& seqq.
Consors ad prostrationem & puluerem. ibid. 10
An à sacco differat. ibid.11
Ex qua materia. ibid.
An cilicium Iuditha nudauerit cum à Bethulia excessit? ibid.12
Cur signatè ad lumbos affigi solitum? 51.18
A primordio generationis naturale indumentum. ibid.
Corpus nunquam denudet, nec possit. ibid. 20
Nullum asperius cilicium, quàm assiduus morbus. ibi.21
Qui cilicino sago indutus, corpus gestat peccati sub vmbra virtutis integer dolus est animatus, & mobilis. 148.21
Sic hæreat carni cilicium, vt vel cilicium carnem euadat, vel cilicina caro. 50.14. & dein.
Ex ipsis pœnitentis fibris texendum. ibi.
Cilicium & caro non duo, sed vnum sint. ibid. 15
Ab ipsa virtute texitur, quam inuestit. ibid.

Cinis.

Humilis orantis habitus in cinere, aut puluere, 4.12.& 5.14
Sordidæ vilitatis signum. 413
Sepulchri cinere, quasi casside caput armatur ad mortem. 52.22
Pulchritudinis radij cinere splendidiores redduntur. ibid.23
Pulchritudinis conciliandæ compendium est. ibid.24
Iudithæ pulchritudo cinere conspersa nitidior. ibid.23

Quæ

Quæ visu pulchra, tactu cinerea probantur. 53.29

Cincinni.

Vnde dicti. 311.23
An differant à Cirris. ibid. & seqq.
Athenienses cincinnos fœmineo more innodare soliti. ibid.
An grani fine. ibid.
Vide *Capillus. Crines.*

Circuitores.

Cui muneri inseruirent in bello. 361.17
An ab speculatoribus distinguantur. ibid.

Circumcisio.

Circumcisio an nocturno tempore perageretur. 363.32
An Iudithæ temporibus circumcisio gentibus vsitata. ibid.33
Quibus gentium tunc temporis in vsu certo non fuerit. 364.34
Circumcisionis lex solùm in Abrahami familia indicta. ibid.
An hac lege tenerentur cæteri præter propaginem ab Isaac. ibid.
In Samaritanis & Iudæis an duplex circumcisio. ibid.35
An rectè fieret & sine culpa ritus. ibid.
Adultis non inhibitum seipsos circumcidere. ibid.36.
An nunc Hebræi id vnguibus præstent quod in hunc vsum longiores parant. ibid.
Intentio circumcidendi omnes masculos sufficiebat, pro circumcisionis ritu excipiendo. ibid.37

Ciuitas.

Exempla ciuitatum obsessarum victus, & aquarum inopiam dissimulantium. 184.19 & 185.36
In vrbis obsidione solemne circuire muros, orationibúsque lustrare per ambitum. 366.47
Gloriosior videtur titulus possidendi populum, columen reddidisse. 484.49
Portarum ciuitatis obsessæ reseratio, infaustum omen. 291.60

Clades.

Certior est clades quæ sub specie delitet fauoris, quàm quæ manifestat arma necandi. 102.139
Vide *Labor. Calamitas.*

Clamare.

Clamare ad Deum idem venit quod exaudiri. 6.19

Clementia.

Nulla sunt arma duriora, tutioráque quàm lenia instrumenta clementiæ. 57.48

Cogitare.

Cogitare pro *facere*. 11.37

Cognitio.

Veritatis diuinæ cognitio vt ignorantiam, peccatum auertit. 88.180
Quibus nulla boni cognitio est, quæ clades in pœnam veniat. 275.107

Collum.

Turri comparatur, & quare. 22.80

Concionator.

Laudes concionator repellere debet. 226.150
Operis silentium prolixa est Concionatoris commendatio. 227.155
Concionator qualis futurus. 226.149. tota sect.
Concionator qui solum gestit de floribus & ingenio laudari, tot perdit animas, quot pendit elogia. ibid.

Concupiscentia.

Pro oculis in peccatore est. 97.217

Confessio.

Confessio, confiteri gratias agere, laudésque intonare significat. 441.11
Vt hac acceptione Eucharistiæ confessio vocetur. ibid.
Altaris pars, sub qua Martyrum reliquiæ quiescebant: confessio vocata. ibid.
Donaria quæ Sanctis suspendebantur, confessiones dictæ. ibid. 12

Connubium, vide *Matrimonium.*

Conopæum.

Idem quod Papilio, seu castrense tentorium. 114.149
An duplex Holofernis conopæum. ibid. & 128.78
Holofernis conopæum cur secum detulerit Iudith in Bethuliam. 316.47

Consilium. Consiliarius.

Consulentis quale debeat esse iudicium. 157.57
Humana consilia incerta & periculosa. ibid.
Prauus Regum Consiliarius dæmone peior. 175.128
Improbi consiliarij vitiositas Regum indoles sub obsequi specie innutriunt, dicunt debitum quod est nefas. ibid.
Etsi inter se suffragia Consiliatorum contraria sint, in vna Regis clade sociantur. ibid 129
Ille solùm suam fidem periclitatur in homine, qui nihil illi consulit de amœnitate vitiorum. 159.33
Rudes Consiliarij iudicantur, qui non consulunt quod delectat. ibid. 35
Praui Consiliarij vt sæpè ex tributorum ære Deum constituant, si status rationi conueniat. 264.57
Consilia quæ à voluntate, & non ab intellectu dimanant, in consulentis cadunt perniciem. 158.61
Praui Consiliarij Regnorum rebelliones progignere solent, quas nesciunt sedare. 391.67
Qui ad belli consilium imbelles senatores accersit, Magistratuum suffragio dabit inimico victoriam. 378.18
Ad consulem dat plenum experientia suffragium. ibid. 19
Experientia fit magistra consilij, intellectu suffragante. 381.28
Consiliarius ad munus inhabilis, consiliarius non est: ipse ab officio deponet. 379.21
Malè de opere consulit, qui nondum vel partem operis prælibauit. ibid. 23
Consiliarij Persarum super aureo latere sittebantur, & quare. 193.72

Constantia. Inconstantia.

Constantia seu immutabilitas, primum deitatis attributum apud plures. 58.52
Fortitudinis optima pars. 74.122
Quid inter constantiam & perseuerantiam intersit. ibid.
Sub magnificentia comprehenditur. ibid.
Pars continentiæ est. 76.129
Virtutum laurus constantia est. 374.8
Constantia sufferendi, assiduitas est. 490.66
Inconstantia crudelitate peior. 270.82

Consuetudo.

Improba consuetudo delinquenti, impunitas est delictorum. 271.91. per totam sect.

Confictu lo vt deitatem sibi præsumat ab improbis adorandam. 272.97
Et naturæ prodest ad vlterius opus, probata operis assuetudo. 380.16
Miraculum est, non assuetum operis opus perfectum edere. ibid.

Contus.

Quod armorum genus. 14 49
Contis affigere capita. 365.42

Conuiuium.

Conuiuium idem quod compotatio, & è contrà. 239 48.
Dies præcipuè in conuiuio etiam noctem significat. 240.52
Meridies media nox. ibid.
Balthasaris conuiuium noctu celebratum. 240 54
In conuiuiis nuptialibus etiam turba ad triclinium admissa. ibid.
Nuptiale epulum totam noctem in hilaritate absumebat. ibid.
Locum in conuiuiis decernere, munus symposiarchæ fuit. 246.84
Ordinem in cubando Cyrus instituit. ibid.
In conuiuiis propinatio primum circumferebatur. 247.90
Pocula, quibus, in conuiuiis dicabantur, & quæ. ibid. & 248.91.
Prima potio meracior erat. ibid.
Conuiuia vbi vinum abest, iniucunda. 248. 94
Pericula gignunt. 50.11
Conuiuia aliquando charitatis incitamenta. ibid.
Inter Persas & Assyrios conuiuas poculum & edulia prælibabantur, & quare? 122.67
Nullibi gentium ac Persis tam appetens obsoniorum gula. 229.6
Maximus apud eos honos quemquam in conuiuale admittere contubernium. 244.72
Primæ mensæ epularum, secundæ poculum erant. ibid.
Reges in conuiuali triclinio, velo vsi: ne à conuiuis aspici potuissent. 246.84
Cœnaturi Reges in sublimi toro accumbebant, humi autem conuiuæ. 247 87
In symposio lex erat cogendi hospites ad bibendum. ibid.90
Pincernis ministrantibus nulla fandi copia 248. 92
Quam spatiosa segnitie epulum protenderent Persæ. 279 2
Persarum consuetudo in conuiuandis exteris legatis. 452.63
In penitiori ædium parte conuiuale epulum celebrare soliti. 288.45

Cor.

Vt à terrenis euacuandum. 100.230

Cornu.

Fortitudinis symbolum. 20.72
Cornua altaris quæ, & cuius figuræ. 18. 67. & seqq.
Cornua pro radiis. ibid.68
Cornuta facies Moysis cur. ibid.
Cornua Lunæ superborum situs. 20.72
Persæ cornua sibi capitibus imponebant. ibid.
Cornua pro Lunæ & Solis effigie. ibid.

Corona.

Corona gramminea cæteris omnibus nobilior. 412 48

Corpus.

Corpus vestis animæ. 135.122

Creatura.

Creata omnia ob Dei obsequium in contrarios suos vsus deseruiunt. 125.83
Quæque creatura pro suo creatore armatur pietate. 136.130
Creaturæ qualiter dignius creatoris laudes extollant. 342 153.154

Crinis.

Crani criniuin quid propriè sint. 110. 10. & seqq.
Vide *Capillus*.

Crux.

Crux Dominica cur statera corporis dicta. 199. 28
Vide *Christus*.

Cubiculum.

Cubiculum, lectum genialem significare solet. 370.65
Pro quolibet lecto vsurpatur. ibid.
Cubiculum propriè vbi lectus. ibid.

Culpa, vide Peccatum.

Curiositas.

Prudentum est animi curiositatem ab alienis arcanis temperare. 124.80

Cyrus.

Eius modesta cautio visa fœmina pulchra. 138. 139
Cyrus Cambysis filius, lucernarum opifex. 140. 146
Vide *Persæ*.

D

Dagon.

CVr ceciderit sine manibus. 158.64
Dagon sine capite & manibus vitij est extrema figura, quæ adoratoribus documenta doloris inspirat. 377.13
Dagon an Venus, an Azotrius Iupiter. ibid.
Vt Dagoni vitam è consortio arcæ Azotij solicitent. ibid.

Damnati.

De pœna non resipiscunt ad veniam, sed dirius obdurantur ad culpam. 267.68
Vide *Reprobus*.

Daniel.

Nimio pretio à Nabuchodonosore habitus, vt qui ex cœna regia alebatur. 244.72
Vt Deus sit Danielis vita intra caueam leonum. 205.3
Daniël cur non potuerit leonum vnguibus dilaniari. ibid.

Dauid.

Lenitate de inimicis vindictam sumit. 58.52
Cur aquam de cisterna quam optauerat, noluerit bibere; sed libare. 66.90
Quàm velox ad casum, quàm tardus resurgit à ruina. 170.108
Dauidem vt compendio bellicis periculis adrogatet, Saul sub eius manum præstitit fœminam, 174.123
Dauid de quibus rogat necessitatibus liberari. 204.52
Cur obseruatur tempus quo Dauid peccauit. 209.76
Ad Regnum instruitur inter vrsos & leones. 213.90.

Dauid famam sui vt timuerit coram Achis. 215. 100
Eius triumphus grandior post elogium supra se attollitur celebratus. ibid. 101
Cur magis infensus Abisai; qui officiosus Regis defensor, quam Semei, qui conuitiator contumeliosus. 225.145
An à Nabal stricto gladio dona rogauerit. 276. [illegible]
Dauid cur gladio non priuat vitâ Saülem, sed oram præcidit chlamydis. 312.30
Clementia, Saülis impietatem deuicit. ibid. 31
Quare Saule iustior. ibid. 31
Decertaturus cum Goliath, ad cædem inimici vnum lapidem quatuor ad sui periculum præparauit. 315.41
Pietatis fuit hastam inuido Saüli adimere. 324. 77
Cur sine gladio egreditur, congressurus cum Goliath. 325.80
Cur à Gigante gladium mutuetur, quo perimat iam deuictum. ibid.
Vt supra fortem industrius. 351.182
Cur coram Saüle canem mortuum, coram Achis fortitudinis prodigium se præbeat. ibid. 183

Decuriatio.

Quid. 2.1

Delicia.

Deliciæ sæculi verbera sunt. 102.239
Deliciæ carnis imaginariæ. 201.37
Vide *Voluptas.*

Delictum.

Eiusdem delicti est operire & patrare delictum. 74.124
Faciliùs emendantur delicta mitiori supplicio. 198.26
Irritamentum delicti potissima portio delicti est. 109.17
Delicta vt per societatem vires acquirant. ibid.
Impunitas est delinquendi, affectata delictorum occasio. 217.109
Vide *Peccatum.*

Desiderium.

Desiderium diuinorum, possessio est. 83.158. & 95.210. tot. sect.
Desiderium nisi adiungatur spei, inferni tormentum est. 83.160
Desiderij vehementia prophetat. 95.210
Desiderium quô nondum potuit vestigio, peruenit affectu. ibid.
Cupiditatis ardor solet esse pro lumine, quo quis præuidet quod desiderat. ibid.
Erga Deum etiam desiderium non ostensum, habenti sufficiens est, vt desiderata præuideat. ibid. 211. & 96.212
Beneficiorum tempus ante tempus efficiunt vota. ibid. 214
Diuini beneficij adeò possidens est desiderium, vt fraus videretur inferri, si quod quis desiderio præuiderit, auferatur. ibid. 215
Desideria humanarum rerum perdendi, non habendi sunt vaticinium. ibid.
Contactum fallunt, amant futuritionis periculum. ibid.

Deus. Diuinitas.

Etiam in opere humano primus. 11.37
Deus, idem quod *ipsum* apud Platonem. 15. 52
Tunc Dominus dicitur quando hominis; & quare. 6.20
Dei iustitia metitur peccati supplicia. 11.41
Inuocato nomine præsentissimus occurrit. 18. 64
Manu sua templum Salomonis delineauit. ibid. 66
Fidei iusti orantis quasi obedienter accurrit 20. 75
Subornatur à nobis memoria sui pro beneficij pretio. 37.133
Sui nominis victoria gloriosior est ipsi cæteris. ibid.
Eius potentia vt eluceat in paruis. 38.138
Non in pluribus, sed in vno plures obtruncat. ibid.
Ipsi resistere quid sit. 39.142
In primis parentibus omne posterorum genus vestiuit. 51.18
Cur manibus propriis. ibid. 19
Afflatu spiritus in Adam, orationis immisit disciplinam. 54.36
Deus non vlciscitur inimicos, nisi vt defendat suos. 58.49
Deo vel nomen vindictæ defensio est. ibid. 50
Deus mali osor, boníque amans, quamlibet bonitatis portionem si forsan in opere prauo delitleat, sibi satagit arrogari. 69.101. & seqq.
Deus simul est quidquid est. ibid. 140
Dei scientia vno haustu quid mente pertractat, cogitat. 70.105
Deus vt irascatur in hominem, formam prius hominis subit. ibid. 107. & 71.108
Hominis indolem reformauit cum de furore transtulit in patientiam. ibid.
Se fingit hominem cum condemnat, qui verus homo fit cum absoluit. ibid.
Dei iudicia, vt in prouidentia sint posita. ibid. 112
Deus prouidentia pius absoluit, quem lex condemnabat de crimine. ibid.
Oculis interrogat, videt verbo. 74.122
Deus quà Deus videns est, quà Iudex, videns & Deus. 75.126
Magis noster, quàm nos. ibid. 127
Deus omnem spinarum vsum præsumit sibi, ne in via virtutis iustus pungatur, dum pergit. 77.134
Nonnisi per Deum ad Deum acceditur. 78. 138.
Eius benigni oculi, improbis sunt pro gehenna. 79.143
Eius oculi qui iustis diem, improbis densissimam noctem offendunt. ibid.
Dei seruitus principatum tenet in orbe. 81.149
Deus iustis, seruorum more parere videtur. ibid. 150
Velut aliena fila sunt Deo lineamenta furoris. 86.170
Ira Dei cortex est cum nucleo pietatis. ibid. 171
Prius bruta punit, quasi se instrueret ad hominem puniendum. ibid. 172
Deus si sciretur, numquam iniuriam acciperet à peccante. 87.175
In iuuando fortitudinem, in puniendo laborem demonstrat. 89.183
Eius brachium non erigitur ad supplicium, nisi simul pietati proficiat. ibid.
In hominum sanguinea strage, nondum Angeli manu lassata, iam manus Domini lassatur. ibid. 184

Vna dies puniendi homines, Deo sæculorum visa est. ibid. 184
Mauult Deus fortitudinem in defendendo suos demonstrare, quàm requiem in pacifica eorum possessione retinere. ibid. 186
Deus iustorum manu, quasi sui brachij complemento operatur. 90. 187
Iustorum satagit fieri cor. ibid. 189
Non solùm in præcordiis animæ cum iustis, sed in extima cute cudi amat, vt iusti membra, non solùm Dei, sed appareant esse quod Deus. ibid.
Deus in deitate impotens mori, amoris ingenio meditatus est mortem. ibid.
Suæ gloriæ vult hominem habere consortem. 93. 200
Eius claritas nec inuida est, nec superba. ibid.
Dei gloria est in instrumento fragili vincere. 104. 246
Amat Deus imbecilliora subsidia, ne agminum arrogantia vicisse dicatur. 105. 249
Nulla Dei imago permissa Hebræis. 107. 5
Deus vbique petentibus præsto est. 143. 1
Qui Deum sequitur plures fit, cum sit vnus. 145. 10
A se alienum non reputat, si cælum pro orationis domo commutet. 147. 16.
Deus qui oculis mortalibus horror, vt gustus lenissimus ori sit. 164. 87
Eius verbum in ore hominum, linguam tardam reddit eloquentem. ibid. 88
Dei qui in prima orationis acie resistit, tandem vt tenellus deuincitur. 165. 89
Dei castigantis opera vt perfecta. 181. 14
Flagellat Deus quos sub verbere cupit esse sanatos. 206. 60
Timorem satagit Deus pellere à iustis. 194. 3
Etiam futurum metum sanare contendit. ibid.
Quidquid extra Deum est, post primum impetum tædium mouet. 201. 38
Deus vt in centro sit. ibid.
Vel ideo ambiendus, etsi deessent cætera, quia quod Deus non est, nihil est. ibid.
Qui à Deo abscedit, quò cursum dirigat non inueniet. ibid. 39
Nullò pergit qui secedit à Deo. 202. 43
Eius zelus qualiter Deum trahat ad hominem. ibid.
Nec natura Dei, hominis irati audet sustinere conspectum. 209. 74
Eius vita ipsamet æternitas est. 211. 82
Vt supra sui euidentiam testimonio probi comprobetur ministri. ibid.
Cur in femore scriptum portet nomen. 215. 101
Quæcunque opinio adiuuantis Dei, ad insignia facinora vires præsentissimas indit. 217. 110. 101.
Efficacia veritatis Dei, quæ ab eo publicata aures in oculorum facit officium transire. 219. 120
Gratius Deo est inter idololatras, quam inter prauos Christianos degere. 223. 134
Deus in compensatione, nullà sui inquietudine per omnia vagatur. ibid. 136
Deus validam fidem concupiscit in homine. 265. 62.
Deus qua reuelat sui cordis affectum, vt in creaturas transferat voluntatem. ibid.
Vt à fide credentium vincatur. ibid
Quæ à Deo sunt ordinata, succedunt. 267. 68
Deus vbique videns. 48. 3
Ei oculus pro natura. ibid.
Lumen pro solio. ibid.
Vt solùm in abscondito Deus videre dicatur. ibid.
Qualiter Deus per odij militaris imaginem, amoris sui vincula repræsentet. ibid. 5
Quare Deus aurorâ egrediente, certamen cum Iacob publicari noluerit. ibid.
Dei memoria, quàm proficua hominibus. 49. 7
Deus per exercitia quæsitus inuenitur difficile, latet in secreto cordis. ibid. 8
Ipsa multuaria inquisitionis defatigatio, illum perdit. ibid.
Deus sicut conspector est cordis, sic & auditor. 282. 17
Deus vt nolit sibi adscribi sui operis destructionem. 283. 23
Vt idem carnem sit misericordiæ & iustitiæ, quo Deus mirè delectatur. 313. 34
Diuina seueritas, quantùm ponderis habeat ad peccatoris vindictam. 287. 45
Deus quasi vires exerit, vt superbi subiuget rebellionem. ibid.
Vt Deus amet gratiarum munera superfluere. 320. 61
Deus nisi singulis fuerit totus, singulis nullus est. 321. 65
Deo vt officiosior sit lingua taciturnitate compressa, quàm exuberans in eloquio. 293. 70
Nunquam Deus fortior apparet, quàm cùm per imbecillum sexum prodigium patrat. 294. 74. 75
Vita Dei vt inseruato flore castitatis eluceat. 296. 81
Solius Dei est, quod erat aliquid in nihilum redigere. 298. 93
Ita Dei non abruptè, sed sensim percutit sontes, vt productior sit pœna puniti, & largior punitoris clementia. 330. 106. 101. sect.
Iustitia Dei de eis vlciscitur, qui constantes in culpa permanent immitet. 300. 100
Deus punitutus supplicia numerat infligenda. 331. 111
Diuini furoris exemplum. 332. 113
Deus citra condignum castigat. ibid. 114
Ira Dei vt statera sit. ibid. 115
Qualiter Deus labiorum spiritu, impium interficere dicitur. 333. 119
Deus primis parentibus, antequam è paradiso pelleret, duplicauit supplicium. 334. 120
Dei pugna cum triumphi titulo æquiuocatur. 383. 36
Vt quid cùm pugnat, prærdinatas cupiat phalanges. ibid.
Solus apparatus pro pugna est Deo. ibid.
Deus quasi videri incipit per exhibitam fidei operibus claritatem. 384. 42
Quotquot vulnera incutit, solus nouit sine cicatricis nota reuellere. 391. 65. 66
Prodigium deitatis est, eodem instrumento infortunium & fortunam parare. ibid.
Deus hominem vel exitio lucratur. 426. 45
Dei vidisse laudauisse est, oculi commendant quem vident. 435. 84
A quo Deus delectatur laudari. ibid. 85
Alijorum sibi laudem commendat. ibid.
Deus qui ingenito elogio laudabilis est, amat non semel à laudabili extolli. ibid.
Deus humana præconia amat. 436. 86

A iustis, quorum sinceritas est pro laude, ambit laudari. ibid.
Angelica beatitudo, beantis numinis est laudatio. ibid.78
Deus vt pacis amator? 476.15
Ideò Dominus, quia conterens non bellatores sed bella. ibid.
Vt agat illæsa misericordiâ iudicium, vsque ad iniquitatis extremum peccatorem expectat. 491.71
Dei dominium æternum est, nec creaturis, quibus imperet, eget. 456.82
Vt diuinæ voluntatis portenta præconatur Iudith. 459.95.96
Reliquia diuinæ vindictæ terror est, quo frænat inimicorum insurgentium superbiam. 472.155

Dij.

Genua incerare Deorum quid? 107.5
Dij auctores fingebantur criminum, vt delictum vocatur auctoritas. 268.77

Diabolus, Dæmon.

Accessit ad Christum in eremo vt numerum faceret, quo opportuniùs tentaret. 68.97
Nunquam solus quia Dæmon. ibid.98
Vt paueat solitudinem. ibid.99
Eius ingenium obtunditur in eremo. ibid.100
Qui possidetur à dæmone, totus dæmon est. 97.219
Peccatoris spiritus est, adeò vt afflato dæmone spiritum afflauisse dicatur. ibid.
Dæmon laruâ virtutis vtitur, vt securiùs hominem perdat. 196.14
Cur Christo esurienti, tot lapides in panem conuertendos obtulerit. 259.32
Hominem iudicauit, cui deficientiæ timor potuit obrepere. ibid.
Dæmon eripit fortunas à iustis, vt inter sceleratos distribuat. 423.34

Diæta.

Pythagorica diæta quæ. 249.99
Diæta antiquorum Persarum. ibid.

Dignitas.

Sæculi dignitates vt euanidæ. 83.156

Diligentia.

Diligentia solers vitat pericula, & in conatu præcoci futuram fœlicitatem accumulat. 428.56
Fœlicitatis mater diligentia est, nouerca desidia. ibid. 54. tot.
Vide *Solicitudo.*

Discerniculum.

Discerniculum quid. 110.18

Diuitiæ, Diues.

Diuites respiciunt inopem vt despiciant. 80.147
Diuitiæ velut vmbræ sunt, vèl nocturna somnia. 82.155
Diues sæculi eget in voto dum redundat in censu. 258.30
Ex dolore defectus, pauperes per diuitias numerandi. ibid.
Nemo magis diues, quàm qui sibi in vacuitate satisfacit. 259.33
Diuitiæ vt vocales sint, quæ etiam sub auari arca tenebrosa declamant. 348.173
Qui diuitiarum substantiæque quantitatem amisit, amisit pariter & figuram. alter est. 386.49
Diuitias mundique gloriam sibi reciproca adiumenta deferre, aut mendacium aut somnium est. 402.2
Plura instrumenta doloris secum fert, qui plura baiulat quæ possunt amitti. ibid.5
Diues in ruinæ scelere vel sine familia est, vel familiam sustinet in supplicium. 414.3
Diuitiarum ruina vno impetu tota venit, simultanea est. 415.5
Nullum est sine pondere pretium, quod manus occupat pedes ligat. 418.18
Nemo magis nudus, quàm qui artis auaræ ope membra damnat carceri diuitiarum. 420.25
Deus ab improbis diuitibus bona, si per calamitates aufert, nonnisi inter pauperes & iustos distribuit. 423.34. tot.
Diuitiæ sceleratum aut inueniunt, aut faciunt. 424.38
Diuitiæ & nuditas indifferentia sunt ad vtramque fortunam, ridentem videlicet & seueram, vsus nocet non census. 426.45
Diuitiæ vt perdurent irrequietè currant, mobili largitate succurrant. 427.52
Illex trahendi diuitem accubitus est. 430.63
Omnipotentiæ prodigium est, quod diuitiarum manceps maturet gressum ad fugam. ibid.
Diuitiæ onerant & subiugant gerulum. 429.59
Qui diuitias spernit, quas peccatum sub peccati conditione promittit, & innocens manet & diues. 437.89. tot.
Timor consanguineus est opulentiæ, metúsque & iurgio contribules diuitiæ. 478.25
Abundantia rerum humanarum quàm periculosa! 53.28

Dolor.

Balbutienti similis, impulsus subitus dolentis est. 370.64
Plus ostentatio doloris exigit, quàm ipse dolor. ibid.
Vt dolor consilij impos sit. ibid.

Dolus.

Tolerabilior est dolus qui aliquid veritati relinquit. 148.20
Nunquam sacratior dolus quàm quo sceleratus vrgetur ab frugem. 395.80
Vide *Fraus.*

Dominium, Dominus.

Imperatores & Reges olim Domini tantùm appellati. 16.56
Ille verè Dominus qui semper est. ibid.
Dominus, nomen fortitudinis. ibid.
Quare Dominus conterens bella dicatur. ibid.57
Vide *Deus.*

Domus.

Oratorium apud Hebræos à domo distinctum censebatur. 107.7
Domus vt in superiorem & inferiorem diuidatur. ibid.
Quibus vsibus apud Palæstinos. ibid. 8

Donum.

Dona Spiritus sancti in quo differant à virtutibus. 32.118
Dei dona humiliores reddunt iustos, non superbos. 93.200
Quem imbuunt, ab omni terrena cogitatione emaculatum exoptant. 100.230. tot.
Tunc à Deo duplicantur, cum nuda intentio fertur medullitùs in cœlestia. 101.234
Euulgata euanescunt, lingua pereunt quæ silentio nutriuntur. 156.55
Vide *Beneficium, Liberalitas.*

Dux.

Nihil Duci antiquius sit, quàm inimici percallere secreta. 154.118
Egregij Ducis non bullata verba victoriæ, ante victoriæ sortem profundere. 155.49
Dux de fœmineis tractans amplexibus, exercitus clades est, regni ruina. 190.75
Otij tempore Duce opus est, qui ab otio & à pace defendat. 329.102
Apud Persas Miriarchæ decem millium præfecti dicebantur. 413.51
Plures Principes Persarum exercitibus. ibid.

E

Ebrietas, Ebrius.

VT ebriis obiecta nitidiora appareant. 130.102
Inter Persas honor ebrietas fuit post tempora Cyri. 279.3
Vide *Vinum.*

Electio, Eligere.

Cur in iudicio priùs electi ad gloriam quàm damnati mittantur ad gehennam? 207.66
Vide *Consiliarius.*

Eleemosyna.

Integrum æternæ vitæ meritum vna eleemosynæ erogatæ laudatione completur. 76.128
Eleemosyna vt facienda. 310.21
Patientia ad prædam, sufferentia ad inopiam; adornata nimis eleemosyna est. 423.34
De bonis diuitum erga iustos, eleemosynarius est Deus. ibid.
Stipis donum egeno præstitum, crescit in ærarij prouentum. 430.62

Elementum.

Insensibilia elementa lictores fiun, vt castigent superbos. 84.164

Elias.

Bis Pater ob duplicem spiritum? 55.41
Currus & auriga, quia se ipsum per opera illustria produxit. ibid.
Eius imperium in ignem. 81.152
Vt sibi superstes succedat gemino spiritu in Elisæo. 212.85
Elias per ignem abscedens, vt per aquam se reddidit Elisæo. ibid.
Eliæ fides de ipso periculo solidatur. 217.113
Eius spiritus, vel in ossibus Elisæi emortui resplendet. 260.39
Cur in experientiam numinis cælestem prouocat ignem? 264.56
Curru raptus in cælum demisso pallio, velocior quà pauper. 410.25
Per inopiam æmulari turbinem satagit, adhuc ipse currens in curru. ibid.
Quod exemplum Elisæo videnti præstiterit paupertatis? ibid.
Qua in paradisum sine pallio pergit, ne vestitum temneret nudus Cherub. ibid.
Sola compositio holocausti Eliæ potens fuit flammam trahere de supernis. 383.38

Elisæus.

Euntem Eliam patrem vocat, & quare? 55.41
Satagit de virtutis spiritu patrem eligere. ibid.
Bis filius quia duplicem hæreditauit spiritum ibid.
Quid Elisæo visio abeuntis Eliæ profuerit ad geminum spiritum recipiendum. 212.85
Vitam cur mortuus mortuo tribuat, cùm sibi non tribuat. 260.39

Eloquentia.

Eloquentia vt efficacior sit manus, quàm linguæ. 345.162

Epula.

In epulis vsus erat his vocibus bonus, & bona. 243.68
Vide *Conuiuium.*

Equus.

Equorum multitudo inuisa Deo, & quare? 39.140
An prohibiti Hebræis? ibid.
Mula singulare genus equorum, triumphis & magnificis apparatibus aptum. 364.39

Esaü.

Importunus ad benedictionis paternæ suffragium. 214.97
Cur amplexatum fratrem lachrymis irrigauit? 314.39

Esther.

Cur coram Assuero in pallorem, vultus elegantiæ adegit? 166.94

Eua.

Vt dederit ansam tentationi serpentis. 265.60
Eius columitas cur de serpentis pœna paratur? 377.12
Vt quid serpentis conteret caput. ibid.
Eua cur dicta mater cunctorum viuentium. 354.191.192
Euæ nomen semper cum corruptione effertur. ibid.

Eunuchus.

Eunuchi ex institutione Cyri Regum corpora custodiebant. 240.56
Quare hos aduersatus fuerit Alexander. ibid. & 244.77
Regum Persarum lenones fuêre. ibid.
Eunuchi nomen est ministerij 205.57
Eunuchi ad diuersas libidines puerulorum adhibebantur magistri. ibid.
Virgines & Matronæ olim Eunuchis in custodiam traditæ. 241.59
Eunuchorum genus molle, tantùm impietate aduersùs Deum fortes. 242.65
Apud Hebræos Eunuchi habebantur infames. 244.77
Sub Eunuchi placito viuere extrema infœlicitas. ibid.76
Eunuchi apud Hebræos ab Ecclesia arcebantur, licèt non à fidei consortio. 364.38

Exemplum.

Exempla praua facilè per vicinia grassantur. 234.27
Semina sunt. 335.127
Plus exempla visa mouent, quàm quæ auribus percipiuntur. 374.4
Exempla bona sodales creant. 380. 27. & 381.29
Sat est quòd vnus solus ad virtutis statum respiret, vt viuant plures vitam virtutis. ibid.30
Virtutis opera quæ exemplo sunt, cum beatitudinis gloria nectuntur. 384.42
Illustria exempla, etsi aurium suffragium accedat nisi per oculos influant, de crimine falsi damnantur. 385.43

Ezechias.

Ezechias.

Vt alter postquam lachrymas & preces effudit. 263.53

Cur solis reditum in vitalis sortis signum petierit? ibid.

Ezechiel.

Eius currus regni paradigma gloriosum. 272.92

F

Fabula.

à Fando dicta, res est passim vulgata etsi vera. 132.112

In Fabulis esse, est in hominum ore versari. ibid.

Historia fabularis quæ? ibid.

Quæ doctæ fabulæ dicantur. ibid.

Facies.

Fenestra animi est. 135.122

Facies pulchra quæ formositer tegit, denudat animum, vt nequeat de mendacio damnari. ibid.

Anima publicatur in facie, qualis mentis indoles talis vultus, aut virtutis aut vitij testimonium est os. 433.74

Fama.

Mala fama facilè serpit. 136.128

Strenuis meritis fœlicior solet esse opinio. nominis celebritas apud sæculum illustriora facinora petrat quàm manus. 214.98 tot.

Non æquat amplitudinem famæ cumulus meritorum, minor est præsentia quàm rumor. 215.100

Fama potentior quàm gladius, loco gladij ferenda vt feriat acerbiùs. ibid.102

Celeriùs triumphat. ibid.103

Pro ingenti valet exercitu. ibid.

Prodigium est merita superare opinionem. ibid. 104

Satis maculauit honorem, qui quemquam de dubia fama notauit. ibid.

Fames

Fames actior pernicies. 183.26

Omnes affectus contundit fames. 185.37

Nec sacris parcere scit. 186.38

Famulus.

Famuli aliquando lepra sunt Dominorum. 172. 117

Fides.

Fidei virtus magnanima est. 187.46.& seqq.

Fiduciæ vigor fides est. ibid.47

Altior est metu fides. 217.111

Nescit occultari Deitatis imago, quam in corde fides expressit. ibid.

Fides quid sit? 259.33

Fides, sperata transigit in possessa. ibid.

Quale fidei ingenium? ibid.

Iustus quà ex fide viuit, quomodo totius temporis amplitudine delectatur. 258.30

Iustus, cui pabulum fides, etiam dum egenus abundat. ibid.

Fidem non copia, sed egestas adimplet. 259. 35

Fides, quæ ex auditu est, per aures quidem concipitur, sed per manus illustrium operum adolescit. 384.40.tot.

Vitam virtuti adimit, qui fidem non operibus edit. ibid.

Vt nec visis virtutis operibus fides præstetur, nisi iugiter ob oculos obseruentur. 385.41

Quibus artibus praua calliditas fidei litem moueat, vt excuset à fide. 386.46

Qui fidei rationis quærit causásque, causam sine causa vestigat. ibid.47

Vt visionem videre contendat. ibid.

Fides auditum amat, examinantia lumina respuit, ibid.45.&seqq.

Per visibile opus vt fides luminosa reddatur. ibid.48

Pietas religióque victorem à victo secernit, qui vincitur si pius viuit in casu, qui superat si impius cadit triumpho. 433.1

Vincendi artes fides edocet, triumphandi religio 473.2

Religionis signa vt nunquam sine luce deliteant: ibid.4

Fides si pugnat, pugna est pariter & victoria. 474.9

Vt certa fortuna sit pro fide pugnantis. ibid.

Fides vt obsequiosa sit sub obedientiæque manum suos mancipet. 475.11

Fides aduersùs fidei inimicos vniuersa militia sit. 474.9.tot.

Vt tempus debeat fidelis partiri cum Deo. 467. 137

Cui religio periculum est, securitas est claritas confessionis. 217.113

Filius.

Filij nomen quale elogium in verbo diuino. 55. 40

Qui in commune bonum est natus, filius vniuersitatis est. 131.107

Quisque filius, vita succedens est genitoris. 277. 18

Filij hæredes fiunt vitiorum parentum, non sic virtutum. 417.13

Filius in scripturis, siue hominis siue animalis pro ipsis hominibus, seu animalibus sumitur. 446.36

Vsitatiùs cum de gigantibus agitur. ibid.

Filij cur cum altero è parentibus similes nascantur. 454.73

Parentum vitia deriuantur in filios. 482.41

Filij diuitiæ naturæ, magis onerant quam diuitiæ. 419.19

Finis.

Qui intendit finem, non tenetur ad media omnia quæ conducunt ad finem. 66.90

Flammeum. Flamen.

Sponsarum tegmen. 113.32

Hebræorum sponsæ flammeis vsæ. ibid.

Flaminis vxor diuortij incapax erat. ibid.

Flammeum siue theristrum capitis velamen. 114. 34

Vide *Theristrum.*

Fœlicitas.

Fœlicitas sæculi tenebrescit. 83.158

Fœlicitas & aduersitas rotatæ sunt, stant in puncto. 138.138

Plures ægros fecit fœlicitas, quàm calamitas. 161.79

Nullus est fœlicitatis exitus sine cinere. 414.3

Vide *Fortuna, Mundus.*

Fæmina.

Fœminarum Hebræarum quot indumenta, & qualia? 4.11

Earum indoles superba, ambitiosa. 36.128

Etiã absque thalamo scortatur fœminæ nuditas, cùm pudor reuelatur. 59.55

Fœminæ exuitur verecundia cum tunica. ibid.
Fœmina à solo capite denudato, an virgo non est? ibid.56
Nuditas pectorum in fœminis. ibid.57
Sátne est fœminam conspexisse nudam, vt adultera iudicetur? ibid.58
Quæ se dat oculis, incipit scortari? ibid.59
Etsi vir non adsit, sat est fœminæ vestibus exui, vt illis quasi viro succumbat scortum. 60.60
Fœminam priùs vir terreat, quàm alliciat. 103.241
Pes fœminæ nudus, malè cum decore componitur. 116.43
Ægyptiorum fœminis, nefas nudo pede extra septa prodire. ibid.
Pigmentorum lenociniis in alteras fœminæ transeunt. 125 82
Fœmina etiam pulchra vbique est secura, si velit. 130.105
Pulchra fœmina in prælio capta, signatum Ducis spolium. 136.127
Fœminæ vt stulta consilia. 158.62
Amor auri, fœminæ, non hominis est. 159.68
Elegans aduocatæ fœminæ facies, magistratum subornat, corrumpit iura, iudicémque prostituit, secum fert in candore suffragium. 166.92.tot.
Vbi rogat fœmina, lex rogatur. ibid.
Ad vota fœmina in oculorum silentio sine iudicij strepitu causam habet. ibid.93
Pulchræ fœminæ cur tardiora sint verba. ibid.94
Alloquia fœminæ pulchræ quæ inferant? 167.95
Imbellis fœmina, nonnisi de Veneris armis instructa, bella progignit. 173.120.tot.
Fœmina nihil ad constantiam fragilius. ibid.
Animata rixa est, sexus quà imbellis bellorum amicus. ibid.121
Fœmina concupita, possessa, tot milites præstat, quot lenones & quot maritos. ibid.
Iurgia cupit, qui fœminam cupit & amat. 174.124
Fœminæ, quà ambitiosæ, faciliùs potentioribus inclinantur. 179.7
Vituperium est fœminam à lasciuis laudari. 191.191.64
Sunt quæ pulchræ videntur, sed non sunt, imò quòd sint videntur quia videntur. 191.65
Fœmina quà verax spernitur, quà mendax & astuta obeditur; ea hominum stoliditas est. 207.63
Vbi fœmina de rebus bellicis consulit, certissimum regno paratur excidium. 209.75
Fœminarum est consuetudo, incubare diuitiis. 210.123
Ex libidine Deos multiplicant, ob quod menstruis laborant profluuiis. ibid.125
Fœminæ constantia, si quæ est, inter metalla cadens vt plurimùm frangitur. 229.3
Lasciuæ fœminæ quàm pronæ ad iuramenta, etsi falsa. 232.18
Fœmina studiosa placendi. 245.81
Fœminæ si forma placuerit, cæteræ dotes placent. ibid.
Solidior & nobilior, pulchra & pudica manet, si sola absque ancillis, quæ lenonio famulatu grauidas reddunt dominas de seruitio. 307.12.tot.
Prostituta censetur domina, cùm famulam mittit ad procos. 308.16
Primus fœminæ bellatricis triumphus, libidinis esse debet. 295.80
Fœminei honoris, quàm tenera salus. 296.82
Vt congressus militaris cum fœmina, nonnisi in igne cupidinis sit. 330.103
Etsi fœmina custodiat ab hoste, dirior est hostis. 305.5
Enecat quem defendit. ibid.
Fœmineum pectus alienum est ab animo bellatore. 356.1
Depicta compto capite, iactans faciem & oculos per fenestram, compendiosa Veneris est imago. 377.15
A fœmina cædi omnem ignominiæ metam præteruolat. 372.72
Fœminarum pigmenta, fucúsque vt inuidiosa naturæ sint. 399.96
Vir ad imperium natus, fœmina ad obsequendum. 452.64
Pedes fœminæ seminudi, sandaliorum corrigiis, & carcerant & verberant intuentem. 490.66.tot.
In manum fœminæ te dedisti, si te imisisti in oculos, vel in pedes. ibid.
Fœminæ amoris alieni cupidę, laqueos incantatorios texebant. 28.100
Fœminæ quæ Persarum Regi illecebris deseruiebant quo in honore habitæ? 228.2
Non arcebantur à vino. 230.10
In regali triclinio apud Persas, destinatis nutriebantur cibariis. 231.13
Mero vtebantur Persicæ fœminæ. 244.75
Qui Regis conspiceret pellicem, apud Persas, capite plectebatur. 370.74
Persarum fœminæ, pulchritudine celebres. 191.65

Fœnum.

Humanæ gloriæ symbolum. 83.159

Fortè. Fortuitò.

Hæc vxor *si fortè*, quot homines ad illicita prouocauit! 257.24

Fortitudo.

Quid sit? 32.117
Fortitudinis donum quid addat supra virtutem fortitudinis. ibid.118
Quam fortitudinem experierit Iudith. ibid.
Fortitudo animi tota virtus est, fortitudo corporis pars virtutis. ibid.119
Donum fortitudinis à dono consilij dirigitur. ibid.
Nulla fortiora arma, quàm fortitudinis donum. ibid.
Qui verè fortes dicantur. 33.120
Qui perpetrant fortia, fortes similitudinariè dicuntur. ibid.
Periculorum ignari, fortes non sunt. ibid.
In quibus stet corporis fortitudo ex S. Thom. ibid.121
Actus fortitudinis duplex. 34.123
Fortitudo terrorem coërcet. ibid.124
In bellicos terrores intertita viget. ibid.
Tunc validior cùm se in timenda pericula ingerit. 35.125
Mansuetudine & humilitate fulcitur. 36.118
Constantior virtutis fortitudo est, vel vmbram timere periculi pudicitiæ. 102.238
Vegetatur in periculis fortitudo. Qui in fortunæ otio iacet eneruis, animosus præualet in ærumna. 103.242

Differentia

Differentia inter audaciam & fortitudinem. 287.42
Careat oculis fortitudo, cui manus sunt pro oculis, quibus caret 315.44
Qui repentè aggreditur, quàm mira faciat, 318.55
Fortitudinis præconium quale Dei encomium sit. 292.61
Fortitudo etiam suam habet formositatis speciem. 454.76
Non delectat fortes fortuna, fortitudinis præmium delectat. 479.17
Fortitudo virtúsque animi, vt castitatis lilia armetur? 468.141.
Amat fortitudo secretum. 155.49. tot. sect.

Fortuna.

Fortuna, non meritum, dat parentes. 55.39
Multùm suffragatur iniquis. 79.143
Fortuna ridens aperit dentes, quos ad mortalem morsum exacuit. 102.240
Solidior affinitas est fortuna. 158 63
Vtrâque manu fortuna nocet, siue læua aduersitatis, siuè dextera nimij fauoris. 161.79
Nonnisi cum propria morte fortunæ exuberantia componitur. 163.84
Nemo, quam possidet, fortunâ lætatur. 157.24
Fortunæ arbitrium dat Deum ambitiosis & adimit. 264.57
Non semper sorte constitit sors, sed & quibus mediis obtenta. 349.177
Non melior fortuna contingit hominibus, ac arboribus. 350.180
Non semel fuit immodica fortuna naufragium. 353.188
Satis est præparatio pro sorte. 382.33.34
Qui cecidit è fortunæ fastigio, quasi faciem mutauerit, non cognoscitur etsi à sui ignotus ad obsequium iacet, notissimus ad opprobrium. 386.49. tot.
Fortuna eandem personam, de fauore alteram, alteram de infortunio producit. ibid.
Etiam de futuræ calamitatis augurio redditur quis ignotus. 387.51
Nullus est versiformior Proteus quàm qui de variante fauoris inconstantis arbitrio à semet momento distinguitur ibid. 52
Fortunati gloria moritur intestata, nulla est fortuna posthuma post fortunam, nec fœlicitate suppletur cessa fœlicitas. 413.1. tot.
Si aliquid gloriæ superest post fortunam, in gressibus turpitudinem pandit, pedentímque cadit. 415.7
Non semper fortuna insanit, cum senuerit prudentissima est. 421.29
Largior est fortuna ad ruinam, prodiga prodigit quem leuauerat. 422.33
Fortuna quæ in exodior insanit exaltans iniquum illum deprimens in exitu prudentissima est. 479.28. tot. sect.
Fortunæ obsequiis interimit homo fortunam. 426.45
Non res, sed vsus rerum nocet aut prodest: est qui malo vtitur ad salutem, est qui bono abutitur ad perniciem. ibid. tot.
Homines in fortunam conuitia iaciunt, qui illam fingunt cum se ipsos fingunt. 493.76
Illi secunda venit, qui de sortis euentu dubius trepidat in fortuitis. 495.87
Nulla spes pro humanis euentibus fiducibet. 494.85
Fortuna non est pignus fortunæ, cui semper est debilitas extremo. 495.86

Frater.

Fratrem dominum fieri, virtutis est opus. 56.42
Discipuli fratres vocabantur. 356.2
Fratris vocabulum, id ipsum est quod amoris. 357.3
Frater quasi ferè alter. ibid.
Vt sibimet quis frater sit, & dicatur? ibid.
Cur fratres natura gignit? ibid.

Fraus.

Quod fraus est, sapientiam iudicant fraudulenti. 191.63
Quæcúmque fraus subitaria est, si parumper remoretis, se pandit. 208.65
Vide *Dolus*.

Fucus.

Versiformis est fucus, mutátque personam 490.65

Fuga. Fugere.

Vt adimas piaculum, piaculo adime voluntatem. etsi pede immoto fugias effectu. 99.227
Cui remedium fugæ non superest, accipit de impossibilitate præsidium. 104.245
Fuga aliquando exilium, aliquando celeritatem significat 132.113
Qui à Deo fugit, illicò in Deo reincidit. ibid.
Parthi Scythæque fugiendo pugnant. 362.24
Fuga prælij genus. ibid.
Si ex metu, periculosa est. ibid. 25
Sepulchrum ignauiæ. ibid.

Funalia.

Adulto die funalibus vti, gentibus variis in vsu fuit. 140.144

Funda. Fundibularij.

Fundæ liberales quæ? 14.51
Fundibularij, infimi inter Persarum milites. ibid.

Furtum.

Furti materia vt accusatrix furis euadat. 343.173
Latro vrsus est. 481.35

G

Garrulitas.

Garrulitas quâ magis vacua est, ad aëris pulsum, strepitum edit. 155.50

Gaudium.

Mortalis gaudij conditio est, ex superfluitate nocere. 161.80
Gaudium non contingit nisi sapienti. 220.126
Mundialia gaudia suamet falsitate falluntur. ibid.
Promittunt quod non sunt, ipsamet in eo quod sunt, miserè decipiuntur. 220.126
Vide *Lætitia*.

Gedeon.

Gedeon vt fidei armis suos instruxerit milites, qui in pugnæ conflictu artificium fidei sumpserunt. 475.11
Victoria Gedeonis qualis pugna fuit? ibid.
Victoriam Deo Domino consecrauit. ibid.
Gedeon, vt signum difficilius elegit cælestem liberalitatem arctare. 320.61

Germani.

Germanis flaua fuit coma. 112.25

Gestum

Gesum.
Quod genus armorum? 24.50
An idem quòd contus. ibid.
Gesa à Gallis inuenta. ibid.
Propria Assyriorum & Persarum. ibid.
Gigantes.
Idem quòd mortui. 52.27
Gigantes qui dicti? 447.39.& seqq.
Gladius.
Quis Iacob gladius in Sichimorum interitu? 8.26
Suo gladio iugulari adagialis paræmia.ibid.n.76
A proprio gladio infamis mors. 21.76
Persæ gladiis vsi à tempore Cyri, ibid.
Inimici gladius, Dei est ad vindictam suorum. ibid.77
Iustis non opus est gladio ad vindictam, portat inimicus gladium quo cedat. ibid. n.77.78.79
Gladius *virtus* nuncupatur. 37 132
Gladius clypeus sit ad tutandum, non ad ferien-dum. 58 51
Sola gladij impetentis memoria altare Dei pol-luitur. 59.54
Ad caput dormientium gladium pendere vtilis-simum. 285.43
Gloria.
Gloria Dei alarum, manuúmque promiscuis functionibus vehitur, & cuius hoc hieroglyphicum? 224.139
Goliath.
Goliath cur à lapide in fronte cæsus, intereat. 325.82
Cur cum eius armatura describitur, vagina sub-ticeatur & gladius? ibid.81
Gothi.
Gothorum cincinni grani dicuntur, & quare? 111.23
Cur capillati vocentur? 112.25
Grani.
Qui? Et quibus gentibus increbuere. 110.20.& seqq.
Gratitudo
Boni animi gratitudo inducias tarditatis non su-stinet, illicò labitur per oris timulas. 407.25
Qualis futura pro beneficiis? 475.12
Gubernare, Gubernatio.
Suprema regiæ gubernationis est ars, in qua di-uina imago resplendet; ferina bruta humana lenitate coërcere. 212.86.tot.sect.
Gula.
Qualiter charitas in virtutum principatu se ge-rit, sic gula in administratione vitiorum, charitas scelerum est ingluuies. 267.69.tot.
Gula liberalis prodigo est. 255.16
A gula in Venus, quàm procliuis descensus. 267.71
Epulonibus charitas habetur pro gula. ibid.72
Helluo vt liquorem palmitū, non solùm ad po-culum, sed ad edulij ferculum quærat violen-ter. 377.15
Helluonis venter totus homo est, etsi desit ei caput. 362.22
Gula quasi famula facem præfert luxuriæ. 416.11
Reliquorum vitiorum leno est, & obsequiosus ad improba obsequia minister. 417.12
Absalonis gula, gulam puniuit Amnonis. ibid.

H

Habitare.
IDem quod pernoctare. 241.60
Hebræi.
Nullæ Hebræis licebant imagines. 38.136
Caput liquore suaueolente spargere, apud He-bræos hilaritatis indicium. 109.14
Hebræorum populus, cur Iudithæ dicatur & sit? 179.6
Hebræos animalium cruorem potare. 184.33
Hebræi quam frequenter vestigia, etiam in cœ-natoriis abluebant. 236.43
Post vulnera inflicta sanguineam iram cute lo-ta, expiari putabant. ibid.35
Lotione manuum, ad orationem disponebantur, ibid.
Vt contentur in vnius diei esca præparata in de-serto. 259 34
Hebræis quàm religiosa vocalis oratio. 282.17
Plurali numerò vtuntur, ad rei magnitudinem extollendam. 283.19
An stando orent? ibid.
An zona & cingulo orent præcincti. ibid.21
A suo templo Solymitani dicti, id est. pacifici. 284.26
Fiat fiat, solemnis Hebræorum formula pro desi-deriorum auspicato prouentu. 302.107
Hebræorum stylo, omnes ex vna stirpe fratres dicuntur. 356.2
Hebræorum mos Sacerdotem creare, qui exerci-tum ante impetum alloqueretur. 359.11
Qua voce, inuocationéve in bella irruerunt. 358 8
Vt Deum sibi victoriæ Principem, fieri innoca-rent? ibid 9
Quo id præstarent nomine. ibid.
Ammonitides & Mohabites, an à fide Hebræo-rum exclusi? 364.38
An lex id prohibens extenderetur ad fœminas? ibid.
Eunuchi, ab Ecclesiæ consortio arcebantur inter Hebræos. ibid.
Non tamen à fide, sicut nec Ethnici. 365.40
Cur Hebræos Christus, generationem adulte-ram nuncupauit? ibid.44
Festiuo tempore & choreas ducere, & sonoros vocum modulos edere: Hebræorum mos fuit. 439.1
Apud Hebræos, solemne victoriale carmen. ibid.4
Victorialis cantilenæ Magister erat, qui pangen-dis præsidebat victoriis. ibid.
Insuper fidicines & cantores pro triumphalibus carminibus institui. 441.16
Hebræi obscœni dicuntur. 460.102
Post partas victorias mos erat Ierosolymam pe-tere, ne superba sed religiosa victoria euade-ret. 463.117
Spolia erepta ab hostibus, consecrabant Do-mino. ibid.
Priùs se lustralibus aquis abluebant, purificatio-nis gratia. ibid. 118
Ipsa donaria Domino offerenda, purificabantur. 464.119
E valuis templorum, in anathema perpetuum, sola arma suspendebant Hebræi. 465.124
Vide *Iudæi*.

Heli.

Heli.

Heli filij, quare filij Belial dicti? 257.23
Sub vmbra templi lasciuum piaculum obnubebant. ibid.
Deum in arca, sed flagitia in anima deportabant. ibid.
Ideò simul vitam perdunt, & arcam. ibid.

Heliogabalus.

In lucernis balsamum exhibuit. 140.146

Herodes.

Baptistæ oculos intentos pertimuit. 75.125
Cur Baptistam decollatorus, tristetur? 271.88
Puellæ precibus vim sibi inferri, fassus est. ibid.
Magis quàm in se, in amasia viuebat. ibid.

Heros.

Heros non viuit, nisi egregiis operibus. 277.115
Heroes in ore ferunt virtutis insignia. 433.75
Heroës iuuenes dicuntur. 446.35.
Filij montium habebantur. ibid
Vt vino, Bacchóque vsque ad madorem dediti essent. ibid.
Heroum stemma, vitæ parcere quam seruarunt. 485.51
Heroïca virtus, quasi ingenito regum dominatu potitur. 483.45.tot.sect.

Holofernes.

Aggrediens Bethuliam, vt comparetur Pharaoni, Hebræos persequenti? 55.58. & seqq.
Cur tam credulus ad verba Iudithæ? 200.34
Eius conuiuium, qua hora celebratum? 239.49
Conuiuium cœna fuit. ibid.51
Quod festum celebrauerit conuiuio suo? 244.76
Iuditham decipere tentauit. 247.89
Auaritiam cum prodigalitate coniunxit. 254.15
Instrumenta pietatis, impietati deseruire studuit. ibid.n.19
Eius vita cædis augurium. 260.37
Veneris immemor Baccho se deuorandum deuouit. 280.6
Holofernis corpus truncum, super terram iacuisse, & qua de causa? 288.44.& seq.
Quale conopeum Holofernis, è castris Iudith asportauerit? 295.78
Holofernes omnium incredulorum caput. 302.110
Cur caput Holofernis, iusserit suspendere è mœnibus Bethuliæ Iudith. 257.6
Conto præfixum, è muro suspensum. 365.42
Holofernis exercitus funestæ pro Duce lachrymæ. 401.1
Quanta exercitus Holofernis multitudo. 445.31.32
Deus, vt Holoferni nocuisse dicatur? 446.34
Vide *Iudith.*

Homo.

Nescit se defendere, quin ardore vltionis percutiat. 58.50
Is est vt doleat bonum hominis, quod procurat. 65.82
Momentum est, vncia est in quo periclitatur homo salutem. 76.131
Per peccatum mancipium fit. 81.151
In organis quibus peccat, punitur. 84.164. tota.
Homo vix potest suam sustentare fortunam, propria forte laisatur. 89.183.
Nescit in officus perseuerare pietatis. ibid.
Adeò splendoribus alterius hominis inuidet, vt propriam claritatem detrectet, ne colere cogatur alienam. 93.203
Improbus, sub larua hominis corpus gestat peccati. 97.220
Mobile viuensque flagitium. ibid.222
Quo quis magis vacuus redditur à terrenis, diuinis donis abundantioribus imbuitur. 100.230
Homo sermonis Dei consors, fit & luminis. 93.100
Nihil alienum homini est, qui ob Dei amorem rebus creatis vtitur ad obsequium. 125.84
Cui contingit placere suis, placebit extraneis. ibid 8
Hominum in exercenda bella libido. 129.101
Qui a sæculo ad Deum se transfert, non vltra rebus sæculi indiget. 145.9
In concupitis mulctatur. 150.30
Ipsa pars hominis auelli procurat ab homine, quem aduersitas debellaut. 159.68
Solis præsentibus inhiat, solùm æstimat quod spectat, non quod expectat. 160.69
Iniquitas celerrime & absque oratore, virtus nonnisi cum mora, & repetito consule hominem mundialem allectat. 169.105
Brutescit dum manducat & dormit. 248.93
Homo per vitiorum diuisionem fit legio, in plures euadit. 252.6
Nullus minus est, quam qui plures esse solicitat. ibid.
Vt fiat accola mortis & solitudinis. ibid.
Sæcularis homo, materiam virtutum cum vitiosa Dei offensione confundit. 256.20
Venturi timore periculi, homines in timenda donantur. 257.25
Cur in faciem hominis, vitam spirauerit Deus 434.77
Amoris impellentibus flammis in æthera concitatur. 478.16
Vita hominis, vt ante eius oculos pendere dicatur. 327.89
Nemo etiam dum viuit, credat se viuere: mors creditor est? vita debet. ibid.
Nec mutuò accepimus vitam adhuc cùm viuimus, sed depositam. ibid.
Hominum vindicta subitaria, secus Dei. 330.107
Homo non suscipit de completis desideriis solatium; imò quæ concupiebat plurìes exhorret. 303.112
Vt subita confundere soleant passiones animi. ibid.
Dum quidque facit quod suum est, tota reipublicæ salus fit. 381.28
Vbi quod suum est, præuenit homo ad iustitiam, Deus præuenit & quod suum. 383.39
Adeò auarus est, vt nec numini ficto colendo sciat affatim erogare substantiam. 414.3
Homines nouitate lætantur. 443.18
Homo quà crudelis & mortis satelles est, ingenio exitus multiplicat vitæ. 477.21
Stipendiarius hominis miles est Angelus. 478.23
Castra Dei vt in hominis castra vertantur. ibid.25
Homo votorum iaculis, Deum luctatorem de triumphat. ibid.
Homines duri ferinique, vt è quercubus nati? 444.28

Homo

Homo adeò magnus, vt ad eius ministerium etiam cœlites lucubrentur. 479.29
Homo mancipium mortis, seu pila vitiorum ergastulum. ibid.
Etiam à iumentis de obedientia, docilitatéque instruitur. 480.32
Deum rationalium mentium amoris & timoris odora merita delectent. 460.100

Humanum.

Vbi nihil miscetur humanum, totum fit hominis quod est Dei. 101.233
Humanæ res quàm despicabiles. 145.9
Qualis rerum humanarum vicissitudo. 180.8

Honor.

In re honoris, nullus est qui alteri primas deferat. 179.7
Satis maculauit honorem, qui de dubia fama quenquam notauit. 190.58
Bifrons est, qui fastigium tenet honoris. 427.49

Hostis.

Crudelior hostis qui te amat ad culpam, quàm qui odit ad pœnam. 101.237
Stolidus est qui coram hostis blandimento non timet. 102.240
Ex hostium capitibus, pocula facere Scytharum mos & aliorum. 403.7
Vide *Inimicus.*

Humilitas, Humilis.

Superbiam detriumphat 6.18
Quo sibi abiectior, supra superborum vertices grandit. 36.128
Nihil sibi arrogat de beneficiis. 38.138
Homo tunc magis celsus, cùm profundiùs per humilitatem deprimitur. 53.31
Deus inde excelsior, quia ex superis humilia prospectat. ibid.
Humilis duplicata alitur vita. ibid.32
Quidquid probum, Deo arrogat. 100.230
Diuinitas transfusa, in humilem solidatur ad famam. 101.236
Humilitas silentium & ignorantiam amat. 126.86
Humilitas vsque ad supremum sui fastigium peruenit, cum in Principibus sedem locauit. ibid.
Vox humilis præproperè auditur à Deo. 54.35
Humilitas nunquam sine hæredibus iacet. 415.6
Quo magis cadere satagit humilis per frustum sui rediuiuus refugit. ibid.
Humilitas superbiæ apparatu, triumphare solet. 427.50
Verè humilis post triumphum scit ad humilitatis sordes redire. ibid.51
Humili & superbo eadem scala, in ruinam alteri, alteri in fastigium. ibid.
Humilis pilæ more in terram elisus, nouit in altitudinem resilire. ibid.
Sol vt æmuletur victoris gloriam, quæ de humilitate resplendet. 473.4
Humilitas vt prudens, fidelísque sit. 475.12
Vox demissi animi in squalore iacentis, velut diuinam clementiam accusat. 6.17
Vox humiliter deprecantis, instar triumphantis sonat. ibid.18

Hyacinthus.

Hyacinthi qualis color? 115.37.38
Christi Domini vestes colore hyacinthinæ. ibid.39
Vidualis vestis hyacinthina. ibid.41
Ex Regum Principúmque propria. ibid.

Hypocrita.

Priùs seipsum fallit quam fallat. 148.22
Hypocrisis pluries quæ tegit retegit. ibid.
Flagitiosus de virtutum nitore se adornare contendit, vt simulatæ pretio honestatis vitia mercetur. 196.12. tota sect.
Deus vt hypocrisis osor? ibid.14

I

Iacere.

Iacere dedecus extremum præsignat. 372.73
Absolutè prolatum. *mortuum esse*, solet significare. ibid.
Vt aduersum militari vigori? ibid.

Iacob.

Iacob ad constantiam gloriæ vulneratur in neruo. 346.166
Cur ab Angelo à se deuicto, vulnus patitur? 473.3
Quot victoris peragit gressus, tot obsequij signa iugi claudicatione pronuntiat. ibid.
Iacob cur in Esaü facie vultum Dei vidisse affirmauerit? 54.34. & 476.17
Pro Iacob Angeli etiam contra Deum pugilem virtute opitulante decertant. 475.25
Per vulnus femoris de victoria eruditur. 54.33
Cur victus Deum deuincit. ibid.
A Deo & in Deo dicit & vincere fratrem. ibid.
Fortis redditur à periculi visu ad prodigium fortitudinis. 103.244
Iacob quà solus orans, Dei brachia nanciscitur. 145.11
Eius scala, Incarnationis vaticinium. 147.18
Fortunatior fuit artis titulo, quàm naturæ. 151.35
Ea fuit eius subtilitas negotiandi, vt ingenium videretur versutia. ibid.
Etiam natura vt obscura fuit ingenio Iacob. 151.36
Ab orationis perseuerantia robustior. 165.89
Cum se potentiorem respexit, cœpit odium trepidare regionis. 195.10
An in consequenda benedictione fraudulentus dicendus? 200.36
Inter inimica prælia orationis manu Deum prendit. 223.138
Femoris sauciatur in neruo, vt vbique & inter negotia publica iugiter orare compareat. ibid.
Vnde Iacob tam beneuolè exceptus ab Esaü? 263.50
Vt in conflictorio orationis, se in Deum transegerit per feruorem. ibid.
Quare ei nomen nouum impositum? ibid.
Iacob de Angelo victor, cur potentium stylo, cùm violenter cogeret, rogauisse putetur? 212.87

Iehoua.

Æternitatis Dei notat elogium, præcipuum Dei nomen. 15.53
A qua radice ortum? ibid.54
An idem quod Deus conterens inimicos? ibid.
Nomen Dominus an Iehoua, an Adonaï censeatur? ibid.52
Pro Iehoua cur Dominus substituatur? ibid.

Ieiunium.

Ieiunium.
Membra ieiunio arescant, ne de peccati corpore à dæmone censeantur. 98.124
Panis siccitas frequens ieiunantibus. 124.77
Epulo ieiunia sancta fastidit. 54
Tempora ieiuniorum, vt quid in Ecclesia instituta ad tertium quemque mensem? 467.137
Ieroboam.
Cur Deus pœnitentiam non admiserit? 256.22
Moritur eius filius, non tam necessitate ægritudinis, quàm exemplo supplicij. ibid.
Deum idololatriæ vulnere affectu tollit è medio, & ad filij salutem viuum procurat. ibid.
Cur ad sonitum maternorum pedum filius emoritur? ibid.
Status regni columitas, vt paganum fecerit Ieroboam? 264.57
Cur duos finxerit vitulos, adorandos à populo ibid.
Ieroboam vnde scelus vituli in idolum erecti, quod imitatur, adaugeat, duplicétque de nouitate delicta. 335.127
Quale eius supplicium? ibid.
Ierusalem
Ierusalem ciuitas sancti seu sancta à templo dicta. 311.26
Pacem significat. 410.24
Quo loco sita? ibid.
Ei nomen ad exordio *Dominus videbit.* ibid.
Vt in Iudith refloruerit ibid.
Iesus.
Cur circumcisionis Christi subticeatur vulnus, solúmque aduenisse tempus memoret Euangelista. 215.72
Cur Angelus indidit nomen, antequam conciperetur in vtero? ibid.
Vnde ad Iesu nomen, omne genu flectatur? ibid.
Iesus quà Saluator, seruus. ibid.
Iesus quo ingenio & arte puer dicitur dū præliatur, qui vir nuncupatur cum gignitur? 349.178
Cur non aliud vocabulum puer accipiat, quàm quod circumcisionis stigma donauit. ibid.
Vt celeritas redemptionis in nomen transiuerit? ibid.
Vt pompa vincendi fuerit infantilis teneritudo. ibid.
Vide *Christus.*
Iezabel.
Erexit tribunal in patibulum deprædandi. 266.67
Iezabel ad prædam vineæ Naboth, se comitem gerit imperij. 267.68
Canes ab eius corpore summitatibus, abstinent in iusti dedecoris monimentum. 269.80
Etiam sine facie propria (quà ex fuco,) & viua mortua cognoscitur. 399.96
Libidinis fuit quod pro vna plures facies transferret in membra, & sine vlla in membro quolibet nosceretur. ibid.
Cur canis nudis pedibus manibúsque, pepercerit Iezabel? 460.68
Idololatria. Idololatra.
Idololatria cur nuditas nuncupetur? 60.61
Quàm citò peragitur. 170.109
Diuinum rigorem conciliat potissimè. 183.24
Idololatræ victimarum sanguinem vsque ad finem sorbebant. 185.54
Quemque beneficum, Dei vocabulo nuncupabant. 191.71
Idololatria à consuetudine originem sumplit 272.96
Idololatræ quot Deos, tot consuetudines colunt. ibid.97
Idololatria multiplicitatem adoritur. 251.5
Idololamia Israëlitarum, cur suspendio Principum contra Solem plectatur? 328.95
Idololatria in sceleribus tenet primatum. 424.38
Gentes, id est, idololatræ. 460.102
Ignobilis.
Ignobilis est, qui columitatem suam de aliena cæde procurat. 58.49
Imperator. Dux.
Imperatores & Reges olim tantùm *Domini* appellati. 16.56
Imperator non de sui, aut exercitus columitate contentus sit, nisi columitas in vniuersam terram redundet. 310.62
Nullus magis ensem carcerat in vagina, quàm qui minus se incarcerat in virtute. 329.98
Imperatoris Prætorium in medio Ducum collocabatur, & qua de causa. 361.19
Imperatorum iussa, per quos in exercitum deriuarentur. ibid.20
Imperatoris exercitus, cuius coloris paludamentum. 21
Ducis vox an præsignet duo pluráve ducum genera in exercitu? 366.48
Visis Centurionis insigne & gestamen. 368.57
In Imperatoris obitu crines abscindere, in vsu apud Orientales. 373.75
Et clamor insolitus à voce ab armorum collisione. ibid.
Victori Duci socij milites coronaria dona ferebant. 410.38
Insuper & singulæ ciuitates, coronas suas præstabant triumphanti. ibid.
Imperatoris titulum amittebat, qui ante apparatum vrbem iniisset. 414.40
Triumphantem Imperatorem milites sequebantur armati. 429.51
Insuper saltantes & canentes. ibid.
Imperatorum purpura in alborem pacis dirigi debet. 476.14
Quot hostes cædere debuisset victor, vt Imperatoris nomen assequeretur. 405.18
Victori à Senatu nomen Imperatoris inditum. ibid.
Qui parta victoria sub titulo salutabantur Imperatoris, victores vocati. 440.5
Imperium.
Imperij Regnorum vita à subditorum obsequio. 182.19
Anima Imperij magis est in manibus, quàm in capite. 211.81
Vbi imperij solùm agitur causa, fidei periculum imminet, facilè mutatur in alteram. 264.58
Clauum non meretur Imperij, qui se clauo districtionis & censuræ non figit. 266.64
Vide *Regnum.*
Improbus, vide Peccator.
Incerare.
Incerare Deorum genua, apud ethnicos. 107.5
Industria.
Coërcendis hominibus non impetus, sed industria prodest. 212.86
Vide *Meritum.*

Infernus.
Ignis inferni cur æternus? 65.81
Sententia ignis non perituri à Christo lata, quà homo an dirior sit? ibid.
Ignis inferni damnatis Angelis nunc carcer est, postmodum futurum supplicium. Et quare? 72.116
Cur tenebræ exteriores dicantur? 83.160
Cur in inferno nullus sit ordo? 267.68
Portæ inferi vitiorum vestibula sunt, & inaurata. 274.102
Timendæ sunt præ hostilibus turmis, & quare? ibid.
Damnati etiam in cælites audent, inuidiæque morsu sibi socios trahere cupiunt. 417.15
Quod infernum vitia conseruent, séque lacerantia non perimant, diuinæ est constantia iustitiæ, & vitiosæ indolis infœlicitas. 418.16
An ignis inferni, frigúsque lacrymas à damnatis extorqueant? 461.104
Vide *Vermis*:

Infortunium.
Partem infortunij vitauit qui citò totum infortunium absorbuit. 330.106
Vt calamitosius sit successiuum supplicium? ibid.
Mala visa efficaciùs quàm audita discrutiant cor. 303.111
Infortunium fine fortè est, quia non fortè angi-sed, sed necesse qui fortuita stolidè præstolatur. 337.132
Calamitas lynceos oculos habet, etiam fortunâ mutatâ quemquam cognoscit. 388.54
Vide *Calamitas: Labor.*

Ingenium.
Ingenium venale vt sit, & à multis pro diuitiis ematur. 334.159
Non solent respondere manus ingenio. 379.23
Prodest ingenium & in cælum eunti. 394.79

Ingredi.
Ingredi pro re Veneris. 242.66
Ingredi quibus veniat acceptionibus. 2.4.5. & 3.8

Inimicus.
Sua percutit qui inimicum percutere nititur. 58.51
Pectus parcentis inimicum, fit propitiationis altare. 59.54
Caro propria in percussione inimici polluitur. 58.53
Debellare inimicum inimici machærâ, infamia est victi, & suprema gloria victoris. 150.28
Inimici vita vt procuranda, defendenda. 225.146
Dilectori inimici de Satore superno, progenies diuina promittitur. ibid.147
Inimici amor lucis æmulatur ætatem. ibid.
Signatè inimici dilector Filij Dei fit, quoniam in filium Dei primus inimicus emersit. 226.148
Inimici gladius, Dei est ad vindictam suorum. 21.77
Iustis non est opus gladio ad vindictam. portat inimicus gladium quo cadat. ibid.& seqq.
Inimicorum saginatur ira, quibus bonorum redundantia monstratur. 350.180
Artificium lucrandi inimicum. 151.182
Inimicus non quà homo figendus, sed amandus quà Dei rationalis imago. 476.17
Deo nullum munus gratius, quàm hostium deuictorum ema. 464.123
Vide *Hostis.*

Innocentia.
Innocentiæ tenera est salus à visu periculi fascinum patitur. 98.225
Caro valetudinem emit, paruóque vendit. ibid.
Nemo magis vestitus, quàm cui nuditas innocens pro veste est. 420.25
Deus in infantium, quà innocentium ora se inserit, vt sui laudem semet oratore perficiat. 436.86
Infantium innocentia, quatenus digniùs cæteris laudes moduletur diuinitas. ibid.
Vt venustior pulchriórque innocentia de squalore pœnitentiæ reddatur. 317.52
Testis innocentiæ incorruptior est, in quo commisisse piaculum accusatur. 346.168
Vide *Iustus.*

Inopia Indigentia.
Homini improbo indigentia contingenter futura, ad præsens operis flagitium impellit. 257.27
Hodierna tentatio est, possibilitas inopiæ post annum. ibid.
Inopiæ suspicio stimulat diuites ad illicitas. ibid.
Egestas opinabilis, furti certitudine eluitur, ventura fames accessu turpitudinis præoccupatur. ibid.24.tot.
Vide *Paupertas.*

Inuidia. Inuidus.
Non similibus delectatur inuidia, vritur quo alius lucet, paruíque ducit socia claritate clarere. 93.199.tot.sect.
Aliena sublimitas deprimit inuidum. ibid.
Inuidus & superbus, nec vult comparem esse Deo. ibid.
Inuidia nescit parcere. 149.25
Diriùs cruciat quam flamma. 214.96
Inuidus ab igne quem accendit, inceditur. 253.7
Inuidiosi etiam proles, inuidiæ pœnâ mulctatur. idid.10
Inuidiam nec gehenna extinguere potest. 255.16
Inuido vel breuis fœlicitas melior est. ibid.17
Amor retundit inuidiam. 417.49
Inuidus sibi carnifex est, de aliena se fortuna dilaniat. 324.75
Inuidia cæca est, etiam præsentissima ignorat. 426.48
Inuidus fera est, alios séque dilacerans. 482.40

Ioannes Baptista
A muto parente gignitur, & quare, in eiusdem elogium. 156.54
Is est, vt & Dei vita ab eius præproperâ vita probetur. 211.82
Quanta ei vitæ amplitudo contigerit. ibid.83
A vitalibus saltibus Ioannis, prophetat mater. ibid.83.
Eius caput cur secari, & in disco inferri, petierit in conuiuio puella lasciua. 268.76

Iob

Iob.
Dupliciter acquirere bona, patientiæ fructus fuit: cur ergo ei filij non duplicantur? 262.47
Cur statim vt maritum in sterquilinio conspexit, vt Deum maledicat, suadet? 269.81
Iob cur optauerit peccata sua in statera appendi 332.115
Non solùm diuitias, sed & membra in pauperes erogabat. 423.37
Quàm dispar dæmon à Iob! ibid.
Iob substantia emporium ad mendicos alendos. ibid.
Cur vestimenta, quæ post calamitatem supererant, scidit. 437.92
Cur luctaturus cum dæmone, priùs surgit, postéaque corruit. ibid.
Cur illi duplicata bona redduntur? ibid.
Etiam inops & nudus habuit à patientia quod Domino præstare posset. ibid.
Cur signatè non peccasse subiicitur? ibid.
Ionathas.
Certus de victoria, de diuini conjectura, præsidij cuneos inimicorum impetiit. 217.112
Absque comite superauit exercitum, quippe periculum sine consule cogitatione adoritur. 318.55
Cur qui cum exercitu non lacessitus conseruit manus, cum solo Goliath lacessitus non conferat? 319.56
Ionas.
Fugiens Deum, facit de tranquillitate naufragium. 79.141
Fœliciùs quàm in puppi, nauigabat in cæto. ibid.
Semitam inuenit in aquis, quam noluit in carina tenere. ibid.
Dum Dominum sequi parat, cœpit ambulare in sepulchro. ibid.
De vndosa semita securitatem effecit. ibid. 143
Cur proiectus in æquor deglutitur à pisce? 198.24. & seqq.
A Deo fugere, fuit in pelagus ire. ibid.
Inter furentes vndas sæculi, de vasti animalis ventre templum orationis construxit. 224.142
Ionam euomit piscis, quia quem hominem deuorauerat, per orationem cœpit esse Propheta. 263.51
Ionas cur se refugum vndis committit, & per pœnitentiæ tribunal, vndarum se supplicio deuouet. 381.31
Vt fera maluit homines ferinos per crimina lacerari, quàm quòd iterum gignerentur in homines per virtutem. 480.31
Iudith.
Eius castitas quo ingenio de lasciua Domina victrix? 98.226
Quà Ægyptiorum saluator, filius lucis nominatur & fuit. 162.77
Quà iustus, solum sibi tributum amoris imposuit. 195.9
Ioseph castitas fugit dominam, magis suspicionis notam aufugiens, quàm periculum delinquendi. 205.57
An diriùs herus insanierit in Ioseph, credens impurum, quem domina impurum
Zerda in Iudith. Tom. II.
solicitat. ibid.
Vt orbis magistratum teneret, priùs venditur in mancipium. 323.71
Illicó venalis vt seruus fuit, quà erat initiandus in ministrum. ibid.
Cur Pharao in illum transfudit imperium? ibid.
Cur Rex non dicatur? ibid.
Ioseph alimenta seruanda committuntur Ægyptiis, quoniam eruditus de somno. 379.23
Quare Saluator dictus Ioseph, ante Ægyptiorum famen leuaménque. 429.58
Iosue.
Ex reliquiis lucis quæ de solis radiis in noctem cadebant, Deum pro se præliatorem extitisse monstrauit. 262.46
Cur post triumphum diem dilatare procurer? ibid.
Vt ad Iosue imperium hæserit vestigiis labile tempus, æternitatis indolem æmulatum. 276.112
Ira. Iracundus.
Ira Dei quàm facilè secatur. 57.47
Ira flammæ more, dum magis graditur, magis ardet. 64.77
Iræ furor quo euomitur, furorem generat euomendum. 64.79
Ira hominis, irâ Dei punitur. ibid.
Iræ ardor impetuosior in fine, si fine non caret. 64.80
Ira hominis si desit obiectum, de suo pascitur, suummet rem andit ardorem. ibid.
Crudelior ira hominis irâ Dei. ibid.
Ira & in Dei parcentis misericordiam effertur, audet. 65.82
Iræ nunquam satis. ibid. & 66.89
Donec ira consummat habentem, habet in se perpetuò quo viuat. 65.83
Stultorum est irasci de paruis. ibid.
Vel iustus si semel irascitur, æquè in peccatores & in sontes exardet. ibid.
Iræ ignis animatur in aquis, scit de contrario elemento augmentari. ibid. 84
Iracundia quàm solers ad anticipandas criminum pœnas. 216.106
Moræ impatiens est ira, nunquam didicit expectare. ibid.
Cor imponentis iram sibi in defosso pectore thesaurizat. 332.114
Ira ad supplicium non in recto iudice castigante, sed in reo potiùs castigato inuenitur. ibid.
Isaac.
Simul sacrificium & filius. 66.88
Figura Christi morituri. ibid.
Isaac *Latitudo* vocatus. 194.3
Eius animus magis obcæcatus donis Iacob, quàm oculi. 200.36
Isaaci cæcitas dispositio cælestis fuit, vt benedicturus filium, & melius decerneret qui non cerneret. 316.45
Ismael.
Ismaël odit fraternitatem antequam natus, vt antiquior esset fera quàm homo. 482.41
Feritatis in materna vulua didicit elementa. ibid.
Ismaël degener à natura vix genitus. ibid.
In vitio adultus antequam infans. ibid.

Israelita.

Vt sumet carnifices alantur ad mortem idolo cui diuitias deuouerant, & cui vitam. 154.11
Vide *Hebræi.*

Iudæa.

Ferax vini, tritici & olei. 123.69

Iudæi.

Ea fuit Iudæorum stultitia, vt stultitiam ipsam lino affixisse suspicetur gentilis. 88.180
Soli Deo vtrumque poplitem incuruabant. 142. 155
Iudæorum quanta legum obseruantia. 186.38
Solemne erat Iudæis, quòd iurans manum leuaret. 233.19
An inamœnum ex corporibus fœtorem halent ex originis vitio. 237.37

Iudas.

Vide *Hebræi.*
Viam fecit altare ad suspendium. 79.142
Primus omnium perdidit Redemptorem & quare? 77.136
Iudas bis personatâ flagitiosus virtute, & cum osculo tradit magistrum, & cum pœnitentia ductus retulit denarios in templo. 196.16
Laqueo strangulatur sibimet carnifex, sibi iudex, quia suam vidit pœnitentiam spretam. 197.17
Pœnitens Iudas, non pro veniæ, sed pro humanæ gloriæ mercede dolebat. ibid.
A Deo discedens, in mundum veretur incurrere. ibid.
Quo magis à Christo discederet, pretium venditionis proiecit in templo. 202.44
Ei recessisse à templo, suspendi fuit. ibid.
Cur suspendium ad mortem elegerit? ibid.
Eius contubernium quantum cæteris discipulis nocuerit. 222.133
Bis auarus cùm magistrum vendidit, & cùm pœnituit. 255.16
Se laqueo suspendit ne vel corpus terræ donaret. ibid.
Rumpuntur eius viscera, vt ibi pondus auarum remansisse monstraret. ibid.
Iudas quà vanitatis mancipium, suspensus interiit. 328.96

Iudex.

Iudex non satis vidit crimina, si inclementiæ deuotus inuidet pietati. 71.111
Sententia iudicis prolata subitò, despicabilis est. 73.118
Iudex crebris interrogationibus cunctando desinat iudicium. ibid.119
Oculi in iudice sint pro lingua, nonnisi intenti visus scrutatione condemnet. 74. 120. tota sect.
Secura iudicis sententia non est quæ auribus committitur & non oculis. ibid.123
Non solùm crimina, sed & quæ circunstant, oculis debet perscrutari. ibid.124
Oculi iudicis post iudicium aperti, ipsum iudicem accusant. 73.125
In vidente iudice quædam diuinitatis scintilla resplendet. ibid.126
Nonnunquam iudex purus alit in domo familiares leprosos, lucri cupidos, & auaritiæ scabie notatos. 172.117
Iniquus iudex vt impiæ sententiæ quam intendit, causâ reorum adæquat, errata leuia rarefacit, & exaggerat in flagitia lethalia. 198. 26. tota sect.
Vt innocentes plectat, præuenit supplicio peccata. 216.205.tot.sect.
Iudex pietate moduletur supplicia. 313.38

Iudicium.

In iudicij tribunali prouidentia decernat, nec præsentia pro seueritate castiget, quin futura pro pietate præuideat. 71.111.tot.sect.
Pro aduocato & iudice prouidentia sit in iudicio. 72.115
Per arbitrij semitam itur securè ad iudicium. ibid.114
Iudicia ne acerba sint calore pietatis, & induciis temporis maturescant. 75.125.tot.sect.
Subitaria iudicia ferina sunt, antea dilacerant vnguibus quàm condemnent. 72.115
Iudicia Dei quasi otiosa solicitudine in ipsa iudicij inquietudine quietem perturbari non sufferunt. ibid.
Dei iudicia quasi æternitate matura non sint, temporum expectant spatia. ibid.
Iudiciorum nostrorum insitus nobis est amor. ibid.
Iudicium Dei perinde est ac Deus. ibid.
Deus deserit illum, à quo iudicia desciscunt. ibid.

Iudicium Finale.

Signum filij hominis in iudicio futurum, seueritas & rigor erit. 72.110
Cur Pater Æternus non sibi præsumat iudicium, sed Filio tribuat? ibid.
Cur nouissima dies vniuersorum destinetur iudicio? 72.115
Nouissimum iudicium ante oculos iugiter obuersetur. 73.117.tot. sect.
Sol, Luna, & stellæ lucidam perpetuò extremi iudicij recordationem exhibent. 76.129
Lux prima non priùs lux quàm extremi iudicij signum. ibid.
Eius immemor quasi dilaceratum gestat vultum ibid. 130
Iudicij immemores Deus se sufflaturum in arcum minatur. 77.131
Pauper visus nouissimi iudicij memoriam aduocet. 78.138
Resurrectionis diligentia eò tendit, vt oculis conspicet iudicium. 76.131
In spe iudicium ponitur, vt memoriâ perpetuò tractetur. ibid.
Misericordia & iudicium, in bilance ante oculos hominum ponuntur, & quare? ibid. 130
Iudicium nouissimum, vnde constet vaticinio prædixisse Iudith. 458.93
Extremi iudicij dies, sub visitationis nomine significatus. 460.103
Iudicij tubæ, quàm dispar sonitus reprobis & electis. 495.79

Iudith.

Ingenium, Sapientia.

Iudith quæ dextera Ducem vicerat, ingenio exercitum satagit debellare 414.2
Eius verba qua arte simulata & argutiæ sale conspersa. 132.112. & seqq.
Eloquentia Barbarorum crudelitatem perdomuit. 134.121
Assyria lingua perita. 135.124
Quo genere stratagematis vsa contra Holofernem. 184.30
Qualiter veritas ab eius ore robusta & potens progreditur. 218.116
Eius

Eius prudentia. 289.51
Sui populi vindex & Magistra. 401.1
Iudith Panegyrista. 182.20
Eius fortunatior, quà ingeniosior victoria fuit. 151.54
Cur declamatura ad populum, ordiatur à Numine? 293.70
Iudithæ iussis qualiter obtemperabant Primates Bethuliæ. 2.2

Iudith Pulchritudo.

Iudith pulcritudo turpes flammas coërcebat. 118.50
Cur eius pulchritudo diuino suffunditur splendore? ibid.50.51
Seipsa formosior ab oratione. ibid.
Miraculum pulchritudinis fuisse, vnde probetur? ibid.
Eius pulchritudo quàm potens ad religionem Holofernis mutandam. 190.59
Vt lachrymis suffusa formosior. 282.14
Sine oculorum crimine, pulchritudine vsa fuit ad necem Tyranni. 27.94
Eius facies de cælestibus inflammata, nesciuit vrere, sed lucere. 125.83
Iudith pulchritudo qualis. 433.75

Iudith Prophetia.

Iudith Prophetissa. 20.73
Vt prophetet diuinitùs quæ satagit impetrare. 29.104

Iudith Castitas.

Iudith qualiter castitate Beatam Mariam Virginem præfiguranerit. 300.101
Iudith castitas qualiter ingeniosè cum Tyranno viuo præcauet oculorum commercium. 28.99
Expetendo Holofernis amorem an peccauerit? 23.83
An Holofernis expetierit nuptias? 24.84
Non nuptias, sed Tyranni necem deprecata est. ibid.85
Eius castitas vnde fortiùs probetur? 119.54
Fœlicior eius castitas castitate Loth. 187.43
Ars pudicitiæ Iudith. 188,49.50
Eius castitas ea fuit, in quam nec lasciui suspicio ausa est insurgere. 204.55
Iudith forma, ante Holofernis lectum castitatis imago. 281.12
Placitura viro Holofernem decollauit. 288 43
Cur Abram testem fecerit sui pudoris? 290.52
Holofernis cadauer in terram depoluisse, ingenium castitatis fuit. 289.51
Iudith castitas æternitatem æmulatur. 295.79
Nec passa est vel breuem sui pudoris suspicionem subesse. ibid.78
Supra castitatis terminos spatiosè progressa. 296.82
Post reditum non solùm impudicitiæ, sed nullius peccati sordes contraxisse testatur. 297.87
Vnde id euincat. ibid.88
Quantum de diuinitate contraxerit, pro Deo vindex & pro castitate bellatrix. 298.91
Cur Abram pepulit de cubili, quando sola cum procaci viro manebat. 308.13
Cur tunc nomine puellæ nuncupauit Abram? ib.
Priùs lachrymis tergum abstersit, in quo periclitari castitas potuit. 54.37
Crescit in Iuditha victoriæ laurus, cui & laurus contigit pudicitiæ. 348.175
Eius encomia à castitate. 421.29
A casta viduitate se in virginum choros asseruit. ibid.
Vt nec memoriam thalami passa fuerit peracta victoria, qui viduitatis laudem inficeret. 466.132
In Iudith castitas transiuit in robur, virtúsque animi de pudica pulchritudine arma confecit. 468.141
Conopeum thalami Holofernis, in pudoris insigne exemit. 346.168
Cur oculus claudat decollatura Holofernem? 281.13.& 282.14

Iudith Oratio.

In orationis fornace, arma ad victoriam conflauit. 283.20
Quà fortior cur oret ante Holofernem sopitum? 282.16
Cur simul moueat labia in silentio orans? ibid. 17
Oratio clypeus fuit Iudithæ, quo venustatem occultauit. 291.57
Orationis ingenio se transfudit in aliam. 262.49
Qualis eius oratio, postquam de fonte Bethuliæ ascendebat? 238.45
Cur sub orationis simulatione, sectum caput Holofernis reportet? 291.57
Vt timuerit ostentare virtutem, pompámque facere de oratione. 312.28
Iudith oratio, gladius fuit aduersus Holofernem. ibid.29
Vt dari sibi petat Holofernis virtutem. 37.132
An expostulet ingratitudinem? 36.130
De palatij strepitu templum religiosis votis effecit. 223.137

Iudith Humilitas.

Iudith humilitas. 35.125
Quà humilis superbiæ culmen in humilitatis radice execrata fuit. 100.230
Eius humilitas quanta? 294.73
Humilitatis nitore Beatam Mariam Virginem præfigurauerit. 300.101

Iudith Religio, Fides.

Fides Iudith quàm eximia? 187.46
Iudith in Deo fiducia. 21.77
Vt à crimine immunis in Holofernis adoratione. 142.154
Singulis verbis se Holoferni religiosam ostendit. 151.55
An aliquando iurauerit? ibid.
An rectè per Holofernis vitam. ibid.
Quòd semel Holofernem cecidit, religionis; quòd iterùm iracundiæ piæ fuit. 287.42
Quantum religiosæ obseruantiæ detulerit inter Persas. 246.86
Inter hostium frequentiam nouit cremiticam vitam seruare. 238.44
An mentita coram Assyriorum excubatoribus? 131.108
Nunquam mentitam fuisse probatur. ibid.109

Iudith Lachryma.

Cur iugulatura Holofernem, ante lectum lachrymas fundat? 281.13
Lachrymis vectaculum Spiritui sancto subiecit. ibid.
Flens & pudoris officium seruauit, & pietatis affectum non amisit. ibid.13.& 282.14
Lachrymosa aquas sibi firmamenti conduxit. ibid.

Lachrymis suffusa formosior. 281. 13. & 282. 14
Linguam in oculos per vim lachrymarum transfudit. ibid.
Vt audirentur lachrymæ, labia frænauit. 282. 16
Lachrymis lectum abstergit, in quo periclitari castitas potuit. 414.37

Iudith Fortitudo.

Iudith animatæ fortitudo. 51.117
Eius bellator animus. 75.125
Sola animi fortitudine propugnauit. 74.121
Qualiter eius fortitudo constans fuerit, magnifica, & magna nimis. ibid.123
Iudith manus, qualiter cum brachio Dei compingatur in vnum. 100.230
Quà fortior, linguam compressit Holofernem decollatura. 281.16
Vtraque manu debellauisse Tyrannum, de fortitudine fuit. 283.23
Iudith decantata fortitudo. 286.36
Vt fœmineæ imbecillitatis immemor. ibid.
Adeò fortis, vtraque pro dextra fuerit vsa. 294. 75
Castitas & fortitudinis prodigium. 157.60
Iudith solo sexu mulier, cætera vir. 452.64
Vt suas laudes linguæ non fidat, sed manui. 345. 162
Benedictionum Iudith compendium, virilis in ea fortitudo. 300.98

Iudith Constantia.

Constantiæ Iudith elogium, inde maius quia præcogitatum facinus est agressa. 317.51
Eius virtus vt extra animam prosilierit. 301 102
Eius constantia, Persarum constantiam deuicit, 453.66

Iudith Sobrietas.

Iudith sobrietas conclamata. 61.66
Cur vinum è Bethulia, secum asportauerit? ibid. 67.68
Cur de Assyriorum castris alimenta respuerit? 231.12
Cur Holofernis caput sanguine madidum, in pera occludi iubeat Iudith? 290.54
Per manum Iudith, luxuries à sobrietate iugulata. 287.40

Iudith Facinus.

Iudith facinus, cum Simonis & Leui facinore comparatur. 7.24
Vt Deo totam facinoris pompam attribuat. 37. 138
An meritum, an culpa fuerit, Iuditham in periculum pudoris & vitæ, se inter inimica castra iactare. 126.89
Quæ prima victoria Iudithæ? 130.105
Non timuit doli suspicionem subire, vt industria de inimico triumpharet. 151.34
Eius fortunatior, quà ingeniosior, victoria fuit. ibid.
Cælitus audax, virtutem Numinis ad suum facinus concitauit. 282.18
Cur Tyranni iugulatio non Deo, sed suis manibus tribuat? 283.23
Qualiter fidem suam, pro necis Tyranni mercede Deo deuoueat? 284.27
Omnibus ornata virtutibus, iugulationem aggressa est. ibid.28
Cur decollatura Holofernem, comam prenderit prius. 286.38
Cur in ceruicem primas acies immiserit? ibid. 40
Cur bis ceruicem percusserit? 287.41
Cur auxilium Dei, ad horam facinoris momento peragendi peroret? 317.50
Principium sui facinoris, cum fine eiusdem operis copulauit, 339.144
Iugulatione Holofernis facta Sacerdos. 361.21
Vt plus facinoris fuerit, Iuditham fœminam sapienter consulere, quam fortiter cædere 363. 29
Viribus armis de Holoferne triumphauit. 408. 30
Vt se morti deuouerit pro Bethulia. 106.1
Quibus armis instructa in castra perrexerit? 114. 35.36
Cuius coloris vestis? 115.37
Mense Octobris suum facinus est aggressa. 116. 43
Pro quibus se in pericula dederit, an pro omnibus hominibus, an pro suo genere solùm? 301. 104
Cur Abram abegerit in excidio Holofernis, solamque se cupierit ad audaciæ miraculum? 309.10
Vt instrumenta pietatis, inseruire fecerit apparatui iustitiæ? 313.32
Qualiter tota incœperit esse patria, quæ pars erat? 324.66

Iudith Victoria, Triumphus.

Iudith voto victrix, licet nondum, dextra iam Hebræorum auspicabatur imperium. 484. 46
Quis primus triumphus Iudithæ, sine quo integre non triumpharet. 295.80
Inde eius gloriosior victoria fuit, nulla parte non fuisse victricem. 348.179
Ex quo Holofernis corporis euaserit domina? 290.53
Cur murorum custodibus victoriam nuntiauerit antè ingressum? 292.61
Eius fortunatior, quà ingeniosior, victoria fuit. 151.34
An Imperator Iudith? 405.18
Spolia opima Holofernis reportata à Iudith. 406.35
Vt populus ea tradiderit victrici Iudithi? ibid.
Attributa horum spoliorum, in Iudith facinore concurrerunt. 410.36
Auri argentique pondus quod Iudith contigit, sine pondere magnus. ibid.
Iudith ouans ibid.39
Eius victoria quantum adsonat Ægyptij Pharaonis cladi. 444.27
Plausus populi cæteraque de triumpho Iudith. 411 41
Cur oleagina cingatur corona? 411.48
An in pudicitiæ symbolum? ibid.
An quia pacis? ibid.
Iudith post mortem adhuc de Holoferne triumphat. 471.143
Vt pacem consequuta fuerit Bethuliæ retrò post obitum? 472.155
Quo mense festum victoriæ, ab Hebræis celebratum? ibid.157
An festum Cambyseum nuncupandum? ibid.

Iudith post Triumphum.

Iudith magna facta in Bethulia post triumphum, singulari tituli cognomento. 467. 138

An

An singulis annis iret in solymitanum templum, post victoriam? 468.142
Vt ad vidualem redierit habitum, in domo viri post triumphum reclusa, normam monasticæ disciplinæ edocuit. 469.146
Quæ eius pia exercitamenta intra domum. ibid.
Quibusnam specialiùs virtutibus præfulxerit. ibid.
Eius ætas an ab exordio natiuitatis, an à tædis connubialibus computanda? ibid.
Quo tempore liberam dimiserit Abram? 70.149
Quot annos in domo mariti vixerit? ibid.
Vt probetur non excessisse decimum sextum ætatis annum, cùm Holofernis caput abscidit? ibid.151
Iudith mors. 71.152
Sepulchrum. ibid.153
Exequiæ. ibid.154

Iudith Canticum.

Iudith canticum modulatis numeris, sonoráque vocis elatione personuit. 439.2
Triplex canticorum genus gratulatorij, prophetici, & mœstum complexum fuisse. ibid. 3
Vt plurimum gratulatorium & victoriale fuit. ibid.
An syllabis metro vinctis constet? 440.6
Cui denoueatur, an ipsi Iudithæ, an Deo? 441.9
In eo bis se præbet Heroina victorem. ibid. 10
An canticum adiutum fidibus, & quo vocis tenore crepuerit? ibid.13.& 442.14
An qua cum publica celebritate & laude prolatum, dicatur confessio? 441.11
Vt Psalmus nouus dicatur? 442.17
Cur squalorem saccumque quibus in conspectu Domini defœdauerat, non decantet in cantico? 448.46
Canticum hoc, qua parte hymnus? 455.76.& seqq.

Iudith Gratitudo.

Qualiter sui facinoris laudes Deo tributa rependat, ne eloquium ære damnetur. 343.156
An solùm Holofernis arma, & quæ ad arma pertinent obtulerit Domino? 464.123
An conopeum? 465.125

Iudith Angelus.

Quorsum Iudith non contenta, Deo in assertorem suum etiam Angelum interpellet? 296.83
Quis fuerit Angelus hic? ibid. 84
Probabilius videtur fuisse Vrielem. 297.85
An duplici Angelo custodita in itinere? ibid. 86
Non solùm castitatem, sed quidquid Iudithæ fuit, Angelus custodiuit. ibid.88
Vtrum ei suus Angelus in specie visibili apparuerit? 298.89
Probabilius videtur, sed commilitonis specie apparuisse. ibid.90

Iudith Laudata.

Signatissimum Iudith encomium, ab impudicis non potuisse libari; laudari potuisse. 191.64
Iudith de cælestibus. ibid.
Qualiter typus Beatæ Mariæ Virginis. ibid.
Vt diuinæ pietati proficua. 194.73
Cur ab Ozia filia nuncupetur? 299.95
Vt Principe genitore digna fuerit? ibid.
Solidissima ciuitas, vallata fortitudinis muris. ibid.
Eximium Iudith præconium, quòd ab eius laudibus elogia Deiparæ concinnentur. ibid.96
Benedicta, quatenus Deiparæ typum prætulit. ibid.
Qualiter non debeat cum mulieribus comparari, quæ naturam vicit & sexum. ibid. 97
Omnium benedictiones, sibi à Deo in suo facinore traxit. 300.98
Eius laudes à Dei laudibus dissociari non possunt. 301.103
Qualiter benedicta, in omni tabernaculo Iacob dicatur ab Achior. 304.117.118
Filia suæ gentis, non vnius familiæ dicitur, vt quæ in commune bonum est nata. 131.107
Maxima Iudith laus, quod morti se pro salute populi obtulerit. 117.91
Cur filia suæ gentis in vniuersum dicatur? 160.71
Iudith laudes decantatæ à senioribus. 407.24.& seqq.
Qualiter videntium Deum nuncupetur lætitia? ibid 25
Sui populi gloriæ meritorum pondere nomen famámque consequuta est. ibid.24
Vt in Iudith Ierusalem refloruerit? ibid.
Assyriæ virtutis gloria honorque penitus in Iuditham refluxit. ibid.26
Ab illa Bethulia inuertentium sæculorum ætatem posthumam exornatur. 408.27
Cum Eua componitur & profertur. ibid. 28
Deus vt Panegyrista Iudith dicatur à Bethuliensibus. 298.92

Iudith Varia.

An Iudith totum corpus, an manus tantùm lauerit in fonte Bethuliæ? 235.29.30
Cur conopeum secum tulerit Holofernis, & de gazarum cumulo nihil. 316.47
Quo fine toties corpus lauerit in fonte Bethuliæ? 235.31.& seqq.
Quo stratu accubauerit apud Holofernem. 246.86
Oleum cui muneri secum tulerit è Bethulia. 234.72
An verè Martyr Iudith? 127.92
Vt in ea virtutes illuxerint, quæ Martyres faciunt. ibid.
Qua ratione Martyr etsi Tyrannum impetierit? 129.98

Iupiter.

Iupiter quare dictus prædator? 406.19
Quare Feretrius dictus? ibid.

Iuramentum.

Per Principis animam in sacris iurare; qualis vsus? 232.18
Qualis ob vitâ functos iurare? ibid.
Æthyopes per mortuos iurant, & quare? ibid.
Iuramenti formula apud Hebræos? 233.19

Iustitia.

Stricta iustitia vt adiuuetur arbitrio? 91.114
Industriâ meritorum adiuuetur iustitia, quâ ingeniosior est solitudo merendi, non vereatur doli incurrere suspicionem. 151.33.tota sect.
Ne iustitia in socordiam deflectat, quod suum est pretio diligentiæ mercati. ibid.

Diuinæ offert sacrificium iustitiæ, qui sacramentum pietatis pro puniendis delictis in vindictæ sacramentum conuertit. 207. 66. tota sect.
Quale sit sacramentum iustitiæ? ibid.
Iustitiæ diuinæ seueritas, eluditur, præoccupatâ vindictâ scelerum, à iustitia humana. 208. 69
Iustitia dorsum non habet, tota facies est, & in cerebro frontem fert. 337.135

Iustus.

Quæ iustis fauori, iniquis supplicio esse solent. 12.42
Iustorum lux tenebræ peccatoribus est. ibid. 43
Fidei iusti orantis, quasi obedienter accurrit Deus. 20. 73
Summa laus iusti, placere Deo. 39.142
Per benè gesta seipsum in illustrius natalitium progignit. 55.38
Manus iusti in peccati vltionem extenta, non hominis sed Dei manus nuncupatur. 57. 47
Iustus tacita maiestate dominatur peccatoribus. 81.149
An qui iusto imperat, quasi crimen læsæ maiestatis committit? 81.152
Opera bona iusti, vt Deus auxiliis præueniat. 88. 178
Iustus cum Deo, quasi in vnam corporis compagem euadit ad opera peragenda virtutis. 90. 187. tota sect.
Ita proprium fit hominis brachium Dei, vt carneo semoto, diuino iustus vt ingenito vtatur. 188. ibid.
Opus in iusto ab intentione non deciscat. ibid. 190
Iustus totus sit Deus, qui totus est Dei. ibid.
Non pluribus metallis variegatus incedat. ibid.
Deo suo nihil retineat, vt totus Deo placeat. 100.230
Iusto omnia in bonum cadunt. 136.130
Ex adhæsione peccatorum fit iustior. 171. 115
Amari cupit, non timeri. 194.7. tota sect.
Nisi per miraculum iustorum non terrorem incutit. 195.10.11
Iustorum calamitates, pro vita sunt impiis. 214. 96
Iustus qui suam coloniam in cælestia transmisit, in frequentia siue in solitudine vbilibet orat. 223,136. tota sect.
Iustorum opera sint pennata. 224.139.
Sic exteriùs prodeat iustus in opera charitatis, vt interiùs contemplationis otium non interrumpat. 224.140
Iusto quatenus stare & volare competant simul. ibid.
Iustus, cui pabulum fides, etiam dum egenus; abundat. 258. 30. tota sect.
Paruo satisfit stomacho iusti, nonnisi magno gulæ improbæ peccatoris. ibid.
Iustus quà ex fide viuit, totius temporis amplitudine delectatur. ibid.
Iustorum quanta opulentia, & vnde proueniat? 259. 32
Iustus per honesta opera, in Angelorum sortem asseritur. 276.113
Etsi malorum pateat incursibus, intranea virtute defenditur. 305.3
Per virtutis viam quia se libito à temporalibus obcæcauit, beatitudinis tenet fastigium. 316. 46
Iustus in meridie luminis ambulat. ibid. 47
Deum incomprehensibilem comprehendere satagat iustus, vt nunquam sibi satisfaciat in cursu. 321.64
Iustus, qui vitiorum agmina insequitur, fœliciter antequam veniat, vidit & vicit. 339. 145
Cur ad virtutem suscitetur ab ortu, cùm resurrectio nonnisi à cineribus sit? ibid.
Iustus ambidexter sit, ne parte quiescat, parte laboret. 375.6
Qui in perfectione præualuit, excitari auet, agitarique ad virtutis progressus. 393.73
Iustum, animæ infamia non corporis pudet. 400.101
Nunquam est improba probi facies. 434. 79
Solus iustus diuitiarum est dominus, cæteri quasi fures. 421.29
Ditescendi compendium, sectari iustitiam. 437. 89
Iustis, quæ aduersa, lactea sunt & amœna. 459. 98
Iustorum merita, Angelorum fortitudinem explicant & commendant. 479.28
Qui de ferarum consortio humanæ naturæ indolem non turpauit, de victis ferarum arcibus coronatur. 483.43
Iusti populis dominantur. 485.56
Quò eleuatur iustus deprimitur reprobus, eodem instrumento alter peremitur, surgit alter. 493.76. tota sect.
Iusto omnia cooperantur in bonum. ibid.
Vel ipsa mors vitam posthumam reddit iusto. ibid.77
Timentes Deum, apud Deum magni. 460. 101

Iuuenis Iuuentus.

Iuuenes priscis Heroës dicti. 404.11.
Eorum ætas aptissima bellis. ibid.
Apud Romanos, primò armis exercitabatur. ibid.
Decimo sexto anno tyrones militabant. ibid.
Qui Principes iuuentutis dicti? ibid.
Iuuenes, idem quod *bellatores*. 446.35

L

Labam.

VT consuetudinis specie Iacob illuserit. 272. 93
Quem vsus erudiuit in fraudem, altera consuetudine callidè à filia decipitur. ibid.

Labor.

Calamitas iusti fœneratio est, dolor; vsura. 424. 40
Non semper per fortunatam semitam pergitur in fortunam, ducit & in sortem calamitas. tota sect.
Nullus labor sterilescit. 425.41
Labor fœlicitatis vulua. ibid.43
Ingenium fortunæ, quæ etiam fœlicitat ex aduerso. ibid.
Labores vel Deo in rubo ad maiorem splendorem

rem deseruiunt. ibid.44
Laborum pondera eleuant in suprema. 426.46
Laborum ærumnarúmque vsus, vel præmia parit vel pœnam. 427.52
Calamitosi infortunium, vt aquilo dispergit amicos, quos fortunæ blandus zephyrus congregauit. 158.63. tota sect.
Comitata calamitas mitius pungit. 159.66
Extrema calamitas est, sine calamitatibus vitam agere. 225.143. tota sect.
Vide *Infortunium*.

Lachryma.

Lacrymæ, animæ sanguis. 61.69
Inferni portas refringunt, ignesque carbones extinguunt. 281.13
Lachrymarum preces, quàm validæ! 282.15
Lachrymæ quasi viam sternunt Deo, ad miracula peragenda. 314.38
Lachrymarum potentia. 426 48

Lætitia.

Habet solum lætitia pauorem. 338.141
Immodicum gaudium confodit syllabas, morti que vocabulo vitam infundit. 353.190
Ipsamet arma gaudiorum crepant, somnúmque captanti discutiunt. 389.56
Æqua lance doloris, pondus penditur cum lætitiæ momentis. 450.54
Vide *Gaudium*.

Laqueus.

Suomet laqueo capi, adagialis vox. 67.94
Laqueum mandare seu promittere, mortem desiderare est. ibid.
Oculi laquei sunt, quibus trahuntur amantes. ibid.96
Ignis & laqueus, perinde sunt in re amoris. 68.97
Laqueus, armorum genus ad capiendos hostes. 70.107

Lares. Lararium.

Lararium pars domus, Diis Laribus destinata. 107 7

Lauare. Lotio.

Antiqui nocturnum somnum, eluebant. 236.34
Lotio communior post cædem peractam. ibid.35
Lotio, adorationem & gentibus Christianis in vsu. ibid.
Aquæ viuæ ad lotionem aptiores, apud prophanos & sacros. 237.39
Cur nonnisi viua ad lustrationem, ante orationem adhibebatur? ibid.41

Laus.

Laus vt crescere faciat laudatum. 215.101
Non qui Deum verbis laudat, saluabitur? sed qui operibus. 227.154
Laus & non à Deo, vituperium est. 293.70
Homo, laudator improbus esse solet. 301.102
Laudis merces, operis auctori debetur, non furi, qui merita deprædatur aliena, 343.155. tot.sect.
Armorum fructus laus est. 411.43
Vt iusta sit laus, nec subeat suspicionem mendacij, eadem laude debet esse dignus laudator, qua à laudante laudatus. 435.82. tot.sect.
Fucata laus, in sola cute diffidet à conuitio. ibid.
Adulationis vituperatur opprobrio, qui laudatur ab improbo. ibid.
Incestum laudationis committit inquinata lingua laudantis. ibid.
Optima laus est non quæsita, sed tenta. ibid.84
Vnum debet esse cum laudato laudator, vt participet meritum quod extollit. 436.87

Lazarus.

Cur Lazaro viuo funerei compedes, & vincula fati perdurant. 305.4

Legatus.

Legatus qualis debeat esse. 187 45
Legati Principum, qualiter à Persis excipiebantur. ibid.44
Qui vtilia faustáve ferebant, regiæ mensæ parabatur conuictus. 193.72

Legislator.

Legislatores iniqui quot leges promulgant, tot retia extendunt, quibus capiant insontes. 217.109

Leuita.

Leuitarum consecratio, cur à sanguine? 208.69

Lex.

Cur datur in monte apparatu damnationis, fulguris & tonitrui. 86.175
Plures sunt leges, quæ peccatores efficiunt non curant. 217.109
Lex quod impedit fieri, impedit & rogari. 232.17

Libare.

Olim post vltimam escam libabatur Mercurio & quare? 240.52

Liberalitas.

Nulla liberalitas est profusior, quàm quæ sermone antequam manu donat quod habet. 93.191
Communem omnibus edit prolem. 160.70
Liberalitas vera anteuertit spem, ocior est desiderio. 194 5
Cælum habitat liberalitas. 261 42
Gedeon in signum difficilium elegit cælestem liberalitatem arctari. 310 61
Deus cum de bono cogitat hominis, plura simul congerat & adunat. 70 106
Eius oculi beneficiorum pluunt imbres. 79.143
Deus totus manus est, qui dare solicitat quidquid est. 93.202
Deus quàm rogari auidus! 146.13
Liberalitate iniurias auertit. 188 52
Quæcumque mora in beneficiis, sæculum Deo est. 415.5
Dei est non dare ad numerum, sed ad pondus. 262.45
Vt sub sæuitiæ specie se Dei liberalitas prodat. 492.74

Libido. Libidinosus.

Libido quid? 119.53
Sibi inimica est. 7.23
Sanguinea mors libidinosi sanguinis fructus. 62.71
Libido callida, versipellis. 63.74
Libidinosus non subitò perit, qui in ipsa luxuria habuit integrum fœnoris apparatum. ibid.& 151.32
Ante consummatam libidinem, iam crepat peccati vindicta. 244.75
Dimidiata libido est, quæ sine cæde finit. 62.73

Libido comes est gulæ. 85.168
Libidinosus euiratus, elumbis est. 119.54
Publicè in oculis gestat cor. 137.131
Nulla potentior vis aduersus libidinem, quàm libido. 150.28
Illecebrosi amplexus, funes sunt. 151.32
In te libidinis impetu victoria tenetur, non lenitate. 154.48
Libidinis est, dum magis alita perimere nutritorem. 253.8
Libido domesticus hostis. 254.13
Vide *Luxuria*.

Lilium.

Liliorum operimenta gloriosa. 51.15
Lilia quale genus ornamenti. 117.45
Maximè amorem conciliant. ibid.47
Castitatis emblema, & luminis, & soliditatis. ibid.46
Maximè amorem consiliant. ibid.47

Lingua.

Gemino peccato linguæ geminatum respondet supplicium. 85.166

Lituum.

Lituum equitum fuit, tuba peditum. 403.8

Loth.

Cur marmoream iam uxorem, Loth non respexerit. 491.70
Quasi timuit connubium de marmore facere. ibid.

Lucifer.

Lucifer vnde tam citò draco? 482.42
Cur septies fera qui Angelus semel. ibid.
Septem capitibus septem disposuit diademata, vt septemplici feritate sæuiret. ibid.
Lucifer quasi adhuc oriens è iubaris vulua, qua ferus Angelus montem ambiuit. ibid.
Angelum se esse noluit, sed ex superbiæ metamorphosi fieri feram. ibid.
Suprema & infima eodem ambitu petere concupierit, 487.56
Ob odium medietatis punitur. ibid.
Angelos de medietate, inter Deum & homines contemnebat. ibid.
Ambiens deitatem, solitudinem procurauit. 68.97
Dissimilitudinem affectauit. 90.189
Ideò cecidit, quia consulem sui appetitum effecit. 157.58
De semine veritatis pater fuit effectus mendacij. 221.127

Lux. Lumen.

Lumen, proprium Spiritus sancti est. 118.52
Lux qualiter duplicatum ferat creaturarum elogium. 435.85
Vide *Paulus*.

Luminaria, seu Facula accensa.

Cui vsui ad celebritatem. 292.65
Vide *Funalia*.

Luxuria. Luxuriosus.

Homines in bruta conuertit. 57.47
Habet pro fœnore funus. 62.71
Quæcumque hominis sunt perdit luxuriosus dominium, facultates & vitam. ibid.
Non solùm quæ sunt, sed quæ futura sunt bona perdidit luxuriosi libido. ibidem 72
Si alius iudex non sit, in semet proferet luxuriosus mortis sententiam. 63.75
Lethalis est fames luxuriosi, perit ipse alimento luxuriæ. ibid.76
Luxuriæ malignitas inter inuisibiles vepres graditur. 77.155
Luxuries balneis mero vnguentóque madet. 108.10
Luxuriosi fœtor, etsi nullus ventus perflet, spargitur. 136.128
Eius desideria & oculi, vel in ipsa solent inquinari munditie. 138.139
Cui curæ Venus est, Mars curæ non est. 139.140
Luxuria non roborat, sed eneruat. 157.60
Luxuriosus libertatem reputat vincula delictorum, voluptatum durationum nuncupat vitam, per vitia succedentia computat annos. 197.96. tota sect.
Luxuriosi iuuentus, & senectus, integráque vita lasciuia est. 168.199
Compendiosa mors est luxuriosum cor salacis Tyranni. 167.97
Lasciuum amorem cur vitæ nomine nuncupet luxuriosus? 168.99
Nullam præter voluptatem virtutem agnoscit. 242.61
Se numerum cogitat cum sit vnus, plures esse cupit qui vt plures capit. 251. 1. tota sect.
Luxuria Holofernem in plures diuisit. ibid.
In tot luxuriosum diuidit quot desiderat. 252.6
Nullus priùs lasciuus quàm edax. 268.74
Luxuriæ prologus vinum, & esca, 273.99
Qualis sit apparatus luxuriæ. ibid.
Libido casus est, thalamus præcipitium. 281.12
Libido sine gula monstrum esset. 288.44
Non solùm virtus, sed & iugulat libido, libidinem. 306.6
Etsi fallere satagat, vix potest fefellisse libido. 347.170
Lasciui somnus inquietus est, pauoris stimulis actus, adhuc vigilat quando dormit. 389.57
Sat est ipse libidinis somnus, vt à sumno excitet soporatum. ibid.59
Nullum est lenocinium libidinis sine hoste. ibid.58
Clamorosa nimis luxuria est, tumultu delitiarum conturbat, sed surdos reddit ne vitæ documenta percipiant. ibid.59
Libidinosi situm ingenitum mutant faciei, vt in delitiarum organis gestant. 398.93
Libido quæ cœpit, iam tota est. 399.96
Luxuriosi libido etiam in spiritum audet, in cælestem puritatem assurgit. 480.33
Lasciuus aper est. 481.35
Pulchritudo ab oculis lasciuientibus hausta, quos laqueos iniiciat cordi. 448.45
Libidinis vincula dum violenter trahunt, trahere libentem solicitant. 488.60
Potentissima sunt si libeat vel non, si semel prenderint, opprimunt illigatum. ibid.
Luxuries etiam in Angelos audax. 491.73
An impuritatis examen Angeli deligendi. ibid.

M

Machabæi.

Eorum nomen vnde fluxerit? 16.56

Magdalena.

Amore fit repentè magistra virtutum. 19.69
Gemino verecundiæ velo peccata contexit. ibid.
Cur abstergit crinibus pedes, quos oculis humectauerat? ibid.
Lachrymis suffusa altiùs & profundiùs erubuit, quam rubore ibid.
Purior defœcatiorque fuit illi verecundia, per lachrimas quàm per sanguinis vultum, & quare? ibid.
De proprio crine faciem vestiuit, vt verecundiæ symbolum solidius esset. ibid.
Totam in verecundia suffudit in facie, ne oculi spectantium aliquid prius quàm pudorem inspiciant. ibid.
Dominum quem oculis ignorabat, præuidit affectu. 96.212
Non sola voce, sed coma, manu, oculis precata est. 144.6
Christus per Magdalenæ lachrymas, velut per vndas suscitaturus fratrem, ad miraculum transfretauit. 314.38
Magdalena ex pœnitentiæ lachrymis ipsa altera, seu altera ipsa. 26.48

Magnus.

Cognomentum Magni quid importet? 467.139
Quo merito impertitum, quo onere impositum. ibid.
Dij Magni vocabantur, qui in aliquo specialiter loco culti, vel apud omnes. ibid.
Terra *magna* vocata, quód cibum parit. ibid.
Victores titulo *Mactus* seu magnus factus honorabantur. ibid.138

Malignitas.

Cur sibi videretur malignitas, si quod solùm potest intenderet. 99.219
Eius impetum impotentia non frænat. ibid.
Eius potentia frænos orbi inicere tentat. ibid.
Triumphus de homine fœlicior omnium, malignitas est. 169.105
Solaminis auspicium est, quòd malignitas fines inuenerit. 275.109
Vide *Vitium, Peccatum*

Malum.

Malum *alterum* vocabant Platonici, & quare? 15.52
Magis auditum, quàm spectatum malum obtundit. 26.92
Vide *Calamitas. Labor. Peccatum.*

Manna.

Mensura Mannæ, cur æqualis omnibus Hebræis? 151.34
Manna beatitudinis vmbra. ibid.
Cur in diem asseruatum non durabat. 259.34

Mansuetudo.

Nulla est mansuetudo celebrior, quàm quæ irascitur in flagitia. 208.70

Manus.

Manus osculatio, cur adorationis signum? 142.153

Mare.

Mare sæculi hieroglyphicum. 224.142
Maris rubri qualis ad plectendos Ægyptios æstus? 57.45 & seqq.

Maria Virgo.

Incarnationis celeritas, debetur Mariæ desiderio. 96.213
Feruida eius cupiditas fuit pro semine, quæ Deum præsentissimum generauit. ibid.
Eius castitas vt secura cum Gabriel dissereret, pudoris læsionem impossibilem esse præmisit. 99.228
Eius pulchritudo, impuros compescebat ardores. 118.50
Vt sacri sermonis doceat verbum concipere, non verba laudare. 227.151
Beata Maria Virgo, vt virginitatis æternitatem commendet. 296.82
Virginitatis industriâ, non solùm magna fit; sed & Deum magnum facit. 300.101
Quo ingenio secundum verbum tuum assensum Angelo loquenti præbuerit? 344.158

Maritus.

Nimiùm prodigus est maritus, qui fœminam sub solis lampade vagari permittit. 234.25

Martyr. Martyrium.

Martyrum sanguis viuit effusus per mortem, etsi intra venas superstitis non vixisset. 54.35
Ecclesiæ Martyrum, id est, memoriæ. 38.136
Martyrium seu martyrij gloriam, hostem prouocanti qui negent. 126.86
Quot sint ad martyrium constituendum, necessariæ virtutes. 127.92
An si desit carnifex obiicienti se periculo vitæ, laureola deficiat martyrij. ibid.
Qui martyres Tyrannorum furori libenter se obtulerint. ibid.93
Hostem martyres prouocare Spiritus sancti ductu, in fidei oportebat elogium. 128.94
Requisita ad martyrum ex Bonauentura. ibid.95
An qui tyrannum ferro impetit, martyr censendus? ibid.

Matrimonium.

Matrimonia inter inæquales monstra progignunt. 52.27
Matrimonij nimia voluptas ad operum fructum eneruat. 204.50
Monimenta coniugij, arma sunt castitatis. 288.43
Persis & Assyriis licebat plura simul exercere connubia. 66.87
Cum matribus & sororibus congredi per leges Persis licebat. ibid.89
Reges Persarum pluribus coniugibus copulabantur. 192.71
Vide *Nuptiæ.*

Sanctus Matthæus.

Sancti Matthæi conuersio cur celebretur à Christo gaudij pompa? 318.53

Memoria.

Ecclesiæ Martyrum, memoriæ. 97.136
Ea honorabilior memoria, quæ à triumphis oritur. 77.137
Quod ingenij solicitudo produxit, difficilè labitur è memoria. 75.127

Memoriale.

Idem ac glorificum nomen. 37.133
Memoriale aliquando pro Nomine. ibid.

Memoriale nominis quid addat? ibidem 134

Medi.

Medi molles, à quibus & Persæ. 453. 67
Canes dicuntur, & quare? ibid.
Medorum magnæ & pulchræ fœminæ. 451. 60
Medi Gigantes in Scriptura. 64.78

Menaulum.

Quid? 58.49

Mendacium. Mendax.

Mendacium nugatorium si vult, an culpa? 131. 108
Plato mendacium pro patriæ tutamine admisit. ibid. 109
Quid intersit inter fallere, & metiri. 108. 12

Mens.

Mendacium carnifex est mentientis. 254. 12
Nonnisi in veritate congaudet. 220.126

Meretrix.

Flamma est, quæ iuuenem vt stipulam, vel primo solet odore cremare. 254.13
Meretrix, sui populi proditor, patriæ clades. ibid.

Meritum.

Magnanimi operis excellentia, nonnisi pluralitate satis describitur. 283.23
Initium facti consummationis titulo fruitur. 342.149
Non à patrocinio eloquentiæ, sed ab exhibitione operis egregium meritum est probandum. 344.tota sect.
Meritum prolixa laudatio est, quæ de solis actibus sumitur. 436.88
Opera ipsa linguam habent, qua munerent merentem præconio. ibid.
Angeli vt cultum de hominis meritis faciant, quo beatitudinis gloriam quasi de nouo acquirant. 478.26
Lenocinium virtutis est non habere, sed mereri laboris mercedem. ibid.27

Metus.

Metus impendentis mali magis concutit, quàm dolor inflicti. 66.86
Metus quasi partem animæ aut adimit, aut abscondit. ibid.87
Et est timoris potentia, vt vel Deus qui stans moritur, iacens paueat. ibid.89
Metus sanguineus est. ibid.
Non atrociùs incutitur vulnus, quàm de futuro vulnere pauor. ibid.
Vide *Timor*

Miles. Militia.

Militum propria alimenta. 123.74
Milites hordearij. ibid.
Militum disciplina, securitas est victoriæ 125. 85
Milites qui ob Reipublicæ columitatem religionísque obeunt in bello, an si cætera adsint, ad martyrij laureolam perueniant? 129. 100
Nihil antiquius militibus, quàm ducibus morem gerere. 136.128
Non opus habet ore sed manu, quisquis scholam militarem frequentat. 155.49
Militis pedes meliùs puluis lauat, quàm aqua. 268.76
Militi augurium mortis est, durum pauimentum pro thalami mutare blanditiis. 209.76
Militis victoria, Principis est. 215.101
Militaris disciplina fuit, prima luce tabernaculum Imperatoris adire Duces, prospera precantes salutationibus. 361.20
Quo signo suffragium ferri solitum inter milites. ibid.26
An silentio fieri solitum aliquando? ibid.
In contis præfigere capita hostium, militaris mos. 365.42
Mos militum, se circa bustum & pyram, fumúsve decurrentes rotare. 366.47
Excubias deserere, quale in militia piaculum? ibid.48
Militaris ordo dispositióque, vt certum vaticinium victoriæ sit? 383.55
Miles vitæ sit minister non mortis, arma sint instrumenta quibus vitalibus frugibus per ferrum incumbat. 476.14.tota sect.
Bellatores nefarij, de mortis nundinis quæstum faciunt. 477.21
Artes militiæ sacræ quæ sunt? 311.27
Qui ad amicas luxuriosus discingitur, ægrè aduersus patriæ accingitur inimicos. Non ex tentorio Veneris Mars erumpit. 318.97. tota sect.
Miles per vitia distractus, nec ensem nouit è vagina dissoluere. 319.98.100
Nec ensis in manu effœminati militis inueniri dicitur. ibid.99
Militis vera laus, non in papyraceo diplomate, sed in cicatricibus, aut sanguineo puluere elucet. 344.161
Miles qui diues à bello, sed sanguine siccus euadit: dignus morte censendus. 345. 164
Vt se militem probet, mucronis ferat in capite testimonium. ibid.
Vt nullus queat adhuc se fingere, sine vulnere militem. ibid.
Cicatrix accepti vulneris loquax est, & ineluctabile profert congressus fortissimi testimonium. ibid.

Minister. Administri.

Improbus minister quæ ex propria libidine regalia iussa compleuit, computare nititur in calculum meritorum. 131.101.sect.
Ministrorum claritas, in Principis claritatem refunditur. 211.80
Imperij membra sunt administri, Princeps cor. ibid.
Boni administri claritas vel futura, in sui Principis splendorem lucet. ibid.84
Vita Principum vt Administrorum geminetur officiis? 212.85
Qui se in publica commoda totum erogat, filius vniuersitatis fit & mancipium. 321.65. tot. sect.
Administer ne in alterum curam sui exercitij deponat. 375.5
Ministris exemplo sunt Seraphim. ibid.
Primi Persarum Ministri, aures & oculi Regis appellabantur. 298 89

Miraculum.

Diuina miracula, nonnisi cuius sunt artifice voluntate patrantur. 91.192
Vmbram mortis captat qui verba dominica nonnisi miraculis suscipit solidata. 92. 195

Illud miraculum hominibus est proficuum, quod à Domini venit amore. ibid.
Miracula ambitiosus expetens, in sui ruinam experitur. ibid. 197

Misericordia.

Misericordia Dei in statetis, & quare? 76. 131
Ad misericordiam pluendam rumpitur cælum, iram Deus sensim emittit. 87.174
Dei viscera ex molli misericordia panguntur. 69.104
Stylo Dei parcit, hominis stylo irascitur & vlciscitur. ibid.
Ea est eius misericordia, vt quo atrociùs exarsit iniquitas, maiora pietatis beneficia distribuat. 204.53
Deo potissima ratio miserendi, est prima in homines flagellorum incussio. 206 60
In misericordi lenitate, deferuet ira. ibid.
Misericordia Dei amputata dicitur, cùm iustus patitur, nec defenditur. 294.74
Vide *Pietas.*

Missilia.

Præpilata missilia quæ? 14.49

Mithra.

Persarum numen. 18.68
Mithra vestis, quid significet? 112.26
Arabum fœminæ mithrà vsæ. ibid. 27
Mithra, fœminarum corona. ibid. 27
Longè distat à nuptiali flammeo. 113.29
Mithra, an signum inhonestæ fœminæ sit? 450. 53
Apud Syrios, aliásque gentes, puellarum decorum fuit ornamentum. ibid.
Viris quòd mithris caput obtegerent, turpe erat. ibid.

Mors.

Eius cogitatio, oleum est ad flammam pulchritudinis accendendam. 52.22
Eius meditatio vitalis. ibid. 23
Ab eius obliuione pulchritudo mortem progignit. ibid. 23
Eius obliuio monstra parit. ibid.
Mors quam non præcedit timor vt lictor, non pœna, sed quies est. 66.88
Mors passa est patiente Christo. 88.180
Nulla functio cum Venere, vbi mortis memoria est. 119.54
Lætitiæ fugacis propudiosa possessio lethum est. 168.100
Mors optima dicitur, quæ nimiùm opportunè venit. 245.80
Cur sedens & immobilis describatur, non incedens? 274.103
Parcæ stamina non opera nent. 273. 100
Non semel moritur, qui nefariis operibus vitam finit. 277.116
Cuique sceleri sua mors in supplicium cōtingit. ibid. 17
Cogitata mors, feracior est ad æternitatis sobolem, quam vitæ fœcunditas. 353.189. tot. sect.
Mors materfamilias. ibid. 190. & 354. 193
In morte cogitata, pater, mater, & soror ibid. 193
Cogitatio mortis, superæ generationis resculpit exemplum. ibid. 193. 194
Vt dixerit Aristot. nullum animal sine æstu recedente expirare. 303.114
Mors vt vitæ creditor. 327.89
Mortis iugis memoria vt frigere faciat voluptatum incendia. 376 11
Emortuæ pulchræ fœminæ facies, vt compescat ardorem libidinis. 378.17
Mortis memoria, vt libidinis medicamentum sit. 396.87
Apud Ethnicos maiora erant parentalium spatia, quàm iucunditatis nuptialis. 471. 154
Mortalium pugna, tota est reddere de mortalibus mortuos. 477.21
Vel ipsa vita, in viuo peccatore cadauer est. 493.77

Moyses.

Moysi virga, eiusdem dominij hieroglyphicum supra naturam. 81.150
Luce perfusus, vt hauserit lucis qualitates. 93. 200
Eius humilitas. ibid.
Meruit in fronte exaggerari fulgorem, & quare? ibid.
Cornua lucis gestabat in fronte, Deus in manibus. ibid. 202
Humilitas Moysem exinaniuit. 101.236
Virga eius, vt eiusdem imago. ibid.
Cur illi lux diuina in facie contigerit, cornua referens in figura. 153.41
Cur velamen obducit fronti? ibid.
Tunc aptior miraculorum minister, cum tardioris linguæ fuit. 156.53
Vita Moysis, vt obedientiæ instrumentum? 261. 40
Quantum in morte obedientiæ detulerit. ibid.
Cur eius sepulchrum nemo nouerit? ibid. 41
Nec in sepulchro exanimis, terrenus apparuit. ibid.
Idem post mortem quà viuus. ibid.
In osculo Domini moritur qui in osculo vixerat. ibid.
Cur legis tabulas in scopulos eliserit? 267. 71
Cur de contrito vitulo, Hebræis conuiuium instruxerit? ibid.
Moysis manus patratura miracula, vt priùs in sinu pectoris edoceatur? 310.24
Cur instar niuis leprosa apparuerit? ibidem.
Moyses vt de solitudinis fastigio radios lucis educat, qui deseruiant ad gloriam, quos ignoret ad plausum. 311.26
Virga Moysis plagarum ministra, cur non semel vertitur in serpentem? 332.112
Moyses cur à regione promissionis priuetur? 333.117
Moyses vt aulam Principis ingressurus, leprâ manus instruatur? 391.66
Moysis vocabulum, emblema fortunati infortunij. 425.42
Cur Pharaonis deseruit Regiam? ibid.
Cur exul à Regno, stationem adamat iuxta puteum? 425.43
Vt ei ex aquę periculis laboribúsque prouentus fœlicitatis illuxerit. ibid.
Moyses ex virtutis præstantia, adhuc inter Ægyptios sibi auspicatur imperium. 484. 47

Quod in sabulo sepelinit Ægyptium, vaticinium est; quod postea in pelago sepeliet Ægyptum. ibid.48
Se Deus transfudit in Moysem, quasi eius æmularetur virtutem. ibid.
Moyses vt de diuinis viribus aliquid gloriosum vibraret. ibid.
Moysi vt Deo Deus Pharaonem subiecit. ibid.
Insuper & Regnum. ibid.
Moysi quo titulo & merito Hebræorum populus sit. ibid.
Alternis argumentis Deus & Moyses erga Principatum collidunt. ibid.

Mundus, Mundialis.

In Mundo, nulla nisi votorum possessio est. 85.160
Quidquid à mundialibus agitur præter Deum, tenebræ sunt. ibid.
Nimia de mundialibus bonis voluptas, suffocat immodestè fruentem. 162.79. tota sectione.
Fallitur quisquis dixerit, mundum nos fallere. 206.59
Mundus quatenus non aure, sed ore audiendus. ibid. 61
Mundialia bona pondus sunt. 251.4
Mundiales, vt delicta ex diuersis vsibus iusta probent. 214.95
Sæculi claritas, vt gehennalis obscuritas sit. 316.47
Quidquid gloria mundialis est, pendulum est, qua furtiuum suspendio damnatur & furcâ, qua aëreum ab aere ventilatur ad casum. 316.87
Sæculi gloria, etiam quæ firmior est, nonnisi ex paxillo dependet. 328.95
Nouæ hydræ morem gerit, innumeris corporibus vno capite constat. 414.2
Vel lapillus paruus potens est molem mundialis gloriæ conterere. 415.5
Securitas à sæculo distat. 495.86

Munera.

Quàm polleant, vt sensus venentur! Potentiora sensibus. 200.36
Vt aliquando crudelia sint. 255.17

Mus

Muribus ingenita libido, effrænisque solacitas. 369.61
Mus albus adagialis forma de lasciuo dicitur & obscœno. ibid.
Mures vt in odio Persis fuerint, & qua de causa? ibid. 62
Qui non ex insidiis, è vita paulatim excedunt. ibid.
Iuxta muris interitum, adagialis forma. ibid.

Myrtus.

Symbolum fortitudinis. 109.16
Corona Veneris myrtea. ibid.
Myrtus Veneri dicata. ibid.
Elogium pulchritudinis. ibid.
Myrti frutex, vt alliciat amorem? ibid.

N

Naaman.

DE diuitiarum colluuie, scabies in eius corpore redundabat. 92.198
Magis ægrotabat superbiâ, quàm leprâ. 270.83
Maluit insanatum, quàm inhonoratum ab Elisæo recedere. ibid.

Nabuchodonosor.

Cur Deum Danielis, quem iam colebat; despiciat? 264.58
Nabuchodonosor gloria, cur musicorum flatu decernitur? 327.92
Nabuchodonosoris arbor, cur sensim abscinditur? 336.128
Metalla diuersa statuæ Nabuchodosoris, vt diuersa vitia, seu Regna signent? 398.95
Nabuchodonosor statua descripta. 414.4
Nabuchodonosor à propria terretur imagine. 486.55
Soporatus suam nouit delineare figuram, vt se nosceret in speculo. ibid.54
Extrema eius vitij, instrumenta contriuerunt extrema. ibid.

Natura.

Diligentia vincat naturam, vt vincat. 251.35
Vel ipse naturæ inuertitur ordo, officiorum ordine inuerso. 160.75
Naturæ indoles simul est, artis diuisim. 87.174

Necessitas.

Necessitas quæ dicatur extranea, & quæ propria. 204.52

Nequitia.

Vt consummata nequitia sit malum dicere quod est bonum, vt pro malo perpetret bonum. 275.107
Vide *Peccatum, Vitium.*

Nobilitas

Nobilitas quacumque obscuritate notatur. 481.34
Splendor & nobilitas animi, est habere quid vincas. 225.143

Noe.

Noë præstantia, eius encomia. 485.58
Vniuersitatis assertor, fuit naturæ columen, & de cælesti pelago liberator. ibid.
Eius animositas qualis? ibid.
Qualis constantia? ibid.
Cur Noe quidquid viuit esca proponitur, vt iubeat alimentum de cælo, non item Adamo. ibid.
Quot vitas à naufragio defendit, tot sibi fabrefecit mancipia. ibid.

Nomen.

Nomen pro rebus quæ in contractu intercedunt. 18.64
Aliquando idem quòd Deus. ibid.65
Templum, quare nominis Dei dicatur. ibid. 66
Nomina, vt in ædificiis constructis ponerentur. ibid.
Nomen Domini, integer exercitus est. 105.248

Nox.

Grauis, ponderosa: & quare? 12.44
Sub noctis tenebris, agitur vitiorum respublica. 168.98
Nox vt consiliatrix, victrix, & vocalis dicatur. 362.27.

Nudare.

Nudare quotupliciter accipiatur? 4.18
Pariter nudari & indui, quale scortationis ingenium? 60.60

Numerus.

Septenarius numerus, multitudinem significat. 89.186

Nuptia.

Nuptiarum dies, dies hilari, seu hilariorum. 113.29.& 484.49

Nuptiarum vestes quales? ibid.

Nuptiale conuiuium, nonnisi nuptialibus vestibus ornati inuitati subibant. ibid.48

Nuptiarum vestes, vestes lætitiæ dicuntur.ibid. 49

Cuius coloris fuerint. ibid.

Nuptæ in domum & iura mariti transibant. ibid.148

Antiquis mos etiam, sub morte societatem appetere coniugalem. 476.15

Vide *Matrimonium.*

O

Obedientia. Obediens.

OBedientia vel bruti, Angelorum meretur visionem. 69.103

Etiam brutorum obedientiam, Deus sibi tribui procurat. ibid.

Quæ obedientia perfectior? 100.232

Verè obediens duplicat spiritum. 101.233

Obedientis corpus, vt transeat in spiritum? ibid.

Magis elucet in senibus. 125.81

Verus obediens, vel post mortem præceptis obtemperat. 261.40

Laus magistri, in obedientiâ completur. 227. 155

Obediendi auiditas, Prophetas reddere solet. 66.88

Verus obediens, præcepti remissionem non cupit. 95.211

Verus obediens qui dicatur? 309.21

Aures in manibus & pedibus gestare debet. 322. 68

Opus sit operis præparatio, metatórque obedientia. 428 54

Creaturarum natura creatoris nutui subiecta, cui obedire pro centro est. 458.94.& 459.95

Obediens verè victor. 474.8

Vt hominem de obedientia erudiret, quasi sibimet imperat Deus, hominem construere. 483.44

Oculus.

Pulchri oculi laquei sunt, quibus trahuntur amantes. 27.96

Ex oculis pulchris ignis effluit, quo ardent amantes. ibid.97

A conspecta pulchritudine thædas in oculis accendit amor, & quare? ibid.

Oculi in re amoris, primatum tenent. ibid.98

Oculi pulchritudinem aspicientes, morti comparantur. ibid.97

Amantis pectus arcus est, oculi laquei, per quos sagittæ iaciuntur. ibid.97

Ex oculorum adinuicem collisione amor mutuus exoritur. 28.99

Obscœni spectantium oculi, sat sunt pro concubitu. 59.56

Animi oculus scientia est. 87.177

Oculi amantium, incantatorij, venenati. 28.99

Pluries oculorum cæcitas ad periculi fauet victoriam, inoculata aliquando præualet virtus, & quæ videt in tenebris, calligat in luce. 315.42.tot.sect.

Qui per sæculum oculis cupidinis & illecebræ currit, flectitur in obliquum, voluitur in ruinam. 316.46

Oculi retia sunt, quibus prenditur cor. 487. 57

Non sani pedes sunt, cuius oculi ægri. 491. 70

Odium.

Odium est hominis, quando quæ sunt hominis odio sunt. 149 25

Odia necessitatem fingunt vindictæ, nunquam sanguine saturantur. 104.51

Sicut amor, sic odio diligentiam inquisitionis multiplicat, vt medeatur dolori. 361.69

OEnoptæ.

Apud Athenienses magistri ad porrigenda pocula. 248.92

Oleum.

Oleum mordet. 28.102

Oleum in sacris, vnguentum pulchritudini deseruiens significat. 123.72

Oliua.

Oliua pudicitiæ, & pacis symbolum. 414. 48

Omnipotentia.

Ad vnitatem essentiæ pertinet. 38.139

Omnipotentia à superbæ voluntatis arbitrio ad miraculum patrandum tentata vertitur in iniustiam vltricem. 91.192.tot.sect.

Voluntas hominis non sit arbitra omnipotentiæ. ibid.

Mortis & inferni signo dignus efficitur, qui impudenter signa quærit omnipotentiæ.ibid. 193

Opus.

Egregium facinus mergitur in distantia. 318. 53

Operis exhibitio præteriti, præsentissimum est vaticinium futuri. 380.24

Et naturæ prodest ad vlterius opus probata operis assuetudo. ibid.

Per honesta opera censetur ætas, non per annos. 276.111

Vide *Meritum. Virtus. Iustus.*

Oratio.

Instar diuini Patris refluat ad orationem verbum in cor quod ad operationem fluxit ex ore. 18. 67

A cilicio & cinere vires sumit. 3.9.& 4.10

Humilis orantis habitus in cinere, aut puluere. 4.12.& 5.14

Terram fronte & ore concutere, qualis orationis ritus? 4.13.& 5.15

Vox humiliter deprecantis, instar triumphantis sonat. 6.18

Vox demissi animi in squalore iacentis, velut diuinam clementiam accusat. ibid.17

Oratiò à diuinis laudibus sumat exordium? 7.21

Feruida, etiam argumentis Deum illigare præsumit. ibid.23

Orandi industriosa eruditio. 21.75

Oratio humilis, impetrandi compendium. 52. 30

Ingeniosa trahendi Deum ambitio. ibid.

In humiliter orantes Deus infunditur. 53.31

Oratio aut humilis, aut oratio non est. ibid.

Verbum quod æternè gignitur apud Patrem, ab oratione velut semine generatur in terra.ibid.

Citiùs pertingit in cælum quæ depressius adhæret terræ. 54.37
Tunc orantis exauditur clamor, cum in humilitatis conuallibus frangitur, ac geminatur. 55.38
Se erigere post orationis procubitum, impetrationis indicium est. 106.4
Oratio feruens, multum de exauditione præsumit. ibid.
Orationis potentia beneficij tarditatem absumit, donúmque cum prece coniungit. 143. 1.tot. sect.
Desideria obsecrantis Deum, pretia sunt muneris, labra digiti sunt, qui prendunt continuò quod orant. ibid.1.
Tam certus redditur doni qui efflagitat, vt priùs sentiat quæ ad donum sequuntur quàm dodonum acceperit. 144.3
Ipsa oratio munus ipsum fit, quod expetitur. ibid.4
Oratio nobile vaticinium muneris. ibidem 5
Orantis efficacia, redemptionem sibi anteuertit. ibid.6
Oratio omnipotentiam habet, & velut de efficacia cum diuinitate contendit. ibid.7
Qui cum Deo agit, ipse solus opulentus est. 145.9
Domus Dei artifice oratione construitur. 146.15, tot. sect.
Domus orantis, quà orantis, fit Dei. ibidem 13
Orationis domus, vt sponsa Dei. 147.16
Nouit pietatis ingenio, suis terminis claudere immensum. ibid.17
Oratio à perseuerantia roboris, incrementa capessit. 165.89
Qui solùm in angulo, certè orat. 223.136
Etiam inter negotia publica, vota ad Deum per orationem mittenda. ibid.138
Inoportunæ preces ad Deum, vt mortem aliquando deprecanti solicitent. 256.22
Sacra metamorphosis oratio est, alterum transfundit in alterum, reum in iustum, hominem transformat in Deum. 262. 48. tota sect.
Piè insidiosa oratio est, nouarúmque architecta formarum. ibid.
Cur noctem amat, & incubij silentium? ibid.
Orantis votum vis est certissima largituri. 270. 87
Oratio secretum amat. 48.1
Sic debet occludi ianua, vt nequeat traiicere nisi spiritus. ibid.
Orationis locus, nullius pateat occursui. ibidem 2
Vt in abscondito quærendum absconditum ad orandum. ibid.3
Etsi inter exteriora, & mundialia habet mens quò secedat ad orationem. ibidem 1
In orationis secreto, nonnunquam inueniri solet tumultus. ibid.
Sapiens orandi disciplina. ibid.
Oratio Deo filios procreat. ibid.4
Nulla inter orantem & æternitatis gloriam distantia. ibid.4
Vel ipsa gloria quasi auulsa à superis ad orantem accurrit. ibid.
Orans non solùm quod orat possidet, sed & Deum. ibid.5
Iacob lucta, orationis schola. ibid.
Solus orans, nouit currere immoto pede. 49.7
Oratio fornax est, in quo aduersus dæmonem & vitia, arma conflantur. 283.20
Qui orat plus petat quàm opus sit, ne si strictè petat, impetret nihil. ibid.24
Qui à Deo non totum, nihil petit. 320. 63

Oratorium.

Qualia in primitiua Ecclesia? 24

Ordo.

Ordo & ordines quid? 81
Ordinarius quid significet? ibid.

Os.

Crudeliora aliquando vulnera oris, quàm ensis. 78.140

Osculum. Osculatio.

Osculum, quale signum amoris? 196.16
Osculatio manus, cur adorationis signum? 142. 153
Osculo fieri salutationes. 406.20

Otium.

Otij luxus vt mollit virtutem, & in vitia discingat. 329.101
Fortitudo vt sciat vomerem exacuere in lanceam. ibid.102
Otij tempore, vt duce opus sit qui ab otio & à pace defendat. ibid.

P

Pater. Parens.

Patris nomen Patriarcharum proprium. 7. 21
Ille verus pater qui instruit animum per exempla, quàm qui generat membra. 55. 38
Patri & Filio in diuinis, cur propria hæc nomina? ibid.39
Parentum exempla, siue bona aut praua, filios velut de nouo progenerant. 56.43
Virtus in parentibus pro semine fit. ibidem 44
Vel paternus amor tenerior redditur subornatus. 200.36
Qualis futura parentum cura, de filiorum innocentia. 195.11

Pater Æternus.

Non amore dicit, sed mente. 157.59
Vt corde verbum dicere proferatur. ibid.

Patientia.

Vbi patientia inuisceratа insidet, cortex potest esse crudelitas non medulla. 69.104
Stemma Deitatis patientia est. 70.105
Tarditatis patientia, supremum est meritum desiderij. 201.37

Sanctus Paulus.

Sancto Paulo coniunctum fuit præcipitium cum luce. 79.142
Viam quam cœperat ambulare inimicus, finiuit Apostolus. ibid.
Cælesti lumine inuoluitur, in signum beatitudinis. ibid.
Ipsummet cælum in lucis portione se proiectat decliue, Saulum perquirens. ibid.

Quo

Quo citius perueniat ad Deum, Christus deflectit ad illum. ibid.
Cælesti Charitate perfusus, cur tam citò in cælestem iubaris qualitatem transierit. 100.231
Totum esse Dei cœpit à luce eruditus. ibid.
Vt proprium arbitrium exhortuit? ibid.
Voluntatem diuinam sibi præripuit, propriâ voluntate contemptâ. ibid.
Cur electionis vas nuncupetur? ibid.
Patiebatur diuina, qui humanam à se pepulerat voluntatem. ibid.
Obcæcantur ei oculi vt cùm videre cœperit, non de penu oculorum, sed totum fuisset de cælestis munere claritatis. ibid.
Sanctus Paulus orbi natus filius obortiuus naturæ, vt à luce genitus appareret? 162.78
Sanctus Paulus luce-primâ cæcus, sed tractata videt acutiùs. 165.90
Vt alter à se cœperit esse per orationem. 163.52
S. Paulus assequendi Deum studio non cessat, quia incomprehensibilem nititur comprehendere. 321.64
S. Paulus vt Christi Domini stigmata toto corpore ferat? 322.79
Vt bis stigmata gerat Domini. ibid.
Vt totius mundi sit deputatus minister, seruúsque. ibid.
Vt seruus serui stigmaticique mancipium extiterit? ibid.
Vt magis orbis appareret mancipium, eisdem notis se perhibet. ibid.
A luce gignitur, vt lucis exemplo in orbis ederetur ministrum, seruúmque. ibid.70
Circumfunditur luce, vt se seruum sciat cùm luce nouerit se perfusum. ibid.
Vt quid Dominum nominat quem ignorat? ibid.
Vas electionis factus, cælaturas Domini vt tulerit? ibid.
S. Paulus non stigma fert sed stigmata, vt cuius sit legatur vbilibet, & quis sit faciebus replicatis noscatur. 398.94
Qui se iustitiæ mancipauerat, quolibet membro virtutis vultum cælabat. ibid.

Paupertas.

Paupertatis meritum ambiunt damnati, si possit illis ad cœlestia prodesse. 214.96
Paupertas in beatitudine spatiosum inuenit hospitium, ibid.
Adeò propinqua est egendi dubitatio cum certitudine furti, vt statim rapina sequatur. 258.28
Vel per somnium visa paupertas mentem acuit, ad implendum sacculum abundantiâ. ibid.
Satis habet qui nunquam cogitat minus habere, minus habet cui nunquam est satis. ibid. 39
Vicinior est ad miraculum abundantiæ qui minus habet. 259.35
Paupertas meritum est, ad Deum piè ambiendum. 145.8
Celerrima paupertas est tarda opulentia, vt periculum fugiat. 402.5
Compendium profligendi mortem, profligare diuinitias, 418.17
Vadem fortunatæ fugæ paupertas dat, non alterum præter se. ibid.18
Paupertati ad forense commercium cælum est. ibid.17
Obtinendi illatio est obtenta despicere, & fuga sæculi throni fortuna. 419.21
Fœneratrix inopia est, quot diuitias exponit, tot sibi progignit vsuras. ibid.20
Sæculi ruinam paupertas, aut solabitur, aut euadet. ibid.
Citiùs calamitatem fugiet claudus, quàm diues. ibid.
Etiam subucula fugientem onerat. ibid.
Quidquid terrenum grauat, licèt non in scapulis, sed sub pedibus sit. ibid.
Opes fugam periculi dissuadent. ibid.
Paupertatis gressus bonorum inutilium contemptus sunt. ibid.
Etiam dimidiata paupertas periculis patet, prendi facilis est. 420.22
Paupertas ad fidem firmat. ibid 23
Pro lorica est pauperi, illúmque inuulnerabilem reddit. ibid.
Non pedibus eget ad fugam, immotis pedibus fit. ibid.24
Incendij blandimentum nuditas est, flamma suborna tur inopia. 421.27
Omnia sunt eius, qui supra omnia est. 483.45

Peccator.

Peccatoris supplicium iustitiam Dei commẽdat. 69.103.
Vel bruta peccatoris arguunt dementiam. ibid.
Dirius supplicium prosperis peccatoribus præparatur. 79.143.
Peccator infamius occumbit Dei oculis, quibus poterat ad vitam acciri. 80.104
Deo quasi cœcitatem impingit. ibid.
Vt peccatorem puniant elementa, materiam transmutant. ibid.145
Peccator siue sciat, siue nesciat, stultus est, quà peccator. 88.179
Dei brachium suamet rebellione tenaci, in propriam sustentat ruinam. 89.181
Deo leges castigandi communicat. ibid.186
Peccatorum aduersus iustos à Deo ægrè mouentur brachia, vt censeri possint extranea. 81.148
Improbo peccata pro membris fiunt, constat de vitiorum compage. 97.216
Peccatoris supercilium superbia, frons crudelitas. ibid.217
Peccatoris membra dæmonis fiunt. ibid.219
Peccator cui pes superbia, totus superbia est. ibid.220
Improbus sub larua hominis, corpus gestat peccati. ibid.
Peccatoris insolens vecordia, in impossibilia naturæ conatum extendere non veretur. ibid. 219
Peccator seruus peccati. 98.226
Peccatoris spiritus dæmon est, adeò vt afflato dæmone, spiritum afflauisse credatur. 97.219
Quibus vtitur peccator ad culpam, opprimetur ad pœnam. 53.19
Momento peragitur peccatoris ruina. 170.107
Peccator rebellis, iusti societate vt deterior euadat. 171.114.
Supra naturá est peccatoris potestas, quæ fauorem cœlestem didicit transferre in perniciem 73.117.

Peccator de virtutum nitore se adornare contendit, vt simulatæ pretio honestatis vitia mercetur. 196.12
Virtute vtitur ad contumeliam. ibid.
Caduca sequens gemino malo notatur. 201. 40
Quantumuis cælum relinquat, etiam inuitus donis cælestibus inhiabit. ibid.
Incola fit solitudinis. 202.41
Quàm leuibus excusationibus crimina tegat. 204.50
Nunquam cessat excusare peccata. ibid.
Occisio peccatoris effrœnis, perfectio diuinorum operum est. 207.67
Peccator beatitudinem ambit, non virtutis studio, sed vitio arrogantiæ. 214.95
An priùs à suo peccato offenditur, quàm Deum offendat? 231.15
Tot est quot vitia gerit. 251.4
Vt plures captet delitias, in obsequium vitiorum, abiectissimas subit formas. ibid.
Multiplici nomine insignitur vtpote qui plures est. ibid.
A vitio quod saginat deuoratur peccator, manu sui sceleris sagittatur. 153.7. tota sect.
Mortis stimulum secum portat, non vt mortem faciat currere, sed se ad mortem. 274. 103
Solus peccator de suo delectatur errore. ibid. 104
Peccator etsi obserato ostio ne irrepat aduersitas intima animæ morte discerpitur. 205.3
Quantumuis fugiat, semper secum gestat timorem, suique accusatricem nequitiam 401.5
Effrœnis peccator plusquam monstruum, quia monstrum & homo. 481.35
Vt reducis peccatoris suauis æstimatio præponderet innocentes. 318.54
Vt plus officij quam tranquilla iusti possessio à beneuolo pastore promereat. ibid.
Iniquus in suo peccato, gladium portat ad mortem. 285.33
Nemo est tam absque conscientia peccator, qui in libidine qua illinitur, non in se gladium punitionis suspendat. 324.75
Conscientia peccatoris, vt iudex illius sit? ibid. 74
Vt peccator cadat, non opus est extraneus impulsus, non manus aliena. 326.83
Improbus in supplicio obduratus, quod erat medela experietur vindictam. 302.109
Peccatoris quies trepida est, non solùm quod dormit, sed & dormisse terretur. 390.60
Timet quod minus nihilo est. ibid.
Etiam somni ignorata figura à lecto excutit peccatorem, & de obliuionis pungit memoria. ibid.
Herinacio timidior est. ibid.61
Pugnax & trux bestia peccator est. ibid.80.
Peccator quà peccatis constat pro membris, in membro quolibet portat faciem, qualibet parte videatur agnoscitur. 397. 91. tota sect.
Vt mancipium peccati fit. ibid.
Nunquam improbi proba facies est. 434.79
Peccator de propitiatione piaculum facit. 427. 52
Iniquitas homines in feras regenerat, & de vitiorum scopulis parturit, tanquam de latibulis montium. 481.35. tota sect.
Qui peccator maximus est, homo desinit, fera fit. ibid.
Peccator brutum bipes, erecta bellua, integra bestia, non ex natura, sed ex malignitatis puerperio. ibid. & 482.39
Postquam homines peccatum inuasit, loquentibus feris & intelligentibus monstris mundũ oppleuit. 481.36
Opus est iureiurando firmare primum hæredem peccati hominem esse non brutum. 482.39
Qui semel est leo fuit semper, sed qui semel homo, non semper est, vtpote quem iniquitas iterum gignit in brutum. ibid.41
Proximorum tegenda crimina, minimèque euulganda, 451.62
Malo omnia cooperantur in malum. 495.76.
Defensionis fauor improbo nocet. ibid.78
Flet iniquus cùm canit, cùm triumphat occumbit. ibid.80
Vltionum minæ aduersus sceleratos, 459.98
Impiorum memoria, vt execranda abolendaque 466.131
Vt monimenta apponi solita, ad obliuionem impij inducendam, ibid.133
Improbo per sæculi vias, inuisibilia sunt præcipitia quæ videt brutum. 77.136
Peccator adhuc viuus sepulchrum præparet, vt qui in scelerum feretro deportatur. 277. 118
Improbus adhuc inseruiens sceleri, iustis famulatur. 136.130.
Homini improbo indigentia contingenter futura, ad præsens operis flagitium impellit. 257.24
Improbus æquè futurorum spe, metúque agitatur præsentium. 258.31
Inter improbos virtus nobilissima est sequi peccantes. 271.91
Improbi optimos iudicant, qui nequiores. 274. 104
Improbo vt bonitas placere non possit. ibid. 105

Peccatum.

Labores & ærumnæ, peccati germina, 53.32
Vbi peccati pudor integer non est, augurium veniæ non est. 61.67
Peccatum atrum est, ignis præludium in fuligine gestans. 60.63
Peccatum ferax est. 62.73
Peccatum hominis proprium. 69.101
Peccatum obcæcat mentis oculos. ibid.103
Qui per peccatum dat terga Deo, Dei oculis plectitur in iudicio. 80.146
Quodque peccatum stultitia est. 87.175. tot. sect.
De peccato veniam imperat ignorantia. ibid.
Qui peccato dat corpus, nomen recipit à peccato 51.21
Plura fiunt tegumenta peccati, quæ magis peccatum euulgant. 148.22
Se occultari non patitur, ipsum se prodit. ibid.24
Peccatum vt ab insipientia ducat exordium. 168. 98
Peccatum sine satore pullulat, non eget manibus vt oriatur. 170.107
Nulla deterior peccandi licentia, quàm quæ bonum malæ rei quærit auctorem. 177.134
Vt per peccatum Dei similitudo recedat ab homine. 165.89

Peccandi

Peccandi authoritas vt in vtilitatis vertitur opprobrium. 299 80
Vt iam delinquentis peccatum, in foribus adesse dicatur? 273.101
Peccati appetitus vt sub homine sit non autem homo sub appetitu peccati. ibid.
Infœlix diligentia est obserare cubile intra feras hoste latente, obturatis sensibus ne medelæ pateat animam cum criminibus claudere. 304 1.tot.sect.
Qui immoderatè ad vetita extenditur, quod habebat proprium amittit .306.9.& 307.10
Nullum est sine voce delictum, ab eisd. in latibulis quibus obumbratur, retegitur. Ne fidas vmbræ sceleris, te accusabit. 346. 167.tot. sect.
Initium criminis sibi parturit incrementum. 335 129
Sine fine est compago vitiorum. ibid.
Gladius peccatum est, carnifex pariter & iudex, conscientia, tribunal, & patibulum mens peccatoris. 324.74.tot. sect.
Commissi criminis extrema figura per oculos peccatoris ebibita, salubrius pharmacum est ad vitam. 376.8.tot.
Sceleris in scelere supplicium est. 324.74
Compendium pœnæ peccatum est. ibid.
Ea est sceleris ad mortem velocitas, vt velut mortuos sepeliat, quos concupiscentiæ natura viuos vtique supponebat. 326.86
Iniquitas vnde bis acuta dicatur? 334.121
Vt Sol multiplicet, quo meliùs absconditum scelus pateat. 347.172

Periculum.

Ipsa nos pericula quærunt 78.130
Pericula nouam infundunt fortitudinem. 104. 245
Venturi timore periculi homines in timenda donantur. 257.25
Tot sunt pericula in sæculo vt oporteat quòd gradus quilibet fuga sit. 418.18
Conuiuia pericula gignunt. 50.11
Etsi nimis distans periculum præsentissima peruenit diligentia. 428.54.tot.sect.
Præcautio periculi à distantissimo eruit iam quod præmium de libertate mereatur. 429. 58

Persæ.

Deum suum cum cornibus depingebant. 18. 68
Persis nullum templum, nulláque altaris religio. 19.71
Regem superbia. 20.72
Gigantes in Scriptura. 21.78
Sagittarij pugnare laqueis soliti. 19.107
Terram & aquam Deos putabant. 41.148
Persarum insignia cornua radiis acuminata. 93. 199
Personarum qualia propria ornamenta. 119.56
Qualiter mendacium exosi Persæ. 131.109
Reges Domini appellabantur. 136.127
Reges Persarum terram nudam pede terere dedignantur. 137.135
Præliarium curruum vsus, quantum viguerit apud persas. 138.137
Delitiæ fáustique in exercitibus. 139.142
Lampadarum vsus qualis apud Persas. 140. 144
Thronus Persis Regibus, in porta ciuitatis extruebatur. ibid.146
Aulea quæ in tentoriis Persarum extendebantur. 141.150
Persarum Regibus adoratio impendebatur. 142. 154
Persico more adorationis procubitus pro vocali salutatione. 178.1
Regnum Persarum salutatio, imprecatio vitæ & salutis. 181.15
Persarum iuramenta per mithram solemne. ibid.
Horum fœminæ pulchritudine celebres. 187 44
Arrogantia Persarum. 192.68
In commentariis Persicis notabantur qui aliquod Regibus beneficium intulissent. ibid.
Apud Persas thesaurorum sedes locabatur in recessu, proximo Regis lecto. 228.2
Opulentia Persarum in deferendis thesauris in tentoriis & castris. ibid.& 229.5.& 230.8
Captiuæ Persarum in penetraliori loco degebant. 228.2
Persæ bellariis admodum delectari. 229.6
Soli Reges & Proceres triticeo vtebantur. 230.7
De mensæ reliquiis moris erat Persis seruos alere. ibid.
Persæ Reges nullum alium vinum ad poculum, nisi chalybonium admittebant. ibid.9
Vt aulici Regibus Persicis assentarentur eorum genio, scilicet dæmonio mensas sternebant. 231.14
Persarum Reges vino, caseo, & similibus donis blandiebantur. 232.16
Nec aulam ingredienti licebat in donatum Regem relinquere. ibid.
Inter Persas subdiale medium solebat extendi inter tabernaculum & vestibulum. 233.21
Qui custodes corporis inter Persas. 234.25
Persæ cœnare & prandere soliti. 240.55
Ad Persarum symposion præter seruos vocabantur & Principes. ibid.53
Proceres & Reges Persarum subditos Reges vocabant. 243.70
Conspectum Regum Persarum intrare, quàm honorabile. ibid.71
Stromata quantum in vsu Persis. 247.87
Gratia apud Persas inuenta species erat signationis ad torum. 248.95
Diæta antiquorum Persarum. 249.99
Persarum pellices Principem decumbentem cantilenis tota note mulcebant. 249.3
Rex Persarum vti omnibus inuisibilis dictus. 284.4
Thronus Persarum Regum aureus, quatuor æqualibus columnis sustentabatur. 284. 29
Thalamum tentorij more Persæ construebant. ibid.
Persarum Regum in lectulis forma, superbia. 285.30.
Vitis aurea thalamum Persarum Regum redimiebat. ibid.31
Cur vitem suspenderint Persæ in lecto? ibid.
Persæ comati ad elegantiam & luxum. 286. 37
Vt venustati formæ Proceres inhiarent? ibid.
Persæ primo belli impetu territabantur. 359. 12
Prima luce cæteris nationibus præpeditiores ad pugnam. ibid.

Ara & focus in pretorio Principis Persarum ad auguria sistebantur. 361.21
Persarum in exercitu diuidendo turmatim. 367.50
Ante Regum vestibula Proceribus & Primoribus tantùm stare permittebatur. ibid.52
Reges nonnisi per internuntios responsa dare soliti. ibid.
Num prætorium Persarum, virtus Assyriorum diceretur? ibid.55
An id quoniam apud prætorium signa & vexilla tendebantur? ibid.
Post Cyrum vexillum regium, draconem fuisse. ibid.
In expeditione Holofernis nihil in vexillis cælatum nisi Nabuchodonosoris effigies, orbem domantis. 368 56
A tempore Cyri virtus Assyriorum exercitus Imperator dicebatur. ibid. 57
Vestem discindere in luctu, in Persarum vsu potissimum fuit 371.68
Persarum capita vt fragilia. 451.61
Persæ audaces & constantes. 453.66
Canes dicti. ibid 67
Puerorum Persarum institutio. 455.74

S. Petrus.

Petri confessionem quam nec caro, nec sanguis reuelauit; caro & sanguis reuulsit. 87.177
Nescire se profert Christum, quem supernè nouerat quia peccabat. ibid.
Petrus clariùs Christus noscit cum turbido fletu oculorum obcæcat lumina. ibid.
Fleuisse, agnouisse fuit. ibid.
Deus respicit Petrum negantem, vt instrueret nescientem. 88.178
Vt Petrus respiceret, respicit Christus. ibid.
Eius fides infidelitatem futuram præuenit, 50.13
Cur autem Malchi resciderit. ibid.
Negat ex metu. ibid.
Sic se à laudibus cupiebat absentem, & adhuc in publico amabat secretum. 311.25
Totus sibi Sol qui per opera abscondita fulgebat ad gloriam sub vmbra occlusæ virtutis illustrium factorum sacramenta producens. ibid.
Petro cur prohibeat Dominus stringere gladium, qui iussit afferri. 312.28
Sanctus Petrus qui abruptè se labilibus vndis permisit vt fortitudini cogitatio detraxerit, & tempestatem crediderit de sereno. 318.53
Sanctum Petrum non mare, sed imaginatio depresserit. ibid.
Sanitatis gratia Petri ridebat in fonte. 434.80
Etiam in vmbra corporis emicabat ibid.
Virtutes animæ in sui vmbram & in vmbram vmbræ exundabant. ibid.81
Qualiter liberalis eius anima ægrotantium corpora satageret informare. ibid.

Philistæi.

Vt Sansonis appetitum nouerunt, illicò sibi de eo triumphum promittunt. 266.63
Vt in superbiæ pompam illum non interimerent. 254.14
Propriis sumptibus occisorem innutriunt, à quo vita perierunt mulctati. ibid.

Phinees.

Phinees vt in elementis furoris, magisterium clementiæ didicerit. 208 70

Pietas.

Iudex pietate moduletur supplicia. 313.32
Vt pietatis instrumenta inseruire debeant apparatui iustitiæ. ibid.
Amat misericordiæ compendium. 333.116.tot. sect.
Pietas in compendio est. ibid.tot.sect.
Pietas nimis aurita est. ibid.
Extreme iniquus est, qui in misericordiam delinquit. 491.72
Immisericors retrotrahit crimina, reus præteritorum de nouo factus. 492.75
Pietas calore suo efficit ne iudicia acerba sint, sed potiùs temporis induciis maturescant. 72.115
Adeò pietas Deo insidet pro natura, vt semper ad iracundiam videatur tyro. 86.169
Eius mansuetudo parui ducit facere de sapientiæ opinione periculum. ibid.
Furorem facilè in pietatem vertit. ibid.171
Eius brachium cum erigitur ad vindictam, velut si lassaretur deprimitur. 88.181
Dei manus quæ nesciunt laborare dum creant, laborem exprimunt dum castigant. ibid.
Brachium Dei castigantis instar brachium hominis ingeniosè moderatur. & quare? 89.183
Amat Deus leuari à punitionis officio. 208.70
Diuina pietas quàm facilè miseri precibus allicitur. 491.74
Sodomam Angeli à Dei pietate mittuntur. 491.73

Pilatus.

Aqua qua Pilatus lauit manus, typus sanguinis Redemptoris. 173.119
Vt cognouerit Christi Domini innocentiam? ibid.

Poculum. Potus.

Pocula, quibus in conuiuiis dicabantur, & quæ? 247.90. & 248.91
Modipedator poculorum magister. 250.102
Quæ pocula in conuiuiis modestis propinarentur? ibid.
Vltimum potum Mercurium Prisci appellabant. ibid.
Prima potio meracior erat. 247.90
In conuiuiis propinatio primùm circumferebatur. ibid.
Oenoptæ apud Athenienses magistri ad porrigenda pocula. 248.92
Vide *Conuiuium.*

Pœnitentia.

Vt pœnitentia & permissio peccati inter effectus prædestinationis recenseantur? 26.91
Constet homo anima & pœnitētia pro corpore. 50.14
Ars pœnitendi ingeniosa. 51.17
Pœnitentiæ vestis vel in brutis prospecta, diuinam pietatem allicit. ibid.
An celeris sit Dei venia, pœnitentia peccantis. 170.108
Vel imago vitij delenda per pœnitentiam. 50.11
Pœnitentia velocior debet esse peccato. ibid.
Ingenium virtutis est, pœnitentiæ instrumentis precauere futuram criminis opinionem. ibid.
Suauior & delectabilior ex pœnitentiæ lixiuio.

sacrisque iustificationis pigmentis facies redditur peccatoris, quàm est innocentiæ lilio facies insontis. 341.150.tot.sect.
Pœnitentia messis est, quæ à peccati stercore ad studiosæ cogitationis falcem assurgit. 378. 17
Pœnitentis etsi vnius tantum quanta efficacitas, vt plures ad frugem meliorem redeant. 381.31
Pœnitendi instrumenta, quæque sunt apta vsus facit. 426.47
Eadem quæ quà ad luxum parata nocere solent, prodesse possunt ad veniam, pœnitentiæ artificio. ibid.

Politici.

Horum fides vt vertatur in formas, de Diis luditur quasi in alea. 264.54
Deum diiudicat de victoria aut de sorte. ibid.

Polygamia.

Vbi & an aliquando licita? 25.89

Populus.

Populus ab exercitu distinguitur. 358 7
Multitudinem significat cuiuscumque rei sit. ibid.

Potens Saculi.

Nonnisi subitò possent debellari potentes. 138. 139
Verba potentum prædicere duratura, plenior eorum adulatio est. 182.22
Odium sibi conciliant nimij potentes. 195. 10
Potentum superborum vectigal timor est. ibid.
Potentes sæculi si iniqui sint, etiam Deum dum peccant, sibi fauorabilem fore putant. 256. 19
Vitium iniquis potentibus pro honore & claritate inoleuit, auctores fiunt sceleris, vt auctoritate præfulgeant, quibus voluptatis iniquitas est maiestas. 268.77.tot.sect.
Potentes iniqui nihil generosiùs putant, quàm impunè delinquere. 269.80
Non sponte dat qui à potente rogatus, etiam cum dedit maluit negare. 270.84
Potentibus iniquis, idem appetere & extorquere est. ibid.85

Præda.

Præda, militaris vox. 404.14
Attamè sumitur quòd quasi manu parta sit, ibid.
Publicam omnem prædam esse, lege, Priscis sancitum fuit. ibid.& 410.37
Nec Imperator ius habebat in prædam. ibid.
A quo diuenderetur, & quid de prædæ pecunia. 404.14
Sybaritana præda, lauta, opima, elegans. ibid.
Æqualiter diuidebatur in omnes milites, & siue Præsentes, siue aliò missos. ibid.
Manuuiæ dicta pecunia ex diuendita præda. ibid.
Inter spolia prædæ etiam, iumenta, & pecora computabantur. 405.15
Vsus colligendi præcipua spolia Deo in templo, qualis Hebræis? 406.19
Spolia è templis reuellere nefas. ibid.
Nec illa restaurare licebat, quibus de causis? ibid.
Spolia reportata à Bethuliensibus ex Assyriis quanta, quàm pretiosa. 409.34
Spolia opima quæ? Cui debita? 410.36
Rarò quæ reportata in victoriis, & quare? ibid.
Ter solum Ioui feretrio in templo dicata. ibid.
Spolia donaria dicuntur. ibid.37
In triumphis coaceruata sine ordine spolia, super plaustra ferebantur. ibid.39

Prædicatio.

Prædicationis verba vt non solùm aure, sed ore audienda. 206.62

Prælatus.

Qui delictum castigat, caueat ne in delicti castigatione delinquat. 300.99
Prælatus vt sibi necessariis contentus esse non debeat, nisi bona in vniuersitatem suorum redundent. 320.62
Præesse, Prodesse, imperare: seruire est. 323. 71

Princeps.

Principium vita de officiosa, viuidáque ministrorum animositate probatur. 211.80.tot.sect.
Imperij membra sunt administri, Princeps cor. ibid.
Vbi Proceres sani non sunt, de ægritudine aliena Princeps laborat. ibid.
Vita Principum vt operaria sit. ibid.
Ætas Principis, vt in arbitrio operum strenuorum. ibid.
Tot sibi sæcula congerunt ad viuendum, quot viuentes reipublicæ functionibus administros decernunt. ibid.
Princeps qui passionis appetitum Palatinis reuelat, denudat pectus, in quod sagittarij adulatores telis venenatis colliment. 265.59.tot. sect.
Principis, si superbus, ingeniosa petitio vrbanum est artificium violentiæ, quod rogat extorquet, torquet quem rogat. 84.tot.sect.
Principum preces de tribunali, aut iudicij strepitu vires vehunt. 271.89

Processio.

Processiones Ecclesiasticæ ex quo tempore? 468. 144
An processiones apud Hebræos? ibid.

Prodigus.

Prodigo vt abundantia illecebræ fames fuerit? 306.8
Prodigus auaritia prodigalitatem curare solet. 397.88

Promitto.

Aliquando pro constanter assero. 17.63

Prouidentia.

In Tribunali iudicij Prouidentia decernit, nec præsentia pro seueritate castigat, quin futura pro pietate præuideat. 71.111
Pro aduocato & iudice prouidentia sit in iudicio. 72.113
Dei sapientia, prouidentia est. ibid.114
Prouidentia impetum nescit, sedendo graditur, gradiendo sedet. ibid.115
Dei prouidentia, quasi subsidium à nostris operibus non detrectat. 151.35
Prouidentia in sacris est prænotio rerum, quæ prudenti præparatione disponuntur. 190.59
Prouidere, aliquando cauere est. ibid.

Prudentia, Prudens.

Responsa Prudentum qualia? 131.106
Non semper simplex prouidentia est. 131. 33
Prudentiæ indoles spatiosa. 289.51

Psalmus, Canticum.

Psalmi prostrales quales dicantur? 5.15

In

In Sanctorum natalitiis, & psallere, & saltare ductis choreis vsus Ecclesiæ fuit. 439.1
Cantica non semper vocis plectro sonante, sed simplici loquutione proferebantur. ibid.2
Canticum victoriale, vt gentibus in vsu fuerit, post partam victoriam. ibid.3
Canticorum genus triplex, gratulatorium, propheticum, & inuectiuum. ibid.
Psalmi, quibus pro titulo *Victor* præfixus est, an semper victoriales sint, seu victoriam celebrent. ibid.4
Scripturæ cantica, an syllabis metro iunctis constent. 440.6
Victorialia an semper carmina? ibid.
Quod discrimen inter Psalmum & canticum? 441.13
Quid intersit inter canticum, Psalmum, & hymnum? 475.76
Hymnus propriè Deo decantatur. ibid.

Pudor. Pudicitia.

Vbi secretum pudoris est nullum locum sordes inueniunt. 238.44
Pudicitia, sceptrum inter cæteras gerit virtutes. 242.64
Vbi pudicitiæ res agitur, quidquid carneum est, repellendum. 281.10
Potentior est ad possessionis sortem pudicitia quàm luxus. 2 0.53
Pudicitiæ arma vnus est absconditæ pulchritudinis clypeus. 291.56
Pudicitia auro non indiget, diues est. ibid. 50
Oliua, pudicitiæ symbolum. 449.48

Puella.

Puellæ vox, virginem præsignare solet. 243.69
Item & ancilla. ibid.
Generalis vox fœminarum. ibid.
Puella venusta per compita oberrans, irritat pericula pulchritudinis. 78.139

Pulchritudo.

Pulchritudo non reclauditur sine iniuria pudoris. 2.3. & 3.8
Clausa fœminæ pulchritudo, homines in cælum ire facit. 2.3
A conspecta pulchritudine, tædas in oculis accendit amor. & quare? 27.97
Oculorum pulchritudinem aspicientes, Marti comparantur. ibid.
Pulchritudo visa seruum efficit intuentem. 29.105
Superba est. ibid.
Seruire facit regem, cicurat & flectit immitem. ibid.
Habet suum satellitium. ibid.106
Pulchritudinis flamma quasi per oleum accenditur per mortis cogitatum. 52.22
Quæ pulchritudo cinerem faciat. 53.28
Pulchritudo, periculosus comes. 66.87
Nullus magis terribilis, quàm formosus. 78.139
Quidquid pulchrum, *splendidum* dicitur. 118.52
Pulchritudo, secum est victoriæ præludium. 126.86
Ipsa sibi fidem facit facies decora. ibid.
Iudicium amentibus præstat. 130.104
Reuerentiam edicit. ibid.
Vera pulchritudo, quæ non ab oculorum pendet arbitrio, quæ, quidquid est, de veritate contraxit. 135.113
Firmum satellitium formositas est, ipsa non capriua captiuat. ibid.
Vbi rea pulchritudo est, quà pectora diritim iudicantium, iudicium dirimit & absoluit. 136.126
Non semper pulchritudo fœminea insipiens est. 152.38
Nisi pulchritudo vulgata terreat videntes, irritat ad flagitium, quos ad reuerentiam prouocat occultata. 153.39
Time à tua venustate, nisi non terreat. ibid.
Formositas fit prodigium, quod comprimat stupore videntes, aut reddet cupientes. ibid.
Pulcherrima species despicitur si nó terret. ibid. 41
Vt ingenium cælestis pulchritudinis sit, aliquando se parumper abscondere. 166.94
Quanta velocitas pulchritudinis ad iudicis rigorem flectendum! ibid.
Obliuionem legum spectata venustas inducit. ibid.92
Nullus faustior pulchritudine orator. 191.61
Secum fert in candore suffragium. ibid.
Quid aspectus à pulchitudine differat. ibid. 65
Encomia pulchritudinis. 116.45
Pulchritudinis roseæ ardor vt non possit nisi austeris vernulis conseruari. 307.12
Pulchritudo sterelis est. 380.25
Lasciuæ fœminæ pulchritudo quem lasciuum inspectorem illaqueat, non ad libertatem, sed ad mortem exoluit. 487.57.tot.sect.
Pulchra facies à salaci concupita fit nodus. ibid. 58
Adeò versiformis est fucus, mutátque personas in vna, vt fucata possit ignorari quæ sit. 499 66
Nonnisi extrema pulchritudinis planta videnda est, vt memor sit luti quod erit. ibid. 66.tot.

Puluis.

Qualiter pugiles puluere conspergere se solitos ad fortitudinem. 5.15
In puluere & cinere cubare, mos pœnitentium. ibid.14
Non distat cælum à terra cùm oratione, per pulueris mortalis, gradiente compendium in cælum itur. 53.30
Pulueris mortalis cogitati fœcunditas. 353.189 tot.sect.
Homo quà ex puluere, Angelo fœlicior ad veniam. 92.195
Pulueris humanæ constructio fidem resurrectionis parauit. ibid.196
Pulueream terram fronte concutere, orationis ritus. 5.14
Lugentium capita, puluere conspersa. 2.5
Puluis callidus pro cinere. ibid.
Cuius ingenij sit conspersio pulueris in humilificante se, & in orante. 51.17
Puluerem pedum lingere, obsecrationis ritus. ibid.
E puluere erectio, symbolum impetrationis. ibid.
Puluere conspersi Accusatores. ibid.17
Vide *Cinis. Mors.*

Pulpitum.

Suggestum ex quo ad populum orationes iacta

iactabantur. 293.67
In circulum erant rotata. ibid.

Punire.

In organis quibus peccat punitur homo. 84. 164
Vt punitur diues & epulo. 85.199
Cur in manducatione punitur primigenius parens? ibid.168.
Crudeliùs punit qui blanditur ad culpam, quàm qui torquet ad pœnam. 101. 237. tot.

R

Rachel.

SVbsidio fidei, domina fit sui parentis. 82 153
Pulchritudinis elegantiam, cum mentis dexteritate coniungit. 152 58
Surripuit idola non auri inuida, sed religionis affectu. ibid.
Rationem adiuuit fraudis specie. ibid.
Vt à parente erudita, à consuetudine fraudem excutet. 272 94
Rachel vt sterelitatem suam defleat de inuidia sororis. 308.16
Cur ancillæ filium, suum nominet? ibid.
Rachel, quà pulchra sterilis. 380.25
Queri assueta puerperium edidit de miraculo. ibid.
Cur vità defungitur, quæ vitam dederat Beniamini. ibib 26
Cur filium doloris mei nominauerit? ibid.

Recedere.

Recedere non solùm abire, sed abiurare est alicuius populi contubernium. 180.10

Religio.

Cui religio periculum est, securitas est claritas confessionis. 217.113
Vide *Fides.*

Reprobus.

Reprobi cur manibus pedibúsque ligatis in tenebras exteriores mittuntur. 83.166
Reprobus & flagitiosus contrahit sordes de limpiditate virtutum, facit sibi de propitiatione supplicium. 171.113
Reprobus de virtutum nitore se adornare molitur, vt simulatæ pretio honestatis vitia mercetur. 196.12.tot.sect.
Contendit reprobus etiam iustorum dotibus honotari, vt virtutis & vitij compar sit sors. 213. 93.tot.
Reprobus precum pretio, Deum sibi ad improba desideria satellitem conducere gestit. 256. 19.tot.

Respublica.

Vbi in diligendis ad officia ministris Reipublicæ peruertitur ordo, certissima regni clades impendet. 209.72.tot.sect.
Vices Reipublicæ dissipauit, qui Martis campum commutauit in veneris. ibid.76
Respublicæ vt mites legibúsque emollitæ esse debeant. 444.28
Vide *Regnum.*

Resurrectio.

Mortuorum resurrectio, cur in momento peragenda? 171.112
Quorsum Angeli in sepulchro, resurrectionis adament tesseram in albore Vestimenti deferre. 479.17
An resurrectio honos est Angelo, quod quasi cecidisse se finxerit dum resurgat? ibid.
Niueus candor, resurrectionis est color. ibid.
Resurrectionis fides ex puluerea hominis origine. 355.196

Reuerentia.

Procos, modestos reddere solet. 191.65

Reus

Actum est de accusato reo, quem opus laudabile non excusat. 199.32

Rex. Regnum. Regnare.

Veri Reges qui inseruiunt Deo. 81.152
Peccata Regum, vt regnis & subditis exitialia. 62.72
Aulicis assentatoribus stipatus, à quibus ad iniusta placita prouocatur, propellitur ad ruinam; nunquam solus peccat qui in alto est. 174.125.tot sect.
Quotquot assentatorum ventis perflatur ad gloriam, tot impulsibus agitatur ad casum. ibid.
Principi venialis culpæ cogitatio, adulatione impellente in mortale scelus producitur. 175.126
Mali Principis, pessimi solent esse administri. 176.130
Idolatræ Reges simul cum Diis suis Deum Israelis colebant. 191.70
Nomine tenus viueret Rex, nisi in ministris vitæ res egeretur. 211.81
Ambitiosi Reges ab ipso Deo quem ostendunt, non verentur sperare subsidium. 197.21
Immoderato Regi vt angusta videatur aula, quæ de subditorum spatio non constat. 297. 67
Vbi fœmina de rebus bellicis consulit, certissimum regno paratur excidium. 309.75
Vbi Proceres sani non sunt, de ægritudine aliena Princeps ægrotat. 211.80
Libido regnandi inducias non sustinet. 256. 21
Ratio status Regnorum, nequiter ambitiosis pro Deo est. 264.54.tot.
Regnandi ambitio in plures geminat ambitiosum. 251.54
Regnandi securitas, ambitioso pro Deo est. 264. 57
Tunc in Angelorum curiam transitur, cum homines & bruta vnius Principis diriguntur industria. 213 92
Reges duplici Angelo custodiuntur. 457.86
Regni cuiuùnque vita, vt à Principum vita pendeat? 328.93
Princeps nōnisi suffragiis ipsiusmet exercitij probatos eligat Magistratus, consilij expers est, expers experientiæ senator. 378. 18.tot. sect.
Principes qua arte ad bonam frugem vocandi, vt de proprio conualescant ingenio. 393. 74. 75. & 394.78

Roboam.

Tunc à populo spretus cum incutere procurauit timorem. 195.9

Romani.

Apud Romanos virtus Cæsarum in Imperatore exercitus subsidebat. 367.55
Prætoria Romanorum, quare Augustalia dicta? ibid.

Rosa,

Rosa.

Rosa cur vepribus cingitur ad seruitium? 307. 12

Rubor, Vide *Verecundia*.

S

Sabbatharij.

SAbbathariorum leges, cur pro barbaris fuerint? 186.38

Sacerdos.

Sacerdotes nouæ legis ad bibendum, antiquæ ad effundendum sanguinem initiantur. 208. 69
Sacerdotalis dignitas, à zelo iustitiæ Dei portio est. ibid.70
Sacerdos arma versans, mortem sibi minatur. 210.77
Idolorum Sacerdotes, de idolorum vestimentis ornati. 252.5
Qualis fœminæ pulchritudo, Sacerdotum oculos non dedeceat. 407.22
Sacerdotis quà Angeli peculium castitas est, vbicumque inueniatur iuri Sacerdotis debetur. 431.67. tota sect.
Sacerdos, Angelus est ministratorius, spiritus vrens ignis. 432.69
Verbum cur quà Sacerdos, celebretur à patre? ibid.72
Sacerdotij auspicium, typus fuit virginitatis fœcundæ. ibid.
Sacerdotij puritas etiam Parentum memoriam abhorret, quasi sit sine semine satus. ibid.
Vt verbi generationem æmuletur æternam. ibid.
Quanta debeat esse Sacerdotum puritas. 733. 73
Nec Sacerdotis fictio locum habet, vbi puritatis nitor non splendet. ibid.
Inquinatus à Sacerdotum munere arcetur. ibid.
Sacerdotum oculos impura dedecent. ibid.
Sacerdos, templi alacritas est. 435.83
Sacerdotalis honos culminis præmium. ibid.
Presbyteri apud Hebræos, nũncupati senatus, 405.18
Vt in triumphi vmbram è Ierosolyma Iudithæ conspicere, salutaréque venerint. ibid.
Presbyterorum vigiliæ, quales debeant esse in obsiditione ciuitatis. 291.63

Sacra.

Maculari inter sacra, extrema improbitas est. 272.116

Sacrificium.

Sacrificium offert diuinæ iustitiæ, qui sacramentum pietatis pro puniendis delictis in vindictæ sacramentum conuertit. 207. 66. tota sect.

Saluator.

Saluator, nomen est non immune à cruore. 301. 106

Salutatio.

Salutationes vtplurimum pacis precationem exhibebant. 406.20
Osculo fieri solitæ. ibid.
Persarum salutationes, impresso suauio constabant. ibid.
Quo inter æquales & inæquales discrimine ibid.
Romanorum salutationes, mutuo osculo in vsu fuere. ibid
In templis salutandis idem mos. ibid.

Samson.

Suorum facinorum filius. 56.44
Quasi à semetipso in vulua matris conceptus. ibid.
Valentior quà ligatus, nam aggesta est multitudo virtutis, postquam pupugerunt irritamenta. 103.243
Sanctus & Martyr. 129.99
Fortitudinem perdidit, dum incautè diremit secretum. 156.55. & 166.65
Quo plenior esset triumphus se cum Philisthim voluit occidere. 165.83
Sed ipso fortior, sed funestè, ibid.
A magnitudine victoriæ oppressus, decessit. ibid.
Cur integrum mellis fauum non deglutierit? 165.84
Fortunæ excessum vt timuerit, qui leonem non timuit? ibid.
Cur victoriam de leone occiso celauerit? ibid.
Samson delusus, quia ad verba Dalilæ non attendit? 207.65
Sine dolo delusus à Dalila, qui veritatem reputauit mendacium. 220.123
Cur à Philistheis non interemptus? 254.14
Philisthiim vt in superbiæ pompam Sampsonem non intermerint. ibid.
Vt anteuertens futurum tempus, in vno facinore sæculum vicerit. 276.114
Dum Dalilæ amore contabuit non victor, nec viuus dicitur? nec eius tempora in vitæ sortem supputantur. 277.115
Tot annos in morte vixit præstantissima, quot in vita. ibid.
Cæcus vlciscitur inimicos in immensæ fortitudinis certitudinem. 315.44
Philisthinorum stoliditas fuit, Samsonem viuum relinquere; cuius crines poterant iterum pullulare. 336.130
Cur in sinu Dalilæ ad forficis sonitum non euigilat, qui ad vnam fœminæ vocem excitabatur? 389.59
Ligatus funibus ideò libertatem promeruit, quia illum fœmina non exoluit. 488.59
Quibusnam viuentibus vinculis fortiùs & ad mortem ligatus? ibid.
A fœmineo carcere in mortalem carcerem vehitur. ibid.
Diruere nequiuit fœmina laqueum, nisi & cum laqueo oculos eruisset. ibid.
Samson cum sibi præsagit sine causa triumphum, victus cecidit & percussus. 495.86

Samuel

Cur eodem amictu quo viuus, post mortem suscitetur? 260.38
Sumuël cur Saulem, quem videre recusat; fleat? 313.33

Sandalium.

A crepida non dissidet. 216.42
Calceamenti genus, quod in delitiis fœminis fuit? & quare? ibid.
Deorum calceamentum. ibid.
Semper in honore fuit. ibid.
Verberibus incutiendis solebat aptari. ibid.

Sanguis.

Sanguinea mors libidinosi sanguinis fructus est. 62.7. tota sect.

Sanguis venenum amoris, guttas si biberis, odium fit. 184.33
Ex vsu aliquarum gentium poculum fuit. 185.35
Sanguinem bibere, extrema calamitas. ibid. 34
Sanguinem de viuo animali haurire ad potum, vetitum fuit Hebræis, & quare? 184.33
Sanguis bibitus ferinos crudeleśque innutrit animos. ibid.
Idolorum cultores sanguinem victimarum bibentes libabant. ibid.34
An damnanda de mendacio Iudith, quod sanguinem animalium Bethulienses bibituros asseruit? 185.35.& seqq.

Sancti.

Qualiter deceat Sanctorum festa celebrari? 467. 135

Sanctitas.

Sanctitas eremum quærit. 67.93.tot.sect.
Sanctitatis apex fugere turbas. ibid.
Sanctitatis viam visus est sternere Christus, cùm à Iordane mox in desertum ductus est. ibid. 96

Sapientia. Sapiens

Inflata scientiæ affectatio tandem in errorem deflectit. 88.178
Verus fallere inimicos vera sapientia est. 132. 112
Sapientia quæ ex Deo est pectus roborat, non eneruat. 165.91
Vt tractata prosit & satiet, quæ territat primò audita. ibid.
Sapientia in animas peccati subditas, è cælis non mittitur. 231.13
Amens est qui de aliena luce ambit nitorem & de emendicata sapientia laudes vestigat. 344. 159
Sapientia vt pro diuitiis amatur à multis. ibid.
Auarus non est sed sapiens, qui stulto non permittit quod de alienis laboribus laudes sugat. ibid.
Ad litteras nonnisi doctus, ad arma nonnisi miles eligantur, tractent fabrilia fabri. 378, 19
Magisterio solus ille censendus aptus, qui Magistri munia subiuit. 379 22
Vt & lucem occultare, aliquando ingenium sapientiæ sit. 395.84
Sapientiæ pretium in vsu est, alteri in gloriam venit, alteri in excidium. 427.53
Inflata sapientia cæcutit, nec nisi de miraculis visum recipere capax est. 480.32
Cum superbo sapiente etiam Angelus colloquia recusat. ibid.
Superbi sapientes à subiugalibus erudiendi, non ab homine, neque ab Angelo. ibid.

Sara.

Sara vt testetur filium, qui famulæ gignitur artificio, in contumeliam nasci verecundiæ. 309.18

Saül.

Inobediens & auarus. 177.134
Saülem vt nullus magis deiecerit, quàm ipse se. 198.23
Ambitiose in sacerdotalem dignitatem intruditur 203.49
Vt stultè factum excuset. ibid.
Quo genere vindictæ vsus in Dauid? 204.51
Saül vt clementiâ crudelis. 208.71
Bis malus quia obtulit, & quia non obtulit sacrificium ibid.
Peior quia sacerdotale munus malè præripuit. 208.71
Saül Dauidem vt perderet viro dabat vxorem. 255.17
Crudelis muneribus erga Dauid. ibid.
Crudelitate putauit inuidentiæ medendum. ibid.
Cur cum hasta dormit ad caput, eáque in terrâ defixâ 324.76
Cur à gladio proprio interfectus. ibid.78
Qualiter de errore pius, inobedientérque prodigus. 423.36
Munus Sacerdotis vsurpauit impius, qui pius debellando potuit esse Sacerdos. 474 8
Quia se vincere obediendo non valuit, nec de Amalech victor euasit. ibid
Tardè obtulit postquam vicit, qui in ipso pugnæ feruore debuit offerre. ibid.
De Amalech victor, de sacrificio satagit fulcire victoriam. 474.8

Scelus.

Vide *Vitium.*

Scorpio.

Scorpionis natura. 392.68
Aulicorum adulatorum symbolum. ibid.
Qualis medicina aduersus scorpiacum ictum? ibid.
Cur scorpionibus populum cædere, minatus Roboam? 391.67.& seq.

Scrutari.

Nonnisi prius oculis linguáque scrutetur iudex condemnet. 74.120

Secretum.

Consiliarius securior est ad bene gerenda. 133. 116
Præstat pluribus consiliarlis vbi sanctæ cogitationes intercedunt. ibid.
Auspicium & fideiussor fœlicis euentus est ibid.
Secretum Principum quale debeat esse? 180 9
Cordis secreta quàm alte seruanda. 265.62
Vermiculo minor est qui videri solicitat, factáque sua theatralia facit ad gloriam. 309.19
Eximij operis peracti in abscondito, quanta celebritas. ibid.21
Vt se geminare contendat, qui se solum cupit ad opus. 310.22
Vt & manuum sodalitium recusare debeat, ne illicò læua reuelet virtutis opus. ibid.
Etiam à se manus ipsa secedere oportet, cùm præclarum opus ediderit. ibid.24
Secretiora opera sacratiora 311.26
De ipso secreto organum sibi ad celebritatem efformant. ibid.

Seculum.

Qui abscedens à Deo secedit in seculum, errorem geminat & perniciem. 201.38.tot sect.

Semita.

Claudicare à semitis, quid? 78.137

Sentes.

Vitam in sentib voluptatem protendere satagunt. 168.100
Annos per illecebras computant, quasi per consules. ibid.

Sententia.

Vt sententiæ impiæ iudex iniquus causas reorum adæquet, errata leuia rarefacit, & exaggerat in flagitia lethalia. 198.26.tot.sect.

Seraphin.
Seraphim. cur irrequieto motu velent faciem Domini, & volent? 375.5
Cur reserato pectore. 487.56
Vt aduersus Luciferum hoc ænigma cudatur? ibid.
Serpens.
In quóne callidior cæteris animantibus? 100. 137.
Cur in Paradiso Euam tentando impetierit non Adamum? 165.59
Qualiter capite serpenti contrito, possit vita superesse ad insidias? 335.126
Serpentis ænei machinosa figura, vt sibimet aduersa; contra se remedia dederit Israëlitis? 376.10
Serpentis caput tunc ab Eua conteritur, cùm in pedes iniecit oculos. 490.67
Seruitus.
Dei seruitus Principatum tenet in orbe. 81.149. tot.sect.
Seruus.
Serui Scripturæ stylo ceruí dicuntur. 455.75
Quia fugaces neutiquam admittebantur ad bellum. ibid.
Quasi semiuiri reputabantur. ibid.
Destinati ad opera fœminarum. ibid.
Fugitiui serui, cerui vocati. ibid.
Silentium.
Silentio antequam manu victoria decernitur. 155.49
Exordium fortitudinis silentium est. ibid.50
Operis diuini laus in silentio est. 156.53
Multum trahit de deitate labiorum quies, cùm manus operatur egregiè. ibid.
Silentium incubij & noctem amat oratio. 262. 48. & seqq.
In silentio inuenitur Deus, qui citò perditur in tumultu. ibid.
Quo maius est opus, maius debet esse silentium, crescat vsque ad impossibilitatem fandi ibid. 54
Superbia nonnunquam castigatur silentio. 223. 135.
Curiositas silentio castiganda. ibid.
Simulachrum.
Simulacra veteribus in postibus affigere solita, in Deorum recordationem. 38. 136.
Simulacro viso spectator ori manum aptabat. 142. 153.
Manus osculatio, qua ratione in signum adorationis simulacrorum, aut Principium? ibid.
Singularitas.
Flocci penditur quod singulare non est. 93. 199
Sisara.
Cur clauo transfixus moritur? 102. 139.
Sisara quà appetitum sitis ostendit quo transfigeretur, mortem reclusit. 266.64.
Vnde ei mors contigerit abserato tentorio, in quo iacebat. 305.3.
Sitis.
Sitis qualis calamitas? 185.27.
In furorem concitat sitis. 185.36.
Sobrietas.
Sobrietas vera quæ sit. 121.66
Societas.
Praui & flagitiosi Christiani magis officie quàm barbari & pagani societas. 221.128. tot.
Vel ipse Deus praui Discipuli societate, quasi periclitari videtur. 212.132
Sol.
Christo moriente obscuratur vt reddat in die tenebras mundo moriens, quas nascens eripuerat in nocte. 83.160
Cur expirante Christo Domino obscuratus? 203.46
Solicitudo.
Fertilior solet esse solicitudo ad habendum, quàm habita iam fortuna. 151.33
Ingeniosa solicitudine velut delinitur Deus, diligentiæ præstans quod ignauiæ negaret. 152. 37
Vide *Diligentia.*
Solus. Solitudo.
Sanctitas incolit solitudinem, vitium aditur in frequentia 67. 93. & seqq.
Solitudo magistra virtutum, vno discipulo contenta est. ibid.
Multum in virtute profecit, qui se à multitudine sequestrauit. ibid.
Qui solus degit, contubernalem promeretur Deum. ibid.
Perfectio in solitudine. ibid.95
Deitas solitudine probatur. ibid.96
Solitudo purgati animi est. ibid.
Solitudinis perfectio, vel vmbram culpæ respuit. ibid.
In frequentia multorum tentationes ebulliunt. ibid.
Ad Deum piè ambiendum solitudo meritum est. 145.8
Nunquam solus peccat qui in alto est. 174.125. tot.sect.
Solitudo totius perfectionis index est. 68. 97
Ille semper solus, qui pauper. 489.64
Solitudo vt proxima cælo. 201.42
Solitudo triclinium est, vbi Deus suis alimenta dispensat. 118.114
Etiam qui Angelorum freqnentia timet dæmonis incursus, in solitudine roboratur. ibid.
Seu in solitudine, seu in frequentia vbilibet orat iustus, qui suam coloniam in cælestia transmisit. 225 136.tot.sect.
Solitudinis viam nobis aperuit Christus, cum ad eremum fugit. 97.66
Per solitudinem ad beatitudinem itur. ibid.tot. sect
Vide *Secretum.*
Somnus.
Somni portæ geminæ dicebantur apud ethnicos: altera ex ebore, ex cornu altera. 367. 54
Vt putarent somnia ab inferis ascendere ad superos. ibid.
Somni Regis excitatores, quando apud Persas. ibid.53
Communis laqueus est, quo membra alligantur. 69.104
Sors.
Nulla infœlicior sors, quàm oculis quibus fauor diffunditur, inferri supplicium. 79. 143
Sortem super tunicam misisse, vnde maior Saluatoris iniuria? 149.26

Speciosus

Speciosus.
Speciosa sunt seculi bona, etsi fallunt visa, diuisa & emedullata non fallunt. 206.59.tota sect.

Spernere.
Qui spernit diuitias, quas peccatum sub peccati conditione promittit; & innocens manet & diues. 437.89.tot. sect.

Spes.
Sperati boni dulcior est spes, quàm possessio. 66 86
Spes rem speratam, memoria, obseruari facit continuò. ibid.87
Protelata spes desiderium excruciat. 320. 61
Sperare, vt timere aliquando sit. 321. 64
Argumentosa spes est. 328.93
Dilata magis torquet quàm ditata sperato bono delectat, ideo spes cælestium possessio est. 337.132.tot.
Spes incerti boni nomen est, imò certum malum incerti boni. ibid.
Vt ante se præmittat metum pro nuntio, & pro præsentiæ pignore distantiæ dolorem. ibid.
Spes de cælestibus non timida est, diues illicò possidet quæ desiderat. ibid. 134
Diuina speranti indutur pro responso præsentia, vt adeò iam credat quod spei qualitas & natura cogitabat abesse. ibid.137
Fidelium spes nullam patitur in fide distantiam. 363.30
Fidem nectit cum charitate. ibid.

Spiritus Sanctus.
Eius virtus & nomen, an Hebræis innotuerit. 80.146
Ab ipso dona. ibid.
Cur columbæ specie apparuit super Christum? 67.95
Non in frequentia inuenitur, sed in solitudine. ibid.
Ducit Christum in desertum. ibid.96
Vt castitatis & puritatis assertor. 172.118
Spiritus sanctus per charitatis illapsum, ad virtutum segetem corda fæcundat. 268. 73
Pro Spiritus sancti hypostasi, deitate, æqualitate; textus in cantiquo Iudith. 457.85. 86
Munerum largitor in dominij & deitatis elogium. ibid.87
Eius attributa celebrata à Iudith. ibid.
Qui sentiant impossibilem fore creaturarum productionem sine Spiritu sancto, & verbo. 458.90
Spiritus sanctus ad irrationalem creaturam non mittitur, sed ad intellectualem ad illam promouendam per cognitionem & amorem. 457. 89
Patris virtus dicitur potens ad conterendos inimicos. 458.92

Splendor.
Diuinitatis nota. 118 51
Cælestis splendor quos possidet, transfert in alios. 125.82

Spolium.
Vide *Præda.*

Sponsa.
Augurium stragis dixeris sponsam. 174.124

Dos sponsæ, militare periculum est, darèque impetum, vxorem dare. ibid.123
Vide *Vxor.*

Sponsalitia Vestes.
Quæ? 113.29

Stare.
Stare ad mensam, pro certo loco disponi. 246 85

Stella.
Stellæ vt armatæ radiis luce nouerint dimicare. 383.35
Militia nuncupantur, & cur? cum nonnisi vnus Mars sit? ibid.
Ordo syderum sydetibus dare nouit victorias. Vincunt non vibratis iaculis, sed apparatu militiæ. ibid.

Stola.
Stola, quod vestis genus? 450.54
Stola meretricibus inhibebatur, & cur? ibid.
Linea seu byssina, nobilissimus erat amictus. ibid.55
Quare noua dicatur? ibid.

Stultitia.
Quodque peccatum stultitia est. 87.175
Virginum fatuarum stultitia excutitur. ibid. 176
Vt dicitur Christum crucifixum stultitiam fuisse gentibus. 88.180

Stuprum.
Stupri piaculum admisit quæ carnem denudauit ad lasciuiæ impulsum. 59.55.tot.sect.
Vt fœmoris exuti visus prouocarit ad stuprum. ibid.57

Subditus.
Subditi sæpè propriæ libidinis voto peragunt, amori subiectionis attribuunt. 177. 134
Supra spem attollitur subditi animus, confidentia prælati. 126.86

Superbia Superbus.
Extrema superbia est, in Deum etiam superbire. 55.38
Superbus nec ad supplicium diuinos oculos meretur. ibid 40
Eius elata confidentia, aptè stupore plectitur & punitur. 11.41
Ad superbi supplicium elementa inter se discordantia concordant. 12.42
Superbia pro ceruice, & è contra. 22.80
Superbus trucidatur superbè. 23.81
Superbia pro potentia aut diuitiis. ibid.
Quo impensiùs exaltat, profundiùs deprimit superbum. 35.127
Superbus sui memoriam æternare gestit. 38. 137
A primo Angelo Deo infestus. 39.141
Superbi supplicium quàm prope culpam; ibid.
Deus superbos prospectat à longè. 53.31
Superbus dedignatur æquales. 68.97
Superbi cæteris peccatoribus stultiores. 87. 176
Superbus sola amputata gloriæ, honorùmque parte totus occumbit. 94.204 tot.
Superbia sibi inimica est. ibid.
Quidquid in superbo est superbia est, cùm scinditur germinatur non perit. ibid.
Dirior mors contingit superbo, si non semel occidatur sed sensim. ibid.205
Superbia auara est, nec micas patitur erogari in famem alienam. ibid.

Superbus, inopem se putat, quocumque bono careat alieno. 95.208
Superbi vt puniantur? ibid.209
Superbia garrula & curiosa est. 66.86
Superbus stolidè secum pugnet in concupitis. 157.59
Nulla maior superbo calamitas quàm quod eius potentia alicui despicabilis fiat. 179.7
Qui ad superbiam propriam in donis respicit, tarditate donandi, vota expetentis fatigat. 194.5
Superbus Dynasta, pro apparatu & pompa gloriæ spargere procurat timorem. ibidem 7. tot.sect.
Superbia ingens monstrum. ibid.
Sæpè superbus in humillima & abiecta se proiicit, à nemine magis despicitur, quàm à se. 197.18
Nullus superbo abiectior. ibid.
Superbus, paruulorum more, minimus cruciatur. ibid.20
A quocumque trepidare fas est, qui fastu superbo arroganter terret quemcumque. 198.23
Superbi triumphus, etiam à puellæ cantu dependet. ibid.
Simulacrum superbiæ sæpè pluribus vilibus constat. 198.24
Superbi quàm ingenita vilitas. ibid.25
Superbus vt iniuriam sibi illatam seueriùs castiget, quasi Deo reputat irrogatam. 199.30
Ne pœnitentiæ opinionem patiantur de nominis claritate, vitiorum spurcitias excusat. 270.83
Superborum vaticina, in eorum ruinam complentur. 303.113
Superbia semitam aperit ruinæ superbi. 325.82
Magis superbum percutit vel vulgaris ciuis defectus, quam blandiuntur cætera, quæ de fortunæ plausibus veniunt. 351.181
Nunquam altiùs in superbi sinum subintrat opprobrium, quàm cùm ab inferioribus viribus debellatur. 372.72
Serpit quasi fermentum per vitiorum massam superbia. 416.10
Vt superborum iactantiam, effrænatósque impetus facilè diuina potentia refringat. 459.99
Superbia stolida & rapax est. 475.12
Superbi, Deum faciunt inermem. 460.101
Faciliùs est bruta loqui, quàm hominis superbiã de docilitate erudiri. 480.32
Nec sine miraculis superbus in meliorem frugem reducitur. ibid.
Victorem se effusit præpropero dominatu, antequam manu. 484.46
Media non amat, cui pro tessera est, aut totum aut nihil. 486.52
Superbus virtutis carnifex est. ibid.
Ipsemet ab imagine propria terretur. ibid.54
Superbiam quasi pudet nisi crescat, augmentoque sui maior fiat. ibid.
Superbiæ quantitas sine nucleo, est bracteatum sine viscere simulacrum. ibid.55
Apprimè describitur. ibid.
Lapillus robustior est medullâ vanitatis superbiæ. ibid.
Qui imaginaria superbia infœlicitatis dubio certitudinem credit, nec casum cogitat in fortuna, certissimè cadet. 494. 81. tota sect.
Ad domandos superborum animos, puerorum crepitacula sat sunt. ibid.82.83
Superbus Reguli more pugnat. 495.84
Sine veneni sumptu, dum se prospectabilem reddit, perimere studet ex aduerso videntem. ibid.
Leo est. 481.35
In se capitis fert sententiam, dum ante impetum pugnæ sibi ariolatur victoriam. 495.85

Superior.

Superior fidens subditis, solus nouit prudentiæ expendere sinus. 126.86
Supra spem attollitur subditi animus confidentia Prælati. ibid.
Prælati non semel iram, vindictam titulo regendi cooperiunt. 137.135
Prima gubernandi lex, semet gubernare qui regit. 266.65
Fuge à domo, cuius Dominus per vitia labitur in ruinam. ibid.66
Nec bruta obediunt ei, qui sibi non didicit imperare. ibid.
Se regno priuat, qui se gubernare non discit. ibid. 67
Dynastæ superbi quàm perniciosè ab errore recipiscere, reputent in constantiam. 270.82
Caueat à supplicatione, tot iussa dat, quot in rogando erogat verba. ibid.84
Vide *Prælatus*.

Supplex.

Plantas & genua contingere, supplicium est. 107.5

Supplicium.

Pro supplicio sunt improbis Dei benigni & munifici oculi. 79.143
Supplicium quod infligit Deus non libenter respicit, nec ab aliis vult aspici. ibidem tot.
Nisi citra condignum castiget, cui nihil integri superest, quid perdere per peccata noua timebit? 198.26
Vt innocentes plectat, iniquus iudex, supplicio peccata præuenit. 206.105
Supplicium superborum quale? 486.52
Vide *Iustitia*. *Peccator*.

Susanna.

Susannæ castitas, cur specialiùs Spiritu sancto teste, aduocatóque indiguerit? 205.56

Suspicio.

Vel suspicio in castitate, etsi illibata sit, turpitudinem generat. 204.54.tot. sect.
Vitio approximat quidquid suspectum. ibid.
Suspicionis iniuria, inde maior quia nequit nisi de superis solidari. 205.57

Sybarita.

Sybaritarum mos in præda diuidenda. 404.14

T

Tabernaculum.

TAbernaculum aliquando per thalamum. 141. 150
Vide *Tentorium*.

Templum.

Templum.

Templum quare domitus Dei dicatur? 18. 66

Templi Salomonis exemplar, an reuelatum Dauid? ibid.

Deus manu sua Solymitanum templum delineauit. ibid.

Forensibus negotiis deputari non potest, sine sacrilegi furti crimine. 146.13

Excellentia templi vertitur in mendacium, cum qui oraturus accedit in templi nudis laudibus hæret. 227.153

Persis nullum templum, nulla Altaris religio. 19.71.

Tempus.

Tempestas criminum tribuitur tempori, non personis, tempus ferre dicitur quod cupiditas. 272.95

Tenebræ.

Fallaces sunt, & quare? 12.43

Tenebræ aliquando pro ergastulo. ibid.

Mundiales tenebræ, à mundi amatoribus non sentiuntur. 83.160

Non breuis portio luminis est tenebras, tenebras nuncupare. 168.98

Cur tenebræ ambulantem fatigent. 56. 43. 44

Tentatio.

Graditur pedetentim tentatio ad culpam, non ingruit tota subitò, sed sublabitur; vt sub honestatis specie perdat incautum. 273. 68

Cur non oramus, ne in nos tentatio subintret; sed ne intremus in tentationem. ibidem 100

Tentorium.

Tentoria Attilæ, Darij, Alexandri. 141. 150

In vehiculis solita extendi tentoria. ibid.

Apud Persas tentorium Principis, cubiculum virtutis dicebatur. 37.192

Tentoria ad Orientem figebant Principes, eáque in media statione. 137.134

Regum & Dynastarum quanta & qualia tentoria. 140.145, 148

Vide *Castra. Tabernaculum.*

Terra.

A terra cælum non distat per orationis semitam. 53.30.tot.sect.

Testudo.

Qui inclusi sub testitudine pugnatores. 12.44

Vide *Tentorium.*

Thamar.

Thamar pulchra incepit succumbere Ammon cum rogare. 154.48

Thalamus.

Thalamo non indiget vt scortetur fœminæ nuditas. 59.55. tot.sect

Thalamum tentorij more Persæ construebant 284.29

Persarum Regum in thalamis forma, superbia. 285.30

Thalamum persarum Regum vitis aurea redimiebat. ibid.31

Theristrum.

Messoria vestis dicitur. 113.32

Theristrum an flammeum? ibid.

An à peplo distinctum? ibid.33

An theristro ornata perrexit Iudith in castra Assyriorum. 114.34

Sanctus Thomas Apostolus.

Thomæ Apostoli quàm sagax incredulitas, 345. 165

Thyrsus.

Thyrsi ad ducendum chorum apti. 411.45

Thyrsus pro telo accipitur hederis obtecto. ibid. 46

Fœminæ in exercitu Dionysij Thyrsis armatæ. ibid.

Thyrsi apud Hebræos in celebrioribus festis vsus. 412.47

Thyrsus sicut & palma victoriæ aptus. ibid.

Timor.

Timor diriùs concutit violentâ intra præcordia repressione detentus. 194.3

Præcipua pars reuerentiæ timor est. ibid.

Omnia beneficia antecellit munus abluendi timorem. ibid.

Timor humanus argumentum feritatis est, non pignus gloriæ. 195.8

Quò quis timendum se præbet, non sibi reuerentiam vendicat, sed contemptum. ibid.

Nullus timetur ipse securus. ibid.10

Potentum vectigal timor est. ibid.

Timor frigidus est. 217 113

Mala futura anticipat. 259.34

Bis feritur, qui prius timorem vulneris quàm vulnus accepit. 330.106

Timor seu pudoris proles, seu pater est. 400. ...

Consilium hebetat, & quos inuenit homines truncos reddit. 402.1

Metus an à timore distet? ibid.

Consiliarios facit aliquando. ibid.

Timor agitat, & iniquietat vertigine concutit membra. ibid.3

Mutos reddit, & quare? ibid.

Caput demittere facit. ibid.

Segnities, erubescentia, & verecundia; species timoris sunt. ibid.

Quantum de Philosophia sortiatur metus. ibidem 5

Malorum terribilem apparatum aduersus se imminere desingit. ibid.

Deum timens vt à timore, Deo videlicet, collaudetur. 436.88

Vide *Metus.*

Trinitas.

Vt deitatem Pater Æternus ostenderet, filium ex vtero gignit & seruum, filium sibi, sed seruum orbi. 321.67

Trinitatis arcanum, quo in loco cantici Iudithæ aperiatur? 456.83

Trium personarum proprietates, quo loci celebrentur à Iudith? 457.88. & 488.91

Vide *Pater Æternus. Verbum Diuinum. Spiritus sanctus.*

Triumphus.

Nullus fœlicior, quàm qui à proprio cruore non tinctus. 134.120

Senatus victori Imperatori obuiam ibat decreturus triumphum. 405.18

Nullus absque senatu triumphus. ibid.

Ouans equo insidebat. 410.39

Postea curru ducebatur. ibid.

In triumphis coaceruata sine ordine spolia super plaustra ferebantur. ibid.

Ouantes myrthea coronâ redimiebantur, quãdo cum humili hoste, aut sine cruore pugnatum. 411.48

In triumphantium coronis, præcipua eorum facinora sculpi solita. ibid.
Triumphantium ministri, oleagina corona redimebantur. 412.49
Choreæ visus post triumphum. 413.50
Musicus ludus pro celebritate triumphi celebre. ibid.
Nec triumphi ante victoris nomen, sententia censebatur prolata. 440.5
In triumphalibus canticis, ab strenua victoris Dei fortitudine excellentius pæana contexere, mos fuit. 443.20
In triumphis rerum gestarum simulacra vehi solita. 444.25
Reges deuicti, subiugatæque vrbes, nominibus scriptis cælabantur. ibid.26
Calcata, victáque flumina, immensa magnitudine pingebantur. 445.10
Captiui vt ostenderentur immanibus corporibus, eligebantur ad triumphi pompam. ibid.
Adeò indistans sit holocaustum triumpho, vt idem sit qui vincat ad triumphum & mactetur ad grates. 451.56
Se illico triumphus deuouet ei, qui Domino deuouerat triumphum. ibid.
Triumphi ætas fides sit, quæ ad fidem vsque senescat.

Tuba.

Tuba nouissima ictus oculi designatur, & quare? 74.122
Tubæ ad bella Hebræis vsitatæ. 440.8
Tuba, propria peditum. ibid.
Tubâ coronâ celebratus Abraham. 309.11

V

Venia.

Citius in scelera se demittit, qui vniersam veniæ amisit spem. 198.26
Eadem ad veniam pœnitentiæ artificio prodesse possunt, quæ quà ad luxum parata nocere solent. 426.47

Venus.

Veneris procacitas ad Persas Assyriis fluxisse, quis autumet. 241.62
An Venus idolum Dagonis? 377.13
Veneris myrtus. 209.16

Verbum.

Verba mellita nonnunquam laquei sunt, quibus strangulantur inertes. 28.101
Impura verba vt castam fœminam dedeceant? 39.111
Coram Deo sanctè, pudicéque loquendum. 28.101

Verbum diuinum.

Verbum quod æternè gignitur apud Patrem, ab oratione velut semine generatur in terra. 53.31
Signaculú vtpote viua Patris similitudo est. 90.189
Sermo & Verbum Dei manus nuncupatur, & quare? 93.101
Vitæ Verbi quà geniti à Patre, quale de Sanctorum splendoribus obsequium? 211.84
Æterna Verbi generatio, qua vita Principis est, vt nitoribus Sanctorum post æternitatem futuris resplendet. ibid.
Verbi quasi suæ viduæ virtutis proprium indicium est, quod suffert iugiter aduersarium. 226.148
Verbum quà salutis negotiator humanæ, an seruus orbis dicatur? 321.67
Cur ad negotium mittitur Redemptionis, & non Pater, aut Spiritus sanctus? ibid.
Qui quà verbum est Filius, quà seruus perforatur in aure. 322.68
Vt aures in manibus & in pedibus, quibus fungitur, ad vniuersitatis seruitium habeat. ibid.
Verbum vt quid naturam seruilem assumpsit, factus Homo? 323.73
Verbum diuinum vt vox dicatur? 458.91
Quo sensu prolatiuum possit dici? ibid.

Verecundia, siue *Puder.*

Verecundia sanguinem expiat in vultu, quem inquinat sub ventre libido. 60.62
Regalis virtus est quà purpura, vt liberet peccatorem inuestit. ibid.
Voluptatis fœnus, fructúsque confusio est. ibid. 63
Peccata coccino verecundiæ infecta, pacatam iudicis lenitatem conciliant. ibid. 64.
Verecundiæ rubor impetum imminentis gladij in vltionem peccati propulsat. 61, 65
Præstat peccati maculá rubicunda pœnitentiæ verecundia suffundere, quàm lucis vsuris potiri. ibid. 66
Primigenium virtutis rubor est. ibid.
Vbi verecundia insidet, nulla peccati seruitus. ibid.
Procul abest vel reliquia virtutis, si erubescentia deest. ibid. 68
Tam vicina est remissionis gratia rubori, vt præ celeritate præire verecundiam videatur. ibid.
Verecundia ex aduerso sit iugiter peccator. 62 70
Rubor, virtutis color. 60.62
Verecundiæ indoles timere edocet & cauere. 282.14
Roseus pudor, imitari debet indolem rosæ. 399.97
Impudentissima verecundia est, non de animi, sed corporis iniuria pudere. ibid.
Rubor iniuriæ ad eos subsiliens, membrorum cuneum concitat ad vindictam. ibid.
Erubescimus ad corporis & honoris iacturam, animi per peccatum infamia nemini nisi iusto pudor est. ibid. 101.
Nulla potest diriùs vrgere calamitas, quàm quæ membra luci negata, ictu verecundiæ confundit. 400.100
Verecundia species timoris est. 401.3

Vermis.

Vermium stimulus mordax, altéque penetrans. 461.104
Vermes inferni qualiter lachrymas, stimuli mordacitate, à damnatorum oculis eruant. ibid. 105
Quare serpentes, draconésque frigidi dicantur? ibid. 106
An inferni frigus à frigido vermium veneno? ibid. 107
Vt viuant in flamma frigidúmque venenum euomant, vt damnatorum corpora torqueant? ibid.

Vermes

Vermes quos in Persas & Assyrios grassaturos dixit Iudith, an de temporali supplicio, an de æterno intelligendi? ibid.109
Vermis dum serica fila net ex stamine foliorum, qualiter ingenium explicet in secreto? 309.19
Quanta eius laus, quod sui operis monumentum, vt sepeliretur, elegerit? ibid.
Vermibus corrodi damnatos, an metaphora sit? 463.114
Qui dixerint exercitum Sennacherib, vermibus rodentibus interiisse? 461.110

Veritas.

Dicta veritas à mendaci elumbis & cadauerica est quæ à veraci, viuida & efficax. 218.115. tot.sect.
Non qui semel loquitur verum verax est, præstat titulum consuetudo. ibid.
Credi non meretur nisi qui facit, fac vt credaris. 218 116
Habet & veritas suum cadauer, mortua est cùm è maligno gutture prodit. 219.118
Improborum ora, sepulchra sunt veritatis, vbi in cauea fœtida tumulatur. ibid.119
Veris falli extrema stoliditas est, fallere si legitimè fœlicius ingenium. ibid.121.tot.
Plures sunt qui veritatem ipsam abutentes, redigunt in mendacium. 220.122
Soporato interior est quem veritas fallit. ibid.123

Vestis.

Quæ à natura intexitur gloriosior, quàm quæ ab arte. 51.15
Vestes pretiosæ despicabiles. ibid.
Vestibus candidis ad funera celebranda, vsæ Græcorum fœminæ. 115.39
Vestes candidæ; pœnitentiæ signa. ibid.
Viduarum indumentum, quale? ibid.
Vestitu innocentiæ calliditatem operiri peccati, extrema improbitas est. 148 20.tot.
Christi Domini vestis, colore hyacinthi. 115.37.38
Vidualis vestis hyacinthina. ibid.41
Vestem discindere in luctu, potissimum in vsu Persarum. 371.68

Via.

Viæ Iustorum quà liborum obsitæ spinis, floridæ sunt & planæ; viæ iniquorum, quà voluptatum lenocinio constratæ, præcipitia sunt & petrosæ. 77.132
Vt via Balaam fuerit occlusa. ibid.136
Iniquus præcipitium de plana & directa semita facit; iustus de salebris viam, de nafragij discrimine portum. 78.138

Victoria.

Vt possibilis sit victoria de vitio, fac impossibile quòd vincaris. 98.225. & seqq.
Victoria est castitatis, cum fugiens periculum, facit criminis impotentiam. ibid.
Diuina Victoria nonnisi brachiis infirmioribus agitur, humana de superbiæ fortitudine delectatur. 104.146
Victoria antequam manu, silentio decernitur. 155.49
Cur victoriam in pectore meditaretur Iuditha, ne prius magistratibus reuelaret. ibid.50
Victoria nondum est dum secreta, marcescit in abdito triumphus. 163.84
In fortuita victoria certior est casus, & cùm mutat euentus, cædes securior. 171.111
Incerta diuini fauoris opinio, certa victoriæ sententia est ibid.
Acriùs in periculis roboratur qui de suspicione Victoriæ fecit solatium. ibid.
Nulla firmior victoriæ securitas, quàm supremi Numinis comitatus. 291.60
Celebriùs pangitur sors victoris, cum ad famam operis cruenta reliquia pugnæ reproducitur operosæ. 346.166
Non victorem reddit victoria, sed vincendi modus honestus, per accidentia turpia substantia fortis à nobilitate degenerat 348.174. tot.
Vt modus pugnandi diuinos triumphos ab humanis discernat. ibid.
Inimici caput è mœnibus quasi è tholo suspendere, signum victoriæ. 357.5
Victoriæ trophea, in templorum vestibus apponi solita. 358.7
Tantumdem ac sors & victoria est ad sortem & victoriam optima præparatio, industrius apparatus ad opus præ opere solet esse fœlicior. 381. 32.tot.
Liberalitas propria victoris est. 411.45
Qui comparata victoria sub titulo salutabantur Imperatoris, victores vocati. 440.5
Vera victoria ea est, quæ dum semel hostes debellat, non solùm gignit pacem, sed & nutrit, & ad senilem deducit ætatem. 472.115
Victor ingratus Deo, tantumdem ac victus est. 472 1
Victoriæ flos deuotio sit, fructus adoratio, & holocaustum pectoris gloria. ibid.
Vel triumphi præteriti recordatio, obsequia grati animi poscit victoris. 473.4
Gratitudinis vota, vt præsagia victoriæ sint? ibid.6
Vt victoria dicatur vincere. 475.13
Nemo iniuriosior fidei, quàm qui fidei partas victorias infidelitate corrumpit. ibid.12
Tunc victoria fidelis tuta est, cùm victoria cultus sit & religio. ibid.
Victum se præsagit, qui ex iactantiæ oraculo se vaticinatur fore victorem. 494.81
Vide *Triumphus*.

Vigiliæ.

Vigiliæ in bello quatuor fuerunt communiter. 360.16
An discrimen inter vigilias & stationes? ibidem.
Persarum vigiliæ iugiter stabant in armis. ibid.14
In Prætorio Imperatoris constituebantur. ibid.15
Quale horum munus? ibid.16

Vidua, Viduitas.

Vidualis pudor circa sydera seruandus. 48.3
Viduitas sine duitate sit. 67.94
Vidua non tam de funere alieno quàm de abscessu proprio fiat. ibid.
Viduæ castæ fortitudo, frigidos viri cineres animare videtur. 113.30
Coiugalis ornatus signum & tutor pudoris sit. ibid.31
Monimenta coniugij in vidua, arma castitatis sint. ibid.
Adeò intra domum sit clausa, vt si extra, prodigium. 114.86

Quæ sepeliuit virum, corpus suum sepelit cùm ornatur. 125.81
Viduitas pura sceleris, sibimet vindex est & asserttix, extero testimonio non eget. 281.10
Viduitas non eget monilibus, aut sancta non est. 291.58
Vidualis habitus cinerescit in deuictæ flammæ trophæum. 489.62
Vidualia sine connubio nouo dimittere pudiciciámque retinere; vel miraculum vel monstrum est. ibid.
Ornata de pigmentis & sericis vidua, quasi scortationis titulus est, quæ cineteas viduitatis vestes cum mariti cineribus sepeliuit, cinis fit ex libidinis flamma. ibid.tot.
Vidua vt superior mūdo sit, obeunte viro, obeat vt mulier. ibid.63
Vna periodus de illecebrosè vidua & scorti suspicione compingitur. ibid.64
Aduersus viduitatem, adultera est quæ ad vagum luxum licentiâ, se de altero habitu alteram reddidisse contendit. ibid.
Viduæ vestis. Vide *Vestis*.

Vindicta.

Vindictæ zelus vt diriùs feriat, iniuriam propriam quasi in Deum illatam videri procurat. 7.23
Nobilior in defensione quàm in percussione inimici vindicta est. 57.48
Vlciscendæ iniuriæ clypeus, non gladius adhibeatur. ibid.& seqq.
Ille tutò iniuriam vlciscitur, qui inimicum nititur fugere, non punire. ibid.
Vindictæ parcens cruentiùs confodit inimicum. 58.52
Gloriosior vindicta est quæ non ictu, sed strepitu aduertit impetum inimici ibid.53
Qui vlcisci desiderat, scelera de virtutibus procreat, & quæ laudem merentur, in flagitiosa demerita reproducit. 199.32
Vindicta sæpè necessitati tribuitur. 203.47
Feruidus ardor vindictæ, quà violentus; necessariam esse vltionem decernit. 204.53

Vinum.

Lege Romanorum fœminis interdictum, non item lota. 120.59. & 121.65
Hebræorum fœminis permissum erat. ibidem 63
Lacedæmones solùm adaquatissimum vinum fœminis permittebant. 120.61
Fœminis Romanis, sacrorum causa, vinum licebat. 121.65
Lacteum vinum quod dicatur? ibid.64
An fœminis Romæ permissum, & quare? ibid.
Vinum affine Veneri. ibid.66
Audaciorem vegetioremque facit animum. 123.70
Vini potatio non indecora Assyriis, & Persicis matronis, 244.75
Vinum lætitiam generat turpem. 248.94
Bibaces vt cum bibacibus delectantur. ibid.95
Retrorsum non posse cadere qui vinum biberit, qui sentiant. 287.40
Vinum hordeaceum quas dotes habeat? ibid.
Vinum chalybonium. 230.9
Vide *Conuiuium*.

Violentia.

Violentiæ vrbanum est artificium superbi Principis ingeniosa petitio. 84.tot. sect.

Virgo, Virginitas.

Virginis incessus, qualis esse debeat. 9.31
Vel placere lenoni, iniuria pudoris in Virgine 23 82
Virginitatis flos fortitudine armetur, virgo virago sit vt sit virgo. 408.29
Castitatis flos virginitas est, imaginem diuinam spirans. 484.46
Virgo alterius dominium respuit, nulli nisi Numini subditur. ibid.
Ex censu diuinorum bonorum virginitas est. 57.45
Eius violator gladio Dei, non hominis impetitur ad vltionem. ibid.
Geminatur Dei gladius in virginitatis vindictam. ibid.46

Virtus.

Virtutis constantia, etsi inhumana videatur, seuera sit. 2.3
Virtus fortitudo in armis. 17.62.& 129.54
Nulla nobilior vulua quàm virtutis, opera honesta sobolem gloriosam progignunt. 55.39
Virtus pro sobole animum gignit. ibid.38
Virtutis actio fertilior est quam parentum. ibid.
Iustum in monimenta posteritatis æternat. ibid.
Semper fœlix qui de virtutis computatur prosapia. ibid.
Multum in virtute profecit, qui se à multitudine sequestrauit. 67.93
Virtus ardua est, scopulos habitat. 77.132
Virtutis serenitas qualis? 100.230
Coram vitij opinione trepidet virtus. 103.241
Marcescit in thalamo virtus quæ amat pernoctare sub dio spectaculúmque edere de patientia. ibid.242
Virtus pro sagacitate. 119.56
Ad vitij victoriam, vitiorum armis armatur. 150.27.tot.
Lenta sunt virtutis vestigia. 170.110
Sæpè virtutis pallio vitiosa desideria teguntur. 176.131
Talis est forma virtutis, quæ tot vitiosis videtur pulcherrima. 191.63
Contra virtutem quæ clarè refulget, etiam euidentiæ non probant. 205.57
Vmbra virtutis gloria est. 214.98
Aut extrema dementia, aut extrema infœlicitas est, sub præsidio periclitari virtutum. 221.127
Actum est de gloria virtutis, cui nullus aduersarius. 225.143
Nunquam sola virtus est, etsi sufficeret, sola adsunt plurimæ pro satellitij pompa. 161.42
Non modica virtutis est portio, post patrata scelera scire esse virtutem. 274.104
Via virtutis, licèt vepribus inhorrescat, discalceato pede sepeliuntur; nec feriunt. 77.133
Siue per syrtes, aut fluctus, siue per strepitum sæcularis frequentiæ; eunti ad Deum parata via est. 78.138
Via virtutis ad Deum luce perfunditur. ibid.140
Etsi ante lucem virtus procedat, non sine luce est. ibid.
Faciliùs est tenebras cum luce contingere, quam viam

viam virtutis ad Deum sine luce manere. ibid.
Virtutes etsi turba venerit, non turbant, sed cumulant gaudio. 306.7
Virtutis facinora non amant spectaculum, ne turbentur à turba. Secum in solitudine tubam præferunt ad præconium. 309.19.tot.
Virtus in publico minor est ad opera grandia, quibus detrahit spectaculum quantitatem. ibid.
Virtus intempestiuè lucet, si detractores prouocet ad flagitia. 311.27
Occulta aliquando iuuabit, triumphabit validiùs quàm prodita. ibid.
Tumultuaria non est, silentio triumphat. ibid. 30.
Non horret ad supplicia peccati. 288.44
Virtutis semita, oculos non amat gradientes. 316.47
Non imus in virtutem, sed trahimur, nec cupimus currere; sed non cadere. 319.58
Citò egebit alimenti virtutis, qui sibi in modico satisfit. ibid.
Virtutis spiritúsque æmulatores, quales esse debeant? 320.60
Pro integro muro virtus est. 292.61
Virtutis primordia fœlicissima. 340.146
Vt qui benè agere cœpit opus virtutis, saxi cadentis more finem secum ferat in exordio ruinæ. 339.143
Auium more sat est expandere alas, vt virtutis campum ipse ventus illum feret flaminis impellente fauore. ibid.
Finiat opus virtutis ipse qui incœpit, nec in medio itinere præ desidia lassatus, alteri quod compleat remittat. 374.1.tot.
Qui doles communem sæculi iniquitatem, ad mali publici sanitatem proficies; si tibi singulariter consulas de virtute. 380. 27. tot.
In re virtutis, periculosum non progredi 374. 3.4
Malè virtus celatur, inter incentiua vitiorum. 371 69
Virtutis scientia sine præceptore & magistro haberi contenditur. 392.72
Prodest & virtutibus ars, ingeniosa nimis est quæ scit fortiter & suauiter peccatorem domare. 394.79.tot.
Virtus vt vincat in agmine est. 416.9
Virtutis natura aromatica est, quidquid de suo spirat; commune facit. 407.26
Optimus virtutis orator virtus est. 435.82
Hæc fortuna virtutis est, expoliare peccatum & non incurrere. 437.90
Heroica virtus quasi ingenito rerum dominatu potitur, qui per facinora virtutum egregia supra vniuersos fit heros; vniuersitatis fit herus. 483.45.tot.
Spei iura virtus animosa transgreditur, etiam in diuina refunditur. 484.49
Vita non à foris aduenit, sed ab intus assurgit. 305.4

Vitium.

Vitia virtutis contrariæ armis debellanda. 4. 13
Qui incipit in vitia dilabi, multorum amat consortium, 68.98
Vt possibilis sit victoria de vitio, fac impossibile quod vincaris. 98.125.tot.
Vitia propria priùs curanda, vt medelam feras alienis. 125.85
Vitia suismet pugionibus iugulant peccatorem. 150.27.tot.
Vitia vitia vlciscuntur. ibid.29
Quibus vitia sub virtutis nomine obrepunt; nullum ad sanitatem superest pharmacum. 167. 96
Qui vitia & voluptates oblongat, diem tractat vt noctem, noctem vt diem. 168. 98
Inter vitia & mortem cornutus est syllogysmus. ibid.tot
Vitium non solùm totum, sed & citò se dat. 169.105
In paruis syllabis multitudo cingitur vitij. 170. 109
Omnium irreligiosiùs delinquit, qui religionis titulo vitium adornat. 176.131
Nihil religiosius ea tempora religioni decernere, quæ vitia ad sui satietatem disponunt. 188. 51
In quis libitò se dat vitia, excusat de necessitatis impulsu. 203.47.tot.sect.
Vitium facimus priuilegium necessitatis. ibidem.
Vitio approximat quidquid suspectum. 204. 54
Vitia nostra naturam ipsam inuertunt. 209. 74
Vitia sub virtutum nomine sæpè obrepunt. 206. 60
Vitij medela vitium non est, licèt confligat cum vitio vitium, vtroque victore laceratur vitiosus. 254.15.tot.
Vitium iniquis potentibus pro honore & claritate inoleuit. 268.78.tot.sect.
Vitia non se tota publicant, sed per gradus. 273. 98
Mortale vitium vt non pedibus ambulet, sed aspectu. 274.103
Obsoletus in vitiis, nomem & figuram bonitatis ignorat, de alieno ei climate virtus est. ibid.104
Iniquitatis iter, à pessundantibus cauea fit. 77. 131
Quæque via in damnationem iniquitati est. 79. 142
Vt sis omnium, nullius fias in agnatione vitiorum. 301.104
Vitia latentia in anima diriùs feriunt quàm extrinsecùs mala aduentantia. 304.1.
Nisi vniuersa vitia non solùm resecaueris, sed

Qui vitio perimere vitium tentant, variant naufragij infortunium, non perdunt 396. 85
Protheus est vitiorum statua, nisi quod non mutet, sed multiplicet facies. 398.95
Aliquod semper est in peccatore vitium, quod solet cætera gubernare. 415.8
Vitia quà sine ordinis & amoris annulo sunt, non solùm virtutibus sed & vitiis sunt inimica; alternis se dilacerant odiis. ibid. tot.
Vitiorum inter se digladiantium rixa describitur ibid.
Erroris semita dissimilis est. 416.9
Nec etiam ad commodum scelera præferunt vnitatem. ibid.
Vitium vitium fastidit, & ad deformem turbitudinis horret vitij. ibid.11
Vitia auiditate peccandi in semet peccant, si nequeant aliquando in virtutem. 417.13
Omnipotentiæ miraculum est, quod colligati fasces vitiorum in baratro perdurent ad pœnam. ibid.15.& 418.16
Quæ vitia vt alliciant promittunt, securiùs virtus præstat sine censu peccati. 437.91
Vitia homines in iumenta, Angelos in dracones conuertunt. 482.42
Adhuc calcata repullulant, hominémque iterato vulnere petunt. 485.51

Vitulus.

Israëlitæ quem vitulum adorauerint. 527.90
Cur ab igne integer egressus non fuit? ibid.
Vt Hebræi in eius se transfuderint gloriam. ibid.91
Cur combustus ab igne, vsque ad puluerem Moyses contriuerit? ibid.
Serapis nempe caput, vituli Ægyptiorum simulacrum. ibid.
Vituli caput in idolum conflatum, cur plures Dij dicatur ab perfidis. 414.3

Vituperium.

Vituperium accumulat qui laudatur à non laudabili. 435.82.tot.sect.

Vlulatus.

Vlulare de militari fragore dicitur, quando exercitus congrediuntur. 403.9
Hebræorum vlulatus non inconditus, sed moduli compos an fuerit? ibid.
Vlulatus alius flebilis, triumphalis, & bellicus alius. 453 70
Vlulare, seu vagientium infantium est, seu fœminatum. 491.72
Vlulatus, victoriæ clamor. ibid.
Vlulatu inimica vexilla impetere, non tam Hebræorum quàm Persarum & Assyriorum mos. 366.46

Voluntas.

Qui ad nutum suæ voluntatis portenta fieri prætendit, cæcutit & tentat. 91.193
Cæca est, errat cùm videre procurat. ibid.
Prodigiorum signa, quæ à voluntate veniunt humana, in vmbra sunt. ibid.
Remedium ad modum voluntatis formatum, dispendium est salutis quæ quæritur. 91. 198
Voluntas humana vt prauè eligat. 100.231
Nec ad Dei obsequia, secura. ibid.
Vbi voluntas consulit, & non mens, amens illecebrosæ voluntatis consilium fit. 156.56.tot. sect.
Voluntas, & voluptas amica sibi familiaritate iunguntur. ibid.
Vt voluntas propria obedientiæ tegatur colore. 177.154
Nulla est nisi ex voluntate voluptas. 103. 47
Nullus nisi de suo patitur excitari ad salutem, nec nisi de proprio ingenio à morbo criminis conualescere. 392.71 tot.
Propriæ voluntatis amor, vt hæreat etiam quibus perfectio pro voto est. 393.73
Præeligit quis claudicare de proprio, quàm de alieno pergere liberaliter. 394.77

Voluptas.

Pactum init cum morte, qui in voluptatis thalamo fœdè iacet. 62.73
Histriones & Comedi sunt voluptas, faciem gerunt alienam, se sub larua illecebrarum occultant. 101.237
Voluptates laquei sunt. 151.32
Nimia de mundialibus bonis voluptas suffocat immodestè fruentem. 162.79.tot.sect.
Vt nimia victoriæ voluptas sæpiùs confoderit victorum. 163.81.& seqq.
Quod voluptas gestat deceptorium est. 200. 33
Voluptuosus dolus veritas reputatur, quasi fallere nequeat quod potuit amari. ibid.n.34
Nec etiam volnptas de integro decipere tentat, lubentes decipimur. 207.64
Quod facillimum putat voluptas, religio impossibile reddit. 231.15
Lasciua voluptas latibula quærit, ne lucem videat. 241.66
Voluptatis fœnus fructúsque confusio est. 60. 63
Voluptas, vt delectationibus obruta suffocetur. 280.7
Voluptas enecat voluptatem. 306.6
Voluptatum cumulus helluonem suffocat voluptatum, qui simul plures appetit, nullam prendit; sed ab omnibus, prenditur in excidium. ibid.tot.sect.
Mundalium voluptates trepidæ sunt. 389. 56.
Secum fert tumultum qui tumultuario voluptatibus sonantibus circumagitur. ibid.
Voluptatis nefariæ somnus inquietus est, trepidus, semisopor & vagus, ad leuem sonitum excitatus, vt ad præsens periculum contremiscit. ibid.tot.
Suspiciosa nimis voluptas est, quot blanditias tot tendit insidias. ibid.58
Effœta voluptas sine sobole manet, quasi sterilis sit in suamet fœcunditate luxuries. 414.2
Nunquam ad sui auxilium voluptates conspirant. ibid.
In quarum Gentium tentoriis nullus aditus voluptatum deliciis. 448.45

Votum.

Qui se Deo consecrat, quo nitore animæ fulgere debeat; lachrymis & amore expiatus. 464. 119
Vota à repromissionibus distinguantur? ibid. 121
Vota anathemata nuncupantur. ibid. & 466.130
Vota Deo oblata, vt ex pretiosioribus esse debeant? ibid.
Suspendebantur in templis. 464.121

Præter

Præter arma, velamina aurea suspendi solita fuere. 465.126
Quæ consecrebantur Deo, secernebantur; ne aliis vsibus inseruirent. 466.130

Vrbanitas

Vrbanitatis titulo, plura vitia teguntur. 275. 99

Vxor.

Calamitosa dos vxoris pulchritudo est, quæ in aleam mortis maritum trahit. 154.47
Plures ciuitates destinabantur coniugi Regiæ, apud Persas. 183.27
Persarum lege, vetitum vxores ab aliis præterquam à domesticis conspici. 229.4
Nullæ aderant apud Persas excubiæ Reginis, 233.23
Oculis vxorem accipere, summa dementia. 27. 97

FINIS.